0067352XXXX


VILLANOVA COLLEGE LIBRARY
Villanova, Pennsylvania

This book was donated
3-4-49
by
Rev. M. Sullivan, O.S.A.

ACTA

SANCTORUM

PARISIIS. — EX TYPIS V. GOUPY, VIA GARANCIÈRE, 5



Tota hæc Pyramis altitudine Sua Continet
66 pedes Viennenſis Menſuræ

Henricus Cauſe ſculpſit.



PARISIIS & ROMÆ, APVD VICTOREM PALME. M.DCCC.LXVII

ACTA
SANCTORUM

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur

EX LATINIS ET GRÆCIS, ALIARUMQUE GENTIUM ANTIQUIS MONUMENTIS

COLLECTA, DIGESTA, ILLUSTRATA A

GODEFRIDO **HENSCHENIO** ET DANIELE **PAPEBROCHIO**

FRANCISCO **BAERTIO** ET CONRADO **IANNINGO**

E SOCIETATE JESU PRESBYTERIS THEOLOGIS

EDITIO NOVISSIMA, CURANTE JOANNE CARNANDET

JUNII TOMUS SECUNDUS

QUO DIES VII, VIII, IX, X, XI CONTINENTUR

CUM TRACTATU PRÆLIMINARI

NICOLAS RAYAEI

EJUSDEM SOCIETATIS

DE ACOLUTHIA OFFICII CANONICI PRO ECCLESIIS ORIENTALIBUS GRÆCORUM IN SOLENNI COMMEMORATIONE TRIUM DOCTORUM

BASILII, NAZIANZENI ET CHRYSOSTOMI

PARISIIS ET ROMÆ

APUD **VICTOREM PALMÉ**, BIBLIOPOLAM.

1867

F X
4655
.A2

ELEONORÆ

ROMANORUM IMPERATRICI

SEMPER AUGUSTÆ,

AUSTRIACO-NEOBURGICÆ

CLEMENTI, PIÆ, FELICI.

Tertium recurrit Junius, Leopoldo Romanorum Imperatori semper Augusto, Austriaco, Clementi, Pio, Felici, Victori, Natalis Mensis, ex quo Tomum de Actis Sanctorum Junii primum, Augustissimo Nomini inscriptum, debita cum reverentia obtulimus Majestati ejus, ipso die Natali, gratulantium, et plurimos Felicis Imperii Annos precantium votis nostra conjungentes. Interea alter ejusdem Junii Tomus, non solum alteram mensis Natalis partem, sed diem quoque ipsum Natalem complexus, prodit in lucem; potiori jure quam primus, offerendus illi, cujus auspicatissimum toti Christiano orbi Natalem includit; offerendus autem (quo gratius sit munus) sub nomine Tuo, Tuasque per manus, Eleonora Magdalena Theresa, Imperatrix semper Augusta, Conjugi similis pietate, clementia, felicitate, et particeps victoriarum ejus. Neque enim par est, ut, quæ cetera Conjugi similis es, bonorumque particeps; non etiam partem cum ipso habeas in Actis et patrocinio Sanctorum. Quamobrem, uti primus, quem diximus, Junii Tomus Augustissimo Imperatori meruit inscribi; ita proximus hic tomus ambit nomen præferre Tuum Augustissimæ Imperatricis, et per Te gratius fieri munus Majestati Cæsareæ. Nulla dubites. Gratius fiet munus Imperatori, quod porrigitur ab Imperatrice; gratius pio Conjugi, quod transit per manum Conjugis dilectissimæ; per illam manum, quæ manui Cæsareæ olim juncta Passavii, die 16 Decembris 1676 (juvat enim auspicatissimi nexus, et temporis, et loci meminisse) Sacramentum confecit magnum in Christo et in Ecclesia. Gratius etiam reddetur munus ex natura sua; quia sacrum est, quia speculum virtutum omnium exhibet, quia imitationem Sanctorum docet, quia ducit ad felicitatem, tam in terris veram, quam in cœlis sempiternam. Gratiam ei addet præclara S. Bardonis Archiepiscopi Moguntini Vita, a Cæsare nobis data manuscripta, hic Cæsari reddenda typis cusa atque illustrata. Vita namque ista, nuspiam terrarum catenus reperta, licet a Serrario aliisque rerum Moguntinarum scriptoribus plurimum desiderata diligenterque requisita, cum Junius hic mensis prælo nu-

per parandus erat, perlustrantibus nobis Viennæ Bibliothecam Cæsaream ex improviso se stitit vetusto in codice. Voluisse diceres erui e tenebris diuturnis Sanctum, et suum suo die locum obtinere inter alia Sanctorum Acta. Augebit gratiam muneri; quod, præter generosos Christi pugiles, Primum atque Felicianum, quorum sacro Natali natus, et patrocinia expertus, Feliciani quoque nomen, felici omine, sortitus est Cæsar; producantur in hoc Tomo atque illustrentur, non solum noti, sed etiam ignoti, hactenus mundo Sancti, quotquot Cæsareum Natalem beato exitu suo clariorem fecerunt, cœlo renati. Attamen præ ceteris omnibus gratum accidet, quod nobilis heroina, Sanctorum Romani Imperii Regnique Hungarici Imperatorum atque regum, ipsius Leopoldi Decessorum, sanguine illustris, imitatione virtutum illustrior, sanctitate illustrisisma Regina Scotiæ, Margarita, hic resplendens uti sol inter reliquia sidera, parelion faciat in Eleonora. Splendidiores quippe radii alterius in altera sic relucent, ut dum illius virtutes compendio recenset antiquus Historicus, tuas, Augustissima Imperatrix, coloribus suis expressisse, ac Cæsari Orbique toti, velut in tabula spectandas mirandasque proposuisse, videri possit; sic scribens: *Pietatis, Justitiæ, Pacis, et Caritatis cultrix extitit devota: frequens in orationibus, corpus vigiliis et jejuniis maceravit; Ecclesias et Monasteria ditavit; Servos et Ancillas Dei dilexit et honoravit; esurientibus panem frangebat: nudos vestiebat; omnibus peregrinis, ad se venientibus hospitia, vestimenta, et alimenta præbebat; et Deum tota mente diligebat.* In Margarita igitur mirari poterit Leopoldus, quod habet in Eleonora; mirari poterit in Regina, quod clarius elucet in Imperatrice; mirari in Consanguinea remota, quod adest in Conjuge propinqua. In Margarita mirabitur Providentiam divinam, quæ plerumque humiliat priusquam exaltet, perque adversa probat, ut dignos se suisque donis efficiat. Margarita enim, per matrem Agatham, Sanctorum Imperatorum Henrici atque Cunegundis, Sanctorumque Hungariæ Regum Stephani et Emmerici, Proneptis aut Consobrina, in Pannonia luci data, inde ad avitam Angliæ Coronam cum patre Eduardo evocata; mox autem regno illo suo cum suis pulsa, navi marique commissa, fœda tempestate jactata, in Scotiam tandem ejecta; ibi ærumnarum suarum finem invenit, ubi novam miseriarum Iliadem timere potuerat; ibi corona aliena apud exteros redimita fuit, postquam sua Angliæ a suis injuste privata fuerat; ibi Regem obtinuit maritum, quæ paulo ante Regem fugerat, regni sui invasorem: ludente scilicet rebus in humanis mirabiliter divina Potentia et Providentia. Nolim hic ego Natali Cæsareo obsessam Viennam, et quæ inde consecuta sunt tristia reminisci;

Nam dicenda bono, sunt bona verba, die.

Qui non cecidit, non resurgit; adversa numquam passus, non meruit prospera;

prospera; nisi præcesserit pugna, nemo potitur victoria. Quia Deo acceptus erat Tobias, necesse fuit ut tentatio probaret eum. Imo, nonne ipsum oportuit pati Christum, et ita intrare in gloriam suam? Reflectamus igitur oculos potius (uti debemus) ad Providentiam divinam, quæ talia permisit fieri ut probaret suos; permisit obsideri Viennam, ut gloriosius liberaret; permisit periclitari civitatem unam, ut Victori panderet viam ad occupandum multas? Quid enim evenit? Nonne tristitia, ex bimestri obsidione Viennæ nata, peperere continuatam annis jam quindecim, et in seros posteros continuandam lætitiam? Nonne perpetuam peperere victoriarum admirabilium seriem, et primam quidem ad Viennam ipsam, ut ubi tristia cœperant, inde læta mox initium ducerent; alteram prope Barcanum, tertiam in conspectu Vatziæ; quartam, quintam, et sextam non procul a Buda Regia; septimam ad mœnia Strigonii; octavam, Dardam inter et Paludes; nonam, decimamque, in Bosnia; tres inde alias, in Servia; decimam-quartam, ad Salankemum; decimam-quintam, ad Petri-Varadinum, sine pugna, noctu fugientibus turpiter inimicis; decimam sextam denique (ut minus memorabiles præteream) nuper ad Zentam et Tibiscum, cæsis ut ipsi fatentur hostes, quasi triginta millibus in loco prælii? Nonne eadem mala urbes innumerabiles peperere? Strigonium Archiepiscopalem; Budam, Sedem Regiam; Agriam, Albam-regalem, Sighetum, Canisiam, Varadinum-grande, Ienam, Giulam, arces prope inexpugnabiles. Peperere insuper Viroviziam, Debrecinum, Zolnocum, Vicegradum, Quinque-Ecclesias, Novigradum, Simonthornam, Segedinum, Dardam, Caposvarinum, Essecum, Possegam, Mocum, Petri-Varadinum, Lippam, et quidquid denique Urbium Hungaria, qnidquid Sclavonia, quidquid Transilvania, amplissima Regna, continent. Et ne Austriacæ Domui soli pareret aliquid Vienna obsessa, peperit etiam Ottomannicæ; et quidem Imperatores, brevi tempore plures, sed ut essent plures Imperatores, victoriarum Austriacarum, et occupatarum Urbium, spectatores ac testes, omni exceptione majores.

Redeo ad Margaritam. Mirabitur in ea Leopoldus Reginam, Majestatem suam infra caritatis officia ponentem; e Solio regali ad pauperes alacriter descendentem, ad eorum pedes procumbentem; ipsos lavantem, tergentem, osculantem; famelicis cibum, sitientibus potum, nudis vestimenta, indigis quibusque necessaria propriis manibus liberaliter porrigentem; in miseris, tamquam in membris suis, intuentem illum, qui caritati perpetua dilexit nos, et tradidit semetipsum pro nobis. Verum magis hæc mirabilia sunt in Imperatrice, cujus opera caritatis non sic occulere possunt penetralia domus, quin foras erumpant; utcumque Cæsar, Conjugis caritatem miratus in

in corde suo, aliique conscii altum sileant. Nam ipsi pauperes, quibus pedes laverunt, mensam straverunt, cibos apposuerunt, stipem liberaliter erogaverunt Augustissimæ manus, non sinunt omnia ignorari. Potest etiam, quid Mater hoc in genere faciat, facile conjici ex publicis operibus filiorum et filiarum, quos docet ipsa Natali quemque suo tot pueris egenis, quot ipsi tunc annos numerant, mensam parare, manducantibus ministrare, bibentibus fundere, saturis stipem elargiri.

Eadem Margaritæ caritas, intuita in illum, qui propter nos egenus factus est cum esset dives; tenerius etiam diligebat pauperis Christi, per voluntariam rerum terrenarum abdicationem, imitatores religiosos. His, exorato Rege, amplissimum fundavit cœnobium, eo loco ubi matrimonium contraxit: hos fovebat, ut Mater; alebat, ut Nutrix; tutabatur, ut Regina: imo et delicium Matris, et gaudium Nutricis, et corona Reginæ audiebant isti. Quid vero Eleonora? An ullum in tota Vienna monasterium est, ubi ipsa suas non habeat delicias? Singula quotannis ingreditur; incolas præsentia sua solatur, epulo recreat, cum ipsis accumbit, pia Mater, sedula Nutrix, in nullo Margarita inferior, superior dignitate. Quot ipsa nobiles pedissequas suas religionis amore inflammavit, inter aulæ delicias virtutum religiosarum exemplar facta? quot Virgines a latere suo principes, contemnere mundi vanitatem doctas, ad parthenonem traduxit, Deo in perpetuum consecrandas! Sed an unum solummodo suis precibus obtinuit fundandum Cœnobium? Quotquot surgere aut resurgere Templa, Monasteria, Episcopatus vident Hungaria, Slavonia, Transilvania, merito dicam Ipsius Conjugisque deberi votis, orationibus, et jejuniis; quibus magis, quam armis subjugata sunt regna ista: præterquam quod eorumdem liberalitas fundos, prædia, redditus denuo assignaverit pro sustentatione Ecclesiasticorum, Religiosorum, Episcoporumque, illic in Vinea Domini nova laborantium. Quis ordo Religiosus sibi non accepit jam, aut accepturus est Monasteria plura? Certe, Societas nostra jam introducta est in Strigonium, Budam, Albam-regalem, Sigetum, Quinque-Ecclesias, Canisiam, Esekinum, Petri-Varadinum, Agriam, Varadinum-grande, præter Missiones, tum in Transilvania, tum aliis in locis constitutas.

Hactenus Reginæ, atque Imperatricis erga mortales miserosque exercita Caritas, quanta fuit erga immortales, in gloria cœlesti Beatos! quanta erga Christum Dominum, in Cruce mortuum, in Eucharistia vivum! quanta erga Unum in Trinitate ac Trinum in Unitate Deum, Regem regum ac Dominum dominantium! ambæ, præter Cœlites alios, magnam Dei Matrem præcipuo amore a teneris prosecutæ, ipsam

sam sibi adultiores elegere matrem: cujus etiam præsentem toties expertæ sunt opem, quoties facili partu lætæ matres factæ sunt ipsæ. An nos, qui novimus, sub ejusdem magnæ Matris tutela omnes alterius liberos, vitam pientissime actam fine beato conclusisse, et eorum aliquos etiam miraculis claruisse; præsagire non possumus, paria alterius quoque liberos, manere fata; quia par Matrum in educando cura; par omnium in Virginem Dei genitricem affectus, obsequia paria. Tam enim Virginem hi nunc, quam illi olim, docentur a pia matre maternis virtutibus colere, salutare verbis angelicis, invocare ardentibus votis, imitari congruis moribus, et toti urbi orbique exemplum præbere pietatis Marianæ. Ea vero, si unquam alias, præbent illis festis Marianis, quibus cum piissimis Parentibus procedunt ad venerandam, inter musicorum concentus, magnam Dei Matrem, et illibatam Virginem spatiosa in area ante templum Societatis Jesu (vidimus enim) sublimi columnæ, avorum Imperatorum jubente pietate, impositam.

Nihilo remissior caritas Margaritæ fuit, aut est Eleonoræ, erga Christum Dominum ejusque salituferam Crucem. Hanc enim utraque in adversis confugium, in luctu solatium, in persecutionibus suis asylum expertæ, eamdem in prosperis lætisque mirum in modum exaltaverunt; illa quidem, Nigram (ita vocabant) toto Regno celeberrimam Crucem Ecclesiæ a se ædificatæ donando: hæc vero, sodalitium, ab altera Eleonora Imperatrice Vidua institutum, piissime prosequendo, sub appellatione Sanctissimæ Crucis; cui mox illustriores quæque ac principes feminæ nomina dederunt; ipsa vero præesse etiam dignata fuit, raro inter Imperatrices exemplo; congregatque statis temporibus adscriptas Sodales in Ecclesia Domus Professæ Societatis Jesu ad id destinata; ubi constituta per leges munia pietatis, tanta Populi spectantis utilitate, quanta admiratione, publice et religiose, Ipsa duce, ab omnibus obeuntur.

Alterum Amoris divini erga homines, et reciproci Margaritæ erga Deum Amoris mysterium, Eucharistiæ Sacramentum, quo sanctius est, eo doluit magis Regina, vix ab incolis Scotiæ, aut ne vix quidem quotannis sumi, causantibus indignitatem suam : sed brevi ipsos tam per se quam per divini verbi præcones, errorem dedocuit, torporem desidibus excussit, melius instructis desiderium Eucharistiæ ingeneravit; jamque recte dispositos exemplo suo ad illam crebro sumendam adduxit. Feliciorem hac in parte subditorum suorum, Eucharistiam sedulo venerantium et frequentantium, sortem, Viennam advecta, reperit Eleonora: civitatem scilicet ingressa Austriacam. Illum tamen ipsum laudabilem usum atque venerationem, quantum auxit Imperatrix, Eucharistiam crebro etiam publice

sumendo, et in supplicationibus cum Augustissima familia comitando! Quale spectaculum, oculis etiam divinis dignum! videre Imperatorem orbis Christiani, ejusdemque orbis Imperatricem prodire in publicum pedites, obire compita civitatis supplicabundos; illum quidem, præcedentibus, præter Principum nobilem catervam, generosis Filiis Carolo Archiduce Austriæ, et Josepho Romanorum atque Hungarorum Rege; hanc vero comitantibus, cum lectissima principum feminarum turba, suavissimis Filiabus etiamnum superstitibus, Maria-Elisabetha; Maria-Anna; Maria-Josepha; Maria-Magdalena; omnes, spectantibus subditis, tam religioso incessu, silentio, vultu, ac totius compositione corporis, præsentem Eucharistiam venerantes, ut ipsi exemplo saluberrimo ad imitationem trahantur.

Transeo ad honorem Sanctissimæ Triadi impensum. Hanc Αλφα et Ωμεγα Principium et finis omnium, in cujus nomine baptizata fuerat, honoravit Margarita, extruendo Regiis sumptibus sanctissimo nomini ejus magnificum in paucis ornatissimumque templum, in quo et condi exuvias suas post mortem voluit, ut, anima ad gloriosum Trinitatis conspectum avolante, corpore etiam quodammodo proprior eidem foret. Eleonora autem, non modo ut signatam se signaculo Sanctissimæ Trinitatis, grata agnosceret; verum etiam, ut votum, pro salute populi sui in universali epidemia a se suoque Augustissimo Conjuge religiose emissum impleret, una cum eodem Augustissimo curavit fabrefaciendam erigendamque Pyramidem, Ægyptiis altitudine parem, præstantiorem arte, religione sanctiorem; non hominum memoriæ dedicatam, sed Triados sanctissimæ honori. Repræsentat illa unum et trinum Deum, Patrem et Filium, et Spiritum sanctum; sustentantibus, et circumvolitantibus Angelis; adorante in basi genibus flexis Imperatore Leopoldo, capite aperto et lauro cincto, oculis in altum verecunde sublatis, et summam Triadem cum agnitione supremæ Majestatis ejus, cum gratiarum actione pro beneficiis acceptis, cum imploratione auxilii ulterioris, cum oblatione sui suorumque omnium, alloquentem his verbis idiomate Latino a se conceptis:

Tibi Regi Seculorum Immortali,
Uni in Essentia, et Trino in Personis,
DEO,
infinite Bono, Æterno, et Immenso;
cujus Dexteræ omnia sunt possibilia,
cujus sapientiæ nihil est absconditum,
cujus Providentia in sua dispositione non fallitur,
cujus Majestate impletur universum,
cujus Misericordia supra omnia opera.

Hic votivæ formulæ pars prior, sub genuflexi Cæsaris effigie, sculpta in fronte basis pyramidalis, finem capit: inde priusquam ad alias duas partes legendas latera vellem circumeam, liceret mihi tantisper sistere, et considerare encomia sanctissimæ Triadi a Cæsare aptata; atque demonstrare,

demonstrare, quod brevibus ac paucis istis terminis, sed mysteriorum maximorum plenis, contineatur, quidquid verbosior Orientalis Ecclesiæ eloquentia, prolixissimo verborum exquisitorum ambitu, conata fuit exprimere in novo communique Officio, tribus suis præcipuis Doctoribus ex horum revelatione composita, cum perpetua ad ternarium numerum allusione; sicut in limine Tomi hujus explicatum illud invenitur. Verum non patitur hujusmodi digressionem epistolaris brevitas: et satis fuerit, discretum lectorem, intento quasi digito, illuc remisisse. Hinc ergo ad dexterum latus transitur, ubi ante eamdem basim, ab Aquila ex marmore fabrefacta, unguibus quasi folium chartæ explicatum tenentibus, exhibentur sequentia verba; quæ quoniam a Tua Majestate existimamus toties in propria persona pronuntiari, quoties votum in sua, ante ipsam Pyramidem, instaurat Augustissimus Conjux; legenda hic reddimus, Tuæ etiam Augustissimæ Personæ aptata, in hunc modum.

Tibi, inquam,
Sanctissimæ ac Individuæ
TRINITATI,
Ego Leopoldus (Ego Eleonora)
humilis servus tuus (famula tua)
gratias ago
quas possum maximas,
pro aversa
anno MDCLXXIX

Per summam Benignitatem
Tuam
Ab hac Urbe et Austriæ Provincia
diræ pestis lue:
atque in perpetuam
debitæ gratitudinis
tesseram
præsens monumentum
demissisime consecro.

Sic communis facta utrique vestræ Majestati dexteri lateris Epigraphe, similiter procedat ex latere sinistro, itaque legatur.

Suscipe,
CLEMENTISSIME DEUS,
Servi tui (Famulæ tuæ)
demisse te adorantis
Vota,
et Me
Conjugem, Liberos,
Domumque meam,
Populos et Exercitus
Meos.

Regna ac Provincias
continua
Misericordiæ tuæ
protectione guberna,
custodi, defende.
Ita vovi
anno DoMInI
saLVatorIS nostrI
IesV ChrIstI.

Quid superest modo, quod post talia suarum ipsiusmet virtutum documenta miretur Leopoldus sua in Eleonora? in Hoc scilicet, quod ipsa in tam multis, ut vidimus, admiranda, nihil admiratione dignum in se agnoscat, quanto major est, humilians se in omnibus, et omnia referens in eum, ex quo, per quem, et in quo sunt omnia; perfectum facta parelion Margaritæ, etiam per veram animi demissionem, verumque sui contemptum in tam sublimi Majestate.

Cetera Margaritæ, solis nostri, decora, et in illis tua parelii, Augustissima Eleonora, quid attinet pluribus commemorare? Integram illius in hoc volumine Vitam accipe; in eamque velut in speculum

 intuita,

intuita, Te Tibi existima in imagine repræsentari. Eamdem pro speculo suavissimis propone Filiabus ; ex inspectione cogni turis, quæ lineamenta, quis ornatus, qui mores Reginas sanctas, sanctasque Imperatrices potissimum deceant; cognita vero ita æmulaturis atque expressuris in se, dum teneræ sunt cereæque, ut in adultiori ætate non modo Reginæ, (quod natalibus earum debetur) sed etiam Reginæ sanctæ, per imitationem Progenitorum suorum, evadant. Quod dum nos Serenissimis Filiabus tuis, Augustissima Mater, Filiisque Serenissimis Deum, omnis sanctimoniæ fontem, rogamus per intercessionem Sanctorum omnium, eorum præcipue quorum hoc in volumine nomina gestaque recensentur ; Tibi, et Augustissimo Conjugi gratulari liceat, quod ea pietatis semina animis tenellorum inseveritis, quæ in amplam virtutum messem adolescentia, speratos reddant suo tempore Sanctorum operum fructus ; ut non solum ipsa referas Margaritam Sanctam, sed universa quoque Domus tua sanctæ ipsius familiæ assimiletur. Ita faxit Deus Sanctique, quorum hic Acta Tibi, ac per Te Augustissimo Conjugi Natale donum, qua par est reverentia, offerentes, submittimus. Antuerpiæ die 9 Junii 1698.

UTRIQUE MAJESTATI VESTRÆ

Devotissimi

DANIEL **PAPEBROCHIUS**,
FRANCISCUS **BAERTIUS**,
CONRADUS **JANNINGUS**,
Societatis Jesu Presbyteri.

SYNOPSIS

SYNOPSIS TOMI II ET III JUNII

Præcipuos eorum Sanctos, in tres classes distinctos referens.

Præliminaris ad hunc Tomum II Tractatus, post Epistolam Dedicatoriam Augustissimæ Imperatrici Eleonoræ-Magdalenæ Teresiæ Neoburgicæ inscriptam, P. Nicolai Rayæi est; ejusdem qui Præambula ad Exhibitionem Errorum, Danieli Papebrochio perperam imputatorum, revocavit ad Examen, editum una cum Parte 3 Responsionum ad Exhibitionem eamdem. Est autem argumentum Tractatus istius Acoluthia Officii Græci, *perpetuo Commentario illustrata; occasione ejus, quod Joannes Metropolita Euchaitorum composuit, pro festo novo et communi tribus Orientalis Ecclesiæ Doctoribus. Horum enim primus* Magnus Basilius *bonam operis partem facit, Actis operose collectis a P. Francisco Buertio.*

*Placeat eos, quorum nunc præcipue illustrantur Acta, nunc porro nominatim recensitos accipere, secundum discrimen triplicis Status, uti jam factum sæpius : et quæ sacræ super mensa lectioni aptiora sunt, * Asterisco adnotato dignoscere.*

IN STATU ECCLESIASTICO

Primus ordine ætatum, et seculis ante Christum ferme novem vivens, est hoc in tomo (Tom. III) Eliseus Propheta, * *Magni Eliæ nihilo minor Discipulus, duplici ejus spiritu donatus. Ex ipsius autem Christi Discipulis ejus adest* S. Barnabas *, *cujus occasione agitur etiam de ejus Consobrino et prædicationis Socio,* S. Joanne cognomento Marco, *qui an recte distinguatur ab hujus nominis Evangelista, Alexandrini in Ægypto Patriarchatus fundatore, quæritur. Dum autem sequentium in illo throno Pontificum plena paratur Historia; datur hic ab (Tom. III) Evangelista quartus* S. Cerdo, *notitia diei ex Hagiologio Habessinorum sumpta.*

Adsunt porro ex Oriente *spectabiliores hi. Ex Hierosolymitanis Episcopis in ordine septimus* S. Joannes; *et ex Patriarchatu Constantinopolitano* S. Paulus, * *ab Arianis crudeliter interfectus; neque mitius fere ab Iconomachis habitus (Tom. III)* S. Methodius Patriarcha, *cujus Acta Græco-Latine dantur. Martyrio quoque coronati comparent* SS. Alexander et Timotheus Prusæ Episcopi. *Ast doctrina et rebus pro fide contra hæreticos gestis fuit clarissimus* S. Basilius, * Casareensis Episcopus, *cujus propriam Vitam cum scripsisset nemo antiquorum (nam eam quæ S. Amphilochio Iconiensi Episc. illius familiarissimo passim imputatur, apocrypha est) ex ipsiusmet et coævorum ac familiarium scriptis collecta una eaque prolixissima hic (Tom. III) invenietur, a pag. 295 ad 436. Adest etiam* S. Triphyllius, Leucosiæ in Cypro Episcopus, *cum Actis Græco-latinis. Et quoniam Rutheni Græcam Ecclesiam sequuntur, accepta inde fide ritibusque, Græcis Sanctis accenseri potest (Tom. III)* Jonas Thaumaturgus, Metropolita Kioviensis; *Orientalibus vero ceteris* S. Yvo * Episcopus, *ex Perside in Angliam advectus, ibique Sanctorum cultum promeritus.*

In Occidente, *(Tom. III) Romanæ Sedis totiusque Ecclesiæ summum Pontificatum tenuit* S. Leo III *, *Carolo Magno, per ipsum coronato Imperatori, carissimus; cujus studiose collecta Acta ex antiquis deducuntur, a pag. 69 ad 87. Comitantur eum Cardinalitia Purpura insignes Beati duo;* Bonaventura tit. S. Cæcilia, *et* Joannes Dominici tit. S. Sixti, *hic ex Dominicana, iste ex Augustiniana familia. Archiepiscopi item* Bardo * Moguntinus *in Germania, Actis nunc primum erutis;* Willielmus * Eboracensis *in Anglia, cujus Acta ex antiquioribus ac fere coævis colliguntur;* Heraclius Senonensis *in Gallia; et* Bogumilius * Gnesnensis *in Polonia, Vita recentius scripta.* *Priscus, Episcopus Lugdunensis (Tom. III).*

Tum alii Hierarchici Ordinis plures, Episcopi scilicet, ex Sicilia, (Tom. III) Marcianus * Syracusanus, *cujus extat encomium Græcolat. ex Italia* Maximus * *et* Fortunatus Neapolitani : *et alius* Fortunatus * Fanensis, *(Tom. III)* Marcus * Lucerinus; Victorinus Assisii, Marcianus Beneventi, Richardus Andriæ.

Ex Gallia *(Tom. III)* Ætherius Ep. Viennensis, Aldricus Augustodunensis, Medardus * Noviomensis, *et hujus frater perperam creditus* Gildardus * Rotomagensis, *multo quam iste senior : Medardi autem habetur Vita scripta a Fortunato, et de varia corporis reliquiarumque translatione monumenta præclara, a pag. 72 ad 104. Accedunt* Clodulphus Metensis, Landericus Parisiensis, Maximinus Aquisextiensis, Meriadocus Venetensis : *deinde ex Anglia,* Ithamarus Roffensis; *ex Hibernia*, Colmanus Dromorensis; *ex Scotia, (Tom. III)* Ternanus *Pictorum Apostolus; ex Belgio,* Valentinus Tungrensis : *ex Suecia. (Tom. III)* Eskillus * Episcopus Stringenensis et Martyr, *cujus Vita habetur : ex Dania* Isfridus Raceburgensis *ab Ordine Præmonstratensi assumptus.*

Presbyterorum et Diaconorum Ordinem in hoc Tomo illustrarunt. (Tom. III) Anastasius *et* Fandilas Martyres *Cordubæ in Hispania, ex Memoriali S. Eulogii : (Tom. III) Martyres etiam* Hilarianus Ruthenensis *et* Mammarius Afer, *cum duobus Diaconis.* Wulflagius *autem,* Eppo, Blitharius, Georgius, *(Tom. III)* Odulfus *, Amabilis * *fuerunt Presbyteri omnes, ac fere in Gallia : quorum celebriores duo ultimi, hic in Arvernia, iste Ultrajecti in Belgio. (Tom. III) Archidiaconus autem Augustæ Prætoriæ fuit* Bernardus * Mentoniensis, *fundator Xenodochiorum in Monte-Jovis in Alpibus.*

IN STATU MONASTICO

Orientalium primus censetur (Tom. III) S. Orsisius, *magni Pachomii successor;* Onuphrius * Anachoreta, *cujus Acta magno examine egent.* Athre Ab. *in Ægypto:* Batatzunus, Palæmon, Garuma *in Æthiopia;* Julianus *, *circa Edessam in Syria. (Tom. III) Item* Julianus * Hegumenus *Constantinopoli, et* Nancratius * Præpositus Studitarum *ibidem.* Theophanes *et* Pansemne *Solitarii, (Tom. III)* Petrus *in Monte Atho, cujus Vita Græco-latina.*

In Occidente S. Columba Abbas Hyensis, *unde monachatus propagatus : et Acta valde mirabilia, breviora alia, alia longiora, dantur operose discussa, cum vita successoris* Baitheni Ab. *Tum Cordubæ ex monasterio Martyres,* Petrus Presb. Walabonsus Diac. *et socii quatuor. Abbates quoque* Maurinus, *Coloniæ Agrippinæ;* Deocarus *, Henriede; Lindelinus *et* Absolon *Claromonte et Crispinii in Belgio;* *atque* Eustadiola Abbatissa : Eadburga *, *filia Eduardi I Regis Angliæ Sanctimonialis;* Marianus *et* Zimus Presbyteri; *(Tom. III)* Vimus Conversus Raynerius Tudertinus, Gerasimus *in Calabria, omnes fere* Benedictini.

Ex Cisterciensibus *vero (Tom. III)* Gerardus *, *frater*

frater S. Bernardi; Robertus * Ab. *in Anglia, (Tom. III)* Placidus * *Fundator S. Spiritus prope Ocram in Aprutia, cujus Vitam scripsit Paulus de Celano, Monachus Casænovæ, cui Abbatiæ suum monasterium iste moriens subjecit. Denique* Aleydis * de Scharembeka, *prope Bruxellas in Brabantia, tolerata patienter lepra mirabilis, cujus Vita extat.*

Camaldulensis Congregrationis *fuerunt* Parisius, *Tarvisii et Boniniæ clarus; et* Silvester * *Florentiæ quorum Acta a coævis descripta. Ordo Carthusianus* S. Rosselinam *suggerit nobilissimam Virginem, et Ordo Servorum B. Mariæ* B. Bartolum.

Dominicani, *Præter Joannem Dominici Cardinalem prænominatam, habent hic* B. Dianam, *cum sociabus* Amata *atque* Cæcilia, *Bononiensis Parthenonis fundatricibus.*

(Tom. III) Ex Ordine Minorum *celeberrimus* S. Antonius * Patavinus, *a pag.* 196 *ad* 269 *habet explicata illustria ex antiquis MSS. Acta Vitæ et Miraculorum, nec non recentiores horum collectiones varias. Adsunt autem ejusdem Religionis, Beatorum honore dignati,* Joannes Tentialbene *et* Joannes ab Avellino, *Tuderti in Umbria; ibidemque Cassis* Frater Pax. *(Tom. III) Tum* Petrus Compater *, *in Hispania clarus: et* Angelus * de Clareno *Zelator, paupertatis Franciscanæ, Præfectus Clarenorum ab eo Dictorum, alias Pauperum Eremitarum Domini Cœlestini, qui eos ut Papa probavit. Acta ipsius colliguntur, et dantur antiqua miracula ex MS. Unus etiam ex primis Tertiariis, habitu donatus Cortonæ a S. Francisco, fuit* B. Guido, *cujus similiter Vita et Miracula extant. Solitariam quoque vitam Tertiariis similes tenuerunt.* B. Giolus * *Sillani, cujus adhuc integrum corpus; atque* Henricus * Baucenensis, *Tarvisii; cujus civitatis Episcopus, Vitam, Miracula, Notarii ibidem scripsere.*

(Tom. III) Eremitis Augustinianis *hunc Tomum unus pro multis commendat* S. Joannes a S. Facundo; *cujus Vitam Joannes Hispalensis coævus epistolariter ad ducem Albanum; plures deinde posteriores variis linguis scripserunt; miracula item antiqua et nova, Canonizationem item, aliaque a pag.* 112 *ad* 157.

Ex ordine S. Joannis Hierosolymitani Flora *seu* Flos *virgo.*

Carmelita Sanctus, *isque sub tribus essentialibus votis Religiosus, nullus quidem hoc Tomo, sed neque toto hoc mense occurrit: Verum nullus est seu vere seu præsumptive talis, qui ab Accusatoribus, hujus operis apud Romanam Sedem et Inquisitionem Hispanicam non arripiatur in argumentum tam invidiosum; imo plurimi ex omni Ordine et Statu alii, finguntur inhonorati in* 14 *Tomis Actorum: ex Apostolis, Petrus et Paulus; ex Evangelistis, Mathæus et Lucas; ex Pontificibus, Cletus, Clemens, Marcellinus, Silvester, Felix; ex Martyribus, Stephanus, Dionysius, Georgius, Theodorus, Julianus cum Basilissa; Alphius cum sociis Leontinis, et Brixianis innumeris; ex Doctoribus, Athanasius, Basilius, Augustinus, Thomas Aquinas; ex Confessoribus Alexius, Benedictus, Maurus, Bruno, Norbertus, Guilielmus. Ferdinandus Rex Castellæ, Carolus Comes Flandriæ; ex femineo sexu, Maria ejusque soror Martha, Catharina, Barbara, Ursula, Pelagia, Eugenia, Monica, ipsaque cum sponso Josepho sanctissima Virgo Deipara. Hinc Papebrochio, post annorum 20 silentium, inducta necessitas tribus Responsionum Tomis, Exhibitioni errorum circa ipsos commissorum articulatim oppositis, suam suorumque librorum innocentiam tuendi: quod fecit sic, ut illis comprehendantur curiosiores quæque in historia ecclesiastica quæstiones. Harum Synopsis seorsim prodiit, uti et Elucidatio Actorum in controversia illa tota: quin et Apologia pro veritate, contra publicas accusationes et imposturas vulgatas Hispanice, adversus personam et libros ejus, ipsumque Societatis Jesu institutum, ac denique Vera ordinis sæpe dicti origo ab Elia et seculo* 12 *historice demonstrata. Omnibus his effectum est, ut passim innotuerit, non solum innocentia, sed etiam utilitas et dignitas operis, jam pene ad medium perducti, ac porro ad alios triginta aut plures Tomos, Deo, Sanctisque faventibus, producendi.*

IN STATU SECULARI.

Martyres *ac fere* Milites *fuerunt, (Tom. III)* Petrus et Felicianus, Basilides et Cyrinus, Nazarius ac Celsus, *Romæ; itemque* Getulius *, *cujus Acta vetustissima habentur, (Tom. III) sicut etiam habentur eaque Græco-latina Acta* Tatiani Dulæ *in Cilicia passi.* Georgius et Basjela, Timotheus et Maura *conjuges, Martyres in Abassia (Tom. III) item* Modestus et Crescentia *cum suo alumno puero* Vito *, *cujus corpus Roma in Franciam, inde Corbejam novam translatum, item ex Italia in Bohemiam delatæ Reliquiæ, multam scribentibus miracula materiam dederunt. Nobiles quoque fuerunt* Ruffinus et Valerius, *Præfecti rei frumentariæ, Aquilejæ;* Hesychius, *Dorostori in Mœsia;* Ragnobertus, *dimissa aula propter Ebroicam in Francia tyrannidem, Solitarius et Martyr. Ex Equestri S. Jacobi Ordine a Saracenis cæsi,* Petrus Rodriguez *Commendator, cum Sociis quinque Taviræ in Algarbiis: quibus accessit* Garcias Rodriguez Mercator. Godescalcus fuit Princeps * Slavorum, *ex persecutore propagator Christianitatis inter suos, et Martyr,*

Statum autem secularem, simul et muliebrem sexum, imprimis nobilitavit S. Margarita * Scotorum Regina *cujus majores æque ac posteri ex coævis scriptoribus illustrantur; Vita autem ad ejus filiam Mathidem Angliæ Reginam describitur a Confessario Theodorico. Accedit (Tom. III) B. Castora Vidua Eugubii, nec non pulcherrimus chorus Virginum ac Martyrum,* Potamiæna *Alexandrina,* Pelagia *Antiochena,* Oliva *Panormitana, (Tom. III)* Aquilina * *Phœnissa cujus Acta Græcolat.* Basilla; et Felicula, *Romanæ;* Genesia *in Pedemontio; (Tom. III)* Cunera * *Rhenis in Hollandia, Ursulanæ societati non satis prudenter adscripta.* Virgines septem *in Perside a perfido directore Presbytero proditæ et occisæ. Sola autem sed sancta Virginitate claræ accensentur,* Sebastiana Thaumaturga, *in Oriente; et* Syra *vel* Syria *duplex in Gallia, Trecensis et Meldensis; atque* S. Flora, *Ordinis S. Joannis Hierosolymitani in Provincia.*

FACULTAS

FACULTAS R. P. PROVINCIALIS

SOCIETATIS JESU FLANDROBELGICÆ

ET SUMMA PRIVILEGII CÆSAREI.

Cum Edictis Philippi II Hispaniarum Regis, deinde Serenissimorum Archiducum Alberti et Isabellæ Belgii Principum, rursumque Philippi III, ac novissime Caroli II Regum, confirmatis 2 *Decembris* 1692, *et* 19 *Junii* 1694, *Provincialibus Societatis Jesu, per Flandrobelgicam pro tempore futuris, potestas facta sit eligendi Typographos et Bibliopolas, qui, ad quorumcumque exclusionem, soli imprimere ae reimprimere possint libros et opera quælibet, rite approbata, curantibusque ejusdem Societatis Patribus edita aut porro edenda, sub consueto suæ Majestatis Privilegio, non aliter impetrando, quam in scriptis obtenta et præexhibita licentia prædicti Provincialis; idque sub gravibus pœnis, in contraventores aut aliter impressa importantes statutis, ut latius in ipsis patentibus litteris apparet. Cum etiam sua Cæsarea Majestas idem valere voluerit in ditionibus S. R. Imperio subjectis;*

Ego infrascriptus, Societatis Jesu per Flandrobelgicam Præpositus Provincialis, potestate ad hoc mihi facta ab Adm. R. P. N. Præposito Generali Thyrso Gonzales, concedo Viduæ et Heredibus Henrici Thieullier, *quondam Typographi et Bibliopolæ Antuerpiensis, facultatem sic imprimendi, et per se aliosque vendendi infrascriptum opus, ex more nostræ Societatis (quod hisce attestor) recognitum et approbatum; videlicet; Tomum secundum de Actis Sanctorum Junii, collectis, digestis, et illustratis per Godefridum Henschenium p m. Danielem Papebrochium, Franciscum Baertium, et Conradum Janningum, cum Tractatu Præliminari de Acoluthia Officii Græci, composito per P. Nicolaum Raymum, omnes Societatis nostræ Presbb. et Theologos. In quorum fidem hasce manu propria subscriptas, consuetoque nostri officii sigillo munitas, dedi Antuerpiæ* 31 *Martii* 1698.

LUDOVICUS HAVET.

SUMMA

PRIVILEGII REGII.

Carolus, Dei gratia Hispaniarum Indiarumque Rex, Dux Burgundiæ, Brabantiæ etc. Serenissimus Belgarum Princeps, Diplomate suo sanxit, ne quis citra voluntatem P. Danielis Papebrochii e Societate Jesu, ullo modo imprimat vel aliunde invehat ac venum exponat per proximum decennium Acta Sanctorum: qui secus faxit, confiscatione exemplarium, et aliis gravibus pœnis mulctabitur: sicut latius patet in litteris datis Bruxellæ XIII Februarii MDCXCII.

Signat LOYENS.

Et ego Daniel Papebrochius, Societatis Jesu, Viduæ et Heredibus Henrici Thieullier, Typographi quondam et Bibliopolæ Antuerpiensis, permitto ut, imprimat et distrahat Tomum secundum de Actis Sanctorum Junii. Datum Antuerpiæ anno 1695, 1 Octobris.

AP-

APPROBATIO
ORDINARII.

Tomus secundus de Actis Sanctorum Junii, a Patribus Godefrido Henschenio, Daniele Papebrochio, Francisco Baertio, et Conrado Janningo, Societatis Jesu Sacerdotibus Theologis erudite conscriptus, una cum Tractatu Præliminari P. Nicolai Rayæi, similiter Societati, Jesu Sacerdotis Theologi, de Acoluthia Officii Græci, in communi festo trium Orientalis Ecclesiæ Doctorum. Basilii Magni, Gregorii Theologi, et Joannis Chrysostomi, utiliter publicabitur. Ita censeo Antuerpiæ 1698, 18 *Martii.*

ANTONIUS HOEFSLACH
Eccl. Cathed. Canon. Grad. Libr. Censor.

PROTESTATIO AUCTORUM

Quod ante prægressos quinque menses identidem sumus protestati, nos in hoc de Actis Sanctorum opere servatas velle Urbani Papæ VIII Constitutiones; neque nostris aliorumve huc referendis Commentariis aliud pondus tribui, quam est historiæ, ab hominibus errori obnoxiis scriptæ; idem ante hunc secundum Tomum Junii denuo protestamur.

NICOLAI RAYÆI

TRACTATUS PRÆLIMINARIS DE ACOLUTHIA OFFICII CANONICI

Pro Ecclesiis Orientalibus Græcorum, in solenni Commemoratione trium Doctorum,

BASILII, NASIANZENI ET CHRYSOSTOMI.

PRÆFATIO.

Simul ac primum me P. Danieli Papebrochio ejusque Sociis, ad prosequenda Sanctorum Acta, ex Moderatorum imperio adjunxeram, rogatus fui, ut Commemorationis in titulo expositæ historiam e Græca Latinam facerem, eruditissimo P. Francisci Baertii, de Magni Basilii vita tractatui, jam tunc maxima ex parte impresso, inserendam. Id ego præstiti eo modo, quo ibi octavo et trigesimo capite in hoc secundo Junii Tomo Legitur. Atque ea occasione incidi in Rituales Græcorum libros multos ac varios; eosque cœpi et evolvere curiosius, et cum nostris Latinorum conferre. Cum autem Ecclesiam Græcam, a Latina hic non modice discrepare animadverterem, operæ pretium esse existimavi totam seriem divini Officii, apud Græcos celebrioribus diebus usitati, a nemine, quod sciam, usque adhuc pro dignitate explicatam, ponere ob oculos, et quasi perpetuo Commentario illustrare.

Ad Ritus Græci et Latini Officii aptius inter se comparandos:

2 Et vero si hic opus est appositione exempli, sicut revera opus est, non videor mihi deligere posse ullum aptius, quam Officium illud quod ponitur in solenni Commemoratione trium Doctorum Græcorum, Basilii, Nazianzeni et Chrysostomi: tum quia a præcipuo hujus Tomi argumento, vita, inquam, Magni Basilii alienum non est; tum quia, uti Menæa testantur, superat quidquid in illo genere editum est hactenus, et in posterum edetur. Hoc tam præstans Horarum Canonicarum Officium acceptum referre debemus Joanni Euchaitorum Antistiti, qui quo major esset populi erga institutam a se trium illorum Doctorum celebritatem religio, hoc Officium pro sua industria concinnavit, quotannis in Græca Ecclesia die xxx Januarii recitandum: quod cernere est tam ex Typico S. Sabæ, quam ex Menæis. Menæorum verba invenies in nostris S. Basilii Actis, capite jam supra dicto. Quamobrem satis habebo huc proferre verba solius Typici: Ἑσπέρας οὖν ἐν τῇ ἀγρυπνίᾳ ψάλλομεν ἀκολουθίαν τῶν γερόντων παρὰ τοῦ ἐν Ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Μητροπολίτου Εὐχαΐτων. *Vespere in pervigilio canimus Acoluthiam Sanctorum* (Basilii Magni, Gregorii Theologi, et Joannis Chrysostomi) *compositam a Sancto Patre nostro, Joanne Metropolita Euchaitorum.*

C... exemplo erit id quod pro ... d c 0 Jan

Joannes Metropolita Euchaitorum composuit.

3 Ubi obiter et quasi per transennam observare potest eruditus Lector, Officium divinum a Græcis Ἀκολουθίαν appellari; non aliam fortasse ob causam, quam quod omnes ejus partes aptissime cohærescant inter se, et aliæ alias consequantur: quippe quod *Consequi* est apud Latinos, hoc est apud Græcos Ἀκολουθεῖν. Ut autem res tota clarius intelligatur, placet quædam nomina eo spectantia, et passim in quocumque de peculiaribus Sanctis Officio recurrentia, ante explicare. Mihi enim verissimum videri solet illud, quod scite omnino sapienterque in Cratylo pronuntiavit Plato; qui rerum nomina penitius perviderit, eumdem et res itidem ipsas funditus exploratas compertasque habiturum.

Officii ordo dictus Acoluthia F

DISSERTATIO PRÆVIA

De quibusdam generatim ad Acoluthiam Græcorum spectantibus.

§. I. *Quid sit* Echus *sive* Tonus *et quotuplex; quid* Troparium, Sticherum *et* Stichus, *quid* Idiomelum.

Tonos habent Græci octo.

Quemadmodum in Ecclesia Latina, sic et in Græca, Officium divinum concinitur modulate. Perperam tamen existimavit Meursius Ἦχος, quæ vox in rituum Græcorum codicibus recurrit frequentissime, significare *Canticum*. Meursii erratum confutant Jacobus Goarus et Leo Allatius; hic in dissertatione I de Libris ecclesiasticis Græcorum pag. 66; ille in Euchologio pag.

A pag. 206, ubi sic loquitur: « Proprie Ἦχος, in

AUCTORE N. R.

» cantu Græco ecclesiastico, idem est quod *Tonus* » in Latino. Habent autem Græci suos octo Tonos, » a quibus Libellus Ὀκτώηχος, *id est, continens octo* » *Tonos*, dicitur. Quatuor Toni priores simplicem » appellationem sunt nacti; Ἦχος α', Primus; » Ἦχος β', Secundus; Ἦχος γ', Tertius; Ἦχος δ', » Quartus. Quatuor posteriores disparem sortiun- » tur denominationem: Quintus enim est Ἦχος » πλαγίου πρώτου, scribiturque Ἦχος πλ. α', Tonus » obliquus primus: Sextus est Ἦχος πλ. β', hoc est » πλαγίου δευτέρου, Tonus obliquus secundus. Tertius » dicitur Ἦχος βαρύς, Tonus gravis, propter mo- » ram et vocis gravitatem inter illum canendum, » *quamquam dicatur etiam* Ἦχος πλ. γ'. Ultimus est » Ἦχος πλ. δ', Tonus obliquus 4. Eadem repetun- » tur pag. 433; et additur: Toni primi quatuor » vocantur a Musices studiosis, Principales et Re- » cti. Alii, Minus præcipui, Obliqui, Ministri; » eorumque a primis in eo stat discrimen, quod » vocibus quatuor, seu sonis διὰ τεσσάρων, vel si » mavis una quarta sub Principali descendunt.

5 Neque dissentit Allatius: qui cum in prædicta

B Dissertatione pag. 64, eamdem Tonorum partitionem, brevius quidem, sed minus distincte exposuisset; de eorum libro sive Octoecho dicere aggreditur. et « Canones omnes inquit, sive Troparia, et quæ- » cumque aliæ Cantiones in hoc libro contentæ, ita » dispositæ sunt, ut quæ primo Tono concinuntur, » omnia simul primum sibi locum occupent; quæ » secundo, secundum; quæ tertio, tertium: et sic » de singulis, donec ad Obliquum quarti perveniatur, » qui inter Tonos ultimus, ultimum quoque » sibi locum vendicat; et Cantiones eo modu- » latæ ac commensuratæ, ultimo quoque loco » reponantur. Continet autem tantum Troparia » et Canones, qui a primis Vesperis Dominicæ » ad finem usque Missæ canuntur, et octo Dominicis » pro Tonorum numero finitur. Singuli Toni tres » habent Canones. Primum, Ἀναστάσιμον, qui in » Resurrectionis Dominicæ; Secundum, Σταυροαναστάσιμον, » qui in Crucis et Resurrectionis; Tertium, » qui in Mariæ Virginis laudibus celebrandis, » versantur. Et hæc in Octoechis antiquis habebantur. » In recentioribus modo additur pro singulis » Tonis Canon, qui in Μεσονυκτίου vel μεσονυκτικοῦ, » mediæ scilicet noctis Officio, cani suevit; et quod » de Trinitate pertractet, Triadicus dicitur. »

sub quibus sua canunt,

cujuscumque generis Cantica,

C 6 Libri isti Græcis Ecclesiasticis valde commodi sunt, imo pæne necessarii. nam (ut testatur Goarus pag. 434) *libros Notis musicis exaratos inter cantandum rarissime conspiciunt, vel etiam habent Græci: communesque ideo, et verbis et cantu, memoriæ tenaciter infigunt Hymnos, ad quorum normam alios pari syllabarum numero constantes cantando inflectunt; ideoque eorum primordia Canticis aliis inscribunt, ut ad eorum regulam, sequentes indicent esse decantandos.* Versus autem, qui in hunc finem æquali syllabarum numero alligantur, dicuntur Στιχηρὰ προσόμοια, Papebrochius Versus Similares appellare consuevit. Hinc intelligitur quid sibi velint ea quæ leguntur statim in ipsa inscriptione promissi Officii. Ψάλλομεν Στιχηρὰ προσόμοια. Ἦχος δ'. Ὡς γενναῖον ἐν μάρτυσιν. At vero non quilibet versus Στιχηρὰ vocitantur; sed soli illi qui paulo longiores sunt, et ab Hymnographo ecclesiastico conscripti. Nam versus breviores, et e Psalmis Davidicis vel aliis Scripturæ locis excerpti, appellantur Στίχοι. Hinc oritur Στιχολογία, quæ est alterna Psalmorum Davidicorum per Versus recitatio. Non possum tamen assentire Cangio. qui putat Στίχος *Versiculum*, et Στιχηρὸν *Versum*, Latine reddi posse. Cum enim (ut ex jam dictis constat, et animadvertit ipse Cangius) Στίχος Scripturæ verbis, et Στιχηρὸν verbis Hymnographi contexantur, hæ voces *Versus* et *Versiculus* istud discrimen haud satis declarant. Nolo tamen λογομαχεῖν, sive contendere de nomine. Quapropter modo intelligi me sciam, hasce Græcanicas voces in posterum ita Latine interpretabor. Porro στιχηρὰ alia sunt Προσόμοια, alia Ἰδιόμελα. Quæ sint Προσόμοια, dictum nunc est. Ἰδιόμελα vero sunt ea Στιχηρά, quæ ut ait doctus Ligaridus apud Goarum pag. 206) peculiari sibi, gravi nempe et concinna voce recitanda sunt, quasi ἴδιον μέλος, id est, propriam modulationem habentia.

In ipsorum libris ecclesiasticis descripta.

Ex his alia sunt, Prosomia,

D

alia Idiomela, quæ peculiari tono cantantur,

7 Objicietur fortasse huic definitioni Codinus, in libro de Officialibus Palatii Constantinopolitani et de Officiis magnæ Ecclesiæ Cap. 7. n. 23. dicens; Εἰσέρχονται καὶ οἱ ψάλται... καὶ ψάλλουσιν ἰδιόμελον τῆς ἑορτῆς; quod ita vertit noster Gretserus; *Ingrediuntur etiam cantores, canuntque festi proprium Canticum.* Unde videtur posse concludi, Canticum aliquod nuncupari Ἰδιόμελον, quia festo proprium sit, non vero quia peculiarem sibi modulationem vindicet. Per hæc sane Codini verba scrupulus, fateor, mihi injectus fuit non levis; sed evanuit, quando vidi plura esse Stichera festo congruentia, quæ non inscribuntur Ἰδιόμελα. Ne longius abeamus; fideles tuos oculos, Lector, in horum trium Præsulum Officium intende; et licet Stichera omnia sint huic festo propria quam quæ maxime, tamen non invenias alia inscribi Ἰδιόμελα præter Stichera Nili Xanthopuli, id quod nobis argumento debet esse, non propterea Canticum aliquod apud Græcos dici Ἰδιόμελον, quia festo proprium est, sed quia peculiari et a ceteris discreto sono accinitur. Ad objectum locum quod attinet, is nobis nequaquam officit: neque enim quidquam aliud ibi vult Codinus, quam super mensam Imperatoris, a cantoribus concini idem illud Ἰδιόμελον, quod eo die canitur in ecclesia. Huc accedit, quod Ἰδιόμελον ibidem in margine exponat *proprii cantus Canticum.* Atque hæc marginalis exponatur *proprii cantus Canticum.* Atque hæc marginalis expositio recurrit denuo Cap. 10. num. 5, ubi narrat idem Codinus quibus ceremoniis festo Palmarum *in ambulacrum veniat Lampadarius, lampadem ferens, totumque festi proprium Canticum decantans,* Græce tantum est Ψάλλοντος το Ἰδιόμελον, prætermisso verbo, τῆς ἑορτῆς. Jam vero quid est, amabo, *proprii cantus Canticum,* nisi Canticum peculiari ac proprio modulandi genere cantandum?

E

non ideo dicta quod sint propria festo

§. *II. Unde dicta* Troparia *et* Hirmi? *quis horum usus?*

F

A sticheris ad *Troparia* veniamus. *Troparium*, inquit Goarus pag. 32, vox generica est, et cunctis in Ecclesia Græca receptis communis: *Modulum* ubique interpretamur. Quoad sui compositionem Latinis Antiphonis similis est: quamvis Antiphonam ulla ratione interpretari nequeamus. Hanc vocem sic explicat laudatus Ligaridius, tamquam si Τροπαιάριον, ἀπὸ τοῦ Τροπαίου, derivetur; et sit quasi Pæan sive Hymnus, in quo canatur victoria; vel in quibus οἱ τρόποι, id est, mores alicujus Sancti referantur. Verum Goar existimans ἀπὸ τοῦ Τρέπειν *vertere*, vel propinquius ἀπὸ Τροπῆς *conversione* originem duci; *sive dicas*, inquit, *ob vocem in cantando varie versam et inflexam* (quæ mihi ratio est, ut modulum semper reddiderim) *sive, quia Canonarcha, dum Troparium illud per commata suggerit* (raro namque pulpitis adstant Græci, *modo in chorum hunc, modo in alium* τρέπεται, sive *vertitur.* Superest sententia alia, sed quæ plene intelligi ante non potest, quam vis ac natura Hirmi declarata fuerit.

Troparii etymon alia a more,

quia converti debet ad tonum Hirmi, sic dicti,

9 *Hirmus porro*, ut est apud Allatium loc. cit. pag. 98 *est Hymnus sive Troparium, a quo reliquorum Trapariorum, quæ in ea Ode canerentur, consequentia et series ducebatur. Idque ita esse notarunt viri docti, ex Simeonis Thessalonicensis Archiepiscopi libro de Templo, Sacerdote et Mystagogia. Addi potest Zonaras, Comment. in Canones Anastasimos Damasceni, in proœmio:* Εἱρμὸς δὲ λέγεται ὡς ἀκολουθίαν τινὰ, καὶ τάξιν μέλους, καὶ ἁρμονίας διδοὺς τοῖς μετ' αὐτοῦ Τροπαρίοις. Πρὸς γὰρ τὸ τῶν Εἱρμῶν μέλος κανονίζονται ῥυθμίζονται, καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἀναφερόμενα ἁρμόζονταί τε καὶ ψάλλονται, καὶ τῇ ἁρμονίᾳ τοῦ μελῳδήματος ἐκείνου ἀκολουθοῦσιν, ἢ ὅτι συνείρει καὶ συμπλέκει ἑαυτῷ κατὰ τὸ μέλος ὁ Εἱρμὸς τὸ Τροπάριον. *Hirmus appellatur, eo quod seriem quamdam et connexionem et ordinem cantus et consonantiæ tribuat consequentibus post se Tropariis. Nam ad cantum Hirmorum conformantur, et attemperantur etiam Troparia, et decantantur non sine relatione ad Hirmos, quorum itidem melodiam et sonum imitantur. Vel inde Hirmus nomen habet, quod contrahat et connectat sibi in melodia et cantu Troparium.* Et certe Εἴρω, a quo *Hirmus* deducitur, significat *Traho* et *Necto*, ut patet ex illo quod Hesiodus in Theogonia de Musis cecinit

quod cetera post se trahat

sicuti Musæ apud Hesiodum,

— — — — — — — — καὶ Διὶ πατρὶ
Ὑμνεῦσαι, τέρπουσι μέγαν νόον ἐντὸς Ὀλύμπου,
Εἴρουσαι τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα,
Φωνῇ ὁμηρεῦσαι.

— — — *Hominum patrem atque Deorum*
Laudantes, magnam mentem exhilarant in Olympo;
Nectentes præsentia, præterita atque futura,
Gutture fundentes cantum.

Et quamvis Boninus Mombritius, Patritius Mediolanensis, in sua elegantissima Theogoniæ versione, non videatur sensum Hesiodi satis expressisse, dum vertit:

— — — — — — — — — — — — — *Illæ*
Laudi animum patris exhilarant: plerumque canentes,
Quæ sunt, quæ fuerint, et quæ ventura trahantur.

Tamen a significatione verbi Εἴρω neutiquam recessit.

10 *Hirmus* ergo, quoad licet assequi, sequentes Modulos ad suam musicam inflexionem trahit, atque ideo non male a Goaro redditur *Tractus*. Tractum autem cum dico, nolim equidem cum aliquo apud Allatium existimes, Hirmum a Tractu Ecclesiæ Latinæ non differre. Etenim, ut Gretserus noster tom. 3 de Cruce pag. 2328 observavit, Latinorum Tractus a trahendo dictus est, non eo quidem quod sit norma ad quam concinantur subsequentia (nam Latinorum Tractus talis norma non est), sed quod tractim cantetur. Igitur cum Græcorum Hirmus canon sit ac regula sequentium Trapariorum, Tractus Latinorum non item: consequens est, ut alterum ab altero differre pronuntiemus. Est autem inter Græcorum libros Ecclesiasticos aliquis, qui Hirmos, secundum octo tonorum varietatem collectos, continet, atque ideo Εἱρμολόγιον dicitur.

et est quasi totius Canonis regula,

11 Hisce explicatis videtur mihi jam redeundum ad *Troparia*, et commemoranda sententia Cangii, qui Zonaram secutus, ait inde *Troparia* appellari, *quod ad modos Hirmorum* τρέπονται, *vertuntur et inflectuntur*. Zonaræ verba, quæ a Cangio in hanc sententiam adducuntur, hæc sunt: Τροπάρια λέγονται, ὡς πρὸς τοὺς Εἱρμοὺς τρεπόμενα, καὶ τὸν ῥυθμὸν ἐν τοῦ μέλους πρὸς ἐκείνους ποιούμενα, ἢ καὶ ... τὴν φωνὴν τῶν ᾀδόντων πρὸς τὸ μέλος καὶ τὸν ῥυθμὸν τῶν Εἱρμῶν. Εἰ μὴ γὰρ πρὸς ἐκείνους ὁ τῶν ... ψαλλόντων φθόγγος ἐδύνατο, οὐκ εὔρυθμον ἔσται τὸ μέλος, οὐδὲ ἐναρμόνιον, οὐδὲ μέλος ἂν γένοιτο, ἀλλ' ἀπηχὲς καὶ ἀνάρμοστον φώνημα. *Troparia vocantur, ut quæ ad Hirmos vertuntur, eosque respiciunt tamquam modulationis subsidium: vel etiam, quæ vertunt canentium voces ad modos numerosque Hirmorum. Nisi enim ad eorum normam vox psallentium exigatur, neque concinnus erit cantus; neque suavis harmonia, neque melodia poterit appellari, sed vociferatio inconcinna et inamœna.* Zonaræ consentit Arcudius, consentit Gretserus. Sed si hoc ita sit, tria satis mirari non possum. Unum est, quod Hirmus ab Allatio inter Troparia reponatur. Alterum, quod Cangius etiam Ἰδιόμελον affirmet esse Troparium. Tertium denique quod idem Cangius cum Goaro, Troparium definiat *vocem genericam et cunctis Canticis, in Ecclesia Græca receptis, communem*. Etenim tradita a Zonara Trapariorum definitio, non complectitur tamquam sua membra aut Hirmum aut Idiomelum, utpote quæ ad nullius Hirmi numeros inflectuntur. Qui igitur *Idiomelum* et *Hirmus* Troparia esse dicuntur? Qui vox illa *Troparium* communis est omnibus Ecclesiæ cantionibus?

ut Zonaras docet.

AUCTORE N. R.

12 Hærebam incertus animi, neque tamen me possum adducere, ut viros in rituum Græcorum scientia apprime versatos, et hoc nomine per totum orbem terrarum celebres, autumem loqui pugnantia, et hic a vero abesse. Quid igitur? Ut hæ eorum locutiones dumtaxat in speciem pugnantes concilientur inter se, totaque Tropariorum natura intelligatur, ego quidem sic statuo: quamlibet in Ecclesia Græca Cantionem communi nomine appellari *Troparium*, vel ob vocem, quæ inter cantandum multiplici ac diverso modo inflectitur; vel etiam ob Canonarcham, qui dum per commata Cantionem aliquam suggerit, varium vertitur in chorum; ita ut *Troparium* sit veluti genus ad plures Cantionum differentias sive formas pertinens. Atque alterutro sensu, vel potius utroque, et *Idiomela* et *Hirmi* et *Stichera* et *Stichi*, et Cantiones reliquæ omnes jure merito nuncupantur *Troparia*. An enim cantio potest esse ulla, in quam utraque illa ratio non conveniat? Quamquam Cantiones illæ aliæ sive Moduli, qui inter canendum Hirmis attemperantur, non solum propter alterutram vel utramque rationem, sed etiam propter illam tertiam a Zonara allatam, commune nomen *Troparii* sibi vindicent, tamquam peculiare et proprium, idque per antonomasiam aut per excellentiam.

ipse tamen Hirmus et Idiomelon et Troparium se habent, ut species ad genus.

§. III. *Quid* Contacium, *quis ejus inventor? Quid* Canon *? et quotuplex ?*

Duplex illa significatio quam voci *Troparium* supra dedimus, modo generica, modo specifica, si admittatur, plana sunt omnia, nihil in doctissimorum hominum locutionibus pugnans, nihil ambiguum. Et vero admittetur sine ulla controversia ab iis, qui norunt similes locutionum varietates in ecclesiasticis Græcorum sermone esse complures. Vocabula alia ut præteream, unum Κοντάκιον quam multa significat! quam diversa! Significat aliud in commentatione, aliud in divino Horarum Officio, aliud in Liturgia, iterum in Ordinatione aliud atque aliud. Has significationes singulas, in Ἀρχιερατικῷ, sive libro Pontificali Ecclesiæ Græcæ, operose perque erudite explicat Isaacius Habertus, Doctor Sorbonicus, tunc Abbas S. Mariæ de Allodiis, postea Vabrensis Episcopus, quem avidus eruditi Lector potest consulere. Longum est enim afferre omnia. At vero cum hæc Græcorum Ἀκολουθίαν evolvendam susceperim, necesse est dicere, quid Κοντάκιον, saltem in ea significet. *In Oratione*, inquit ibi Habertus pag. 59 *seu divini Horarum Officii recitatione vel decantatione, Contacium est quasi quoddam modulatum Hymni seu Cantici Ecclesiastici, ceteris simplicius, usque brevius, quale singulis*

F Tropariu nomen,

sic et Contacium varie accipitur,

A *singulis diebus festis proprium est : unde* Κοντάκιον τῆς ἡμέρας Contacium diei *vocatur*. Tum subjicit exemplum Contacii ejus diei in quo de *Contacio* scribebat, qui erat dies sacer Sancto Georgio. Non est in animo exemplum illud transcribere, quia aliud in Officio horum trium Sanctorum mox inventurus est Lector.

AUCTOR. N. B

14 Porro ex hac Haberti descriptione effici cogique potest, *Contacium* profluere a dictione Κοντὸς, *rem brevem* significante. Neque vero placet Ligaridius, qui audet ἀπὸ τοῦ Κοντοῦ ab *Hasta* sive *Jaculo* deducere Κοντάκιον; perinde quasi foret *Contacium* Oratio, quam vocamus *jaculatoriam*. Non enim Κοντὸς *jaculum* proprie significat; licet Joannes Morinus de sacris Ordinationibus pag. 230 id velle probare videatur ex illo Homeri versiculo Odyss. 1.

dicitúrque a brevitate

Αὐτὰρ ἐγὼ χείρεσσι λαβὼν περιμήκεα κοντόν.

Hunc Homeri locum si Morinus adiisset, vidisset luce clarius, Κοντὸς non esse *jaculum*, sed *prælongam perticam* qua minora navigia impelluntur, latine quoque *Contus* dictam; Ibi enim facit Homerus Ulyssem narrare, quomodo appropinquantem ad littus Polyphemum detraserit, arrepto immani conto.

B 15 Sed juvat iterum audire Habertum sic prosequentem : *Hæc autem Contacia inventa sunt circa annum Domini quingentesimum, sub Anastasio Imperatore. Inventa, inquam, divinitus a Romano* Emeseno) *Diacono ; qui dum in quadam Deiparæ ecclesia* τῶν Κυρου(?)... τὴν Παννυχίδα, *sacras Vigilias perageret, ut narratur in Menæo Græcorum* (die 1 Octobris) ; Τὸ χάρισμα, inquit, τῆς συντάξεως (*legendum* συντάξεως) τῶν Κοντακίων ἔλαβεν, ἐπιφανείσης αὐτῷ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου κατ' ὄναρ, καὶ τόμον χάρτου ἐπιδούσης καὶ κελευσάσης αὐτὸν καταφαγεῖν. Ἔδοξεν οὖν ἀνοῖξαι τὸ στόμα καὶ καταπιεῖν τὸν χάρτην· ἦν δὲ ἡ ἑορτὴ τῶν Χριστοῦ γεννῶν· καὶ εὐθέως ἔξυπνος γενόμενος, ἀναβὰς ἐν τῷ ἄμβωνι ἤρξατο ψάλλειν : Ἡ Παρθένος σήμερον τὸν ὑπερούσιον τίκτει. Καὶ ποιήσας καὶ τῶν λοιπῶν ἑορτῶν τὰ Κοντάκια, ἀλλὰ δὴ καὶ τῶν ἐπισήμων Ἁγίων, ὡς εἶναι τὸ πλῆθος τῶν ὑπ' αὐτοῦ γενομένων Κοντακίων ὑπὲρ τὰ χίλια ἐν εἰρήνῃ τελειοῦται. « Romanus Diaconus gratiam compositionis Contaciorum faciendorum accepit, cum in somnis apparuisset ipsi sanctissima Dei Genitrix, eique tomum seu partem chartæ tradidisset, manducare jubens. Visus est ergo os aperire et chartam absorbere. (Erat autem natalis Christi dies) atque confestim somno solutus, ambonem conscendens cantare cœpit : C Hodie Virgo supersubstantialem parit. Atque ubi reliquarum Solennitatum, sed et illustrium Sanctorum Contacia perfecit, ita ut Contaciorum ab ipso compositorum copia millenarium excedat, in pace vitam finivit. »

talium multiplicator insignis S. Romanus Diaconus a Deipara edoctus;

16 Verum (id quod pace Viri tanti dixerim) hæc Menæorum verba indicant quidem, Contacia, a S. Romano composita fuisse quam plurima ; sed ab ipso fuisse primum adinventa non indicant. Præterea S. Romani festum in Menæis sic indicitur : Μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ρωμανοῦ Ποιητοῦ τῶν Κοντακίων. Ubi observandum est, Ποιητοῦ τῶν Κοντακίων, *Poetæ sive conditoris Contaciorum* dici ; non Εὑρετοῦ *Inventoris*, quo pacto loqui Menæa debuissent, si voluissent Contaciorum inventionem D. Romano attribuere. Miror sane acutissimum Habertum ad hæc non advertisse animum, non advertisse Morinum, non Gretserum, non viros alios eruditos. Atque hæc mihi disputanti venit in mentem Ligaridii, qui teste Goaro, inventorem tropariorum facit Chrysostomum. An Ligaridius habeat auctorem idoneum, non scio. Hoc scio, circa ætatem Chrysostomi in usu fuisse Troparia ; quia Cedrenus memorat, anno octavo Leonis Magni Imperatoris, Anthymum ac Timoclem Tropariorum Poetas innotuisse. Molesta

non tamen probatur ex Menæis inventor primus.

fortasse Lectori acciderit hæc qualis qualis ad Inventores digressio, quare ad propositum revertamur. Contacium ergo subsequitur Οἶκος, qui a Goaro pag. 67 describitur, *Hymni genus in Dei vel Sancti alicujus laudem ita constructum, ut quasi compagem, ædificium, fabricamque virtutum ejus et gloriæ videatur componere : et ideo Κοντακίῳ opponitur, ut eo amplius et diffusius.* Explicationis clarioris causa, subdit Goar : *Itali quoque sua poemata habent ;* Stanze *sua lingua, id est domus sive habitacula dicta.* D

Troparia aliqua unde Domus vocentur?

17 Ὠδὴ autem vel *Canticum* quid sit, notius videtur esse, quam ut hic a me explicari debeat. Quis enim Mosis, Habacuc aliorumque Prophetarum Cantica ignoret? Solent autem novem Scripturæ sacræ Cantica, secundum ordinem et ferias, in Matutino recitare Græci. Primum quidem Dominica et feria II, Canticum Mosis (quod extat Exodi 15. et in Romano Breviario feria V, ad Laudes Ἄσωμεν τῷ Κυρίῳ, ἐνδόξως γὰρ δεδόξασθαι, *cantemus Domino : gloriose enim magnificatus est*. Secundum, (quod est Mosis Canticum alterum, ex Deuter. 32 et in Breviario Romano ponitur Sabbato ad Laudes) incipitque Πρόσεχε οὐρανὲ καὶ λαλήσω ; *Audite cœli quæ loquor* et cantatur hoc a Græcis feria III. Tertium, Ἐστερεώθη ἡ καρδία μου ἐν Κυρίῳ. *Exultavit cor meum in Domino*, nempe Canticum Annæ adscribitur feriæ IV, sicut et apud latinos. Quartum, Κύριε εἰσακήκοα τὴν ἀκοήν σου, *Domine audivi auditionem tuam*, Canticum scilicet Habacuc, a Latinis feria sexta dici solitum, feria V usurpatur a Græcis. Quintum, quod est Canticum Isaiæ, non illud quidem quod est Isaiæ 12, et incipit, *Confitebor tibi Domine*, proponiturque in Romano Breviario feria secunda ad Laudes ; sed quod Isaiæ cap. 26 vers. 9 incipit in vulgata : *Anima mea desideravit te in nocte*, Ἐκ νυκτὸς ὀρθρίζει τὸ πνεῦμά μου πρὸς σὲ ὁ Θεός : hoc, inquam Isaiæ Canticum alterum apud Græcos proprium est feriæ VI : Sabbato vero sextum, Ἐβόησα ἐν θλίψει μου πρὸς Κύριον, sive Canticum Jonæ, *Clamavi de tribulatione mea ad Dominum* ; et septimum, Εὐλογητὸς εἶ Κύριε ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν, *Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum* Reliqua duo, scilicet Beatæ Mariæ Virginis et Zachariæ Prophetæ, alio tempore decantantur. E

Cantica ex Scripturis distributa per Ferias.

18 Atque hæc novem Cantica integra, in eum quem jam recensui ordinem redacta, reperire est in νέῳ Ἀνθολογίῳ sive novo Florilegio Antonii Arcudii, continuo post Psalterium : *Secundum autem illorum, Πρόσεχε οὐρανὲ καὶ λαλήσω, quia comminationibus et minis in pervicaces et perfidiles Hebræos tonat,* F *omissum idcirco toto anni decursu, solo Quadragesimæ magnæ tempore lugubri, quo comminationibus et tristis augurii vocibus peccatores terret Ecclesia, cantandum resumit.* Ita Goarus, allegans Horologii typum. Ἰστέον, ὅτι ἡ δευτέρα ᾠδὴ οὐδέποτε στιχολογεῖται, εἰ μὴ ἐν μόνῃ τῇ μεγάλῃ Τεσσαρακοστῇ κατὰ τὴν τρίτην. *Sciendum quod secundum Canticum nunquam per versus recitatur, nisi Quadragesimæ magnæ tertiis feriis.*

19 Hæc de Scripturæ Canticis. Progredior jam ad Canonem, quæ est pars Officii Græci bene magna. Quippe « Canones, (ut loquitur Cangius) in Ecclesia « Græca dicuntur *Hymni* (ex perpetuo Odarum et « Tropariorum ordine ac serie ita appellati) qui « post Psalmos Davidicos, precesque, et alia Tro- « paria, antequam finiantur divina Officia, quæ no- « cturno tempore domi aut Ecclesiis exiguntur, « cani aut recitari solent. Zonaras ad Canones « Anastasimos Damasceni : Κανὼν λέγεται, ὅτι « ὡρισμένον καὶ τετυπωμένον ἔχει τὸ μέτρον ἐννέα ᾠδαῖς « συντελούμενον. *Canones*, igitur dividuntur in novem « *Odas* ; inter quas tamen secunda nullibi apparet, « sed componentis in pectore remanet, post 4 vero « Oden, Canon interrumpitur ταῖς Ἀναγνώσεσι. Tum

Odis et Troparis contexta Canones.

A « Tum enim lectiones de Vitis Sanctorum, quorum eo « commemoratio celebratur, aut de diei historia, « altiori voce ab Sacerdote vel ab alio leguntur: « quibus finitis reliquæ Canonis Odæ percurruntur. « Neque unus Canon in uno Officio semper dicitur, « sed interdum duo vel tres, raro quatuor, pro plu- « rium illo die festivitatum concursu, intermiscen- « tur. Quamvis vero Canonibus Odæ tribuantur « novem, non ita tamen illud perpetuum est, ut « aliquando numerus earum non imminuatur. Quan- « doque enim tribus vel quatuor tantum Odis inter- « cluditur: *unde Canonibus nomen* Τριῳδίου et Τε- τραῳδίου. Triodii tamen nomen latius patet: nam (ut pluribus et erudite demonstrat Allatius de libris Ecclesiast. Græc. dissert. 1 pag. 71) non solum Canonem ex tribus constantem Odis complectitur, verum etiam librum ipsum, in quem hujuscemodi Canones relati sunt, et qui idcirco libris ecclesiasticis accensetur.

in uno Officio aliquando plures;

2 Pergit Cangius et ait « Canones præterea ex « materia quam tractant nomina sumpsere. Alii « enim Ἀναστάσιμοι dicuntur, quod de Christi re- « surrectione agant; Σταυρώσιμοι, qui de Cruce; B « Νεκρώσιμοι et Ἀναπαύσιμοι, qui de Mortuis; « Σταυρονεκρώσιμοι, qui de Cruce et Mortuis; Πα- « ρακλητικοί, qui de solamine animarum; Ἱκετήσιοι « supplicatorii; Τριαδικοί, qui de Trinitate; Δογμα- « τικοί, qui de dogmatibus agunt, et sic de reliquis. « Canones itaque in Odas dividuntur: Odæ in Tro- « paria, ex quibus componuntur. Singulæ namque « (ut habet alio idem Cangius ex Allatio) Troparia « continent plura aut pauciora, cum eorum nume- « rus determinatus non sit. Troparia porro quan- « doque libera aut vaga relinquuntur; quandoque « primis litteris, quasi annulis in verbis veluti ca- « tenula inseruntur, quam Acrostichida auctores « vocant. Non ab omnibus tamen illa colligandi « ratio et modus servatur. Quidam alphabeti ordi- « nem servant, ita ut primum Canonis troparium « ab A incipiat, et in Ω demum desinat. Alii in « Acrostichide Θεοτόκια (troparia sunt Odarum « postrema, in honorem Virginis concinnata) inclu- « dunt. Alii extra eam suo modo vagari ferrique Cano- « nes suos sinunt.

pro vario argumento varie nuncupati:

21 Alii primis Tropariorum litteris aliquam sententiam contexunt; Alphabetum alii, et tunc dicitur Canon κατὰ ἀλφάβητον: et exemplum Alphabeticæ Acrostichiæ exhibet Paracleticum pag. 16. Aliorum exempla varia exhibet aliquoties Papebrochius, occasione Sanctorum quorumdam, aliam fere historiam C vel encomium non habentium. Longe pulcherrimum dat nobis trium Doctorum Græcorum Officium, quod jam paramus illustrare, exprimens primis elementis hunc versum iambicum

quorum aliqui etiam acrostichi sunt.

Τριστίχου ᾠδὰς, τρεῖς ἄνδρας ψάλλω κλέους.

Hujus sensum Latine reddam alibi, totidem litteris totidemque Tropariis seu Strophis. Et vero, ne postea hæreas, oportet præmoneam, tantum abesse, ut ejusmodi Acrostichides semper continuentur et proxime cohæreant inter se, ut interjectos et dispersos habeant et Hirmos et Troparia, Martyrica, Theotocia, aliaque, quibus exactis resumitur Canon: qui si duplex est, ut est sæpe, alterius Canoni continuationi præponitur vox Ἄλλος; plerumque vero tam unius quam alterius Canonis Odæ distinguuntur per numeros litteris Alphabeti signatos hoc modo, ᾠδὴ α', β', γ' etc. Quæ omnia appositione promissi Exempli clariora evadent.

22 At quinam fuere Canonum Auctores? Infinitum est recensere omnes, neque id nostri ratio instituti postulat; cum eos omnes novisse ad Græcorum Acoluthiam intelligendam nihil interficit. Præcipuos Lectori suggeret Typici caput 6: quod hic præteriri haud potest Ἰστέον δὲ καὶ τοῦτο, ὡς εἴπερ ἔχει τὸ Μηναῖον ἐν μνήμῃ Ἁγίου τινὸς Κανόνας τῶν διαφόρων Ποιητῶν, εἰ μὲν ἔστι Κάνων τοῦ Κῦρ Κοσμᾶ, προκριτέος· εἰ δὲ τοῦ Κῦρ Ἰωάννου καὶ ἑτέρων, τοῦ Ἰωάννου προκρίνεται· εἰ δὲ τοῦ Κῦρ Θεοφάνους καὶ ἑτέρων, ὁ τοῦ Κῦρ Θεοφάνους προκρίνεται, προτιμητέος γάρ ἐστι τῶν ἄλλων· εἰ δὲ τοῦ Κῦρ Ἰωσήφ, οὗτος τῶν λοιπῶν προτερεύεται ποιητῶν· τούτων δὲ μὴ ὄντων, οἱ τοῦ Κῦρ Ἰωάννου· αὐτῶν δὲ μὴ τυγχανόντων οἱ τοῦ Κῦρ Θεοφάνους· ἀπόντων δὲ τούτων, οἱ τοῦ Κῦρ Ἰωσήφ, τῶν λοιπῶν ἁπάντων προκρίνονται. *Hoc quoque sciendum est, si Menæum habet in memoriam alicujus Sancti Canones diversorum Poetarum, si Canon adfuerit Domni Cosmæ, hunc aliis præferendum; si Domni Joannis et aliorum, eum qui Joannis est præferri; si Domni Theophanis et aliorum, Domni Theophanis præferri, illi enim ante alios honorandus est; si Domni Josephi, hunc reliquis Poetis anteponi: si ceteri defuerint, Domni Joannis; si hi quoque defuerint, Domni Theophanis; si hi etiam, Domni Josephi ceteris omnibus anteponi.*

Eorum Auctores præcipui; qui,

D AUCTORES B

et quo ordine assumendi in concursu plurium

23 Ex dictis non tantum colligitur, qui quibus in Canonum concursu anteponantur; verum etiam, quinam sint eorum Auctores præcipui. Talium insignem catenam videre est ante Triodium, anno 1601 excusum Venetiis, opera et studio Maximi Cytheriorum in Cypro Episcopi. Ibi spectatur in fronte imago, titulum libri complectens, sumpta ex quodam manuscripto, duorum aut trium seculorum ætatem habente: in qua imagine, ministerio trium geniorum minorum duorumque majorum Angelorum utrimque stantium, circumducitur quasi torques seu catena annulorum viginti novem, mutuo se complectentium, dependens ex summo uno ornatiorque toreumate, Christum Dominum repræsentante, cum hoc per extimos Angelorum lateralium humeros defluente versiculo,

quorum 19 componuntur ad titulum Triodii excusi ornandum

Οἱ τὰ μέλη πλέξαντες ὕμνων ἐνθέων,

Hymnorum modulos hi composuere sacrorum,

Hanc Catenam, toto opere nostro vix alibi habituram locum commodiorem; sæpe autem usui futuram, juvat, omissis parergis, spectandam dare ære expressam, et cum P. Papebrochio, ejusdem explicationem exorso ad diem 30 Aprilis tom. 3 pag. 796, istic dicta recognoscere atque corrigere, juxta meliores notitias postea acceptas.

24 Vides hic ut uniuscujusque sacri Poetæ icon dimidia, proprio habitus et ordinis schemate distincta, intra prædictos annulos repræsentetur. Et, ne vaga exerreret conjectura, adduntur circum caput nomina, ut solent in nummis: atque ita ex dextro latere descendunt. *Germanus*, Patriarcha Constantinopolitanus, qui colitur XII Maji, fidei causa sub Leone Armeno Sede sua ejectus: *Sophronius*, Patriarcha Hierosolymitanus, de cujus opera, in restituendis Menæis cum S. Joanne Damasceno impensa, egimus XI Martii: *Philotheus* Patriarcha Constantinopolitanus, ab anno MCCCLXII usque ad LXXV ejusdem seculi, quem licet Wangnereckius noster, in libro de Mariana Græcorum pietate, ac Leo Allatius merito sugillent, non solum schismatis titulo, sed etiam hæreseos in Georgio Palama, Thaboritici luminis assertore, laudatæ; ne tamen ejus opera omnia, in laudem Sanctorum variorum et locupletationem sacrorum Hymnorum composita, execrandi putemus; facit ejusdem ad unionem Romanam accessio anno MCCCLXVII, Patriarchatus sui quinto, in eaque (ut opinari licet) perseverantia usque ad finem, id est usque ad annum MCCCLXXXV.

inter quos eminent Theo... Patr. CP. ... Jerosolymitanum ... amplexus

25 Philotheo in ista Catena succedit Andreas Cretensis Archiepiscopus, de quo, tamquam magni Canonis auctore, quædam diximus 2 Aprilis agentes de S. Maria Ægyptiaca et infra dicemus. Colitur

et Joannes Mauropodes ... et alii sequentes.

IV Julii aut Junii. Quintus in hoc dextri lateris ordine *Joannes Euchaitarum Metropolita*, est Auctor, ut diximus, ejus Officii quod hic tractamus. Sequitur *Georgius Nicomediæ* Archiepiscopus : cui varias panegyres, ad Metaphrasten imperite traductas, restituit Allatius, pluribus de eo agens in Diatriba de Georgiis : quo autem vixerit tempore, necdum comperimus. Proximi Georgio et inter Episcopos ultimi notantur *Methodius, Cyprianus, Anatolius :* omnes nobis ignoti. Quis enim postremo loco relatum credat esse S. Anatolium, sub Theodosio Juniore Constantinopolitanum Patriarcham? Primum liceret verosimilius credere esse eum, qui sub S. Theodora orthodoxiam restituit ; sed tunc debuisset præponi Philotheo et ceteris intermediis. Claudunt porro hanc seriem Scriptores ex ordine seculari quinque, *Leo Despotes, Leo Magister, Basilius Pegoriotes, Justinus, Sergius :* de quibus nihil dicere possum.

Cæteram partem oblatam in sinistro latere implent ex ordine monastico Scriptores quatuordecim. In his nobis cogniti sunt, *Joannes Damascenus*, et cum hoc pariter educatus *Cosmas*, postea Maiumæ Episcopus, de quo agemus XIV Octobris ; *Joseph*, communiter Hymnographus dictus, cujus Vitam dedimus III Aprilis ; *Theophanes*, cognomento *Graptus*, ob frontem contumeliosis versibus ab iconomacho Theophilo exaratam, qui XI Octobris solus, et rursum cum fratre Theodoro XXVII Decembris commemoratur. Ceteri nobis ignoti sunt, *Byzantius, Stephanus Hagiopolites, Georgius Siceliotes, Simeon, Philotheus, Arsenius, Babylas, Ephrem Cariæ, Andreas Pyrrhus sive Rufus*, et *Studites*. Quis autem hic per antonomasiam ita dictus? An magnus Theodorus? At inter primos locari merebatur.

atque omnium ultima Cassia vel Icasia.


26 Infra omnes, et quasi geminæ seriei vinculum, ponitur *Cassia*, de qua Theodorus Prodromus apud Allatium Dissert. I de libris Eccles. Græcorum pag. 75, agens de Canone Sabbati Sancti : *Opus quidem est*, inquit, *ad quintam ipsam Odam Marci Episcopi Hydruntini, ab ea usque ad nonam, magni Poetæ Cosmæ ; sed multo ante* Marcum) *ut ex non scripta traditione discimus, mulier quædam nobilis, casta et virgo ; cui nomen Cassiæ, ejusmodi modulationis prima fuit auctor, et Canonem ipsum absolvit. Qui vero eam subsecuti sunt, melos admirati, indignum nihilominus judicantes mulieribus sermonibus Herois illius Cosmæ cantiones conjungere, Melos tradentes Marco, et Hirmos consignantes, Tropariorum compositionem illi soli commiserunt.* Idem de Marco, Cosmæ poema supplente, apud eumdem Allatium dicit Nicephorus Callistus ; addens, quod ille id operis susceperit, *ex sapientissimi Imperatoris Leonis mandato.* Atqui Leo Sapiens, sive Philosophus ; imperavit in confinio nonæ ac decimæ seculi : Cosmas autem cum Joanne Damasceno floruit seculo octavo ineunte : unde consequitur, ut *Cassia*, inter Cosmam et Marcum media, non amplius uno seculo Marcum præcesserit ; citra controversiam orthodoxa, et sanctiore spiritu afflata quam illa quondam celeberrima Sappho, ut Græcæ Christianæ gentili Græcæ ne in hoc quidem cederet ; digna illa profecto, de qua plura sciantur.

citra sæculum

Scirentur autem, pauca fortassis, si inveniretur prælaudati Allatii tractatus de Melodis Græcorum, opus allegatum ab auctore pag. 82 citatæ Dissertationis, ubi satis habet eorumdem nomina dare usque ad septuaginta et unum, eaque non omnia, qualia huc transcribere non gravabor.

Allatius recenset ejusmodi Melodos usque ad 71 :

27 » Sunt autem, Anatolius, Andreas Cretensis, Andreas Pyrrhus, Anthimus, Athanasius, » Basilius Monachus, Basilius Pegoriota, Byzas » sive Byzantius, Cassia sive Cassiana sive Icasia, » Christophorus Protoasecreta, Clemens, Constantinus



A » tantinus Porphyrogenneta, Cosmas, Cyprianus Monachus, David, Demetrius, Dorotheus, » Monachus, Emmanuel Palæolaurita, Emmanuel » Phile, Ephrem, Euthymius Monachus, Gabriel, » Georgius Nicomediensis, Georgius Siculus, Germanus Patriarcha CP. Hierotheus Monachus, » Ignatius, Joannes Archiepiscopus, Joannes Damascenus, Joannes Euchaita cognomento Mauropus, Joannes Stauracius, Joannes Zonaras, Josephus Studita, Justinus Decadio, Leo Imperator, » Leo Magister, Leo Peganius, Marcus Monachus, » Mauroleo, Methodius Patr. CP. Metrophanes, » Michael Psellus, Nicephorus Callistus, Nicetas » Heracleota, Nicetas Stechatius, Nicolaus, Nilus » Xantopulus, Paulus Ammonius, Philippus, Philotheus Patr. CP. Photius Monachus, Photius » Patr. CP. Procopius Chartophylax, Romanus, » Stephanus Hagiopolita, Stephanus Sabaita, Sergius Hagiopolita, Sophronius Patr. Hierosol. » Theodorus Coetonita, Theodorus Studita, Theodosius Lascaris, Theodosius Syceota, Theophanes, Theophilus Imperator, Timocles.

deque illis tractatum scripsit.

28 Hactenus Allatius, sed ordine nullo : quem ego, ut commodior esset, Alphabeticum feci ; libentius utiliusque Chronologicum daturus, si de singulis B haberentur documenta idonea. Et hæc alia possit esse causa optandi, ut alicunde prodeat prælaudatus de Græcorum Melodis tractatus. Interim iisdem merito adnumerandus suggeritur nominatus supra Theodorus Prodromus qui ipsos Canones primus commentando exposuit; Nicephoro Blemmidæ, in orat. 1. de process. S. Spiritus, ideo dictus ὁ τῶν ἱερῶν Κανόνων πρῶτος συφηνιστής. Est et aliud, de quo te monitum, Lector, velim; nimirum quod Auctorum nomina singula singulis Canonibus præfigi solent, tametsi interdum taceantur; quandoque etiam Acrostichidi innecti ad finem. Atque hæc de communibus Canonibus dicta sunto.

§ *IV. De Magno Canone, Doxologiis, Theotociis, Catabasia, et Apolytico.*

Constat hic Canon Troparus 250

In Triodio extat alius quoque Canon, qui Magnus appellatur, tum quia abundat exquisitis gravissimisque sententiis; tum quia, cum ceteri Canones triginta, aut paulo amplius, Troparia contineant, iste ad ducenta et quinquaginta progreditur. Quod significatur hisce Triodii verbis : Λέγεται δὲ μέγας Κανὼν, ἴσως ἐν τῇ ἔπει, καὶ κατὰ ταῦτα ἐννοίας, καὶ τὸ ... C καὶ ὅτι τῶν λοιπῶν Κανόνων, ἀνὰ τριάκοντα καὶ μικρῷ τι πλεῖ, Τροπαρίων ἐχόντων, οὗτος εἰς διακόσια καὶ πεντήκοντα πρόεισιν. Sed quid ni ejus Canonis auctorem et argumentum ex eodem illo Triodio declarem? τοῦτον τὸν οὕτως κανόνων μέγιστον ἁπάντων ἄριστα καὶ τεχνέντως ἠρμόσατο, καὶ συνέγραψεν ὁ ἐν ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν Ἀνδρέας, ὁ Ἀρχιεπίσκοπος Κρήτης, ὁ καὶ Ἱεροσολυμίτης ὀνομαζόμενος, ὃς ὥρμητο μὲν ἐν Δαμασκοῦ... πᾶσαν γὰρ παλαιᾶς καὶ νέας ἱστορίαν συλλέξας ἐρανισάμενος, καὶ ἀθροίσας, τὸ παρὸν ἡρμόσατο μέλος, ἀπὸ Ἀδὰμ δηλαδὴ μέχρι καὶ αὐτῆς Χριστοῦ ἀναλήψεως, καὶ τοῦ τῶν Ἀποστόλων κηρύγματος. Προτρέπεται γοῦν διὰ τούτου πᾶσαν ψυχὴν, ὅσα μὲν ἀγαθὰ τῆς ἱστορίας ζηλοῦν καὶ μιμεῖσθαι πρὸς δύναμιν· ὅσα δὲ τῶν φαύλων ἀποφεύγειν, καὶ ἀεὶ πρὸς Θεὸν ἀνατρέχειν, διὰ μετανοίας, διὰ δακρύων, καὶ ἐξομολογήσεως, καὶ τῆς ἄλλης δῆλον ὅτι εὐαρεστήσεως· πλὴν εἰς τοσοῦτόν ἐστιν εὔρους καὶ ἐμμελὴς, ὡς καὶ αὐτὴν τὴν σκληροτέραν ψυχὴν ἱκανῶς μαλάξαι, καὶ πρὸς ἀνάληψιν ἀγαθοῦ διεγεῖραι, εἰ μόνον μετὰ συντετριμμένης καρδίας καὶ προσοχῆς ἁρμοζούσης ψάλλοιτο. *Quod sic Latine reddo.*

compositus a S. Andrea Cretensi.

» Hunc vere ex omnibus Canonibus maximum, » optime artificioseque texuit atque conscripsit » sanctus Pater noster Andreas, Cretensis Archie- D » piscopus, cognomento Hierosolymitanus, ex Damasco oriundus... Universa enim antiqui et novi » fœderis historia, coacta in unum, ab Adamo usque ad Christi ascensum Apostolorumque prædicationem, hoc perpetuum Canticum deduxit. » Adhortatur ergo per hoc omnem animam, ut quæ » in historiarum monumentis cernit esse bona et » laudabilia, ea pro viribus sectetur; quæ mala, » fugiat et aversetur; semperque ad Deum recurrat » per resipiscentiam, per lacrymas, per delictorum » confessionem, et per alia hujusmodi placandi di- » vini Numinis adjumenta. Etenim hic Canon tam » fluidus est tamque argutus; ut mentem etiam » duriorem satis emolliat, et ad sequendum honestum decorumque excitet, modo animo contrito » et debita cum attentione psallatur ». Quæ quidem attentio ne desit; cantatur lente, sono lugubri, et ternis ad Troparia singula prostrationibus.

AUCTORE S. P. ad ciendam compunctionem.

30 Tempus autem, quo Magnus ille Canon in Ecclesia recitandus est totus, (nam per partes recitatur prima Quadragesimæ hebdomada) assignatur in Triodio aliisque libris ecclesiasticis, ἡ Πέμπτη τῆς πέμπτης ἑβδομάδος τῆς Τεσσαρακοστῆς, hoc est, *feria quinta quintæ hebdomadæ Quadragesimæ*, quæ hanc ob causam a Græcis peculiari appellatione dicitur Festum τοῦ μεγάλου Κανόνος; interdum etiam Ἡ μεγάλη τοῦ Κανόνος. Unde non immerito a Gretsero nostro reprehenditur Junius, quod dicat, festum magni Canonis esse Dominicam Orthodoxiæ. *Errat*, inquit Gretserus, *more suo solito : nam Dominica Orthodoxiæ erat prima Dominica Quadragesimæ* : quæ ratio plana fit cum ex aliis tum maxime ex Typico S. Sabæ cap. 42, cujus titulus est, Διάταξις τῆς πρώτης Κυριακῆς τῶν ἁγίων Νηστειῶν, ἤτοι τῆς Ὀρθοδοξίας. *Ordo primæ Dominicæ Sanctorum Jejuniorum, vel Orthodoxiæ.* Prima quoque verba illius capitis hæc sunt; τῇ Κυριακῇ τῶν Ὀρθοδοξίας. Quid vero Junium in E hunc errorem rapuerit mihi quidem non est divinatu difficile. Agedum, faciamus periculum. Prima illa Quadragesimæ Dominica (quam ex restituto Imaginum sacrarum cultu, et hæreticis profligatis Ὀρθοδοξίας, quasi *rectæ Fidei* nominant) veram rectamque fidei professionem emittunt Græci, et singula religionis capita, palam et in aperto, voce alta confitentur, sectariosque et eorum hæreses longo ordine iteratis anathematis damnant.

Cantaturque feria V hebd. V in Quadrag. tota.

non autem in Dominica Orthodoxiæ.

31 Hæc apud Philotheum Patriarcham Constantinopolitanum aliumve legerit fortasse Junius, cumque novisset, plurium Conciliorum sanctiones et F anathematismos vocari Canones, venit ipsi in mentem cogitare, magnum Canonem esse longam illam sacrorum dogmatum atque anathematum seriem, quam modo diximus. His autem ita constitutis, censen' fieri potuisse, ut Junius prima Dominica Quadragesimæ festum magni Canonis agi non arbitraretur? En igitur stirps ac semen Juniani erroris longe verisimillimum; et simul addisce, quantum periculum errandi adeant illi, qui ante de aliqua re dicunt sententiam, quam intelligunt, quid sit id de quo disputetur : Nos disputaturi mox de Θεοτοκίοις, periculum istud formidare minime debemus, quia Θεοτόκιον quid sit, jam nunc instituimus dicere; nempe ultimum Odarum sive Canticorum Troparium, quo aliquod Virginis Matris præconium, et quidem accommodatum tempori, continetur. Solet autem in Officiis ecclesiasticis contracta hac nota θ· non raro depingi; et ante Penultimum Troparium τὸ, Δόξα Πατρὶ καὶ Υἱῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι, *Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto* contracte hac figura ϶ notatum conspicitur; sequensque versiculus, Καὶ νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, *Et nunc et semper et in*

in qua hæretici longo ordine anathematizanti.

alii ut putantur magnum Canonem facere.

Canonibus inesse Theotocia plurima,

A *in secula seculorum*, τῷ Θεοτοκίῳ semper præmittitur. Non possum quin hic etiam verbo annotem; *Gloria Patri* a Græcis dici Δοξολογίαν μικράν, sive Glorificationem minorem, ad differentiam Hymni Angelici, *Gloria in excelsis*, quæ dicitur Δοξολογία μεγάλη sive Glorificatio major. Præter duplicem istam Δοξολογίαν, majorem et minorem, est et tertia, Τρισάγιον dicta a ter repetita voce Ἅγιος nempe Ἅγιος ὁ Θεός, ἅγιος ἰσχυρός, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς. *Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis, miserere nostri.* Quando autem et quomodo sit ille Trisagii hymnus introductus, erudite disputat Habertus in Libro Pontificali ante citato pag. 64.

[illegible] Doxologia.

32 Sed me revocant Θεοτοκία, quæ unde nomen invenerint, ignorari non potest, nisi ab eo cui ignota est Nestoriana perfidia: paucis ergo id expediam. Tortuosus ille coluber (sic ab Alexandrino Cyrillo nominatur Nestorius) Beatissimam Virginem Mariam pernegabat esse Θεοτόκον sive *Deiparam*; asserebatque potius Χριστοτόκον et ἀνθρωποτόκον, seu *Christiparam* et *hominis genitricem* esse dicendam. Hanc impietatem non tulerunt Catholici. Ergo variæ contra Nestorium coguntur Synodi, ejusque hæresim condemnant; et inter alias Ephesina, quæ sic

Ista, damnato Ephesi Nestorio,

B fulminat Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ Θεὸν εἶναι κατὰ ἀλήθειαν τὸν Ἐμμανουήλ, καὶ διὰ τοῦτο Θεοτόκον τὴν ἁγίαν Παρθένον (γεγέννηκε γὰρ σαρκικῶς σάρκα γεγονότα τὸν ἐκ Θεοῦ Λόγον) ἀνάθεμα ἔστω. *Si quis non confitetur, Emmanuelem verum Deum esse, et ob id sanctam Virginem* DEI GENITRICEM; *genuit enim illa incarnatum Dei Verbum secundum carnem anathema sit.* Ex hoc autem tempore vox Θεοτόκος in explicando Incarnationis mysterio obtinuit eumdem usum ac principatum, quem in mysterio Trinitatis ante obtinuerat vox Ὁμοούσιος. Ut enim in Trinitatis mysterio tota fidei Catholicæ ratio atque professio uno *Consubstantialis* vocabulo contineri putabatur; adeo ut tamquam tessera quædam haberetur, qua fœderati sociatique Catholici mutuo sese discernebant ab hostibus, et contrarias sibi invicem Sabellii et Arii hæreses una plaga conficiebant; sic ac profitendam distinctius Incarnationem, præcipuum in voce Θεοτόκος, momentum a Catholicis constitutum est; et quam isti in tuenda illa voce constantes, tam in eadem oppugnanda pervicaces adversarii fuere. Atque ea causa impulit Græcos, ut preces et obsecrationes, quibus divini Officii tempore opem magnæ Matris implorant, Θεοτόκια appellandas censuerint. Scita profecto et utilis appellatio: nam quotiescumque vel titulum harum precum intuebantur, (intuebantur autem sæpissime, non poterat non ipsis venire in mentem, et fidem profiteri orthodoxam, et impietatem Nestorii execrari. Mitto dicere quantopere ex tam multis tamque variis Θεοτοκίοις, in quovis Horarum Officio recitari solitis, Mariana pietas Græcorum eluceat: hoc enim peculiari opere facere incepit noster Simon Wagnerecchius, editis Centuriis quinque Chiliadis primæ ejusmodi Theotociorum, aliis cœpta continuanda relinquens.

frequenter capta,

cum Catholicis:

33 Θεοτοκίοις interdum subnectitur Καταβασία. Sed de hac voce altum silent Auctores omnes, quos mihi videre unquam licuit, præter unum Cangium. Hic fatetur ejus vim ac significationem nescire se, facitque conjecturam aliquam ex significatione vocis ἀνάβασις, ita scribens. *Quid hac voce Græci intelligant, nondum sum assecutus, nisi ut ἀναβαθμοί fuerint* ἀναβάσεις καρδίας, *seu* εὐσεβεῖς περὶ Θεοῦ λογισμοί, *ut loquitur Suidas*, hoc est, ascensus animi seu piæ cogitationes de Deo: *ita* Καταβάσεις *fuerint quasi descensus, seu de humana fragilitate cogitationes.* Sicut ubique, ita et hic summam Viri eruditionem veneror, pari modestiæ conjunctam; ista tamen ipsius conjectura videtur mihi ne probabilis quidem.

hac autem non ad argumentum Troparii,

34 Cur autem ita videatur, cognoscere ut possit D
Lector, quasi ea quæ oculis cernuntur, sufficiet illi vel unicus Modulus ex iis, quibus in secuturo Officio Καταβασία inscribitur, sic procedens: Τὸ στερέωμα τῶν ἐπὶ σοὶ πεποιθότων, στερέωσον, Κύριε, τὴν Ἐκκλησίαν, ἣν ἐκτήσω τῷ τιμίῳ σου αἵματι. *Firmamentum confidentium in te, Domine, firma Ecclesiam, quam acquisivisti pretioso tuo sanguine.* Huc animum, huc oculos, Lector. Quidquamne est in hoc Modulo quod memoriam excitet ad cogitationem fragilitatis humanæ? Atqui hujusmodi sunt Moduli ceteri omnes, quibus vox ista præfigitur, ut postea constabit. Igitur alio convertenda mens est, alia facienda conjectura. Ego, ut quod sentio in re obscura, id libere proloquar, Καταβασία non puto esse Troparii Modulive genus, sed aliquam proprietatem Toni; ita ut idem sit quod vocis depressio, demissio, et (si Musicis placet) etiam descensio. Hanc mihi mentem injecit Hagiopolites ille seu liber MS de Musica ecclesiastica Græcorum, qui apud laudatum Cangium verbo Φωνή inter Toni proprietates novemdecim, collocat octavo loco Κατάβασμα. Nam apud Græcos nihilo plus mihi videtur interesse inter Καταβασίαν et Κατάβασμα, quam inter *Descensionem* et *Descensum* apud Latinos. Sequitur ergo ut Καταβασία in E
Officio ecclesiastico rectius dicatur esse quasi signum aliquod, quo indicetur Cantori, proximum Troparium succinendum esse depressa voce minusque elata.

sed ad tonum videtur pertinere.

35 Neque minus difficile est dicere; quid sit Ἐξαποστειλάριον. Est quidem Modulus aliquis sive Troparium; sed per quid ab aliis differat, variæ sunt maximeque discrepantes sententiæ: quas paucis videtur complexus esse Goarus pag. 57, ita interrogans. *Num ille Hymnus est, ad quem concinendum in chori gremium mittitur aliquis? An talis alius qui in Sancti vel Mysterii alicujus memoriam ἐξαποστέλλεται, emittatur? Num potius is est qui mittendam Spiritus sancti gratiam advocet? vel denique qui, juxta docti Ligaridii sensum, fere semper de Apostolorum in orbem dispersione et prædicatione, aperte vel subobscure memoriam habeat?* Certe longe videtur probabilius, inquit Cangius, ita appellatum ejusmodi Hymnum a voce Ἐξαπόστειλον, quæ in iis fere semper occurrit, ut est Oratio illa in Liturgia Præsanctificatorum, id est, Missa in qua jam antea consecratum Corpus Christi sumitur. Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἐξαπόστειλον τὴν δύναμίν σου ἐξ ὕψους ἁγίου σου, καὶ ἐνίσχυσον ἡμᾶς προσφέρειν σοι τὴν ἀναίμακτον θυσίαν etc. *Domine Deus noster, emitte nobis de excelso sancto tuo virtutem, et corrobora nos, ut tibi offeramus hostiam incruentam*, etc. F
At vero cum vox illa Ἐξαπόστειλον non occurrat in Modulis illis omnibus, non video quomodo hæc Cangii sententia, tamquam probabilior, admitti queat.

Exapostilarium quid sit non satis liquet.

36 Tam multum molestiæ non facessit vox Ἀπολυτίκιον. Hanc breviter ac recte explicat doctissimus Euchologii interpres Goarus pag. 32. *Finis enim* Ἀπόλυσις *est, sive* DIMISSIO: *Modulus ille qui terminando Officio idoneus censetur,* Ἀπολυτίκιον *est: et quia varii sunt hujusmodi Versus, is qui diei illius proprius est,* Ἀπολυτίκιον τῆς ἡμέρας *audit; et vocem aliam,* Στιχηρόν *videlicet, subaudiendam postulat.* Et pag. 121 adjungit *non tantum Officii completi fini, verum et parti ejus prolixiori, signanter ab altera diversæ, suam* Ἀπόλυσιν *et terminum assignari.* Hic vox ipsa ἀπόλυσις me commonet ut missum quoque faciam Lectorem, jam forte fatigatum legenda nimis longa circa terminos solos dissertatione. Verum cum sit in more positum institutoque Græcorum, ut pronuntiata Ἀπολύσεως formula, quandoque aliquid superaddant; dabis mihi hanc veniam, Erudite Lector, ut ego hic quoque supperaddam aliquid de Typico,

Apolytico concluduntur Horæ singulæ.

Quis liber sit Typicum,

A Typico, ejusque historia. Typicum liber Græcorum ecclesiasticus est, qui quid quoquo die in ecclesia tempore divini Officii recitandum agendumve sit, facili methodo præscribit. Varia autem initio fuere Typica, ita ut essent tot ferme quot ecclesiæ. Sed tandem labentibus seculis primas obtinuit illud, quod S. Sabæ nomine insignitur, et quod sanctus ille Abbas, a SS. Euthymio et Theoctisto acceptum, suis Monachis Hierosolymitanis præscripsit, unde et Hierosolymiticum a nonnullis dicitur. Porro cum Barbarorum incursione intercidisset, restitutum est studio a labore S. Sophronii Patriarchæ Hierosolymitani; deinde et a S. Joanne Damasceno rerum Theologicarum peritissimo innovatum fuit, et ab omnibus pæne admissum, ut refert Symeon Thessalonicensis in Dialogo contra hæreses. Atque hoc est illud Typicum, quod mihi in hac re longe obscurissima, nullius trita vestigiis, facem prælaturum confido, et quod hic reperies a me sæpenumero nominari. Impressum autem illud habetur Venetus una cum plerisque hujusmodi libris anno 1603 apud Antonium Pinellum; sicut illud *multa accuratione emendaverat Josaphat Hieromonachus, ex Andro oriundus, sanctissimo Domino Gabriele Patriarchalem Thronum obtinente*. Atqui Gabriel Flamma Patriarchatum Venetus obtinuit juxta Ughellum ab anno 1584 ineunte Januario ad 14 Julii anni sequentis; unde intelligas curam illam annis octodecim prius impensam operi, quam illud typis admoveretur. Si quæ vox alia obscurior occurrat, eam in Commentarii serie explicabimus. D

olim pro variis ecclesiis varium,

Auctore nunc fert unicum, S. Sabæ dictum.

ACOLUTHIA TRIPLICIS FESTI

Ex Typico, Menæis aliisque Ritualibus Græcis impressis, interprete Nicolao Rayæo S. J.

B

CAPUT PRIMUM.

E

De minoribus Vesperis.

Ad initium prodit Lucernarius

Exploratis jam iis omnibus, ex quibus Officium Græcum, veluti ex totidem principiis ac elementis constituitur; proximum est, ut totum triplicis Festi Officium repræsentem, ad fidem liberandam meam. Facio autem initium a Vesperis, quas scito apud Græcos diebus singulis esse binas. Aliæ namque Majores sunt, Minores aliæ. De Minoribus agit Typicum S. Sabæ cap. 1, ubi statim post hunc titulum, Εἴδησις τοῦ μικροῦ ἑσπερινοῦ, hoc est, *Notitia Minorum Vesperarum* sic habet. Πρὸ τοῦ δῦναι τὸν ἥλιον, ἤγουν περὶ ὥραν δεκάτην τῆς ἡμέρας, ἀνέρχεται ὁ Κανδηλάπτης καὶ ποιεῖ μετάνοιαν τῷ προεστῶτι, καὶ κατελθὼν σημαίνει τὸ μικρόν. *Ante solis occasum, videlicet circa horam diei decimam, ascendit Candelaptes, corporisque inclinatione veneratur Præsidem seu Abbatem; et postquam descendit, pulsat signum minus.*

Candelaptes dictus,

39 De hoc signo antequam dicere instituo, de ipso *Candelapte* pauca dicam, ut omne errandi periculum avertatur. Sane Meursius et Gretserus noster, quamquam florerent uterque linguæ Græcæ scientia, tamen hujus notionem nominis assecuti non sunt, propterea quod radici sive nomini Græco Κανδήλα notionem eamdem subjectam esse putarent, atque Latino *Candela*; In quo errabant vehementer. Quippe τὸ κανδήλα significat *lampadem*, sicuti possum demonstrare ex variis scriptorum monumentis. Inprimis Hierosolymitanorum Patriarcha S. Sophronius, in Vita SS. Cyri et Joannis ait: Καὶ μικρὸν τοῦ τῆς κανδήλας ἐλαίου τῆς ἄνω πρὸ τῆς τοῦ Σωτῆρος εἰκόνος ἁπτομένης, λαβὼν εἰς λήκυθον. *Et aliquantulum olei ex lampade ante Servatoris imaginem ardente excipiens in lecythum.* Item citatum Typicum cap. 19 ad diem 16 Januarii Δίδοται δὲ καὶ ἅγιον ἔλαιον τοῖς ἀδελφοῖς ἐκ τῆς κανδήλας τοῦ Ἁγίου. *Datur et sanctum oleum Fratribus ex Sancti lampade.* Alia ut præteream, testatur Cangius dici apud Codinum de Antiquitatibus Constantinopolitanis Κανδηλοϋάλιν, hoc est, *lampas vitrea*. Unde Goarus pag. 560 Meursium et Gretserum jure merito coarguit; asseritque, τὸ Κανδηλάπτης duci, non a *Candelis*, sed a *Lampadibus accendendis*. At vero quoniam est in Pentecostario, ὁ Κανδηλάπτης ἅπτει τὰ κηρία πάντα καὶ τὰς κανδήλας, *Candelaptes accendit cereos omnes ac lampades*, malim ego Candelapten interpretari eum, qui accendendis in Templo luminibus præest. Et si muneris istius ratio plene cumulateque exprimitur.

C

a accendendis non candelis, sed lampadibus;

quamvis etiam cereorum illi cura sit,

40 Quod Typicum supra dicit, *Candelapten* etiam signo convocare populum, id non opinor universum verum esse: cum Cyrillus Scythopolitanus, Joannes Moschus, et Theodorus Studita eas partes Canonarchæ tribuere videantur. Verba Moschi et Studitæ referam inferius aliud agens. Imo vero qui hoc signum edit, is a Codino cap. 1, pentade 5 (si tamen hoc caput Codini sit) Λαοσυνάκτης, seu *Coactor Populi*, appellatur, et inter munia ecclesiastica ponitur tamquam peculiare aliquod, a ceterisque sejunctum: tantum abest, ut Candelaptes id sibi semper ac ubique vendicet. Quapropter non temere ego existimaverim, duo illa munia, Λαοσυνάκτου et Κανδηλάπτου, alibi in duos distribui homines, alibi coire in unum. Jam vero cum Typicum S. Sabæ affirmet, signum a Candelapte dari: quis non videat in ipsius Laura unum solum utroque isto munere functum esse? Atque ecce via facilis et expedita adducendi in concordiam codices, qui prima fronte sibi mutuo adversari videntur.

nec non signorum quibus convocatur populus:

nisi huic officio proprius minister sit,

F

Laosynactes, dictus

41 Nunc de Signo, quo Græci ad templum convocantur, dicendum est, et audiendus Allatius, qui in Dissertatione de recentiorum Græcorum templis pag. 101 sic infit. *Campanas et Campanaria (ut illi Campanilia vocant) etiam apud Græcos, postremis saltem temporibus, in usu fuisse, habeo ex multis, sed præcipue ex Georgii Pachymeræ historia, qui earum sæpius meminit, lib. 7.* Τοῦ δ' αὐτοῦ μηνὸς, μετὰ τὴν τριακοστὴν τοῦ πρὸς ἑσπέραν ἐντεθεὶς λέκτῳ ὁ Ἰωσὴφ, μόνον οὐκ ἄπνους, ὑπὸ πολλῶν πέριξ ἑκατέρωθεν προπεμπόμενος, καὶ ἐπευφημούντων τὰ προπέμπτρια ἐν ὕμνοις καὶ κρότοις ἀνθρώπων. Ἔτι δὲ καὶ τῶν τῆς ἐκκλησίας συνακτηρίων κωδώνων εἰς τὸ παραγγέλλον ἀρχομένων. Οἱ δὲ τοῦ κλήρου μόλις τὴν ἑσπερινὴν ὑμνῳδίαν, καὶ ἐν αὐτοῖς ἐκτελέσαντες; ἐπεὶ ὄρθρος ἦν, καὶ πρὸς τὴν ἐκκλησίαν ἀπῄντων, κατὰ τὸ συνήθες σφίσιν, ἑαυτοῖς αὐτὸν τὸν νεκρὸν κατενόουν, ὡς μηδὲ σημάντροις καὶ κώδωσιν ἠθισμένον. « Hoc eodem mense, post diem trigesimum, « cum advesperasceret, lecticæ impositus Joseph, « tantum non exanimis, multis hinc atque illinc « concomitantibus, et præeunti pompæ applauden- « tibus, non sine laudibus et strepitu hominum,

Semanteria autem signa sacra,

pro quibus etiam campanæ fuerunt seu tintinnabula

A « nec non ecclesiæ campanis, quæ populum advocare « solent, reboantibus, in Patriarchium deducitur. « Qui autem ex Clero erant, vix vespertinis Laudibus sejunctim absolutis, cum matutinum tempus « adesset, et pro more in ecclesiam convenissent, « inaccessum sibi templum esse videbant, tamquam « qui neque campanis neque tintinnabulis fuissent « congregati. Huc addit Allatius loco præcitato, ex Michaelis Pselli oratione nondum edita ad Constantinum Monomachum testimonium tale. Ἀλλ' οὐ πάντη τερφθήσῃ τοῖς ὀφθαλμοῖς, οὐδὲ ἐφ' ὅλοις προμειδιάσεις τοῖς ὁρωμένοις· ἐξεγερεῖ γάρ σε μέσης νυκτὸς ὁ κώδων ὁ ἱερὸς, καὶ θείοις ἐναπλωθήσῃ ἐδάφεσιν. *Sed non omni ex parte oculis delectaberis, nec in omnibus visibilibus gaudebis: excitabit enim te media nocte sacrum tintinnabulum, et sacris incumbes pavimentis.*

seculo IX inducta Venetis,

42 Ex his duobus testimoniis recte conficit Allatius, campanas postremis temporibus, id est circa annum MXL in usu fuisse apud Græcos; quamquam putem ego fuisse multo ante. Etenim hunc Græcos accepisse a Venetis sub annum DCCCLXXIV, auctor est Andreas Dandulus, in Chronico MS. et ex eo Sabellicus Ennead. 9 lib. 1. Sed « direpto postmodum (*ut prosequitur Allatius pag.* 102), « Imperii B « capite Byzantio, ditioneque reliqua Græcorum a « Turcis occupata, campanarum usus in urbibus, in « quibus ipsi degunt, intermissus est, ne per aerem « palantes animas, timor incussus, quiete qua fruun- « tur, expoliet. Ita fanatici illi homines, ex ethni- « corum gentiliumque nugamentis, de animabus « philosophantur. Quapropter Sacerdotes Græci « ligneo instrumento, ad Græcos in ecclesiam con- « vocandos, utuntur. Id est lignum binarum decempedarum longitudine, duorum digitorum crassitu- « dine, latitudine quatuor, quam optime desolatum, « non fissum aut rimosum, quod manu sinistra me- « dium tenens Sacerdos vel alius (*qui* Ἀχοσυνάκτου « *munus obire debet*) dextra malleo ex eodem ligno, « cursim hinc inde transcurrens, modo in unam « partem, modo in alteram, prope vel eminus ab « ipsa sinistra, ita lignum diverberat, ut ictum, « nunc plenum, nunc gravem, nunc acutum, nunc « crebrum, nunc extensum edens, perfecta musices « scientia auribus suavissime moduletur; et hoc « σημαντήριον nuncupatur, magisque proprio nomine « χειροσήμαντρον, quod manibus teneatur iisque pul- « setur, ad differentiam alterius magni, quod μέγα « σήμαντρον dicitur, ex eodem ligno, et in turribus C « sive campanariis, catenis ferreis suis extremitati- « bus appenditur. Illud est insigni magnitudine, ut « quandoque sex palmos latitudo, unum crassitudo, « triginta longitudo exæquet, malleoque pro magni- « tudine Semanterii pulsetur.

a Turcis sublata.

Nunc minus Semanterium, est tabula lignea

major ex campanalibus ferrea in turribus prostat.

43 Hactenus Allatius, a quo Hieronymus Magius non nihil discrepat, in illo libro quem de Tintinnabulis apud Byzantios inter compedes scripsit. Ibi enim cap 15 affirmat, Semanterium duobus pulsari malleis, neque adeo teneri manu. Juvit subjicere ipsius verba quæ hæc sunt. » Simandrum esse » scias ligneam tabulam . . . . . . Capita foramina » habent nonnulla, non magna admodum, sed » pennæ anserinæ calamove scriptorio pervia. In » medio tenuem funiculum continet. Qui populum » ad templum est convocaturus . . . . ante fores » templi vel edito loco tabulam prænotatam malleis » duobus ligneis pulsat, non sine aliqua ratione » musica, atque interim in gyrum sensim volvitur: » qua re fit, ut gravior cum non ingrata raucedine » sonus emittatur. Tabula, non qua latior, sed qua » arctior est, quasi libræ scapus in sinistro pulsantis humero quiescit; ac ne pulsando dilabatur, » funiculo prædicto mordicus apprehenso retinetur: » manibus enim non licet, tum quod ea apprehensa D » sono non parum decedit; tum quia utraque ma- » nus malleo impeditur. Ambabus enim manibus » pulsatur hinc inde, ut nunc quædam frequenta- » menta, nunc quasdam pausas audias. » Id quod nobis repræsentat hoc schemate.

Prioris forma

44 Cum autem dicit Magius illam tabulam non posse teneri manibus, eo quod et sic apprehensa necesse sit multum de sono decedere, videbitur fortasse aliquibus rejiciendus esse Allatius, qui eam

et modus ipsum pulsandi.



manu sinistra teneri affirmat, et nihilominus suavissimum edere concentum. At facile dissipatur ista ratio: quippe si manu apprehendatur, non ipsa immediate tabula, sed funiculus ille quo tabula in medio libratur et paribus examinatur ponderibus, tam clarus editur sonus, quam si apprehendatur dentibus: quid enim ad sonum interest, manibusne an dentibus funiculus iste teneatur? Et vero mirum est, hoc non succurrisse Magio, delineanti formam Hagiosideri, quod (ut videre est capite sequenti) retinetur manu, funiculum apprehendente. An forte putavit in Hagiosidero non intercludi sonum, intercludi autem in illo alio, quod jam tractamus, Semanterio ligneo? Inepta et ridicula hæc esset opinio: quæ enim hujusce discriminis ratio adinveniri posset? Huc accedit quod potius minuatur sonus, quando percussa tabula pulsantis in humero conquiescit, uti fieri ait Magius. Hic igitur nihil est quod non cogat ad Allatium deserendum; nihil etiam cur fides abrogetur Magio, qui quæ hic refert, suis ipsemet usurpavit oculis, atque adeo non erit imprudentiæ judicare, locis vel temporibus diversis diversam fuisse pulsandi Semanterii rationem. Lignum vero, ex quo conficitur Semanterium, prædurum est a Græcis Σφένδαμνον appellatur: *Corrupte*, inquit Allatius, *eo quod non aliud fuerit*, ut ipse quidem existimat, *quam* Σφένδαμνος *Theophrasti*, *et Acer Plinii*. Recte ne an secus hic censeat, non habeo dicere. F

atque materia

45 Hoc dico, usum hujuscemodi lignorum esse antiquissimum: id enim colligitur ex Concilio Nicæno II Act. 4, ubi Euthymius Diaconus et Monachus pro Episcopo Gotthiæ hæc legit, ex miraculis S. Anastasii Martyris. Φέρε δὴ καὶ τὰ ἐν Καισαρίᾳ τῆς Παλαιστίνης γενόμενα ὑπὸ τοῦ Ἁγίου κατὰ τὸ δυνατὸν ἱστορήσωμεν· πλησιάσαντος ἐν τῇ ἁγίᾳ πόλει τοῦ Ἁγίου λειψάνου, γνωστὸν γέγονε πάσῃ τῇ πόλει καὶ εὐφροσύνης μεγάλης πλησθέντες ἅπαντες, συναστάντες, τά τε ἱερὰ ξύλα σημαίνοντες συνηθροίσθησαν ἅπαντες ἐν τῷ πανσέπτῳ ναῷ τῆς Θεοτόκου, ἐπιλεγομένῳ τῆς νέας. *Eia nunc, et ea quæ apud Cæsaream Palæstinæ a S. Anastasio facta sunt, quoad ejus fieri potest, enarremus. Cum ad sanctam civitatem appropinquassent Sancti Reliquiæ, id innotuit universæ civitati, et lætitia magna*

Lignorum sacrorum usus antiquus

ex Actis S. Anastasii Persæ,

A *magna impleti sunt omnes. Et surgentes sacraque ligna percutientes convenerunt in summ evenerandum Deiparæ templum, quod dicitur Novæ.* Ligni itidem meminit Joannes Moschus, in Prato Spirit. Cap. II, Κρούσαντος τοῦ Κανονάρχου τὸ ξύλον, ἐφ' ᾧ πάντας τοὺς ἀδελφοὺς συναχθῆναι. *Canonarcha lignum pulsante ad omnes Fratres congregandos.* Et Theodorus Studita, in carminibus quibus alloquitur Canonarcham.

aliisque probatur.

Σάλπιζε καιρῷ τὸ ξύλον καθὼς δέοι.
Et tempore et rite, ut tuba, ligno cane.

Alios locos congessit Allatius, congessit et Cangius, D quos potest curiosus Lector consulere. Mihi satis debet esse hic paucis ostendisse, quid sit signum minus, quid majus. Extra hæc duo signa sunt et alia, quæ secuturo capite locum invenient suum. Jam enim signum minus nos ad templum Græcorum vocat, ut in minoribus Vesperis et spectemus congregatos Fratres, et Sacerdotem intonantem audiamus.

AUCTORE N. B.

46 Sic ergo prosequitur Typicum. ¶ Συναχθέντων τῶν ἀδελφῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἄρχεται ὁ Ἱερεύς. ¶ *Congregatis in ecclesia fratribus incipit Sacerdos.*

SACERDOS.

inchoatur Officium

Benedictus Deus noster, nunc et semper, et in secula seculorum. Amen.

ΙΕΡΕΥΣ.

Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

PRÆSES ECCLESIÆ.

Venite adoremus.

¶ 47 *Et psallit Psalmum proœmiacum*, Benedic anima mea, Dominum, Domine Deus meus, *tranquilla et submissa voce. Et eodem modo dicitur Psalmus*, Domine clamavi, *tono dominicali. Recitantur versiculi tres. Et psalluntur versus prosomii sive similares toni* 4, *sicut* Ὡς γενναῖον ἐν μάρτυσιν. B

ΕΚΚΛΗΣΙΑΡΧΗΣ.

Δεῦτε προσκυνήσωμεν.

¶ Καὶ ψάλλει τὸν προοιμιακὸν ψαλμὸν τό, Εὐλόγει ἡ ψυχή μου τὸν Κύριον, Κύριε ὁ Θεός μου· ἡσύχῳ φωνῇ καὶ ἠρεμαίᾳ. Εἶθ' οὕτως λέγομεν τὸ Κύριε ἐκέκραξα, εἰς τὸν ἦχον τῆς κυριακῆς. Ἱστῶμεν δὲ στίχους δ'. E
Καὶ ψάλλομεν στιχηρὰ προσόμοια ἤχου δ'. πρὸς τὸ Ὡς γενναῖον ἐν μάρτυσιν.

VERSUS SIMILARES.

48 Christi caritate, Basili, ascendens in altum, contemplatus es recondita ipsius ac divina mysteria, quæ tamquam pietatis præco sapiens detexisti et manifestasti populis. Quare pete, o Sancte, a pernicie periculisque liberari illos qui fideliter sequuntur tua dogmata.

et post versiculos similares

49 Sermonum tuorum ac dogmatum sapientia, sancte Gregori, solvisti vincula hæresum, et orthodoxæ fidei concordia conjunxisti bonos, agnoscentes et laudantes Christum : a quo pete liberari a pernicie periculisque illos, qui fideliter suscipiunt tua divinitus dictata dogmata.

50 Christus te posuit firmum firmamentum Ecclesiæ suæ, Pater sancte, divina locute Chrysostome, ut eam servares immobilem atque inexpugnabilem adversus inimicorum impetus, et ut peteres letiferis animorum perturbationibus liberari eos, qui sitiunt tuorum sermonum sententiarumque pelagus.

C 51 Trinitatis selectos flores, pratique immortalis unguentum exhalantes, atque jucundissimos intelligibilis solis radios, et divinis suis luminibus illuminantes terram, celebremus, Joannem Magnum, divinum Theologum Gregorium, et alta quadam mente præditum Basilium.

Gloria. *Tonus obliquus* 2.

Homines Dei et fideles servi, Sacerdotes Domini, viri desideriorum, vasa electionis, columnæ et fulcimenta Ecclesiæ, regni heredes, ne cessetis pro nobis clamare ad Dominum.

Et nunc. *Mariale.*

invocatur S. Trinitas

Dei Genitrix, Tu es vitis vera.

ΣΤΙΧΗΡΑ ΠΡΟΣΟΜΟΙΑ.

Ἐν τῷ ὕψει, Βασίλειε, τῆς Χριστοῦ ἀγαπήσεως ἀναβὰς κατώπτευσας τὰ ἀπόρρητα αὐτοῦ καὶ θεῖα μυστήρια, ἅπερ ἀνακαλύψας καὶ ἐγνώρισας λαοῖς, εὐσεβείας ὡς κῆρυξ σοφός. Διὸ πρέσβευε ἐκ φθορᾶς καὶ κινδύνων λυτρωθῆναι τοὺς πιστῶς ἐφεπομένους τοῖς σοῖς δόγμασιν, Ὅσιε.

Τοὺς συνδέσμους διέλυσας τῶν αἱρέσεων Ὅσιε, τῇ ἐκσοφίᾳ τῶν λόγων καὶ δογμάτων σου, καὶ εἰς ὁμόνοιαν ἤθροισας ὀρθοδόξου πίστεως τοὺς εὐγνώμονας, Χριστὸν εὐφημοῦντας, Γρηγόριε, ὃν ἱκέτευε ἐκ φθορᾶς καὶ κινδύνων λυτρωθῆναι τοὺς πιστῶς προσδεχομένους τὰ σὰ θεόφθογγα δόγματα.

Ἀρραγῆ σε θεμέλιον, ὁ Χριστὸς ἐπεστήριξε τῇ αὐτοῦ ἐκκλησίᾳ. Πάτερ ὅσιε, τηροῦντα ταύτην ἀσάλευτον, καὶ ἀκαταμάχητον τῶν ἐχθρῶν ταῖς προσβολαῖς θεορρῆμον Χρυσόστομε, καὶ πρεσβεύοντα ἐκ παθῶν ψυχοφθόρων λυτρωθῆναι τοὺς διψῶντας τῶν σῶν λόγων καὶ νοημάτων τὸ πέλαγος.

Τῆς Τριάδος ἐκλογια, ἀκηράτου λειμῶνός τε ἄνθη, τὰ μυρίπνοα καὶ τερπνότατα, τοῦ νοητοῦ ὡς πάγχρυσος F ἀκτῖνας ἡλίου, καὶ φωτίζοντας τὴν γῆν ταῖς αὐτῶν θείαις λάμψεσιν, εὐφημήσωμεν Ἰωάννην τὸν μέγαν, σὺν τῷ θείῳ Θεολόγῳ Γρηγορίῳ, καὶ τὸν ὑψίνουν Βασίλειον.

Δόξα. Ἦχος πλ. β'.

Ἄνθρωποι τοῦ Θεοῦ καὶ πιστοὶ οἰκέται, λειτουργοὶ Κυρίου, ἄνδρες ἐπιθυμιῶν, σκεύη ἐκλογῆς, στῦλοι, καὶ στηρίγματα τῆς ἐκκλησίας, βασιλείας κληρονόμοι, μὴ παραισιωπᾶτε τοῦ βοᾶν ὑπὲρ ἡμῶν πρὸς Κύριον.

Καὶ νῦν. Θεοτοκίον

Θεοτόκε, σὺ εἶ ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινή.

Comm. 52 *Hic videtur recitari Oratio* Φῶς ἱλαρόν, *saltem quantum possum conjicere ex cap.* 1 *Typici. Eam autem Orationem exhibeo integram, prout extat apud Goarum pag.* 32 *Euchologii.*

Lumen jucundum sanctæ gloriæ immortalis Patris, cœlestis, sancti, beati, Jesu Christe, provecti ad solis occasum, et cernentes lucem serotinam; Laudamus Patrem, Filium, et Spiritum sanctum, Deum. Æquum est Te, Fili Dei, largitor vitæ, omni celebrare tempore ; ideoque Te mundus totus laudibus prosequitur.

Φῶς ἱλαρὸν ἁγίας δόξης ἀθανάτου Πατρός, οὐρανίου, ἁγίου, μάκαρος, Ἰησοῦ Χριστέ, ἐλθόντες ἐπὶ τὴν τοῦ ἡλίου δύσιν, ἰδόντες φῶς ἑσπερινόν, ὑμνοῦμεν Πατέρα, Υἱόν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα Θεόν. Ἄξιόν σε ἐν πᾶσι καιροῖς ὑμνεῖσθαι φωναῖς αἰσίαις, Υἱὲ Θεοῦ, ὁ διδοὺς ζωήν, διὸ ὁ κόσμος σε δοξάζει.

Comm. 53 *Deinde cantatur psalmus,* Ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν, Dominus regnavit : *sed quis præcise ex tribus Psalmis ita incipientibus, non indicat Typicum. Tum dicitur Oratio,* Καταξίωσον, *quam in antiquis Græcorum Ritualibus diu frustra quæsivi. Quare visum fuit eam describere ex Horologio Cryptæ Ferratæ, impresso Romæ anno* 1677. *Sic ergo sonat.*

Καταξίωσον,

A

AUCTORE N. R.

Καταξίωσον, Κύριε, ἐν τῇ ἑσπέρᾳ ταύτῃ, ἀναμαρτήτους φυλαχθῆναι ἡμᾶς. Εὐλογητὸς εἶ, Κύριε, ὁ Θεὸς πατέρων ἡμῶν, καὶ αἰνετὸν καὶ δεδοξασμένον τὸ ὄνομά σου, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

Dignare Domine, hoc vespere sine peccato nos custodire. Benedictus es Domine Deus Patrum nostrorum: et laudabile et gloriosum nomen tuum in secula. Amen. D

Comm. *Verum an eamdem illam Orationem adhibuerint antiquiores Græci, dubito : quia hoc Horologium habet plurima quæ sunt ritibus Latinorum potius quam Græcorum conformia. Post Orationem* Καταξίωσον, *quæcumque demum illa fuerit, videntur dici sequentia.*

Εἰς τὸν στίχον στιχηρὰ προσόμοια. Ἦχος πλ. β'.
Τριήμερος ἀνέστης Χριστέ.

54 *Ad versiculum versus similares. Ton. obl.* 2.
Sicut Τριήμερος ἀνέστης Χριστέ.

Ἡ Χάρις ὑπερίσχυσεν, ἡ πίστις ἐπεκράτησεν, ἐπληρώθη πάντα γνώσεως Θεοῦ, διὰ τῶν Ἀποστόλων, διὰ τῶν Διδασκάλων, καὶ σωτηρίαν ἐπλουτήσαμεν.

Gratia prævaluit, exuperavit fides, scientia Dei impleta sunt omnia, per Apostolos, atque Doctores, et nos salute locupletati sumus.

Στίχος. Καυχήσονται ὅσιοι ἐν δόξῃ.

55 Versic. Exultabunt Sancti in gloria.

Οὐράνια μυστήρια, ἀνθρώπινα μαθήματα, χαρισμάτων συνδρομὴ παντοδαπῶν, μετὰ κατορθωμάτων νικώντων πάντα λόγον, τοὺς τρεῖς Ἁγίους ἐθαυμάστωσαν.

Cœlestia arcana, humanæ scientiæ, concursus gratiarum omnis generis cum recte factis, superantibus omnem orationem, hos tres Sanctos admirabiles fecere.

Στίχος. Οἱ Ἱερεῖς σου, Κύριε, ἐνδύσονται δικαιοσύνην.

56 Versic. Sacerdotes tui, Domine, induent justitiam.

Βασίλειος ὁ ἔνθεος νοῦς, Γρηγόριος ἡ θεία φωνή, Ἰωάννης ὁ παγχρύσεος λαμπτήρ, οἱ τρεῖς τῆς ἀνωτάτω θεράποντες Τριάδος καὶ λειτουργοὶ συνδοξαζέσθωσαν.

Basilius mens Deo plena, Gregorius divina vox, Joannes omni ex parte ornatum candelabrum, tres ministri supremæ Trinitatis ac Sacerdotes conglorificantur.

B

Δόξα. Ἦχος αὐτός.

Gloria. *Tonus idem.* E

Εὖ δοῦλοι ἀγαθοὶ καὶ πιστοί, εὖ ἐργάται τοῦ ἀμπελῶνος Χριστοῦ, οἱ καὶ τὸ βάρος τῆς ἡμέρας βαστάσαντες, καὶ τὸ δεδομένον τάλαντον αὐξήσαντες, καὶ τοῖς μεθ' ὑμῶν ἐλθοῦσι μὴ φθονήσαντες. Διὸ ἠνοικται πύλη βασιλείας ὑμῖν, εἰσελθόντες οὖν εἰς τὴν χαρὰν τοῦ ποιήσαντος, πρεσβεύσατε ὑπὲρ ἡμῶν, ἅγιοι διδάσκαλοι.

57 Servi boni et fideles, seduli Operarii in Christi vinea, qui portastis pondus diei, et datum talentum auxistis, neque invidistis post vos venientibus. Ideo vobis aperta est regni janua. Intrantes igitur in gaudium Conditoris, orate pro nobis, Sancti Doctores.

Καὶ νῦν. Θεοτόκιον.

Et nunc. *Mariale.*

Οὐδεὶς προστρέχων ἐπί σοι κατῃσχυμμένος ἀπὸ σοῦ ἐκπορεύεται, ἁγνὴ παρθένε Θεοτόκε, ἀλλ' αἰτεῖται τὴν χάριν, καὶ λαμβάνει τὸ δώρημα πρὸς τὸ συμφέρον τῆς αἰτήσεως.

58 Nemo accurrens ad Te, pura Virgo Genitrix Dei, derelictus abs te discedit ; sed petit gratiam, et donum accipit petitioni conveniens.

Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου. Τὸ Τρισάγιον.

Nunc dimittis servum tuum. *Trisagium, de quo num.* 31.

ἈΠΟΛΥΤΙΚΙΟΝ.

DIMISSORIUM.

Οἱ τῶν Ἀποστόλων ὁμότροποι, καὶ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλοι, τῷ Δεσπότῃ τῶν ὅλων πρεσβεύσατε εἰρήνην τῇ οἰκουμένῃ δωρήσασθαι, καὶ ταῖς ψυχαῖς τὸ μέγα ἔλεος.

59 Iisdem quibus Apostoli moribus præditi, Doctores universi orbis, orate universorum Dominum, ut mundo tribuat pacem, et animabus nostris magnam misericordiam.

¶ *Post hæc sic* ἀπόλυσις *sive dimissio.*

CAPUT SECUNDUM.

De majoribus Vesperis.

C

Post occasum solis

I

Hæ *Vesperæ fiunt statim post occasum solis, et quidem cum majori celebritate ceremoniaque quam illæ aliæ, de quibus jam egimus; atque hæc causa est, quare Majores nominentur. Sed cum ex ipso fonte aquæ bibantur purius, juvat Typicum consulere Capite* 2, *cujus titulus est* Εἴδησις τοῦ μεγάλου ἑσπερινοῦ, καὶ τῆς ἀγρυπνίας διάταξις : Notitia majorum Vesperarum, et Vigiliarum ordo. *Ibi autem sic habet :*

signo pulsato

Μετὰ τοῦ δῦναι τὸν ἥλιον μικρόν, ἀπέρχεται ὁ Κανδηλάπτης καὶ ποιεῖ μετάνοιαν τῷ Προεστῶτι. Εἶτα ἀνέρχεται καὶ κρούει τὰς Βαρέας σχολέως, ψάλλων τὸν Ἄμωμον.

¶ Aliquanto post solis occasum, abit Candelaptes, et exhibet reverentiam Præsuli. Deinde redit et lente pulsat Bareas, recitans Psalmum centesimum decimum octavum.

60 Comm. *Hic Psalmus quia incipit a verbis* Μακάριοι οἱ ἄμωμοι, Beati immaculati, *propterea Græcis dicitur* ἄμωμος, *id est,* immaculatus. *Pulsare autem* Βαρέας *nihil videtur esse aliud, quam, ut Allatius et Goarus interpretantur, edere sonos graviores, certoque intervallo temporis intermissos, quomodo in campanarum nostratium extrema pulsatione ad conciones ecclesiasticas fieri assolet, quodque* tinnire *dicimus. Sic autem prosequitur Typicum.*

accenduntur lampades.

Μετὰ δὲ τὸ πλήρωμα τούτων ἀπέρχεται καὶ ἅπτει τὰς κανδήλας, καὶ τρέψας τὸν θυμιατόν, τίθησι λαμπάδας μετὰ κηρομανουάλια εἰς τὸ μέσον τῆς ἐκκλησίας. Ἔπειτα ἐξερχόμενος σημαίνει τὸ μέγα, εἶτα τὸ σιδηροῦν.

¶ Hisce peractis discedit et accendit lampades, et verso thuribulo eas reponit in medium Ecclesiæ, post candelabra instructa cereis. Postea egrediens, Semanterium pulsat majus, deinde et ferreum.

Comm. *Majus* Semanterium, *quid sit, num.* 42 *diximus: restat ut hic de ferreo pauca disseramus :* Semanterium ferreum, *quod ab aliquibus etiam* Χαλκοῦν *sive* æneum *appellatur, est ferrea lamina, crassitudine tres digitos*

pulsaturque etiam ferreum Semanterium :

A *digitos vel plures exæquans, longitudine brachium, et paululum recurva in formam arcus, e catenis pendens pro foribus templi : qua locis variis ferreo percussa malleo suaviter resonat. Ita me docent Allatius, Goarus e Petrus Belonius. Certe ego existimo hujus Semanterii sonum non posse esse admodum dissimilem sono illi, quem Nostrates edunt, quando ferreis virgulis pulsant instrumentum illud musicum, quod ex longa semper decrescentium lamellarum serie constituitur.* D AUCTORE N. R.

62 *Porro illud Græcorum instrumentum, quod usibus sacris adhibeatur,* Ἁγιοσίδηρον *a nonnullis dicitur, nominatim ab Hieronymo Magio, qui libro et capite ante citatis ostendit hanc imaginem.*



B E

Agiosiderum, *inquit Magius, ille ipsius scripsisset* Hagiosiderum hac forma vidimus. Ferrea erat lamina quatuor digitorum latitudine, sexdecim vero longitudine, funiculo in medio librata. Hæc ferreo malleo ternis interpolatis vicibus ab homine pulsari solet, qui Sacerdotem, Eucharistiam ad ægrotos lectoque decumbentes deferentem, solet præcedere, ut inter transeundum quisque rei admoneatur. *Sed cum Candelapte revertamur ad Templum.*

quale etiam usurpatur cum ægris fertur Viaticum

¶ Ὑποστρέψας (inquit Typicum) ἵσταται κατενώπιον τῶν ἁγίων θυρῶν.

¶ *Reversus Candelaptes stat ante Portas sanctas.*

Comm. *Hæ autem Portæ, ut ait Goarus pag. 24* sunt τοῦ βήματος, et ad sacrum altare recta iter aperiunt, nomenque hujusmodi sunt sortitæ, quia sancta mysteria per eas proferuntur : vel quia per illas transitum habet Rex omnium et dominantium Dominus, Βασίλειαι etiam audire meruerunt. *Sed Goarus* Portas sanctas *confundens cum* Basilicis, *velut* en *errat. Cum enim Marcus Hieromonachus, in dicto Typici cap. 96 dicat :* Θυμιᾷ τὸν ἕτερον ἀρχόμενος ἀπὸ τῶν ἁγίων θυρῶν, καὶ καταντήσας μέχρι τῶν βασιλικῶν, ποιῶν καὶ ἐν αὐτῷ, ὥσπερ καὶ εἰς τὸν ἕτερον. Alium incensat incipiens, a sanctis Portis, et perveniens ad Basilicas Portas usque, id idem quod in alio perficiens; *et paucis interpositis :* Πληρώσας δὲ τὸ θυμιᾶν, καὶ μέλλων εἰσιέναι ἐν τῷ ναῷ, χαράττει σταυρὸν ἔμπροσθεν τῶν βασιλικῶν πυλῶν. Fine incensandi facto, ingressurus in templum, ante Portas Basilicas Crucem designat. *Cum, inquam, hæc dicat ille Marcus, quis est qui non videat Portas Sanctas a Basilicis esse diversas? Id etiam colligas ex Leone Grammatico, in Michaele Theophili F. pag. 466*

Per Portam sanctam.

C F

Μέχρι δὲ τῶν βασιλικῶν πυλῶν ἐλθὼν ὁ Βασιλεὺς, οὐκ ἀπέθετο τὸ στέφος, καθὼς ἔθος ἐστὶ τοῖς βασιλεῦσι, ἀλλὰ μετ᾽ αὐτοῦ εἰσῆλθεν μέχρι τῶν ἁγίων θυρῶν : Cum Imperator ad Basilicas portas pervenisset, non deponebat coronam, ut erat in more positum institutoque Imperatorum ; sed cum ea usque ad sanctas Portas penetravit.

diversam a Porta basilica

64 *Ergo per Portas basilicas introitur in templum, per Sanctas in* Βῆμα, *sive sacrum adytum, id est, illum templi locum, ubi consistunt Sacerdotes; et quem nulli Laico ingredi fas erat, præterquam Imperatori, cui licuit ibi dona offerre omnium Conditori, atque ex antiquissima traditione, ut est in Synodo Trullana Can. 69. Stante ergo Candelapte ante sanctas Portas.*

ingressus Sacerdos

• 65 Surgens Sacerdos inclinat corpus Præfecto, sive Abbati, vel versus locum ipsius, videlicet si præsens non sit ; et postquam recessit, inclinat sese tertio ante sanctas Portas, et semel versus considentium Fratrum choros.

Ὁ Ἱερεὺς ἀναστὰς ποιεῖ μετάνοιαν τῷ Ἡγουμένῳ, ἢ εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ, δηλονότι μὴ ἐνδημοῦντος, καὶ ἀπελθὼν, ποιεῖ μετανοίας γ᾽ ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων τῶν θυρῶν, καὶ τοῖς χοροῖς πρὸς μίαν τῶν ἀδελφῶν καθημένων.

ad sanctum Bema ;

Comm. *Choros, nimirum dextrum sinistrumque, quomodo etiam apud nos chori psallentium utrimque consident.*

¶ 66 Ingressus autem sanctum adytum dicit secreto orationem ad incensationem dici solitam.

Εἰσελθὼν δὲ καὶ εἰς τὸ ἅγιον βῆμα, λέγει τὴν εὐχὴν τοῦ θυμιάματος καθ᾽ ἑαυτόν.

quos salutet,

Comm. *Hanc hic in Typico omissam, Goarus exhibet sequentibus verbis*

Dirige orationem nostram, ut incensum in conspectu tuo, et suscipe eam in odorem suavitatis.

Κατεύθυνον τὴν προσευχὴν ἡμῶν, ὡς θυμίαμα ἐνώπιόν σου, καὶ προσδέξαι αὐτὴν εἰς ὀσμὴν εὐωδίας.

et quid precetur.

Certe hæc Oratio a Goaro exhibetur pag. 29 : neque aliam ego uspiam inveni.

Tum Candelaptes, manu præferens lampadem, exclamat clariore voce, Jubete.

• Ὁ δὲ Κανδηλάπτης ἐκφωνεῖ, Κελεύσατε, γεγωνοτέρᾳ φωνῇ, κρατῶν καὶ τὴν λαμπάδα ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ.

Comm.

A Comm. Quo verbo non jubet *(inquit Goarus loco jam citato)* ut Sacerdote adveniente cuncti surgant : quin potius humilitatis modestiaque demonstrandæ studio, rogat ut jubeant, quasi aliis imperaturi, ut assurgant. *Rem non omnino absimilem facit apud Latinos Lector, qui juxta Petrum Damianum lib. Dominus vobiscum appellato, cap.* 2 benedictionem a Sacerdote dum petit, non rogat ut benedicat ; sed ut benedicere jubeat quempiam alium. D

egreditur Sacerdos, ad Narthecem:

¶ Θυμιάσας δὲ ὁ Ἱερεὺς σταυροειδῶς τὴν ἁγίαν τράπεζαν καὶ ὅλον τὸ θυσιαστήριον ἐξέρχεται διὰ τῶν ἁγίων θυρῶν, καὶ ποιήσας σταυρὸν μετὰ τοῦ θυμιατοῦ ἀπέναντι τοῦ ἱλαστηρίου, ἀπέρχεται καὶ θυμιᾷ τὴν εἰκόνα τοῦ Ἁγίου, εἶτα κατὰ τὸν Καθηγούμενον, καὶ εἰς τοὺς δύο χοροὺς κατὰ τάξιν, τῆς λαμπάδος δηλονότι προπορευομένης αὐτοῦ. Ὁ δὲ ἐξελθὼν καὶ εἰς τὸν νάρθηκα, καὶ θυμιάσας κἀνταῦθα τοὺς Ἀδελφοὺς κατὰ τάξιν ὑποστρέφει.

67 Cum Sacerdos in formam Crucis incensavit sanctam mensam totumque altare, egreditur sanctis portis, et thuribulo ante cancellos Bematis formata Cruce, abit et incensat imaginem Sancti, *(vel illius qui est Ecclesiæ tutelaris, vel cujus festum agitur)* deinde incensat Præsidem : et duos choros servato ordine, nimirum lampade eum præeunte. Postquam autem egressus est in Narthecem, atque ibi ordine incensavit Fratres, revertitur.

68 Comm. *Jucundum hic forte Lectori fuerit intelligere, quid sit Templi Νάρθηξ. Est ergo proprie* Narthex *locus Pœnitentibus, Catechumenisque atque Energumenis assignatus. At dicere ubi ille fuerit, extrane an intra Ecclesiam, hoc opus, hic labor est : id tamen conabor declarare brevitate quanta potero maxima.*

Allatius quidem Narthecem *qui et* Πρόναος *dicitur, quasi* anterius templum, *iisdem quibus Ecclesiam muris circumscribit, ponitque intra illam : sed Goarus ponit extra, et censet esse Ecclesiæ* Vestibulum, Propylæum *seu* Porticum (Portica'e *vulgus appellat*) *quæ ædis sacræ portis obversatur. Uterque pro se affert auctoritates non leves. Verum puto ego, hanc opinionum varietatem natam esse ex eo, quod non satis observaverim Græcorum ecclesias, alias esse Catholicas, quæ scilicet utrique sexui universim patent : alias Monasticas, quæ solis viris, si Virorum ; vel solis mulieribus, si Sanctimonialium sint. Nam prioribus Narthex exterior est, posterioribus non*

sive vestibulum ecclesiæ:

B *item : uti pluribus ostendit eruditus Cangius, ex quo juvat pauca delibare.*

69 *Postquam præclarus ille Auctor, in Glossario mediæ et infimæ Græcitatis dixisset,* Narthecem *esse* porticum ante templi vestibulum, sic dictam quod ferulæ speciem præferat, cum in latitudinem ad ipsius ædis faciem diducatur ; esseque extra ædem, si Ecclesias Catholicas spectemus, *ut quod lib.* 3 *Constantinopolis Christianæ num.* 18 *probat ex Procopio ; Codino, Theoriano, Silentiario et aliis ; statim subdit :* In Monachorum *vero* Ecclesiis aliter se res habet. Eæ enim in tres partes dividuntur : in Βῆμα seu Sacrarium, suis cancelli disparatum ; in Ναὸν in quo Monachi consistunt, suis pariter cancellis divisum a reliqua Æde, quam Νάρθηκα appellant, quod iis Νάρθηκος vicem præstet ; licet non sit revera Νάρθηξ, ut qui intra ipsam ædem extet illiusque septa : in qua tamen Νάρθηκος figuram retinet, cum excepto Bemate, potiorem ædis partem obtineat Ναὸς, seu Monachorum Chorus ; reliqua parte, ut dixi, in angustum contracta, et in latitudinem diducta, eaque secularibus permissa, tamquam eo instar pœnitentium accedentibus, cum iis intra Ναὸν consistere non liceat... Atque eam ferme etiam monasticarum ecclesiarum formam semper fuisse apud nos seu Latinos, facile concedat ; quisquis attentius veteres ejusmodi Monasticas Ædes consideraverit ; in quibus Monachorum Chorum quem Capitum Ecclesiæ vocabant (ut quidam volunt) potiorem Ædis partem occupare animadvertet, reliqua secularibus seu Κοσμικοῖς patente. Quidquid igitur in iis Monachorum ecclesiis extra Narthecem est, Ἐξωνάρθηξ et Ξωστης corrupte dicitur, Ædis scilicet vestibulum, ubi in ecclesiis catholicis Νάρθηξ collocari solet, in cujus discrimen, interiorem Narthecem, Ἐσωνάρθηκα vocant. *Hæc Cangius, quibus scite egregieque positis, et conciliantur discrepantes Doctorum sententiæ, et facile intelliguntur ea quæ prosequitur Typicum.* E

Narthecis situs descriptus a Cangio:

¶ Καὶ εἰσελθὼν ἔσω τῆς βασιλικῆς πύλης χαράττει, μετὰ τοῦ θυμιατοῦ σταυρόν.

70 » Et intrans portam basilicam, sive regiam thuribulo Crucem effingit

Ingresso Sacerdote portam Regiam

Comm. *Quippe quod ante diximus, per Portas basilicas patere aditum in templum, id de templo catholico intellectum volo, non de monastico, quia in Monasteriorum templis (quale erat illud pro quo scriptum est hoc Typicum) Portæ Basilicæ non sunt portæ exteriores et omnium maximæ ; sed interiores, et quæ e Narthece ducunt ad* Ναὸν *sive Chorum. Quid opus est pluribus? Porta Basilica in hoc ipso Typico intra Monasticam Ecclesiam ma-*

C *nifeste constituitur. Id quod patebit etiam ex sequentibus. Quapropter Typici seriem repetamus.*

¶ Καὶ ἐκφωνεῖ μεγαλοφώνως, τὸ Κύριε εὐλόγησον, καὶ θυμιᾷ αὖθις τὸν Προεστῶτα ἢ εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ, εἶτα τὸν Ἅγιον.

71 Et elata voce exclamat : Benedic Domine : F et incensat iterum Præsidem vel ipsius locum, deinde Sanctum.

Comm. *De hoc Sancto ante verba fecimus, et ejus imago conspicua est in præcipua Chori sede, ideoque* εἰκὼν στασιδίου τοῦ Ἡγουμένου *nuncupatur.*

¶ Καὶ εἰσελθὼν εἰς τὸ ἅγιον βῆμα, ἵσταται ἔμπροσθεν τῆς ἁγίας τραπέζης, καὶ ποιεῖ σταυροὺς τρεῖς μετὰ τοῦ θυμιατοῦ, τελευταῖον ἐκφωνεῖ οὕτως· Δόξα τῇ ἁγίᾳ καὶ ὁμοουσίῳ καὶ ζωοποιῷ καὶ ἀδιαιρέτῳ Τριάδι, πάντοτε, νῦν, καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Et ingressus in sanctum Bema, ter signum Crucis exprimit thuribulo. Ita demum exclamat : Gloria sanctæ et vivificæ et individuæ Trinitati, semper ; nunc, in perpetuum, et in secula seculorum.

deinde et sacrum Bema.

¶ Καὶ μετὰ τὸ Ἀμὴν, ἄρχεται ὁ Προεστὼς ἢ ὁ Ἐκκλησιάρχης, Δεῦτε προσκυνήσωμεν καὶ προσπέσωμεν Χριστῷ τῷ βασιλεῖ ἡμῶν Θεῷ, λέγοντες τοῦτο δὶς γεγωνοφώνως καὶ μετὰ μέλους. Εἶτα πάλιν, Δεῦτε προσκυνήσωμεν καὶ προσπέσωμεν Χριστῷ τῷ βασιλεῖ ἡμῶν Θεῷ, λέγοντες καὶ τοῦτο ἅπαξ. Εἶτα οὕτως· Δεῦτε προσκυνήσωμεν καὶ προσπέσωμεν αὐτῷ Χριστῷ, τῷ βασιλεῖ καὶ τῷ Θεῷ ἡμῶν.

72 Et dicto Amen, incipit Præses vel Ecclesiarcha ; Venite adoremus et procidamus ante Christum Regem nostrum Deum, *dicentes, illud bis elata voce nec sine cantu. Tum iterum :* Venite adoremus et procidamus ante Christum Regem nostrum Deum, *dicentes et illud semel. Deinde sic :* Venite adoremus et procidamus ante ipsum Christum Regem et Deum nostrum.

Invitatorium intonatur.

¶ Εἶτα ἄρχεται ὁ Ἐκκλησιάρχης γεγωνοτέρᾳ φωνῇ εἰς ἦχον πλ. δ', τὸ, Εὐλόγει ἡ ψυχή μου τὸν Κύριον, ἀργῶς καὶ μετὰ μέλους, συμψαλλόντων αὐτῷ καὶ τῶν λοιπῶν ἀδελφῶν.

Postea incipit Ecclesiarcha voce clariore et tono obliquo 4 Psalmum 103 Benedic anima mea Dominum, *concinentibus reliquis Fratribus, lente et cum aliqua modulatione.*

choro ipsum prosequente,

¶ Ὁ δὲ Ἱερεὺς μετὰ τοῦ Κανδηλάπτου ἐξελθὼν τοῦ

73 Sacerdos cum Candelapte egressus e sacro

sacro

de æde ad suum sedile se recipit·

A adyto, factaque ante sanctas portas reverentia, pariter ac versus alternos choros abit ad suum sedile. ibique stat.

ἁγίου θυσιαστηρίου, καὶ ποιήσας, μετάνοιαν κατενώπιον τῶν ἁγίων θυρῶν, ὡσαύτως καὶ εἰς τοὺς χοροὺς πρὸς μίαν ἀπερχόμενος ἵσταται εἰς τὸ στασίδιον αὐτοῦ. D

AUCTORE N. R

hujus forma.

COMM. *Hic observa, Græcos non nisi raro in Ecclesiis sedere, et sedilia esse illis erecta, ut propemodum semper stantes perseverent, et* χειρονομία, *id est manuum gesticulatione, moderando cantui vacent, innixi interim brachia in sedilium fulcris. Unde factum est, ut sedilia ista dicantur Græce* Στασίδια, *a* Stando *et erecto corporis statu potius, quam a sedendo.*

Invitatorio Diaconus subjungit Collectam.

Quando pervenimus ad versiculum *Aperiente te manum tuam*, exhibet Ecclesiarcha reverentiam Præsidi sive Abbati, et repetit versiculum, magis efferens vocem. Absoluto autem Psalmo, Collecta major dicitur a Diacono.

Ὅτε δὲ φθάσωμεν τὸν στίχον, Ἀνοίξαντός σου τὴν χεῖρα, ποιεῖ ὁ Ἐκκλησιάρχης μετάνοιαν τῷ Ἡγουμένῳ, καὶ συμφωνεῖ τὸν στίχον ὑψηλότερον· πληρωμένου δὲ τοῦ ψαλμοῦ, γίνεται συναπτὴ μεγάλη ὑπὸ τοῦ Διακόνου.

74 COMM. *Extat hæc in Euchologio pag.* 37, *et apud S. Maximum Patriarcham Constantinopolitanum, in libro cui titulus,* Liturgia explicata, *et impresso Venetiis apud Jo. Antonium Julianum.*

In pace Dominum precemur. *Chorus.* Domine miserere.

Ἐν εἰρήνῃ τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν, Ὁ Χορός. Κύριε ἐλέησον.

Pro superna pace, et animarum nostrarum salute, Dominum precemur. *Ch.* Domine miserere.

Ὑπὲρ τῆς ἄνωθεν εἰρήνης, καὶ τῆς σωτηρίας τῶν ψυχῶν ἡμῶν, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. Χ. Κύριε ἐλέησον.

qualis habetur ex Euchologio.

Pro pace totius mundi, sanctarum Dei Ecclesiarum statu prospero, et omnium concordia, Dominum precemur. *Ch.* Domine miserere.

Ὑπὲρ τῆς εἰρήνης τοῦ σύμπαντος κόσμου, εὐσταθείας τῶν ἁγίων τοῦ Θεοῦ ἐκκλησιῶν, καὶ τῆς τῶν πάντων ἑνώσεως, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. Χ. Κύριε ἐλέησον.

Pro sancta hac domo, et omnibus cum pietate et Dei timore in eam intrantibus, Dominum precemur. *Ch.* Domine miserere.

Ὑπὲρ τοῦ ἁγίου οἴκου τούτου, καὶ τῶν μετὰ πίστεως, εὐλαβείας, καὶ φόβου Θεοῦ εἰσιόντων ἐν αὐτῷ, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. Χ. Κύριε ἐλέησον·

B Pro Archiepiscopo nostro N. venerando Presbyterio, ordine Diaconorum in Christo, omni Clero et populo, Dominum precemur. *Ch.* Domine miserere.

Ὑπὲρ τοῦ Ἀρχιεπισκόπου ἡμῶν, ὁ δεῖνος, τοῦ τιμίου πρεσβυτερίου, τῆς ἐν Χριστῷ διακονίας, παντὸς τοῦ κλήρου καὶ τοῦ λαοῦ, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. Χ. Κύριε ἐλέησον. E

Pro hoc sancto monasterio, universa civitate, et regione, et pro omnibus fidelibus in ipsis habitantibus, Dominum precemur. *Ch.* Domine miserere.

Ὑπὲρ τῆς ἁγίας μονῆς ταύτης, πάσης πόλεως χώρας, καὶ τῶν πίστει οἰκούντων ἐν αὐταῖς τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. Χ. Κύριε ἐλέησον.

Pro aeris temperie, fructuum terræ ubertate, et tranquillis anni tempestatibus obtinendis; Dominum precemur. *Ch.* Domine miserere.

Ὑπὲρ εὐκρασίας ἀέρων, εὐφορίας τῶν καρπῶν τῆς γῆς, καὶ καιρῶν εἰρηνικῶν, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. Χ. Κύριε ἐλέησον.

Pro navigantibus, iter agentibus, infirmis, laborantibus, captivis, et eorum salute, Dominum precemur. *Ch.* Domine miserere.

Ὑπὲρ πλεόντων, ὁδοιπορούντων, νοσούντων, καμνόντων, αἰχμαλώτων, καὶ τῆς σωτηρίας αὐτῶν, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. Χ. Κύριε ἐλέησον.

Ut liberemur ab omni ærumna, plaga, et necessitate, Dominum precemur. *Ch.* Domine miserere.

Ὑπὲρ τοῦ ῥυσθῆναι ἡμᾶς ἀπὸ πάσης θλίψεως, ὀργῆς, καὶ ἀνάγκης, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. Χ. Κύριε ἐλέησον.

Suscipe, serva, miserere et, custodi nos, Deus, tua gratia. *Ch.* Domine miserere.

Ἀντιλαβοῦ, σῶσον, ἐλέησον, καὶ διαφύλαξον ἡμᾶς ὁ Θεὸς, τῇ σῇ χάριτι. Χ. Κύριε ἐλέησον.

Sanctissimæ, intemeratæ, super omnes benedictæ, gloriosæ Dominæ nostræ Deiparæ, et semper Virginis Mariæ ac omnium Sanctorum memoriam agentes, nos ipsos, et invicem, et vitam nostram Christo Deo commendemus. *Ch.* Tibi Domine.

Τῆς παναγίας, ἀχράντου, ὑπερευλογημένης, ἐνδόξου δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, μετὰ πάντων τῶν Ἁγίων μνημονεύσαντες, ἑαυτοὺς καὶ ἀλλήλους καὶ πᾶσαν τὴν ζωὴν ἡμῶν Χριστῷ τῷ Θεῷ παραθώμεθα. Χ. Σοὶ Κύριε.

C 75 *Et exclamat Sacerdos.* Quia convenit tibi omnis gloria, honor et adoratio, Patri, et Filio, et Spiritui sancto: nunc et semper et in secula seculorum. Amen.

¶ Καὶ ἐκφωνεῖ ὁ Ἱερεύς, Ὅτι πρέπει σοι πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις, τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν. F

Concludit autem ipsam Sacerdos.

Sciendum autem est, quod quando dicimus versiculum Aperiente te manum, *Sacerdos abeat et recitet orationes Lucernarii stans detectus ante sanctas fores.*

¶ Ἰστέον δὲ ὅτι ὅταν λέγομεν τὸ, Ἀνοίξαντός σου τὴν χεῖρα, ὁ Ἱερεὺς ἀπελθὼν λέγει τὰς εὐχὰς τοῦ λυχνικοῦ, ἱστάμενος ἀσκεπὴς, ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν.

COMM. *Ex hoc loco conficitur,* Ἑσπερινοῦ *inter et* Λυχνικοῦ *discrimen esse non modicum. Quippe* Ἑσπερινὸν *est totum Officium Vespertinum,* Λυχνικὸν *vero seu Lucernarium est tantum aliqua ejus pars, seu pauculæ orationes, quas non gravabor describere.*

ORATIO I.

76 Domine misericors et benigne, longanimis et multum clemens, auribus percipe deprecationem nostram, et attende voci orationis nostræ: fac nobiscum signum in bonum: deduc nos in via tua, ut in veritate tua ambulemus. Exhilara corda nostra, ut timeamus nomen sanctum tuum: quia magnus es tu, et faciens, mirabilia: tu es Deus solus, et non est similis tui in diis, Domine, potens in misericordia et bonus in virtute, in succurras et consoleris et serves omnes sperantes in nomine tuo sancto. Quia convenit tibi omnis gloria, honor et adoratio, Patri et Filio et sancto Spiritui: nunc et semper et in secula seculorum. Amen.

ΕΥΧΗ. α'.

Κύριε οἰκτίρμον καὶ ἐλεῆμον, μακρόθυμε, καὶ πολυέλεε, ἐνώτισαι τὴν προσευχὴν ἡμῶν, καὶ πρόσχες τῇ φωνῇ τῆς δεήσεως ἡμῶν· ποίησον μεθ' ἡμῶν σημεῖον εἰς ἀγαθόν· ὁδήγησον ἡμᾶς ἐν τῇ ὁδῷ σου, τοῦ πορεύεσθαι ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου· εὔφρανον τὰς καρδίας ἡμῶν εἰς τὸ φοβεῖσθαι τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον, διότι μέγας εἶ σὺ καὶ ποιῶν θαυμάσια· σὺ εἶ Θεὸς μόνος, καὶ οὐκ ἔστιν ὅμοιός σοι ἐν θεοῖς, Κύριε, δυνατὸς ἐν ἐλέει, καὶ ἀγαθὸς ἐν ἰσχύϊ, εἰς τὸ βοηθεῖν, καὶ παρακαλεῖν, καὶ σώζειν πάντας τοὺς ἐλπίζοντας εἰς ὄνομά σου τὸ ἅγιον· ὅτι πρέπει σοι πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις, τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΕΥΧΗ β'.

ΕΥΧΗ β'.

Κύριε, μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς ἡμᾶς, μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς ἡμᾶς· ἀλλὰ ποίησον μεθ' ἡμῶν κατὰ τὴν ἐπιείκειάν σου, ἰατρὲ καὶ θεραπευτὰ τῶν ψυχῶν ἡμῶν, ὁδήγησον ἡμᾶς ἐπὶ λιμένα θελήματός σου· φώτισον τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν καρδιῶν ἡμῶν, εἰς ἐπίγνωσιν τῆς σῆς ἀληθείας· καὶ δώρησαι ἡμῖν τὸ λοιπὸν τῆς παρούσης ἡμέρας, εἰρηνικὸν καὶ ἀναμάρτητον, καὶ πάντα τὸν χρόνον τῆς ζωῆς ἡμῶν, πρεσβείαις τῆς ἁγίας Θεοτόκου καὶ πάντων τῶν Ἁγίων. Ὅτι σὸν τὸ κράτος, καὶ σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα, τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ORATIO II.

77 Domine, ne in furore tuo arguas nos, neque in ira tua corripias nos: sed fac nobiscum secundum misericordiam tuam, medice et curator animarum nostrarum; perduc nos ad portum voluntatis tuæ; oculos cordium nostrorum illumina in tuæ veritatis agnitionem, atque hujusce diei reliquum, omneque vitæ nostræ tempus pacificum, et a peccato liberum esse largire; intercessionibus sanctæ Dei Genitricis et omnium Sanctorum. Quia tua est potestas, tuum est regnum et virtus et gloria, Patris et Filii et sancti Spiritus, nunc et semper, et in secula seculorum. Amen.

ΕΥΧΗ γ'.

Κύριε, ὁ Θεὸς ἡμῶν, μνήσθητι ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν καὶ ἀχρείων δούλων σου, ἐν τῷ ἐπικαλεῖσθαι ἡμᾶς τὸ ἅγιον ὄνομά σου· καὶ μὴ καταισχύνῃς ἡμᾶς ἀπὸ τῆς προσδοκίας τοῦ ἐλέους σου, ἀλλὰ χάρισαι ἡμῖν, Κύριε, πάντα τὰ πρὸς σωτηρίαν αἰτήματα, καὶ ἀξίωσον ἡμᾶς ἀγαπᾶν καὶ φοβεῖσθαί σε ἐξ ὅλης τῆς καρδίας ἡμῶν, καὶ ποιεῖν ἐν πᾶσι τὸ θέλημά σου. Ὅτι ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος Θεὸς ὑπάρχεις, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ORATIO III.

78 Domine Deus noster, memento nostri peccatorum et inutilium servorum tuorum, cum invocamus sanctum nomen tuum; et ne confundas nos a misericordiæ tuæ expectatione, sed omnia ad salutem facientia postulata concede; et fac ut amemus et timeamus te ex toto corde, et in omnibus voluntatem tuam exequamur. Quia bonus et hominum amans Deus es, tibique gloriam rependimus, Patri, et Filio, et sancto Spiritui, nunc et semper, et in secula seculorum. Amen.

ΕΥΧΗ δ'.

Ὁ ταῖς ἀσιγήτοις ὕμνοις καὶ ἀπαύστοις δοξολογίαις ὑπὸ τῶν ἁγίων δυνάμεων ἀνυμνούμενος, πλήρωσον τὸ στόμα ἡμῶν τῆς αἰνέσεώς σου, τοῦ δοῦναι μεγαλωσύνην τῷ ὀνόματί σου τῷ ἁγίῳ· καὶ δὸς ἡμῖν μερίδα καὶ κλῆρον μετὰ πάντων τῶν φοβουμένων σε ἐν ἀληθείᾳ καὶ φυλασσόντων τὰς ἐντολάς σου, πρεσβείαις τῆς ἁγίας Θεοτόκου καὶ πάντων τῶν Ἁγίων σου. Ὅτι πρέπει σοι πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις, τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ORATIO IV.

79 Qui non tacituris laudibus et numquam finienda glorificatione a sanctis virtutibus celebraris; imple os nostrum laude tua, ut nomini tuo sancto reddamus magnificentiam: et cum omnibus qui te in veritate timent, et mandata tua observant, partem et sortem nobis impertire, precibus sanctæ Deiparæ et omnium Sanctorum tuorum. Quia convenit tibi omnis gloria, honor et adoratio, Patri, et Filio, et sancto Spiritui, nunc et semper, et in secula seculorum. Amen.

ΕΥΧΗ ε'.

Κύριε, Κύριε, ὁ τῇ ἀχράντῳ σου παλάμῃ συνέχων τὰ σύμπαντα, μακροθυμῶν ἐπὶ πάντας ἡμᾶς, καὶ μετανοῶν ἐπὶ ταῖς κακίαις ἡμῶν, μνήσθητι τῶν οἰκτιρμῶν σου, καὶ τοῦ ἐλέους σου· ἐπίσκεψαι ἡμᾶς ἐν τῇ ἀγαθότητί σου, καὶ δὸς ἡμῖν διαφυγεῖν καὶ τὸ λοιπὸν τῆς παρούσης ἡμέρας τῇ σῇ χάριτι, ἐκ τῶν τοῦ πονηροῦ ποικίλων μηχανημάτων. Ἀνεπιβούλευτον τὴν ζωὴν ἡμῶν διαφύλαξον τῇ χάριτι τοῦ παναγίου σου Πνεύματος, ἐλέει καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ μονογενοῦς σου Υἱοῦ, μεθ' οὗ εὐλογητὸς εἶ σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ σου Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ORATIO V.

81 Domine, Domine, qui illibata tua manu contines omnia, qui longanimis es super nos omnes, et qui super nostris vitiis pœnitentiam agis; reminiscere miserationum tuarum et misericordiæ tuæ; respice nos in bonitate tua, et concede, ut et reliquo hujus diei tempore varias maligni machinationes effugere tua gratia valeamus. Custodi vitam nostram ab insidiis liberam, gratia sanctissimi tui Spiritus, misericordia et benignitate unigeniti tui Filii, cum quo benedictus es, cum sanctissimo et bono et vivifico tuo Spiritu, nunc et semper et in secula seculorum. Amen.

ΕΥΧΗ ς'.

Ὁ Θεὸς μέγας καὶ θαυμαστὸς, ὁ ἀνεκδιηγήτῳ ἀγαθωσύνῃ καὶ πλουσίᾳ προνοίᾳ διοικῶν τὰ σύμπαντα· ὁ καὶ τὰ ἐγκόσμια ἀγαθὰ ἡμῖν δωρησάμενος, καὶ κατεγγυήσας ἡμῖν, τὴν ἐπηγγελμένην βασιλείαν· διὰ τῶν νῦν κεχαρισμένων ἀγαθῶν ὁδοποιήσας ἡμῖν, καὶ τῆς ἡμέρας τὸ παρελθὸν μέρος, ἀπὸ παντὸς ἐκκλῖναι κακοῦ, δώρησαι ἡμῖν καὶ τὸ ὑπόλοιπον, ἀμέμπτως ἐκτελέσαι ἐνώπιον τῆς ἁγίας δόξης σου, ὑμνεῖν σε τὸν μόνον ἀγαθὸν, καὶ φιλάνθρωπον Θεὸν ἡμῶν. Ὅτι σὺ εἶ, ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

ORATIO VI.

82 Deus magne et admirabilis, qui ineffabili bonitate et abundante providentia cuncta administras; qui datis nobis hujus mundi bonis, etiam promissum regnum nobis obstrinxisti; qui præterita diei parte per concessa bona nos deduxisti: da nobis ut residuam quoque partem inculpate coram sancta gloria tua transigere possimus, et te solum bonum et benignum Deum nostrum collaudare. Quia tu es Deus noster, et tibi gloriam referimus, Patri, et Filio, et sancto Spiritui, nunc et semper, et in secula seculorum. Amen.

ΕΥΧΗ ζ'.

Ὁ Θεὸς μέγας καὶ ὕψιστος, ὁ μόνος ἔχων ἀθανασίαν, φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον, ὁ πᾶσαν τὴν κτίσιν ἐν σοφίᾳ δημιουργήσας, ὁ διαχωρίσας ἀναμέσον τοῦ φωτὸς, καὶ ἀναμέσον τοῦ σκότους, καὶ τὸν ἥλιον θέμενος εἰς ἐξουσίαν τῆς ἡμέρας, σελήνην δὲ καὶ ἀστέρας εἰς

ORATIO VII.

83 Deus magne et excelse, qui solus habes immortalitatem; qui lucem habitas inaccessam; qui creaturam omnem in sapientia condidisti; qui divisisti lucem a tenebris; qui constituisti solem ut præesset diei, lunam vero ac stellas ut præessent nocti;

A nocti; qui nos peccatores et hac hora præoccupare faciem tuam in confessione, et vespertinas tibi laudes offerre voluisti; ipse benigne dirige orationem nostram, sicut incensum in conspectu tuo, et eam in odorem suavitatis admitte. Sed et præsentem vesperam et sequentem noctem nobis tribue pacificam. Lucis armis indue nos. Libera nos a timore nocturno, et omni negotio perambulante in tenebris. Somnum, quem in nostræ infirmitatis requietem dedisti, da ab omni diabolica cogitatione liberum. Ita, Domine, bonorum largitor; ut in cubilibus nostris compuncti, meminerimus noctu nominis tui; et commentatione mandatorum tuorum illustrati, in animi exultatione, ad dicendam bonitatis tuæ gloriam, exurgamus; preces et supplicationes tuæ misericordiæ offerentes, pro peccatis propriis et cuncti populi tui, quem precibus sanctæ Dei Genitricis clementer protege. Quia bonus et hominum amans Deus es, tibique gloriam rependimus, Patri, et Filio, et Spiritui sancto; nunc et semper, et in secula seculorum. Amen.

D ἐξουσίαν τῆς νυκτός, ὁ καταξιώσας ἡμᾶς τοὺς ἁμαρτωλοὺς, καὶ ἐπὶ τῆς παρούσης ὥρας, προφθάσαι τὸ πρόσωπόν σου ἐν ἐξομολογήσει, καὶ τὴν ἑσπερινήν σοι δοξολογίαν προσαγαγεῖν. αὐτὸς, φιλάνθρωπε, κατεύθυνον τὴν προσευχὴν ἡμῶν ὡς θυμίαμα ἐνώπιόν σου, καὶ πρόσδεξαι αὐτὴν εἰς ὀσμὴν εὐωδίας· παράσχου δὲ ἡμῖν τὴν παροῦσαν ἑσπέραν, καὶ τὴν ἐπιοῦσαν νύκτα, εἰρηνικήν. Ἔνδυσον ἡμᾶς ὅπλα φωτός. Ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ φόβου νυκτερινοῦ, καὶ παντὸς πράγματος ἐν σκότει διαπορευομένου· καὶ δὸς τὸν ὕπνον, ὃν εἰς ἀνάπαυσιν τῇ ἀσθενείᾳ ἡμῶν ἐδωρήσω, πάσης διαβολικῆς φαντασίας ἀπηλλαγμένον. Ναὶ, Δέσποτα, τῶν ἀγαθῶν χορηγὲ, ἵνα καὶ ἐπὶ ταῖς κοίταις ἡμῶν κατανυγόμενοι, μνημονεύωμεν ἐν νυκτὶ τοῦ ὀνόματός σου, καὶ τῇ μελέτῃ τῶν σῶν ἐντολῶν καταυγαζόμενοι, ἐν ἀγαλλιάσει ψυχῆς, διανιστῶμεν πρὸς δοξολογίαν τῆς σῆς ἀγαθότητος, δεήσεις καὶ ἱκεσίας τῇ σῇ εὐσπλαγχνίᾳ προσάγοντες, ὑπὲρ τῶν ἰδίων ἁμαρτημάτων, καὶ παντὸς τοῦ λαοῦ σου· ὃν ταῖς πρεσβείαις τῆς ἁγίας Θεοτόκου, ἐν ἐλέει ἐπίσκεψαι· ὅτι ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος Θεὸς ὑπάρχεις, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Jam vero nos Typicum revocat, sic habens.

¶ 85 Postea, recitatur Κάθισμα, *Beatus vir*, cum modulatione ad Tonum obliquum quartum.

¶ Εἶτα στιχολογοῦμεν τὸ κάθισμα, ἤγουν τὸ, Μακάριος ἀνὴρ μετὰ μέλους εἰς ἦχον πλ. δ'·

Postea recitatur unum ex Cathismatis viginti

B Comm. *Hic autem non puto unicum illum Psalmum jam dictum recitandum esse, sed insuper septem sequentes, sive octo primos.* Καθίσματα *enim apud Græcos vocantur divisiones seu sectiones totius Psalterii, eaque sunt numero viginti. Ac primum quidem* Κάθισμα *continet Psalmos octo, a* I *ad* VIII. *Secundum a* IX *ad* XVI. *Tertium a* XVII *ad* XXIII. *Quartum* XXIV *ad* XXXI. *Quintum a* XXXII *ad* XXXVI. *Sextum a* XXXVII *ad* XLV. *Septimum a* XLVI *ad* LIV *Octavum a* LV *ad* LXIII. *Nonum a* LXIV *ad* LXIX. *Decimum a* LXX *ad* LXXVI. *Undecimum a* LXXVII *ad* LXXXIV. *Duodecimum a* LXXXV *ad* XC. *Decimum tertium a* XCI *ad* C. *Decimum quartum a* CI *ad* CIV. *Decimum quintum a* CV *ad* CVIII. *Decimum sextum a* CIX *ad* CXVII. *Decimum septimum solum habet Psalmum* CXVIII. Beati immaculati: *quo completur istud* Κάθισμα *propter prolixitatem. Decimum octavum, a* CXIX *ad* CXXXI. *Decimum nonum a* CXXXI *ad* CXLII. *Vigesimum reliquos usque ad* CL. *Ita post Meursium Cangius, additque singula ista* Καθίσματα *dividi in tres partes, quæ cum,* Gloria Patri, *terminantur, aliter ac fit in Ecclesia Latina, quæ dictam doxologiam post singulos Psalmos recitat. Dividitur pariter, decimum septimum Cathisma in tres partes quæ eadem glorificatione terminantur. Illiusmodi autem Cathismatum divisiones dicuntur* Στάσεις. *Igitur dum Typicum dicit, recitandum esse* Κάθισμα τὸ Μακάριος, *Octo primos Psalmos recitandos esse insinuat.* Alia item significatio est vocis κάθισμα. Sed de illa agendi ansa dabitur secuturo Capite. E

in quæ dividitur totum Psalterium,

intercurrente Doxologia,

¶ 86 Ad Psalmum tertium; dicimus secundum et tertium Antiphonum tono diei.

¶ Εἰς δὲ τὸν γ' ψαλμὸν ἀναφέρομεν μικρὸν τὸ δεύτερον καὶ τρίτον ἀντίφωνον εἰς τὸν ἦχον τῆς ἡμέρας.

87 Comm *Hic noto, quod, quamvis* Antiphona *et* Antiphonum, *ab uno et eodem Græco vocabulo originem trahant, tamen hoc apud Græcos non sonat idem, quod illa apud Latinos* Antiphona *namque (ut est apud Goarum Pag. 123) est sententia vel modulus cuilibet Psalmo decantato adjunctus, et quasi ex opposito respondens.* Antiphonum *autem, ut hic usurpatur, sunt plures versus Psalmi unius, ad quorum singulos, una et eadem fit semper ab altero Choro responsio. Et propter hanc unam et reciprocam sententiam semper illatam.* Ἀντίφωνον *quasi vox opposita seu vocis oppositio vocatur.* Ἀντίφωνον *autem (quale unum ad Matutinum proferam) dividitur in primum, secundum et tertium. Primum est in quo post singulos versus recitatur,* Ταῖς πρεσβείαις τῆς Θεοτόκου, Σῶτερ σῶσον ἡμᾶς. Precibus Deiparæ, Servator, serva nos. *Secundum, in quo recitatur post versus singulos,* C Ταῖς πρεσβείαις τῶν Ἁγίων σῶσον ἡμᾶς. Precibus Sanctorum serva nos. *Tertium denique in quo, singulis versibus subjungitur aliquid solennitatem utcumque exprimens, ut in die Paschatis,* Σῶσον ἡμᾶς, Υἱὲ Θεοῦ ὁ ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν ψάλλοντάς σοι, Ἀλληλούια. Fili Dei, qui resurrexisti a mortuis, serva nos, qui laudamus te, Alleluia. *Et in hoc festo trium Doctorum:* Σῶσον ἡμᾶς Υἱὲ Θεοῦ μονογενὲς, ὁ ἐν Ἁγίοις θαυμαστὸς, ψάλλοντάς σοι, Ἀλληλούια. Fili Dei unigenite, qui es mirabilis in Sanctis, serva nos, qui laudamus te, Alleluia. F

uti et primo secundo vel tertio antiphono:

¶ In unoquoque Antiphono dicit Diaconus Collectam parvam, *quæ hæc est.*

Diaconus parvam Collectam subjicit

88 Iterum iterumque in pace Dominum deprecemur. *Chorus.* Domine miserere.

Suscipe, serva, miserere et custodi nos, Deus, tua gratia. *Ch.* Domine miserere.

Sanctissimæ, intemeratæ, super omnes benedictæ, gloriosæ Dominæ nostræ Deiparæ et semper Virginis Mariæ cum omnibus Sanctis memoriam recolentes, nos ipsos, et invicem et totam vitam nostram, Christo Deo commendemus. *Ch.* Tibi Domine. *Et succlamat Sacerdos.* Quia tua est potentia, et tuum est regnum et virtus et gloria Patris, et Filii, et Spiritus sancti. *Ch.* Amen.

¶ Ἐν ἑκάστῳ δὲ Ἀντιφώνῳ ποιεῖ ὁ Διάκονος μικρὰν Συναπτήν.

Ἔτι καὶ ἔτι ἐν εἰρήνῃ, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. Ὁ χορός. Κύριε ἐλέησον·

Ἀντιλαβοῦ, σῶσον, ἐλέησον, καὶ διαφύλαξον ἡμᾶς ὁ Θεὸς τῇ σῇ χάριτι. Χ. Κύριε ἐλέησον·

Τῆς παναγίας, ἀχράντου, ὑπερευλογημένης, ἐνδόξου δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀεὶ παρθένου Μαρίας, μετὰ πάντων τῶν Ἁγίων μνημονεύσαντες, ἑαυτοὺς, καὶ ἀλλήλους, καὶ πᾶσαν τὴν ζωὴν ἡμῶν, Χριστῷ Θεῷ παραθώμεθα. Χ· Σοὶ Κύριε. Καὶ ὁ Ἱερεὺς ἐκφωνεῖ. Ὅτι σοῦ τὸ κράτος, καὶ σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ὁ χορ. Ἀμήν.

¶ Solita Psalmorum recitatione jam absoluta, designatus monachus Canonarcha, tonum suggerit et psallimus *Domine clamavi*, juxta Tonum in Octoecho occurrentem.

¶ Ὁ δὲ ταχθεὶς μοναχὸς Κανονάρχης, μετὰ τὴν συμπλήρωσιν τῆς συνήθους στιχολογίας, λέγει τὸν ἦχον, καὶ ψάλλομεν, Κύριε ἐκέκραξα, εἰς τὸν τυχόντα ἦχον τῆς ὀκτωήχου.

A 89 Comm. *Suggerit autem Canonarches Tonum illum stans in medio Ecclesiæ, ut me docet Philotheus Patriarcha Constantinopolitanus in Ordine sacri Ministerii.* D

AUCTORE N. R.

¶ Εἶτα θυμιᾷ ὁ Ἱερεὺς, ἢ Διάκονος, ὡς ἔθος ἐστὶ, ποιῶν τὴν συνήθη μετάνοιαν τῷ Καθηγουμένῳ. Ἡμεῖς δὲ ἱστῶμεν στίχους ι'. ἀπὸ τοῦ, Ἐξάγαγε ἐκ φυλακῆς.

¶ Post hæc Sacerdos vel Diaconus (ut moris est) thus adolet, consuetam exhibens reverentiam Antistiti vel Abbati. Nos vero recitamus Versiculos decem, ab, *Educ a custodia.*

90 Comm. *Est hic ultimus Versiculus* CXLI *: ut ergo habeantur versiculi decem, continuatur cantus per novem primos Versiculos Psalmi sequentis. At vero, festo horum trium Doctorum, non recitantur nisi Versiculi octo, quemadmodum videre est ex Menæis, ubi et dicuntur post illos Versiculos psalli Versus sive Stichera a Prosomœa tono tertio sicut* Ὡς γενναῖον ἐν μάρτυσιν. *Scito assignari tantum quatuor, sed dicenda bis, ut sint quasi octo, uti indicant Menæa subjiciendo singulis in rubrica vocem* Δίς, Bis. *In Typico autem idem sic exprimitur.* Ἐν ταύτῃ, ἱστῶμεν Στιχηρὰ η', δευτεροῦντες αὐτά. Hoc die canimus Versiculos octo, ipsos duplicantes, *scilicet Stichera illa quatuor quæ in Menæis habentur, ut sequitur.*

Τὰ τῆς χάριτος ὄργανα, τὰς κιθάρας τοῦ Πνεύματος, τὰς εὐσήμους σάλπιγγας τοῦ κηρύγματος, τὰς φοβερὸν καὶ ἐξάκουστον ἐξ ὕψους ἠχούσας βροντὰς, καὶ τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ γνωριζούσας τοῖς πέρασι· τοὺς τρεῖς κήρυκας τῆς μεγάλης Τριάδος, Ἰωάννην καὶ Βασίλειον ἀξίως σὺν Γρηγορίῳ τιμήσωμεν. Δίς

91 Instrumenta gratiæ; Spiritus citharas; insignes Evangelii tubas; terrificum et altum resonantia in cœlo tonitrua, Deique gloriam annuntiantia finibus terræ; præcones trigeminos magnæ Trinitatis, Joannem et Basilium cum Gregorio digne honoremus. *Bis.*

Τῆς Τριάδος οἱ πρόμαχοι, εὐσεβείας οἱ πρόβολοι, οἱ μετὰ τοὺς δώδεκα τρεῖς Ἀπόστολοι, οἱ ἐξ Ἐδὲμ ἀναβλύζοντες τὸ ζῶν ὕδωρ ποταμοὶ, καὶ τὸ πρόσωπον τῆς γῆς ζωηρρύτως ποτίζοντες θείοις ῥεύμασι· τὰ μεγάλα στοιχεῖα τὰ τὴν πίστιν, ὥσπερ κτίσιν συστῶντα, ἀξιο-
B χρέως τιμάσθωσαν. Δίς.

92 Trinitatis propugnatores; pietatis defensores; post illos duodecim, tres Apostoli; flumina aquam vivam vehentia ex Edem, et faciem terræ divino ac vivifico fluxu rigantia; magna clementa, fidem veluti aliquam fabricam constituentia, jure merito honorantur. *Bis.*

Οὐκ εἰσὶ λαλιαὶ, οὐδὲ λόγοι λεγόμενοι, ὧν οὐχὶ ἀκούονται αἱ φωναὶ αὐτῶν· εἰς πᾶσαν γῆν γὰρ καὶ θάλασσαν ὁ φθόγγος ἐξέδραμε τῶν ἐνθέων καὶ σοφῶν διδασκάλων τῆς κτίσεως· ὅθεν ἄριστα τοῖς αὐτῶν θείοις νόμοις συγκρατεῖται καὶ συνέχεται πρὸς μίαν ὀρθοδοξίαν τὰ πέρατα. Δίς·

93 Non sunt loquelæ, inquit, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum. Nam in omnem terram et mare exivit istorum divino afflatorum Numine et sapientium magistrorum sonus: unde ipsorum legibus optime in fidei integritate continentur et conservantur fines orbis terræ. *Bis.* E

Τὰ τοῦ Πνεύματος ὄργανα ἀληθείας τὰς σάλπιγγας, τοὺς τοῦ λόγου ῥήτορας, εὐφημήσωμεν φωναῖς ᾀσμάτων, τοῖς αὐτῶν οἱ ἑπόμενοι· Ἱκετεύοντες αὐτοὺς παῤῥησίαν ὡς ἔχοντας πρὸς τὸν Κύριον, δωρηθῆναι εἰρήνην σταθηρὰν μὲν εἰς ἀεὶ τῇ οἰκουμένῃ, ἡμῖν δὲ πᾶσι συγχώρησιν. Δίς.

94 Spiritus organa, veritatis buccinas, Verbi Dei oratores lætis prosequamur canticis; et eorum dogmata sequentes, rogitemus eos supplices, ut pro ea, quam habent apud Dominum, fiducia, petant firmam pacem in perpetuum mundo dari, nobis autem veniam. *Bis.*

Δόξα, ἦχος, πλ. β'.

Gloria. *Tonus obliquus* 2.

Τὰς μυστικὰς σήμερον τοῦ πνεύματος σάλπιγγας, τοὺς θεοφόρους πατέρας ἀνευφημήσωμεν, τοὺς μελῳδήσαντας ἐν μέσῳ τῆς Ἐκκλησίας μέλος ἐναρμόνιον θεολογίας, Τριάδα μίαν ἀπαράλλακτον οὐσίαν τε καὶ θεότητα, τοὺς καθαιρέτας Ἀρείου καὶ ὀρθοδόξων προμάχους, τοὺς πρεσβεύοντας πάντοτε Κυρίῳ ἐλεηθῆναι τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

95 Mysticas hodie celebremus Spiritus tubas, Deo impletos Patres, modulatos in medio Ecclesiæ concinnum theologiæ melos; scilicet unam Trinitatem immutabilem, essentiamque ac divinitatem; domitores Arii, et Orthodoxorum antesignanos; continenter orantes Dominum, ut nostrarum animarum miserescat.

Καὶ νῦν. Θεοτόκιον.

Et nunc *Mariale.*

Τίς μὴ μακαρίσει σε, παναγία Παρθένε; Τίς μὴ
C ἀνυμνήσει σου τὸν ἀλόχευτον τόκον; ὁ γὰρ ἀχρόνως ἐκ Πατρὸς ἐκλάμψας Υἱὸς μονογενὴς, ὁ αὐτὸς ἐκ σοῦ τῆς ἁγνῆς προῆλθεν, ἀφράστως σαρκωθεὶς· φύσει Θεὸς ὑπάρχων, καὶ φύσει γενόμενος ἄνθρωπος δι' ἡμᾶς· οὐκ εἰς δυάδα προσώπων τεμνόμενος, ἀλλ' ἐν δυάδι φύσεων ἀσυγχύτως γνωριζόμενος. Αὐτὸν ἱκέτευε, σεμνὴ παμμακάριστε, ἐλεηθῆναι τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

96 Quis te, Virgo sanctissima, non beatam prædicet? Quis non celebret tuum sine virilli ope partum? Quippe qui ante omne tempus ex Patre effulsit Filius unigenitus, ille idem ex te, Purissima, prodivit, ineffabiliter incarnatus, natura Deus existens, et natura factus homo propter nos; in duas divisus personas, sed in duabus naturis inconfusibiliter cognoscendus. Hunc ora, o Augusta et Beatissima, ut nostrarum animarum misereatur. F

97 *Habe jam iterum verba Typici, ut discas, quæ fiant post decantata hæc Stichera :*

¶ Ἀπέρχεται ὁ Ἱερεὺς καὶ ὁ Διάκονος, καὶ ποιοῦσι μετάνοιαν τῷ Προεστῶτι, ἢ εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ ὡς προείρηται, καὶ ἀλλάσσουσι τὴν ἱερατικὴν στολὴν ἐν τῷ διακονικῷ. Καὶ ἐξελθόντες ἐν τῷ ναῷ εἰσοδεύουσι μετὰ τοῦ θυμιατοῦ, τῶν λαμπάδων προπορευομένων αὐτούς. Οἱ δὲ Ἀδελφοὶ πάντες ἀποσκεπάζονται ἑνουμένων τῶν δύο χορῶν.

¶ Secedunt Sacerdos et Diaconus faciuntque reverentiam Præsidi, aut versus ipsius locum, ut ante dictum est, et mutant sacram stolam in Diaconico. Et exeuntes ad templum introeunt cum incenso, præcedentibus ipsos lampadibus. Fratres autem omnes teguntur, in unum coeuntibus duobus Choris.

Egressus Sacerdotis cum ministris ex Diaconico,

98 Comm. *Quod nos* Sacristiam *appellamus,* Diaconicum *Græcis dicitur : ideo fortasse, quod Diaconorum primitus esset in eo sedes et consessus ; vel potius, quod hic locus eorum curæ præcipue commissus fuerit. In eo enim non solum quæ ad Ecclesiæ vasa et Sacerdotales vestes spectant, priusquam sacra perageretur Liturgia seu Divinum ac Ecclesiasticum Officium, munia obibant Diaconi; sed et considebant pro muneris sui ratione. Isidorus Mercator* Διακονικὸν Secretarium *vertit; et congruenter quidem Agathensi Concilio, cujus* 66 *Canon hic est :* Quoniam non oportet insacratos ministros licentiam habere in Secretarium (quod Græci Diaconicon appellant) ingredi et contingere vasa dominica. *Atqui* Secretarium *idem est, quod apud nos* Sacristia *barbare nuncupatur : de quo qui dubitat, adeat Cardinalem Bona lib.* 1 *rerum Liturgicarum cap.* 24 *num.* 2. Διακονικὸν *tamen, sicut et* Secretarium *in aliis præterea usurpatur significationibus, quas non est hujus loci explicare.*

quod Latinis Sacristia, et Secretarium dicitur :

A 99 *Ingressus autem Sacerdotis in templum, supra descriptus ex Typico, non est simplex quidam ingressus; sed ingressus qui fit cum sacris codicibus, quibus Diacono a Sacerdote traditis, egreditur ille e porta Diaconici; et elevatos ante faciem deferens, subsequente Sacerdote, viam quamdam sinuosam tenet; qua peragrata ante sanctas fores uterque sistit, ut Sacerdos recitet* τὴν εἰσόδου εὐχὴν, *id est,* Introitus orationem, *quam Constantinopolitanus Patriarcha S. Germanus, loco antea citato, nobis exhibet et ita sonat :* D AUCTORE N. R.

unde ille cum sacris libris ingressus templum

100 Vespere, et mane, et meridie laudamus, benedicimus, gratias agimus, et oramus, Te, omnium Domine; dirige orationem nostram sicut incensum in conspectu tuo; et ne inclines corda nostra in verba vel cogitationes nequitiæ, sed libera nos ab omnibus venantibus animas nostras; quia ad Te, Domine, Domine, oculi nostri, et in Te speravimus; ne confundas nos, Deus noster. Quia convenit Tibi omnis gloria, honor et adoratio, Patri, et Filio, et Spiritui sancto, nunc et semper, et in secula seculorum. Amen.

recitat orationem Introitus,

Ἑσπέρας καὶ πρωΐ, καὶ μεσημβρίας αἰνοῦμεν, εὐλογοῦμεν, εὐχαριστοῦμεν, καὶ δεόμεθά σου, Δέσποτα τῶν ἁπάντων, κατεύθυνον τὴν προσευχὴν ἡμῶν ὡς θυμίαμα ἐνώπιόν σου. Καὶ μὴ ἐκκλίνῃς τὰς καρδίας ἡμῶν εἰς λόγους ἢ εἰς λογισμοὺς πονηρίας, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἐκ πάντων τῶν θηρευόντων τὰς ψυχὰς ἡμῶν· ὅτι πρὸς σὲ, Κύριε, Κύριε, οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν, καὶ ἐπὶ σοὶ ἠλπίσαμεν· μὴ καταισχύνῃς ἡμᾶς, ὁ Θεὸς ἡμῶν. Ὅτι πρέπει σοὶ πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

¶ *Et benedicit introitum dicens :*

¶ Εἶτα εὐλογεῖ τὴν εἴσοδον, λέγων·

Benedictus sit introitus Sanctorum tuorum ubique, nunc et semper etc.

Εὐλογημένη ἡ εἴσοδος τῶν Ἁγίων σου πάντοτε, νῦν καὶ ἀεὶ, καί.

101 ¶ Posthæc Diaconus, Thuribulo efformata Cruce, dicit. *Sapientia Recti.* Nos autem : *Lumen jucundum.*

¶ Εἶτα ὁ Διάκονος χαράττων σταυρὸν μετὰ τοῦ θυμιατοῦ λέγει· Σοφία, ὀρθοί, Καὶ ἡμεῖς τὸ, Φῶς ἱλαρον.

Comm. *Reliqua supple ex Capite primo de minoribus Vesperis. Hic vero notaverim ex Joanne Morino, Diaconum dicentem* Σοφία, Sapientia, *verosimiliter digitum intendere in Codicem sacrum : et sic a præsentibus exi-* B *gere attentionem præstandam iis, quæ inde recitabuntur. Pauci quidam cum S. Germano legunt* Σοφία ὀρθή, Sapientia recta. E

102 ¶ Post introitum vero designatus ad id Monachus, præmissa solita corporis inflexione versus Præsidem sive Abbatem, canit propositum diei distichum, et dicit *Dominus regnavit.* Versiculum 1 *Indutus est Dominus.* Versiculum 2, *Etenim firmavit.* Interim conversus ad Occidentem Sacerdos, et junctas habens manus, Propositi finem opperitur. Mox exhibet reverentiam, et in locum discedit suum.

¶ Μετὰ δὲ τὴν εἴσοδον ὁ ταχθεὶς μόναχος, βαλὼν τὴν συνήθη μετάνοιαν τῷ Προεστῶτι, ψάλλει τῆς ἡμέρας προκείμενον δίστιχον. Ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν, Στίχος. α' Ἐνεδύσατο Κύριος δύναμιν. Στίχος β'. Καὶ γὰρ ἐστερέωσεν. Στραφεὶς δὲ ὁ Ἱερεὺς πρὸς δυσμὰς δεδεμένας ἔχων τὰς χεῖρας; ἵσταται περιμένων τὴν πλήρωσιν τοῦ προκειμένου. Εἶτα βάλλει μετάνοιαν, καὶ ἀπέρχεται εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ.

per incuriam forte omissum in excusis :

et recitantur 3 lectiones

103 Comm. *Ecclesia quidem Græca singulis totius anni feriis singula disticha attribuit : non tamen in quolibet Officio videtur post Introitum et diei distichon etiam dici* Dominus regnavit; *cum supradictis versiculis sed tantum in Vesperis Sabbati. Est enim apud S. Germanum :* Εἰ δὲ ἔστι σάββατον ἑσπέρας, λέγει τό, Ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν. Si sint vesperæ sabbati, dicit, *Dominus regnavit etc. Propterea ego existimo, paucalas illas voces in Veneto illo quo utor S. Sabæ Typico prætermissas esse, incuria typothetarum et correctorum. Qua in opinione non mediocriter confirmor, videns in Menæis, imo et in Typico ipso, pro hac trium Doctorum solennitate, assignari statim post diei Propositum tria* ἀναγνώσματα, *hoc est, tres* Lectiones. *Prima est ex Deuteronomii capite* 1, *incipitque a versu 8 et sistit in versu 17. Altera est ex capite 10 libri ejusdem, et incipiendo a quarto decimo versu complectitur reliquos omnes præter ultimum. Tertia denique petitur ex Sapientiæ 3, continet decem priores versus illius capitis. Nos autem ad se denuo revocat Typicum dicens :*

103 Absoluto Proposito Diaconus facit consuetam Prolixam.

Μετὰ δὲ τὸ προκείμενον ὁ Διάκονος ποιεῖ τὴν συνήθη ἐκτενῆ.

subjungit Diaconus Orationem Prolixam

C Comm. *Subintellige Vocem* Orationem *vel* Precationem εὐχὴν, *vel* δέησιν, *vel* ἱκεσίαν, *quemadmodum Act.* 12 *dicitur,* προσευχὴ ἐκτενής, Oratio sine intermissione *fusa esse ab Ecclesia ad Deum, pro Petro in carcerem conjecto; estque similis* Litaniis *nostris, quibus Chorus, vel Populus respondens, identidem interponit,* Miserere nobis, Ora pro nobis, Te rogamus audi nos. *Sed age, sic orantem Diaconum, eique succinentem Chorum audiamus, apud S. Germanum. Dicit Diaconus.* F

Dicamus omnes ex tota anima ; et ex tota mente dicamus. *Chorus.* Domine miserere.

Εἴπωμεν πάντες ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς, καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας εἴπωμεν. Ὁ χορός. Κύριε ἐλέησον.

Domine præpotens, Deus patrum nostrorum, oramus Te, exaudi et miserere. *Ch.* Domine miserere.

Κύριε παντοκράτορ ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν, δεόμεθά σου, ἐπάκουσον καὶ ἐλέησον. Χ. Κύριε ἐλέησον.

Miserere nostri Deus secundum magnam misericordiam tuam ; oramus Te, exaudi et miserere. *Ch.* Domine miserere.

Ἐλέησον ἡμᾶς ὁ Θεὸς κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου· δεόμεθά σου, ἐπάκουσον καὶ ἐλέησον, Χ. Κύριε ἐλέησον.

Adhuc oramus pro piissimis et a Deo servatis Imperatoribus nostris, pro eorum imperio, victoria, perseverantia, pace, valetudine, incolumitate ; et ut Dominus Deus noster ipsos magis adjuvet, prosperet in omnibus, ipsorumque pedibus subjiciat omnem inimicum atque hostem. *Ch.* Domine miserere.

Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ τῶν εὐσεβεστάτων καὶ θεοφυλάκτων Βασιλέων ἡμῶν, κράτους, νίκης, διαμονῆς, εἰρήνης, ὑγείας, σωτηρίας αὐτῶν, καὶ τοῦ Κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν ἐπὶ πλέον συνεργῆσαι, κατευοδῶσαι αὐτοὺς ἐν πᾶσι, καὶ ὑποτάξαι ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτῶν πάντα ἐχθρὸν καὶ πολέμιον. Χ. Κύριε ἐλέησον.

Adhuc oramus pro Archiepiscopo nostro N. et cuncta nostra in Christo fraternitate. *Ch.* Domine miserere.

Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ τοῦ Ἀρχιεπισκόπου ἡμῶν, ὁ δεῖνος, καὶ πάσης τῆς ἐν Χριστῷ ἡμῶν ἀδελφότητος. Χ. Κύριε ἐλέησον.

Adhuc oramus pro beatis semperque memorandis hujus sanctæ ædis conditoribus. *Ch.* Domine miserere.

Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ τῶν μακαρίων καὶ ἀειμνήστων κτιτόρων τῆς ἁγίας μονῆς ταύτης. Χ. Κύριε ἐλέησον.

Adhuc oramus pro misericordia, vita, pace, sani-

Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ ἐλέους, ζωῆς, εἰρήνης, ὑγείας, σωτηρίας,

AUCTORE N. R.

A τηρίας, ἐπισκέψεως, συγχωρήσεως καὶ ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν, τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ, τῶν Ἀδελφῶν τῆς ἁγίας μονῆς ταύτης. Χ. Κύριε ἐλέησον.

Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ τῶν καρποφορούντων, καὶ καλλιεργούντων ἐν τῷ ἁγίῳ καὶ πανσέπτῳ ναῷ τούτῳ, κοπιώντων, ψαλλόντων, καὶ ὑπὲρ τοῦ περιεστῶτος λαοῦ, τοῦ ἀπεκδεχομένου το παρὰ σοῦ μέγα καὶ πλούσιον ἔλεος. Ὁ λαός. Εἰς πολλὰ ἔτη, Δέσποτα. Ἐκφώνως ὁ Ἱερεὺς. Ὅτι ἐλεήμων καὶ φιλάνθρωπος Θεὸς ὑπάρχεις, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ Πατρί, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας αἰώνων. Χ. Ἀμήν. Καὶ ὁ λαός. Καταξίωσον Κύριε.

tate, salute, protectione, venia, et remissione peccatorum, servorum Dei, Fratrum hujusce sancti monasterii. *Ch.* Domine miserere. D

Adhuc oramus pro referentibus fructum et bona facientibus in hoc sancto et omni ex parte augusto templo, laborantibus, canentibus; et pro circumstante populo, a Te magnam et affluentem misericordiam expectante. *Populus.* In multos annos, Domine, *Tum effert vocem Sacerdos.* Quia misericors et benignus erga homines Deus es, et Tibi gloriam impertimur, Patri, et Filio, et Spiritui sancto, nunc, et semper, et in secula seculorum. *Chorus.* Amen. *Et populus* dicit : Dignare Domine.

et a Sacerdote completur;

Ὁ Διάκονος πάλιν. Πληρώσωμεν τὴν ἑσπερινὴν δέησιν ἡμῶν τῷ Κυρίῳ. Ὁ χορ. Κύριε ἐλέησον.

Ἀντιλαβοῦ, σῶσον, ἐλέησον καὶ διαφύλαξον ἡμᾶς ὁ Θεὸς τῇ σῇ χάριτι. Χ. Κύριε ἐλέησον.

Τὴν ἑσπέραν πᾶσαν τελείαν, ἁγίαν, εἰρηνικὴν καὶ ἀναμάρτητον παρὰ τοῦ Κυρίου αἰτησώμεθα. Χ. Παράσχου Κύριε.

Ἄγγελον εἰρήνης, πιστὸν ὁδηγὸν, φύλακα τῶν ψυχῶν καὶ τῶν σωμάτων ἡμῶν, παρὰ τοῦ Κυρίου αἰτησώμεθα. Χ. Παράσχου Κύριε.

Συγγνώμην καὶ ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν καὶ πλημμελημάτων ἡμῶν, παρὰ τοῦ Κυρίου αἰτησώμεθα. Χ. Παράσχου Κύριε. B

Τὰ καλὰ καὶ συμφέροντα ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν, καὶ εἰρήνην τῷ κόσμῳ, παρὰ τοῦ Κυρίου αἰτησώμεθα Χ. Παράσχου Κύριε.

Τὸν ὑπόλοιπον χρόνον τῆς ζωῆς ἡμῶν ἐν εἰρήνῃ καὶ μετανοίᾳ ἐκτελέσαι παρὰ τοῦ Κυρίου αἰτησώμεθα. Ὁ χορ. Παράσχου Κύριε.

Χριστιανὰ τὰ τέλη τῆς ζωῆς ἡμῶν, ἀνώδυνα, ἀνεπαίσχυντα, εἰρηνικὰ, καὶ καλὴν ἀπολογίαν τὴν ἐπὶ τοῦ φοβεροῦ βήματος, παρὰ τοῦ Κυρίου αἰτησώμεθα. Χ. Παράσχου Κύριε.

Τῆς παναγίας, ἀχράντου, ὑπερευλογημένης, ἐνδόξου δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, μετὰ πάντων τῶν Ἁγίων μνημονεύσαντες, ἑαυτοὺς καὶ ἀλλήλους, καὶ πᾶσαν τὴν ζωὴν ἡμῶν, Χριστῷ τῷ Θεῷ παραθώμεθα. Χ. Σοὶ Κύριε.

104 *Iterum Diaconus :* Compleamus vespertinam nostram precationem Domino. *Ch.* Domine miserere.

Suscipe, serva, miserere et custodi nos Deus tua gratia. *Ch.* Domine miserere.

Vesperam omnem perfectam, sanctam, pacificam et peccati expertem a Domino flagitemus. *Ch.* Tribue Domine.

iterumque resumitur a Diacono,

Angelum pacis, fidelem ducem, custodem animarum et corporum nostrorum a Domino flagitemus. Tribue Domine.

Veniam et remissionem peccatorum et delictorum nostrorum a Domino flagitemus. *Ch.* Tribue Domine. E

Bona et animis nostris conducentia, ac mundo pacem a Domino flagitemus. *Ch.* Tribue domine.

Reliquum vitæ nostræ tempus transigi in pace et pœnitentia, flagitemus. *Ch.* Tribue Domine.

Christianos vitæ nostræ terminos, sine dolore, sine confusione tranquillos, et bonam defensionem in tremendo Christi tribunali, a Domino flagitemus. *Ch.* Tribue Domine

Sanctissimæ, intemeratæ, super omnes benedictæ, gloriosæ Dominæ nostræ Deiparæ semperque virginis Mariæ ac omnium Sanctorum memoriam agentes, nos ipsos, et invicem, et vitam nostram totam, Christo Deo commendemus. *Ch.* Tibi Domine.

¶ Καὶ ὁ Ἱερεὺς ἐκφώνως· Ὅτι ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος Θεὸς ὑπάρχεις, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ Πατρί, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Χ. Ἀμήν. Ὁ Ἱερεὺς· Εἰρήνη πᾶσι. Χ. Καὶ μετὰ τοῦ πνεύματός σου. Ὁ Διάκ. Τὰς κεφαλὰς ὑμῶν τῷ Κυρίῳ κλίνατε. Ὁ χορ. Σοὶ Κύριε.

C ¶ Καὶ λέγει ὁ Ἱερεὺς τὴν εὐχὴν μυστικῶς.

105 *Et Sacerdos elatiore voce succinit :* Quia bonus et amans hominum Deus existis, et tibi gloriam attribuimus, Patri, et Filio, et Spiritui sancto, nunc et semper, et in secula seculorum. *Ch.* Amen. *Sacerdos.* Pax omnibus. *Ch.* Et cum spiritu tuo. *Diaconus.* Humiliate capita vestra Deo. *Chorus.* Tibi Domine.

et a Sacerdote completur.

Et Sacerdos secreto dicit orationem. F

Comm. *Hæc Oratio*, Κεφαλοκλισίας, *sive* Capitis inclinationis *nuncupatur, et ita sonat.*

Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ κλίνας οὐρανοὺς καὶ καταβὰς ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων, ἔπιδε ἐπὶ τοὺς δούλους σου, καὶ ἐπὶ τὴν κληρονομίαν σου· σοὶ γὰρ τῷ φοβερῷ καὶ φιλανθρώπῳ κριτῇ, οἱ σοὶ δοῦλοι ὑπέκλιναν τὰς κεφαλὰς, τοὺς δὲ αὐτῶν ὑπέταξαν αὐχένας, οὐ τὴν ἐξ ἀνθρώπων ἀναμένοντες βοήθειαν, ἀλλὰ τὸ σὸν περιμένοντες ἔλεος, καὶ τὴν σὴν ἀπεκδεχόμενοι σωτηρίαν, οὓς διαφύλαξον ἐν παντὶ καιρῷ, καὶ κατὰ τὴν παροῦσαν ἑσπέραν, καὶ τὴν προσιοῦσαν νύκτα, ἀπὸ παντὸς ἐχθροῦ, ἀπὸ πάσης ἀντικειμένης ἐνεργείας, διαλογισμῶν ματαίων, καὶ ἐνθυμήσεων. Εἶτα ἐκφωνεῖ. Εἴη τὸ κράτος τῆς βασιλείας σου εὐλογημένον καὶ δεδοξασμένον, τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Domine Deus noster, qui inclinatis cœlis propter salutem humani generis descendisti, respice famulos tuos et hereditatem tuam : tibi enim, tremendo simul ac benigno judici, tui famuli inclinarunt capita, et suas submisernnt cervices; non ab hominibus sperantes auxilium, sed tuam præstolantes misericordiam, et, tuam salutem expectantes : quos custodi omni tempore et hoc præsenti vespere, et hac secutura nocte ab omni inimico, ab omni diabolica machinatione, a cogitationibus vanis, et pravis affectibus. *Deinde altiori tono dicit :* Sit regni tui potentia benedicta et glorificata, Patris, et Filii. et Spiritus sancti, nunc et semper, et in secula seculorum. Amen.

Prosequitur Typicum :

Εἶθ' οὕτω ψάλλομεν τὰ ἰδιόμελα τοῦ κατὰ τὴν ἡμέραν Ἁγίου, λιτανεύοντες ἐν τῷ νάρθηκι, τοῦ Ἱερέως καὶ τοῦ Διακόνου προπορευομένων μετὰ θυμιατοῦ καὶ λαμπάδων.

106 Tum psallimus idiomela illius Sancti qui eo die colitur, facientes Processionem in Narthece, præeuntibus Sacerdote et Diacono cum thuribulo ac lampadibus.

Deinde fit Processio,

Comm. *Hinc adverte, erudite Lector, has voces* Λιτὴ, Λιτανεία *et* Λιτανεύειν, *apud Græcos Ecclesiasticos*

non

A *non usurpari in primæva sua significatione, quæ est* preces *et* precari; *sed in alia. Sonat enim circuitum* D
illum, quem Latini Ecclesiastici Processionem *nuncupant. Quid, quod etiam hi hoc nomen* Litania *non raro* AUCTORE N. R.
sic usurpent, quippe (ut Anastasium, Aimoinum, aliosque multos tacitus prætercam) audi magnum Gregorium Epist. 2 lib. 11 jubentem tempore mortalitatis fieri septem Processiones divisim secundum status, uno die : Litania Clericorum *(inquit)* exeat ab Ecclesia B. Joannis Baptistæ; Litania virorum, ab Ecclesia B. Martyris Marcelli; Litania Monachorum, ab Ecclesia Martyrum Joannis et Pauli; Litania ancillarum Dei, ab Ecclesia BB. Martyrum Cosmæ et Damiani; Litania feminarum conjugatarum, ab Ecclesia B. Primi Martyris Stephani; Litania viduarum, ab Ecclesia Martyris Vitalis; Litania pauperum et infantium, ab Ecclesia B. Martyris Cæciliæ. *Ubi* τὸ Litania *aliud nihil præter Processionem significat. Dic autem his tribus Doctoribus sacro in* Λιτῇ, *sive Processione recitabantur sequentia* στιχηρὰ ἰδιόμελα *Nili Xanthopuli.*

Tonus 2.

et canuntur idiomela

107 Huc agite, cœlestis Trinitatis cultores; collaudemus terrestrem trinitatem divinorum Antistitum; Gregorium cognomento Theologum, Basilium ducentem a regno nomen, et a gratia Joannem; imos gurgites sapientiæ; Spiritus marina fluenta; fontes aquæ vividæ jugiterque salientis; lucidas margaritas; terrestria luminaria; Ecclesiæ gubernacula; splendidorum fructuum feraces arbores; administros gratiæ; os Christi; vindices Trinitatis; ab eadem sine ullius interventu illustratos; et assidue pro nostris animabus orantes.
B

Ἦχος β'.

Δεῦτε τῆς οὐρανίου Τριάδος οἱ λατρευταί, τὴν ἐπίγειον τριάδα τῶν θείων Ἱεραρχῶν εὐφημήσωμεν, τὸν Γρηγόριον τῆς θεολογίας τὸν ἐπώνυμον, τὸν Βασίλειον τῆς βασιλείας τὸν φερώνυμον, καὶ Ἰωάννην τὸν ὄντως χαριτώνυμον, τοὺς τῆς σοφίας βυθούς, τοῦ πνεύματος τὰ ῥεῖθρα τὰ ὠκεάνια, τὰς πηγὰς τὰς ἀεὶ βλυζούσας τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν τὸ ἁλλόμενον, τοὺς διαυγεῖς μαργαρίτας, τοὺς ἐπιγείους φωστῆρας, τῆς Ἐκκλησίας τοὺς οἴακας, τὰ ἀγλαόκαρπα δένδρα, τοὺς οἰκονόμους τῆς χάριτος, Χριστοῦ τὸ στόμα, καὶ τῆς Τριάδος τοὺς ὑπερμάχους, τοὺς ἐξ αὐτῆς ἀμέσως ἐλλαμπομένους, καὶ πρεσβεύοντας ἀπαύστως ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν. E

Idem Tonus.

108 Accensos ab igne inevitabili carbones fideliter prædicemus, qui per illos collustrati simus. Hi enim, per eam quam habebant cum eodem conjunctionem inflammati, evaserunt mundi lumina; vitalemque pauperibus virtutem largientes, Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, pie promulgarunt: quos et nos compellemus: Salve Trinitatis Trinitas, rerum divinarum intelligens.

Ὁ αὐτός.

Τοὺς ἀναφθέντας ἄνθρακας, ἐκ τοῦ ἀσβέστου πυρός, οἱ δι' αὐτῶν φωτισθέντες, πιστῶς ἀνευφημήσωμεν· οὗτοι γὰρ τῇ πρὸς αὐτὸ ἑνώσει ἐκπυρωθέντες, φωστῆρες τοῦ κόσμου ἐγένοντο, ζωτικὴ τοῖς πτωχοῖς χρηματίζοντες δύναμις, Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ Πνεῦμα ἅγιον εὐσεβῶς ἀνακηρύττοντες, οἷς καὶ ἡμεῖς προσείπωμεν· Χαίροις Τριάδος Τριὰς ἡ θεόσοφος·

Tonus obl. 2.

109 Triplicatam Davidis fundam, Salomonis funiculum coccineum, Verbi flagellum triplex, sapientes Præsules, Basilium magnum, Gregorium divinum Joannem aureo tonantem ore, fideliter prædicemus. Nam Goliathum, qui animo cernitur et mente intelligitur, angulari lapide prostraverunt: fidem adduxerunt ad concordiam, eamque purpureo Christi sanguine, quasi vallo aliquo munierunt; et Deo quæstum facientes, hæresiarchas a Christi divino
C grege longissime repulerunt, sua dicendi scribendique vi. Quin imo fidem hodiedum sustentant, et a Domino postulant animabus nostris misericordiam.

Ἦχος πλ. β'.

Τοῦ Δαβὶδ τὴν σφενδόνην τὴν τρίπλοκον, τοῦ Σολομῶντος σπάρτιον τὸ κόκκινον, τὸ τοῦ Λόγου φραγγέλλιον τρίπλοκον, τοὺς σοφοὺς Ἱεράρχας, Βασίλειον τὸν μέγαν, Γρηγόριον τὸν θεῖον, Ἰωάννην Χρυσόστομον πιστῶς ἀνευφημήσωμεν· τὸν νοητὸν γὰρ Γολιὰθ τῷ ἀκρογωνιαίῳ λίθῳ καταβαλόντες, τὴν πίστιν πρὸς ὁμόνοιαν ἤγαγον, τῷ ἐρυθραίῳ τοῦ Χριστοῦ περιτειχίσαντες αἵματι, καὶ τοὺς θεοκαπήλους αἱρεσιάρχας τῶν περιβόλων τῆς θείας τοῦ Χριστοῦ ποίμνης μακρὰν ἀπελάσαντες διὰ τῶν λόγων, καὶ ἔτι τὴν πίστιν στηρίζουσι, καὶ πρεσβεύουσι Κυρίῳ, ἐλεηθῆναι τὰς ψυχὰς ἡμῶν. F

Tonus obl. 4.

110 Apparuit gratia Dei omnibus hominibus, erudiens nos per præceptores illos, ut emendatis moribus vitæque consuetudine, mentem nostram luce divinæ cognitionis illuminemus. Idcirco clamemus: Trinitas sancta, rerum omnium domina, horum trium Pastorum tuorum precibus hunc tuum gregem in secura pace custodi, ab omni molestia libera, et ad salutem perduc sempiternam; benigna cum sis.

Ἦχος πλ. δ'.

Ἐπεφάνη ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ πᾶσιν ἀνθρώποις, παιδεύουσα ἡμᾶς διὰ τῶν διδασκάλων τὰ ἤθη κοσμηθέντας, τοὺς τρόπους βελτιωθέντας, θεογνωσίας αἴγλῃ τὸν νοῦν περιλαμφθῆναι· διὸ κράζομεν· Τριὰς ἁγία, κυρία τοῦ παντός, ταῖς τῶν τριῶν σου Ποιμένων προσευχαῖς τὸ σὸν ποίμνιον τοῦτο ἐν εἰρήνῃ συντήρησον ἀσφαλῶς καὶ ἀλύπως, καὶ σῶσον ὡς φιλάνθρωπος.

Tonus obl. 2.

111 Sancta et adoranda Trinitas, gloria sit sapienti providentiæ tuæ, quia hominibus largita es, e numero hominum tria magna luminaria efferentia agnitionis tuæ facem, ejusque fulgore salutarem tuam ac venerandam voluntatem tamquam de specula significantia. Quo quidem lumine locupletatus orbis, tua cum admiratione contemplatur gloriam,

Ἦχος πλ. β'.

Τριὰς ἁγία καὶ προσκυνητή, δόξα τῇ σοφῇ προνοίᾳ σου, ὅτι τρεῖς σοὺς μεγάλους φωστῆρας τοῖς ἀνθρώποις ἐξ ἀνθρώπων ἐχάρισας, τῷ φωτὶ λαμπαδουχοῦντας τῆς σῆς ἐπιγνώσεως, καὶ τῇ αἴγλῃ φρυκτωροῦντας τῶν σωτηρίων σου καὶ σεπτῶν θελημάτων· δι' ὧν ἡ οἰκουμένη φῶς γνώσεως πλουτοῦσα, τὴν σὴν δόξαν αὐγάζεται, καὶ πρὸς τὴν βασιλείαν σου τὴν μακαρίαν σπεύδει, τούτων ἡμᾶς

A AUCTORE N. R. ἡμᾶς ταῖς θείαις ὑπακούειν πείθουσα διδασκαλίαις, καὶ αὐτὴ τῶν εὐχῶν τῶν ὑπὲρ ἡμῶν ἐπάκουσον, ὡς Θεὸς πανοικτίρμων, καὶ τὰς ψυχὰς ἡμῶν σῶσον φιλάνθρωπε.

et ad tui regni beatitatem contendit. Cum igitur horum divina instituta tenere non jubeas, tu vicissim audi eorumdem pro nobis vota, ut Deus plane misericors; et ut benignus, serva animas nostras. D

Δόξα. Ἦχος πλ. β'.

Gloria. *Tonus obl.* 2

Τοὺς Ἱεράρχας τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῶν Πατέρων κλέος, τῆς πίστεως τοὺς πύργους, καὶ τῶν πιστῶν διδασκάλους καὶ φύλακας, συνελθόντες ὦ φιλέορτοι ᾀσματικοῖς ἐγκωμίοις ὑμνήσωμεν, λέγοντες· Χαίροις τῆς ἐκκλησίας φωστὴρ, Βασίλειε σοφὲ, καὶ στῦλε ἀπερίτρεπτε. Χαίροις ὁ νοῦς ὁ οὐράνιος, Ἀρχιερεῦ μέγιστε, θεολόγε Γρηγόριε· Χαίροις ὦ Χρυσολόγε πάγχρυσε Ἰωάννη, ὁ τῆς μετανοίας διαπρύσιος κήρυξ· ἀλλ' ὦ Πατέρες τρισόλβιοι, μὴ παύσησθαι ἀεὶ πρεσβεύειν Χριστῷ ὑπὲρ τῶν πίστει καὶ πόθῳ τελούντων ὑμῶν τὴν πανίερον καὶ θείαν πανήγυριν.

Καὶ νῦν Θεοτόκιον.

112 Hierarchas Christi et Patrum decus, turres fidei et fidelium magistros atque custodes, o vos omnes quibus cordi est hæc celebritas, coacti in unum, canoris extollamus laudibus, dicentes : Salve Ecclesiæ luminare, Basili sapiens, et columna immobilis. Salve mens cœlestis, maxime Antistes, theologe Gregori. Salve o aureo potens sermone, prorsus auree Joannes, ad resipiscentiam hortator vehemens. Agite, o ter beati Patres, ne intermittite orare Christum pro nobis, qui cum fide et studio, agimus hunc vestro nomine sacrosanctum atque divinum diem.

Et nunc. *Mariale.*

Idem Tonus

Ὁ αὐτός.

Τὴν τῶν παρθένων καλλονὴν καὶ χαρμονὴν τῶν νόων, B τὴν μόνην Θεοτόκον, καὶ τῶν πιστῶν ἀρραγὲς περιτείχισμα, συνελθόντες ὦ φιλέορτοι, ᾀσματικοῖς ἐγκωμίοις, ὑμνήσωμεν λέγοντες· Χαίροις, Παρθενομῆτορ ἁγνὴ, λυχνία χρυσαυγὴς, καὶ πύλη ἐπουράνιε· χαίροις σκηνὴ ἁγιάσματος, ἡ τὸν Θεὸν χωρήσασα ἐν μήτρᾳ σοῦ, πανάχραντε· χαίροις τῶν οὐρανίων ταγμάτων ὑπερτέρα ἁπάντων ἀσυγκρίτως· διὸ μητράνανδρε δέσποινα, μὴ λίπης φρουροῦσα τοὺς δούλους σου, τοὺς ἀνυμνοῦντάς σε πίστει καὶ πόθῳ ἀεὶ, καὶ τὸν τόκον σου προσκυνοῦντας τὸν ἄσπορον.

113 Virginum decus et lætitiam mentium, solam Deiparam, et firmum fidelium vallum, o celebritatum amantes, modulatis præconiis efferamus, dicentes : Salve Virgo, parens purissima, candelabrum lucens ut aureum, et porta cœlestis. Salve tabernaculum sanctificationis. Salve incontaminata, cujus uterus fuit capax Dei. Salve quæ es cunctis cœli ordinibus sine ulla comparatione superior. Ideo ne cesses, Domina et sine viro Mater, custodire famulos tuos, qui Te semper cum fide et desiderio laudant : et qui tuum fœtum adorant sine virili conceptum semine. E

¶ Μετὰ ταῦτα ἐκφωνεῖ ὁ Ἱερεὺς εἰς ἐπήκοον πάντων.

¶ 114 Post hæc exclamat Sacerdos, sic ut cuncti audiant. *quibus subjiciuntur orationes*

Comm. *Et ita quidem Typicum S. Sabæ, sed S. Germanus, loco jam plus vice simplici allegato, ait id Sacerdotem tantummodo facere absente Diacono. Ipsius autem verba adscribere non fuerit fortasse omnino inutile.*,

¶ Μετὰ ταῦτα λέγει ὁ Διάκονος, εἴπερ τύχῃ· εἰ δ' οὐ τύχῃ, λέγει ὁ Ἱερεύς.

Σῶσον ὁ Θεὸς τὸν λαόν σου, καὶ εὐλόγησον κληρονομίαν σου. Ἐπίσκεψαι τὸν κόσμον σου ἐν ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς. Ὕψωσον κέρας Χριστιανῶν ὀρθοδόξων, καὶ κατάπεμψον ἐφ' ἡμᾶς τὰ ἐλέη σου τὰ πλούσια. Πρεσβείαις τῆς παναχράντου δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας· τῶν τιμίων ἐπουρανίων Δυνάμεων ἀσωμάτων· τοῦ τιμίου ἐνδόξου προφήτου, προδρόμου καὶ βαπτιστοῦ Ἰωάννου; τῶν ἁγίων ἐνδόξων καὶ πανευφήμων Ἀποστόλων· τοῦ Ἁγίου τοῦδε, καὶ πάντων σου τῶν Ἁγίων, ἱκετεύομέν σε, πολυέλεε Κύριε, ἐπάκουσον ἡμῶν δεομένων σου, καὶ ἐλέησον ἡμᾶς.

¶ Post hæc dicit Diaconus, si adsit; sin minus dicit Sacerdos *sequentes orationes.*

115 Salva Deus populum tuum, et benedic hereditati tuæ. Visita orbem tuum in misericordia et miserationibus. Extolle cornu Christianorum orthodoxorum, et abundantes misericordias tuas ad nos demitte. Precibus intemeratæ Dominæ nostræ Deparæ semperque Virginis Mariæ; venerandarum cœlestium et incorporearum Virtutum honorabilis ac gloriosi prophetæ, præcursoris et Baptistæ Joannis; sanctorum, gloriosorum et celeberrimorum Apostolorum, sancti N. *(Illius verisimiliter cujus festa lux agitur)* et omnium Sanctorum tuorum, Quæsumus te, multum misericors Domine, exaudi nos te deprecantes, et miserere nostri. F *a S Germano relatæ :*

¶ Οἱ δὲ Ἀδελφοὶ λέγουσιν τὸ Κύριε ἐλέησον. μ'.

¶ *Fratres autem dicunt.(vel, ut S. Germanus, chorus primus.)* Domine miserere *quadragegies.*

Καὶ πάλιν ὁ Ἱερεὺς ἐκφωνεῖ. Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ τῶν εὐσεβεστάτων καὶ θεοφυλάκτων Βασιλέων ἡμῶν, κράτους, νίκης, διαμονῆς, εἰρήνης, ὑγείας, σωτηρίας, ἐπισκέψεως, καὶ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν, καὶ τοῦ Κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν ἐπὶ πλεῖον συνεργῆσαι, κατευοδῶσαι αὐτοὺς ἐν πᾶσι, καὶ ὑποτάξαι ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτῶν πάντα ἐχθρὸν καὶ πολέμιον. Εἴπωμεν. Οἱ δὲ Ἀδελφοὶ τὸ Κύριε ἐλέησον λ'.

115 *Et iterum exclamat Sacerdos :* Adhuc oramus pro piissimis et a Deo servatis Imperatoribus nostris, pro ipsorum imperio, victoria, stabilitate, pace, valetudine, protectione, venia peccatorum et ut Dominus Deus noster ipsos magis adjuvet, prosperet in omnibus, ipsorumque pedibus subjiciat omnem inimicum et hostem, dicamus. *Fratres vero dicunt (vel ut est apud S. Germanum, chorus secundus)* Domine miserere *tricies.* *Pro Imperatore,*

¶ Καὶ πάλιν ὁ Ἱερεὺς ἐκφωνεῖ.

Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ τοῦ Ἀρχιεπισκόπου ἡμῶν, ἢ Ἐπισκόπου, τοῦ δεῖνος, καὶ πάσης τῆς ἐν Χριστῷ ἡμῶν ἀδελφότητος, καὶ ὑπὲρ πάσης ψυχῆς Χριστιανῶν θλιβομένης τε καὶ καταπονουμένης, ἐλέους Θεοῦ καὶ βοηθείας ἐπιδεομένης· σκέπης τοῦ Ἁγίου οἴκου τούτου, καὶ τῶν κατοικούντων ἐν αὐτῷ, εἰρήνης καὶ καταστάσεως τοῦ σύμπαντος κόσμου, εὐσταθείας τῶν ἁγίων τοῦ Θεοῦ ἐκκλησιῶν· σωτηρίας καὶ βοηθείας τῶν μετὰ σπουδῆς καὶ φόβου

¶ 116 Et iterum exclamat Sacerdos.

Adhuc oramus pro Archiepiscopo vel Episcopo N. et omni in Christo fraternitate nostra, et pro omni Christiana anima, afflicta et mœrore oppressa, divinæque misericordiæ ac opis indiga; pro hujus sanctæ Domus, et in ea habitantium protectione; pro totius orbis pace ac tranquillitate; pro statu prospero sanctarum Dei Ecclesiarum; pro salute et auxilio Patrum et Fratrum nostrorum, cum studio *pro vivis et defunctis:*

ac

A ac timore Dei laborantium et ministrantium; pro derelictis et iter facientibus; pro ægrotantium medela; pro dormitione, requie, beata memoria, et venia peccatorum impetranda animabus defunctorum Patrum ac Fratrum nostrorum, hic et ubique terrarum pie sepultorum fidelium; pro captivorum libertate, pro fratribus nostris qui sunt in ministeriis, et omnibus qui ministrant et ministraverunt in hac æde sancta, dicamus. *Fratres autem dicunt quinquagies,* Domine miserere.

pro ipso loco

117 Adhuc oramus ut sancta hæc ædes, omnis urbs et regio a peste, fame, terræ motu, inundatione, igne, gladio, alienigenarum incursu, intestino bello, et repentina morte liberentur; ut bonus et hominum amans Deus noster, fiat nobis propitius, clemens et reconciliatu facilis; ut avertat omnem iram contra nos motam, justisque suis comminationibus nos eripiat, et misereatur nostri: *et dicitur* Domine miserere, *quadragies.*

et aliis quibuscumque,

118 Adhuc oramus, ut Dominus Deus noster exaudiat vocem deprecationis nostrorum peccatorum, et misereatur nostri. Domine miserere, *bis et vigesies. Posthæc quorum vult, vivorum ac mortuorum memoriam agit, et denuo exclamat Sacerdos.*

B Exaudi nos Deus servator noster, spes omnium finium terræ et in mari longe: ac propitius, propitius esto peccatis nostris, et miserere nostri. Misericors enim Deus, et humanus es: et tibi gloriam referimus, Patri, et Filio, et Spiritui sancto, nunc et semper, et in secula seculorum. Amen. *Et statim subdit:* Pax omnibus. *Fratres autem:* Et Spiritui tuo. *Sacerdos (vel, ut S. Germanus, Diaconus)* Capita vestra Domino inclinate. *Et cunctis inclinantibus capita seque incurvantibus versus terram, bene precatur Sacerdos contenta voce dicens hanc Orationem.*

tandemque cunctis benedicit;

119 Dominator multum misericors, Domine Jesu Christe, Deus noster, precibus intemeratæ Dominæ nostræ Deiparæ semperque Virginis Mariæ; venerandarum et cœlestium Virtutum incorporearum; venerandi ac gloriosi Prophetæ, Præcursoris et Baptistæ Joannis; sanctorum gloriosorum et percelebrium Apostolorum; Sancti N. et omnium Sanctorum tuorum, acceptam redde orationem nostram, nobis tribue nostrorum delictorum veniam; sub tegmine alarum tuarum protege nos, omnem inimicum et hostem a nobis propulsa, vitam nostram contine in pace; Domine, miserere nostri atque orbis tui, et serva animas nostras, utpote qui es bonus et hominum amator.

C ¶ 120 Hisce absolutis incipimus, Stichera Versiculi, et psallentes templum ingredimur accinentes etiam Versiculos tali die occurrentes.

Θεοῦ κοπιώντων καὶ διακονούντων Πατέρων καὶ Ἀδελφῶν ἡμῶν· ὑπὲρ τῶν απολειφθέντων καὶ τῶν ἐν αποδημίαις ὄντων· ἰάσεως τῶν ἐν ασθενείαις κατακειμένων· ὑπὲρ κοιμήσεως, ανέσεως, μακαρίας μνήμης, καὶ αφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν, τῶν προαπελθόντων Πατέρων καὶ Ἀδελφῶν ἡμῶν, τῶν ἐνθάδε εὐσεβῶς κειμένων καὶ ἁπανταχοῦ ὀρθοδόξων· ὑπὲρ ἀναρρύσεως τῶν αιχμαλώτων, καὶ ὑπὲρ τῶν αδελφῶν ἡμῶν, τῶν ἐν ταῖς διακονίαις ὄντων καὶ πάντων τῶν διακονούντων καὶ διακονησάντων ἐν τῇ ἁγίᾳ μονῇ ταύτῃ. Εἴπωμεν. Οἱ δὲ Ἀδελφοὶ τὸ Κύριε ἐλέησον ν'. D

Εἶτα δεόμεθα ὑπὲρ τοῦ διαφυλαχθῆναι τὴν ἁγίαν μονὴν ταύτην καὶ πᾶσαν πόλιν, καὶ χώραν ἀπὸ λοιμοῦ, λιμοῦ, σεισμοῦ, καταποντισμοῦ, πυρὸς, μαχαίρας, ἐπιδρομῆς ἀλλοφύλων, καὶ ἐμφυλίου πολέμου, καὶ αἰφνιδίου θανάτου. Ὑπὲρ τοῦ ἵλεων, εὐμενῆ καὶ εὐδιάλλακτον γένεσθαι τὸν αγαθὸν καὶ φιλάνθρωπον Θεον ἡμῶν, τοῦ ἀποστρέψαι πᾶσαν ὀργὴν τὴν καθ' ἡμῶν κινουμένην, καὶ ῥύσασθαι ἡμᾶς τῆς ἐπικειμένης δικαίας αὐτοῦ απειλῆς καὶ ἐλεῆσαι ἡμᾶς. Τὸ Κύριε ἐλέησον μ'.

Εἶτα δεόμεθα καὶ ὑπὲρ τοῦ εἰσακοῦσαι Κύριον τὸν Θεὸν τῆς φωνῆς τῆς δεήσεως ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν καὶ ἐλεῆσαι ἡμᾶς. Τὸ Κύριε ἐλέησον β'. Εἶτα μνημονεύει οὓς θέλει ζῶντας καὶ τεθνεῶτας. Καὶ πάλιν ἐκφωνεῖ ὁ Ἱερεύς. E

Ἐπάκουσον ἡμῶν ὁ Θεὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν, ἡ ἐλπὶς πάντων τῶν περάτων τῆς γῆς καὶ τῶν ἐν θαλάσσῃ μακρὰν, καὶ ἵλεως, ἵλεως γενοῦ ἐπὶ ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν, καὶ ἐλέησον ἡμᾶς. Ἐλεήμων γὰρ καὶ φιλάνθρωπος Θεὸς ὑπάρχεις, καὶ σοὶ τὴν δόξαν αναπέμπομεν, τῷ Πατρὶ, καὶ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Καὶ εὐθὺς τὸ, Εἰρήνη πᾶσι. Καὶ οἱ Ἀδελφοί. Καὶ τῷ Πνεύματί σου. Ὁ Ἱερεὺς, τὰς κεφαλὰς ἡμῶν τῷ Κυρίῳ κλίνατε. Καὶ πάντων κλινόντων τὰς κεφαλὰς, καὶ ἐπὶ γῆς νενευκότων, ἐπεύχεται ὁ Ἱερεὺς μεγαλοφώνως λέγων τὴν εὐχὴν ταύτην.

Δέσποτα πολυέλεε, Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν πρεσβείαις τῆς παναχράντου δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ αειπαρθένου Μαρίας· τῶν τιμίων καὶ ἐπουρανίων δυνάμεων ασωμάτων· τοῦ τιμίου ἐνδόξου προφήτου προδρόμου καὶ βαπτιστοῦ Ἰωάννου· τῶν ἁγίων ἐνδόξων καὶ πανευφήμων Ἀποστόλων, τοῦ Ἁγίου τοῦδε, καὶ πάντων σου τῶν Ἁγίων, εὐπρόσδεκτον ποίησον τὴν δέησιν ἡμῶν· Δώρησαι ἡμῖν τὴν ἄφεσιν τῶν παραπτωμάτων ἡμῶν· σκέπασον ἡμᾶς ἐν τῇ σκέπῃ τῶν πτερύγων σου· αποδίωξον αφ' ἡμῶν πάντα ἐχθρὸν καὶ πολέμιον· εἰρήνευσον τὴν ζωὴν ἡμῶν, Κύριε, ἐλέησον ἡμᾶς, καὶ τὸν κόσμον σου, καὶ σῶσον τὰς ψυχὰς ἡμῶν, ὡς αγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος.

¶ Εἶτα αρχόμεθα τὰ στιχηρὰ τοῦ στίχου, καὶ ψάλλοντες εἰσερχόμεθα ἐν τῷ ναῷ, ἐπᾴδοντες καὶ τοὺς τυχόντας στίχους αὐτῶν. F

Comm. *Sed antequam ad illa Stichera animum applicemus, meum esse intelligo, ut dicam ea quæ de propositis jam orationibus ac precibus dicenda restant. Atque ante omnia, in prima et ultima Oratione, prout apud S. Germanum extant, multo plurium Sanctorum patrocinia implorantur, quam prout extant in Typico. Quippe post hæc verba,* Καὶ πανευφήμων Ἀποστόλων, Et celeberrimorum Apostolorum, *sequitur in utraque Oratione series aliorum Sanctorum bene longa, et in prima quidem Oratione, num.* 115, *fit singularis mentio.*

In utraque autem oratione, post Apostolos

Sanctorum Patrum nostrorum, et universalium magnorum Doctorum ac Pontificum Basilii Magni, Gregorii Theologi et Joannis Chrysostomi; Sancti Nicolai, Myræ in Lycia Archiepiscopi et miraculorum patratoris; Sanctorum gloriosorum et victoriis inclitorum Martyrum; Divorum et Deiferorum Patrum nostrorum; sanctorum et justorum Dei parentum Joachim et Annæ; Sancti hujus ædis.

nominantur præcipui quidam Sancti alii.

Τῶν ἐν ἁγίοις Πατέρων ἡμῶν καὶ οἰκουμενικῶν μεγάλων Διδασκάλων καὶ Ἱεραρχῶν, Βασιλείου τοῦ Μεγάλου, Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου, καὶ Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου· τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς Νικολάου Ἀρχιεπισκόπου Μύρων τῆς Λυκίας τοῦ Θαυματουργοῦ, τῶν ἁγίων, ἐνδόξων, καὶ καλλινίκων Μαρτύρων, τῶν ὁσίων καὶ θεοφόρων Πατέρων ἡμῶν, τῶν ἁγίων καὶ δικαίων Θεοπατόρων Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννης, τοῦ Ἁγίου τῆς μονῆς.

Series autem quæ in ultima Oratione num. 119 *adjungitur, post supra dicta verba, hæc est:*

Sanctorum, gloriosorum et victoriis inclitorum Martyrum; Divorum et Deiferorum Patrum nostrorum; sancti Patris nostri Nicolai Archiepiscopi Myræ in Lycia; miraculorum patratoris; sancti gloriosi et magni Martyris Georgii tropæa referentis; Sancti

Τῶν ἁγίων, ἐνδόξων, καὶ καλλινίκων Μαρτύρων, τῶν ὁσίων καὶ θεοφόρων Πατέρων ἡμῶν, τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Νικολάου Ἀρχιεπισκόπου Μύρων τῆς Λυκίας τοῦ Θαυματουργοῦ, τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου Μεγαλομάρτυρος Γεωργίου τοῦ τροπαιοφόρου, τοῦ Ἁγίου τοῦ δεῖνος, οὗ

καὶ

AUCTORE N. N.

A καὶ τὴν μνήμην ἐπιτελοῦμεν· τῶν ἁγίων καὶ δικαίων Θεοπατόρων Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννης.

N. cujus agimus memoriam; sanctorum et justorum D Dei parentum Joachim et Annæ.

121 *Neque hoc prætermittendum est, in utraque Oratione, statim post hæc verba;* Πρεσβείαις τῆς παναχράντου δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου : *apud S. Germanum poni*, Δυνάμει τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ, *id est*, virtute honorandæ et vivificæ Crucis. *Reliqui vero supra memorati genitivi, cum hac voce* Προστασίαις *sive* Patrocinius, *ibidem copulantur. Præterea S. Germani Acoluthia cum Typico non satis convenit de vocibus, quibus a Choro dicendum est* Κύριε ἐλέησον : *ubi enim in Typico scribitur* λ' *sive* trigesies, *ibi apud S. Germanum scribitur tantum* γ', *sive* ter. *Testatur tamen Goarus, etiam antiquos codices habere* λ'. *Denique Monachi, ab Episcoporum jurisdictione exempti, non nominant Episcopum in prece num.* 116 *posita, sed suum Abbatem sive Præpositum : hoc modo :* Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν τοῦ δούλου τοῦ Θεοῦ ὁ δεῖνος Adhuc oramus pro venia peccatorum servi Dei N. *quibus verbis ostendunt quam submisse de suo genere vivendi sentiant. Atque hæc sunt quæ hic paucis annotanda esse existimavi.*

et Monachi exempti nominant Abbatem suum.

122 *Nunc remeemus ad templum, audituri Stichera hujus diei. Sunt autem illa* προσόμοια *et a Nilo Xanthopulo scripta, ut indicant Menæa.*

Ἦχος πλ. α'. πρὸς Χαίροις ἀσκητικῶν.

Χαίροις Ἱεραρχῶν ἡ τριάς, τῆς Ἐκκλησίας τὰ μεγάλα προπύργια, οἱ στῦλοι τῆς εὐσεβείας, ὁ τῶν πιστῶν ἑδρασμός, τῶν αἱρετιζόντων ἡ κατάπτωσις. Χριστοῦ οἱ ποιμάναντες τὸν λαὸν τοῖς θείοις δόγμασι, καὶ ταῖς ποικίλαις ἀρεταῖς οἱ ἐκθρέψαντες, οἱ τῆς χάριτος διαπρύσιοι κήρυκες, νόμους οἱ προεκθέμενοι Χριστοῦ τῷ πληρώματι, οἱ ὁδηγοὶ πρὸς τὰ ἄνω, τοῦ παραδείσου αἱ
B εἴσοδοι· Χριστὸν καταπέμψαι, ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν αἰτεῖτε τὸ μέγα ἔλεος.

Tonus obl. I *sicut* Χαίροις ἀσκητικῶν.

Salvete Hierarcharum trias, magna Ecclesiæ propugnacula, columnæ pietatis, fidelium firmamentum, hæreticorum ruina; divinis institutionibus pascentes Christianum populum, cumque variis nutrientes virtutibus; excelsi gratiæ præcones, interpretes legum in plenitudine Christi; ad superna ductores, Paradisi introitus : orate Christum, ut E magnam animabus nostris largiatur misericordiam.

Ingressi templum, cantant idiomela Xantopuli de 3 Sanctis : primum,

Στίχος· Ὅσιοι Καυχήσονται ἐν δόξῃ.

Versiculus. *Exultabunt Sancti in gloria.*

Χαίροις Ἱεραρχῶν ἡ τριὰς οὐρανοβάμονες, ἐπίγειοι ἄγγελοι, τοῦ κόσμου ἡ σωτηρία, ἡ τῶν ἀνθρώπων χαρά, καὶ τῆς οἰκουμένης οἱ διδάσκαλοι, τοῦ λόγου οἱ πρόμαχοι, ἰατροὶ ἐπιστήμονες τῶν νοσημάτων τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος, οἱ ἀείρροοι ποταμοὶ οἱ τοῦ Πνεύματος, λόγοις οἱ καταρδεύσαντες τῆς γῆς ἅπαν πρόσωπον, οἱ Θεολόγοι, αἱ βάσεις, οἱ χρυσολόγοι, οἱ ἔνθεοι. Χριστὸν καταπέμψαι ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν αἰτεῖτε τὸ μέγα ἔλεος.

123 Salvete, Hierarcharum trias; gradientes in cœlo; terreni Angeli; salus mundi; hominum lætitia; Doctores orbis; propugnatores Verbi; periti medici morborum tum animi tum corporis; Spiritus perennia flumina, eruditione universam terræ faciem inundantia; Theologi, bases, aureo insignes idiomate, divino spiritu afflati; orate Christum, ut magnam animabus nostris largiatur misericordiam.

secundum,

Στίχος. Οἱ Ἱερεῖς σου Κύριε ἐνδύσονται δικαιοσύνην.

Vers. *Sacerdotes tui, Domine, induent justitiam.*

Χαίροις Ἱεραρχῶν ἡ τριάς, τοῦ ἐπιγείου στερεώματος ἥλιος, ἀκτῖνες καὶ δᾳδουχίαι ἐκ τρισηλίου αὐγῆς, τῶν ἐσκοτισμένων ἡ ἀνάβλεψις, τὰ ἄνθη τὰ εὔοσμα, τοῦ παραδείσου τὰ κάλλιστα, ὁ θεολόγος Γρηγόριος, ὁ σοφώτατε Βασίλειος, ὁ Χρυσόστομος, τὰ πυξία τοῦ Πνεύματος, πλάκες οἱ θεοχάρακτοι, μαζοὶ οἱ ἐκβλύζοντες τὸ τῆς σωτηρίας τὸ γάλα, τὸ τῆς σοφίας τὸ ἀγλάϊσμα· Χριστὸν δυσωπεῖτε, ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν δωθῆναι τὸ μέγα ἔλεος.

C

124 Salvete, Hierarcharum trias; terrestris firmamenti sol; radii, et de triplicis solis lumine accensæ faces; in obscuris versantium illuminatio flores suave-olentes, pulcherrima paradisi amœnitas, tu theologe Gregori, tu erudite Basili, tu Chrysostome; Spiritus tabulæ a Deo exaratæ, distenta salutis lacte ubera, ornamenta sapientiæ; Christo supplicate, ut magnam nobis tribuat misericordiam.

tertium,

Δόξα· Ἦχος ὁ αὐτός.

Gloria. *Tonus idem.* F

Σαλπίσωμεν ἐν σάλπιγγι ᾀσμάτων, χορεύσωμεν ἑόρτια, καὶ σκιρτήσωμεν ἀγαλλόμενοι ἐν τῇ πανδήμῳ πανηγύρει τῶν διδασκάλων ἡμῶν· Βασιλεῖς καὶ Ἄρχοντες συντρεχέτωσαν, καὶ τοὺς Ἱεράρχας κροτήτωσαν ἐν ὕμνοις, ὡς δογμάτων βλύσαντας ποταμοὺς ὑπερμεγέθεις, τρεῖς καλλιρρόας ἀειζώους τοῦ Πνεύματος, ποιμένες καὶ διδάσκαλοι τοὺς τῆς σεπτῆς Τριάδος τρισσοὺς ἱερομύστας· συνελθόντες εὐφημήσωμεν, οἱ φιλόσοφοι τοὺς σοφούς, οἱ Ἱερεῖς τοὺς ποιμένας, οἱ ἁμαρτωλοὶ τοὺς προστάτας, οἱ πένητες τοὺς πλουτιστάς, οἱ ἐν θλίψεσι τοὺς παραμυθοῦντας, τοὺς συνοδίτας οἱ ὁδοιπόροι, οἱ ἐν θαλάσσῃ τοὺς κυβερνήτας, οἱ πάντες τοὺς πανταχοῦ θερμῶς προφθάνοντας· θείους Ἀρχιεράρχας ἐγκωμιάζοντες οὕτως εἴπωμεν· Πανάγιοι διδάσκαλοι, σπεύσατε ἐξελεῖν τοὺς πιστοὺς ἐκ τῶν τοῦ βίου σκανδάλων, καὶ ῥῦσαι κολάσεων τῶν αἰωνίων ἡμᾶς.

125 Canamus tubis, tripudiemus ut facere festo die convenit, et gestiamus lætitia, cœtu publico in nostrorum gratiam Doctorum coacto. Reges ac Principes concurrant, et Hierarchas cum plausu excipiant, non secus ac tres immensos fluvios dogmatum, tres Calirrhoæ fonti similes, Spiritus aquam vivam in perpetuum fundentes. O Pastores ac Magistri, una celebremus tres adorandæ Trinitatis interpretes; Philosophi, ut sapientes; Presbyteri, ut pastores; peccatores, ut patronos; pauperes, ut locupletatores; afflicti, ut consolatores; viatores, ut comites; navigantes, ut gubernatores; reliqui omnes, ut ubique et in quavis necessitate ardenter præoccupantes. Et dum laudibus divinos illos efferimus Antistites, dicamus; Doctores sanctissimi, maturate eripere fideles ex hujusce vitæ offendiculis, et nos æternis liberare ærumnis.

quartum,

Καὶ νῦν. Γερμανοῦ Πατριάρχου Θεοτόκιον ὅμοιον.

Et nunc. *Germani Patriarchæ Theotocion simile.*

Σαλπίσωμεν ἐν σάλπιγγι ᾀσμάτων· πρακύψασα γὰρ ἡ

126 Canamus tubis, quia regina omnium Mater, virgo,

et Theoclon S. Germani;

A Virgo, benevola est, et benedictionibus coronat laudatores suos. Reges ac Principes concurrant, atque excitato plausu venerentur Reginam quæ peperit Regem, gaudentem a morte victos benigne solvere. Pastores ac Magistri, Pastoris boni sanctissimam Genitricem una efferamus laudibus. Candelabrum aureum, illuminantem nubem, excelsiorem Cherubim, animatam arcam, speciosum Altissimi solium, urnam auream receptricem mannæ, vitalem Verbi tabulum, omnium Christianorum perfugium sacro celebrantes carmine, sic dicamus Palatium Verbi, nos humiles cœlorum regna dignare: non est enim quidquam, quod te intercedente fieri non possit.

παντάνασσα μητροπάρθενος ταῖς εὐλογίαις καταστέφει D τοὺς εὐφημοῦντας αὐτήν. Βασιλεῖς καὶ Ἄρχοντες συντρεχέτωσαν, καὶ τὴν Βασιλίδα κροτήτωσαν ἐν ὕμνοις, Βασιλέα τέξασαν τοὺς θανάτῳ κρατουμένους πρὶν ἀπολῦσαι φιλανθρώπως εὐδοκήσαντα. Ποιμένες καὶ διδάσκαλοι τὴν τοῦ καλοῦ ποιμένος ὑπεράγιον μητέρα, συνελθόντες εὐφημήσωμεν· τὴν λυχνίαν τὴν χρυσαυγῆ, τὴν φωτοφόρον νεφέλην, τὴν τῶν Χερουβὶμ ὑπερτέραν, τὴν ἔμψυχον κιβωτόν, τὸν περίμορφον τοῦ Δεσπότου θρόνον, τὴν μαννοδόχον χρυσέαν στάμνον, τὴν ζωηφόρον τοῦ Λόγου πλάκα, ἁπάντων τῶν Χριστιανῶν τὸ καταφύγιον, ᾀσματικοῖς ἐγκωμιάζοντες, οὕτως εἴπωμεν· Παλάτιον τοῦ Λόγου, ἀξίωσον τοὺς ταπεινοὺς ἡμᾶς τῆς οὐρανῶν βασιλείας· οὐδὲν γὰρ ἀδύνατον τῇ μεσιτείᾳ σου.

AUCTORE N. R.

127 *Iterum repedandum est ad contextum Typici.*

dicunt Canticum Simeonis,

¶ Deinde, *Nunc dimittis*, *Trisagion*, *Sanctissima Trinitas*, *Pater noster*. Exclamat autem Sacerdos, *Quia tuum est regnum, virtus et gloria, Patris, et Filii, et Spiritus sancti, nunc, et semper, et in secula seculorum. Amen.* Nos autem Apolyticion, vel *Deipara Virgo*, ter recitamus.

¶ Εἶτα, τὸ Νῦν ἀπολύεις, τὸ Τρισάγιον, τὸ Παναγία Τριάς, σὺν τῷ Πάτερ ἡμῶν. Ἐκφωνεῖ ὁ Ἱερεύς, Ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα, τοῦ Πατρός, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Καὶ ἡμεῖς τὸ ἀπολυτίκιον, ἢ τὸ Θεοτόκε παρθένε, λέγοντες αὐτὸ ἐκ γ'.

Comm. *Primo hic notatur recitandum* Canticum Simeonis, *quo Latini Completorium suum claudunt.* B Trisagion *exhibui num.* 31. *Oratio ad Sanctissimam Trinitatem dirigenda, in Euchologio sic integra ponitur.* E

cum invocatione S. Trinitatis,

Sacrosancta Trinitas, miserere nostri; Domine, propitius esto peccatis nostris; Dominator, remitte iniquitates nostras; Sancte, respice et sana infirmitates nostras, propter nomen tuum.

Παναγία Τριὰς ἐλέησον ἡμᾶς, Κύριε ἱλάσθητι ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν, Δέσποτα συγχώρησον ταῖς ἀνομίαις ἡμῶν, Ἅγιε ἐπίσκεψαι καὶ ἴασαι τὰς ἀσθενείας ἡμῶν, ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου.

atque post Pater noster, salutant Deiparam,

128 Comm. *Quod ad duo ista vocabula attinet,* Deipara Virgo; *ea Salutationi Angelicæ addidit Ecclesia Orientalis post condemnationem Nestorii, qui, ut num.* 32 *vidimus, eam tantum* Χριστόκον *dicendam esse pugnabat. Græci itaque Mariam* Θεοτόκον *salutant, priusquam* Κεχαριτωμένην *sive* Gratia plenam; *nec celant causam istius modi salutationis; nam hisce Elisabethæ verbis* Εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου, Benedictus fructus ventris tui, *statim subjungunt:* Ὅτι σωτῆρα ἔτεκες, τῶν ψυχῶν ἡμῶν. Quia Servatorem genuisti animarum nostrarum. *Non tamen opinor Angelicam illam salutationem hic totam recitandam fuisse a Græcis antiquioribus, licet ea tota habeatur in aliquo recentiore horologio, quia ritus salutationem illam connectendi cum Oratione Dominica non admodum antiquus est; ut licet cernere ex iis, quæ a doctissimo viro, Joanne Mabillone, in Præfatione ad seculum decimum* §. 6, *afferuntur. Sed hoc Tribus Doctoribus sacro die, recitatur sequens* Ἀπολυτίκιον.

Dimissorium. *Tonus* 1.

et tres SS Doctores in hoc eorum Festo;

129 Tria maxima Divinitatis, tamquam solis triplicis luminaria, orbem totum suis divinorum documentorum radiis, quasi de alta specula illustrantia; mellifluos amnes sapientiæ; omnem creaturam irrigantes divinæ cognitionis latice; Basilium magnum theologum Gregorium, et inclitum Joannem, aureum aliud eloquentiæ flumen, consensu pari honoremus omnes qui eorum scripta adamamus. Etenim Trinitati pro nobis semper supplicant.

Ἀπολυτίκιον Ἦχος α'.

Τοὺς τρεῖς μεγίστους φωστῆρας τῆς τρισηλίου θεότητος, τοὺς τὴν οἰκουμένην ἀκτῖσι δογμάτων θείων πυρσεύσαντας, τοὺς μελιρρύτους ποταμοὺς τῆς σοφίας, τοὺς τὴν κτίσιν πᾶσαν θεογνωσίας νάμασι καταρδεύσαντας, Βασίλειον τὸν μέγαν, καὶ τὸν θεολόγον Γρηγόριον, σὺν τῷ κλεινῷ Ἰωάννῃ τῷ τὴν γλῶτταν χρυσορρήμονι, πάντες οἱ τῶν λόγων αὐτῶν ἐρασταὶ συνελθόντες ὕμνοις τιμήσωμεν· αὐτοὶ γὰρ τῇ Τριάδι ὑπὲρ ἡμῶν ἀεὶ πρεσβεύουσιν. F

Aliud. Tonus 4.

Iisdem quibus Apostoli præditi moribus, ac Doctores orbis, Dominum universorum orate, ut et mundo pacem, et nobis misericordiam magnam impartiatur.

Ἕτερον. Ἦχος δ'.

Ὡς τῶν Ἀποστόλων ὁμότροποι, καὶ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλοι, τῷ Δεσπότῃ τῶν ὅλων πρεσβεύσατε, εἰρήνην τῇ οἰκουμένῃ δωρήσασθαι, καὶ ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν τὸ μέγα ἔλεος.

139 *Sequitur Benedictio panis, vini et olei: et pro communi quidem pane diebus solennioribus appon* Paximatia, *id est panes biscoctos tradit Goar: credo quia tunc panem recentem coqui festi solennitas prohibebat Olei autem non meminit S. Germanus. De ipsa vero prædictorum benedictione, sic loquitur Typicon.*

exinde benedicitur panis vinum et oleum, Sacerdote orante,

¶ Promus-condus exponit in pulpito panes quinque; quibus in mensa vescimur. Apponit quoque amphoram plenam vini generosissimi, et modicum oleum in aliquo vase. Tum Sacerdos, accipiens panem unum in manus, in eoque formans signum Crucis, fundit elata voce hanc Orationem.

¶ Ὁ δὲ Κελλαρίτης προτίθησιν ἐν τῷ ἀναλογίῳ ἄρτους ε', ἐξ ὧν ἐσθίομεν ἐν τῇ τραπέζῃ. Ὡς αὕτως καὶ στάμνον οἴνου τοῦ καλλίστου, καὶ ὀλίγον ἔλαιον εἰς ἄγγος τι. Ὁ δὲ Ἱερεὺς λαβὼν ἄρτον ἕνα ἐπὶ χεῖρας, καὶ τυπώσας ἐν αὐτῷ σταυρόν, ἐπεύχεται τὴν εὐχὴν ταύτην, ἐκφώνως.

131 Domine Jesu Christe, Deus noster, qui quinque panibus benedictis, quinque millia hominum satiasti; idem hos panes, frumentum, vinum et oleum benedic, et hæc multiplica in hac sancta habitatione, et per universum tuum orbem, ex iisque comesturos fideles sanctifica: quia Tu benedicis et

Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ, ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ εὐλογήσας τοὺς πέντε ἄρτους, καὶ πεντακισχιλίους χορτάσας, αὐτὸς εὐλόγησον καὶ τοὺς ἄρτους τούτους, τὸν σῖτον, τὸν οἶνον, καὶ τὸ ἔλαιον· καὶ πλήθυνον αὐτὰ ἐν τῇ ἁγίᾳ μονῇ, καὶ εἰς τὸν κόσμον σου ἅπαντα· καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν μεταλαμβάνοντας πιστοὺς ἁγίασον, ὅτι σὺ εἶ ὁ εὐλογῶν καὶ ἁγιάζων

A ἁγιάζων τὰ σύμπαντα, Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν σὺν τῷ ἀνάρχῳ σου Πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ σου Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

¶ Καὶ μετὰ τὸ, Ἀμὴν, λέγομεν λγʹ ψαλμὸν, τὸ, Εὐλογήσω τὸν Κύριον ἐν παντὶ καιρῷ, ἕως τοῦ, Οὐκ ἐλαττωθήσονται παντὸς ἀγαθοῦ· Ὁ δὲ Ἱερεὺς ἀπελθὼν, ἵσταται ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν, βλέπων πρὸς δυσμάς. Μετὰ δὲ τὴν συμπλήρωσιν τοῦ ψαλμοῦ, ἐπεύχεται ὁ Ἱερεὺς, λέγων· Εὐλογία Κυρίου ἐφ' ὑμᾶς πάντοτε, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

sanctificas omnia, Christe Deus noster; Tibi enim gloriam tribuimus, cum tuo ingenito Patre et omnino sancto et bono ac vivifico tuo Spiritu, nunc, et in secula seculorum. D

¶ 132 Et dicto Amen, recitamus tertium et trigesimum psalmum, *Benedicam Dominum in omni tempore*, usque ad hæc verba. *Non minuentur omni bono*. Sacerdos vero digressus stat pro sanctis foribus, Occidentem respiciens, et finita ea parte Psalmi orat, dicens: *Benedictio Domini sit super vos ubique, nunc et semper, et in secula seculorum. Amen.*

et præsentibus benedicente,

133 Comm. *Hic, ut S. Germanus, quidem ait,* γίνεται ἀπόλυσις, fit dimissio: *sed ut Typicum,* εὐθέως ἀνάγνωσις εἰς τὸν Πραξαπόστολον, *id est confestim succedit Lectio Praxapostoli. Est autem* Πραξαπόστολος *liber Græcorum ecclesiasticus, qui sic appellatur, inquit Petrus Lambecius, lib. 5 de Bibliotheca Cæsarea, pag.* 287, quod potior majorque illius pars ex Actibus Apostolorum et Epistolis S. Pauli concinnata sit. *Atque ea causa est cur etiam dicatur simpliciter,* Ἀπόστολος. *Hoc sane insignitus titulo in lucem prodiit Venetiis anno* MDCVII, *quæ impressio extat in Museo nostro. Res illo ecclesiastico libro contentas præterea, aliquis ignotus auctor, apud Leonem Allatium Dissertat.* 1 *de libris Ecclesiast. Græcorum, expressit carmine iambico, quod ego non transcribo partim quia longiusculum est, partim quia eæ res, faciles cognosci queunt ex verbis Typici, huc necessario alia de causa transcribendis.*

sequitur lectio ex Praxapostolo,

¶ Ἰστέον ὅτι ἀπὸ τῆς Κυριακῆς τοῦ Πάσχα μέχρι τῶν B Ἁγίων πάντων εἰς τὴν τοιαύτην ἀνάγνωσιν, λέγω δὴ τοῦ μεγάλου ἑσπερινοῦ, αἱ πράξεις τῶν ἁγίων Ἀποστόλων ἀναγινώσκονται μόναι· εἰς δὲ τὰς λοιπὰς Κυριακὰς τοῦ ὅλου χρόνου αἱ ἑπτὰ καθολικαὶ, καὶ αἱ ιδʹ τοῦ ἁγίου Παύλου Ἐπιστολαὶ, καὶ ἡ ἀποκάλυψις Ἰωάννου.

¶ 134 Sciendum est, quod a Dominica Paschatis usque ad Dominicam Sanctorum omnium, pro lectione majorum Vesperarum, leguntur tantummodo Acta Apostolorum; reliquis totius anni Dominicis septem Catholicæ, et quatuordecim S. Pauli Epistolæ, et Joannis Apocalypsis. E

sic dicto ab Epistolis Canonicis quas digerit per annum

135 *Jam vero, ut minutissima quæque studiosissime persequar, sequentia quoque observata velim. Primo, quod dictæ Scripturæ, non secus in Latinorum Ecclesia, leguntur cum titulo et nomine auctoris. Deinde quod Lectionibus Actuum Apostolorum et Apocalypseos præmittuntur hæ particulæ,* Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις,, *sive* In diebus illis; *nisi forte initium libri fuerit, vel aliqua nota temporis in genuino textu apposita inveniatur. Tertio, quod Apostolorum Epistolis præfigitur, vox* Ἀδελφοί, Fratres, *si ad plures scriptæ fuerint; sin autem ad unum tantum, illius ad quem scriptæ sunt, nomen præponitur, addito dulcissimo* Filii *vocabulo E. G.* Τέκνον Τιμόθεε, Τέκνον Τίτε, Fili Timothee, Fili Tite. *De* Dominica *quoque* Sanctorum omnium, *superius memorata, scire convenit, eam esse primam post Pentecosten. Id patet ex Callisto, qui in Synaxario sic fatur.* Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ κυριακῇ μετὰ τὴν πεντηκοστὴν, τὴν τῶν ἁπανταχοῦ τῆς οἰκουμένης, ἐν Ἀσίᾳ, Λιβύῃ καὶ Εὐρώπῃ, βορρᾷ τε καὶ νότῳ, Ἁγίων πάντων ἑορτὴν ἑορτάζομεν, Eadem die Dominica post Pentecosten, ubique per universum orbem existentium, in Asia, Libya, et Europa, Austroque ac Septentrione, Sanctorum omnium festum agitamus. *Edita est enim Oratio Leonis Imperatoris, ubi sic legitur:* Κυριακῇ μετὰ τὴν πεντηκοστὴν εἰς τοὺς ἁπανταχοῦ γῆς Ἁγίους πάντας, ὅτε τὸν ἀλάστορα τοῦ γένους οἰκείοις ἄθλοις κατέβαλον, καὶ ἡ παγκόσμιος ἐκκλησία τούτους τιμᾷ. Dominica post Pentecosten, universæ terræ, Sanctos, quia generi nostro infestum dæmonem suis in certaminibus vicerunt, universa Ecclesia honorat.

circa cujus usum notanda aliqua.

136 *Roges fortasse quid supradicto pane benedicto fiat. Id nos edocebit Typicum, quod sic habet.*

¶ Ὁ Κελλαρίτης διακλάσας τοὺς ἄρτους ἐπιδίδωσι τοῖς Ἀδελφοῖς. Ὡσαύτως καὶ ἀπὸ ἑνὸς ποτηρίου οἴνου, διὰ τὸν κόπον τῆς ἀγρυπνίας, ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς παρειλά- C φαμεν ἀπὸ τῶν ἁγίων Πατέρων.

¶ Promus-condus frangit panes et dat Fratribus; consimiliter de eodem calice vini, ad vigiliarum molestiam perferendam; sicut jam inde ab initio Patres nobis nostri tradiderunt. F

Denique sumitur refectiuncula ad pervigilandum,

Comm. *Neque vero hæc a Patribus ceremonia videtur vacare mysterio: quid enim ad excitandam memoriam illius Oraculi,* Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei, *potest esse aptius, quid magis accommodatum, quam sacrorum voluminum lectionem cum esu panis conjungere? Mitto illum in Orientali ecclesia panis esum gerere speciem quamdam ac similitudinem antiquæ* Agapes, *et ad seriem Typici revolvor: ubi mox nominandi* Diaconitæ, *intelliguntur Monasteriorum famuli, religiosis pariter votis obstricti, quos* Conversos *ex usu antiquo alii, alii ex recentiori* Laicos *dicunt, de quibus in hoc Vigiliarum ordine sic legitur:*

et egrediuntur Conversi,

¶ Οἱ οὖν Διακονηταὶ, ποιήσαντες τὴν συνήθη μετάνοιαν ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν, καὶ εἰς τοὺς χοροὺς πρὸς μίαν, ἐξέρχονται. Ἀπὸ δὲ τῆς ὥρας ἐκείνης οὐκ ἔχει τις ἐξουσίαν πιεῖν ὕδωρ, διὰ τὴν μετάληψιν τῶν ἀχράντων μυστηρίων. Ὁ δὲ εὐλογητὸς ἄρτος ἐστὶ ἀλεξιτήριος παντοίων κακῶν, εἰ μετὰ πίστεως λαμβάνοιτο.

¶ Diaconitæ igitur, facta solita reverentia ante sanctas januas et versus alternos choros, egrediuntur. Ab illa autem hora nemini fas est aquam bibere, propter perceptionem incontaminatorum mysteriorum. Benedictus autem panis est præservativus a quibuscumque malis, si cum fide sumatur.

neque fas deinceps vel aquam gustare,

138 Comm. *Ultima hæc verba cum nequeant de pane alio intelligi, quam de illo qui antea quasi ad cœnulam illatus et distributus fuisse dicitur: dubitari possit, an indicta omnibus posthæc abstinentia etiam aquæ, propter* participationem incontaminatorum mysteriorum, *ad benedicti istius panis præsentem sumptionem, an potius, ad faciendam sequenti die Eucharistiæ communionem referatur. Hoc quidem ultimum mihi videtur verosimilius: quia nomine* ἀχράντων μυστηρίων *intelliguntur communiter* Mysteria corporis et sanguinis Domini; *et hæ tam solennes Vesperæ cum subsequenti pervigilio, præparatio quædam erant ad festum subsequens; nam egressis Conversis, ad pervigilandum in Ecclesia remanebant Monachi Clericique, ad ejusmodi laborem delibatis pane ac vino corroborati.*

an propter Eucharistiam postridie sumendam?

Quod tamen ad reverentiam, etiam communi, sed ita ut supra benedicto pani vinoque habendam, et utilitatem inde capiendam attinet; illa probatur etiam S. Augustino Doctori Latino, qui lib. 2 de pecc. remiss. de illo

pane

A *pane, vel (ut alii volunt) de sale Catechumenis dari solito, sic loquitur.* Quamvis non sit corpus Christi, sanctus est tamen, et sanctior quam cibi quibus alimur. Quoniam Sacramentum est. D

AUCTORE N. R.

non quia id vere sunt,

139 *Nihil necesse arbitror, ut hic aliquantulum digrediar moneamque D. Augustinum hoc loco Sacramenti nomine, non intelligere vere ac proprie dictum Sacramentum, sive signum sensibile atque symbolicum gratiæ sanctificantis, a Deo stabiliter institutum, ut usu suo hominem sanctificet? Quippe cum dicat illum precibus consecratum panem vel salem porrigi Catechumenis; qui in Theologico pulvere exercitatus est lector, facile pervidet, etiam me tacente, Augustinum hic nomine Sacramenti tantum intelligere ritum aliquem ecclesiasticum, sive ut verbis Scholæ utar, aliquod Sacramentale, quod gratiam sanctificantem ex operato opere conferre non potest, quamquam quasi ex opere operato possit aliquos effectus inferiores conferre tam quoad corpus, quoad animum. Id quod de hoc pane, Sacerdotis precibus consecrato, diserte pronuntiat Typicum ut supra num.* 137 *vidimus.*

sed quasi sacramentalia prosunt,

dum ritu sacro fuerint benedicta :

140 *Sed hujus panis vis ac virtus distinctius describitur in Hincmari Archiepiscopi Rhemensis Capitulis quæ Presbyteris suis dedit anno* DCCCLV, *et extant apud Philippum Labbeum tom.* 8 *Conc. col.* 570, *ubi Cap.* 7, *legitur hæc panis benedictio :* Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, benedicere digneris hunc panem tua sancta et spirituali benedictione, ut sit omnibus cum fide et reverentia ac gratiarum tuarum actione sumentibus, salus mentis et corporis, atque contra omnes morbos, et universim cunctorum inimicorum insidias tutamentum. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, panem vitæ, qui de cœlo descendit, et dat vitam ac salutem mundo, et tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti, per omnia secula seculorum. Amen. *Quæ quidem Oratio continetur etiam Can.* 9 *Namnetensis Concilii, ut videre est apud eumdem Labbeum tom.* 9 *Concil. col.* 470 *hic porro benedictus panis in Græcorum Vesperis, ita distribui solitus, vocatur proprio nomine* Κατάκλαστος, *a fractione, ut significetur esse diversus a pane illo benedicto, qui in Liturgia sive Missæ sacrificio distribuebatur iis, qui ob impedimentum quodpiam communicare non poterant, ideoque talis panis dicebatur* Ἀντίδωρον, *quasi* ἀντὶ τῶν ἁγίων δώρων, *seu* vice divinæ Eucharistiæ et sacræ Com- B munionis. *Et vero* Ἀντίδωρον *erat, panis* Προθέσεως, *sive panis ille sacer, ex quo pars aliqua ad conficiendam* E *Eucharistiam desecta erat, et Pachymeræ lib.* 5 *Hist. cap.* 8 *dicitur* Θεῖος ἄρτος, *id est,* divinus panis. Κατάκλαστος *talis* Προθέσεως *panis non erat, ut ex ante dictis patet. Nullus itaque Meursius, nullus Casaubonus duo illa benedicti panis genera confundat. Verum de hoc pane benedicto satis : Quare absuntibus Fratribus Laicis nos remaneamus in templo, ut cum reliquis etiam* τῷ Ὄρθρῳ *sive* Matutino Officio, *ceremoniisque in eo adhiberi solitis interesse possimus.*

hic panis alius est ab Antidoro,

cujus usus in Missa

CAPUT TERTIUM.

De Officio Matutino.

Recitato, post Actus Apostolorum, Hexapsalmo,

M*atutinum in Græcanica Ecclesia* Ὄρθρος *dicitur. De eo agit Typicum in ultima parte Capitis secundi, quod jam commentati sumus. Attamen ne Caput istud in immensum excresceret, visum fuit illud partiri. Sic ergo infit Typicum :*

¶ Post Praxapostoli lectionem bene precante Sacerdote, auspicamur Hexapsalmum.

¶ Μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν τοῦ Πραξαποστόλου, εὐλογοῦντος τοῦ Ἱερέως, ἀπαρχόμεθα τοῦ ἑξαψάλμου.

pulsatoque Semanterio

143 Comm. *Ita dicitur continuatio sex Psalmorum : qui hoc loco erant Psalmi* 33, 37, 62, 87, 102, 142, *quantum quidem possum ex Antonii Arcudii Horologio conjicere.* Hexapsalmus *ergo recitatur statim post Lectionem sacram, intellige si agendæ sint vigiliæ, ut agendæ sunt hodie, cujus exponimus Officium. Nam si vigiliæ agendæ non sint, sacra Lectione finita, ad suam quisque cellam recipit se, et dat quieti, donec Semanterii pulsibus a Candelapte revocetur ad templum. Quod autem tunc sit Matutinæ precis initium, quæ ceremoniæ, quæ ratio pulsandi* F *Semanterii, quæ thuris adolendi, qui ritus reverentiarum, sat clare explicat hoc idem Typicum cap.* 10. *Quamquam* C *et tum, cum aguntur vigiliæ, Semanterium pulsetur, eo videlicet tempore quo dicuntur sex assignati Psalmi. Atque id significat Typicum : postquam enim instituerat de illis Psalmis sermonem, dicit :*

decantatur Psalmus 102,

¶ Et Candelaptes quidem, apparato thuribulo, egreditur pulsatque Semanterium majus, et Sacerdos incensat. Quando vero Præses sive Abbas inchoavit 102 Psalmum, scilicet *Benedic anima mea Domino,* dicit Sacerdos, orationes Matutini, stans detecto capite ante sanctas fores.

¶ Καὶ ὁ μὲν Κανδηλάπτης, ἑτοιμάσας τὸν θυμιατὸν, ἐξέρχεται, καὶ σημαίνει τὸ μέγα. Ὁ δὲ Ἱερεὺς θυμιᾷ. Ὅταν οὖν ἄρξηται ὁ Προεστὼς τοῦ ρβ' ψαλμοῦ, ἤγουν, τὸ Εὐλόγει ἡ ψυχή μου τὸν Κύριον, λέγει ὁ αὐτὸς Ἱερεὺς τὰς εὐχὰς τοῦ Ὄρθρου, ἱστάμενος ἀσκεπὴς ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν.

cui subjiciuntur 12 *preces Matutinæ :*

144 Comm. *Non invenio orationes illas in Typico, sed apud S. Germanum invenio omnino duodecim : fortassis pro numero totidem horarum ; quas nox præsumitur absumpsisse absque divinis laudibus, respectu diurnarum quibus cum hoc Officio datur initium, licet ea horarum partitio in æqualis ad usus civiles parum aut nihil faciat : ipsæ autem Orationes hæ sunt.*

ORATIO I.

Agimus Tibi gratias ; Domine Deus noster, qui nos excitasti e nostris cubilibus, et verba laudis immisisti in os nostrum ; ut adoremus et invocemus nomen sanctum tuum, et misericordiam tuam, qua semper circa vitam nostram usus es. Precamur te, mitte et nunc auxilium tuum super adstantes coram facie sanctæ gloriæ tuæ, ut copiosam a Te miserationem expectemus : iisque Tibi cum timore et caritate servientibus, inenarrabilem tuam bonitatem laudare con-

ΕΥΧΗ' α'.

Εὐχαριστοῦμέν σοι Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, τῷ ἐξαναστήσαντι ἡμᾶς ἐκ τῶν κοιτῶν ἡμῶν, καὶ ἐμβαλόντι εἰς τὸ στόμα ἡμῶν λόγον αἰνέσεως, τοῦ προσκυνεῖν καὶ ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον. Καὶ δεόμεθα τοῖς οἰκτιρμοῖς, οἷς πάντοτε ἐχρήσω περὶ τὴν ἡμετέραν ζωὴν, καὶ νῦν ἐξαπόστειλον τὴν βοήθειάν σου ἐπὶ τοὺς ἑστῶτας πρὸ προσώπου τῆς ἁγίας δόξης σου, καὶ ἀπεκδεχομένους τὸ παρὰ σοῦ πλούσιον ἔλεος· καὶ δὸς αὐτοῖς μετὰ φόβου καὶ ἀγάπης πάντοτέ σοι λατρεύοντας, αἰνεῖν τὴν ἀνεκδιήγητον

A διηγητόν σου ἀγαθότητα. Ὅτι πρέπει σοι πᾶσα δόξ τιμὴ καὶ προσκύνησις, τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν,

cede. Quia convenit Tibi omnis gloria, honor et ad ratio, Patri, et Filio, et Spiritui sancto, nunc et semper, et in secula seculorum. Amen.

ΕΥΧΗ' β'

Ἐκ νυκτὸς ὀρθρίζει τὸ πνεῦμα ἡμῶν πρὸς σὲ ὁ Θεὸ ἡμῶν, διότι φῶς τὰ προστάγματά σου ἐπὶ τῆς γῆς. Δικαιοσύνην καὶ ἁγιασμὸν ἐπιτελεῖν ἐν τῷ φόβῳ σου, συνέτισον ἡμᾶς. Σὲ γὰρ δοξάζομεν τὸν ὄντως ὄντα, Θεὸν ἡμῶν. Κλῖνον τὸ οὖς σου, καὶ ἐπάκουσον ἡμῶν, καὶ μνήσθητι, Κύριε, τῶν συμπαρόντων, καὶ συνευχομένων ἡμῖν πάντων κατ' ὄνομα, καὶ σῶσον αὐτοὺς τῇ δυνάμει σου. Εὐλόγησον τὸν λαόν σου, καὶ ἁγίασον τὴν κληρονομίαν σου, εἰρήνην τῷ κόσμῳ σου δώρησαι, ταῖς Ἐκκλησίαις σου, τοῖς Ἱερεῦσι, τοῖς Βασιλεῦσιν ἡμῶν, καὶ παντὶ τῷ λαῷ σου. Ὅτι ηὐλόγηται καὶ δεδόξασται τὸ πάντιμον καὶ μεγαλοπρεπὲς ὄνομά σου, τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ORATIO II.

145 De nocte noster spiritus ad Te vigilat, Deus noster, quia præcepta tua lumen sunt super terram. Doce nos justitiam et sanctitatem in timore perficere : Te enim ut nostrum verum Deum colimus. Inclina aurem tuam, et audi nos; et memento, Domine, præsentium, eorumque nominatim, qui una nobiscum comprecantur, et virtute tua eos salvos fac. Benedic populum tuum, et hereditatem tuam sanctifica; Orbi tuo, Ecclesiis tuis, Sacerdotibus, Imperatoribus nostris, et cuncto populo pacem concede. Quia benedictum, gloriosum, venerandum et magnificum est nomen tuum, Patris, et Filii, et Spiritus sancti, nunc et semper, et in secula seculorum. Amen.

B

ΕΥΧΗ' γ',

Ἐκ νυκτὸς ὀρθρίζει τὸ πνεῦμα ἡμῶν πρὸς σὲ ὁ Θεὸς, διότι φῶς τὰ προστάγματά σου. Δίδαξον ἡμᾶς ὁ Θεὸς, τὴν δικαιοσύνην σου, τὰς ἐντολάς σου, καὶ τὰ δικαιώματά σου. Φώτισον τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν διανοιῶν ἡμῶν, μήποτε ὑπνώσωμεν ἐν ἁμαρτίαις εἰς θάνατον. Ἀπέλασον πάντα ζόφον ἀπὸ τῶν καρδιῶν ἡμῶν. Χάρισαι ἡμῖν τὸν τῆς δικαιοσύνης ἥλιον, καὶ ἀνεπηρέαστον τὴν ζωὴν ἡμῶν διαφύλαξον ἐν τῇ σφραγῖδι τοῦ ἁγίου σου Πνεύματος. Κατεύθυνον τὰ διαβήματα ἡμῶν εἰς ὁδὸν εἰρήνης. Δὸς ἡμῖν ἰδεῖν τὸν ὄρθρον καὶ τὴν ἡμέραν ἐν ἀγαλλιάσει, ἵνα σοι τὰς ἑωθινὰς ἀναπέμπωμεν εὐχάς. Ὅτι σὸν τὸ κράτος, καὶ σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ δύναμις καὶ ἡ δόξα, τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

ORATIO III.

E

146 De nocte spiritus noster ad Te vigilat, Deus, quia præcepta tua lumen sunt. Doce nos, Deus, justitiam tuam, mandata tua, justificationes tuas. Illumina mentium nostrarum oculos, ne forte in peccatis ad mortem obdormiamus. Caliginem omnem a cordibus nostris dispelle. Præbe nobis justitiæ solem, nostramque vitam ab omni tentatione liberam sub sigillo Spiritus sancti tui custodi. Dirige gressus nostros in viam pacis; et ut Te matutinis concelebremus laudibus, da nobis videre diluculum et diem in exultatione. Quia tua est potentia, et tuum est regnum, et virtus et gloria, Patris, et Filii, et Spiritus sancti, nunc et semper, et in secula seculorum. Amen.

ΕΥΧΗ' δ'.

Δέσποτα ὁ Θεὸς, ὁ ἅγιος καὶ ἀκατάληπτος, ὁ εἰπὼν ἐκ σκότους φῶς λάμψαι, ὁ ἀναπαύσας ἡμᾶς ἐν τῷ τῆς νυκτὸς ὕπνῳ, καὶ διεγείρας πρὸς δοξολογίαν καὶ ἱκεσίαν τῆς σῆς ἀγαθότητος, δυσωπούμενος ὑπὸ τῆς ἰδίας σου εὐσπλαγχνίας, πρόσδεξαι ἡμᾶς καὶ νῦν προσκυνοῦντάς σε, καὶ κατὰ δύναμιν εὐχαριστοῦντάς σοι. Δώρησαι ἡμῖν πάντα τὰ πρὸς σωτηρίαν αἰτήματα. Ἀνάδειξον

C ἡμᾶς υἱοὺς φωτὸς καὶ ἡμέρας, καὶ κληρονόμους τῶν αἰωνίων σου ἀγαθῶν. Μνήσθητι, Κύριε, ἐν τῷ πλήθει τῶν οἰκτιρμῶν σου, καὶ παντὸς τοῦ λαοῦ σου, τῶν συμπαρόντων καὶ συνευχομένων ἡμῖν, καὶ πάντων τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν, τῶν ἐν γῇ, τῶν ἐν θαλάσσῃ, τῶν ἐν παντὶ τόπῳ τῆς δεσποτείας σου, δεομένων τῆς σῆς φιλανθρωπίας καὶ βοηθείας· καὶ πᾶσι χορήγησον τὸ μέγα σου ἔλεος, ἵνα σεσωσμένοι ψυχῇ τε καὶ σώματι πάντοτε διαμένοντες, μετὰ παῤῥησίας, δοξάζωμεν τὸ θαυμαστὸν, καὶ εὐλογημένον ὄνομά σου, τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ORATIO IV.

147 Domine Deus, sancte et incomprehensibilis, qui dixisti ut e tenebris lux splendesceret, qui nos refecisti somno nocturno, et iterum ad laudationem supplicationemque bonitatis tuæ excitasti. Tua ipsius permotus misericordia, nos, adorantes Te, et quantas possumus Tibi gratias referentes, etiam nunc suscipe; omniaque quæ ad salutem faciunt postulata concede. Filios lucis et diei, tuorumque æternorum bonorum heredes, nos constitue. In multi- F tudine miserationum tuarum, Domine, recordare cuncti populi tui, præsentium et una nobiscum comprecantium, omniumque fratrum nostrorum, vel terra vel mari vel quocumque alio dominationis tuæ loco tua clementia et auxilio indigentium; omnibusque impende magnam misericordiam tuam, ut tam quoad animum quam quoad corpus salvi, glorificemus cum fiducia admirabile ac benedictum nomen tuum, Patris, et Filii, et Spiritus sancti, nunc et semper, et in secula seculorum. Amen.

ΕΥΧΗ' ε'.

Ἀγαθῶν θησαυρὲ, πηγὴ ἀέναος, Πάτερ ἅγιε, θαυμαστοποιὲ, παντοδύναμε καὶ παντοκράτορ, πάντες σε προσκυνοῦμεν· καὶ σοῦ δεόμεθα, τὰ σὰ ἐλέη καὶ τοὺς σοὺς οἰκτιρμοὺς ἐπικαλούμενοι, εἰς βοήθειαν, καὶ ἀντίληψιν τῆς ἡμετέρας ταπεινώσεως. Μνήσθητι Κύριε τῶν σῶν ἱκετῶν. Πρόσδεξαι πάντων ἡμῶν τὰς ἑωθινὰς δεήσεις ὡς θυμίαμα ἐνώπιόν σου, καὶ μηδένα ἡμῶν ἀδόκιμον ποιήσης ἀλλὰ πάντας ἡμᾶς περιποίησαι διὰ τῶν οἰκτιρμῶν σου. Μνήσθητι, Κύριε, τῶν ἀγρυπνούντων, καὶ ψαλλόντων εἰς δόξαν σὴν, καὶ τοῦ μονογενοῦς σου Υἱοῦ καὶ

ORATIO V.

148 Bonorum thesaure, fons Perennis, Pater sancte, mirandorum artifex, qui omnia potes, omnibus imperas; Te omnes adoramus, et deprecamur Te, misericordiam tuam et miserationes tuas exposcentes, in subsidium ac defensionem humilitatis nostræ. Supplicum tuorum memento, Domine; matutinas nostrum omnium preces suscipe, sicut incensum in conspectu tuo; neque quemquam e nobis reproba, sed per misericordiam tuam nos omnes conserva. Memento, Domine, vigilantium

A lantium et psallentium ad gloriam tuam, et unigeniti Filii tui ac Dei nostri, et sancti Spiritus. Eorum adjutor esto atque propugnator : eorum preces in cœleste tuum et intellectuale altare recipe. Quia Tu es Deus noster, et Tibi gloriam referimus, Patri, et Filio, et Spiritui sancto, nunc et semper, et in secula seculorum. Amen.

Θεοῦ ἡμῶν, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Γένου αὐτῶν βοηθὸς καὶ ἀντιλήπτωρ. Πρόσδεξαι αὐτῶν τὰς ἱκεσίας, εἰς τὸ ὑπερουράνιον καὶ νοερόν σου θυσιαστήριον. Ὅτι σὺ εἶ ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. D

ORATIO VI.

149 Agimus Tibi gratias, salutarium nostrorum Deus, quia, ut Te nostrarum animarum servatorem beneficum identidem respiciamus, condis omnia ad vitæ nostræ beneficium. Et quia nos, præterita noctis parte refocillatos, excitatosque iterum e cubilibus, ad honorandi nominis tui adorationem erexisti ; propterea, quæsumus te, Domine, largire nobis gratiam ac robur ; ut Christi tui ope, cum metu et tremore nostram salutem operantes, tibi scite psallere et indesinenter supplicare valeamus. Memento etiam, Domine, eorum qui Te de nocte invocant : exaudi eos et miserere, sub eorumque pedibus hostes invisibiles atque infestos contere. Tu enim es
B Rex pacis, et servator nostrarum animarum ; Tibique gloriam rependimus, Patri, et Filio, et Spiritui sancto, nunc et semper, et in secula seculorum. Amen.

ΕΥΧΗ ϛʹ.

Εὐχαριστοῦμέν σοι, Κύριε, ὁ Θεὸς τῶν σωτηρίων ἡμῶν, ὅτι πάντα ποιεῖς εἰς εὐεργεσίαν τῆς ζωῆς ἡμῶν, ἵνα διαπαντὸς πρὸς σὲ ἀποβλέπωμεν τὸν σωτῆρα καὶ εὐεργέτην τῶν ἡμετέρων ψυχῶν· ὅτι διανέπαυσας ἡμᾶς ἐν τῷ παρελθόντι τῆς νυκτὸς μέτρῳ, καὶ ἐξήγειρας ἡμᾶς ἐκ τῶν κοιτῶν ἡμῶν, καὶ ἔστησας εἰς προσκύνησιν τοῦ τιμίου ὀνόματός σου. Διὸ δεόμεθά σου, Κύριε, δὸς ἡμῖν χάριν καὶ δύναμιν, ἵνα καταξιωθῶμεν ψάλλειν σοι συνετῶς, καὶ προσεύχεσθαι ἀδιαλείπτως, ἐν φόβῳ καὶ τρόμῳ τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν κατεργαζόμενοι, διὰ τῆς ἀντιλήψεως τοῦ Χριστοῦ σου. Μνήσθητι, Κύριε, καὶ ἐν νυκτὶ πρὸς σὲ βοώντων. Ἐπάκουσον αὐτῶν, καὶ ἐλέησον, καὶ σύντριψον ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτῶν τοὺς ἀοράτους καὶ πολεμίους ἐχθρούς. Σὺ γὰρ εἶ ὁ βασιλεὺς τῆς εἰρήνης, καὶ σωτὴρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν· καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. E

ORATIO VII.

150 Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui nos e nostris thalamis suscitatos ad horam orationis congregasti ; da nobis gratiam in patefactione oris, et suscipe quas tibi pro viribus grates referimus, et nos edoce justificationes tuas ; quia nisi Tu, Domine, nos tuo Spiritu sancto direxeris, non possumus orare prout oportet. Ideo rogamus Te, ut si quid peccavimus usque ad præsentem horam, verbo, vel opere, vel cogitatione, sponte vel coacte, remittas, condones, indulgeas : quia si iniquitates observaveris, Domine, Domine, quis sustinebit? Quoniam apud Te redemptio est, Tu solus es auxiliator sanctus, vitæ nostræ defensor præpotens ; et ad Te tota nostra laudatio refertur. Benedicta sit et glorificata regni tui potestas, Patris, et Filii, et Spiritus sancti, nunc, et semper, et in secula seculorum. Amen.

ΕΥΧΗ

Ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ ἐξαναστήσας ἡμᾶς ἐκ τῶν κοιτῶν ἡμῶν, καὶ ἐπισυναγαγὼν ἐπὶ τὴν ὥραν τῆς προσευχῆς· δὸς ἡμῖν χάριν ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματος ἡμῶν, καὶ πρόσδεξαι ἡμῶν τὰς κατὰ δύναμιν εὐχαριστίας, καὶ δίδαξον ἡμᾶς τὰ δικαιώματά σου, ὅτι προσεύξασθαι καθὸ δεῖ οὐκ οἴδαμεν, ἐὰν μὴ σὺ, Κύριε, τῷ Πνεύματί σου τῷ ἁγίῳ ὁδηγήσῃς ἡμᾶς. Διὸ δεόμεθά σου, εἴ τι ἡμάρτομεν μέχρι τῆς παρούσης ὥρας, ἐν λόγῳ, ἢ ἔργῳ, ἢ κατὰ διάνοιαν, ἑκουσίως ἢ ἀκουσίως, ἄνες, ἄφες, συγχώρησον· ἐὰν γὰρ ἀνομίας παρατηρήσῃς, Κύριε, Κύριε, τίς ὑποστήσεται; ὅτι παρὰ σοὶ ἡ ἀπολύτρωσις, σὺ εἶ μόνος ἅγιος βοηθὸς, κραταιὸς ὑπερασπιστὴς τῆς ζωῆς ἡμῶν, καὶ ἐν σοὶ ἡ ὕμνησις ἡμῶν διαπαντός. Εἴη τὸ κράτος τῆς βασιλείας σου εὐλογημένον καὶ δεδοξασμένον, τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

C

ORATIO VIII.

151 Domine Deus noster, qui nos, torpore somni dissipato, vocatione sancta convocasti, ut et manus extolleremus noctu, et Tibi confiteremur super judicia justitiæ tuæ ; suscipe orationes nostras, postulationes, confessiones, nocturnos cultus ; et tribue nobis, o Deus, inconfusam fidem, spem firmam, caritatem sine fictione. Benedic nostros introitus et exitus, actiones, opera, sermones atque cogitationes ; et nos ineffabilem bonitatem tuam laudantes, celebrantes, benedicentes, ad principium diei pervenire concede. Quia benedictum est sacrosanctum nomen tuum, et glorificatum regnum Patris, et Filii, et Spiritus sancti, nunc et semper, et in secula seculorum. Amen.

ΕΥΧΗ ηʹ. F

Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ τὴν τοῦ ὕπνου ῥαθυμίαν ἀποσκεδάσας ἀφ' ἡμῶν, καὶ συγκαλέσας ἡμᾶς κλήσει ἁγίᾳ, καὶ ἐν νυκτὶ ἐπᾶραι τὰς χεῖρας ἡμῶν, καὶ ἐξομολογεῖσθαί σοι ἐπὶ τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου· πρόσδεξαι τὰς δεήσεις ἡμῶν, τὰς ἐντεύξεις, τὰς ἐξομολογήσεις, τὰς νυκτερινὰς λατρείας· καὶ χάρισαι ἡμῖν, ὁ Θεὸς, πίστιν ἀκαταίσχυντον, ἐλπίδα βεβαίαν, ἀγάπην ἀνυπόκριτον· Εὐλόγησον ἡμῶν εἰσόδους καὶ ἐξόδους, πράξεις, ἔργα, λόγους, ἐνθυμήσεις· καὶ δὸς ἡμῖν καταντῆσαι εἰς τὰς ἀρχὰς τῆς ἡμέρας, αἰνοῦντας, ὑμνοῦντας, εὐλογοῦντας τῆς σῆς ἀφράστου χρηστότητος τὴν ἀγαθότητα. Ὅτι ηὐλόγηται τὸ πανάγιόν σου ὄνομα, καὶ δεδόξασταί σου ἡ βασιλεία, τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ORATIO IX.

152 In cordibus nostris, Domine, incorruptum divinæ tuæ cognitionis lumen benignus accende ; et aperi mentis nostræ oculos ad considerationem prædicationis evangelicæ. Timorem beatorum tuorum mandatorum nobis immitte, ut, omnibus carnalibus concupiscentiis conculcatis, spiritalem con-

ΕΥΧΗ θʹ.

Ἔλλαμψον, Δέσποτα φιλάνθρωπε, ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, τὸ τῆς σῆς θεογνωσίας φῶς ἀκήρατον, καὶ τοὺς τῆς διανοίας ἡμῶν ὀφθαλμοὺς διάνοιξον εἰς τὴν τῶν εὐαγγελικῶν σου κηρυγμάτων κατανόησιν· ἔνθες ἡμῖν καὶ τῶν μακαρίων σου ἐντολῶν φόβον, ἵνα πάσας τὰς σαρκικὰς ἐπιθυμίας καταπατήσαντες, πνευματικὴν πολιτείαν μετέλθωμεν,

A τέλθωμεν, πάντα τὰ πρὸς εὐαρέστησιν τὴν σὴν καὶ φρονοῦντες καὶ πράττοντες. Ὅτι σὺ εἶ ὁ ἁγιασμὸς καὶ ὁ φωτισμὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

versationem sectemur, sapiendo et faciendo omnia D quæ tuæ placita sunt voluntati. Quia Tu es sanctificatio et illuminatio nostra; et Tibi gloriam rependimus, Patri, et Filio, et Spiritui sancto, nunc et semper, et in secula seculorum. Amen.

ΕΥΧΗ ι'.

Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ τὴν διὰ μετανοίας ἄφεσιν τοῖς ἀνθρώποις δωρησάμενος, καὶ τύπον ἡμῖν ἐπιγνώσεως ἁμαρτημάτων καὶ ἐξομολογήσεως τὴν τοῦ προφήτου Δαβὶδ μετάνοιαν, πρὸς συγχώρησιν ὑποδείξας· αὐτὸς, Δέσποτα, πολλοῖς ἡμᾶς καὶ μεγάλοις περιπεπτωκότας πλημμελήμασιν ἐλέησον, κατὰ τὸ μέγα σου ἔλεος, καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν σου. Ἐξάλειψον τὰ ἀνομήματα ἡμῶν, ὅτι σοὶ ἡμάρτομεν Κύριε, τῷ καὶ τὰ ἄδηλα καὶ κρύφια τῆς καρδίας τῶν ἀνθρώπων γινώσκοντι, καὶ μόνῳ ἔχοντι ἐξουσίαν ἀφιέναι ἁμαρτίας. Καρδίαν δὲ καθαρὰν κτίσας ἐν ἡμῖν, καὶ πνεύματι ἡγεμονικῷ στηρίξας ἡμᾶς, καὶ τὴν ἀγαλλίασιν τοῦ σωτηρίου σου γνωρίσας ἡμῖν, μὴ ἀποῤῥίψῃς ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ προσώπου σου· ἀλλ' εὐδόκησον, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος, μέχρι τῆς ἐσχάτης ἡμῶν ἀναπνοῆς, προσφέρειν σοι θυσίαν δικαιοσύνης, καὶ
B ἀναφορὰν ἐν τοῖς ἁγίοις σου θυσιαστηρίοις, ἐλέει, οἰκτιρμοῖς καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ μονογενοῦς σου Υἱοῦ, μεθ' οὗ εὐλογητὸς εἶ, σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ σου Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ORATIO X.

153 Domine Deus noster, qui per pœnitentiam hominibus remissionem tribuisti, et nobis locum agnitionis peccatorum atque confessionis in prophetæ Davidis pœnitentia ad veniam commonstrasti; ipse, Domine, nobis in multa ac gravia delicta lapsis miserere, secundum magnam misericordiam tuam; et secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitates nostras: quia Tibi peccavimus, Domine, qui incerta et occulta cordis hominum pernovisti, et qui solus habes potestatem remittendi peccata. Cor mundum crea in nobis, et spiritu principali confirma nos, et manifesta nobis lætitiam salutaris tui: ne projicias nos a facie tua; sed placeat Tibi, bono et benigno, ut usque ad nostrum extremum halitum offeramus Tibi sacrificium E
justitiæ, et oblationem super sancta tua altaria; misericordia, miserationibus, et benignitate unigeniti tui Filii, quicum benedictus es, cum sanctissimo et bono et vivifico tuo Spiritu, nunc et semper, et in secula seculorum. Amen.

ΕΥΧΗ ια'.

Ὁ Θεὸς, ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ τὰς νοερὰς καὶ λογικὰς ὑποστησάμενος δυνάμεις τῷ σῷ θελήματι· σοῦ δεόμεθα, καὶ σὲ ἱκετεύομεν, πρόσδεξαι ἡμῶν καὶ τῶν κτισμάτων σου πάντων, τὴν κατὰ δύναμιν δοξολογίαν, καὶ ταῖς πλουσίαις τῆς σῆς ἀγαθότητος ἀντάμειψαι δωρεαῖς· ὅτι σοὶ κάμπτει πᾶν γόνυ, ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων· καὶ πᾶσα πνοὴ καὶ κτίσις ὑμνεῖ τὴν ἀκατάληπτόν σου δόξαν· μόνος γὰρ εἶ Θεὸς ἀληθινὸς, καὶ πολυέλεος· Ὅτι σὲ αἰνοῦσι πᾶσαι αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν, καὶ σοὶ δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ORATIO XI.

154 Deus, Deus noster, qui intellectus et rationis participes Virtutes tua voluntate condidisti; quæsumus Te atque obtestamur, suscipe nostram omniumque tuarum creaturarum glorificationem, uniuscujusque viribus congruentem, et affluentia bonitatis tuæ dona repende; quia Tibi omne genu flectitur, cœlestium, terrestrium et infernorum; omnisque spiritus ac creatura celebrat incomprehensibilem gloriam tuam. Quia te laudant omnes Virtutes cœlorum, et nos Tibi gloriam reddimus, Patri, et Filio, et Spiritui sancto, nunc et semper, et in secula seculorum. Amen.

ΕΥΧΗ ιβ'.

Αἰνοῦμεν, ὑμνοῦμεν, εὐλογοῦμεν, καὶ εὐχαριστοῦμέν σοι, ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν, ὅτι παρήγαγες τὴν σκιὰν τῆς νυκτὸς, καὶ ἔδειξας ἡμῖν πάλιν τὸ φῶς τῆς ἡμέ-
C ρας· ἀλλ' ἱκετεύομεν τὴν σὴν ἀγαθότητα, ἱλάσθητι ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν, καὶ πρόσδεξαι τὴν δέησιν ἡμῶν ἐν τῇ μεγάλῃ σου εὐσπλαγχνίᾳ, ὅτι πρὸς σὲ καταφεύγομεν, τὸν ἐλεήμονα καὶ παντοδύναμον Θεόν. Λάμψον ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, τὸν ἀληθινὸν ἥλιον τῆς δικαιοσύνης σου· φώτισον τὸν νοῦν ἡμῶν, καὶ τὰς αἰσθήσεις ὅλας διατήρησον, ἵνα ὡς ἐν ἡμέρᾳ εὐσχημόνως περιπατοῦντες τὴν ὁδὸν τῶν ἐντολῶν σου, καταντήσωμεν εἰς τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον, ὅτι παρὰ σοὶ ἐστιν ἡ πηγὴ τῆς ζωῆς· καὶ ἐν ἀπολαύσει γενέσθαι καταξιωθῶμεν τοῦ ἀπροσίτου φωτός, ὅτι σὺ εἶ ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

¶ Εἶτα λέγει τὴν μεγάλην συναπτήν. Μετὰ δὲ τὴν ἐκφώνησιν, ψάλλεται, ὁ Θεὸς Κύριος.

ORATIO XII.

155 Laudamus, celebramus, benedicimus et gratias agimus tibi, Deus patrum nostrorum, quod dissipaveris umbram noctis, et nobis diei lumen iterum ostenderis. Verum bonitatem tuam obsecramus, F
propitius esto peccatis nostris, et pro magna misericordia tua nostras preces admitte: quia ad Te confugimus, misericordem et omnipotentem Deum. In cordibus nostris solem justitiæ tuæ accende, mentem nostram illumina, omnesque sensus conserva, ut tamquam in die per viam mandatorum tuorum pulchre ambulantes, ad vitam perveniamus æternam, quia fons vitæ apud Te est; et lumine inaccesso perfrui mereamur, quia Tu Deus noster es, et Tibi reddimus gloriam; Patri, et Filio et sancto Spiritui, nunc, et semper, et in secula seculorum. Amen.

¶ 156 Deinde recitat magnam Collectam, Et post exclamationem canit: Deus Dominus.

Comm. *Magna illa collecta et exclamatio eadem est, quam dedimus supra num. 74, in majoribus Vesperis, ideoque supervacaneum esset eam hic totam repetere. Ad* τὸ, Ὁ Θεὸς Κύριος, *quod attinet; forte illi subnectendum est ex Horologio:* καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου: Et apparuit nobis, benedictus qui venit in nomine Domini. *Typicum autem S. Sabæ dicit, illud cani, non a Sacerdote, sed a designato Monacho: Verba hæc sunt.* *Sequitur major Collecta.*

¶ Εἶθ' οὕτως ὁ ταχθεὶς μοναχὸς ἀφ' ἑσπέρας, εἰς τὸ προκείμενον τῆς ἡμέρας, ποιήσας τὴν συνήθη μετάνοιαν τῷ Ἡγουμένῳ, ψάλλει τὸ, Θεὸς Κύριος.

¶ 157 Absoluta exclamatione, statutus jam inde a Vesperis Monachus, ad diei Propositum, facta Abbati reverentia, canit: *Deus Dominus.*

Post

A *tum Stichologia, prima cum suo Cathismate*

COMM. *Post* στιχολογίαν *sequuntur Stichera Sanctorum, quorum festa lux agitur. Est autem hic notandum, quod ea Troparia quæ in Menæis vocantur* Καθίσματα, *non eo sensu hic vocentur, quo illa accepimus supra num.* 85 ; *sed longe alio. Hoc nimirum, quod sint Cantica, quæ sedendo persolvuntur, ut cantoribus aliquid levaminis concedatur. Potest itaque* Κάθισμα *Latine reddi* Sessio. *Habe igitur hujus Officii Cathismata.* D AUCTORE N. N.

Post primam Stichologiam Sessio,

Tonus 4, *sicut* Ταχὺ προκατάλαβε.

158 Ecclesiæ coruscaluminaria, doctrinis vestris collustratis orbem : confixis omnibus prave sentientium hæresibus , flammeas conturbationes impietatis extinxistis, Patres divinorum periti. Qua de causa, veluti Christi Hierarchæ, nostram incolumitatem exposcite.

Gloria. *Idem Sticheron repetitur.* Et nunc.

Mariale simile , sive eidem tono attemperandum.

Virgo summe laudabilis, Mater Christi Dei ; Divina Sponsa et conjugalis ignara commercii, Fidelium defensio ; ab omni discrimine et omni genere necessitatis expedi, Domina Deipara, fideles qui ardenter in clientelam se tuam conferunt, Tu quæ sola Dei sponsa es.

secunda, cum suo,

Post 2 *Stichologiam Sessio*

Tonus 4, *sicut* Κατεπλάγη Ἰωσήφ.

159 Vos, veluti sapientes apes, in prato Scri- B pturarum circumvolitantes , lectissimum quemque flosculum diligentissime depasti, cunctis fidelibus mel vestrorum dogmatum simul ad lautissimum epulum apponitis Et propterea quilibet perfusus dulcedine, exclamat cum gaudio : Vos vestris laudatoribus etiam post mortem adestis.

Gloria. *Idem Sticheron repetitur.* Et nunc,

Mariale simile.

Maximis ego perturbationem jactatus occulte tempestatibus, Te, o Casta, ardenter invoco : ne sinas perire miserum me, Tu quæ abyssum misericordiæ genuisti. Præter Te spem nullam aliam habeo Igitur confisus in Te, non præbebo inimicis materiam gaudii et risus : etenim potes, quodcumque vis, ut Mater illius qui est omnium Deus.

Μετὰ τὴν α στιχολογίαν. Κάθισμα

Ἦχος δ' πρὸς Ταχὺ προκατάλαβε

Φωστῆρες ὑπέρλαμπροι τῆς Ἐκκλησίας Χριστοῦ, τὸν κόσμον ἐφωτίσατε ταῖς διδαχαῖς ὑμῶν. Πατέρες θεόσοφοι, πήξαντες τὰς αἱρέσεις πάντων τῶν κακοδόξων, σβέσαντες τὰς φλογώδεις τῶν βλασφήμων συγχύσεις. Διό, ὡς Ἱεράρχαι Χριστοῦ, πρεσβεύσατε σωθῆναι ἡμᾶς.

Δόξα. Τὸ αὐτό. Καὶ νῦν.

Θεοτόκιον ὅμοιον.

Παρθένε πανύμνητε, Μῆτερ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ, θεόνυμφε καὶ ἀπειρόγαμε, πιστῶν ἡ ἀντίληψις, ῥῦσαι παντὸς κινδύνου καὶ παντοίας ἀνάγκης, δέσποινα Θεοτόκε, τοὺς ἐν πίστει πόθῳ τῇ σκέπῃ σου προσφεύγοντας, μόνη θεόνυμφε.

Μετὰ τὴν β' στιχολογίαν Κάθισμα

Ἦχος δ'. Κατεπλάγη Ἰωσήφ.

Ἐν λειμῶνι τῶν γραφῶν, καθάπερ μέλισσαι σοφοί, προσιπτάμενοι ὑμεῖς, περιεδρέψασθε καλῶς καὶ τῶν ανθέων τὰ ἄριστα, καὶ τὸ μέλι, πᾶσι τοῖς πιστοῖς, τῶν διδαγμάτων ὑμῶν προτίθεσθε ὁμοῦ, εἰς πανδαισίαν αὐτῶν· καὶ διὰ τοῦτο ἅπας γλυκαινόμενος, μετ' εὐφροσύνης κραυγάζει· Πάρεστε πάλιν καὶ μετὰ πότμον, τοῖς ὑμᾶς εὐφημοῦσιν, Μακάριοι. E

Δόξα. Τὸ αὐτό. Καὶ νῦν.

Θεοτοκίον ὅμοιον.

Τρικυμίαις τῶν παθῶν ἀσυνειδήτως ἐγὼ χειμαζόμενος, Ἁγνή, ἐπικαλοῦμαί σε θέρμως· μή με παρίδῃς τὸν δείλαιον ἀπολέσθαι, ἄβυσσον ἐλέους ἡ τέξασα. Πλὴν σοῦ γὰρ ἄλλην ἐλπίδα οὐ κέκτημαι. Μὴ οὖν ἐχθροῖς ἐπίχαρμα καὶ γέλως, ὁ πεποιθὼς σοὶ φανήσομαι· καὶ γὰρ ἰσχύεις ὅσα καὶ βούλει, ὡς μήτηρ οὖσα τοῦ πάντων Θεοῦ.

160 COMM. *Antequam post tertiam Sessio, recitatur Psalmus* 134, Αἰνεῖτε τὸ ὄνομα Κυρίου, Laudate nomen Domini, *et in fine cujusque Versiculi annectitur,* Alleluia. *Hic Psalmus a Græcis dicitur* πολυέλεος, *quia dum canitur, et accinitur Psalmus alius,* 135 *videlicet.* Ἐξομολογεῖσθε τῷ Κυρίῳ τὸν Κύριον, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Confitemini Domino Dominum, quoniam in seculum misericordia ejus. *Quemadmodum vero in hymnus ille, in quo vox* Ἅγιος *ter repetitur , dicitur* Τρισάγιος , *ita etiam Psalmus* 134 ; *sed tus cum Psalmo* 135, *in quo sæpe, imo in singulis Versiculis repetitur* τὸ ἔλεος, *sibi* πολυέλεος *nomen merito adscivit. Haud equidem scio, quid passus sit Allatius, dum agens de origine ac radice hujus nominis, licentius est sub disjunctione :* Πολυέλεος, *inquit Dissert.* I. *de libris Eccles. Græc. pag.* 13 *et* 14) nomen habet ab eo quod eodem tempore Psalmus alius *jam dictus* accinitur ; vel quod tunc cereis et luminibus lampadis, in medio Ecclesiæ ante Sancta Sanctorum appensæ, quæ vocatur πολυέλεος, Psalmus ille recitatur. *Hic bonus dormitat Homerus. Etenim, quamquam Allatio gratis concederem* Πολυκάνδηλον, *id est, coronam illam quæ ex templi fornice pendet, compluribus lychnis instructa, appellari apud Græcos etiam* Πολυέλεον , *tamen Psalmus ille nomen* Polyelei *inde trahere non potest ; quia* ἔλαιον, oleum, *scribitur per* αι, *quomodo Polyeleos non scribit ipse Allatius. Quapropter non refragabitur locus dubitationi, quin* Polyeleos *provenit ab* ἔλεος Misericordia, *adeoque a jam dicto Psalmo, in quo* ἔλεος, Misericordia, *tam frequenter iteratur. Quando autem non est tanta solennitas, tunc loco Psalmi* Πολυελέου, *dicitur Psalmus* Ἄμωμος Immaculati, *de quo vide num.* 60 ; *et* ἐν ᾧ *fit dicit Typicum* Ὁ Ἱερεὺς καθ' ἓν δὲ Δόξα ποιεῖ συναπτὴν μικράν. *Et in quo Sacerdos thus adolet, et ad unumquodque* Gloria *facit Collectam minorem num* 88 *propositam. Hoc ipsum et in Psalmo qui* Πολυέλεος *dicitur, fieri existimo, cum hic in majori solennitate recitetur.*

deinde Psalmus polyeleos, C F

Post Psalmum Polyeleon Sessio.

Tonus 4, *sicut* Ἐπεφάνης σήμερον.

cum Cathismate 3

161 Sapientes Doctores orbis, qui in terra Deum glorificaverunt opere et oratione, hodie extollantur ut nostræ salutis conciliatores.

Gloria *Sticheron simile.*

Hodie celebrat Ecclesia augustam memoriam trium Doctorum : etenim illi Ecclesiam divinis institutis stabilivere.

Et nunc. *Mariale simile.*

Tutela inexpugnabilis miserorum, et velox defensio in te sperantium, erue me a periculis : tu enim omnium auxilium es.

Psalmi Graduales.

Antiphonum primum quarti toni.

Μετὰ τὸν πολυέλεον κάθισμα.

Ἦχος δ', Ἐπεφάνης σήμερον.

Οἱ σοφοὶ διδάσκαλοι τῆς οἰκουμένης, οἱ Θεὸν δοξάσαντες ἔργοις καὶ λόγοις ἐπὶ γῆς, μεγαλυνέσθωσαν σήμερον, ὡς σωτηρίας ἡμῶν ὄντες πρόξενοι.

Δόξα· Ὅμοιον·

Ἑορτάζει σήμερον ἡ Ἐκκλησία τὴν σεπτὴν πανήγυριν τῶν διδασκάλων τῶν τριῶν, καὶ γὰρ αὐτοὶ ἐστερέωσαν τὴν Ἐκκλησίαν τοῖς θείοις δόγμασιν.

Καὶ νῦν. Θεοτόκιον ὅμοιον.

Προστασία ἄμαχε τῶν θλιβομένων, καὶ θερμὴ ἀντίληψις τῶν πεποιθότων ἐπὶ σέ, ἀπὸ κινδύνων με λύτρωσαι· σὺ γὰρ ὑπάρχεις ἡ πάντων βοήθεια.

Οἱ ἀναβαθμοί.

Τὸ α' ἀντίφωνον τοῦ τετάρτου ἤχου.

ἈΝΤΙΦΩΝΟΝ

A AUCTORE N. R. 162 COMM. *Quid sit Antiphonum in ecclesia Græcorum, sat fuse, opinor, num. 87 declaravimus. Hic accipe ibidem promissum exemplum. Prius tamen ex Typico annotabo, a Candelapte pulsari Semanterium ferreum, tempore quo illi Psalmi Graduales concinuntur. Verba Typici hæc sunt.* Οἱ ἀναβαθμοί, ἐν οἷς ἀπέρχεται ὁ Κανδηλάπτης καὶ σημαίνει τὸ σιδηροῦν. *Absolutis autem hisce Psalmis, succedit Antiphonum primum; Propositum dicti sive Versiculus, troparium* Πᾶσα πνοή *dictum.* D *et Psalmi graduales cum Antiphono,*

ΑΝΤΙΦΩΝΟΝ α'

Ἀγαθὸν τὸ ἐξομολογεῖσθαι τῷ Κυρίῳ, καὶ ψάλλειν τῷ ὀνόματί σου, Ὕψιστε. Ταῖς πρεσβείαις τῆς Θεοτόκου, Σῶτερ, σῶσον ἡμᾶς.

Τοῦ ἀναγγέλλειν τὸ πρωὶ τὸ ἔλεός σου, καὶ τὴν ἀλήθειάν σου κατὰ νύκτα. Ταῖς πρεσβείαις τῆς Θεοτόκου.

Ὅτι εὐθὺς Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐκ ἔστιν ἀδικία ἐν αὐτῷ. Ταῖς πρεσβείαις τῆς Θεοτόκου.

Δόξα καὶ νῦν. Ταῖς πρεσβείαις τῆς Θεοτόκου.

ANTIPHONUM I.

Bonum est confiteri Domino, et psallere nomini tuo, Altissime. Precibus Deiparæ Servator serva nos.

Ad annuntiandum mane misericordiam tuam, et veritatem tuam per noctem. Precibus Deiparæ etc.

Quoniam rectus Dominus Deus noster, et non est iniquitas in eo. Precibus Deiparæ etc.

Gloria. Et nunc. Precibus Deiparæ etc.

163 COMM. *Hoc,* ταῖς πρεσβείαις *etc. ultima vice dicitur a duobus Choris simul et majore contentione vocis, ut habet Pentecostarium.*

ΠΡΟΚΕΙΜΕΝΟΝ·

Οἱ Ἱερεῖς σου Κύριε, ἐνδύσονται δικαιοσύνην.

Τὸ στόμα μου λαλήσει σοφίαν.

B Ὁ Διάκονος. Τῷ Κυρίῳ δεηθῶμεν.

Ὁ Ἱερεὺς ἐκφώνως. Ὅτι ἅγιος ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ ἁγίοις ἐπαναπαύει, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Πᾶσα πνοὴ αἰνεσάτω τὸν Κύριον· αἰνεῖτε ἐκ τῶν οὐρανῶν, αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν ὑψίστοις· σοὶ πρέπει ὕμνος τῷ Θεῷ.

¶ Καὶ ποιεῖ ὁ Ἱερεὺς μικρὰν συναπτήν.

PROPOSITUM.

Sacerdotes tui, Domine, induent justitiam.

Os meum loquetur sapientiam. E *atque Proposito:*

Diaconus Dominum oremus.

Sacerdos elata voce. Quia sanctus Deus noster est, et Sanctis delectatur: et tibi gloriam reddimus, Patri, et Filio et Spiritui sancto, et nunc, et semper, et in secula seculorum. Amen.

Omnis Spiritus laudet Dominum; laudate Dominum de cœlis, laudate eum in excelsis. Te Deum decet hymnus,

¶ Et Sacerdos facit parvam Collectam.

COMM. *Qualem scilicet habes in majoribus Vesperis num.* 88. *Post hanc autem exclamans,* Diaconus *quidem secundum S. Germanum; secundum Typicum vero ipse* Sacerdos, *ait:*

Ὑπὲρ τοῦ καταξιωθῆναι ἡμᾶς ἀκούειν τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

164 Ut simus digni qui sanctum Evangelium audiamus, Dominum oremus.

COMM. *Hic legitur Evangelium occurrens. Sed prius, saltem secundum Philotheum, dicitur a Diacono* Σοφία, ὀρθοὶ ἀκούσωμεν τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου. Sapientia, recti audiamus sanctum Evangelium. *Sacerdos autem dicto* εἰρήνη πᾶσι pax omnibus, *subinfert:* Τοῦ κατὰ τόνδε ἁγίου εὐαγγελίου τὸ ἀνάγνωσμα. Evangelii secundum N. lectio. *Respondet populus:* Δόξα σοι Κύριε, δόξα σοι. Gloria tibi Domine, Gloria tibi. *Diaconus* Πρόσχωμεν, Attendamus. *Quibus autem diebus unumquodque Evangelium legatur, docet Typicum cap.* 8 *et Evangelistarium, sive liber, in quo ad hunc usum exarata sunt Evangelia. Post lectionem Evangelii.* *deinde legitur Evangelium I,*

Δόξα. Ἦχος β'.

Ταῖς τῶν διδασκάλων πρεσβείαις ἐλεῆμον, ἐξάλειψον τὰ πλήθη τῶν ἡμῶν ἐγκλημάτων. Καὶ νῦν.

Ταῖς τῆς Θεοτόκου πρεσβείαις ἐλέησόν με ὁ Θεός.

Καὶ τὸ στιχηρὸν τῶν Ἁγίων. Ἦχος. πλ. β'.

C Ἐξεχύθη ἡ χάρις ἐν χείλεσιν ὑμῶν, ὅσιοι Πατρές· καὶ γεγόνατε ποιμένες τῆς τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίας, διδάσκοντες τὰ λογικὰ πρόβατα πιστεύειν εἰς Τριάδα ὁμοούσιον ἐν μιᾷ θεότητι.

¶ Πᾶσα πνοή. Εὐαγγέλιον κατὰ Λουκᾶν. Εἶπεν ὁ Κύριος, ὁ ἀκούων ὑμῶν, ἐμοῦ ἀκούει.

Gloria Tonus 2.

Doctorum precibus misericors, dele multitudinem delictorum nostrorum. Et nunc.

Deiparæ precibus, Miserere mei, Deus.

Versus Sanctorum. Tonus obliquus 2.

Diffusa est gratia in labiis vestris, Patres sancti; et facti estis Pastores Ecclesiæ Christi, docentes rationales oves credere Trinitatem consubstantialem in una deitate. F

¶ Omnis spiritus, *ut antea.* Evangelium secundum Lucam: Qui vos audit, me audit. *et secundum,*

165 COMM. *Hinc videtur posse colligi: diebus festis duplex in Matutino legi apud Græcos Evangelium, alterum occurrens, quod* ἑωθινὸν *appellatur, alterum quod* ὀσιακόν. *Sed quæres, Diaconusne legat Evangelium, an Sacerdos ipse? Typicum, dum dicit* λέγομεν ἑωθινὸν εὐαγγέλιον dicimus Matutinum Evangelium, *loquitur obscurius, quam ut hanc quæstionem inde possimus dirimere. Patriarcha Philotheus quoque et S. Germanus, in contrarias partes distrahuntur. Hinc enim a Diacono Evangelium recitari affirmat, ille a Sacerdote. Locum Philothei commentans Goarus sic fatur:* In Missa Diaconus, in Matutinis Evangelium Sacerdos recitat, ut quos in Missa Sacramentis est cibaturus, prius verbo Dei pascat. Utrobique vero curam omnium cœlesti cibo pascendorum in se suscipere profitetur, ad Christi exemplum, qui prius verbo, quam corporis Sacramento, Ecclesiam pavit. Nec usus iste ab Ecclesia Latina omnino alienus est: adhuc enim mos iste viget inter D. Benedicti filios et sequaces, ut finitis matutinis Lectionibus, Abbas vel Superior, Evangelium integrum pronuntiet. *Nunc redeamus ad Typicum, tamen ante observa apud Græcos in Liturgia sive Missa non legi idem Evangelium quod in horis Canonicis: nam hoc die in Missa legitur Evangelium secundum Matthæum, quod incipit,* Vos estis lux mundi. *a Diacono, an a Sacerdote?*

¶ Μετὰ τὸν ἀσπασμὸν τοῦ Εὐαγγελίου, λέγει ὁ Ἱερεύς· Σῶσον ὁ Θεὸς τὸν λαόν σου, καὶ εὐλόγησον τὴν κληρονομίαν σου. Κύριε ἐλέησον ιβ'. Καὶ ἐκφώνησις· Ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ μονογενοῦς σου Υἱοῦ, μεθ' οὗ εὐλογητὸς εἶ, σὺν τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ

¶ 166 *Post osculum Evangelii dicit Sacerdos:* Salva, Deus, populum tuum et benedic hereditati suæ. Domine miserere, *duodecies. Et exclamatio:* Misericordia et miserationibus et benignitate unigeniti tui Filii, quocum benedictus es, cum sanctissimo

A simo et bono et vivifico tuo Spiritu, nunc et semper, et in secula seculorum. Amen. *Et inchoamus Canones.*

ζωοποιῷ σου Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας D τῶν αἰώνων· Ἀμήν. Καὶ ἀρχόμεθα τῶν Κανόνων.

AUCTORE N R.

Hic S. Germanus Litaniam interponit

167 COMM. *Verum antequam trium Doctorum Canones, a Joanne Euchaita concinnatos, subjiciamus sub aspectum, observandum est, S. Germanum non significare dicendum duodecies,* Domine miserere ; *sed verbis* Εὐλόγησον τὴν κληρονομίαν σου, *confestim subnectit sequentia dicenda a Diacono.*

Respice orbem tuum in misericordia et miserationibus. Exalta cornu Christianorum orthodoxorum, et demitte super nos tuas affluentes misericordias. Precibus illibatæ Dominæ nostræ, Genitricis Dei semperque Virginis Mariæ ; virtute venerandæ et vivificæ Crucis, patrociniis cœlestium incorporearumque Potestatum ; venerandi, gloriosique Prophetæ, Præcursoris et Baptistæ Joannis; Sanctorum gloriosorum et celeberrimorum Apostolorum ; Sanctorum, gloriosorum et victoris inclitorum Martyrum ; et reliqua sicut Litaniæ inscribuntur.

Ἐπίσκεψαι τὸν κόσμον σου ἐν ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς. Ὕψωσον κέρας Χριστιανῶν ὀρθοδόξων, καὶ κατάπεμψον ἐφ' ἡμᾶς τὰ ἐλέη σου τὰ πλούσια. Πρεσβείαις τῆς παναχράντου δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας. Δυνάμει τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ· προστασίαις τῶν ἐπουρανίων δυνάμεων ἀσωμάτων, τοῦ τιμίου ἐνδόξου προφήτου προδρόμου καὶ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου, τῶν ἁγίων ἐνδόξων καὶ πανευφήμων Ἀποστόλων, τῶν ἁγίων ἐνδόξων καὶ καλλινίκων Μαρτύρων. Καὶ τὰ λοιπὰ τούτων, ὡς ἐν τῇ λιτῇ γέγραπται.

et Philotheus explicat ritum osculandi Evangelii

168 COMM. *Hæc omnia ait S. Germanus dici a Diacono, cui tandem succinat Sacerdos, exclamando ut supra. Non fuerit, porro injucundum hic annotare et ritum et tempus, quo a Fratribus osculum sancto Evangelio imprimitur. Sic ergo scribit Patriarcha Philotheus in Ordine sacri Ministerii.*

¶ Sacerdos, demissa casula, sanctum Evangelium B ante pectus deferens, egreditur, et in medio templo stat. Lector autem, vel qui a ceremoniis est, stat ipsi a dextris, tenens candelabrum cum cereo accenso ; et osculum Sancto Evangelio de more figitur a Fratribus.

¶ Ὁ Ἱερεὺς χαλάσας τὸ φελώνιον, καὶ βαστάζων τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον ἔμπροσθεν τοῦ στήθους, ἐξέρχεται καὶ ἵσταται εἰς τὸ μέσον τοῦ ναοῦ, καὶ Ἀναγνώστης ἢ ὁ E εὐτάξιος, ἵσταται δεξιόθεν αὐτοῦ, κατέχων μανουάλιον μετὰ λαμπάδος ἡμμένης, καὶ γίνεται ὁ ἀσπασμὸς τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου, παρὰ τῶν Ἀδελφῶν συνήθως.

diebus Dominicis.

169 COMM. *Illis autem osculantibus, canitur Troparium quod incipit,* Ἀνάστασιν Χριστοῦ θεασάμενοι, *εἰ ἔστιν κυριακὴ δηλονότι, καὶ ὁ πεντηκοστὸς μετὰ μέλους, id est,* Resurrectionem Christi contemplati : *videlicet* si dies Dominica fuerit ; *quando etiam canunt* Psalmum quinquagesimum : *nam, ut idem Philotheus dicit postea,* exosculatio Evangelii festis aliis prætermittitur, nisi forte in Dominicam inciderint. *Verba ejus Græca hæc sunt :* Ἐν ἄλλῃ δὲ ἑορτῇ οὐ γίνεται ὁ ἀσπασμὸς, εἰ μὴ μόνον ἐν κυριακῇ. *Igitur nisi hoc trium Doctorum festum incidat in Dominicam, statim post,* Σῶσον ὁ Θεὸς, *dicantur Canones cum Hirmis. Canones autem in hoc Officio tres sunt, unus de Deipara, alii duo de Sanctis, omnes ejusdem Joannis Metropolitæ Euchaitorum opus : sed medius solus acrostichus : unde facile est singulorum partes a partibus aliorum discernere.*

Sequitur Canon triplex.

CANON DEIPARÆ,

Opus Joannis Euchaitæ.

ODE 1. *Tonus* 2. *Hirmus.*

170 Huc huc, Populi, cantemus carmen Christo Deo, dividenti mare, et ducenti populum quem liberavit a servitute Ægyptiorum, quoniam glorificatus est.

A gravibus tam corporis quam animæ periculis et morbis et lapsibus, o Incontaminata, eripe me, qui pie confiteor esse et proprie puram Dei Genitricem.

Integram gratiarum abyssum in te reconditam esse agnoscimus. Propterea, o Deipara, qui ad te prompto et erecto animo confugimus, divino tuo C patrocinio servamur.

Pro nobis celebrantibus Te, Castissima, ora incarnatum ex impolluto tuo et pretioso sanguine, ut simus a delictis et amaris ægrotationibus immunes.

Ὁ ΚΑΝΩΝ ΤΗΣ ΘΕΟΤΟΚΟΥ,

Ποίημα Ἰωάννου Εὐχαΐτων

ὨΔΗ α'. Ἦχος β'. Ὁ εἱρμός.

Δεῦτε λαοὶ, ᾄσωμεν ᾆσμα Χριστῷ τῷ Θεῷ, τῷ διελόντι θάλασσαν, καὶ ὁδηγήσαντι τὸν λαὸν, ὃν ἀνῆκε δουλείας Αἰγυπτίων, ὅτι δεδόξασται.

Τὸν εὐσεβῶς σε Θεοτόκον κυρίως ἁγνὴν ὁμολογοῦντα, Ἄχραντε, ψυχῆς καὶ σώματος χαλεπῶν ἐκ κινδύνων καὶ νόσων, καὶ πταισμάτων σύ με διάσωσον.

Ὅλην ἐν σοὶ τῶν χαρισμάτων ἄβυσσον ἀποκειμένην ἔγνωμεν. Διὸ προσφεύγοντες, Θεοτόκε, προθύμως τῇ σκέπῃ σου τῇ θείᾳ διασωζόμεθα.

Ὑπὲρ ἡμῶν τῶν σε ὑμνούντων δυσώπησον τὸν σαρκωθέντα, Πάναγνε, ἐκ τῶν ἀχράντων σου καὶ τιμίων αἱμάτων, ῥυσθῆναι ἐκ πταισμάτων καὶ νοσημάτων F πικρῶν.

ALTER CANON SANCTORUM,

Cujus acrostichis est

O Trinitas, lucere tres soles facis.

Opus ejusdem Joannis.

171 ODE 1. *Tonus et Hirmus idem.*

O mortales, quam remunerationem afferetis quam studiorum officiorumque vicissitudinem dignam iis, qui sunt tam bene de vobis meriti, et per quos perducti estis ad piesancteque vivendum?

Versæ rhetorum linguæ, artesque methodique, et omnis dicendi vis atque copia nunc in argumentum incumbant unum ; et a quibus honorata sunt, eos vicissim honorent.

Revolventes animo bona cœlestia, nihil terrestre sustinuerunt habere proprium ; sed fuerunt custodes assertoresque communitatis ; ideo et communi laude ornentur. *Mariale.*

Immunis ab omni labe, Te, commune naturæ nostræ decus celebramus omnes, labium effecti unum, unumque concentum perficientes.

ἝΤΕΡΟΣ ΚΑΝΩΝ ΤΩΝ ἉΓΙΩΝ,

οὗ ἡ ἀκροστιχίς

Τριήλιον φῶς, τρεῖς ἀνῆψεν ἡλίους.

Ποίημα τοῦ αὐτοῦ Ἰωάννου.

ὨΔΗ α'. Ἦχος καὶ εἱρμὸς ὁ αὐτός.

Τίς ἀμοιβὴ, τίς ἀνταπόδοσις πρέπουσα τοῖς ἡμετέροις, ἄνθρωποι, προσενεχθήσεται παρ' ἡμῶν εὐεργέταις, δι' ὧν πρὸς τὸ εὖ εἶναι χειραγωγούμενοι;

Ῥητορικαὶ γλῶσσαι, καὶ τέχναι, καὶ μέθοδοι, καὶ πᾶσα λόγων δύναμις, νῦν εἰς ὑπόθεσιν συγκινηθῶσαν μίαν, καὶ τοὺς τετιμηκότας ἀντιτιμηθῶσαν.

Ἴδιον μὲν οὐδὲν ἠνέσχοντο κτήσασθαι ἐν γῇ οἱ οὐρανόφρονες, φύλακες δ' ὤφθησαν τοῦ κοινοῦ καὶ προστάται· κοινῶν οὖν καὶ τῶν ὕμνων κατηξιώθησαν.

Θεοτοκίον.

Μὲ τὴν κοινὴν φιλοτιμίαν, Παναμώμε, τῆς ἡμετέρας φύσεως πάντες δοξάζομεν, χεῖλος ἓν γεγονότες, καὶ συμφωνίαν μίαν ἀποτελέσαντες.

A

ἝΤΕΡΟΣ ΚΑΝΩ͂Ν ΤΩ͂Ν ἉΓΙΩ͂Ν.

Ποίημα τοῦ αὐτοῦ.

ὨΔΗ' α'. Ἦχος πλ. δ'. Ἁρματηλάτην Φαραώ·

Οὐκ ἀνθρωπίνης τὸ παρὸν ἐγχείρημα σπουδῆς κατόρθωμα, ἀλλ' ἡ τοῦ σοῦ θρόνου πάρεδρος, Φιλάνθρωπε, σοφία συνεργείτω μοι, λόγου χάριν διδοῦσα, δι' ἧς δοξάσαι δυνήσομαι, οὓς αὐτὴ καλῶς προεδόξασεν.

Ὥσπερ κρατὴρ ὑπερεῤῥύη, Δέσποτα, ἡ ἀγαθότης σου, καὶ ὁ πολὺς πλοῦτος τῆς φιλανθρωπίας σου ἐκχεῖται καὶ διώδευσεν, ὡς καὶ ἄλλους Ἀγγέλους μετὰ σαρκὸς ὑποστήσασθαι, τοὺς νῦν προκειμένους εἰς ἔπαινον.

Ἐξ οὐρανοῦ τοῖς οὐρανίοις ἔπρεπε καὶ τὰ ἐγκώμια, ἀγγελικὸς ὕμνος τοῖς θείοις ἁρμόδιος· Θεοὶ γὰρ κατὰ μέθεξιν οἱ τὸν φύσει καὶ μόνον ἀληθινὸν Θεὸν ἔχοντες, ζῶντα ἐν αὐτοῖς καὶ φθεγγόμενον. Θεοτοκίον.

Μνήμην δικαίων ὁ θεόφρων σύλλογος μετ' ἐγκωμίων τέλει, οἷς ἡ Θεοῦ μήτηρ, ὡς αὐτῶν κεφάλαιον εἰκότως,
B συνδοξάζεται, τελευταίαν καὶ πρώτην καὶ μέσην τάξιν ἐπέχουσα, καὶ τῆς εὐφημίας μετέχουσα. Καταβασία.

Χέρσον, ἀβυσσοτόκον, πέδον ἥλιος ἐπεπόλευσέ ποτε, ὡσεὶ τεῖχος γὰρ ἐπάγη ἑκατέρωθεν ὕδωρ λαῷ πεζοποροῦντι καὶ θεαρέστως μέλποντι· Ἄσωμεν τῷ Κυρίῳ· ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται.

D

ALIUS CANON SANCTORUM.

Opus ejusdem.

172 Ode 1. *Tonus obliquus* 4, *sicut* Ἁρματηλάτην Φαραώ.

Conatus præsens non est humanæ diligentiæ opus. Quare, o Benigne, Sedi tuæ assidens sapientia mihi præsto sit, et suppeditet gratiam sermonis; ut, quos ipsa præclare ante glorificavit, eosdem glorificare valeam.

Bonitas tua, Domine, non aliter redundavit ac crater: et divitiæ multæ benignitatis tuæ effusæ sunt, eoque pervenerunt, ut et alios condideris in carne Angelos, qui nunc laudandi proponuntur.

Cœlestes cœlestia decent præconia; hymnus angelicus divinis hominibus congruit: Nam qui natura unum verum Deum habent et viventem in se et loquentem, illi per communicationem dii sunt. *Mariale.*

Pius cœtus cum præconio agit memoriam Justorum, quibuscum Dei Mater, tamquam ipsorum caput, merito glorificatur, primum-mediumque or- E
dinem occupans et gloriæ particeps. *Catabasia.*

Solum sterile et incultum, locum abyssi, sol aliquando ut campum lustravit: etenim instar muri stetit aqua utrimque, donec populus pedibus pertransiret mare, et ex divino præcepto caneret Cantemus Domino: gloriose enim glorificatus est.

173 Comm. *Post Catabasiam primam secundum numerorum ordinem, sequi deberet* Ode 2, *sed quia hæc sumitur per ordinem feriarum ex Canticis sacræ Scripturæ ut dixi in Dissertatione onomastica num.* 17 *et præterita Canonum Auctores semper transeant ad* Oden 3, *quæ prætermissio manifeste patet ex Canonibus Acrostichicis, qualis in hoc Officio est secundus: qui Canones continuantur eodem semper ordine, quo supra, hoc modo.*

ὨΔΗ' γ'

Στερέωσον ἡμᾶς ἐν σοί, Κύριε, ὁ ξύλῳ νεκρώσας τὴν ἁμαρτίαν· καὶ τὸν φόβον σου ἐμφύτευσον εἰς τὰς καρδίας ἡμῶν τῶν ὑμνούντων σε.

Πρεσβείαις σου, Ἁγνή, Θεόν, ὃν ἔτεκες, παράσχου εὐΐλατον τοῖς ἱκέταις, τοῖς προστρέχουσι τῇ σκέπῃ σου, καὶ πιστῶς προσκυνοῦσί σου τὴν κύησιν.

Ὅλην μου τὴν ζωὴν διακυβέρνησον, Παρθένε, ἐλπίς
C μου καὶ προστασία· πειρασμῶν καὶ περιστάσεων λυτρουμένη δεινῶν με, Ἀειπάρθενε.

Σοφίαν τοῦ Θεοῦ τὴν ἐνυπόστατον ἀγκάλαις ὡς φέρουσα Θεοτόκε, ἐξ ἀγνοίας καὶ πλανήσεως λυτρωθῆναι τοὺς ὑμνοῦντάς σε ἱκέτευε.

ἌΛΛΟΣ. Ἐν πέτρᾳ με τῆς πίστεως ἐστερέωσας.

Σάλπιγξ ἡ μεγάλη τῆς Ἐκκλησίας, ὁ λύχνος ὁ φωτίζων τὴν οἰκουμένην, ὁ κῆρυξ ὁ τῷ φθόγγῳ περιλαμβάνων πάντα τὰ πέρατα, ὁ μεγαλώνυμος συγκροτεῖ τὴν σύναξιν ταύτην Βασίλειος.

Λαμπρὸς ἀπὸ τοῦ βίου καὶ τῶν πραγμάτων, λαμπρὸς ἀπὸ τοῦ λόγου καὶ τῶν δογμάτων, ἐν πᾶσιν ὑπερλάμπων πάντας ὡς ἄλλους ἀστέρας ἥλιος, ὁ πολυύμνητος Θεολόγος σήμερον μακαρίζεται.

Ἰδοὺ τὸ φῶς τοῦ κόσμου τῷ κόσμῳ φαίνει· ἰδοὺ τῆς γῆς τὸ ἅλας τὴν γῆν ἡδύνει· ἰδοὺ τὸ ζωῆς ξύλον· ἀθανασίας καρποὺς προβάλλεται ὁ χρυσοῦς Ἅγιος· Οἱ θανεῖν μὴ θέλοντες, δεῦτε τρυφήσατε· Θεοτόκιον;

Ὁ πάντα ἐκ μὴ ὄντων ὄντα ποιήσας, καὶ φύσιν δοὺς ἑκάστῳ τῶν γενομένων, αὐτὸς καὶ τὰς δοθείσας φύσεις ἀμοίβειν οἶδεν, ὡς βούλεται· ὅθεν ἀκούεται καὶ παρθένος τίκτουσα. Τίς οὐ θαυμάζεται;

ODE III.

Confirma nos in te, Domine, qui ligno interfecisti peccatum; et tui timorem immitte in nostra Te laudantium præcordia.

Quem peperisti Deum, Intemerata, hunc tua prece et obsecratione redde propitium supplicibus, se tradentibus in tuam tutelam, et fideliter partum tuum adorantibus.

Vitam meam totam dirige, Virgo, spes mea atque defensio; tentationibusque et necessitatibus erue F
me gravibus, semper Virgo.

Dei Genitrix, quæ tuis ulnis vere portasti subsistentem Dei sapientiam, pete famulos tuos ignorantia et errore liberari.

174 Alius. *Sicut* ἐν πέτρᾳ με τῆς πίστεως ἐστερέωσας.

Non parva Ecclesiæ buccina, lucerna illuminans orbem, præco omnes mundi fines voce comprehendens, Magni nomine insignitus Basilius, hunc cœtum convocat.

Illustris vita et rebus gestis, illustris facundia et documentis, omnes omni ex parte sicut sol alias stellas exuperans, multa laude cumulatus Theologus; hodierna die beatus prædicatur.

Totius mundi lumen ecce mundo toti ostenditur; ecce sal terræ terram condit: ecce lignum vitæ, ecce immortalitatis fructus effundit Sanctus Aureus. Qui mori non vultis, huc adeste, et delicias capite. *Mariale*

A principio qui creavit omnia quæ sunt, ex iis quæ non erant, et qui suam cuique rei naturam dedit, datas naturas novit mutare ut vult; unde auditur et Virgo parens. Quis non miretur?

Comm.

A

COMM. *Tertii Canonis non Acrosthici pars altera* *sic prænotatur*·

ALIUS. *Sicut* ὁ στερεώσας κατ' ἀρχὰς τοὺς οὐρανούς.

175 Emendatores morum, animorumque œconomi· communes omnium servatores; factorum dictorumque speciem nobis et exemplar proponentes: vitæ moderatores illustres, illustri celebrentur encomio.

Spiritus Dei replevit Basilium scientia: ex linguis flammeis habuit unam Gregorius, et ignem sublimis eloquii spiravit: in Joanne autem os Christi locutum est.

Hujus seculi manifeste antiquatam sapientiam sibi subditam habet stultitia prædicationis, et perinde ac famulam servientem: nam gratia oratores facundos facit. *Mariale.*

Qui Virginis puræ inhabitavit uterum, facit animas deiferorum Sanctorum domicilium suum; et illorum ore pandit quæ Matrem suam spectant mysteria. *Catabasia.*

B Firmamentum confidentium in te Domine, firma Ecclesiam quam acquisivisti pretioso tuo sanguine.

Sessio. *Tonus obliquus 4 Sicut* τὴν σοφίαν καὶ λόγον.

176 Magna luminaria, splendorem afferentia, firmasque Ecclesiæ turres, concorditer laudemus, qui pulchris eorum monumentis pariter ac gratia fruimur: sapientem Joannem, fundentem aurea flumina eloquentiæ; et magnum Basilium, cum Gregorio præstanti Theologo: quibus toto pectore clamemus; Hierarchæ ter maximi, precamini Christum Deum, ut sanctam vestri memoriam recolentibus, errata condonet.

Gloria. *Simile.*

177 Accepta divinitus sapientia, quemadmodum alii tres Christi Apostoli, explicastis pulcro elegantique sermone dogmata, quæ antea sermone rudi et simplici piscatores tamquam fundamenta ponebant, in scientia et virtute spiritus: etenim religionem nostram simplicem, hac etiam ratione constitui oportebat. Unde omnes clamamus ad vos, precamini Christum Deum, ut sanctam vestri memoriam recolentibus errata condonet.

C Et nunc. *Mariale simile.*

178 Animam meam humilem, Virgo, in hujus vitæ discrimine tentationumque turbine, quasi sine gubernatore, fluctuantem jam ac pene submersam, ejiciendoque peccatorum oneri imparem, et constitutam in periculo decidendi in ima tartara, serva Dei Genitrix clementissimis tuis precibus; affer tranquillitatem; et periculum propulsa: Tu es enim portus expers tempestatis. Roga ergo Redemptorem et filium Deum, ut mihi lapsuum veniam concedat, quia in te spem omnem pono, indignus famulus tuus.

ODE 4. *Hirmus.*

179 Obedivi, Domine, sermonibus providentiæ tuæ: et Te, qui solus benignus es, glorificavi.

O Domina Dei parens, me animæ carnisque vulneribus ac morbis libera.

Ex necessitate, procellis et periculis eripe me per tuas preces, Mater Dei, quæ sola es omni laude dignissima.

Jactatum hujus vitæ fluctibus serva me, Virgo, ad portum tuum deducens.

D

ἌΛΛΟΣ. Ὁ στερεώσας κατ' ἀρχὰς τοὺς οὐρανούς.

Οἱ τῶν ἠθῶν διωρθωταὶ καὶ τῶν ψυχῶν οἰκονόμοι, οἱ σωτῆρες οἱ κοινοὶ τῶν ἁπάντων, οἱ καὶ πράξεων ἡμῖν καὶ λόγων τύπους δείξαντες, οἱ παιδευταὶ τοῦ βίου, λαμπροὶ λαμπρῶς εὐφημείσθωσαν.

Πνεῦμα ἐνέπλησε Θεοῦ Βασίλειον ἐπιστήμης· τῶν πυρίνων δὲ γλωσσῶν ἔσχε μίαν ὁ Γρηγόριος, καὶ πῦρ ὑψηγορίας ἔμπνευσε· τὸ τοῦ Χριστοῦ δὲ στόμα ἐν Ἰωάννῃ ἐλάλησεν.

Τοῦ νῦν αἰῶνος τὴν σαφῶς καταργουμένην σοφίαν ἡ μωρία τοῦ κηρύγματος ἔχει ὑποκύπτουσαν αὐτῇ, καὶ δουλικῶς λατρεύουσαν· κήρυκας γὰρ ἡ χάρις σοφοὺς προβάλλεται ῥήτορας. Θεοτόκιον.

Ὁ ἐν τῇ μήτρᾳ τῆς ἁγνῆς κατασκηνώσας Παρθένου, τὰς ψυχὰς τῶν θεοφόρων Ἁγίων οἰκητήριον ποιεῖ, καὶ τοῖς ἐκείνων στόμασι τὰ κατὰ τὴν μητρὰ διερμηνεύει μυστήρια. Καταβασία.

Ὁ στερέωμα τῶν ἐπὶ σοὶ πεποιθότων, στερέωσον Κύριε τὴν Ἐκκλησίαν, ἣν ἐκτήσω τῷ τιμίῳ σου αἵματι. E

Κάθισμα. Ἦχος πλ. δ'. Πρὸς τὴν σοφίαν καὶ λόγον·

Τοὺς μεγάλους φωστῆρας τοὺς φεραυγεῖς, Ἐκκλησίας τοὺς πύργους τοὺς ἀρραγεῖς, συμφώνως αἰνέσωμεν, οἱ τῶν καλῶν ἀπολαύοντες καὶ τῶν λόγων τούτων ὁμοῦ τῆς χάριτος· τὸν σοφὸν Χρυσοῤῥήμονα, καὶ τὸν μέγαν Βασίλειον, σὺν τῷ Γρηγορίῳ τῷ λαμπρῷ Θεολόγῳ· πρὸς οὓς βοήσωμεν ἐκ καρδίας κραυγάζοντες· Ἱεράρχαι τρισμέγιστοι, πρεσβεύσατε Χριστῷ τῷ Θεῷ τῶν πταισμάτων ἄφεσιν δωρήσασθαι τοῖς ἑορτάζουσι πόθῳ τὴν ἁγίαν μνήμην ὑμῶν.

Δόξα. ὅμοιον.

Τὴν σοφίαν λαβόντες παρὰ Θεοῦ, ὡς Ἀπόστολοι ἄλλοι τρεῖς τοῦ Χριστοῦ, τῷ λόγῳ τῆς γνώσεως συνιστᾶτε τὰ δόγματα, ἃ τὸ πρὶν ἐν λόγοις ἁπλοῖς κατεβάλλοντο ἁλιεῖς,, ἐν γνώσει καὶ δυνάμει τοῦ πνεύματος· ἔδει γὰρ καὶ οὕτως τὸ ἁπλοῦν ἡμῶν σέβας τὴν σύστασιν κτήσασθαι· ὅθεν πάντες βοῶμεν ὑμῖν, πρεσβεύσατε Χριστῷ τῷ Θεῷ, τῶν πταισμάτων ἄφεσιν δωρήσασθαι τοῖς ἑορτάζουσι πόθῳ τὴν ἁγίαν μνήμην ὑμῶν.

Καὶ νῦν. Θεοτόκιον ὅμοιον. F

Τὴν ψυχήν μου Παρθένε, τὴν ταπεινήν, τὴν ἐν ζάλῃ τοῦ βίου τῶν πειρασμῶν, νῦν ὡς ἀκυβέρνητον, ποντουμένην τῷ κλύδωνι, ἁμαρτιῶν τῷ φόρτῳ ὀφθεῖσαν ὑπέραντλον, καὶ ἐν πυθμένι ᾍδου ἐλθεῖν κινδυνεύουσαν, φθάσον Θεοτόκον, πρεσβειῶν σου ἐλέει, γαλήνην παρέχουσα, καὶ κινδύνων ἐξαίρουσα· σὺ λιμὴν γὰρ ἀχείμαστος· πρεσβεύουσα τῷ σωτῆρι καὶ υἱῷ Θεῷ τῶν πταισμάτων ἄφεσιν δοθῆναι μοι· σὲ γὰρ ἔχω ἐλπίδα ὁ ἀνάξιος δοῦλος σου.

ὨΔΗ' δ'. Ὁ Εἱρμός.

Εἰσακήκοα, Κύριε, τὴν ἀκοὴν τῆς σῆς οἰκονομίας, καὶ ἐδόξασά σε, μόνε φιλάνθρωπε.

Τῶν τραυμάτων μου, Δέσποινα, τῶν τῆς ψυχῆς σαρκός τε νοσημάτων, ἡ Θεὸν τεκοῦσα, λύσιν παράσχου μοι.

Ἐκ περιστάσεως ῥῦσαί με, μῆτερ Θεοῦ, καὶ ζάλης καὶ κινδύνων ταῖς σαῖς ἱκεσίαις, μόνη πανύμνητε.

Χειμαζόμενον κλύδωνι βιωτικῶν ἐξάρπασον, Παρθένε, πρὸς τὸν σὸν λιμένα καθοδηγοῦσά με.

COMM.

A COMM. *Hinc iterum reditur ad Canonis acrostichici metrum prosequendum.* D

ἌΛΛΟΣ. πρὸς Ἐλύλυθας ἐκ παρθένου.

Σοφοὶ γενόμενοι ἐκ τῆς κάτω σοφίας, κυβέρνησιν ἔνδοξοι πάρα τῆς θείας ἐκτήσασθε· ὅθεν ὡς θεράπαιναν ταύτην ἐκείνῃ πανσόφως ὑπετάξατε.

Φιλόσοφοι, τοὺς σοφοὺς εἰ φιλεῖτε, σοφίσθητε, καὶ λέγειν διδάχθητε πάντες οἱ λόγους θαυμάζοντες, πράξεως ἀκρίβειαν καὶ θεωρίας ἐντεῦθεν ἐξασκούμενοι.

Θεοτόκιον.

Ὡς ὄψιμος ὑετὸς ἐπ' ἐσχάτων ὁ πρόϊμος, ὑδάτων αἰώνων τε δημιουργὸς εἰς τὴν μήτραν σου ἔσταξε Πανάμωμε, κατὰ καιρὸν ἀναψύχων τοὺς ἐκλείποντας.

ἌΛΛΟΣ. Σύ μου Χριστὲ Κύριος.

Στῦλος πυρὸς λαοῦ πιστοῦ προηγούμενος καὶ φλογίζων τοὺς ἐχθροὺς τῆς πίστεως, τὰς δὲ φυλὰς σώζων ἀσφαλῶς τὰς ἑπομένας, ὁ μέγας ὤφθη Βασίλειος· θαρσείτω καὶ νικάτω ἡ Χριστοῦ Ἐκκλησία, τηλικοῦτον πλουτήσασα πρόμαχον.

Γλώσσης τρυφή, καὶ ἀκοῆς πάσης ἥδυσμα, ὁ σὸς λόγος πέφυκε, Γρηγόριε· μάννα ζωῆς, ὀρόσος γλυκασμοῦ, μέλι τὸ ἐκ πέτρας, ἀγγέλων ἄρτος οὐράνιος, ἀπλήστως
B ἐμφορεῖσθαι τῆς ἡδύτητος πείθων, καὶ πληρῶν ἡδονῆς τοὺς μετέχοντας.

Ὁ ποταμὸς τῶν χαρισμάτων τοῦ Πνεύματος ἐπληρώθη ὁ Ἰωάννης μέχρι καὶ προχύσεως· καὶ τὸ καλὸν πρόσωπον τῆς γῆς, ὡς τρυφῆς χειμάρρους, ἀπὸ χρυσοῦ ἄρδει στόματος, εὐφραίνων καὶ πιαίνων τοῦ Χριστοῦ πᾶσαν πόλιν τοῖς τῆς θείων ναμάτων ὁρμήμασι. Θεοτ.

Φύσιν ἁπλῆν, ἀνεπιδεχομένην συνθέσεως, καὶ φανεῖσαν κρείττονα συγχύσεως, ἐπὶ τοῦ σοῦ, Δέσποινα, Υἱοῦ οἱ τρεῖς θεηγόροι δογματισταὶ ὡμολόγησαν, ἐκ δύο θελημάτων καὶ διπλοῦς ἐνεργείας τὸν διπλοῦν κατὰ φύσιν γνωρίσαντες. Καταβασία.

Ἐκάλυψεν οὐρανοὺς ἡ ἀρετή σου Χριστέ· τοῦ κιβωτοῦ γὰρ προελθὼν τοῦ ἁγιάσματός σου τῆς ἀφθόρου μητρός, ἐν τῷ ναῷ τῆς δόξης σου ὤφθης ὡς βρέφος ἀγκαλοφορούμενος, καὶ ἐπληρώθη τὰ πάντα τῆς σῆς αἰνέσεως.

ΩΔΗ ε'. Ὁ εἱρμός.

Ὁ τοῦ φωτὸς χορηγός, καὶ τῶν σῶν αἰώνων ποιητής, Κύριε, ἐν τῷ φωτὶ τῶν σῶν προσταγμάτων, ὁδήγησον ἡμᾶς· ἐκτός σου γὰρ ἄλλον Θεὸν οὐ γινώσκομεν.

Ὅπλον ἀήττητον κατὰ ποικίλων πειρασμῶν ἔχοντες τῶν δυσμενῶν πάσης ἐπηρείας λυτρούμεθα ἀεί, οἱ σὲ Θεοτόκον, Ἁγνή, ἐπιστάμενοι.

C Νόμου τὸ πλήρωμα ἡ ὑψηλοτέρα χερουβεὶμ τέτοκας τὸν τοῦ Θεοῦ ἐν σοὶ σαρκωθέντα υἱὸν μονογενῆ, ὃν ὑπὲρ τῶν δούλων τῶν σῶν ἐξιλέωσαι.

Τὸν τοῦ παντὸς ποιητὴν ἐν ταῖς ἀγκάλαις σου, Ἁγνή, φέρουσα, τοῦτον ἡμῖν ταῖς σαῖς ἱκεσίαις εὐίλατον δίδου, τοῖς νῦν ἐκ καρδίας πρὸς σὲ καταφεύγουσι.

ἌΛΛΟΣ. Ὁ φωτισμός·

Μὴ τὴν πηγὴν τῶν σεαυτοῦ χαρισμάτων ἐκπιεῖν, ὅλως φιλάνθρωπε, δέδωκας τοῖς Ἁγίοις, ἐλαττωθεῖσαν οὐδαμῶς τῇ κενώσει, τὸν δὲ κόσμον πάντα μεθύσασαν, τοῖς ἐκ τῆς κοιλίας αὐτῶν θείοις ῥεύμασιν.

Τί μοι χρυσός; τί μοι πλοῦτος καὶ δόξα καὶ δυναστεία; καπνοὶ διεσσέοντες εἰς ἀέρα. Πάντα οἰχέσθω, αὔρα πάντα φερέτω· ἐμοὶ πλοῦτος εἷς πολυέραστος ἡ τῶν Διδασκάλων τριὰς ῥητορεύουσα.

Ῥεῖ ποταμὸς ἀμβροσίαν καὶ νέκταρ· ῥεῖ τοῖς πεινῶσιν ἀθάνατος βρῶσις, καὶ τοῖς διψῶσιν ἄφθαρτος πόσις ὕδωρ ζῶν εἰς αἰῶνας καὶ συνέχον ζῶντας τοὺς πίνοντας· πάντες πλημμυρούσης ζωῆς ἐμφορήθητε. Θεοτόκιον.

Ἔσχεν ἰσχὺν καθ' ἡμῶν ἡ κακία, ἀλλ' οὐκ εἰς τέλος· ἠσθένησε γὰρ μετὰ τὴν παρθένον τὸν ἐν ἰσχυὶ δυνατὸν τετοκυῖαν ὑπελθόντα σαρκὸς ἀσθένειαν, καὶ τὸν δυνατὸν ἐν κακίᾳ νεκρώσαντα.

ALIUS, *sicut* Ἐλύλυθας ἐκ παρθένου.

Sapientes facti ex inferiori sapientia, gubernandi rationem a divina sapientia gloriose consecuti estis: unde illam huic, quasi famulam, sapientissime subjecistis.

Lumen sapientiæ quærite, philosophi, si sapientes diligitis; et docemini loqui omnes, qui artem loquendi admiramini, hinc exercitati in agendi contemplandique studio. *Mariale.*

Ut pluvia serotina valde ac temporanea, sic aquarum seculorumque artifex in tuum, o Virgo uterum, sine omni labe, peropportune descendit, ad deficientes refocillandos.

180 ALIUS, *sicut*, Σύ μου Χριστὲ Κύριος.

Columna ignis fidelem præcedens populum, urens inimicos fidei, et sequentes Tribus secura servans custodia, magnus extitit Basilius. Confidat et vincat Christi Ecclesia, tanto dives propugnatore.

Linguæ delicium et cujusvis auditus jucunditas fuit oratio tua, Gregori; manna vitæ, res dulcedinis, mel de petra, panis cœlestis Angelorum, lectorum alliciens animos ut tua suavitate sese insatiabiliter ingurgitent; eosque voluptate complens. E

Fluvius charismatum Spiritus, Joannes, repletus est usque ad effusionem; et pulchram terræ faciem quasi torrente voluptatis ex ore irrigat aureo; exhilarans Christi totam civitatem et pinguefaciens impetu divinarum undarum. *Mariale.*

Naturam simplicem, expertem compositionis, et perfectiorem quam ut confundatur, in tuo, Domina, Filio tres illi divini Doctores confessi sunt; in duabus voluntatibus et duplici operatione, duplicem illum secundum secundam naturam agnoscentes. *Catabasia.*

Virtus tua, Christe, obduxit cœlos; procedens enim ex arca sanctificationis tuæ incorruptæ Matris, in templo gloriæ tuæ visus es ut infans gestatus ulnis, et omnia impleta sunt laude tua.

ODE 5. *Hirmus.*

181 Luminis largitor et temporum opifex, Domine, in lumine mandatorum tuorum dirige nos: extra Te enim alium Deum non cognoscimus.

Habentes armaturam inexpugnabilem contra tentationes diversi generis, omni adversariorum improbitate semper expedimur, qui Te Dei Genitricem incontaminatam credimus.

Appropinquante legis plenitudine, sublimior Cherubinis, peperisti incarnatum ex Te filium Dei unigenitum, quem servis tuis reconcilia. F

Omnium Conditorem quem tuis ulnis Intemerata, portasti, redde precibus tuis nobis propitium, quia ad Te ex animo confugimus.

182 ALIUS. *sicut* Ὁ φωτισμός.

Charismatum tuorum fontem propinasti, o hominum amans Deus, Sanctis bibendum: qui quantumcumque bibitur, imminuitur numquam; sed divinis rivulis, ex sinu ipsorum profluentibus, mundum inebriat universum.

Ecquid mihi aurum? quid mihi opes gloriaque et potentia? sumi abeuntes in aerem. Omnia facessant, ventus ferat omnia. Mihi opes unæ multum amabiles, eloquens Doctorum Trinitas.

Rivus ambrosiæ fluit et nectaris; fluit cibus immortalis esurientibus, et sitientibus incorruptus potus, aqua vivens in secula, et bibentes in vivis conservans. Omnes vita exundante implemini. *Mariale.*

Exuperans malitia in nos habuit potestatem; at non in finem usque. Est enim debilitata, postquam Virgo peperit potentem virtute, qui carnis infirmitatem subiit, et potentem malitia prostravit. *Exhinc*

Exhinc continuatur secundus de Sanctis Canon.

183 Alius. *sicut* Ἱματί με ἀπώσω.

Divinarum humanarumque rerum scientia imbutos, qui studio veritatis naturas rerum nobis enodarunt, cunctisque ostenderunt illarum opificem, remuneremur (ut æquum est) gratiarum actionibus.

Salubriorum pharmacorum amaritiem dulcem reddiderunt doctis sermonum illecebris, artibusque et leporibus, divini medici animarum. Lætamini, Pii omnes, et cum jucunditate ad salutem incumbite.

Præconibus divinis Divina tractantibus, omnis sermo tacet; et testamento vetere præstat novum, proponens pretiosas tabulas suarum legum, quibus tota Fidelium respublica regitur ac temperatur.

Mariale.

Naturam immortalem mortalis præcucurrit sanctitate, et puella Virgo superavit carnis expertes Angelos, quando genuit Regem Angelorum Deum, quem illi obtueri haud possunt. *Catabasia.*

Ut vidit Esaias symbolice in excelso solio Deum, gloria Angelorum tamquam satellitio stipatum: Miser ego! exclamabat: coram enim vidi corpore indutum Deum, luci vesperum non habenti pacique dominantem.

184 ODE 6. *Hirmus.*

Ego qui in abysso peccatorum volutor, investigabilem misericordiæ tuæ imploro abyssum, Ex interitu educ me, Deus.

Salutis portum agnosco Te, Domina, et navigans solicitæ vitæ pelagus, obsecro, ut gubernatrix animæ sis meæ.

Sanctiore statu excidi, qua miser torpebam otio. Sed me reduc, Benedicta et omni ex parte castissima, meque tui Filii mandatis accommoda.

185 Alius. *sicut* Ἄβυσσος ἁμαρτημάτων.

Triplicem proprietatem in Triade explicatis: quippe theologica commentatione disserentes, quemodo non sit genitus Pater, quomodo genitum Verbum, et Spiritus quomodo solus procedat.

Repente huic domui refulsit hodie salus manifesta: nam Christus, honorans duos vel tres congregatos in nomine suo, est in medio eorum.

Est profunditas terræ immenso intervallo remota est a cœli altitudine; Sanctos tamen ultra cœlos cœlestis amor extulit. *Mariale.*

Sancta Virgo, cum te haberent novum fontem novamque originem mysteriorum, idem tres Theologi, studuerunt formulas loquendi novas novis argumentis adaptare.

186 Alius. *sicut* Ἱλάσθητί μοι σωτήρ.

Trinitatem unam adstruere theologice ab illis Patribus edocti sumus; Unitatem trinam laudandam accepimus; adorare didicimus unam in tribus Personis naturam.

In principio erat Verbum apud Patrem coæternum: cum Verbo erat Spiritus, sed ex Genitore *, simplex, consubstantialis, connaturalis Divinitas, quemadmodum divini illi Oratores pronuntiant.

Conjungo et disjungo; conjunctim disjuncta cogito unum individuum, et tres imaginor: sequor tres Deo afflatos Magistros, qui me ad sic credendum adducunt. *Mariale.*

Sine matre ante assumptam carnem, sine patre post assumptam; ita filius patris et matris dictus, utrimque vim intelligendi excedit. At enim admirabilia, et quæ sunt supra intelligentiam omnium, Numen supremum decent.

ἌΛΛΟΣ. Ἱματί με ἀπώσω·

Τοὺς τῶν θείων πραγμάτων καὶ τῶν ἀνθρωπίνων σοφῶς ἐπιστήμονας, τὰς τῶν ὄντων φύσεις φιλαλήθως ἡμῖν σαφηνίσαντας, τὰς τῶν τούτων κτίστην πᾶσι γνωρίσαντας, ὡς θέμις, εὐχαρίστοις φωναῖς ἀμειψώμεθα.

Τὸ πικραῖνον καὶ στῦφον τῶν πρὸς σωτηρίαν φαρμάκων ἐγλύκαναν ταῖς σοφαῖς τῶν λόγων ἐπῳδαῖς τε καὶ τέχναις καὶ χάρισι, τῶν ψυχῶν οἱ θεῖοι θεραπευταί· θέλγεσθε πάντες εὐσεβεῖς, καὶ τερπόμενοι σώζεσθε.

Σιωπᾷ λόγος ἅπας τῶν θεοκηρύκων λαλούντων τὰ ἔνθεα, καὶ κρατεῖ τῆς πάλαι διαθήκης ἡ νέα προβάλλουσα τὰ σεπτὰ πυξία τῶν ἐν αὐτῇ νομοθετημάτων, οἷς ῥυθμίζεται πᾶς πιστῶν σύλλογος. Θεοτοκίον.

Τὴν ἀθάνατον φύσιν ἡ θνητὴ παρέδραμεν εἰς ἁγιότητα, καὶ παρθένος κόρη τοὺς ἀσάρκους ἀγγέλους παρῆλθεν, ὡς Θεὸν τεκοῦσα τὸν βασιλέα τῶν ἀγγέλων, ὃν προσβλέπειν ἐκείνοις ἀδύνατον. Καταβασία.

Ὡς εἶδεν Ἡσαΐας συμβολικῶς ἐν θρόνῳ ἐπηρμένῳ Θεὸν ὑπὸ ἀγγέλων δόξης δορυφορούμενον, Ὢ τάλας, ἐβόα, ἐγώ, πρὸ γὰρ εἶδον σωματούμενον Θεόν, φωτὸς ἀνεσπέρου καὶ εἰρήνης δεσπόζοντα.

ᾨΔΗ ϛ'. Ὁ εἱρμός.

Ἐν ἀβύσσῳ πταισμάτων κυκλούμενος τὴν ἀνεξιχνίαστον τῆς εὐσπλαγχνίας σου ἐπικαλοῦμαι ἄβυσσον· ἐκ φθορᾶς, ὁ Θεός, με ἀνάγαγε.

Σωτηρίας λιμένα γινώσκω σε, πλέων πολυφροντίδος βιοῦ τὸ πέλαγος ἐπικαλοῦμαι, Δέσποινα, κυβέρνησιν ψυχῆς μου γενέσθαι.

Ἱερᾶς πολιτείας ἐξέπεσον ῥαθυμίᾳ ὁ δύστηνος· ἀλλ' ἐπανάγαγε, εὐλογημένη, Πανάγνε, προστασίᾳ τοῦ Υἱοῦ σου [illegible].

Ἄλλος. Ἄβυσσος ἁμαρτημάτων.

Τὴν ἐν τῇ Τριάδι ἰδιότητα συνθεολογεῖτε τὴν ἀγεννησίαν τοῦ Πατρός, τοῦ Λόγου τὴν γέννησιν, καὶ Πνεύματος τὴν ἐκπόρευσιν μόνου.

Μέσον τῷ οἴκῳ τούτῳ περιφανὴς σωτηρία· δύο γὰρ καὶ τρεῖς συνηγμένους Χριστὸς εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ τιμῶν, μέσον πάρεστι τούτων.

Ἀπέχει τῆς γῆς τὸ βάθος πολὺ τοῦ οὐρανίου ὕψους, ἀλλ' ὅπως τῆς γῆς τοὺς ἁγίους εἵλκεν ἐπέκεινα τῶν οὐρανῶν ὁ οὐράνιος ἔρως. Θεοτ.

Ξένην σε πηγήν, Παρθένε, καὶ ἀρχὴν μυστηρίων ἔχοντες οἱ τρεῖς Θεολόγοι, καιναῖς ὑποθέσεσι καινοπρεπῆ προσαρμόζειν φράσεις.

Ἄλλος. Ἱλάσθητί μοι σωτήρ.

Τριάδα μοναδικὴν θεολογεῖν ἐδιδάχθημεν, μονάδα τριαδικὴν ὑμνεῖν παρειλήφαμεν, προσκυνεῖν ἐμάθομεν παρὰ τῶν Πατέρων μίαν φύσιν τρισυπόστατον.

Ὁ Λόγος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Πατέρα συναΐδιος· τῷ Λόγῳ Πνεῦμα συνῆν, ἀλλ' ἐκ τοῦ γεννήτορος, ἁπλῆ, ὁμοούσιος, συμφυὴς θεότης, ὡς οἱ θεῖοι φασι κήρυκες.

Συνάπτω καὶ διαιρῶ, τὰ συναπτῶς διαιρούμενα ἐν ἀμερὲς ἐννοῶ καὶ τρία φαντάζομαι· διδασκάλους δέχομαι τρεῖς θεοφορήτους, οὕτω πείθοντας πιστεύειν με. Θεοτοκίον.

Ἀμήτωρ πρὸ τῆς σαρκός, ἀπάτωρ μετὰ τὴν σάρκωσιν, υἱὸς πατρὸς καὶ μητρός, ὁ ταῦτα καλούμενος· ὑπὲρ νοῦν ἀμφότερα· τῷ Θεῷ γὰρ πρέπει τῶν θαυμάτων τὰ παράδοξα.

Ἐβόησε

Καταβασια.

Ἐβόησέ σοι ἰδὼν ὁ πρέσβυς τοῖς ὀφθαλμοῖς τὸ σωτήριον, ὃ λαοῖς ἐπέστη ἐκ Θεοῦ, Χριστέ, σὺ Θεός μου.

ΚΟΝΤΑΚΙΟΝ. Ἦχος, β'. Τοὺς ἀσφαλεῖς.

Τοὺς ἱεροὺς καὶ θεοφθόγγους κήρυκας, τὴν κορυφὴν τῶν διδασκάλων, Κύριε, προσελάβου εἰς ἀπόλαυσιν τῶν ἀγαθῶν σου καὶ ἀνάπαυσιν· τοὺς πόνους γὰρ ἐκείνων καὶ τὸν κάματον ἐδέξω ὑπὲρ πᾶσαν ὁλοκάρπωσιν, ὁ μόνος δοξάζων τοὺς Ἁγίους σου.

Catabasia.

Dixit tibi senex, oculis cernens salutare, quod populis apparuit ex Deo, Christe, Tu Deus meus.

187 Contacium *Tonus* 2 *sicut* Τοὺς ἀσφαλεῖς.

Sacros et divina locutos præcones, columen Magistrorum assumpsisti, Domine, ad tuorum bonorum usuram et requietem. Illorum enim labores atque lassitudinem quovis holocausto libentius suscepisti, qui solus Sanctis tuis impertiris gloriam.

Ὁ ΟΙΚΟΣ.

Τίς ἱκανὸς τὰ χείλη διᾶραι καὶ κινῆσαι τὴν γλῶσσαν πρὸς τὸ αἰνεῖν τοὺς πνέοντας πῦρ δυνάμει λόγου καὶ πνεύματος; Ὅμως τοσοῦτον εἰπεῖν θαῤῥήσω, ὅτι πᾶσαν παρῆλθον τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν οἱ τρεῖς τοῖς πολλοῖς καὶ μεγάλοις χαρίσμασι, καὶ ἐν πράξει καὶ θεωρίᾳ τοὺς κατ' ἄμφω λαμπροὺς ὑπεράραντες. Διὸ μεγίστων δωρεῶν τούτους ἠξίωσας, ὡς πιστούς σου θεράποντας ὁ μόνος δοξάζων τοὺς Ἁγίους σου.

ŒCUS.

Quis satis queat labia diducere, et movere linguam, ad laudandos eos qui efflant ignem vi sermonis ac spiritus? Nihilominus hoc ausim dicere. Hi tres transierunt totius humanæ naturæ terminum multis singularibusque gratiis; actione vero et contemplatione præstantissimum quemque longissime superarunt. Quocirca eos, tamquam fideles tuos famulos, donis maximis cumulasti, qui solus Sanctis tuis impertiris gloriam.

188 Comm. *Hactenus priores triplicis Canonis Odæ: post quarum, non* quartam (*sicuti num* 19 *scripsi ex Cangio, quem vel sua hic fefellit memoria, vel librarii oscitantia*) *sed* post sextam, *interrumpitur Canonum, cursus, ut assumantur Lectiones vel de Sanctis, vel de tempore; quales in Menæis quidem suo hic ordine habentur dispositæ; seorsim autem manu descriptæ per anni circulum reperiuntur in iis codicibus, quos Græci passim* Synaxaria *vocant, quidam etiam* Menologia : *quo fit, ut modo uno, modo alio nomine appellati inveniantur ejusmodi codices in nostris Sanctorum Actis. In quorum nonnullis item ut in Menæis, præmittuntur singulis Elogiis Sanctorum sive Historiis Disticha singula Iambica : nisi quod hic pro versibus duobus ponantur versus omnino triginta tres, utique ad majorem solennitatem. Sed prius inscribitur tam in Synaxariis quam Menæis festum hoc modo.*

Τῷ αὐτῷ μηνί, λ'. μνήμη τῶν ἐν ἁγίοις πατέρων ἡμῶν καὶ οἰκουμενικῶν διδασκάλων, Βασιλείου τοῦ Μεγάλου, Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου, καὶ Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου.

Eodem mense die 30 memoria Sanctorum nostrorum et œcumenicorum Doctorum, Basilii Magni, Gregorii Theologi, et Joannis Chrysostomi.

ΣΤΙΧΗΡΑ'.

Ὁμοῦ δίκαιον τρεῖς σέβειν ἑωσφόρους,
Φῶς τρισσολαμπὲς πηγάσαντας ἐν κόσμῳ.
Κοινὸν τὸν ὕμνον προσφέρειν πάντας θέμις
Τοῖς ἔχουσι πᾶσι κοινὴν τὴν χάριν.
Ἔαρ χελιδὼν οὐ καθίστησι μία.
Αἱ τρεῖς ἀηδόνες τῶν ψυχῶν ἔαρ.
Τὴν μὲν νοητὴν ἡ Τριὰς λάμπει κτίσιν,
Τριάς γε μὴν αὕτη σε τὴν ὁρωμένην.
Ἀπώλεσαν μὲν, οἱ πάλαι Θεοῦ σέβας,
Ἐξ ἡλίου τε καὶ σελήνης ἀφρόνως·
Κάλλος γὰρ αὐτῶν θαυμάσαντες καὶ τάχος,
Ὡς τοῖς θεοῖς τούτοις οὐκ ὀρθῶς σέβας·
Ἐκ τῶν τριῶν τούτων δὲ φωστήρων πάλιν
Ἡμεῖς συνεγνώκαμεν εἰς Θεοῦ σέβας.
Κάλλει βίου γὰρ, τῇ τε πειθοῖ τῶν λόγων,
Πείθουσι πάντας τὸν μόνον Κτίστην σέβειν.
Κτίσιν συνιστᾷ, τήνδε τὴν ὁρωμένην.
Τὸ πῦρ, ἀήρ, ὕδωρ τε καὶ γῆς ἡ φύσις.
Οἱ δ' αὖ συνιστῶντές γε κόσμον τὸν μέγαν.
Τὴν πρὸς Θεόν τε πίστιν ὡς ἄλλην κτίσιν,
Στοιχειακῆς φέρουσι Τριάδος τύπον·
Μέλει γὰρ αὐτοῖς οὐδενὸς τῶν γηΐνων·
Καὶ γήϊνον νοῦν ἔσχον οὐδὲν ἐν λόγοις,
Γρηγόριος γὰρ, πῦρ πνέει νοῦς τὸν λόγον,
Πρὸς ὕψος αὖ πείθοντα πάντας ἐκτρέχειν.
Τοῖς λειποθυμήσασι δ' ἐκ παθῶν πάλιν,
Ἀναπνοή τις, οἱ Βασιλείου λόγοι.
Μιμούμενος δὲ τὴν ῥοὴν τῶν ὑδάτων
Ὁ καρδίαν τε καὶ στόμα χρυσοῦς μόνος,
Τοὺς ἐκτακέντας ἐκ παθῶν ἀναψύχει.
Οὕτω πρὸς ὕψος τὴν βροτῶν πᾶσαν φύσιν
Ἐκ τῆς χθονὸς φέρουσι τοῖς τούτων λόγοις.

MODULI.

89 Ternos simul celebrare Luciferos decet,
Qui triplice clarum lampade ostendunt jubar.
Themis ipsa petit hos laude communi coli,
Commune cunctis ferre qui auxilium student.
Ver una hirundo non facit; sed hæc triplex
Philomena vernum tempus animorum attulit.
Corpore carentem spiritum, et sola potest
Qui mente cerni, summa collustrat Trias :
At hæc Trias te, qui sub aspectum cadis.
Perierat olim vera relligio Dei,
Quando colebatur Sol atque Latonæ globus :
Nam læva mens mortalium, admirans decus
Cursumque olympi, sidera hæc dixit Deos.
Sed bene. Refulgens illa Doctorum Trias
Veri Dei vetusta restituit sacra.
Nam sanctiore vita et eloquio potens
Ad Conditoris unius cultum impulit.
Quodcumque cerni luce corporea potest,
Hi ignis, unda, terra cum levi æthere
Sociata conflant, alterum innexa alteri.
At ubi hi fide condunt velut mundum alterum
Magnificum et amplum, Triados effigie gerunt.
Nec ambiunt terrena; terrenum nihil
Aut mens eorum volvit, aut sermo sonat.
Gregorius ore spirat eloquium igneum,
Quod urit omnes, atque in excelsum rapit.
Hos qui sub alta mole vitiorum gemunt
Et jam fatiscunt, sermo Basilii erigit.
Imitatur amnes, pectore accore aureus,
Qui motiones reprimere animorum docet.
Sic eruditus sermo Doctorum trium
E terra ad astra ducit humanum genus.

190 Comm. *Ad majorem etiam præcipui hoc die cultus commendationem facit, ex Ephemeride metrica (totam ante Tomum 1 Maji expositum videre licet) sumptum Hexametron.*

Λάμψεν ἐνὶ τριακοστῇ χρυσοτριςήλιος αἴγλη.

Sole nitet triplici mensis trigesima Jani.

Dein legitur triplicis festi Historia, satis prolixa, quam uti jam nunc dixi, Latinitate a me donatam invenies

Post modulos de festo recitatur ejus historia,

A *nies in Actis S, Basilii cap.* 38. *At vero cum plures Sancti eodem die concurrunt, tum etiam plures sunt hujuscemodi lectiones; et singulis præmittuntur versus aliquot. Atque id colligi potest ex hoc ipso, quod jam commentamur Officio : nam quia* XXX *Januarii in Græcorum Ecclesia celebratur* etiam S. Hippolytus, Papa Romanus *quidem dictus a Græcis, sed ut summum intelligendus Episcopus Portuensis, primus ex Romani Pontificis Suffraganeis, quos medio ævo et anno* 1090 Episcopos Urbis, *et* Episcopos S. Romanæ Ecclesiæ *dictos, post Mabillonem docuit Papebrochius. Adeo autem celebris fuit Græcis hic Sanctus, ut prius quam præcipuum in hujus diei Officio locum occuparent tres sancti Doctores, ille faceret dici nomen in prædicta Ephemeride, unde fit ut post Hexametrum de illis, adhuc recitetur Hexametrum de isto.*

sicut et historiæ aliorum Sanctorum eodem die commemorandorum

Hippolytum Ponti trigesima tradidit undis. Ἱππόλυτον πόντου τριακοστῇ ἔκτανε ῥεῦμα.

Qui autem de eodem Sancto in Matutinis cantabatur Canon, habetur in Menæis excusis pridie ante utriusque Vesperas festi hujus sub hoc Titulo. Τῇ αὐτῇ μηνὶ λ', τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Ἱππολύτου Πάπα Ῥώμης· ἡ ἀκολουθία αὐτοῦ ψάλλεται ἐν τοῖς ἀποδείπνοις· εἰς δὲ τὸν ἑσπερινὸν καὶ τὸν ὄρθρον ψάλλομεν τὴν ἀκολουθίαν τῶν ἁγίων τριῶν Ἱεραρχῶν. Ejusdem mensis die XXX *agitur* festum S. Hippolyti Papæ Romæ : cujus Acoluthia psallitur post prandium *diei* XXIX : ad Vesperas autem et Matutinum spallitur Acoluthia trium Sanctorum Hierarcharum. *Ibi ergo Canonem illum require, usui nobis futurum die* XXV *Augusti, quando Sanctum istum, cum simplici titulo* Episcopi Portuensis, *habet Romanum Martyrologium. Hic vero eidem a Græcis junguntur socii, suis expressi nominibus omnino viginti quatuor, quorum tres præ aliis totidem Distichis seu Modulis honorantur.*

et S. Theophilus Dux M.

191 *Simili modo, eodem hoc* XXX *die, commemorantur singuli cum Disticho et Elogio ex Vita sumpto, Sancti* Barsimæus Martyr, *Episcopus Edessenus sub Diocletiano et Maximiano; atque* Theophilus Martyr, *belli Dux sub Constantino et Irene, fidei causa a Saracenis interfectus,* Junior *autem dictus, pro more Græcorum, respe-* E
B *ctu plurium ejus nominis sub Gentilibus Imperatoribus martyrio coronatorum. De ipso vide sis Theophanem ad annum secundum Græcos* 782, *secundum Latinos* 790; *qui cum mensem diemque Martyrii nusquam exprimant, uti nec Paulus Diaconus, in Historia Miscella Theophanem de more sequens, mirum est unde ei Baronius acceperit in Romano Martyrologio diem* XXII *Julii. Nempe nullum inveniens, in eo quod Sirletus ipsi raptim collegerat valdeque imperfecto Menologio, quodque solum augendo Romano præluxit, mensem ac diem pro suo arbitratu legit; nolens ignotum Latinis relinquere, cujus tam insigne Martyrium inveniebat in prædicta Historia miscella. Atque hæc de hujus diei Sanctis, commemorari apud Græcos solitis, obiter attigisse satis sit : hoc tamen de iis addendum restat, quod hæc pars Matutini, idem præstans Græcis, quod Latinis præstat Lectio Martyrologii ad Primam, hoc ab eo differat, quod plerorumque sic commemoratorum Sanctorum longiora Elogia seu vitæ actorumque compendia, legenda proponat, præeunte ad singula quale diximus Disticho; consentiat autem cum eodem, quod sicut apud Latinos Martyrologium concludit Lector, dicens,* et alibi plurimorum Sanctorum Martyrum et Confessorum atque Virginum *et respondetur a Choro,* Deo gratias : *sic et Græci, absoluta Sanctorum commemoratione prædicta, clausulam adhibent, quovis die iterandam,* Ταῖς αὐτῶν ἁγίαις πρεσβείαις· ὁ Θεὸς ἐλέησον καὶ σῶσον ἡμᾶς. Horum sanctis precibus miserere nobis, Deus, et salva nos. *Exhinc resumitur cantus trium Canonum eodem quo supra ordine. Est autem in hujusmodi poematis perquam usitatum, ut ultimarum trium odarum Strophæ seu Troparia singula eodem fere modo terminentur; ut in Ode quidem septima clausula sit* Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν, Benedictus Deus patrum nostrorum; *in octava,* Εὐλογεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας, Benedicite et superexaltate in secula; *in nona denique frequentur verbum* Μεγαλύνειν Magnificare : *ut videantur quædam quasi dispositio ad Laudes, quæ sunt extrema Matutini officii pars ac vere Matutina, uti dicitur Capite sequenti.*

Conclusa autem lectione de Sanctis

Continuantur Canones ea causa interrupti.

ODE 7. *Hirmus.* ᾨΔΗ ζ. Ὁ εἱρμός. F

C

192 Cum adoraretur statua aurea in campo Dura, tres pueri tui proculcarunt impiissimum mandatum : conjecti autem in medium ignem, quasi rore perfusi psallebant : Benedictus es Deus Patrum nostrorum.

Εἰκόνος χρυσῆς ἐν πεδίῳ Δεειρὰ λατρευομένης, οἱ τρεῖς σου παῖδες, κατεπάτησαν ἀθεωτάτου προστάγματος· μέσον δὲ πυρὸς ἐμβληθέντες, δροσιζόμενοι ἔψαλλον· Εὐλογητὸς εἶ ὁ Θεὸς, ὁ τῶν πατέρων ἡμῶν.

In crucem suffixus qui ex Te Dei Genitrix corpus assumpsit, Adami discerpsit chirographum. Illum nunc precare, omnis nævi expers, ut a cunctis periculis liberet fideles clamantes : Benedictus es Deus Patrum nostrorum.

Σταυρῷ προσπαγεὶς, ὁ ἐκ σοῦ σωματωθεὶς Θεογεννήτρια Ἀδὰμ διέῤῥηξε τὸ χειρόγραφον, ὃν νῦν δυσώπει, Πανάμωμε, ἅπαντας κινδύνων ῥυσθῆναι τοὺς ἐν πίστει κραυγάζοντας· Εὐλογητὸς εἶ ὁ Θεὸς, ὁ τῶν πατέρων ἡμῶν.

Spe bona exspectatioque fidelium es, o Domina, et jam deprecamur Te, ut effundas commiserationis pelagus super omnes, in Te confidentes, et ad Filium tuum clamantes : Benedictus es Deus patrum nostrorum.

Ἐλπὶς ἀγαθὴ, προσδοκία τε πιστῶν ὑπάρχεις, Δέσποινα· καὶ νῦν δεόμεθα σου ἐκχέεσθαι τῆς συμπαθείας τὸ πέλαγος πᾶσι τοῖς εἰς σὲ πεποιθόσι, καὶ τῷ υἱῷ σου κραυγάζουσιν· Εὐλογητὸς εἶ ὁ Θεὸς, ὁ τῶν πατέρων ἡμῶν·

Speciosam salubrium mandatorum vestem, qua amictus fui in baptismate, perdidi præ incuria o miser! Nunc ad Te, Virgo confugio, et peto tunica temperantiæ per Te iterum indui,

Ὡραίαν στολὴν, σωτηρίων ἐντολῶν διὰ βαπτίσματος ἀμφιασάμενος, ἀπημαύρωσα, δι' ἀμελείας ὁ δείλαιος. Νῦν δέ σοι προστρέχω Παρθένε, τὸν χιτῶνα αἰτούμενος τῆς σωφροσύνης διὰ σοῦ πάλιν ἐνδύσασθαι.

193 Alius,

193 Alius, *sicut* Ἀντίθεον πρόσταγμα.

AUCTORE N. R. Superatur, o Beati, et fugit quæ erat ante intolerabilis audacia hæreseum. Et cera liquescens a facie ignis ostenditur esse quodvis adulterinum dogma quod opponitur vestris verbis, ignem spirantibus.

Obsoletas nugas gentilium declinarunt Tres illi; eamque solam elegerunt suadelam, quæ hominum mentibus dominari idonea, corroborandæ serviret veritati, itaque omnem; fidelium cœtum subegerunt verbis da persuadendum accommodis.

Mariale.

Laudabilis et pura Virgo, in Te omnes prophetia conquievit et finem habuit; in admirationem rapiens eos qui dicunt: Ex Te, o Casta, scaturiunt illustriora quam quæ prædicta fuerunt miracula, quæ sapientiam interpretum declarant.

194 Alius, *sicut*, Θεοῦ συγκατάβασιν.

Tacentia et clamantia, visaque et audita virtutis ac sapientiæ simulacra fuerunt illi Theologi, qui nos opere et sermone adhortati sunt ad clamandum: Benedictus Deus patrum nostrorum.

Ut Dei voces, horrendum ex alto intonantes, fulminumque jacula excipimus verba vestra, o Sapientissimi, una vobiscum concinentes, Benedictus Deus patrum nostrorum.

Ex linguis ignivomis jactantur grandines, quæ conterunt frivolas opiniones; si quis vaniloquorum audeat in medium prosilire, neque ut par est, dicat, Benedictus Deus patrum nostrorum. *Mariale.*

Virginem Te inhabitavit, et post partum Virginem reliquit, mutans naturæ ordinem, o Deo gravida Maria et omnis expers maculæ, ad quem clamamus Tecum, Intemerata, Benedictus Deus Patrum nostrorum. *Catabasia*

Te qui in igne irrorasti pueros de rebus divinis disserentes, et incorruptam Virginem inhabitasti, Deum verbum prædicamus, pie concinentes; Benedictus Deus patrum nostrorum.

195 ODE 8. *Hirmus.*

Opera Deum, qui cum Hebræorum pueris in caminum ignis descendit, et flammam mutavit in rorem, laudate, ut Dominum, et superexaltate eum in omnia secula.

Turrim fortitudinis securam, et crepidinem, et custodiam et defensionem possidentes Te, per fidem nunc servamur. Laudamus autem partum tuum, o Expers maculæ, et superexaltamus in omnia secula.

C Immortalitatis fontem pellucidum novimus esse Te, Dei Genitrix, ut quæ genuisti P ris immortalis Verbum, quod morte liberat omnes qui ipsum superexaltant in secula.

Nobis fidelibus, velut ex perpetuo fonte, effundis medelæ flumen; cujus impolluta gratia abluti, o Incontaminata, laudamus partum tuum, et superexaltamus in omnia secula.

196 Alius, *sicut*, Ἰνδάλματος.

Et agnoscimus pie, et glorificamus unam ejusdem honoris naturam, infinitæ potentiæ Unitatem et Trinitatem; quæ hæc omnia gubernat, ac nutu torquet suo. Sic enim docent tres illi Deiferi, quibuscum eam adoramus in secula.

Sunt maxime uniti inter se tres illi divini præcones qui univerunt Trinitatem, et in omnibus servaverunt divinæ naturæ individuum; ab eaque idcirco receperunt unam et indivisam gloriam, in qua ad unam laudem convocantur superexaltantes Trinitatem in secula. *Mariale.*

Filius Dei erga nos beneficus, operatus est solum, non autem passus quidquam, o Virgo, dum assumpsit quod nostrum et reddidit quod erat suum. Facit enim, sed non incurrit corruptionem: quin potius passionem ibere susti-

ἌΛΛΟΣ. Ἀντίθεον πρόσταγμα. D

Ἡττᾶται, Μακάριοι καὶ δραπετεύει ἡ πρὶν ἀνυπόστατος θρασύτης τῶν αἱρέσεων, κηρὸς δὲ τηκόμενος ἀπὸ προσώπου πυρὸς, νόθον ἅπαν δόγμα τοῖς ὑμῶν προσβάλλον φθόγγοις πυρπνόοις δείκνυται.

Ψευδεῖς μὲν ἐξέκλιναν Ἑλλήνων ὕθλους, πειθὼ δὲ τὴν τύραννον ἀνθρώποις μόνην εἵλοντο, ὑφ' ἧς τὴν ἀλήθειαν οἱ τρεῖς τονώσαντες, οὕτως ἅπαν σύστημα πιστῶν, χειροῦνται λόγοις καὶ καταπείθουσι. Θεοτόκιον.

Ἐν σοὶ πᾶσα πρόῤῥησις ἐπανεπαύθη, καὶ πέρας ἐδέξατο, ξενίζουσα τοὺς λέγοντας· ἐκ σοῦ δὲ λαμπρότερα καὶ τῶν προῤῥήσεων, θαύματα πηγάζουσαι, Ἁγνὴ, δηλοῦντα τοὺς ἑρμηνεύοντας.

ἌΛΛΟΣ. Θεοῦ συγκατάβασιν.

Σιγῶσαι καὶ κράζουσαι, ὁρώμεναί τε καὶ ἀκουόμεναι, ἀρετῆς καὶ σοφίας, οἱ Θεηγόροι, στῆλαι γεγόνασιν, ἔργῳ καὶ λόγῳ βοᾷν προτρεπόμενοι· Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, ὁ τῶν πατέρων ἡμῶν.

Θεοῦ φωνὰς ἄνωθεν ἐπιβροντώσας ἡμῖν ἐξαίσιον, ἀστράπτοντε βολίδας, τοὺς ὑμῶν φθόγγους δεχόμενοι, E πάνσοφοι, συμμελῳδοῦμεν ὑμῖν· Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, ὁ τῶν πατέρων ἡμῶν.

Ῥιπίζονται χάλαζαι ἐκ πυροβόλων γλωσσῶν, συντρίβουσαι τὰ σαθρὰ τῶν δογμάτων, εἴ τις μέσον παῤῥησιάσηται τῶν κενολόγων, οὐδ' ἢ μὴ φθεγγόμενος, Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, ὁ τῶν πατέρων ἡμῶν. Θεοτόκιον.

Παρθένον οἰκήσας σε, καὶ μετὰ τόκον παρθένον ἔλιπεν, ὁ ἀμείβων στοιχεῖα, Θεοκυῆτορ Μαρία πανάχραντε, πρὸς ὃν βοῶμεν σὺν σοὶ, πανάμωμε, Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, ὁ τῶν πατέρων ἡμῶν. Καταβασία·

Σὲ τὸν ἐν πυρὶ δροσίσαντα παῖδας θεολογήσαντας, καὶ παρθένῳ ἀφθάρτῳ ἐνοικήσαντα, Θεὸν λόγον ὑμνοῦμεν, εὐσεβῶς μελῳδοῦντες, Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, ὁ τῶν πατέρων ἡμῶν.

ὨΔΗ' η'. Ὁ Εἱρμός.

Τὸν ἐν καμίνῳ τοῦ πυρὸς τῶν Ἑβραίων τοῖς παισὶ συγκαταβάντα, καὶ τὴν φλόγα εἰς δρόσον μεταβαλόντα Θεὸν, ὑμνεῖτε, τὰ ἔργα ὡς κύριον, καὶ ὑπερυψοῦτε εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Πύργον ἰσχύος ἀσφαλῆ, καὶ κρηπῖδα, καὶ φρουρὰν, καὶ προστασίαν κεκτημένοι σε, πίστει διασωζόμεθα νῦν· ὑμνοῦμεν τὸν τόκον σου, Πανάγνε, καὶ ὑπερυψοῦμεν εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Ἀθανασίας διαυγῆ ἐπιστάμεθα πηγήν σε, Θεοτόκε, ὡς τεκοῦσαν τὸν Λόγον τοῦ ἀθανάτου Πατρὸς, τὸν πάντας θανάτου λυτρούμενον τοὺς ὑπερυψοῦντας αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. F

Ῥεῖθρον ἰάσεων ἡμῖν ἀεννάως τοῖς πιστοῖς, Ἁγνὴ, πηγάζεις, οὗ τὴν ἄφθορον χάριν ἀποῤῥυόμενοι, ὑμνοῦμεν τὸν τόκον σου, Ἄχραντε, καὶ ὑπερυψοῦμεν εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

ἌΛΛΟΣ. Ἰνδάλματος.

Ὑμνοῦμεν εὐσεβῶς, καὶ δοξάζομεν ὁμότιμον μίαν φύσιν, ἀπειροδύναμον Μονάδα τε καὶ Τριάδα, τὴν πάντα ταῦτα λόγοις κυβερνῶσαν κρείττοσιν· οὕτω γὰρ δοξάζειν οἱ τρεῖς Θεοφόροι παρεγγυῶσιν, οἷς συμπροσκυνοῦμεν αὐτὴν εἰς τοὺς αἰῶνας.

Ἡνώθησαν οἱ τρεῖς θεοκήρυκες ἑνώσαντες τὴν Τριάδα, καὶ τὸ ἀμέριστον ἐν πᾶσι τετηρηκότες τῇ θείᾳ φύσει, μίαν παρ' αὐτῆς ἀντέλαβον ἀμέριστον δόξαν, εἰς ἔπαινον ἕνα συγκαλουμένην τοὺς ὑπερυψοῦντας αὐτὴν εἰς τοὺς αἰῶνας. Θεοτόκιον.

Λαβὼν τὸ καθ' ἡμᾶς ἀντιδούς τε τὸ οἰκεῖον ὁ εὐεργέτης, ἔδρασε μόνον, οὐκ ἔπαθε δὲ, Παρθένε· ποιεῖ γὰρ, ἀλλ' οὐκ εἰς φθορὰν καθίσταται, μᾶλλον δὲ καὶ πάσχων ἑκὼν διὰ πάθους τὰ πάθη λύει, ὡς οἱ τρεῖς Πατέρες ἡμᾶς μυσταγωγοῦσιν.

ἌΛΛΟΣ.

A

nens, hac ipsa passiones nostras dissolvit, quemadmodum tres illi Patres nos sancte docent. D

ἌΛΛΟΣ. Ἐπταπλασίως κάμινον.

Οὓς ὁ Θεὸς συνήνωσεν εἰς ὁμότιμον ἕνωσιν, ἐγκωμιαστὴς μὴ χωριζέτω ἄνθρωπος· ἀλλ' ἴσους ἡγούμενος ἐν τοῖς αὐτοῖς χαρίσμασιν, ἴσων καὶ τῶν ὕμνων μελῳδῶν ἀξιούτω· οἱ παῖδες εὐλογεῖτε, ἱερεῖς ἀνυμνεῖτε, λαοὶ ὑπερυψοῦτε εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Οἱ δυνατοὶ καὶ ἄμαχοι τῆς Θεότητος σύμμαχοι, καὶ τῆς ἀληθείας ἀψευδεῖς συνήγοροι, τὰ βάθη τοῦ Πνεύματος καλῶς ἀνερευνήσαντες, τὰς θεοπρεπεῖς περὶ Θεοῦ ὑπολήψεις ἐκεῖθεν συνιστῶσι, καὶ διδάσκουσι ψάλλειν· Λαοὶ ὑπερυψοῦτε εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Ἐξ οὐρανοῦ μὲν μέγιστοι δύο λύχνοι φωτίζουσιν ἐκ διαδοχῆς ἀλλήλων τὴν ὑφήλιον, ἐκ γῆς δὲ φανώτερον τὴν σύμπασαν αὐγάζουσι, τρεῖς κατὰ τὸν αὐτὸν ὑπερμεγέθεις φωστῆρες, συλλάμποντες ἀλλήλοις, καὶ συμψάλλοντες ἅμα· Λαοὶ ὑπερυψοῦτε Χριστὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. Θεοτοκίον.

Ὑπὲρ ἡμῶν ἡ σάρκωσις καὶ τὰ πάθη τὰ τίμια· δι' ἡμᾶς Θεὸς μετὰ νεκρῶν ἐγένετο, θανάτου μὲν ἄγευστος,
B οἷα παθῶν ἐλεύθερος, τῇ δὲ πρὸς τὴν σάρκα τὴν θνητὴν κοινωνίᾳ, λεγόμενος καὶ πάθους μετασχεῖν καὶ θανάτου· μεθ' ἧς ὑπερυψοῦμεν εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας. Καταβασία.

Ἀστέκτῳ πυρὶ ἑνωθέντες οἱ θεοσεβείας προεστῶτες νεανίαι, τῇ φλογὶ δὲ μὴ λωβηθέντες, θεῖον ὕμνον ἔμελπον· Εὐλογεῖτε πάντα τὰ ἔργα Κυρίου τὸν Κύριον.

ὨΔΗ θ'. Ὁ Εἱρμός.

Τὸν ἐκ Θεοῦ Θεὸν Λόγον, τὸν ἀρρήτῳ σοφίᾳ ἥκοντα καινουργῆσαι τὸν Ἀδὰμ, βρώσει φθορᾶς πεπτωκότα δεινῶς, ἐξ ἁγίας Παρθένου, ἀφράστως σαρκωθέντα δι' ἡμᾶς, οἱ πιστοὶ ὁμοφρόνως, ἐν ὕμνοις μεγαλύνομεν.

Θεοχαρίτωτε Κόρη, τὴν ἐλπίδα μου πᾶσαν προθύμως ἀνατίθημι ἐν σοί· σῶσόν με, Μῆτερ τῆς ὄντως ζωῆς· καὶ τρυφῆς ἀενάου πλησθῆναι καθικέτευε, Ἁγνὴ, τοὺς ἐν πίστει καὶ πόθῳ σε ὕμνοις μεγαλύνοντας.

Ἐπιφανεῖσα Παρθένε, τῆς ψυχῆς μου τὸν ζόφον, φωτός σου ταῖς θείαις ἀστραπαῖς αὔγασον, πύλη τοῦ θείου φωτός. Καὶ πυρὸς αἰωνίου ῥυσθῆναι καταξίωσον, Ἁγνὴ, τοὺς ἐν πίστει καὶ πόθῳ σε ὕμνοις μεγαλύνοντας. Θεοτόκιον.

Ἐν τῇ γαστρί σου σκηνώσας, ἐκ γαστρὸς πρὸ αἰώνων Πατὴρ ὅνπερ ἐγέννησεν υἱὸν, τέλειος γέγονεν ἄνθρωπος καὶ πηγήν χαρισμάτων σε, Θεομῆτορ, ἔδειξεν ἡμῖν, τοῖς
C πιστῶς προσκυνοῦσι τὴν ἄφραστον σου γέννησιν.

ἌΛΛΟΣ. Ἀνάρχου γεννήτορος.

Μεγάλυνον ψυχή μου, τοὺς ἐν ἱεράρχαις φωστῆρας τρεῖς μεγάλους.

Ἰδοὺ τὸ ὑμέτερον γεώργιον καὶ ποίμνιον, ὑπὲρ οὗ τοὺς μεγίστους πόνους ὑπέστητε· εἰς ἓν συνελθόντες ὁμοῦ τε, τοὺς τρεῖς ὑμᾶς συμπαραλαβόντες κοινὴν ἔχομεν αἴνεσιν, τὴν ὑμῶν ἡδίστην ἕνωσιν.

Μεγάλυνον ψυχή μου τοὺς τρισσολαμπτῆρας Χριστοῦ τῆς Ἐκκλησίας

Οὐ δίστομον μάχαιραν ἡ χάρις, ἀλλὰ τρίστομον κατὰ τῶν πολεμίων αὐτῆς προσβάλλεται· ὂν οὐρανοχάλκευτον ξίφος τρισὶν ἀκμαῖς κατεστωμένον, ἀεὶ προμαχόμενον τριλαμποῦς μιᾶς θεότητος.

Μεγάλυνον ψυχή μου τοὺς κεκοσμηκότας Χριστοῦ τὴν Ἐκκλησίαν.

Ὑμῶν τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ἦν ἔνδοξοι, καὶ τὴν σάρκα φορούντων εἰς ἔτι ἄσπιλον, οὓς εἰλικρινῶς νῦν οἰκοῦντες, τοὺς ἐπὶ γῆς ἡμᾶς στρεφομένους τὰ ἄνω πρεσβεύετε καὶ φρονεῖν καὶ πραγματεύεσθαι. Θεοτοκίον.

ALIUS, *sicut*, Ἐπταπλασίως κάμινον.

197 Quos Deus conjunxit æqualiter honorandos, homo laudator non separet; sed donis cœlestibus pares eos existimans, paribus quoque dignetur præconiis. Pueri benedicite, Sacerdotes celebrate, Populi superexaltate, in omnia secula.

Potentes et invicti Divinitatis defensores, et veritatis sinceri patroni, profunda Spiritus recte scrutati, sententias Deo consentaneas adstruitis, et hinc docetis psallere : Populi superexaltate in omnia secula.

Duo maxima luminaria, positum sub sole mundum de cœlo illuminant alternatim. De terra autem coruscant tria supra modum immensa lumina, collucentia et simul psallentia : Superexaltate, o populi, Christum in secula. *Mariale.*

Propter nos incarnatio est, et passio pretiosa. Propter nos cum mortuis fuit Deus, mortem quidem gustare nescius, sicut nec dolorem alium; sed per carnis mortalis communionem factus particeps et doloris et mortis. Quare eum superexaltamus in omnia secula. *Catabasia.* E

In ignem intolerabilem conjecti pii erga Deum juvenes, a flamma vero non læsi, divinum carmen canebant : Benedicite omnia opera Domini Domino.

ODE 9. *Hirmus.*

198 Ex Deo Deum Verbum, quod inexplicabili sapientia venit ad innovandum Adamum, per cibum corruptionis graviter lapsum, quodque ex sancta Virgine ineffabiliter incarnatum est propter nos, unanimi cantu magnificamus fideles.

In te, Virgo Beatissima, spem meam omnem libenter colloco; serva me, Mater veræ vitæ, et pete, o Casta, perenni gaudio impleri eos qui cum fide et desiderio te canticis magnificant.

Virgo illustrissima, janua divini luminis, illumina animæ meæ caliginem spiritalibus lucis tuæ radiis. Et pete, o Casta, perenni igne liberari eos, qui cum fide et desiderio te canticis magnificant. *Mariale.*

Quem Pater filium ex utero ante secula genuit, is in tuo habitans utero factus est perfectus homo; et Te, Deipara, fontem gratiarum ostendit nobis, qui fideliter adoramus ineffabilem tuam progeniem. F

199 ALIUS, *sicut*, Ἀνάρχου γεννήτορος.

Magnifica anima mea tria magna inter Antistites luminaria.

Agrum vestrum et ovile respicite, propter quæ maximos labores sustinuistis. In unum coeuntes, vos tres conjungimus et suavissimam vestram conjunctionem pro communi habemus laudationis materia.

Magnifica anima mea tria candelabra Ecclesiæ Christi.

Christi gratia hostibus suis objicit suis machæram non bis, sed ter acutam; unum in cœlo fabricatum ensem, triplici fulgentem cuspide, pro Deitate una et trina semper dimicantem.

Magnifica anima mea eos qui Christi exornavere Ecclesiam.

In cœlis, o Gloriosi, erat vestra conversatio, cum adhuc carnem gestaretis incontaminatam; ubi nunc vere habitatis. Ergo orate, ut nos versantes in terris, possimus quæ sursum sunt sapere, quæ sursum sunt quærere. *Mariale.*

A D

AUCTORE N. R.

Magnifica, anima mea, Venerandam.

Stringit me tua latitudo, magnificentissima Domina, magnitudineque suffocat orationem, et mihi mirabile accidit inopiam nasci ex copia. Ideo eum qui te tantopere magnificat, glorificamus.

ALIUS, *sicut*, Ἐξέστη ἐπὶ τούτῳ ὁ οὐρανός.

Magnifica, anima mea, sanctissimæ Trinitatis tres Pastores.

200 Sublimis est Trinitatis virtus, et gloria sua complevit omnia. Sed in vobis longe alio et tripartito fulgore emicat, tamquam in majoribus radiis et cœlestibus sacrorum principibus, per quos ad divinam illius contemplationem pii deducimur.

Magnifica, anima mea, ex triplici sole tria magna luminaria.

Nullus ex his tribus tenet secundas, sed primas tenent omnes; cum primus non sit qui pares honore exuperet. Quin potius alter alterius victoriam cum gaudio facit suam: neque enim ibi locus relinquitur

B audaci invidiæ, labefactanti concordiam. Gloria.

Magnifica, anima mea, unius individuæ Deitatis in tribus Personis potentiam.

Postquam pietas patres primogenitos suos declaravit, eorum ope filios lucis generat, veros inculpatosque ac perfectos spiritu, qui vitam in ipsis loquitur, et petit in finem usque servari pacem, quam ab ipsis consecuta est.

Et nunc. *Mariale.*

Magnifica, anima mea, Venerandam.

Filium Dei vivi, o Mater, esse filium tuum prædicavit sapientium Doctorum apex, hoc a revelante Patre edoctus, non a carne et sanguine. Quare Te, Virginem Matrem et Deiparam, gloriose magnificavit *Catabasia.*

Dei Genitrix, spes Christianorum omnium, protege, defende, custodi sperantes in Te.

In lege, umbra et littera typum fideles conspicimus: Omne masculinum adaperiens vulvam sanctum Deo est. Idcirco primogenitum Verbum, Patris æterni filium, primogenitum a matre sine viro, magnificamus.

C EXAPOSTILARIUM, *Sicut*, Ὁ οὐρανὸν τοῖς ἄστροις.

201 Luminis receptacula, fulgura lucem evibrantia, Basilium Magnum, Gregorium Theologum, Chrysostomum Joannem, omnes collaudemus.

Aliud simile.

Una Deitas, Pater, Fili, et Spiritus sancte; precibus Basilii, Gregorii et Joannis, et castæ Dei Genitricis, non separer a tua gloria.

Mariale simile.

Auro implicata turris, duodecim muris circumsepta civitas, e solaribus stiriis coagmentatum solium, regalis sedes, prodigium fugiens aciem intelligendi, quomodo lacte tuo nutris Dominum?

¶ Oportet autem scire, quod ad Oden nonam fiat inclinatio corporis usque ad terram, idque a duobus choris simul.

Μεγάλυνον, ψυχή μου, τὴν τιμιωτέραν.

Μ στενοῖ με τὸ πλάτος σου, τῶν μεγαλείων Δέσποινα, καταπνίγον τὸν λόγον ὑπὸ πυκνότητος, καί μοι παραδόξως συμβαίνει τὸ απορεῖν ἐκ τῆς εὐπορίας· διο τὸν τοσοῦτόν σε μεγαλύναντα δοξάζομεν.

ἌΛΛΟΣ. Ἐξέστη ἐπὶ τούτῳ ὁ οὐρανός.

Μεγάλυνον, ψυχή μου, τοὺς τῆς παναγίας Τριάδος τρεῖς Ποιμένας.

Ἐπῆρθη τῆς Τριάδος ἡ ἀρετή, καὶ τὰ πάντα τῆς δόξης ἐπλήρωσεν, ἄλλην δ' ὑμῖν αἴγλην συναλαμψάσα τρίλαμπῆ ὡς ἑαυτῆς ἀπαύγασμα, τοὺς ἐπ' οὐρανίους μυσταγωγούς, δι' ὧν ἐπὶ τὴν θείαν ἐκείνης θεωρίαν, οἱ εὐσεβοῦντες ὁδηγούμεθα.

Μεγάλυνον, ψυχή μου, τοὺς ἐκ τρισηλίου φωστῆρας τρεῖς μεγάλους.

Οὐκ ἔστι δευτερεῖον ἐν τοῖς τρισί, τὰ πρεσβεῖα γὰρ ἕκαστος φέρεται· πρῶτος οὐκ ὢν καὶ τοὺς ὁμοτίμους ὑπερνικῶν. Ἐξοικειοῦται μᾶλλον δὲ τὴν ἀλλήλων νίκην περιχαρῶς· οὐ χώρα γὰρ ἐνταῦθα τῷ φθόνῳ παρρησίας, λυμαινομένῳ τὴν ὁμόνοιαν. Δόξα.

Μεγάλυνον, ψυχή μου, τῆς τρισυποστάτου καὶ ἀδιαιρέτου θεότητος τὸ κράτος. E

Πατέρας ἡ εὐσέβεια τοὺς αὐτῆς πρωτοτόκους υἱοὺς ἀναδείξασα, τέκνα φωτὸς γεννᾷ καὶ ἄμωμα δι' αὐτῶν τελειούμενα Πνεύματι, τῷ ζωὴν λαλήσαντι ἐν αὐτοῖς, καὶ σώζειν ἐξαιτεῖται εἰς τέλος τὴν εἰρήνην, ἣν ἀπ' αὐτῶν ἐκληρονόμησεν.

Καὶ νῦν. Θεοτόκιον.

Μεγάλυνον, ψυχή μου, τὴν τιμιωτέραν.

Υἱὸν Θεοῦ τοῦ ζῶντος ἡ τῶν σοφῶν διδασκάλων ἀκρότης ἐκήρυξε τὸν σὸν υἱόν, ἐξ ἀποκαλύψεως πατρικῆς, οὐκ ἐκ σαρκὸς καὶ αἵματος τοῦτο μυηθεῖσα, μῆτερ Θεοῦ· Διὸ σὲ καὶ παρθένον δοξάσασα μητέρα καὶ θεοτόκον ἐμεγάλυνεν. Καταβ.

Θεοτόκε, ἡ ἐλπὶς πάντων τῶν Χριστιανῶν, σκέπε, φύλαττε τοὺς ἐλπίζοντας εἰς σέ.

Ἐν νόμῳ, σκιᾷ καὶ γράμματι τύπον κατίδωμεν οἱ πιστοί. Πᾶν ἄρσεν τὸ τὴν μήτραν διανοῖγον, ἅγιον Θεῷ. Διὸ πρωτότοκον λόγον, Πατρὸς ἀνάρχου υἱόν, πρωτοτοκούμενον μητρὶ ἀπειράνδρως μεγαλύνομεν.

ἘΞΑΠΟΣΤΕΙΛΑΡΙΟΝ. Ὁ οὐρανὸν τοῖς ἄστροις.

Τὰ τοῦ φωτὸς δοχεῖα, τὰς φεγγοβόλους ἀστραπάς, F Βασίλειον νῦν τὸν Μέγαν, Γρηγόριον Θεολόγον, Χρυσόστομον Ἰωάννην ἀνευφημήσωμεν πάντες.

Ἕτερον Ὅμοιον.

Ἡ ἑνιαία Θεότης, Πατήρ, Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα, ταῖς Βασιλείου πρεσβείαις, Γρηγορίου καὶ Ἰωάννου καὶ τῆς ἁγνῆς Θεοτόκου, μὴ χωρισθῶ τῆς σῆς δόξης.

Θεοτόκιον ὅμοιον.

Χρυσοπλοκώτατε πύργε, καὶ δωδεκάτειχε πόλις, ἡλιοστάλακτε θρόνε, καθέδρα τοῦ βασιλέως, ἀκατανόητον θαῦμα, πῶς γαλουχεῖς τὸν Δεσπότην;

¶ Δεῖ δὲ εἰδέναι, ὅτι εἰς τὴν θ' ᾠδὴν ποιοῦμεν μετάνοιαν ἕως εἰς γῆν, οἱ δύο χοροὶ ὁμοῦ.

202 COMM. *Hæc corporis inclinatio, quæ fit ad terram usque, appellatur passim in Ritualibus Græcorum libris* Μετάνοια μεγάλη, Reverentia major; *illa quæ, usque ad terram non fit, appellatur ibidem* Μικρά. Minor, *quandoque etiam* ἡ συνήθης Μετάνοια, Reverentia consueta. *Unde quælibet* Inclinatio corporis *dicitur*

Finitur Officium cum inclinatione totiuscorporis.

A *tur simpliciter* Μετάνοια. *Et hæc quidem vox* Μετάνοια, *ex primæva sua institutione*, Pœnitentiam *significat; sed jam apud Monachos Græcos significat quoque dictam reverentiam; propterea quod, cum humilis sit et laboriosa, in mulctam pœnamque peccatorum a Græcis imponi soleat. Et vero quod corpus non parum debilitetur hujusmodi incurvationibus, patet ex illo Ptochoprodromi in Hegumenum ex Cod. MS.* Τὰ γόνατά μου ἠσθένησαν ἀπὸ τῆς μετάνοιας, Genua mihi debilitata sunt ex incurvatione. *Consule Joannem Morinum, tum de Disciplina in administratione Sacramenti Pœnitentiæ fol. 4, tum etiam De Sacris Ecclesiæ Ordinationibus fol. 225, partis 2. Imo vero sequioris ætatis scriptores Latini ab ea ratione loquendi non abhorrent; neque in monasteriis scriptoribus quidquam usitatius est. Sic Petrus Venerab. in Statutis Ordinis Cluniacensis cap. 4 ait:* Atque illis Metanœis, quæ quotidiano usu in Capitulo fiunt, et vulgo Veniæ nominantur. *Et cap.* 53 Frequentibus Metanœis vel Genuflexionibus. *Hieronymus Monachus Camaldul. in Vita S. Romualdi Abbatis num.* 67. Docebat eos ut..... disciplinas flagellorum in cella facerent, metanœas et genuflexiones frequentantes. *Consimilia habent alii. Jam vero quod* Veniæ *sint hujuscemodi incurvationes corporis, constat apud omnes. Hinc et in Chronico Laurisham. extat hic versiculus:* D

AUCTORE N. B.

Per venias centum verrunt barbis pavimentum.

CAPUT QUARTUM

De laudibus.

Etsi Laudes a Matutino non dividantur,

A*pud Græcos* Laudes *numquam disjunguntur a* Matutino, *sed sunt ejus pars: imo etiam passim communi nomine* Ὄρθρος *nominantur; ex usque una cum majoribus Vesperis tota* Ἀγρυπνίας *sive* Vigiliarum ratio *constituitur. Attamen propter causam illam, quam initio antecedentis Capitis proposuimus, judi*B*cavimus expedire, ut hic de illis seorsum ageremus, adductis verbis Typici et Menæorum. Atque ante omnia non fuerit* ἀπροσδιόνυσον *sive inutile observare, illum divini Officii partem, quam nos hactenus* Ὄρθρον *sive* Matutinum *vocavimus, ab aliquibus vocari etiam* Μεσονύκτιον, *quod media nocte persolvatur, et* Laudes *e contrario ab iisdem vocari* Ὄρθρον; *eo quod circa auroram concinantur: neque male, si etymologia spectanda sit. Ut ut est, communius nomine* Ὄρθρος *intelligitur ea divini Officii pars, quæ ex* Μεσονυκτίῳ *et* Αἴνοις, *id est, ex* Matutino *et* Laudibus *coalescit. Nunc ad verba Typici veniamus.* E

hoc tamen ad noctem, illæ ad auroram spectare censentur

¶ Εἰς τοὺς αἴνους, Πᾶσα πνοή. Ἱστῶμεν στιχηρὰ δ'. Καὶ ψάλλομεν στιχηρὰ προσόμοια. Ἦχος β', πρὸς Ποίοις εὐφημιῶν.

¶ 204 Ad laudes, *Omnis spiritus.* Recitamus versus quatuor; et psallimus Versus similares tono secundo, sicut Ποίοις εὐφημιῶν.

Comm. Πᾶσα πνοὴ *quomodo continuetur, antea satis superque declaratum legisti. Postea recitantur Psalmi Davidici* 148, 149 *et* 150, *ut patet ex Hirmologio: et ut Hirmologium id non indicaret, pateret ex illis verbis,* εἰς τοὺς αἴνους, ad laudes, *quia Psalmi illi ob sæpe reiteratam vocem* αἰνεῖτε, laudate, αἶνοι, laudes *vocitantur. Versus autem similares, huic diei proprii, hi sunt, prout extant in Menæis:*

ΣΤΙΧΗΡΑ' ΠΡΟΣΟ'ΜΟΙΑ.

Ἦχος β'. Ποίοις εὐφημιῶν.

Ποίοις εὐφημιῶν στέμμασι στεφανώσωμεν τοὺς διδασκάλους, τοὺς διῃρημένους τοῖς σώμασι, καὶ συνημμένους τῷ πνεύματι, τοὺς τῶν θεοφόρων προστάτας, Τριάδος τοὺς ἰσαρίθμους καὶ θεράποντας, φωστῆρας τῆς
C οἰκουμένης διαλάμποντας, τῆς ἐκκλησίας τοὺς στύλους, οὓς στέφανοι δόξης νικήσαντας στεφανοῖ Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ ἔχων τὸ μέγα ἔλεος;

Ποίοις ὑμνῳδιῶν κάλλεσιν ἀνυμνήσωμεν τοὺς θεοφόρους, τοὺς οὐρανομύστας καὶ κήρυκας τῆς ὀρθοδοξίας ὑπάρχοντας, τοὺς ἀκραιφνεστάτους θεολόγους, τὸν μέγαν ἱεροφάντορα Βασίλειον, τὸν θεῖον καὶ θεορρήμονα Γρηγόριον, καὶ Ἰωάννην τὸν πάνυ, τὸν χρυσοῦν τὴν γλῶτταν, οὓς ἐδόξασεν ἡ Τριὰς, ἀξίως ὁ Κύριος, ὁ ἔχων τὸ μέγα ἔλεος;

Ποίοις ἐγκωμιῶν ῥήμασιν ἐπαινέσωμεν τοὺς ἱεράρχας, τοὺς ἰσαποστόλους ἐν χάριτι, καὶ ὁμοτίμους χαρίσμασι, τοὺς τῆς ἀσεβείας καταλύτας, σωτῆρας καὶ ὁδηγοὺς λόγῳ καὶ πράγματι, ποιμένας, χριστομιμήτους διὰ πίστεως, τοὺς ἐπιγείους ἀγγέλους, βροτοὺς οὐρανίους, οὓς ἐτίμησεν ὁ Χριστὸς, τῆς δόξης ὁ κύριος, ὁ ἔχων τὸ μέγα ἔλεος;

Ποίοις εὐφημιῶν στέμμασι καταστέψωμεν τὸν χρυσολόγον, ἅμα Βασιλείῳ Γρηγόριον τὰ σεπτὰ δοχεῖα τοῦ Πνεύματος, τοὺς στεῤῥοὺς τῆς πίστεως προμάχους, τοὺς στύλους τῆς ἐκκλησίας, πιστῶν στήριγμα ἁπάντων, ἁμαρτανόντων παραμύθιον, πηγὰς βλυζούσας τὸ νᾶμα, ἐξ οὗ ἀῤῥυόμενοι ἡδυνόμεθα ταῖς ψυχαῖς, αἰτοῦντες συγχώρησιν σφαλμάτων καὶ μέγα ἔλεος. Δόξα·

VERSUS SIMILARES

Tonus 2 *Sicut.* Ποίοις εὐφημιῶν.

205 Quibus laudum coronis coronabimus Doctores, divisos quidem ætatibus, sed spiritu conjunctos, divinorumque hominum antesignanos, numero pares Trinitati, ejusque cultores; fulgentia totius orbis luminaria, columnas Ecclesiæ, Victores quos coronis gloriæ coronat Christus Deus noster, magnam habens misericordiam? F

Qua carminum celebritate canemus Deiferos, cœlestiumque arcanorum gnaros, et præcones rectæ fidei, ac sincerissimos Theologos: magnum sacrorum interpretem Basilium, divinum et divina explicantem Gregorium, atque Joannem eximium, lingua aureum; quos pro meritis glorificavit Trinitas, Dominus noster, habens magnam misericordiam?

Quibus præconiorum verbis laudabimus sacrorum Principes, gratia et honore æquales Apostolis, eversores impietatis, servatores et viæ duces verbo ac facto, pastores, Christi per fidem imitatores, terrestres Angelos, homines cœlestes, quos honoravit Christus, gloriæ Dominus, habens magnam misericordiam?

Quibus laudationum coronis cingemus, verba aurea proloquentem, et cum Basilio Gregorium, augusta receptacula Spiritus, stabiles fidei propugnatores, columnas Ecclesiæ, fidelium omnium fulcimentum, peccantium solatium, fontes effundentes laticem, quem qui haurimus, afficimur lætitia, petentes errorum veniam et magnam misericordiam Gloria.
Tonus

AUCTORE N. R. — *et cum doxologia minori ac majori; atque hujus Appendicibus, et sacri olei distributione.*

Tonus idem, sicut, Σήμερος ὁ Χριστός.

206 Hodie animæ terrigenarum exaltantur, ex terrestribus hodie cœlestes fiunt, Sanctorum in memoria. Nam portæ cœlorum attolluntur, et quæ Domini sunt, ea nobis innotescunt; sermones sermonibus prædicantur, et miracula decantantur linguis. Nos vero ad Servatorem clamamus: Gloria Tibi Christo Deo: pax enim fidelibus per eos parta est.

Ἦχος ὁ αὐτός, πρὸς τὸ, Σήμερον ὁ Χριστός.

Σήμερον αἱ ψυχαὶ τῶν γηγενῶν ὑψοῦνται, ἐκ γηΐνων· Σήμερον οὐράνιοι γίνονται τῶν Ἁγίων ἐν τῇ μνήμῃ· αἱ γὰρ πύλαι τῶν οὐρανῶν ἐπαίρονται, καὶ ἡμῖν τὰ τοῦ Δεσπότου γνωρίζονται, οἱ λόγοι τοὺς λόγους κηρύττουσι, καὶ αἱ γλῶσσαι τὰ θαύματα μέλπουσιν, ἡμεῖς δὲ πρὸς τὸν Σωτῆρα βοῶμεν, Δόξα σοι Χριστῷ τῷ Θεῷ, τοῖς γὰρ πιστοῖς εἰρήνη διὰ τούτων ἐγεγόνει.

Et nunc. *Mariale simile.*

Hodie Christus in templo portatur ut infans; hodie fit sub lege qui Moysi legem dedit. Angelorum exercitus obstupuerunt, quando illum qui continet omnia, viderunt inter senilia brachia. Simeon, pietate plenus et gaudio, clamabat: Nunc dimittis, me, Servator, ex hac fragili vita, ad quietem ubi nulla sentitur senectus: vidi enim Te, et exultavi.

¶ 207 Sequitur Glorificatio major et Dimissio. Datur autem et sanctum oleum Fratribus.

Καὶ νῦν. Θεοτόκιον ὅμοιον.

Σήμερον ὁ Χριστὸς ἐν τῷ ναῷ προσφέρεται ὡς βρέφος· σήμερον ὑπὸ νόμον γίνεται, ὁ Μωσεῖ διδοὺς τὸν νόμον· τῶν Ἀγγέλων αἱ στρατιαὶ τεθάμβηνται, ἐν ἀγκάλαις γηραιαῖς κατεχόμενον τὸν συνέχοντα πάντα θεώμεναι. Συμεὼν, εὐλαβείας πλησθεὶς καὶ χαρᾶς, ἐβόα· Νῦν ἀπολύεις με, Σῶτερ, ἐκ τῆς ἐπικήρου ζωῆς πρὸς τὴν ἀγήρω λῆξιν· εἶδον γάρ σε καὶ εὐφράνθην.

¶ Δοξολογία μεγάλη καὶ ἀπόλυσις· δίδοται δὲ καὶ ἅγιον ἔλαιον τοῖς Ἀδελφοῖς.

Comm. *Diximus quidem num.* 31, Δοξολογίαν μεγάλην, *sive* majorem Glorificationem, *esse Hymnum Angelicum; sed quia illi Hymno, prout hic a Græcis recitatur, adduntur aliqua quæ in Latino minime reperiuntur, non ingratum Lectori futurum existimo, si illum totum sub aspectum cum sua appendice posuero. Talis autem nobis in Hirmologio exhibetur, qualis sequitur.*

Gloria in excelsis Deo, et in terra pax, in hominibus bona voluntas. Laudamus te, benedicimus te, adoramus te, glorificamus te, gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam; Domine Rex cœlestis, Deus pater omnipotens: Domine Fili unigenite Jesu Christe, et Sancte Spiritus. Domine Deus. Agnus Dei, Filius Patris, qui tollis peccatum mundi, suscipe deprecationem nostram: qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis: quoniam tu solus sanctus, tu solus Dominus Jesus Christus in gloria Dei Patris. Amen. Omni die benedicam te, et laudabo nomen tuum in seculum et in seculum seculi. Dignare, Domine, die isto sine peccato nos custodire. Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum, et laudabile et gloriosum nomen tuum in secula. Amen. Fiat, Domine, misericordia tua super nos; quemadmodum speravimus in te. Benedictus es Domine, doce me justificationes tuas. *Tertium.*

208 Domine, refugium factus es nobis in generatione et generatione. Ego dixi, Domine, miserere mei; sana animam meam, quia peccavi tibi. Domine ad te confugi, doce me facere voluntatem tuam, quia tu es Deus meus; quia apud te est fons vitæ, in lumine tuo videbimus lumen. Extende misericordiam cognoscentibus te, Sanctus Deus, Sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nobis. *Tertium.*

Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. Ὑμνοῦμέν σε, εὐλογοῦμέν σε, προσκυνοῦμέν σε, δοξολογοῦμέν σε, εὐχαριστοῦμέν σοι, διὰ τὴν μεγάλην σου δόξαν. Κύριε βασιλεῦ ἐπουράνιε, Θεὲ Πάτερ παντοκράτορ· Κύριε Υἱὲ μονογενὲς Ἰησοῦ Χριστέ, καὶ ἅγιον Πνεῦμα· Κύριε ὁ Θεὸς, ὁ Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ Υἱὸς τοῦ Πατρὸς, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, πρόσδεξαι τὴν δέησιν ἡμῶν· ὁ καθήμενος ἐκ δεξιῶν τοῦ Πατρὸς, ἐλέησον ἡμᾶς· ὅτι σὺ εἶ μόνος ἅγιος, σὺ εἶ μόνος Κύριος, Ἰησοῦς Χριστὸς, εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρός. Ἀμήν. Καθ' ἑκάστην ἡμέραν εὐλογήσω σε, καὶ αἰνέσω τὸ ὄνομά σου εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Καταξίωσον, Κύριε, ἐν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ ἀναμαρτήτους φυλαχθῆναι ἡμᾶς. Εὐλογητὸς εἶ, Κύριε, ὁ Θεὸς πατέρων ἡμῶν, καὶ αἰνετὸν καὶ δεδοξασμένον τὸ ὄνομά σου εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Γένοιτο, Κύριε, τὸ ἔλεός σου ἐφ' ἡμᾶς, καθάπερ ἠλπίσαμεν ἐπὶ σοί. Εὐλογητὸς εἶ, Κύριε, δίδαξόν με τὰ δικαιώματά σου. Ἐκ τρίτου.

Κύριε, καταφυγὴ ἐγενήθης ἡμῖν ἐν γενεᾷ καὶ γενεᾷ. Ἐγὼ εἶπα, Κύριε, ἐλέησόν με, ἴασαι τὴν ψυχήν μου, ὅτι ἥμαρτόν σοι. Κύριε, πρὸς σὲ κατέφυγον, δίδαξόν με τὸ ποιεῖν τὸ θέλημά σου· ὅτι σὺ εἶ ὁ Θεός μου, ὅτι παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς, ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς. Παράτεινον τὸ ἔλεός σου τοῖς γινώσκουσί σε. Ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς. Ἐκ γ'.

Gloria. Et nunc.

Sanctus immortalis miserere nobis.

¶ Deinde clariori voce.

Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nobis.

Δόξα. Καὶ νῦν.

Ἅγιος ἀθάνατος ἐλέησον ἡμᾶς.

¶ Εἶτα γεγωνοτέρᾳ φωνῇ.

Ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς.

Comm. *Illud autem quod additur:* Datur sanctum oleum Fratribus: *fusius explicatur in ejusdem Typici capite* 12 *ad* 26 *Septembris, cum Græci colunt translationem S. Apostoli et Evangelistæ Joannis.*

¶ 209 Sacerdos lampade prælucente abit, incensatque imaginem Sancti. Deinde ex ejusdem Sancti lampade dat oleum Fratribus. Si autem Præses sacerdotio initiatus sit, ipse Fratres inungit consecrato illo oleo, intingens duos digitos, et non unum dumtaxat.

¶ Ὁ Ἱερεὺς, προπορευομένης αὐτοῦ λαμπάδος, ἀπέρχεται καὶ θυμιᾷ τὴν εἰκόνα τοῦ Ἁγίου. Εἶθ' οὕτως ἐπιδίδωσιν ἅγιον ἔλαιον ἐκ τῆς κανδήλας τοῦ Ἁγίου τοῖς Ἀδελφοῖς. Εἰ δὲ Προεστὼς ἠξίωται τῆς ἱερωσύνης, αὐτὸς ἐπιχρίει τοὺς Ἀδελφοὺς, ἀπὸ τῆς τοιαύτης εὐλογίας, ἐμβάπτων τοὺς ἑαυτοῦ δακτύλους τοὺς δύο, καὶ οὐχὶ τὸν ἕνα.

Ac ne quis putet hoc tantum fieri istius Translationis festo, mox subjungitur:

A ¶ Ἐκ τούτου οὖν σημείου σημείωσαι, καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἑορταῖς τῶν Ἁγίων, ἐν αἷς δίδοται τὸ ἅγιον ἔλαιον· καὶ οὕτως ἑορτάζομεν πάσας ἑορτὰς τῶν Ἁγίων, ἐν αἷς γίνονται ἀγρυπνίαι.

¶ Ex hac igitur nota intellige, quid fieri oporteat etiam aliis Sanctorum festis, quibus datur oleum sanctum. Sic autem celebramus festa omnia, quorum pervigilia aguntur. D

Auctore N. B. usitata in majoribus omnibus festis

Philotheus unctionis illius ritum ita describit in ordine sacri ministerii, jam sæpe allegato.

¶ Εἰ μὲν ἐστὶ Δεσποτικὴ ἑορτὴ, ἢ μεγάλου Ἁγίου μνήμη, δίδοται καὶ τὸ ἅγιον ἔλαιον, οὕτως· Πάντων συναγομένων πλησίον τῆς εἰκόνος τοῦ προσκυνήματος, καὶ ψαλλόντων, ὁ μὲν Διάκονος θυμιᾷ κύκλῳ, ἀπὸ τοῦ Προεστῶτος ἀρξάμενος, πρῶτον θυμιάσας τὴν εἰκόνα τοῦ Ἁγίου. Ὁ δὲ Ἱερεὺς ἱστάμενος πλαγίως τῆς εἰκόνος, κατέχων ἄλειπτρον χρίει τοὺς προσιόντας ἐν τῷ μετώπῳ, καὶ εὐλογεῖ. Ὅταν δὲ χρισθῶσι πάντες, ἐκφωνεῖ.

Ἐπάκουσον ἡμῶν, ὁ Θεὸς, ὁ Σωτὴρ ἡμῶν, ἡ ἐλπὶς πάντων τῶν περάτων τῆς γῆς, καὶ τῶν ἐν θαλάσσῃ μακράν· καὶ ἵλεως ἵλεως γενοῦ ἐπὶ ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν, καὶ ἐλέησον ἡμᾶς.

¶ Καὶ ἐκφωνεῖ.

Ἐλεήμων γὰρ καὶ φιλάνθρωπος Θεὸς ὑπάρχεις, καὶ σοὶ τὴν δόξαν συναπέμπομεν, τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

¶ Μετὰ τὸ δοῦναι τὸ ἅγιον ἔλαιον, γίνεται τελεία

B ἀπόλυσις.

¶ 210 Quod si Christi Domini festum vel magni alicujus Sancti memoria agitur, datur et sanctum oleum hoc pacto. Omnibus ad Sancti imaginem, quæ honoranda proponitur, confluentibus et cantantibus, Diaconus thus adolet in circuitu, a Præside incipiens, eo honore prius Sancti imagini habito. Sacerdos autem, stans ad latus imaginis, tenet vasculum, et accedentes inungit in fronte, ac benedicit. Cum autem omnes inuncti sunt, exclamat :

Sacerdote frontes singulorum inungente.

Exaudi nos Deus, servator noster, spes omnium finium terræ, et eorum qui sunt in mari longe ; et propitius, propitius esto peccatis nostris, nostrique miserere.

¶ Atque iterum exclamat :

Misericors atque hominum amans Deus es, et tibi reddimus gloriam, Patri, et Filio, et Spiritui sancto, nunc et semper et in secula seculorum.

¶ 211 Dato jam sancto oleo, fit perfecta Dimissio.

E

At faciendam mox dimissionem

Comm. *Hæc sunt verba Typici ad 26 Septembris cap. 12 supra allegato. Quare autem hic dicatur* τελεία ἀπόλυσις perfecta Dimissio, *colligi potest ex Dissertatione nostra onomastica, ubi num. 36 illius nomenclaturæ ratio non obscure cuilibet innotescet. Igitur* τελεία ἀπόλυσις *hic non solum est finis Officii Ecclesiastici, verum etiam dimissio populi. Et quoniam Sacerdos solitus est dimittendo populo bene precari, ipsa illa formula precandi non raro* ἀπόλυσις *quoque nuncupatur. De formula illa pauca disseremus inferius, hic vero de iis, quæ illam solent proxime præcedere.*

212 *Absoluta superiore exclamatione, statim (ut est apud Philotheum) ait Sacerdos.*

Ὁ Ἱερεύς· Εἰρήνη πᾶσι. Ὁ Διάκονος· Τὰς κεφαλὰς ἡμῶν τῷ Κυρίῳ κλίνωμεν. Καὶ ὁ Ἱερεὺς λέγει τὴν εὐχὴν μυστικῶς· Κύριε ἅγιε, ὁ ἐν ὑψηλοῖς κατοικῶν, καὶ τὰ ταπεινὰ ἐφορῶν, καὶ τῷ πανταφόρῳ σου ὄμματι ἐπιβλέπων ἐπὶ πᾶσαν τὴν κτίσιν· σοὶ ἐκλίναμεν τὸν αὐχένα τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος, καὶ δεόμεθά σου, ἔκτεινον τὴν χεῖρά σου τὴν ἀόρατον ἐξ ἁγίου κατοικητηρίου, καὶ εὐλόγησον πάντας ἡμᾶς· καὶ εἴ τι ἡμάρτομεν ἑκουσίως ἢ ἀκουσίως, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος Θεὸς συγχώρησον, δωρούμενος ἡμῖν καὶ τὰ ἐγκόσμια καὶ ὑπερκόσμια ἀγαθά σου. Ἐκφώνως. Σὸν γάρ ἐστιν τὸ ἐλεεῖν καὶ σώζειν ἡμᾶς Χριστὲ, ὁ Θεός.

Ὁ Διάκονος. Σοφία.

Ὁ Ἱερεύς. Ὁ ὢν εὐλογητὸς Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, πάντοτε, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Pax omnibus. *Diaconus vero ;* Capita nostra Domino inclinemus. *Et Sacerdos secreto subjungit orationem :* Domine sancte, qui in altis habitas, et humilia respicis, et oculo perspicacissimo circumspicis omnem creaturam ; Tibi cervices animi atque ac corporis incurvamus, et oramus Te, manum tuam invisibilem de sancto habitaculo tuo extende, et benedic nos omnes : et si quid sponte vel coacte deliquimus, ut bonus ac benignus Deus ignosce, et bona tua temporalia simul atque æterna largire. *Exclamando.* Tuum est enim misereri et salvare nos, Christe Deus.

Deum invocans sacerdos

Diaconus. Sapientia.

Sacerdos. Qui est benedictus Christus Deus noster, ubique, nunc, et semper, et in secula seculorum.

C ¶ Καὶ ψάλλεται τὸ, Στερέωσαι ὁ Θεὸς τοὺς Βασιλεῖς.

¶ 213 *Et canitur :* Confirma Deus Imperatores.

Comm. *Hanc orationem non inveni usque adhuc, nisi forte putes esse illam, quæ extat in Hirmologio et sic sonat.* F

Ἐπουράνιε Βασιλεῦ, τοὺς πιστοὺς Βασιλεῖς ἡμῶν στερέωσον, τὴν πίστιν στήριξον, τὰ ἔθνη πράϋνον, τὸν κόσμον εἰρήνευσον, τὴν ἁγίαν μονὴν ταύτην καλῶς διαφύλαξον, τοὺς προαπελθόντας πατέρας καὶ ἀδελφοὺς ἡμῶν, ἐν σκηναῖς δικαίων τάξον, καὶ ἡμᾶς ἐν μετανοίᾳ καὶ ἐξομολογήσει παράλαβε, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος.

Ὁ Ἱερεύς. Ὑπεραγία Θεοτόκε, σῶσον ἡμᾶς. Καὶ ψάλλεται, Τὴν τιμιωτέραν τῶν Χερουβεὶμ, καὶ ἐνδοξοτέραν ἀσυγκρίτως τῶν Σεραφὶμ, τὴν ἀδιαφθόρως τὸν Λόγον Θεὸν τεκοῦσαν, τὴν ὄντως Θεοτόκον, σὲ μεγαλύνομεν. Εἶτα πάλιν λέγει. Δόξα σοι Χριστὲ ὁ Θεὸς, ἡ ἐλπὶς ἡμῶν, δόξα σοι. Ἀδελφοί. Κύριε εὐλόγησον.

Rex cœlestis, confirma fideles Imperatores nostros ; fidem stabili ; gentes mitiga ; pacifica orbem ; habitationem hanc sanctam bene custodi ; patres et fratres nostros defunctos colloca in justorum tabernaculis ; et nos in pœnitentia ac confessione suscipe, ut qui vere bonus es et hominum amans.

tum Christum regem

Sacerdos. Sanctissima Dei genitrix serva nos. *Et canitur :* Magnificamus Te excellentiorem Cherubim, et sine comparatione Seraphim gloriosiorem : utpote quæ incorrupta genuisti Verbum Deum, ideoque vere Dei genitrix es. *Tum iterum dicit :* Gloria tibi, Christe Deus, spes nostra, gloria tibi. *Fratres respondent,* Domine benedic.

atque Deiparam et Sanctos.

¶ Καὶ γίνεται ἀπόλυσις· εἰ μὲν ἔστι κυριακή· Ὁ ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν Χριστὸς, ὁ ἀληθινὸς Θεὸς ἡμῶν, ταῖς πρεσβείαις τῆς παναχράντου αὐτοῦ Μητρὸς, τῶν ἁγίων ἐνδόξων καὶ πανευφήμων Ἀποστόλων, καὶ πάντων τῶν Ἁγίων, ἐλεήσῃ καὶ σώσῃ ἡμᾶς, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος.

¶ *Et pronuntiat Dimissionis formulam, quæ diebus dominicis hæc est :* Qui surrexit a mortuis Christus verus Deus noster, precibus intemeratæ Matris suæ, sanctorum, gloriosorum et percelebrium Apostolorum, omniumque Sanctorum, misereatur et servet nos, ut bonus ac benignus.

214 Comm. Dimissionis formula mutatur pro ratione festi vel mysterii quod celebratur, idque satis patet ex allato Philothei textu. Sic in Christi natali dicitur : Ὁ ἐν τῷ σπηλαίῳ γεννηθεὶς, καὶ ἐν φάτνῃ ἀνακλιθεὶς

διὰ

A *διὰ τὴν ἡμῶν σωτηρίαν. Qui in spelunca natus est et in præsæpe reclinatus, propter nostram salutem.* Et in D

AUCTORE N. B. cum expressione Sancti cujus est festum :

Circumcisione : *Ὁ ἐν τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ σαρκὶ περιτμηθῆναι καταδεξάμενος, Qui octavo die in carne circumcidi voluisti etc. Formulas alias, alias Domini nostro Jesu Christi festis et aliquot Dominicis accommodatas, videre qui voluerit, ille adeat Goarum ad calcem Euchologii. Mihi autem satis fuerit hic paucis ex eodem Philotheo annotare, in Dimissionis formula a Sacerdote solere pronuntiari nomen Sancti, cujus sacra lux agitur, si tamen fuerit e Sanctis præcipuis. Quamobrem, cum Basilius Magnus, Gregorius Nazianzenus et Joannes Chrysostomus inter præcipuos Sanctos a Græcis semper habiti fuerint, dubitandum non est quin in hujusce diei Dimissione debeant eorum nomina pronuntiari hoc aut simili modo :*

Qui Doctores illuminat, Christus, verus Deus noster, precibus intemeratæ Matris suæ, sanctorum, gloriosorum et percelebrium Apostolorum, nec non sanctorum Patrum nostrorum Basilii Magni, Gregorii Theologi, Joannis Chrysostomi, omniumque Sanctorum *et reliqua ut supra.*

Ὁ τοὺς διδασκάλους φωτίζων Χριστὸς, ὁ ἀληθινὸς Θεὸς ἡμῶν, ταῖς πρεσβείαις τῆς παναχράντου αὐτοῦ μητρὸς, τῶν ἁγίων ἐνδόξων καὶ πανευφήμων Ἀποστόλων, τῶν ἐν ἁγίοις Πατέρων ἡμῶν Βασιλείου τοῦ μεγάλου, Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου, Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου, καὶ πάντων τῶν Ἁγίων· καὶ τὰ λοιπά.

quæ benedictionis dimissorialis varietas,

215 Comm. *Sed et Latinis olim solenne erat, ut aliis et aliis diebus adhiberent etiam alias atque alias formulas benedicendi, constantes interdum ex multis versibus. Unde apud Gregorium Papam in libro sacramentorum adhuc extat illa benedictio pro die nativitatis Domini.* Benedicat vobis omnipotens Deus, vestramque ad superna excitet intentionem, qui hanc sacratissimam diem nativitate Filii sui fecit esse solennem. Amen. Et qui eum qui panis est Angelorum, in præsepe Ecclesiæ cibum fecit esse fidelium animalium : ipse vos et in præsenti seculo degustare faciat æternorum dulcedinem gaudiorum, et in futuro perducat ad satietatem æternorum præmiorum. Amen. Quique ejus infantiam vilibus voluit indui pannis, ipse vos cœlestium vestimentorum induat ornamentis. Amen. Quod ipse præstare dignetur, cujus regnum et imperium perma- B E net in secula seculorum. Amen. Benedictio Dei Patris, et Filii, et Spiritus sancti, et pax Domini sit semper vobiscum. *Benedictiones illæ ut Illustrissimus Habertus testatur, in Ecclesiis fere omnibus Cathedralibus, antiqui moris sui studiosis, in solennibus officiis non omittuntur. Loquitur autem Habertus de Gallicanis Ecclesiis, quarum ritus ab usu Romano discrepans peculiari opere explicatur a Mabilione : harum vero antiquus usus sub imperio Gothorum in Hispaniam transiit. Hinc* Missale Gothicum sive Gallicanum vetus, *anno* 1680 *ex MSS. Reginæ Sueciæ Romæ vulgatum, præscribit alias atque alias formulas, cuique festo proprias, sub hoc titulo,* Benedictio populi ; *non tamen ad finem Missæ, sed post Orationem Dominicam ante Communionem; porro illæ dicebantur quondam* Interpellationes *seu* Postulationes *: atque hoc nomine easdem vult intelligi apud S. Paulum beatus Augustinus epistola ad Paulinum :* Interpellationes, *inquiens*, sive ut nostri codices habent, Postulationes fiunt, cum populus benedicitur.

etiam Latinis olim usitata fuit,

et hodiedum in Gallia servatur.

Sed Crucem formantes Græci aliter quam Latini digitos componunt,



216 *A Latinis revertamur ad Græcos eorumque ritus in pronuntiandis Benedictionibus a Philotheo descriptos :* Ὁ Ἱερεὺς ἀνοίξας τὰ ἅγια θύρια, χαλάσας τε τὸ φελόνιον, ἱσταμένου τοῦ Διακόνου ἔξωθεν ἐκ δεξιῶν, καὶ τὸ ὠράριον κρατοῦντος συνήθως, λέγει τὴν ἀπόλυσιν. *Sacerdos, sanctis portis reseratis et demissa casula, Diacono stante foris a dextris, et Stolam apprehendente secundum consuetudinem, pronuntiat Dimissionem, et benedicit populo, manum quidem movens in formam Crucis, sed digitos longe aliter componens, quam nunc in Ecclesia Latinorum fieri consuevit. Etenim auricularem aliquantulum incurvat ; summum articulum annularis applicat primo condylo pollicis ; indicem in longum producit, ad eumque oblique adjungit medium, et sic alterum accommodans alteri quasi decussat. Quæ quidem digitorum compositio nobis ad calcem Hirmologii adumbratur hoc schemate.*

sicut IC XC exprimere censeantur,

217 *Porro Nicolaus Malaxus, Protopapa sive Parochus Nauplia, ibidem affirmat tali digitorum inflexione* JESU CHRISTI *nomen informari ac veluti describi : nam, ut ipse quidem contendit, eadem exprimuntur hæ litteræ* IC. XC. *Græcos autem hac figura* C *olim pinxisse suum* Σ *notius est, quam ut hic dici a me debeat. Sed habe tibi locum Malaxi ipsum Is mihi quidem dignus visus est, qui Latine verteretur.*

sicut pulchre explicat Nicolaus Malaxus

C Rectitudo Indicis, et inflexio Medii, etiam Sphaceli dicti, nomen IC manifeste exprimit, cum rectitudo I referat, curvitas vero C. Unde et prope invicem duo hi digiti ita dispositi, hoc non obscure præ se ferunt. Jam vero Pollicis et Annularis, qui et Epibatus vocatur, ad sese mutuo obliqua adjunctio ; et iterum quæ his proxima est, inflexio Auricularis, nomen XC simul significant : quippe obliquitas Pollicis et Annularis, elementum sive litteram X ostendit : et incurvus Auricularis posterius elementum C : itaque, ut dictum est, nomen XC significatur. Verum quo, qui voluerit, cognoscat istud evidentius, manum benedicentem delineet et istud manifeste cognoscet. Et vero oportet ut benedictio dictam figuram, et nullam aliam exprimat, quam benedictum Jesu Christi nomen, in quo benedicuntur omnes gentes, sicut beato Patriarchæ Abrahæ promissum est : Benedicentur enim, inquit [Deus,] in semine tuo omnes gentes terræ. Non dixit (inquit Divus Apostolus) in seminibus, sed in semine, qui est Christus. Et certe conveniebat, ut figura manus benedicentis benedictos in Christo, non exprimeret aliud, quam nomen illius in quo benedicimur. Propterea enim, opinor, sic et ab initio universorum Conditor diviniore providentia digitos

Τὸ μὲν ὄρθιον τοῦ λιχανοῦ δακτύλου καὶ ἐπικαμπὲς τοῦ μέσου, τοῦ καὶ σφακέλου λεγομένου τὸ IC ὄνομα προδήλως χαρακτηρίζει· τοῦ ὀρθίου τὸ I παριστῶντος, F τοῦ δὲ καμπύλου τὸ C. Ὅθεν καὶ ἔγγιστα ἀλλήλων οἱ δύο οὗτοι δάκτυλοι οὑτωσίπως διατυπούμενοι, ἀριδήλως τοῦτο ἐμφαίνουσιν. Ἡ δὲ τοῦ ἀντίχειρος, καὶ τοῦ παραμέσου, τοῦ καὶ ἐπιβάτου καλουμένου, πρὸς ἀλλήλους πλαγία ἕνωσις, καὶ αὖθις τὸ ἔγγιστα τούτων καμπύλον τοῦ μύωπος, τὸ XC ὄνομα σημαίνουσιν ἀμφότερα· ἡ γὰρ πλαγιότης τοῦ ἀντίχειρος καὶ τοῦ ἐπιβάτου τὸ X στοιχεῖον ἐνδείκνυται· ὁ δὲ κυρτόσχημος μύωψ, τὸ μετὰ τοῦτο, C, δι' ὧν τὸ XC ὄνομα, ὡς εἴρηται, δείκνυται. Ἵνα δὲ σαφέστερον τοῦτο πρὸς διάγνωσιν ἔχῃ ὁ βουλόμενος, σχεδιασάτω τὴν χεῖρα εὐλογοῦσαν, καὶ ἀριδήλως τοῦτο γνώσεται. Δεῖ γὰρ εὐλογίαν τὸ σχῆμα τοῦτο λεγόμενον, οὐδὲν ἄλλο παραδηλοῦν, ἢ τὸ τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ ὄνομα ἐν ᾧ εὐλογοῦνται πάντα τὰ ἔθνη, ὡς ἡ πρὸς τὸν μακάριον πατριάρχην Ἀβραὰμ ἐπαγγελία γέγονεν· Εὐλογηθήσονται γάρ φησιν ἐν τῷ σπέρματί σου, πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς. Οὐκ εἶπε δὲ, φησὶν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, ἐν τοῖς σπέρμασιν, ἀλλ' ἐν τῷ σπέρματι, ὅς ἐστιν ὁ Χριστός· Ἐχρῆν τοιγαροῦν καὶ τὸν σχηματισμὸν τῆς εὐλογούσης τοὺς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ εὐλογουμένους χειρὸς, οὐδὲν ἄλλο σημαίνειν, ἢ αὐτὸ τὸ ὄνομα, τοῦ ἐν ᾧ εὐλογούμεθα. Διὰ τοῦτο γὰρ οἶμαι καὶ

θειοτερα

A θειοτέρᾳ προνοίᾳ, οὕτως ἀρχῆθεν ὑπ' αὐτοῦ τοῦ τῶν ὅλων δημιουργοῦ, οἱ δάκτυλοι ἀνθρωπίνης παλάμης ἐξήρτηντο, καὶ οὐ πλείους οὐδ' ἐλάττονες, ἀλλ' ὅσοι ἂν μὴ περιττῶς, μηδὲ ἐλλειπῶς, ἀλλ' ἀρκούντως πρὸς τὴν τοιαύτην σημασίαν ἔχοιεν.

D humanæ palmæ annexuit, ut neque plures sint neque pauciores, verum tot, quot neque redundent, neque deficiant, sed sufficiant istiusmodi significationi.



B

Goar aliquanto aliter.

218 *Hunc Malaxi locum si, vidisset Goarus, numquam tradidisset, minimum benedicentis digitum sive auricularem protendi in longum. Tradit etiam idem Goarus, digitos a Sacerdote inter benedicendum, ita coaptari*, ut semper trium horum vocabulorum Ἰησοῦς Χριστὸς νικᾷ litteras initiales, quæ sunt I, X, et N exprimant. Auricularis quidem, *inquit*, digitus in longum productus Τὸ I; pollex extremitati medii accumbens, et cum eo Crucem decussatam referens, Τὸ X; medius tandem et index Τὸ N majori ex parte repræsentant. *Quo ex fonte Goarus hæc hauserit, invenire nondum potui.*

Episcopi etiam cum bicerco et tricereo benedicunt.

219 *Sed hoc loco prætereundum non est, prædictam rationem complicandi digitorum, solere servari etiam a Pontificibus, dum cum δικηρίῳ et τρικηρίῳ benedicunt. Est autem δικήριον cereus bisulcus, cujus unus est ramus, sive capulus aut manubrium, duo vero e ramo in*
C *lineam rectam ramusculi pullulant; qua ex notione etiam quid sit τρικήριον, facile intelligas: videlicet trisulcus cereus, e cujus uno itidem ramo, tres alii ramusculi ad eumdem modum effunduntur. Nec suo illa destituuntur mysterio: quippe Τρικήριον, in una divina natura tres distinctas Personas, Δικήριον autem duas in una Christi persona distinctas naturas esse commonstrat, quemadmodum est apud Symeonem Thessalonicensem de Templo, ubi de lychnis Ecclesiæ. Hi itaque cerei accenduntur; et Episcopus statis temporibus modo bisulco, modo trisulco, nonnumquam etiam utroque simul, ad benedicendum utitur; sic ut tunc etiam expansa brachia signum Crucis repræsentent, id quod clare perspici potest ex hac S. Methodii effigie.*

digitos nihilominus ut supra componunt,

220 *Videsne, Lector, etiam sic benedicentis digitos, quo supra diximus modo complicatos? At vero non videbor ferri extra oleas, si hac occasione tria prætereas ad hunc benedicendi ritum spectantia paucis perstrin-*

xero. Primum, dum Græcus Patriarcha vel Episcopus cum βικηρίῳ vel τρικηρίῳ benedicit, Cruces efformat tres; convenienter sane Pontificibus nostris, etiam tres Cruces, dum benedicunt, formare solitis. Probari id potest ex Demetrio Gemisto MS. de Ordinationibus, qui apud Cangium ait: ὁ Πατριάρχης λαβὼν τὸ τρικήριον, ποιεῖ αὖθις σταυροὺς τρεῖς ἐπάνω τοῦ εὐαγγελίου: Patriarcha, accepto trisulco cereo, facit iterum Cruces tres super Evangelium. *Et mox,* ὁ Πατριάρχης βλέπων πρὸς τὰς δυσμὰς εὐλογεῖ μετὰ τοῦ τρικηρίου τὸν λαὸν τρίς: Patriarcha ad Occidentem conversus, benedicit populo ter cum trisulco cereo. *Deinde* Bicerei et Tricerei *usus non videtur admodum antiquus. Hoc non ex eo quidem colligo, quod S. Sabæ Typicum mentionem ipsius non faciat (hoc enim Typicum pro Patriarchis et Episcopis proprie scriptum non est) verum ex eo quod nec S. Maximus, nec S. Germanus ejusdem meminerint. Atque ea in re doctissimum Morinum habeo fautorem.*

atque tres Cruces formant.

E

Imperatores quoque sic benedicunt populo

221 *Tertium denique.* Bicereo *vel* Tricereo *signare populum non usque adeo proprium est solis Patriarchis ceterisque Pontificibus, ut eam sibi prærogativam non vendicent etiam Imperatores, idque maxime propter unctionem Chrismatis. Duplex est Balsamonis locus, ubi istud asseveratur. Alter ad Can. 67 Synodi Trullanæ,* οἱ γὰρ Πατριάρχαι προβαλλόμενοι ὀρθόδοξοι Βασιλεῖς δι' ἐπικλήσεως τῆς ἁγίας Τριάδος, καὶ Χριστοὶ ὄντες Κυρίου, ἀκωλύτως ὅτε καὶ βούλονται εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον εἰσέρχονται, καὶ θυμιῶσι καὶ σφραγίζουσι μετὰ Τρικηρίου, καθὼς οἱ Ἀρχιερεῖς. Imperatores orthodoxi, qui sub invocatione sanctæ Trinitatis proponunt Patriarchas, et sunt Christi Domini, sine ullo impedimento ad sacrum altare accedunt, quando voluerint, et thus adolent, et signant cum tricipite cereo, quemadmodum Pontifices. *Alter est in Melete, ubi recensens opera, quæ Imperatores cum Patriarchis habent communia, sic loquitur:* Ἐκπαιδεύουσι οἱ πιστοὶ Δεσπόται καὶ Αὐτοκράτορες, κατηχητικῶς ἀνθρώπους τὸν χριστώνυμον λαόν, καὶ θυμιῶσι ὡς Ἱερεῖς, καὶ μετὰ δικηρίου σφραγίζουσι. Hinc *propter unctionem Chrismatis* fideles Domini Imperatores erudiunt Christianum populum, et odore thuris suffumigant, et bicereo benedicunt.

æque ac Patriarchæ

222 *Ex his porro planum fit, qui sit apud Græcos* Βικηρίῳ καὶ Τρικηρίῳ σφραγίζειν; *ex cujus rei ignoratione quæ interpretationum monstra aliquando edita sunt! Interpres nescio quis, apud Gretserum nostrum in Horto S. Crucis part. 3 cap. 21, locum illum Balsamonis,* καὶ μετὰ δικηρίου σφραγίζουσι, *ita vertit:* Cum cera duplici obsignant. *Quamobrem iste Interpres, non immerito a Gretsero reprehenditur. Sed an non etiam reprehendendus sit Gretserus ipse, quod eodem illo Balsamonis loco, pro* Βικηρίου *legendum censent* Τρικηρίου, *quod etiam sit aliorum. Etenim in cetera eruditus videtur nescisse,* Βικήριον *quoque seu bisulcum illum cereum impartiendis in sacro Officio benedictionibus fuisse a Græcis adhibitum. Hic nostro de Laudibus commentario finem imponimus: nam Fratres, e templo abeuntes vocant nos, ad suam quisque cellulam, ut quas ibi minores Horas recitent, dispicere possimus.*

F

Hinc corrigendi quorumdam errores

CAPUT

CAPUT QUINTUM.

De Horis minoribus, Mediis-horis, et Apodipno, quod respondet nostro Completorio.

G*ræci diurnas horas habent totidem, quot Latini, nempe* Πρώτην, Τρίτην, Ἕκτην καὶ Ἐννάτην, *Primam, Tertiam, Sextam et Nonam. Sed in eo dissentiunt, quod post singulas Horas jam commemoratas recitent singula* Μεσώρια *sive medias Horas: quarum ea quæ post Primam dicitur,* Μεσώριον τῆς πρώτης *nuncupatur; quæ post Tertiam,* Μεσώριον τῆς τρίτης, *et sic deinceps. De Mesoriis autem hæc invenio in Typico sub finem capitis* 5.

Græci minores Horas Mesoriis interpolantes,

¶ 224 Mesoria Tertiæ et Sextæ semper in Ecclesia concinuntur, præterquam in vigiliis et Festis, quando habentur glorificationes. Primæ autem horæ Mesorium tale est. Cum preces matutinæ absolutæ jam sunt, in cellas discedimus, et dicto hymno *Trisagion*, dicimus tertio *Venite adoremus*; et auspicamur psalmum 45, *Deus noster refugium et virtus*; et psalmum 91, *Bonum est confiteri Domino*; et 92, *Dominus regnavit*. Trisagium, et Troparium nocturnum, Miserere nostri Domine, miserere nostri: Et nunc, Mariale quod incipit, *Misericordiæ januam*: Domine Miserere quadragies, et orationem quam
B quisque voluerit.

¶ Τὰ δὲ μεσώρια τῆς γʹ ὥρας καὶ ϛʹ, πάντοτε ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ψάλλονται, ἄνευ τῶν ἀγρυπνιῶν καὶ τῶν ἑορτῶν ἐν αἷς γίνονται δοξολογίαι. Τὸ δὲ μεσώριον τῆς πρώτης ὥρας ἐστὶν οὗτος. Μετὰ τὸ ἀπολῦσαι τὸν ὄρθρον, ἀπερχόμεθα ἐν τοῖς κελλίοις, καὶ ποιοῦντες Τρισάγιον, λέγομεν· Δεῦτε προσκυνήσωμεν, ἐκ τρίτου, καὶ ἀρχόμεθα ψαλμὸν μεʹ, Ὁ Θεὸς ἡμῶν καταφυγὴ καὶ δύναμις. Καὶ ψαλμὸν ϙαʹ, Ἀγαθὸν τὸ ἐξομολογεῖσθαι τῷ Κυρίῳ, καὶ τὸν ϙβʹ, Ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν, Τρισάγιον, καὶ Τροπάριον κατανυκτικόν, Ἐλέησον ἡμᾶς Κύριε, ἐλέησον ἡμᾶς, Καὶ νῦν, Θεοτοκίον, Τῆς εὐσπλαγχνίας τὴν πύλην, τὸ Κύριε ἐλέησον μʹ, καὶ εὐχὴν οἵαν ἕκαστος βούλεται. E

Laudibus subjungunt Primam

225 Comm. *Priusquam hæc omnia prout jacent in Græcorum Horologio ad longum describam, cavendum mihi esse intelligo, ne ex eo quod dicat Typicum inchoari istud Mesorium* μετὰ τὸ ἀπολῦσαι τὸν ὄρθρον, *sive* Matutinis precibus jam absolutis, *Lector in animum inducat, aut Græcos Primam non recitare; aut, si recitent, recitare post jam dictum Mesorium. Sed Græcos et habere Primam, et recitare post Matutinum Officium, ante istud Mesorium, constare potest tum ex variis auctoribus, tum ex S. Maximo, qui statim post Matutinum recitandæ Primæ mentionem facit. Est et in Bibliotheca Regis Galliarum codex aliquis, qui, ut testatur Cangius lib. 4 Constantinopolis Christianæ, inscribitur* Τυπικὸν τῆς σεβασμίας μονῆς τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τῆς Κεχαριτωμένης, τῆς ἐκ βάθρων νεουργηθείσης καὶ συστάσης παρὰ τῆς εὐσεβεστάτης Αὐγούστης κυρᾶς Εἰρήνης τῆς Δουκαίνης, κατὰ τὴν αὐτῆς πρόσταξιν καὶ γνώμην ὑφηγηθέν τε καὶ ἐκτεθέν. Typicum venerandi Monasterii sanctissimæ Deiparæ Gratiosæ, a fundamentis de novo excitati per piissimam Augustam Dominam Irenem Ducænam, secundum illius præceptum et mentem enarratum et expositum. *Hic Codex, inquam, sic habet cap.* 32: Μετὰ τοίνυν συμπλήρωσιν τῆς ὀρθρινῆς δοξολογίας, δεῖ συνάπτειν ὑμᾶς τὴν πρώτην ὥραν κατὰ τὸ συνήθειον. Matutinis laudibus absolutis, oportet nos adjungere Horam primam, secundum consuetudinem.

deinde ejus Mesorium recitant

226 ***Quid igitur, inquies, sibi vult S. Sabæ Typicum, dum ait, Primæ Mesorium post Matutinum recitari? Ego quidem existimo nomine*** Ὄρθρου ***sive*** Matutini ***hic Primam intelligi: sic enim intelligebatur antiquitus.*** *Certe libro 8 Constitutionum quæ tribuuntur Apostolis; et licet perperam, magnæ tamen et antiquitatis et auctoritatis sunt, cap.* 34, *dicitur* Εὐχὰς ἐπιτελεῖτε ὄρθρου, καὶ τρίτῃ ὥρᾳ, καὶ ἕκτῃ, καὶ ἐννάτῃ, καὶ ἑσπέρᾳ, καὶ ἀλεκτοροφωνίᾳ· ὄρθρου μὲν εὐχαριστοῦντες, ὅτι ἐφώτισεν ὑμῖν ὁ Κύριος, παραγαγὼν τὴν νύκτα καὶ ἐπαγαγὼν τὴν ἡμέραν· τρίτῃ δὲ, ὅτι ἀπόφασιν ἐν αὐτῇ ὑπὸ Πιλάτου εἴληφεν ὁ Κύριος· ἕκτῃ, ὅτι ἐν αὐτῇ ἐσταυρώθη· ἐννάτῃ δὲ, ὅτι πάντα τοῦ Δεσπότου σταυρουμένου, φρίττοντα τὴν τόλμαν τῶν δυσσεβῶν Ἰουδαίων, μὴ φέροντα τοῦ Κυρίου τὴν ὕβριν· ἑσπέρᾳ δὲ, εὐχαριστοῦντες, ὅτι ὑμῖν ἀνάπαυσιν ἔδωκε τῶν μεθημερινῶν κόπων τὴν νύκτα· ἀλεκτοροφωνίᾳ δὲ, διὰ τὸ τὴν ὥραν εὐαγγελίζεσθαι τὴν παρουσίαν τῆς ἡμέρας, εἰς ἐργασίαν τῶν τοῦ φωτὸς ἔργων. Precationes facite mane, tertia hora, ac sexta, et nona, et vespere, atque ad galli cantum. Mane quidem,

Ipsam vero Primam censent esse partem Matutinum,

C gratias agentes, quod illuminarit vos, nocte sublata et reddito die: Tertia, quod ea hora Pilatus judicium F adversus Dominum pronuntiavit: Sexta, quod ea hora in crucem actus est: Nona, quod tum omnia mota et tremefacta sunt, Domino crucifixo; quia horrerent audaciam impiorum Judæorum, et contumeliam Domini ferre non possent: Vespere quod noctem dederit ad requiescendum a diurnis laboribus: Ad Galli cantum, quod ex hora nuntiet adventum diei ad facienda opera lucis. *Hic voce* Ὄρθρου Πρώτην, *sive Primam horam significari, affirmant Turrianus ibi, Durandus lib. 3 de Ritibus cap. 7: et Suarez lib. 4 de Horis Can. cap. 5 num. 3. Et facile ipsis assentientur mecum omnes qui hunc locum diligentius expenderint: quia licet hic locus nomen* Primæ *quidem, tunc necdum usurpatum non exprimat; tamen rem ipsam, sive precationem quæ fit mane, exprimit; eamque ab ea quæ fit per noctem, manifeste distinguit.*

juxta Canones dictos Apostolorum

227 *Neque ab eo modo loquendi abhorruit S. Basilius in Regulis fusius disputatis Interrogatione* 37; *ubi enumerans stata tempora orandi eam Horam, quæ Tertiam antecedit,* Ὄρθρον *appellat. nec enim de nocturna oratione sive* μεσονυκτίῳ *intelligi potest: quia postquam Tertiæ, Sextæ, Nonæ, aliarumque Horarum meminerat, etiam meminit* Μεσονυκτίου, *dicens:* Τὸ δὲ μεσονύκτιον Παῦλος καὶ Σίλας ἡμῖν ἀναγκαῖον εἰς προσευχὴν παραδεδώκασιν, ὡς ἡ τῶν πράξεων ἱστορία παρίστησι. De tempore autem dimidiæ noctis, quod id ad orationem necessarium sit, traditum nobis est a Paulo et Sila in Actis. *Quod, quod et Latini ita olim locuti fuerint, ut in Euchologio pag.* 33 *probat Goarus, ex Cypriano, vel quocumque alio auctore expositionis in Orationem Dominicam.* Ut itaque, *inquit ibidem idem Goarus,* a vocum confusione mentem liberemus; indubium est, geminas apud Latinos Matutinas preces, sicut et apud Græcos duplicem Ὄρθρον esse statuendum; unum ante solis ortum, et orto sole rursus alium, ut cum nos dicimus Matutinas laudes, ac Primam. *Id quod fuse probat ex Joanne Cassiano, ac tandem subdit,* circa D. Benedicti tempora, secundæ Matutinæ solennitati impositum fuisse Primæ nomen. *Illud sane nomen usurpatum in S. Benedicti Regula cap.* 16 *invenio. At distinctius locutus fuisset Goarus, si illud nomen dixisset inventum tempore Cassiani, cum illius auctorem ipsum Cassianum merito faciat. Sed his omissis, quæro ego: Si hic duplex* Ὄρθρος *a Goaro adstructus admittatur (sicut videtur*

ac S. Basilium, imo et Latinos vetustiores.

A *videtur debere admitti; quis est, qui non videat, Typicum, dum dicit Mesorium Primæ recitari* Μετὰ τὸν Ὄρθρον, *aliter non posse intelligi, quam si diceret,* μετὰ τὴν πρώτην *post Primam? Est etiam perquam verisimile, Primam fuisse apud Græcos Matutini Officii partem ultimam; quod ut dicam, facit S. Germanus, qui enarrato toto Vespertini ac Matutini Officii ordine, non ante ponit* Τέλος τῆς ἀκολουθίας τοῦ Ἑσπεριοῦ καὶ τοῦ Ὄρθρου, *quam initium Primæ in illum Ordinem incluserit. Huc accedit quod Horologium proponat Primam ante ipsum Mesorium recitandam: hæc autem recitabatur in templo, quemadmodum ex eodem Typici loco conficitur. Sed tempus est, ut Primam aliasque horas diurnas cum suis Mesoriis ex Horologio exhibeamus.* D

Nomen Primæ a Cassiano introductum.

Horologium istud quod excusum est Venetiis anno 1607, *sic habet,* Ὥρας τῆς πρώτης ἐν κατανύξει ἄρχου. Horam primam in compunctione incipe, *ac continuo subjungit tres Psalmos: neque cum S. Germano et Hirmologio ibi insinuat, præmittendum esse* Δεῦτε προσκυνήσωμεν Venite adoremus, *id quod ad alias diurnas Horas facit accuratissime. Tres autem Psalmi, quos hic recitandos ponit, sunt hi,* 5, Verba mea auribus percipe: 89, Domine refugium factus es; *et* 100, Misericordiam et judicium. *Quibus absolutis dicuntur sequentia.*

Ritus ipsam recitandi ex Horologio,

Δόξα, καὶ νῦν, ἀλληλούϊα ἐκ γ. μετάνοιαι γ′. Καὶ εἰ μὲν Θεὸς Κύριος ἔψαλται, λέγομεν δόξα, τὸ τροπάριον τῆς ἡμέρας καὶ νῦν, Τί σε καλέσωμεν ὦ κεχαριτωμένη· εἰδ' ἀλληλούϊα, λέγομεν τροπάριον, εἰς ἦχον πλαγίου β′.

Gloria, et Nunc, Alleluia tertio, tertio quoque corpus inflectitur. Et si *Deus Dominus* cantatum fuerit, dicitur Gloria, Troparium diei, Et nunc, Quid te appellem o Benedicta. Si autem Alleluia, dicatur, Troparium canitur tono obliquo 2.

cum frequenti Alleluia,

228 Comm. *Græci longissime absunt ab errore Vigilantii, qui (ut testatur adversus eumdem Vigilantium scribens S. Hieronymus cap.* 1) *pugnabat,* Alleluia *non nisi in Paschate cantandum esse: nam* Alleluia *Græci tam carum habent, ut illud frequentent etiam tempore Quadragesimæ, etiam in suorum exequiis, eoque* E
B *illud sæpius ingeminant, quo ratio temporis diuturniores Dei laudes postulat. Unde Patriarcha Constantinopolitanus Michael Cerularius; apud Baronium ad an.* 1033 *num.* 29, *quasi summam impietatem Latinis objicit, quod* Alleluia *in Quadragesima canere intermittant. Hunc Latinis infensissimum Patriarcham imitati sunt complures alii Græci, ita ut Humbertus Episcopus Silvæ-Candidæ et alii multi, eorum calumnias scripto refutare adacti sint. Sed et Latinis olim in funeribus cecinisse* Alleluia *constat ex D. Hieronymo, qui in Epitaphio Fabiolæ sic loquitur:* Et jam fama volans, tanti prænuntia luctus, totius urbis populum ad exequias congregarat. Sonabant psalmi, et aurata tecta templorum, reboans in sublime quatiebat Alleluia. *Ejusdem ritus meminit in epistola ad Aletium de funere Ruffinæ conjugis: et narrat Baronius, ad an.* 590 *num.* 29, *eum ritum etiam in Gallia fuisse usitatum. An autem et tempore Quadragesimæ Latini aliquando illud cecinerint, non inveni usque adhuc. Hoc inveni, illud non recte factitatum fuisse a quibusdam Hispaniæ Sacerdotibus, contra quos agit Concilium Toletanum IV cap.* 11: Cognovimus quosdam Hispaniæ Sacerdotes, qui in Quadragesimæ diebus Alleluia decantant, præter in ultima hebdomada Paschæ, quod deinceps interdicimus fieri, statuentes, ut in omnibus prædictis Quadragesimæ diebus, quia tempus est non gaudii, sed mœroris, Alleluia non decantetur. *Plura alia disputanda de* Alleluia *occurrunt, sed non sunt hujus loci: eapropter revolvor ad Horologium, quod duos Versiculos exhibet, dicto Tropario subjiciendos. Sunt autem hi.*

etiam per Quadragesimam,

quod improbant Latini.

ΣΤΙΧΟΣ α′.

Τὸ πρωῒ εἰσάκουσον τῆς φωνῆς μου, ὁ βασιλεύς μου καὶ ὁ Θεός μου.

Versiculus 1.

229 Mane exaudi vocem meam, Rex meus et Deus meus.

ΣΤΙΧΟΣ β′.

τὰ ῥήματά μου ἐνώτισον, Κύριε.

Versiculus 2.

Verba mea auribus percipe, Domine.

Δόξα.

Gloria.

C Ὅτι πρὸς σὲ προσεύξομαι, Κύριε.

Quoniam ad te orabo, Domine. F

Καὶ νῦν. Θεοτόκιον.

Et nunc. *Mariale.*

Τί σε καλέσωμεν, ὦ Κεχαριτωμένη; Οὐρανὸν, ὅτι ἀνέτειλας τὸν ἥλιον τῆς δικαιοσύνης; Παράδεισον, ὅτι ἐβλάστησας τὸ ἄνθος τῆς ἀφθαρσίας; Παρθένον, ὅτι ἔμεινας ἄφθορος; Ἁγνὴν μητέρα, ὅτι ἔσχες σαῖς ἁγίαις ἀγκάλαις υἱὸν, τὸν πάντων Θεόν; Αὐτὸν ἱκέτευε σωθῆναι τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

Τὰ διαβήματά μου κατεύθυνον κατὰ τὸ λόγιόν σου, καὶ μὴ κατακυριευσάτω μου πᾶσα ἀνομία. Λύτρωσαί με ἀπὸ συκοφαντίας ἀνθρώπων, καὶ φυλάξω τὰς ἐντολάς σου. Τὸ πρόσωπόν σου ἐπίφανον ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου, καὶ δίδαξόν με τὰ δικαιώματά σου.

Πληρωθήτω τὸ στόμα μου αἰνέσεώς σου, Κύριε· ὅπως ὑμνήσω τὴν δόξαν σου, ὅλην τὴν ἡμέραν μεγαλοπρεπείαν σου. Ἐκ γ′.

¶ Τρισάγιον, Παναγία Τριὰς σὺν τῷ Πάτερ ἡμῶν, Ὅτι σοῦ ἐστιν. Καὶ, εἰ οὐκ ἔστι τεσσαρακοστὴ, λέγε τὸ τοῦ Ἁγίου κοντάκιον, εἰ ἔχει, ἢ τῆς τυχούσης ἑορτῆς.

230 Quid te nominem, o Gratia plena? Cœlum, quia produxisti solem justitiæ? Paradisum, quia integritatis florem effudisti? Virginem, quia mansisti impolluta? Castam matrem, quia sanctis tuis ulnis portasti filium, qui est universorum Deus? Hunc precare, ut nostrarum animarum misereatur.

atque Deiparam,

Gressus meos dirige secundum eloquium tuum, et non dominetur mei omnis injustitia. Redime me a calumniis hominum: et custodiam mandata tua. Faciem tuam illumina super servum tuum, et doce me justificationes tuas.

Repleatur os meum laude tua, Domine, ut cantem gloriam tuam; tota die magnitudinem tuam, *Ter.*

¶ Trisagium, Sanctissima Trinitas, cum Pater noster, Quia tua est: et, nisi sit Quadragesima, Sancti Contacium, si habeat, vel occurrentis festi·

Tropariis marialibus,

231 Comm. *Hæc omnia habes supra, ideoque nihil necesse est denuo tota describere. Tantum hic notatu dignum est, orationem Dominicam a Græcis semper finiri hac formula:* Ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ Βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα, τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

A *AUCTORE N. B.* D

Ἀμήν. *Quia tuum est regnum, et potestas, et gloria, Patris, et Filii, et Spiritus sancti, nunc et semper et in secula seculorum. Amen.* **Hæc verba, *inquit Barradius in Matthæum*, exponuntur a Græcis D. Chrysostomo Euthymio, Theophylacto et ab Auctore imperfecti. In evangelio quoque Cyriaco reperiuntur. At vero in** Græcum evangelium irrepserunt ex oratione Græcorum. Sed neque ab Ecclesia, neque a Latinis Patribus agnoscuntur, *tamquam ad evangelicum textum pertinentia*, neque in emendata editione adhibentur. *Sanctorum Contacium legisti num.* 187.

ad singulas ferias variatis,

¶ 232 Et secunda quidem feria, tertia et sexta, dic præsens Mariale.

Gloriosissimam Dei Matrem, et sanctiorem Angelis sonore cantemus, eamque corde et ore confiteamur esse Dei genitricem, utpote quæ proprie genuit Deum incarnatum, et quæ pro nostris animabus supplicare numquam desinit.

¶ Feria autem quarta et sexta, dic istud :

Antequam redigamur in servitutem ; Christe Deus noster, velociter occurre inimicis, qui te blasphemant, et comminantur nobis ; per crucem tuam erige nos certantes. Effice, qui solus benignus es, ut cognoscant, quantum Deiparæ precibus possit Orthodoxorum fides.

¶ Καὶ τῇ μὲν δευτέρᾳ, τῇ τρίτῃ, καὶ τῇ ε', λέγε τὸ παρὸν Θεοτόκιον.

Τὴν ὑπέρδοξον τοῦ Θεοῦ Μητέρα, καὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων ἁγιωτέραν, ἀσιγήτως ὑμνήσωμεν, καρδίᾳ καὶ στόματι Θεοτόκον αὐτὴν ὁμολογοῦντες, ὡς κυρίως γεννήσασαν Θεὸν σεσαρκωμένον, καὶ πρεσβεύουσαν ἀπαύστως ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν.

¶ Τῇ δὲ τετάρτῃ καὶ παρασκευῇ, λέγε τοῦτο.

Ταχὺ προκατάλαβε πρὶν δουλωθῆναι ἡμᾶς, ἐχθροῖς βλασφημοῦσί σε, καὶ ἀπειλοῦσιν ἡμῖν, Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν· ἄνελε τῷ σταυρῷ σου, τοὺς ἡμᾶς πολεμοῦντας. Γνωσάτωσαν πῶς ἰσχύει ὀρθοδόξων ἡ πίστις, πρεσβείαις τῆς Θεοτόκου, μόνε φιλάνθρωπε.

¶ Sabbato illud. E

233 Pios Martyres, veluti primitias naturæ, tibi

B Domine, creaturæ satori, offert orbis universus? Horum precibus, multum misericors, tuam Ecclesiam per Deiparam in alta pace custodi.

ac denique Officium Matutinum concludit.

¶ Die Dominica recitamus ὑπακοὴν occurrentis Toni, Domine miserere. *Quadragesies.* Qui omni tempore Domine miserere. *Ter.* Gloria. Et nunc Excellentiorem. In nomine Domini, benedic Pater. Sacerdos exclamat ; Deus misereatur vestri. Et si sit Quadragesima, facimus tres majores reverentias, dicentes præscriptam precationem : Domine et Dominator vitæ meæ. Consimiliter et alias minores undecim. Deinde et postremam, adeo ut omnes simul acceptæ sint numero XV. Postea Trisagion, Sanctissima Trinitas, Pater noster, Domine miserere *duodecies*, ac tandem præsentem Orationem.

234 Christe, lux vera illuminans et sanctificans omnem hominem venientem in hunc mundum, signetur super nos lumen vultus tui ; ut in ipso intueamur lumen inaccessum ; et dirige gressus nostros ad operationem mandatorum tuorum, precibus intemeratæ Matris tuæ, tuorumque Sanctorum omnium; Amen.

¶ Τῷ σαββάτῳ τοῦτο.

Ὡς ἀπαρχὰς τῆς φύσεως, τῷ φυτουργῷ τῆς κτίσεως, ἡ οἰκουμένη προσφέρει σοι Κύριε τοὺς θεοφόρους Μάρτυρας· ταῖς αὐτῶν ἱκεσίαις ἐν εἰρήνῃ βαθείᾳ, τὴν Ἐκκλησίαν σου, διὰ τῆς Θεοτόκου συντήρησον, πολυέλεε.

¶ Τῇ δὲ κυριακῇ, λέγομεν τὴν ὑπακοὴν τοῦ τυχόντος ἤχου. Κύριε ἐλέησον, μ'. Ὁ ἐν παντὶ καιρῷ. Τὸ Κύριε ἐλέησον, γ'. Δόξα καὶ νῦν. Τὴν τιμιωτέραν· Ἐν ὀνόματι Κυρίου εὐλόγησον Πάτερ. Ὁ ἱερεὺς ἐκφωνεῖ, ὁ Θεὸς οἰκτειρήσαι ἡμᾶς. Καὶ εἰ τεσσαρακοστή, ποιοῦμεν τὰς γ' μεγάλας μετανοίας, λέγοντες τὴν προγραφεῖσαν εὐχὴν, Κύριε καὶ δέσποτα τῆς ζωῆς μου. Ὁμοίως καὶ τὰς ἑτέρας μικρὰς ια'. Εἶτα καὶ τὴν τελευταίαν, γινόμεναι ὁμοῦ. ιε'. Εἶτα Τρισάγιον, Παναγία Τριάς, Πάτερ ἡμῶν, τὸ Κύριε ἐλέησον ιβ'. Καὶ τὴν παροῦσαν εὐχήν.

Χριστὲ τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, τὸ φωτίζον καὶ ἁγιάζον πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον, σημειωθήτω ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου· ἵνα ἐν αὐτῷ ὀψόμεθα φῶς τὸ ἀπρόσιτον· καὶ κατεύθυνον τὰ διαβήματα ἡμῶν πρὸς ἐργασίαν τῶν ἐντολῶν σου, πρεσβείαις τῆς παναχράντου σου Μητρὸς καὶ πάντων τῶν σου Ἁγίων. Ἀμήν.

¶ Gloria. Et nunc, et fit Dimissio.

¶ Δόξα Καὶ νῦν, καὶ γίνεται ἀπόλυσις. F

C *In hoc quid sit quæritur.*

235 Comm. *Utinam, sicut hæc postrema Oratio hic integra describitur, sic et reliquæ omnes supra assignatæ describerentur ! non occurrerent hic tot ænigmata, nulli Œdipo solvenda. In primis enim* Ὑπακοὴ *quid sit, ne inter Græcos quidem convenit, ut colligitur ex Goaro : quem qui volet, consulat in Euchologio fol.* 57. *Ego autem hic ex Paracletico tantum apponam Troparium unum, quod* Ὑπακοὴ *ibidem inscribitur. Sic autem sonat :* Ἡ τοῦ λῃστοῦ μετάνοια τὸν παράδεισον ἐσύλησεν· ὁ δὲ θρῆνος τῶν μυροφόρων τὴν χαρὰν ἐμήνυσεν· ὅτι ἀνέστης, Χριστὲ ὁ Θεὸς, παρέχων τῷ κόσμῳ τὸ μέγα ἔλεος. Latronis pœnitentia paradisum prædata est, et lamentatio afferentium unguenta gaudium significavit; quia resurrexisti, Christe Deus tribuens mundo magnam misericordiam. *Precationem item illam, quæ incipit* Qui in omni tempore, *reperire non potui, frustra Græcorum*

Quis S. Ephrem auctor 3 precationum,

volumina hunc in finem scrutatus. At hanc, quæ a voce Τὴν τιμιωτέραν *sive* Excelsiorem *inchoatur, inveni et dedi num.* 213, *ideoque hic repetenda non est. Inveni porro Precationem, quæ ad tres majores reverentias fundi consuevit. Ea S. Ephrem habet auctorem, non antiquum illum Diaconum Edessenum in Syria, Basilio coævum et amicum, sed linguæ Græcæ imperitum ; verum alium multo recentiorem, Monachum tamen, qui in Catena Hymnographorum ex sinistro latere antepenultimus ponitur,* Ἐφραὴμ Καρίας, *quod nomen num.* 25 *Latine reddidi* Ephrem Cariæ. *Non ideo tamen hic fuerit* S. Ephrem, Mylassæ in Caria Episcopus, *cujus Acta ad* XXIV *Januarii illustravit Henschenius : ab hoc enim diversus est Melodus, simpliciter* Καρίας *dictus, habituque Monastico, sine Episcopali pallio, expressus. Et hoc animadverso, cupit Papebrochius aliquid mutari in suo ad* 21 *Martii commentario de SS. Abrahamo et Maria, quorum ad Hellespontum in minori Asia conversatorum Acta, alius quidam* Ephrem *scripsit, titulo* Sancti Patris nostri *honoratus etiam ipse, nihilo tamen minus a Melodo diversus, si hic ad seculum* IX *vel* X *pertineat, et Sanctus Abraham cum nepte Maria non male referatur ad seculum* VI: *quod alias licebit recognoscere, ac forsitan etiam retractare.*

ad totidem reverentias dicendarum,

236 *Ut ut est ; Precatio, quam inveni ad tres majores reverentias recitandam, auctorem habet* S. Ephrem, *juxta Typicum et Horologium : atque hoc modo peragitur. Ad primam reverentiam dicitur :* Κύριε, καὶ Δέσποτα τῆς ζωῆς μου, πνεῦμα ἀργίας, περιεργίας, φιλαρχίας, καὶ ἀργολογίας μή μοι δῷς. Domine et dominator vitæ

meæ,

A meæ, non des mihi spiritum pigritiæ, curiositatis, ambitionis, et otiosi sermonis. *Ad alteram dicitur :* Πνεῦμα δὲ ταπεινοφροσύνης, καὶ σωφροσύνης, καὶ ὑπομονῆς, καὶ ἀγάπης χάρισαί μοι τῷ σῷ δούλῳ. Sed spiritum humilitatis, et temperantiæ, et patientiæ, et caritatis tribue mihi servo tuo. *Ad tertiam denique :* Ναὶ Κύριε βασιλεῦ, δώρησαί μοι ὁρᾷν τὰ ἐμὰ πταίσματα, καὶ μὴ κατακρίνειν τὸν ἀδελφόν μου· ὅτι εὐλογητὸς εἶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ita, Domine Rex, da ut meos lapsus videam neve condemnem fratrem meum ; quia benedictus es in seculorum secula. *Verumtamen rudiores Monachi nullisque litteris exculti, dicunt ad quamlibet majorem reverentiam, sive corporis incurvationem, hoc dumtaxat cum Publicano,* Ὁ Θεὸς ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ, Deus propitius esto mihi peccatori. *De ipsis reverentiis vide num.* **202.** D

AUCTORE N. R.

MESORIUM PRIMÆ.

Mesorium primæ

Ad primæ Mesorium quod attinet, de eo aliqua disseruimus num. 224 *: ubi et ex Typici verbis videre licet, quando recitetur et quo loco, quosque Psalmos complectatur, quas Precationes alias. At vero cum ibi harum Precationum initia solummodo expressa fuerint, nostrum est ut reliqua ex Hirmologio suppleamus. Incipiemus ergo ab illo Tropario, quod* κατανυκτικὸν *appellatur, et quod ibi, casu nescio quo,* nocturnum *Latine legitur, sed male : non enim* κατανυκτικὸν, *ibi* nocturnum *significat; sed (si mihi fas sit, ita loqui)* compunctivum*; quoniam verbis contexitur adeo gravibus, ut in recitantium animis spiritum compunctionis facile possit progignere ; adeoque a* Νύττω pungo, *et propius a* Κατανύττω compungo, *ducit originem, non a* Νὺξ nox. *Est autem tale.* B

Ἐλέησον ἡμᾶς Κύριε, ἐλέησον ἡμᾶς· πάσης γὰρ ἀπολογίας ἀποροῦντες, ταύτην σοι ἱκεσίαν ὡς Δεσπότῃ, οἱ ἁμαρτωλοὶ προσφέρομεν. Ἐλέησον ἡμᾶς.

E Miserere nostri Domine, miserere nostri : etenim omnis purgationis indigi hanc Tibi, utpote Domino, supplicationem peccatores offerimus. Miserere nostri.

Δόξα.

Gloria.

Κύριε ἐλέησον ἡμᾶς· ἐπὶ σοὶ γὰρ πεποίθαμεν, μὴ ὀργισθῇς ἡμῖν σφόδρα, μηδὲ μνησθῇς τῶν ἀνομιῶν ἡμῶν· ἀλλ᾽ ἐπίβλεψον καὶ νῦν ὡς εὔσπλαγχνος, καὶ λύτρωσαι ἡμᾶς ἐκ τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν· σὺ γὰρ εἶ Θεὸς ἡμῶν, καὶ ἡμεῖς λαός σου, πάντες ἔργα χειρῶν σου, καὶ τὸ ὄνομά σου ἐπικεκλήμεθα.

238 Domine miserere nostri : in Te enim confisi sumus, ne irascaris nobis valde, neque reminiscare iniquitatum nostrarum ; sed respice nos ut misericors, et libera nos ab inimicis nostris : Tu enim es Deus noster, nos omnes opera manuum tuarum, et nomen tuum invocavimus.

et Hirmologio,

Καὶ νῦν. Θεοτόκιον.

Et nunc. *Mariale.*

Τῆς εὐσπλαγχνίας τὴν πύλην ἄνοιξον, ἡμῖν, εὐλογημένη Θεοτόκε. Ἐλπίζοντες εἰς σὲ μὴ ἀστοχήσωμεν, ῥυσθείημεν διὰ σοῦ τῶν περιστάσεων· σὺ γὰρ ἡ σωτηρία τοῦ γένους τῶν Χριστιανῶν.

¶ Τὸ Κύριε ἐλέησον μ΄. Δόξα, Καὶ νῦν. Τὴν τιμιωτέραν τῶν Χερουβίμ. Ἐν ὀνόματι τοῦ Κυρίου εὐλόγησον, Πάτερ. Καὶ ποιοῦμεν μετανοίας μεγάλας γ΄. μετὰ καὶ τῆς εὐχῆς ὡς δεδήλωται. Εἶτα λέγομεν τὴν παροῦσαν C εὐχὴν τοῦ μεγάλου Βασιλείου.

Misericordiæ januam aperi nobis, benedicta Dei Genitrix. Non erremus in te sperantes : per te eripiamur necessitatibus : Tu enim salus es generis Christiani.

et preces sub ipso dicendæ

¶ 239 Domine miserere *quadragies.* Gloria. Et nunc. Excelsiorem Cherubim. In nomine Domini, benedic Pater. Et facimus tres majores reverentias, et una jam assignatam precationem fundimus, ac deinde orationem Basilii Magni.

Ὁ Θεὸς ὁ αἰώνιος, τὸ ἄναρχον καὶ ἀΐδιον φῶς, ὁ πάσης κτίσεως δημιουργὸς, ἡ τοῦ ἐλέους πηγὴ, τὸ τῆς ἀγαθότητος πέλαγος, καὶ τῆς φιλανθρωπίας ἀνεξιχνίαστος ἄβυσσος, ἐπίφανον ἐφ᾽ ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου, Κύριε· Λάμψον ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, νοητὲ ἥλιε τῆς δικαιοσύνης καὶ τῆς εὐφροσύνης· τὰς ψυχὰς ἡμῶν πλήρωσον, καὶ δίδαξον ἡμᾶς τὰ σὰ μελετᾷν ἀεὶ, καὶ φθέγγεσθαί κρίματα, καὶ ἐξομολογεῖσθαί σοι διηνεκῶς, τῷ ἡμετέρῳ δεσπότῃ καὶ εὐεργέτῃ. Τὰ τῶν χειρῶν ἡμῶν ἔργα, πρὸς τὸ σὸν κατεύθυνον θέλημα, καὶ πράττειν ἡμᾶς τὰ σοὶ εὐάρεστα καὶ φίλα εὐόδωσον· ἵνα καὶ διὰ τῶν ἀναξίων ἡμῶν, δοξάζηταί σου τὸ πανάγιον ὄνομα, τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τῆς μιᾶς θεότητός τε καὶ βασιλείας, ᾗ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

F Sempiterne Deus, lux principii expers ac perpetua, omnis creaturæ opifex, fons misericordiæ, pelagus bonitatis, et beneficentiæ investigabilis abyssus ; signa super nos lumen vultus tui, Domine. Intellectualis sol justitiæ ac jucunditatis, illucesce in cordibus nostris, nostras animas imple : et doce nos tua cogitare semper ac loqui judicia, et tibi Domino ac Benefactori nostro jugiter confiteri. Manuum nostrarum opera secundum tuam dirige voluntatem, et ad peragenda ea quæ tibi placita sunt ac grata, attrahe nos, viamque facilem concede ; ut et per nos indignos glorificetur sanctissimum tuum nomen, Patris, et Filii, et Spiritus sancti, unius et deitatis et regni, cui convenit omnis gloria, honor et adoratio, in secula. Amen.

ex S. Basilio,

¶ Εἶτα ἐπισυνάπτομεν καὶ ταύτην τοῦ αὐτοῦ.

¶ Postea et hanc ejusdem orationem adjungimus.

Ὁ ἐξαποστέλλων τὸ φῶς καὶ πορεύεται, ὁ ἀνατέλλων τὸν ἥλιον ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους, πονηρούς τε καὶ ἀγαθοὺς, ὁ ποιῶν ὄρθρον καὶ φωτίζων πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, φώτισον καὶ ἡμῶν τὰς καρδίας, Δέσποτα τῶν ἁπάντων· χάρισαι ἡμῖν ἐν τῇ παρούσῃ ἡμέρᾳ εὐαρεστῆσαί σοι, διαφυλάττων ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας, καὶ πάσης πονηρᾶς πράξεως, ῥυόμενος ἡμᾶς ἀπὸ παντὸς

240 Qui emittis lucem et vadit ; qui solem oriri facis super justos et injustos, super bonos et malos ; qui fabricaris auroram, totumque orbem illuminas, illumina et corda nostra. Universorum Domine, ut tibi hoc die placeamus ; nobis concede, custodiens nos ab omni peccato, et omni iniqua actione ; liberans nos ab omni sagitta volante per diem, et omni adversaria

A AUCTORE N. R. adversaria potestate. Precibus incontaminatæ Dominæ nostræ Deiparæ, tuorum ex nulla constantium materia ministrorum, cœlestiumque virtutum, ac omnium Sanctorum qui tibi a seculo placuere. Tuum est enim, Deus noster, misereri ac servare nos: et tibi gloriam damus, Patri, et Filio, et Spiritui sancto, nunc et semper, et in secula seculorum. Amen.

Psalmi ad Tertiam, ¶ Gloria, Et nunc. Excelsiorem; et finis imponitur.

βέλους πετομένου ἡμέρας, καὶ πάσης ἀντικειμένης δυνάμεως. Πρεσβείαις τῆς παναχράντου Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου, τῶν ἀΰλων σου λειτουργῶν καὶ ἐπουρανίων δυνάμεων, καὶ πάντων τῶν ἁγίων τῶν ἀπ᾽ αἰῶνός σοι εὐαρεστησάντων. Σὸν γάρ ἐστι τὸ ἐλέειν, καὶ σώζειν ἡμᾶς ὁ Θεὸς ἡμῶν, καί σοι τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. D

¶ Δόξα καὶ νῦν. Τὴν τιμιωτέραν· καὶ γίνεται ἀπόλυσις.

241 Comm. *Jam nunc marte proprio observaverit eruditus Lector, hæc quæ hic habet Horologium, non satis congruere illis quæ num.* 223 *pro Primæ Mesorio habet S. Sabæ Typicum. Quippe hoc Typicum præterit multa, quæ hic recitanda in Horologio proponuntur. Utrum utro melius, quis decidat? Interim cum de Horis minoribus aliis, prout passim recitantur, pauca tradat Typicum, ex eodem Horologio, ordinem earum ac seriem pandemus.*

HORA TERTIA.

¶ 242 Rex cœlestis, Trisagium, Reverentiæ tres, Sanctissima Trinitas, Pater noster, Quia tuum est, Domine miserere duodecies. Venite adoremus, tertio. Deinde Psalmi.

ὩΡΑ ΤΡΙΤΗ.

¶ Βασιλεῦ οὐράνιε, Τρισάγιον, μετάνοιαι γ', Παναγία Τριάς, Πάτερ ἡμῶν, Ὅτι σου, τὸ Κύριε ἐλέησον ιβ'. Δεῦτε προσκυνήσωμεν, ἐκ τρίτου. Εἶτα οἱ ψαλμοί.

Comm. *Hi Psalmi sunt,* XVI Exaudi Domine justitiam meam. XXIV Ad te, Domine, levavi animam E
B meam. *et* L, Miserere mei Deus secundum.

¶ 243 Gloria et nunc. Alleluia tertio. Et si *Deus Dominus* dicitur, dic diei Troparium, Et nunc, Mariale hoc: *Deipara, tu es vitis vera;* sin autem Alleluia, dic sequens Troparium tono obliquo 2.

Christe, qui hora tertia sanctissimum tuum Spiritum Apostolis misisti, hunc, o Benigne, ne auferas a nobis; sed cum in nobis Te deprecantibus innova.

¶ Δόξα καὶ νῦν. Ἀλληλούϊα ἐκ τρίτου. Καὶ εἰ μὲν Θεὸς Κύριος λέγεται, λέγεται τῆς ἡμέρας τροπάριον, Καὶ νῦν, Θεοτόκιον τὸ, Θεοτόκε, σὺ εἶ ἄμπελος ἡ ἀληθινή. Εἰ δὲ ἀλληλούϊα, λέγε τὸ παρὸν τροπάριον, πρὸς ἦχον πλ. β'.

Κύριε, ὁ τὸ πανάγιόν σου Πνεῦμα ἐν τῇ τρίτῃ ὥρᾳ τοῖς Ἀποστόλοις σου καταπέμψας, τοῦτο ἀγαθὲ μὴ ἀνανέλῃς ἀφ᾽ ἡμῶν, ἀλλ᾽ ἐγκαίνισον ἡμῖν δεομένοις σου.

Versiculus I.

Cor mundum crea in me Deus.

ΣΤΙΧΟΣ α'.

Καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοὶ ὁ Θεός.

Versiculus II.

Ne projicias me a facie tua.

ΣΤΙΧΟΣ β'.

Μὴ ἀποῤῥίψῃς με ἀπὸ τοῦ προσώπου σου.

Gloria, et nunc, *Mariale.*

reliquas appendices Dei genitrix, tu es vitis vera, quæ vitæ fructum peperisti; Te, Domina, deprecamur, una cum Apostolis pete animabus nostris misericordiam.

C Dominus Deus benedictus; benedictus Dominus de die in diem. Prospera nos, Deus salutarium nostrorum, Deus noster, Deus salutis.

¶ 242 Trisagium, Sanctissima Trinitas, Pater noster, Quia tuum est, et hæc Troparia.

Benedictus es, Christe Deus noster, qui instituisti sapientissimos piscatores, ad eosque sanctum Spiritum misisti, et per eos irretiisti orbem; o hominum amans, sit tibi gloria.

Δόξα, καὶ νῦν, Θεοτόκιον.

Θεοτόκε σὺ εἶ ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινή, ἡ βλαστήσασα τὸν καρπὸν τῆς ζωῆς· σὲ ἱκετεύομεν, πρέσβευε, Δέσποινα, μετὰ τῶν Ἀποστόλων, ἐλεηθῆναι τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

Κύριος ὁ Θεὸς εὐλογητός, εὐλογητὸς Κύριος ἡμέραν καθ᾽ ἡμέραν. Κατευοδῶσαι ἡμῖν ὁ Θεὸς σωτηρίων ἡμῶν, ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ Θεὸς τοῦ σώζειν. F

¶ Τρισάγιον, Παναγία Τριάς. Πάτερ ἡμῶν, Ὅτι σου, καὶ τὰ τροπάρια ταῦτα.

Εὐλογητὸς εἶ, Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ πανσόφους τοὺς ἁλιεῖς ἀναδείξας, καταπέμψας αὐτοῖς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ δι᾽ αὐτῶν τὴν οἰκουμένην σαγηνεύσας, φιλάνθρωπε, δόξα σοι.

Gloria.

Velocem et firmam famulis tuis consolationem, Jesu, adhibe in nostrorum spirituum mœrore; ne desere animas nostras in tribulationibus; ne a mentibus nostris in necessitatibus elongare: appropinqua nobis, appropinqua qui es ubique: et quemadmodum eras semper cum Apostolis tuis, ita et nobis tui flagrantibus desiderio adjunge Te, o misericors, ut juncti Te celebremus, et Spiritum sanctissimum tuum glorificemus.

Δόξα.

Ταχεῖαν καὶ σταθερὰν δίδου παραμυθίαν τοῖς δούλοις σου Ἰησοῦ, ἐν τῷ ἀκηδιάσαι τὰ πνεύματα ἡμῶν, μὴ χωρίσου τῶν ψυχῶν ἡμῶν ἐν θλίψεσι, μὴ μακρύνου τῶν φρενῶν ἡμῶν ἐν περιστάσεσιν· ἀλλ᾽ ἀεὶ ἡμᾶς πρόφθασον· ἔγγισον ἡμῖν, ἔγγισον ὁ πανταχοῦ· ὥσπερ καὶ τοῖς Ἀποστόλοις σου πάντοτε συνῆς, οὕτω καὶ τοῖς σε ποθοῦσιν ἕνωσον σεαυτὸν, οἰκτίρμον, ἵνα συνημμένοι, σε ὑμνῶμεν, καὶ δοξολογῶμεν τὸ πανάγιόν σου πνεῦμα.

Et nunc. *Mariale.*

Tu, illibibata Dei Genitrix, es Christianorum

Καὶ νῦν. Θεοτόκιον.

Ἡ ἐλπὶς, καὶ προστασία, καὶ καταφυγὴ τῶν Χριστιανῶν,

A νῶν, τὸ ἀκαταμάχητον τεῖχος, τῶν καταπονουμένων, ὁ λιμὴν ὁ ἀχείμαστος, σὺ εἶ Θεοτόκε ἄγρυπνε· ἀλλ' ὡς τὸν κόσμον σώζουσα τῇ ἀπαύστῳ πρεσβείᾳ σου, μνήσθητι καὶ ἡμῶν, Παρθένε πανύμνητε.

Τὸ Κύριε ἐλέησον μ'. Ὁ ἐν παντὶ καιρῷ καὶ πάσῃ ὥρᾳ· μεθ' ἣν, Κύριε ἐλέησον, γ'. Δόξα. Καὶ νῦν. Τὴν τιμιωτέραν τῶν Χερουβίμ. Ἐν τῷ ὀνόματι Κυρίου εὐλόγησον Πάτερ. Καὶ εἰ ἔστι τεσσαρακοστὴ, ποιοῦμεν τὰς μετανοίας ὡς προεγράφη. Μετὰ δὲ τὴν τελευταίαν μετάνοιαν, λέγομεν τὴν εὐχὴν τοῦ ἁγίου Μαρδαρίου. Δέσποτα Θεὲ, Πάτερ παντοκράτορ.

spes, et patrocinium et perfugium: inexpugnabilis oppressorum murus, portus nescius tempestatis: quare, sicut mundum servas jugi tua deprecatione, sic et nostri recordare. D

AUCTORE N. R.

¶ 243 Domine miserere, *quadragies.* Qui omni tempore et hora: post quam precem, dicitur Domine miserere, *ter.* Gloria. Et nunc. Excelsiorem Cherubim. In nomine Domini benedic Pater. Et, si sit Quadragesima, facimus reverentias, ut ante scriptum est. Post ultimam autem reverentiam, recitamus orationem S. Mardarii, Domine Deus Pater omnipotens.

claudit oratio S. Mardarii

Hanc orationem S. Sabæ Typicum sic integram exhibet.

Δέσποτα Θεὲ, Πάτερ παντοκράτορ καὶ Κύριε Υἱὲ μονογενὲς Ἰησοῦ Χριστὲ, ἅγιον Πνεῦμα, μία Θεότης, μία δύναμις, ἐλέησόν με τὸν ἁμαρτωλόν· καὶ οἷς ἐπίστασαι κρίμασι, σῶσόν με τὸν ἀνάξιον δοῦλόν σου, ὅτι εὐλογητὸς εἶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

Domine Deus, Pater omnipotens, et Domine Fili unigenite Jesu Christe, sancte Spiritus, una Deitas, una potentia, miserere mei peccatoris; et quibus scis judiciis, salva me indignum famulum tuum, quia benedictus es in secula. Amen.

COMM. *Sed Typicum hic nomen* S. Mardarii, *non exprimit. Hic Sanctus nobis adhuc incognitus est. Novimus quidem aliquem Sanctum Mardarium, qui sub Diocletiano passus est in Armenia cum Eustratio, Auxentio, Eugenio et Oreste; sed hic est antiquior, quam ut Orationem istam contexuisse videatur; et quia nec Allatius quidem ipsius meminit inter Melodos, neque reperitur in Catena seu Corona, jam sæpe nominata, videri possit* B *omnibus junior.*

nobis hactenus ignoti

E

MESORIUM TERTIÆ.

Μετὰ τὸ, Εὐλογητὸς, Τρισάγιον, Παναγία Τριὰς, Πάτερ ἡμῶν, Δεῦτε προσκυνήσωμεν γ', οἱ ψαλμοὶ, θ' Ὑψώσω σε Κύριε, ὅτι ὑπέλαβές με· εἶτα ὁ λα' Μακάριοι ὧν ἀφέθησαν ὁ ξ'. Εἰσάκουσον ὁ Θεὸς τῆς δεήσ. εώς μου.

Post Benedictus, Trisagion, Sanctissima Trinitas, Pater noster, Venite adoremus *ter,* dicuntur Psalmi XXIX Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me: deinde, XXXI. Beati, quorum remissæ sunt: et LX Exaudi Deus deprecationem meam.

¶ Δόξα καὶ νῦν, Τρισάγιον, Παναγία Τριὰς, Πάτερ ἡμῶν, καὶ Τροπάρια ταῦτα.

¶ His Psalmis finitis dicuntur: Glor. Et nunc, Sanctissima Trinitas, Pater noster, et hæc Troparia.

Ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν, ὁ ποιῶν ἀεὶ μεθ' ἡμῶν κατὰ τὴν σὴν ἐπιείκειαν, μὴ ἀποστήσῃς τὸ ἔλεός σου ἀφ' ἡμῶν, ἀλλὰ ταῖς αὐτῶν ἱκεσίαις, ἐν εἰρήνῃ κυβέρνησον τὴν ζωὴν ἡμῶν.

Deus Patrum nostrorum, qui nobiscum semper agis secundum mansuetudinem tuam, ne avertas misericordiam tuam a nobis, sed ipsorum deprecationibus vitam nostram in pace guberna.

Δόξα.

Gloria.

Οἱ Μάρτυρές σου, Κύριε, ἐν τῇ ἀθλήσει αὐτῶν, στεφάνους ἐκομίσαντο τῆς ἀφθαρσίας, ἐκ σοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν· ἔχοντες γὰρ τὴν ἰσχύν σου, τοὺς τυράννους καθεῖλον· ἔθραυσαν καὶ δαιμόνων τὰ ἀνίσχυρα θράση· αὐτῶν ταῖς C ἱκεσίαις, Χριστὲ, σῶσον τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

Martyres tui, Domine, in suo certamine abs te Deo nostro retulerunt immortalitatis coronam: tua enim muniti fortitudine vicerunt tyrannos, et dæmonum invalidam fregerunt audaciam. Eorumdem Martyrum deprecationibus serva, Christe, animas nostras.

F

Καὶ νῦν. Θεοτόκιον.

Et nunc. *Mariale.*

Τεῖχος ἀκαταμάχητον ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν ὑπάρχεις, Θεοτόκε παρθένε· πρὸς σὲ γὰρ καταφεύγοντες ἄτρωτοι διαμένομεν· καὶ πάλιν ἁμαρτάνοντες, ἔχομέν σε πρεσβεύουσαν· διὸ εὐχαριστοῦντες βοῶμέν σοι, Χαῖρε κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ.

Murus inexpugnabilis Christianorum es, Deipara Virgo: nam ad te confugientes, invulnerati persistimus; et peccantes, Te habemus deprecatricem. Ideo referimus Tibi gratias, et clamâmus; Ave gratia plena, Dominus tecum.

¶ Τὸ, Κύριε ἐλέησον, μ'. Δόξα, Καὶ νῦν. Τὴν τιμιωτέραν τῶν Χερουβίμ. Ἐν ὀνόματι Κυρίου, εὐλόγησον Πάτερ. Δι' εὐχῶν τῶν ἁγίων Πατέρων. Τὰς τρεῖς μεγάλας μετανοίας μετὰ καὶ τῆς εὐχῆς τοῦ ὁσίου Ἐφραίμ. Εἶτα τὴν παροῦσαν εὐχὴν τοῦ μεγάλου Βασιλείου.

¶ 245 Domine miserere, *quadragies.* Gloria, et nunc. Excelsiorem Cherubim. In nomine Domini, benedic Pater. Per preces sanctorum Patrum. Tres magnas facimus reverentias, dicimusque precationem S. Ephrem, ac deinde hanc Basilii magni.

Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ τὴν σὴν εἰρήνην δεδωκὼς τοῖς ἀνθρώποις· καὶ τὴν τοῦ παναγίου Πνεύματος δωρεὰν τοῖς σοῖς μαθηταῖς καὶ Ἀποστόλοις καταπέμψας, καὶ τὰ τούτων χείλη ἐκ πυρίνων γλωσσῶν, διανοίξας δυνάμει σου· διάνοιξον καὶ ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν τὰ χείλη, καὶ δίδαξον ἡμᾶς πῶς δεῖ, καὶ ὑπὲρ ὧν χρὴ προσεύχεσθαι. Κυβέρνησον ἡμῶν τὴν ζωὴν, ὁ εὔδιος τῶν χειμαζομένων λιμὴν, καὶ γνώρισον ἡμῖν ὁδὸν, ἐν ᾗ πορευσόμεθα· Πνεῦμα εὐθὲς ἐγκαίνισον ἐν τοῖς ἐγκάτοις ἡμῶν, καὶ πνεύματι ἡγεμονικῷ τὸ τῆς διανοίας ἡμῶν, στήριξον ὀλισθηρόν· ἵνα καθ' ἑκάστην ἡμέραν τῷ πνεύματί σου τῷ

Domine Deus noster, qui pacem tuam dedisti hominibus, et sanctissimi Spiritus donum ad tuos discipulos ac Apostolos demisisti, eorumque labia per linguas igneas tua aperuisti potentia; aperi et nostra peccatorum labia; ac quomodo et pro quibus orare oporteat, edoce nos. Dirige vitam nostram, Tu, qui tranquillus fluctuantium portus es, et viam in qua ambulemus, nobis commonstra. Spiritum rectum innova in visceribus nostris, et Spiritu principali confirma quidquid in mentibus nostris lubricum est ac inconstans; ut quotidie spiritu tuo bono

A bono ad id quod conveniens est deducti, mandata
AUCTORE N. R. tua observare possimus, semperque meminisse tuæ gloriosæ præsentiæ, scrutantis omnia quæ a nobis hominibus fiunt, et non decipi fluxis hujus mundi voluptatibus; sed cupiditatem futuris fruendi thesauris corrobora. Quia benedictus es, et laudabilis in omnibus Sanctis tuis, in secula seculorum. Amen.

ἀγαθῷ πρὸς τὸ συμφέρον ὁδηγούμενοι, καταξιωθῶμεν D
ποιεῖν τὰς ἐντολάς σου, καὶ τῆς σῆς ἀεὶ μνημονεύειν ἐνδόξου καὶ ἐρευνητικῆς τῶν πεπραγμένων ἡμῖν τοῖς ἀνθρώποις παρουσίας, καὶ μὴ τοῖς φθειρομένοις τοῦ κόσμου τούτου συναπατᾶσθαι τερπνοῖς, ἀλλὰ τῶν μελλόντων ὀρέγεσθαι τῆς ἀπολαύσεως ἐνίσχυσον θησαυρῶν. Ὅτι εὐλογητος, καὶ αἰνετὸς ὑπάρχεις ἐν πᾶσι τοῖς ἁγίοις σου, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

SEXTA

¶ 246 Præpositus dicit Ter: Venite adoremus: fiunt reverentiæ tres, et incipimus Horam sextam, canentes Psalmum LIII, Deus in nomine tuo salvum me fac: et LXIII, Exaudi Deus orationem meam et ne despexeris. et XC, Qui habitat in adjutorio.

Gloria, Et nunc. Alleluia *Ter*. Et, si canitur Deus Dominus, dicimus Troparium diei; si autem Alleluia, sequens Troparium. *Tonus* 2.

Qui sexta die et hora, affixisti cruci admissum in paradiso ab Adamo peccatum, etiam lapsuum no-
B strorum chirographum discerpe, Christe Deus, et salva nos.

¶ Ὁ Προεστὼς, Δεῦτε προσκυνήσομεν· ἐκ γ'· Μετάνοιαι τρεῖς, καὶ ἀρχόμεθα τῆς ἕκτης ὥρας, ψάλλοντες τὸν νγ', ὁ Θεὸς ἐν τῷ ὀνόματί σου σῶσόν με. Καὶ ξγ', Ἐνώτισαι ὁ Θεὸς τὴν προσευχήν μου, καὶ μὴ ὑπερίδῃς· καὶ ϙ'. ὁ κατοικῶν ἐν βοηθείᾳ.

Δόξα, καὶ νῦν. Ἀλληλούϊα ἐκ γ'. καὶ εἰ μὲν ψάλλεται τὸ, Θεὸς Κύριος, λέγομεν τὸ τῆς ἡμέρας τροπάριον· εἰ δὲ Ἀλληλούϊα, τὸ παρὸν τροπάριον, Ἦχος, β'.

Ὁ ἐν ἕκτῃ ἡμέρᾳ καὶ ὥρᾳ, τῷ σταυρῷ προσηλώσας τὴν ἐν παραδείσῳ τολμηθεῖσαν τῷ Ἀδὰμ ἁμαρτίαν, καὶ τῶν πταισμάτων ἡμῶν τὸ χειρόγραφον διάῤῥηξον, Χριστὲ E
ὁ Θεὸς, καὶ σῶσον ἡμᾶς.

VERSICULUS I.

Exaudi Deus orationem meam, et ne despexeris deprecationem meam.

ΣΤΙΧΟΣ α'.

Ἐνώτισαι ὁ Θεὸς τὴν προσευχήν μου, κα μὴ ὑπερίδῃς τὴν δέησίν μου.

VERSICULUS II.

Ego ad Deum clamavi, et Dominus exaudivit me.

ΣΤΙΧΟΣ β'.

Ἐγὼ πρὸς τὸν Θεὸν ἐκέκραξα, καὶ ὁ Κύριος εἰσήκουσέ μου.

Gloria. Et nunc. *Mariale.*

Quia non habemus fiduciam, propter multa delicta nostra: ideo tu, Virgo Deipara, obtestare illum, qui est ex te genitus: multum enim apud clementem Dominum potest matris deprecatio. Supplices peccatores ne despicias, o semper Augusta, quia qui lubenter pro nobis passus fuit, est et misericors, et vult nos servare.

Cito anticipent nos misericordiæ tuæ, Domine, quia pauperes facti sumus nimis. Adjuva nos Deus
C salutaris noster: et propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos: et propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum.

¶ Trisagium, Sanctissima Trinitas, Pater noster, et hæc Troparia tono secundo.

247 Salutaria operatus es in medio terræ, Christe Deus. In cruce extendisti innocuas tuas manus, congregans omnes populos, clamantes, Gloria tibi Domine.

Δόξα. Καὶ νῦν, Θεοτόκιον.

Ὅτι οὐκ ἔχομεν παῤῥησίαν, διὰ τὰ πολλὰ ἡμῶν ἁμαρτήματα, σὺ τὸν ἐκ σοῦ γεννηθέντα, δυσώπησον, Θεοτόκε παρθένε· πολλὰ γὰρ ἰσχύει δέησις μητρὸς πρὸς εὐμένειαν Δεσπότου. Μὴ παρίδῃς ἁμαρτωλῶν ἱκεσίας ὁ πάνσεμνος· ὅτι ἐλεήμων ἐστὶ καὶ σώζειν βουλόμενος, ὁ καὶ παθεῖν ὑπὲρ ἡμῶν καταδεξάμενος.

Ταχὺ προκαταλαβέτωσαν ἡμᾶς οἱ οἰκτιρμοί σου, Κύριε· ὅτι ἐπτωχεύσαμεν σφόδρα· βοήθησον ἡμῖν, ὁ Θεὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν· ἕνεκεν τῆς δόξης τοῦ ὀνόματός σου F
Κύριε, ῥῦσαι ἡμᾶς· καὶ ἱλάσθητι ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν, ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου.

¶ Τρισάγιον, Παναγία Τριάς, Πάτερ ἡμῶν, καὶ τὰ τροπάρια ταῦτα, εἰς ἦχον δεύτερον·

Σωτήρια εἰργάσω ἐν μέσῳ τῆς γῆς, Χριστὲ ὁ Θεός· ἐπὶ σταυροῦ τὰς ἀχράντους σου χεῖρας ἐξέτεινας, ἐπισυνάγων πάντα τὰ ἔθνη, κράζοντα, Κύριε δόξα σοι.

Gloria.

Veniam peccatorum nostrorum petentes, Christe Deus, adoramus incontaminatam imaginem tuam: lauderis, quia ultro crucem conscendisti, ut quos formasti, de inimici redimeres servitute. Unde in animi grati signum tibi clamamus: Gaudio replesti universa, Servator noster, qui ad servandum mundum venisti.

Δόξα.

Τὴν ἄχραντον εἰκόνα σου, προσκυνοῦμεν ἀγαθὲ, αἰτούμενοι συγχώρησιν τῶν πταισμάτων ἡμῶν, Χριστὲ ὁ Θεός· βουλήσει γὰρ ηὐδόκησας σαρκὶ ἀνελθεῖν ἐν τῷ σταυρῷ, ἵνα ῥύσῃ οὓς ἔπλασας ἐκ τῆς δουλείας τοῦ ἐχθροῦ· ὅθεν εὐχαρίστως βοῶμέν σοι, Χαρᾶς ἐπλήρωσας τὰ πάντα, ὁ Σωτὴρ ἡμῶν, παραγενόμενος εἰς τὸ σῶσαι τὸν κόσμον.

Et nunc. *Mariale.*

Misericordiæ fons, Genitrix Dei, dignare nos commiseratione: respice reum populum, ostende perpetuam potentiam tuam: in Te enim sperantes,

Καὶ νῦν. Θεοτόκιον.

Εὐσπλαγχνίας ὑπάρχουσα πηγὴ, συμπαθείας ἀξίωσον ἡμᾶς, Θεοτόκε, βλέψον εἰς λαὸν τὸν ἁμαρτήσαντα· δεῖξον ὡς ἀεὶ τὴν δυναστείαν σου· εἰς σὲ γὰρ ἐλπίζοντες, τὸ

Χαῖρε

A Χαῖρε βοῶμέν σοι, ὡς ποτὲ ὁ Γαβριὴλ ὁ τῶν ἀσωμάτων ἀρχιστράτηγος·

¶ Ταῦτα λέγονται, τῇ δευτέρᾳ, τῇ τρίτῃ, καὶ τῇ πέμπτῃ, ὅτε οὐκ ἔχει ἡ ἡμέρα κοντάκιον· τὸ δὲ ὑποτεταγμένον λέγεται τῇ τετράδι, καὶ τῇ παρασκευῇ, ἦχος, β'. σταυροθεοτόκιον.

Ὑπερδεδοξασμένη ὑπάρχεις Θεοτόκε παρθένε ὑμνοῦμέν σε· διὰ γὰρ τοῦ σταυροῦ τοῦ Υἱοῦ σου, κατεβλήθη ὁ ᾅδης· καὶ ὁ θάνατος τέθνηκε. Νεκρωθέντες ἀνέστημεν, καὶ ζωῆς ἠξιώθημεν, τὸν παράδεισον ἐλάβομεν, τὴν ἀρχαίαν ἀπόλαυσιν. Διὸ εὐχαριστοῦντες, δοξολογοῦμεν ὡς κραταιὸν Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν, καὶ μόνον πολυέλεον.

¶ Τὸ, Κύριε ἐλέησον μ'. ἡ εὐχὴ ὁ ἐν παντὶ καιρῷ καὶ πάσῃ ὥρᾳ, μεθ' ἣν, Κύριε ἐλέησον, γ'. Δόξα, Καὶ νῦν. Τὴν τιμιωτέραν. μετάνοιαι ὡς εἴρηται, εἰ ἔστι τεσσαρακοστὴ, καὶ ἀπόλυσις.

Ave clamamus Tibi, sicut olim incorporeorum princeps Gabriel. D

AUCTORE N. R.

¶ 248 Hæc dicuntur secunda feria, tertia et quinta, quando dies Contacium non habet; sed feria quarta et quinta tono secundo dicitur subjectum Troparium, quod laudem crucis simul ac Deiparæ complectitur.

Celebramus Te, Virgo Deipara, quæ gloria omnes exuperas; quoniam per Filii tui crucem victus est infernus, et mors mortua est. Resurreximus qui eramus mortui; vita digni redditi sumus; paradisum, voluptatem priscam recepimus. Idcirco gratias agentes, glorificamus Christum, qui Deus noster, præpotens est ac multum misericors.

¶ Domine miserere, quadragies. Oratio, Qui omni tempore et omni hora, post quam Domine miserere, ter. Gloria. Et nunc. Excelsiorem Reverentiæ, ut dictum est, si sit quadragesima; et finis.

MESORIUM SEXTÆ.

B ¶ Τὸ δεῦτε προσκυνήσωμεν, ἐκ τρίτου, καὶ οἱ ψαλμοὶ, ὁ νε', Ἐλέησόν με ὁ Θεὸς, ὅτι κατεπάτησέ με ἄνθρωπος. Καὶ ὁ νς' Ἐλέησόν με ὁ Θεὸς, ἐλέησόν με. Καὶ ὁ ξθ' ὁ Θεὸς εἰς βοήθειάν μου.

¶ Δόξα, Καὶ νῦν. Τρισάγιον. Παναγία Τριάς. Πάτερ ἡμῶν, καὶ τὰ παρόντα τροπάρια.

Σῶσον Κύριε τὸν λαόν σου, καὶ εὐλόγησον τὴν κληρονομίαν σου, νίκας Βασιλεῦσι κατὰ βαρβάρων δωρούμενος· καὶ τὸ σὸν φυλάττων διὰ τοῦ σταυροῦ σου πολίτευμα.

¶ 249 Venite adoremus ter, et Psalmi, LV, Miserere mei Deus quoniam conculcavit me homo; E LVI, Miserere mei Deus, miserere mei. Et LXIX, Deus in adjutorium meum.

¶ Gloria, Et nunc. Trisagium. Sanctissima Trinitas. Pater noster, et sequentia Troparia.

Salvum fac populum tuum, Domine, et benedic hereditati tuæ; victorias Imperatoribus contra barbaros concede, et tuum custodi per tuam crucem imperium.

Δόξα.

Τὰς ἀλγηδόνας τῶν Ἁγίων, ἃς ὑπὲρ σοῦ ἔπαθον, δυσωπήθητι, Κύριε, καὶ πάσας ἡμῶν τὰς ὀδύνας ἴασαι, φιλάνθρωπε, δεόμεθα.

Gloria.

Sanctorum cruciatus, quos pro Te passi sunt, absterge Domine; et cunctis nostris medere doloribus, quæsumus Te, amator hominum.

Καὶ νῦν.

Ταῖς πρεσβείαις, Κύριε, πάντων τῶν ἁγίων, καὶ τῆς Θεοτόκου, τὴν σὴν εἰρήνην δὸς ἡμῖν, καὶ ἐλέησον ἡμᾶς, ὡς μόνος οἰκτίρμων.

¶ Τὸ Κύριε ἐλέησον μ'. Δόξα. Καὶ νῦν. Τὴν τιμιωτέραν. Ἐν ὀνόματι Κυρίου. εὐλόγησον Πάτερ. Ὁ Ἱερεὺς, Δι' εὐχῶν. Εἶτα ποιοῦμεν τὰς μεγάλας τρεῖς μετανοίας,
C μετὰ καὶ τῆς εὐχῆς τοῦ ὁσίου Ἐφραὶμ, καὶ εὐθὺς τὴν παροῦσαν εὐχὴν τοῦ μεγάλου Βασιλείου·

Θεὲ καὶ Κύριε τῶν δυνάμεων, καὶ πάσης κτίσεως δημιουργὲ, ὁ διὰ σπλάγχνα ἀνεικάστου ἐλέους σου, τὸν μονογενῆ σου υἱὸν, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν καταπέμψας ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ γένους ἡμῶν· καὶ διὰ τοῦ τιμίου αὐτοῦ σταυροῦ, τὸ χειρόγραφον τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν διαρρήξας, καὶ θριαμβεύσας ἐν αὐτῷ, τὰς ἀρχὰς καὶ ἐξουσίας τοῦ σκότους· αὐτὸς, Δέσποτα φιλάνθρωπε, πρόσδεξαι καὶ ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν τὰς εὐχαριστηρίους ταύτας καὶ ἱκετηρίους ἐντεύξεις· καὶ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ παντὸς ὀλεθρίου καὶ σκοτεινοῦ παραπτώματος, καὶ πάντων τῶν κακῶσαι ἡμᾶς ζητούντων, ὁρατῶν καὶ ἀοράτων ἐχθρῶν· καθήλωσον ἐκ τοῦ φόβου σου τὰς σάρκας ἡμῶν, καὶ μὴ ἐκκλίνῃς τὰς καρδίας ἡμῶν εἰς λόγους ἢ εἰς λογισμοὺς πονηρίας· ἀλλὰ τῷ πόθῳ σου τρῶσον ἡμῶν τὰς ψυχὰς, ἵνα πρὸς σὲ διαπαντὸς ἀτενίζοντες, καὶ τῷ παρὰ σοῦ φωτὶ ὁδηγούμενοι, σὲ τὸ ἀπρόσιτον καὶ ἀΐδιον κατοπτεύοντες φῶς, ἀκατάπαυστον σοὶ τὴν ἐξομολόγησιν καὶ εὐχαριστίαν ἀναπέμπωμεν, τῷ ἀνάρχῳ Πατρὶ, σὺν τῷ μονογενεῖ σου Υἱῷ, καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ σου Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

¶ Καὶ εἰ μὲν, Θεὸς Κύριος, ἐψάλη· τὰ τυπικὰ λέγο-

Sanctorum omnium ac Deiparæ precibus, pacem tuam nobis concede, Domine, et miserere nostri, qui solus misericors es.

¶ 250 Domine miserere, quadragies. Gloria, Et nunc Excelsiorem. In nomine Domini, benedic Pater, Sacerdos, Per preces. Deinde facimus tres majores reverentias, et precationem S. Ephrem dicimus, ac continuo sequentem Basilii magni orationem. F

Deus, potestatum Domine, omnisque conditor creaturæ, qui per incomparabilis misericordiæ tuæ viscera, Filium tuum unigenitum, Dominum nostrum Jesum Christum, pro salute nostri generis misisti; et per venerandam ipsius Crucem discerpsisti peccatorum nostrorum chirographum: deque principibus ac potestatibus tenebrarum in ipso triumphasti: tu idem, Domine benigne, suscipe hac nostras peccatorum orationes, quas tibi et grati et supplices offerimus; et libera nos ab omni gravi ac tenebricoso lapsu, et ab omnibus, qui nos lædere meditantur, inimicis visibilibus et invisibilibus: confige timore tuo carnes nostras, et ne declina corda nostra in sermones vel cogitationes malitiæ; sed tui amore nostras animas vulnera, ut ad te semper anhelemus, et tuo ducti lumine, Te, inaccessam æternamque lucem, intueamur, et jugi confessione agamus tibi gratias, ingenito Patri cum tuo unigenito Filio, et sancto bonoque ac vivifico tuo Spiritu, nunc et semper, et in secula seculorum. Amen.

¶ Si, Deus Dominus cantatum fuerit, recitamus

A mus Typica; sin autem Alleluia, ea differt post Nonam.

NONA.

¶ 251 Post Benedictus, Rex cœlestis, Trisagium, Sanctissima Trinitas, Pater noster, Domine miserere duodecies, Venite adoremus, ter; dicuntur Psalmi LXXXIII. Quam dilecta tabernacula. Et LXXXIV. Benedixisti Domine terram. Et LXXXV, Inclina Domine aurem tuam. Dicitur autem ultimi hujus Psalmi versiculus bis. *Fac mecum.*

¶ Gloria, Et nunc. Alleluia, ter. Domine miserere, ter. Et si dictum fuerit, Deus Dominus; accines diei Troparium; sin autem Alleluia, Troparium quod hic ponitur, tono obliquo 4.

Qui hora nona pro nobis mortem secundum carnem, degustasti, mortifica in nobis carnis prudentiam, Christe Deus noster, et salva nos.

VERSICULUS I.

B 252 Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo, Domine: juxta eloquium tuum da mihi intellectum.

VERSICULUS II.

Intret postulatio mea in conspectu tuo, Domine, secundum eloquium tuum eripe me.

Gloria, Et nunc. *Mariale.*

Qui pro nobis ex Virgine genitus es, Benigne, et tolerata crucis morte mortem vicisti, et veluti Deus, demonstrasti resurrectionem, ne despicias quos manu tua formasti; ostende, Misericors, beneficentiam tuam. Suscipe tuam Genitricem, pro nobis deprecantem; et salvum fac, Salvator noster, populum profligatum.

Ne tradas nos in finem, propter nomen sanctum tuum; et ne disperdas testamentum tuum, et ne avertas misericordiam tuam a nobis, propter Abraham dilectum tuum, et propter Isaac servum tuum et Israel sanctum tuum.

C ¶ 253 Trisagium, Sanctissima Trinitas, Pater noster. Et, si dies festus sit, dic ejus Contacium; si autem Contacium non sit, hæc dicantur:

Videns latro auctorem vitæ prudentem e cruce, dixit: Si non esset carnem indutus Deus, qui nobiscum in crucem actus est; non absconderet sol radios suos, neque succussa terra fluctuaret: ergo qui hæc cuncta sustines, memento mei in regno tuo.

Gloria.

In medio Latronum fuit crux tua, veluti libra justitiæ; altero quidem depresso ad inferos præ pondere impietatis; altero autem levato lapsibus, ad Dei cognitionem. Gloria tibi, Christe Deus.

Et nunc.

Agnum, et Pastorem, et Servatorem mundi in cruce videns Mater, dicebat lacrymans: Mundus quidem exultat accipiens redemptionem; sed uruntur viscera mea, spectantis crucifixionem, quam, Fili mi et Deus, pro omnibus pateris.

μεν· εἰδὲ Ἀλληλούϊα, ὑπέρθες αὐτά, μετὰ τὴν ἐννάτην ὥραν. D

¶ Μετὰ τὸ Εὐλογητὸς, Βασιλεῦ οὐράνιε, Τρισάγιον, Παναγία Τριάς, Πάτερ ἡμῶν, Κύριε ἐλέησον ιβ' τὸ Δεῦτε προσκυνήσωμεν ἐκ γ'. Εἶτα ὁ ψαλμὸς ὁ πγ'. Ὡς ἀγαπητὰ τὰ σκηνώματα· καὶ ὁ πδ', Εὐδόκησας Κύριε τὴν γῆν· καὶ πε', Κλῖνον, Κύριε, τὸ οὖς σου. Πάλιν Ποίησον μετ' ἐμοῦ.

¶ Δόξα, Καὶ νῦν. Ἀλληλούϊα ἐκ γ'. Κύριε ἐλέησον γ'. Καὶ εἰ μὲν Θεὸς Κύριος ἔψαλτο, ἐπάσεις τὸ τῆς ἡμέρας τροπάριον· εἰ δὲ Ἀλληλούϊα, τὸ παρὸν εἰς ἦχον πλ. δ'

Ὁ ἐν τῇ ἐννάτῃ ὥρᾳ δι' ἡμᾶς σαρκὶ θανάτου γευσάμενος, νέκρωσον τῆς σαρκὸς ἡμῶν τὸ φρόνημα, Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ σῶσον ἡμᾶς.

ΣΤΙΧΟΣ α'. E

Ἐγγισάτω ἡ δέησίς μου, ἐνώπιόν σου, Κύριε, κατὰ τὸν λόγιόν σου συνέτισόν με.

ΣΤΙΧΟΣ β'.

Εἰσέλθοι τὸ ἀξίωμά μου ἐνώπιόν σου, Κύριε, μετὰ τὸ λόγιόν σου ῥῦσαί με.

Δόξα, Καὶ νῦν. Θεοτόκιον.

Ὁ δι' ἡμᾶς γεννηθεὶς ἐκ Παρθένου, καὶ σταύρωσιν ὑπομείνας, ἀγαθέ· ὁ θανάτῳ τὸν θάνατον σκυλεύσας, καὶ ἔγερσιν δείξας ὡς Θεός, μὴ παρίδῃς οὓς ἔπλασας τῇ χειρί σου· δεῖξον τὴν φιλανθρωπίαν σου ἐλεῆμον, δέξαι τὴν τεκοῦσάν σε Θεοτόκον, πρεσβεύουσαν ὑπὲρ ἡμῶν· καὶ σῶσον, Σωτὴρ ἡμῶν, λαὸν ἀπεγνωσμένον.

Μὴ δὴ παραδῴης ἡμᾶς εἰς τέλος, διὰ τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον· καὶ μὴ διασκεδάσῃς τὴν διαθήκην σου, καὶ, μὴ ἀποστήσῃς τὸ ἔλεός σου ἀφ' ἡμῶν, δι' Ἀβραὰμ τὸν ἠγαπημένον ὑπὸ σου, καὶ διὰ Ἰσαὰκ τὸν δοῦλόν σου, καὶ Ἰσραὴλ τὸν ἅγιόν σου.

¶ Τρισάγιον, Παναγία Τριάς, Πάτερ ἡμῶν. Καὶ εἰ μὲν ἐστὶν ἑορτή, λέγε τὸ κοντάκιον αὐτῆς· εἰ δ' οὔ, ταῦτα· F

Βλέπων ὁ λῃστὴς τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς ἐπὶ σταυροῦ κρεμάμενον, ἔλεγεν· Εἰ μὴ Θεὸς ὑπῆρχε σαρκωθεὶς ὁ σὺν ἡμῖν σταυρωθείς, οὐκ ἂν ὁ ἥλιος τὰς ἀκτῖνας ἐναπέκρυψεν, οὐδὲ ἡ γῆ σειομένη ἐκυμαίνετο· ἀλλ' ὁ πάντων ἀνεχόμενος, μνήσθητί μου, Κύριε, ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.

Δόξα.

Ἐν μέσῳ δύο λῃστῶν ζυγὸς δικαιοσύνης εὑρέθη ὁ σταυρός σου· τοῦ μὲν καταγομένου εἰς ᾅδην, τῷ βάρει βλασφημίας· τοῦ δὲ κουφιζομένου πταισμάτων, πρὸς γνῶσιν θεολογίας. Χριστὲ ὁ Θεὸς δόξα σοι.

Καὶ νῦν.

Τὸν ἀμνὸν, καὶ ποιμένα, καὶ σωτῆρα τοῦ κόσμου, ἐν τῷ σταυρῷ θεωροῦσα ἡ τέκουσα, ἔλεγε δακρύουσα, Ὁ μὲν κόσμος ἀγάλλεται, δεχόμενος τὴν λύτρωσιν· τὰ δὲ σπλάγχνα μου φλέγονται, ὁρώσης τὴν σταύρωσιν, ἣν ὑπὲρ πάντων ὑπομένεις, ὁ Υἱός καὶ Θεός μου.

Κύριε

A ¶ Κύριε ἐλέησον, μ'. Ὁ ἐν παντὶ καιρῷ καὶ πάσῃ ὥρᾳ. Κύριε ἐλέησον γ'. Δόξα. Καὶ νῦν. Τὴν τιμιωτέραν· Ἐν ὀνόματι Κυρίου, εὐλόγησον Πάτερ. Ὁ Ἱερεύς· Ὁ Θεὸς οἰκτειρήσαι ἡμᾶς. Καὶ εἰ ἔστι τεσσαρακοστὴ, τὰς τρεῖς μεγάλας μετανοίας ποιητέον.

¶ Domine miserere, *quadragies*. Qui omni tempore et omni hora. Domine miserere, *ter*. Gloria. Et nunc. Excelsiorem. In nomine Domini, benedic Pater. Sacerdos : Deus misereatur nostri. Et, si sit quadragesima, faciendæ sunt tres magnæ reverentiæ. D

MESORIUM NONÆ.

Τὸ δεῦτε προσκυνήσωμεν, γ'. Καὶ οἱ ψαλμοὶ ὁ ριβ', Αἰνεῖτε παῖδες Κύριον· Καὶ ὁ θ'. Ἐξομολογήσομαί σοι Κύριε, ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου. Καὶ ρλθ'. Ἐξελοῦ με Κύριε ἐξ ἀνθρώπου πονηροῦ.

¶ Δόξα. Καὶ νῦν. Τρισάγιον. Παναγία τριὰς, Πάτερ ἡμῶν, καὶ τὰ Τροπάρια ταῦτα.

Ὁ φωτίσας τὰ ἐπίγεια διὰ σταυροῦ, καὶ καλέσας εἰς μετάνοιαν ἁμαρτωλοὺς, μὴ χωρίσῃς με τῆς ποίμνης σου, ὁ Ποιμὴν ὁ καλὸς, ἀλλὰ ζήτησόν με, Δέσποτα, τὸν πλανώμενον, καὶ ἁγίᾳ σου ποίμνῃ συναρίθμησον, ὡς μόνος ἐλεήμων καὶ φιλάνθρωπος.

Δόξα.

B

Ὡς ὁ λῃστὴς ὁμολογῶν ἀναβοῶ σοι τῷ ἀγαθῷ· Ἐν τῇ βασιλείᾳ σου μνήσθητί μου, Κύριε· καὶ σὺν αὐτῷ με ἀρίθμησον, ὁ ἑκουσίως τὰ πάθη ὑπὲρ ἡμῶν καταδεξάμενος.

Καὶ νῦν. Θεοτόκιον.

Τὸν δι' ἡμᾶς σταυρωθέντα δεῦτε πάντες ὑμνήσωμεν· αὐτὸν γὰρ κατεῖδε Μαρία ἐπὶ τοῦ ξύλου, καὶ ἔλεγεν· Εἰ καὶ σταυρὸν ὑπομένεις, σὺ ὑπάρχεις ὁ Υἱὸς καὶ Θεός μου.

Τὸ Κύριε ἐλέησον, μ'. Δόξα. Καὶ νῦν. Τὴν τιμιωτέραν, καὶ αἱ τρεῖς μετάνοιαι. Εἶτα λέγομεν τὴν εὐχὴν ταύτην τοῦ μεγάλου Βασιλείου.

Δέσποτα Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ μακροθυμήσας ἐπὶ τοῖς ἡμῶν πλημμελήμασι, καὶ ἄχρι τῆς παρούσης ὥρας ἀγαγὼν ἡμᾶς, ἐν ᾗ ἐπὶ τοῦ ζωοποιοῦ ξύλου κρεμάμενος, τῷ εὐγνώμονι λῃστῇ τὴν εἰς τὸν παράδεισον ὡδοποιήσας εἴσοδον, καὶ θανάτῳ τὸν θάνατον ὤλεσας· ἱλάσθητι ἡμῖν τοῖς ἁμαρτωλοῖς καὶ ἀναξίοις δούλοις σου· ἡμάρτομεν γὰρ καὶ ἠνομήσαμεν, καὶ οὐκ ἐσμὲν ἄξιοι ἆραι τὰ ὄμματα ἡμῶν, καὶ βλέψαι εἰς τὸ ὕψος τοῦ οὐρανοῦ, διότι κατελίπομεν τὴν ὁδὸν τῆς δικαιοσύνης σου, καὶ ἐπορεύθημεν ἐν τοῖς θελήμασι τῶν καρδιῶν ἡμῶν. Ἀλλ' ἱκετεύομεν τὴν σὴν ἀνείκαστον ἀγαθότητα, φεῖσαι ἡμῶν Κύριε, κατὰ τὸ πλῆθος τοῦ ἐλέους σου, καὶ
C σῶσον ἡμᾶς, διὰ τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον, ὅτι ἐξέλιπον ἐν ματαιότητι αἱ ἡμέραι ἡμῶν· ἐξέλου ἡμᾶς τῆς τοῦ ἀντικειμένου χειρὸς, καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ἁμαρτήματα, καὶ νέκρωσον τὸ σαρκικὸν ἡμῶν φρόνημα· ἵνα τὸν παλαιὸν ἀποθέμενοι ἄνθρωπον, τὸν νέον ἐνδυσώμεθα, καὶ συζήσωμεν τῷ ἡμετέρῳ Δεσπότῃ καὶ κηδεμόνι· καὶ οὕτω τοῖς σοῖς ἀκολουθοῦντες προστάγμασιν, εἰς τὴν αἰώνιον ἀνάπαυσιν καταντήσωμεν, ἔνθα πάντων ἐστὶν εὐφραινομένων ἡ κατοικία. Σὺ γὰρ ἡ ὄντως ἀληθινὴ εὐφροσύνη καὶ ἀγαλλίασις τῶν ἀγαπώντων σε Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν σὺν τῷ ἀνάρχῳ Πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σου Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

¶ 254 Venite adoremus, *ter*; et Psalmus CXII Laudate pueri Dominum : et IX, Confitebor tibi Domine in toto corde meo : et CXXXIX, Eripe me, Domine, ab homine malo.

¶ Gloria. Et nunc. Trisagium. Sanctissima Trinitas. Pater noster, et hæc Troparia.

Qui terrestria per crucem illuminasti, et vocasti peccatores ad pœnitentiam, ne me separes a grege tuo, Pastor bone ; sed quære me, Domine, errantem; et, quasi solus misericors ac benignus, tuo sancto gregi annumera.

Gloria. E

Quemadmodum latro confitens clamo tibi benefico : In regno tuo memento mei, Domine ; meque ei adjunge, qui pro nobis ærumnas tantas ultro sustinuisti.

Et nunc. *Mariale.*

Pro nobis suffixum in crucem, venite omnes adoremus : illum enim vidit Maria in ligno, et dixit : Quamvis crucem subeas, tamen es Filius et Deus meus.

¶ 255 Domine miserere, *quadragies*. Gloria. Et nunc. Excelsiorem, et tres reverentiæ. Postea dicimus istam orationem Magni Basilii.

Regnator, Dne Jesu Christe, Deus noster, qui inter delicta nostra longanimis es, et nos perduxisti usque ad hanc horam, in qua e vivifico ligno pendens bono latroni viam ad ingressum paradisi præparasti, et morte mortem interemisti ; propitius esto nobis peccatoribus et indignis famulis tuis : peccavimus enim et inique egimus, neque sumus digni qui levemus oculos, et suspiciamus cœli altitudinem ; quia dereliquimus viam justitiæ, tuæ et abivimus in voluntatibus cordium nostrorum. Ergo obsecramus incomparabilem tuam bonitatem, parce F nobis secundum multitudinem misericordiæ, tuæ et salvos nos fac propter sanctum nomen tuum, quia defecerunt in vanitate dies nostri de manu inimici eripe nos, et dimitte nobis peccata, et carnalem nostram prudentiam mortifica, ut expoliantes nos veterem hominem, induamus novum, et vivamus Domino ac Moderatori nostro; et sic tua secuti mandata, ad æternam perveniamus requiem, ubi est omnium lætantium habitatio : Tu enim Christe Deus noster, es vera Te diligentium lætitia atque exultatio : et damus gloriam Tibi cum ingenito Patre, et sancto bonoque ac vivifico tuo Spiritui, nunc et semper et in secula seculorum. Amen.

TYPICA

Modo ante, modo post Nonam recitanda.

COMM. *Horologium quidem exhibet* Typica *ante Nonam ejusque Mesorium; sed cum (ut ex num.* 250 *colligitur)* Typica *modo ante, modo post Nonam ejusque Mesorium recitari debeant, satius esse existimavi magisque consultum, ea hocce loco legenda proponere : sic enim et ponuntur in Typico S. Sabæ, et Horarum minorum series atque ordo minus interrumpitur. Vox autem* Typica *multiplici significatione* *Prima sunt Psalmus* 102.

AUCTORE N. R.

gaudet in ecclesiasticis Græcorum voluminibus. Unam dedimus num. 36, hic daturi aliam. De hac igitur voce, prout hic accipitur, ita Philosophatur Goarus in Euchologio fol. 124 ad illum vocem, τὰ τυπικά. Psalmum vigesimum secundum *(voluit scribere centesimum secundum)* præsens vox suggerit intelligendum, qui et πρῶτα Τυπικά, ad discrimen inter ipsum et 145 δεύτερα τυπικὰ vocatum ponendum dicitur. Ambo vero Τυπικὰ audiunt, vel quia κατὰ τοὺς τύπους juxta normam et rubricas cantari, vel potius quia in Officio τῶν τυπικῶν legi consuescunt. Ut enim Græci post μέγα ἀπόδειπνον, Completorium magnum, aliud μικρὸν minus habent : et post Primam, Tertiam, Sextam, et Nonam medias horas sibi præscripserunt, Μεσώρια vocatas..... sic, quasi his ad divinas laudes non facientibus satis, post Sextam et μεσώριον ejus, ἀκολουθίαν τῶν Τυπικῶν, Typicorum officium subjunxerunt : in quo cum inter alias preces, etiam Psalmi, XXII *corrige iterum* CII) et CXLV reperiantur, ut e Typicis extracti, eorum primus dicitur, πρῶτα τυπικά, et secundus δεύτερα τυπικά. *Et fol.* 186 *his, ex mente Eruditissimi Leonardi Phyllaræ Areopagitæ, addendum censet idem Goar :* Psalmos illos duos jam memoratos, Τυπικῶν nomen solos non mereri ; sed et quæcumque in Liturgiæ principio, Christi in mundum venturi figuram, τύπον, gerunt : Psalmos autem illos hoc nomine maxime dignos, quod expressiorem, ut Patribus placuit, Christi figuram exhibeant.

secunda Ps. 145 :

sine cantu recitandi

256 *Hactenus Goarus. Restat ut nos Typica ipsa ex Horologio integra exprimamus. Dicuntur autem ut ait S. Sabæ Typicum,* χύμα, *id est, sine cantu et modulatione, hoc modo : Postquam dictum est,* Εὐλόγει ψυχή μου τὸν Κύριον εὐλογητὸς εἶ Κύριε. Benedic anima mea Dominum ; Benedictus es Domine ; *recitatur Psalmus* CII *et clauditur cum* Δόξα, Gloria. *Deinde succedit Psalmus* CXLV *et dicitur,* Καὶ νῦν. Et nunc. *Sequiturque hoc Troparium.*

cum propriis precibus.

Christe Deus qui es unigenitus filius et Verbum immortale Dei, qui propter nostram salutem incarnatus, et ex sancta ac semper Virgine Maria, immutabiliter homo factus, crucifixusque mortem morte conculcasti, qui unus de sanctissima Trinitate, conglorificaris cum Patre et Spiritu sancto, salva nos.

Ὁ μονογενὴς υἱὸς καὶ λόγος τοῦ Θεοῦ ἀθάνατος ὑπάρχων, καὶ καταδεξάμενος διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν σαρκωθῆναι, ἐκ τῆς ἁγίας Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, ἀτρέπτως ἐνανθρωπήσας, σταυρωθείς τε, Χριστὲ ὁ Θεός, θανάτῳ θάνατον πατήσας· εἷς ὢν τῆς ἁγίας Τριάδος, συνδοξαζόμενος τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, σῶσον ἡμᾶς.

257 ¶ Scire oportet, in magna Quadragesima non dici Typicorum Psalmos ; sed post hanc orationem, exhibitam num. 254, Regnator Domine Jesu Christe, Deus noster ; incipit designatus Chorus sic : Memento nostri Domine, cum modulatione ad tonum obliquum 2 ; et statim dicuntur evangelicæ Beatitudines : Beati pauperes spiritu. At vero post quemlibet versiculum duo Chori simul dicunt sic :

¶ Εἰδέναι χρή, ὅτι τῇ μεγάλῃ Τεσσαρακοστῇ οὐ λέγομεν τοὺς τῶν Τυπικῶν ψαλμούς· ἀλλὰ μετὰ τὴν εὐχήν, τὴν Δέσποτα Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ, ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἄρχεται ὁ τεταγμένος χορὸς οὕτως. Μνήσθητι ἡμῶν Κύριε, μετὰ μέλους, εἰς ἦχον πλ. δ'. καὶ εὐθύς· Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι. Μετὰ δὲ τὸ τέλος τῶν στίχων, ἑνούμενοι οἱ δύο χοροὶ λέγουσιν οὕτως·

Memento nostri, Domine, in regno tuo. Memento nostri, Domine, cum veneris in regnum tuum.

Μνήσθητι ἡμῶν Κύριε, ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. Μνήσθητι ἡμῶν Κύριε, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.

¶ Et si sit Quadragesima, duo simul Chori psallunt modulate : Memento mei, et ad singula faciunt reverentiam unam : alio autem tempore sine cantu et modulatione.

¶ Καὶ εἰ μέν ἐστι τεσσαρακοστή, ἑνούμενοι οἱ δύο χοροὶ ψάλλουσι μετὰ μέλους τό, Μνήσθητι ἡμῶν· καὶ μετάνοιαν α' ε τὸ καθ' ἕν· εἰ δ' οὔ, χύμα.

Plures Græcorum Quadragesimæ.

258 Comm. *Ne hic hæreat Lector, sciendum est, quatuor apud Græcos celebrari Quadragesimas, primam Paschæ, alteram Apostolorum; tertiam Assumptionis; quartam denique Nativitatis : eam autem quæ Pascha antecedit,* Μεγάλην, Magnam *appellari : id quod colligitur ex Symeone Thessalonicensi, sic pronuntiante in Responso* LVII. Καὶ διὰ τοῦτο μᾶλλον τῶν ἄλλων Μεγάλη λέγεται, ὅτι καὶ ἕτεραί εἰσιν· αὐτὴ δὲ τούτων ὑπερέχει. Et propterea hæc potius quam aliæ Magna vocitatur, quod aliis omnibus excellat. *Imo vero, ut observat Cangius, jejunia septem aut plurium dierum, ante festa Sanctorum observari solita, eamdem nomenclaturam obtinent. Atque id probare nititur Cangius ex Joanne Jejunatore; qui in Pœnitentiali pag.* 89 *sic habet :* Τὰς δύο τεσσαρακοστὰς τοῦ ἁγίου Φιλίππου καὶ τῶν ιβ' Ἀποστόλων, κρέατος μὲν μὴ μετέχειν τοὺς κοσμικοὺς ὁρίζομεν. In duabus Quadragesimis, S. Philippi videlicet et duodecim Apostolorum, secularibus esum carnis interdicimus. *Hæc observatio dispellit tenebras, quas superior Horologii locus comparatus ad alios, affundere potuisset. Nunc ergo videamus, quomodo in minoribus illis Quadragesimis sive Jejuniis concinatur istud,* Μνήσθητι ἡμῶν. *Memorato nostri.*

Gloria, Et nunc.

Δόξα, Καὶ νῦν.

259 Memento nostri, Domine, cum veneris in regnum tuum.

Memento nostri, Dominator, cum veneris in regnum tuum.

Memento nostri, Sancte, cum veneris in regnum tuum.

Chorus cœlestis celebrat Te, et dicit : Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Sabaoth; pleni sunt cœli et terra gloriæ tuæ.

Μνήσθητι ἡμῶν, Κύριε, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.

Μνήσθητι ἡμῶν, Δέσποτα, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.

Μνήσθητι ἡμῶν, Ἅγιε, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.

Χορὸς ὁ ἐπουράνιος ὑμνεῖ σε καὶ λέγει, Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, Κύριος σαβαώθ, πλήρης ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ τῆς δόξης σου.

VERSICULUS.

Venite ad eum, et illuminamini; et vultus vestri non confundantur.

Chorus cœlestis celebrat Te, et dicit Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Sabaoth; pleni sunt cœli et terra gloriæ tuæ.

ΣΤΙΧΟΣ.

Προσέλθετε πρὸς αὐτόν, καὶ φωτίσθητε· καὶ τὰ πρόσωπα ὑμῶν οὐ μὴ καταισχυνθῇ.

Χορὸς ὁ ἐπουράνιος ὑμνεῖ σε, καὶ λέγει· Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος Κύριος σαβαώθ, πλήρης ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ τῆς δόξης σου.

Δόξα

A

D

AUCTORE N. B.

Δόξα.

Χορὸς ἁγίων Ἀγγέλων καὶ Ἀρχαγγέλων, μετὰ πασῶν τῆς ἐπουρανίων δυνάμεων, ὑμνεῖ σε, καὶ λέγει· Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος Κύριος σαβαώθ, πλήρης ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ τῆς δόξης σου.

Gloria.

Chorus sanctorum Angelorum et Archangelorum, cum omnibus cœlestibus virtutibus, celebrat Te, et dicit : Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Sabaoth ; pleni sunt cœli et terra gloriæ tuæ.

Καὶ νῦν.

Et nunc.

260 *Hio recitatur symbolum Nicænum, eoque finito dicitur sequens precatio, cui Oratio Dominica subnectitur.*

Ἄνες, ἄφες, συγχώρησον, ὁ Θεός, τὰ παραπτώματα ἡμῶν· τὰ ἑκούσια, καὶ τὰ ἀκούσια· τὰ ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ· τὰ ἐν γνώσει καὶ ἐν ἀγνοίᾳ· τὰ ἐν νυκτὶ καὶ ἐν ἡμέρᾳ. τὰ κατὰ νοῦν καὶ διάνοιαν· τὰ πάντα ἡμῖν συγχώρησον, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος.

Remitte, dimitte, condona, Deus, peccata a nobis admissa, tam libere quam coacte, tam opere quam sermone, tam scienter quam inscienter, tam noctu quam interdiu, tam mente quam sensu ; omnia nobis condona, ut bonus atque hominum amans.

¶ Καὶ εἰ μέν ἐστι δεσποτικὴ ἑορτή, λέγομεν τὸ ταύτης κοντάκιον. Εἰ δὲ τύχοι καὶ Ἅγιος ἑορταζόμενος ἐν ταύτῃ, λέγεται πρῶτον τὸ τοῦ Ἁγίου· Δόξα. Καὶ νῦν· [ἔπειτα] τὸ τῆς ἑορτῆς. Εἰ δ' Ἀλληλούια ἔψαλτο, ἢ οὐκ
B ἔστι δεσποτικὴ ἑορτή, λέγε πρῶτον, τὸ τῆς μεταμορφώσεως, Εἶτα τὸ τῆς ἡμέρας· τῇ δευτέρᾳ τῶν ἀσωμάτων. Δόξα. Μετὰ τῶν Ἁγίων ἀνάπαυσον Χριστέ· Καὶ νῦν. Προστασία τῶν Χριστιανῶν· Ὡσαύτως, τῇ τρίτῃ, τοῦ Προδρόμου, καὶ καθεξῆς.

¶ Et si quod festum Domini celebretur, dicimus ejus Contacium : si autem cum eo concurrat Sanctus celebrandus, prius dicitur Sancti Contacium, Gloria, Et nunc [Postea] Contacium festi. Si Alleluia cantatum fuerit, vel non sit festum Domini, dic primo Contacium Transfigurationis, deinde diei ; E
feria secunda Incorporeorum Contacium. Gloria. Cum Sanctis dona, Christe. Et nunc. Tutela Christianorum. Similiter tertia feria Contacium Præcursoris et deinceps.

varia per singulas ferias Contacia

261 *Hæc autem Contacia in Horologio integra subjiciuntur, hoc modo :*

Τὸ τῆς μεταμορφώσεως.

Ἐπὶ τοῦ ὄρους μεταμορφώθης, καὶ ὡς ἐχώρουν οἱ μαθηταί σου τὴν δόξαν σου, Χριστὲ ὁ Θεός, ἐθεάσαντο· ἵνα ὅταν σε ἴδωσι σταυρούμενον, τὸ μὲν πάθος νοήσωσιν ἑκούσιον, τῷ δὲ κόσμῳ κηρύξωσιν, ὅτι σὺ ὑπάρχεις ἀληθῶς τοῦ Πατρὸς τὸ ἀπαύγασμα.

Τῇ β'. Κοντάκιον τῶν Ἀσωμάτων. Ἦχος β'.

Ἀρχιστράτηγοι Θεοῦ, λειτουργοὶ θείας δόξης, τῶν Ἀγγέλων ὁδηγοί, καὶ ἀρχηγοὶ ἀσωμάτων, τὸ συμφέρον ἡμῖν πρεσβεύσατε, καὶ τὸ μέγα ἔλεος, ὡς τῶν ἀσωμάτων ἀρχιστράτηγοι.

Contacium Transfigurationis.

In monte transfiguratus es, Christe Deus : et quantum capaces erant discipuli tui, viderunt gloriam tuam, ut quando te cernerent sublatum in crucem, nossent Te id pati libere ; et ut prædicarent mundo, esse te Patris splendorem.

Transfigurationis,

Feria II Contacium, Incorporeorum Tonus 2.

Archistrategi Dei, Administri divinæ gloriæ, Angelorum ductores, et principes incorporeorum ; quod convenit, id nobis petite, et magnam misericordiam, sicut Incorporeorum Archistrategi.

Τῇ τρίτῃ, τοῦ Προδρόμου κοντάκιον.
Ἦχος β'. Τὰ ἄνω ζητῶν.

Προφῆτα Θεοῦ, καὶ Πρόδρομε τῆς χάριτος, τὴν κάραν τὴν σήν, ὡς ῥόδον ἱερώτατον ἐκ τῆς γῆς εὑράμενοι, τὰς ἰάσεις πάντοτε λαμβάνομεν, καὶ γὰρ πάλιν ὡς πρότερον, ἐν κόσμῳ κηρύττεις τὴν μετάνοιαν.

Feria III Contacium Præcursoris.
Tonus β' *sicut* Τὰ ἄνω ζητῶν.

Propheta Dei, et Præcursor Gratiæ, e capite tuo, velut sacerrima rosa, in terra invento, medelam semper accipimus : etenim, ut ante, prædicas mundo pœnitentiam.

C

F

Τῇ τετράδι καὶ τῇ παρασκευῇ τοῦτο. Ἦχος δ'.

Ὁ ὑψωθεὶς ἐν τῷ σταυρῷ ἑκουσίως, ἐπωνύμῳ σου καινῇ πολιτείᾳ, τοὺς οἰκτιρμούς σου δώρησαι, Χριστὲ ὁ Θεός· εὔφρανον ἐν τῇ δυνάμει σου, τοὺς πιστοὺς Βασιλεῖς ἡμῶν· νίκας χορηγῶν αὐτοῖς, κατὰ τῶν πολεμίων συμμαχίαν ἔχοιεν τὴν σήν, ὅπλον εἰρήνης, ἀήττητον τρόπαιον.

Feria IV et VI, hoc, Tonus 4.

Christe Deus, qui ultro suffixus es cruci, ostende misericordiam tuam, nova illa quæ a te cognominatur gubernatione : exhilara virtute tua fideles Imperatores nostros : ipsis victorias concede, et fer contra hostes auxilium, armaturam pacis, tropæum inexpugnabile.

Τῇ πέμπτῃ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων. Ἦχος β'.

Τοὺς ἀσφαλεῖς καὶ θεοφθόγγους κήρυκας, τὴν κορυφὴν τῶν μαθητῶν σου, Κύριε, προσελάβου εἰς ἀπόλαυσιν τῶν ἀγαθῶν σου καὶ ἀνάπαυσιν· τοὺς πόνους γὰρ ἐκείνων καὶ τὸν θάνατον, ἐδέξω ὑπὲρ πᾶσαν ὁλοκάρπωσιν, ὁ μόνος γινώσκων τὰ ἐγκάρδια.

Feria V SS. Apostolorum. Tonus 2.

Securos et divina loquutos præcones, discipulorum tuorum columen, Domine, admisisti ad perfruendum bonis tuis, et ad requiescendum ; illorum enim labores ac mortem quovis holocausto lubentius suscepisti, tu qui solus corda pernosti.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, τοῦ ἁγίου Νικολάου·
Ἦχος γ'. ἡ Παρθένος σήμερον.

Ἐν τοῖς Μύροις, Ἅγιε, ἱερουργὸς ἀνεδείχθης τοῦ Χριστοῦ γάρ, Ὅσιε, τὸ εὐαγγέλιον πληρώσας, ἔθηκας τὴν ψυχήν σου ὑπὲρ λαοῦ σου, καὶ ἔσωσας τοὺς ἀθώους ἐκ τοῦ θανάτου· διὰ τοῦτο ἡγιάσθης, ὡς μέγας μύστης Θεοῦ τῆς χάριτος.

Eadem feria Contacium S. Nicolai.
Tonus 3 sicut ἡ Παρθένος σήμερον.

Myrensibus ; o Sancte, fuisti sacrorum administer : nam Christi Evangelium adimplens, o Dive, animam tuam posuisti pro populo tuo, innocentes eripuisti e morte, ideo sicut magnus mysta divinæ gratiæ, sanctificatus es.

Sabbato

A Sabbato dicimus Gloria cum Sanctis, et præsens Troparium Martyrum, Tonus obliquus 4.

262 Comm. *Hoc Troparium invenies num.* 233 ; *et inchoatur ab his verbis :* Ὡς ἀπαρχὰς τῆς φύσεως.

Illud autem, quod sequitur, dicitur quotidie, præterquam in Sabbato.

Tutela Christianorum, quæ non confunditur; immutabilis apud Conditorem intercessio ; ne despicias voces peccatorum deprecantium, sed matura nobis ferre auxilium : ad te enim fideliter clamamus Deipara, perpetua te honorantium patrona, legationem accelera, ad supplicationem festina.

¶ Domine miserere, *quadragies*, et si sit Quadragesima. Excelsiorem Cherubim. In nomine Domini, benedic Pater. *Sacerdos*, Dominus misereatur nostri, et fiunt præstitutæ reverentiæ. Deinde dicitur Trisagium, sanctissima Trinitas, Pater noster, Domine miserere *duodecies*, Sit nomen Domini benedictum cum Psalmo XXXIII. Si autem non sit Quadragesima, post Domine miserere quadragies dictum, dicitur ter : sit nomen Domini Gloria, Et nunc et fit dimissio.

Τῷ Σαββάτῳ, λέγομεν Δόξα μετὰ τῶν Ἁγίων, καὶ τὸ D Παρὸν Μαρτυρικὸν Τροπάριον. Ἦχος πλ. δ'.

Τοῦτο δὲ λέγεται καθ' ἑκάστην, ἐκτὸς Σαββάτου.

Προστασία τῶν Χριστιανῶν ἀκαταίσχυντε, μεσιτεία πρὸς τὸν ποιητὴν ἀμετάθετε, μὴ παρίδῃς ἁμαρτωλῶν δεήσεων φωνάς· ἀλλὰ πρόφθασον ὡς ἀγαθὴ εἰς τὴν βοήθειαν ἡμῶν, τῶν πιστῶς κραυγαζόντων σοι· Τάχυνον εἰς πρεσβείαν, καὶ σπεῦσον εἰς ἱκεσίαν, ἡ προστατεύουσα ἀεὶ Θεοτόκε, τῶν τιμώντων σε.

¶ Τὸ Κύριε ἐλέησον μ'. καί, εἰ ἔστι τεσσαρακοστή, τὴν τιμιωτέραν τῶν Χερουβείμ. Ἐν τῷ ὀνόματι Κυρίου, εὐλόγησον Πάτερ. Ὁ Ἱερεύς· Ὁ Κύριος οἰκτειρήσαι ἡμᾶς ; καὶ τὰς τετυπωμένας μετανοίας· Εἶτα Τρισάγιον, Παναγία Τριάς, Πάτερ ἡμῶν, Κύριε ἐλέησον ιβ'. Εἴη τὸ ὄνομα Κυρίου εὐλογημένον, καὶ τὸν ψαλμὸν λγ'. εἰδ' οὐκ ἔστι τεσσαρακοστή, μετὰ τὸ Κύριε ἐλέησον μ', εὐθὺς τό, Εἴη τὸ ὄνομα Κυρίου ἐκ τρίτου. Δόξα, Καὶ νῦν, καὶ γίνεται ἀπόλυσις

B E

APODIPNUM.

Apodipnum, *uti jam nunc in ipsa Capitis hujus inscriptione declaratum est, respondet* Completorio *Latinorum ; itaque nuncupatur, quasi* ἀπὸ τοῦ δείπνου, *id est*, a cœna *decantatur. Duplex autem apud Græcos est* Ἀπόδειπνον ; *alterum* μέγα, Majus ; *alterum* μικρόν Minus, *Prius psallitur per totam magnam Quadragesimam ; posterius per reliquum anni tempus : sic enim habet Anthologium Arcudii:* Οὕτω μὲν τελεῖται τὸ μέγα Ἀπόδειπνον ἐν τῇ μεγάλῃ τεσσαρακοστῇ, κατὰ τὴν τάξιν τοῦ παλαιοῦ καὶ καθολικοῦ Τυπικοῦ, καθὼς γέγραπται· τὸ δὲ μικρὸν Ἀπόδειπνον, ὃ ψάλλεται ὅλῳ τῷ χρόνῳ παρεκτὸς τῆς μεγάλης τεσσαρακοστῆς *etc.* Ita quidem fit magnum Apodipnum in magna Quadragesima, secundum sanctionem antiqui et universalis Typici, sicut scriptum est ; sed parvum Apodipnum, quod psallitur toto tempore extra Quadragesimam etc. *Hinc castigandus videtur Goarus, qui supra num.* 255 *non obscure innuit, Apodipnum utrumque quotidie recitari. Utrumque porro describitur in Horologio ; sed quia Magnum prolixius est quam ut commode hic possit exponi, tantum dabo* Apodipnum minus, in quo interdum psalli ἀκολουθίαν aliorum Sanctorum diximus num. 190.

¶ 268 Per modum Versiculi dicimus, Gloria tibi, Deus noster ; gloria tibi.

Rex cœlestis, Paraclete, Spiritus veritatis, ubique præsens, et replens omnia, thesaure bonorum, et vitæ largitor ; veni et habita in nobis, et nos ab omni macula expurga, et serva benigne animas nostras.

¶ Trisagium, Sanctissima Trinitas, Pater noster Quia tuum est. Domine miserere, *duodecies*, Venite adoremus, *ter*, et Psalmus L Miserere mei Deus C secundum magnam misericordiam tuam : et LXIX, Deus in adjutorium meum : et CXLII, Domine exaudi orationem meam.

¶ Ποιοῦντες στίχον λέγομεν, Δόξα σοι Θεὸς ἡμῶν· δόξα σοι.

Βασιλεῦ οὐράνιε, παράκλητε, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὁ πανταχοῦ παρὼν καὶ τὰ πάντα πληρῶν, ὁ θησαυρὸς τῶν ἀγαθῶν καὶ ζωῆς χορηγός, ἐλθὲ καὶ σκήνωσον ἐν ἡμῖν, καὶ καθάρισον ἡμᾶς ἀπὸ πάσης κηλῖδος, καὶ σῶσον Ἀγαθὲ τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

¶ Τὸ Τρισάγιον, τὸ Παναγία Τριάς, τὸ Πάτερ ἡμῶν, ὅτι σοῦ ἐστιν, τὸ Κύριε ἐλέησον ιβ'. τό, δεῦτε προσκυνήσωμεν γ'. καὶ τὸν ν'. Ἐλέησόν με ὁ Θεὸς κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου. Καὶ ξθ'. ὁ Θεὸς εἰς τὴν βοήθειάν μου. Καὶ F ρμβ'. Κύριε εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου.

269 Comm. *Deinde proponitur recitanda Doxologia major quam dedi num.* 207. *In Apodipno autem recitatur tantum usque ad hæc verba inclusive*, Εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος in seculum seculi. *Post hæc dicitur*, Κύριε καταφυγή, Domine refugium ; *ut eodem illo numero habetur : sed in fine omittitur* Ἅγιος ὁ Θεὸς Sanctus Deus; *et ejus loco dicitur :* Καταξίωσον Κύριε ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ ἀναμαρτήτους φυλαχθῆναι ἡμᾶς. Dignare Domine nocte ista sine peccato nos custodire.

¶ Postea sic dicimus : Vere dignum est, Excelsiorem, Credo in unum Deum, Trisagium Sanctissima Trinitas, Pater noster, Troparium Sancti illo die colendi, vel sequentia.

270 Patrum nostrorum Deus, qui semper nobiscum agis juxta mansuetudinem tuam, ne avertas misericordiam tuam a nobis : sed eorumdem rogatu vitam nostram in pace guberna.

Sanguine Martyrum qui sunt in toto orbe, velut purpura ac bysso, ornata Ecclesia tua, tibi clamat. Christe Deus, per illos ostende misericordiam tuam populo tuo, et pacem tua gubernatione concede, et animarum miserere nostrarum.

Gloria.

Cum sanctis dona, Christe, requiem animabus

¶ Εἶθα οὕτως λέγομεν· Ἄξιόν ἐστιν ὡς ἀληθῶς. Τὴν τιμιωτέραν, Πιστεύω εἰς ἕνα Θεόν, τὸ Τρισάγιον, τὸ Παναγία Τριάς, τὸ Πάτερ ἡμῶν, Τροπάριον τοῦ κατὰ τὴν ἡμέραν Ἁγίου, ἢ τὰ παρόντα.

Ὁ Θεὸς Πατέρων ἡμῶν, ὁ ποιῶν ἀεὶ μεθ' ἡμῶν κατὰ τὴν σὴν ἐπιείκειαν μὴ ἀποστήσῃς τὸ ἔλεός σου ἀφ' ἡμῶν. ἀλλὰ ταῖς αὐτῶν ἱκεσίαις, ἐν εἰρήνῃ κυβέρνησον τὴν ζωὴν ἡμῶν.

Τῶν ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ Μαρτύρων σου, ὡς πορφύραν καὶ βύσσον, τὰ αἵματα, ἡ Ἐκκλησία σου στολισαμένη, δι' αὐτῶν βοᾷ σοι, Χριστὲ ὁ Θεός· Τῷ λαῷ σου τοὺς οἰκτιρμούς σου κατάπεμψον, εἰρήνην τῇ πολιτείᾳ σου δώρησαι, καὶ ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν τὸ μέγα ἔλεος.

Δόξα.

Μετὰ τῶν Ἁγίων ἀνάπαυσον, Χριστέ, τὰς ψυχὰς τῶν δούλων

A δούλων σου· ἔνθα οὐκ ἔστι πόνος, οὐ λύπη, οὐ στεναγμὸς, ἀλλὰ ζωὴ ἀτελεύτητος.

servorum tuorum, ibi, ubi non est labor, non dolor, non gemitus, sed vita sempiterna. D

Καὶ νῦν.

Et nunc.

Τῇ πρεσβείᾳ, Κύριε, πάντων τῶν Ἁγίων καὶ τῆς Θεοτόκου, τὴν σὴν εἰρήνην δὸς ἡμῖν, καὶ ἐλέησον ἡμᾶς, ὡς μόνος οἰκτίρμων.

¶ Τὸ Κύριε ἐλέησον μ', εἶτα καὶ τὴν εὐχήν. Ὁ ἐν παντὶ καιρῷ, καὶ πάσῃ ὥρᾳ. Τὸ Κύριε ἐλέησον γ'. Δόξα, Καὶ νῦν. Τὴν τιμιωτέραν. Ἐν ὀνόματι τοῦ Κυρίου, εὐλόγησον Πάτερ. Δι' εὐχῶν τῶν ἁγίων Πατέρων ἡμῶν.

Omnium Sanctorum ac Deiparæ precibus, Domine, pacem tuam da nobis, et miserere nostri, tamquam solus misericors.

¶ 271 Domine miserere *quadragies*, deinde dic orationem, Qui omni tempore et hora : Iterum, Domine miserere, *ter*. Gloria. Et nunc. Excelsiorem. In nomine Domini, benedic Pater. Per preces sanctorum Patrum nostrorum.

Ἄσπιλε, ἀμόλυντε, ἄφθορε, ἄχραντε, ἁγνὴ, παρθένε, θεόνυμφε Δέσποινα, ἡ Θεὸν Λόγον τοῖς ἀνθρώποις τῇ παραδόξῳ σου κυήσει ἑνώσασα, καὶ τὴν ἀπωσθεῖσαν φύσιν τοῦ γένους ἡμῶν τοῖς οὐρανίοις συνάψασα. Ἡ τῶν ἀπηλπισμένων μόνη ἐλπὶς, καὶ τῶν πολεμουμένων βοήθεια· ἡ ἑτοίμη ἀντίληψις τῶν εἰς σὲ προστρεχόντων, καὶ πάντων τῶν Χριστιανῶν τὸ καταφύγιον· μὴ βδελύξῃ με τὸν ἁμαρτωλὸν, τὸν ἐναγῆ, τὸν αἰσχροῖς λογισμοῖς, καὶ λόγοις, καὶ πράξεσιν, ὅλον ἐμαυτὸν ἀχρειώσαντα, καὶ τῇ τῶν ἡδονῶν τοῦ βίου ῥαθυμίᾳ γνώμῃ δοῦλον γενόμενον. B Ἀλλ' ὡς τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ μήτηρ, φιλανθρώπως σπλαγχνίσθητι ἐπ' ἐμοὶ τῷ ἁμαρτωλῷ καὶ ἀσώτῳ· καὶ δέξαι μου τὴν ἐκ ῥυπαρῶν χειλέων προσφερομένην σοι δέησιν· καὶ τὸν σὸν Υἱὸν καὶ ἡμῶν δεσπότην καὶ κύριον, τῇ μητρικῇ σου παῤῥησίᾳ χρωμένη, δυσώπησον, ἵνα ἀνοίξῃ κἀμοὶ τὰ φιλάνθρωπα σπλάγχνα τῆς αὐτοῦ ἀγαθότητος, καὶ παριδὼν μου τὰ ἀναρίθμητα πταίσματα, ἐπιστρέψῃ με πρὸς μετάνοιαν, καὶ τῶν αὐτοῦ ἐντολῶν ἐργάτην δόκιμον ἀναδείξῃ με.

Καὶ πάρεσό μοι ἀεὶ, ὡς ἐλεήμων καὶ συμπαθὴς καὶ φιλάγαθος, ἐν μὲν τῷ παρόντι βίῳ, θερμὴ προστάτις καὶ βοηθὸς, τὰς τῶν ἐναντίων ἐφόδους ἀποτειχίζουσα, καὶ πρὸς σωτηρίαν καθοδηγοῦσά με, καὶ ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἐξόδου μου τὴν ἀθλίαν μου ψυχὴν περιέπουσα, καὶ τὰς σκοτεινὰς ὄψεις τῶν πονηρῶν δαιμόνων, πόῤῥω αὐτῆς ἀπελαύνουσα. Ἐν δὲ τῇ φοβερᾷ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως, τῆς αἰωνίου με ῥυομένη κολάσεως, καὶ τῆς ἀπορρήτου δόξης τοῦ σοῦ Υἱοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν κληρονόμον με ἀποδεικνύουσα· ἧς καὶ τύχοιμι, Δέσποινά μου ὑπεραγία Θεοτόκε, διὰ τῆς σῆς μεσιτείας καὶ ἀντιλήψεως, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ μονογενοῦς σου Υἱοῦ, τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ, καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις, σὺν τῷ ἀνάρχῳ αὐτοῦ Πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ αὐτοῦ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Καὶ δὸς ἡμῖν, Δέσποτα, πρὸς ὕπνον ἀπιοῦσιν ἀνάπαυσιν C σώματος καὶ ψυχῆς· καὶ διαφύλαξον ἡμᾶς, ἀπὸ τοῦ ζοφεροῦ ὕπνου τῆς ἁμαρτίας, καὶ ἀπὸ πάσης σκοτεινῆς καὶ νυκτερινῆς ἡδυπαθείας. Παῦσον τὰς ὁρμὰς τῶν παθῶν, σβέσον τὰ πεπυρωμένα βέλη τοῦ πονηροῦ, τὰ καθ' ἡμῶν δολίως κινούμενα, τὰς τῆς σαρκὸς ἡμῶν ἐπαναστάσεις κατάστειλον, καὶ πᾶν γεῶδες καὶ ὑλικὸν ἡμῶν φρόνημα κοίμισον, καὶ δώρησαι ἡμῖν ὁ Θεὸς γρήγορον νοῦν, σώφρονα λογισμὸν, καρδίαν νήφουσαν, ὕπνον ἐλαφρὸν, καὶ πάσης σατανικῆς φαντασίας ἀπηλλαγμένον. Διανάστησον δὲ ἡμᾶς ἐν τῷ καιρῷ τῆς προσευχῆς, ἐστηριγμένους ἐν ταῖς ἐντολαῖς σου, καὶ τὴν μνήμην τῶν σῶν κριμάτων, ἐν ἑαυτοῖς ἀπαράθραυστον ἔχοντας. Παννύχιον ἡμῖν τὴν δοξολογίαν χάρισαι, εἰς τὸ ὑμνεῖν καὶ εὐλογεῖν καὶ δοξάζειν τὸ πάντιμον, καὶ μεγαλοπρεπὲς ὄνομά σου, τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

¶ Καὶ γίνεται ἀπόλυσις, καὶ ἡ συγχώρησις παρὰ τοῦ Ἱερέως.

Impolluta, incontaminata, incorrupta, intemerata casta, virgo, Dei sponsa, Domina ; quæ Deum Verbum admirabili tuo partu hominibus univisti ; quæ abjectam generis nostri naturam conjunxisti cœlestibus, et quæ es desperatorum spes unica, atque oppressorum auxilium, prompta tutela ad te recurrentium, et omnium Christianorum perfugium ; ne fastidias me peccatorem execrabilem ; turpibus cogitationibus, sermonibus et operibus totum inutilem ; et servum voluptatum hujus vitæ præ voluntaria segnitie factum. Sed tamquam benignissimi Dei mater, benigne miserere mei perditi peccatoris, E et meam tibi inquinatis labiis oblatam precem suscipe ; atque Filium tuum nostrumque Dominum materna deprecare fiducia : ut et ipse mihi aperiat pietatis suæ benigna viscera ; et, non habita innumerabilium meorum lapsuum ratione, me convertat ad pœnitentiam, et faciat mandata sua probe adimplere.

272 Adesto mihi, semper misericors, facilis, ac bona ; et in hac quidem vita fervens patrona atque auxiliatrix, coercens adversantium impetus, et viam ad salutem commonstrans : deinde exitus mei tempore protege miseram meam animam, tenebrosasque malorum dæmonum formas procul repelle ; in tremendo autem die judicii a pœna sempiterna erue me, et fac heredem Filii tui et Dei nostri ineffabilis gloriæ ; quam tandem adipiscar, Domina mea sanctissima Deipara, tua intercessione ac tutela ; gratiaque et benignitate unigeniti tui Filii, Domini, Dei et Servatoris nostri Jesu Christi ; cui convenit omnis gloria, honor et adoratio, cum suo ingenito Patre, et sanctissimo bonoque ac vivifico suo Spiritu, nunc et semper, et in secula seculorum. Amen.

273 Da nobis, Domine, cubitum concedentibus quietem corporis et animæ, et a caliginoso peccati F somno nos libera, omnique tenebrosa ac nocturna mollitie. Reprime motionum impetus ; extingue ignita maligni jacula adversum nos dolose emissa ; carnis nostræ rebellionem compone, et omnem terrenam atque materialem in nobis cogitationem, sopi ; largire autem nobis, Deus, mentem vigilantem, prudentem intellectum, cor castum, somnum levem et ab omni satanica imaginatione liberum. Tempore orationis de somnio excita nos, in mandatis tuis firmatos ; et fac ut memoriam tuorum judiciorum indelebilem servemus. Da nobis quoque, ut per noctem totam celebremus et benedicamus atque glorificemus augustum et magnificum nomen tuum, Patris et Filii et sancti Spiritus, nunc et semper et in secula seculorum. Amen.

¶ Et fit dimissio, et delictorum veniam petit Sacerdos.

274 COMM. *Hic monet Horologium, illum veniæ petendæ ritum quærendum esse ex Apodipno majore unde non gravabor illum describere. Sic ergo habet :*

¶ Ποιήσας ὁ Προεστὼς μετάνοιαν ἐπὶ γῆς, λέγει τοῖς Ἀδελφοῖς, Εὐλογεῖτε Πατέρες ἅγιοι, συγχωρήσατέ μοι τῷ ἁμαρτωλῷ. Καὶ οἱ Ἀδελφοὶ, Ὁ Θεὸς συγχωρήσει

¶ Præpositus inclinans se ad terram usque, dicit, Fratribus : Benedicite, Patres sancti, ignoscite mihi peccatori. Et Fratres : Deus ignoscet tibi,

Pate

A Pater, sancte. Et incipiunt Fratres a dextero et sinistro choro secundum Ordinem singuli facere consimiliter, et alter ab altero petere et accipere veniam, donec omnes absolverint. Tum Sacerdos dicit. Oremus pro Christianis recte sentientibus. Et Fratres assidue; Domine miserere. Pro felici itinere et robore Christiani exercitus. Pro Archiepiscopo nostro, et tota nostra in Christo Fraternitate. Pro Patribus et Fratribus nostris derelictis. Pro omnibus qui nobis serviunt et servierunt. Pro habentibus nos odio et amantibus. Pro omnibus qui a nobis indignis petierunt pro se orari. Pro redemptione captivorum. Pro navigantibus in mari. Pro jacentibus in infirmitate. Pro ubertate fructuum terræ. Pro omnibus defunctis, Patribus et Fratribus, hic sepultis, et pro Orthodoxis qui sunt ubique terrarum. Dicamus et pro illis, Domine miserere.

275 Et omnes accipimus veniam a Præposito, et discedimus ad suam quisque cellulam, recitantes hanc orationem :

Habentibus nos odio et lædentibus ignosce, Domine. Benefacientibus benefac. Fratribus atque familiaribus concede facientia ad salutem postulata et vitam æternam. Infirmos respice, et iis medelam
B largire. Guberna in mari navigantes. Iter facientes comitare. In bello adjuva Imperatorem. Mendicantibus pro nobis, et nostri miserentibus veniam peccatorum tribue. Secundum magnam misericordiam tuam miserere eorum qui se nostris indignorum precibus commendarunt. Memento, Domine, defunctorum Patrum ac Fratrum nostrorum, eosque ibi refocilla, ubi lumen vultus tui aspicitur. Memento, Domine, Fratrum nostrorum captivorum, et eos ab omni necessitate libera. Memento, Domine, referentium fructus ac bene facientium sanctis ecclesiis tuis, illisque concede salutaria ipsorum postulata et vitam æternam. Memento, Domine, etiam nostrum humilium, peccatorum, indignorumque famulorum tuorum; atque illumina mentem nostram lumine cognitionis tuæ, et in semita mandatorum tuorum nos dirige, precibus incontaminatæ Dominæ nostræ Deiparæ et semper Virginis Mariæ, omniumque Sanctorum, quia benedictus es in secula seculorum. Amen.

σοι, Πάτερ ἅγιε. Καὶ ἄρχονται οἱ Ἀδελφοὶ ἀπὸ τοῦ D
δεξιοῦ καὶ ἀριστεροῦ χοροῦ κατὰ τάξιν εἷς καὶ εἷς ποιεῖν ὁμοίως, καὶ αἰτεῖσθαι καὶ λαμβάνειν συγχώρησιν, μέχρις ἂν πληρωθῶσιν ἅπαντες· ὁ δὲ Ἱερεὺς λέγει· Εὐξώμεθα ὑπὲρ τῶν ὀρθοδόξων Χριστιανῶν. Καὶ Ἀδελφοὶ συνεχέως τὸ, Κύριε ἐλέησον· Ὑπὲρ εὐοδώσεως καὶ ἐνισχύσεως τοῦ φιλοχρίστου στρατοῦ. Ὑπὲρ τοῦ Ἀρχιεπισκόπου ἡμῶν, καὶ πάσης τῆς ἐν Χριστῷ ἡμῶν ἀδελφότητος. Ὑπὲρ τῶν ἀπολειφθέντων Πατέρων καὶ Ἀδελφῶν ἡμῶν. Ὑπὲρ τῶν διακονούντων καὶ διακονησάντων ἡμῖν· Ὑπὲρ τῶν μισούντων καὶ ἀγαπώντων ἡμᾶς. Ὑπὲρ τῶν ἐντειλαμένων ἡμῖν τοῖς ἀναξίοις εὔχεσθαι ὑπὲρ αὐτῶν. Ὑπὲρ ἀναῤῥύσεως τῶν αἰχμαλώτων. Ὑπὲρ τῶν ἐν θαλάσσῃ πλεόντων. Ὑπὲρ τῶν ἐν ἀσθενείαις κατακειμένων. Ὑπὲρ εὐφορίας τῶν καρπῶν τῆς γῆς. Καὶ ὑπὲρ πάντων τῶν προαναπαυσαμένων Πατέρων καὶ Ἀδελφῶν, τῶν ἐνθάδε κειμένων, καὶ ἁπανταχοῦ ὀρθοδόξων. Εἴπωμεν καὶ ὑπὲρ αὐτῶν τὸ, Κύριε ἐλέησον·

¶ Καὶ λαμβάνομεν οἱ πάντες συγχώρησιν ἀπὸ τοῦ Προεστῶτος, καὶ ἀπερχόμεθα ἐν τοῖς κελλίοις ἡμῶν, λέγοντες τὴν εὐχὴν αὐτήν.

Τοῖς μισοῦσι καὶ ἀδικοῦσιν ἡμᾶς συγχώρησον Κύριε. Τοῖς ἀγαθοποιοῦσιν, ἀγαθοποίησον. Τοῖς ἀδελφοῖς καὶ ἰδίοις ἡμῶν, χάρισαι τὰ πρὸς σωτηρίαν αἰτήματα καὶ E
ζωὴν τὴν αἰώνιον. Τοὺς ἐν ἀσθενείᾳ ἐπίσκεψαι, καὶ ἴασιν δώρησαι. Τοὺς ἐν θαλάσσῃ κυβέρνησον. Τοῖς ἐν ὁδοιπορίαις συνόδευσον. Τῷ Βασιλεῖ συμμάχησον. Τοῖς διακονοῦσι καὶ ἐλεοῦσιν ἡμᾶς, ἁμαρτιῶν ἄφεσιν δώρησαι. Τοὺς ἐντειλαμένους ἡμῖν τοῖς ἀναξίοις, εὔχεσθαι ὑπὲρ αὐτῶν, ἐλέησον κατὰ τὸ μέγα σου ἔλεος· Μνήσθητι, Κύριε, τῶν προκοιμηθέντων Πατέρων καὶ Ἀδελφῶν ἡμῶν, καὶ ἀνάπαυσον αὐτοὺς ὅπου ἐπισκοπεῖται τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου. Μνήσθητι, Κύριε, τῶν Ἀδελφῶν ἡμῶν τῶν αἰχμαλώτων, καὶ λύτρωσαι αὐτοὺς ἀπὸ πάσης περιστάσεως. Μνήσθητι, Κύριε, τῶν καρποφορούντων καὶ καλλιεργούντων ἐν ταῖς ἁγίαις σου ἐκκλησίαις, καὶ δὸς αὐτοῖς τὰ πρὸς σωτηρίαν αἰτήματα, καὶ ζωὴν τὴν αἰώνιον. Μνήσθητε, Κύριε, καὶ ἡμῶν τῶν ταπεινῶν, καὶ ἁμαρτωλῶν, καὶ ἀναξίων δούλων σου· καὶ φώτισον ἡμῶν τὸν νοῦν τῷ φωτὶ τῆς γνώσεώς σου, καὶ ὁδήγησον ἡμᾶς ἐν τῇ τρίβῳ τῶν ἐντολῶν σου· πρεσβείαις τῆς παναχράντου Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ πάντων σου τῶν Ἁγίων· ὅτι εὐλογητὸς εἶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

CONCLUSIO.

C F

Hic habes, erudite Lector, totum Officii Græci ordinem : in quo sine dubio observasti, quam sæpe ubique ingeminetur Κύριε ἐλέησον et ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος. Certe Concilium Vasense seu Vasonense (errant qui Vasatense appellant) passim tertium inscriptum, et celebratum anno DXXIX, consuetudinem istam mirifice dilaudat ; quando can. 3 ita sancit : Et quia tam in Sede Apostolica, quam etiam per totas Orientales atque Italiæ provincias, dulcis et nimium salutaris consuetudo est intromissa, ut Kyrie eleison frequentius cum grandi affectu et compunctione dicatur ; placuit etiam nobis, ut in omnibus Ecclesiis nostris ista tam sancta consuetudo, et ad Matutinum, et ad Missas, et ad Vesperam, Deo propitio intromittatur. Et in omnibus Missis, seu in Matutinis, seu in Quadragesimalibus, seu in illis quæ pro defunctorum commemoratione fiunt, semper Sanctus, Sanctus, Sanctus eo ordine, quomodo ad Missas publicas dicitur, dici debeat : quia tam sancta et tam dulcis et desiderabilis vox, etiamsi die noctuque possit dici, fastidium non poterit generare.

277 *Observasti, opinor, præterea singulos Modulos sive Troparia esse ferme singulas fidei orthodoxæ confessiones : modo enim Arius, modo Nestorius, modo Eutyches, modo Sabellius, modo alia hæreticorum monstra profligantur. Verumtamen Orientalis Ecclesia per suum* Καὶ νῦν, *non tam clare Verbi æternitatem explicat, quam Occidentalis per suum* Sicut erat in principio. *Quamquam Concilium Vasense supra citatum, can. 5. Hanc clausulam etiam in Ecclesia Orientali usurpatam fuisse supponat.* Et quia, *inquit,* non solum in Sede Apostolica, sed etiam per totum Orientem, et totam Africam, vel Italiam propter hæreticorum astutiam, qui Dei Filium non semper cum Patre fuisse, sed a tempore cœpisse blasphemant, in omnibus clausulis post Gloria, Sicut erat in principio, dicitur ; etiam et nos, in universis ecclesiis nostris, hoc ita dicendum esse decernimus.

278 *Sed in quæstione facti particularis facile errare potuit Concilium. Multo facilius errare potui ego, in hujusce Officii partibus conjungendis explicandisque ; neque dubito quin erraverim persæpe : quis enim tam lynceus, qui in tantis tenebris nusquam offendat, nusquam incurrat ? Quare oro eruditum Lectorem, ut quos deprehenderit errores, mihi indicare ne gravetur. Rem gratam præstiterit parato qui corrigam : nam (ut lo-*

quar

A *quar cum S. Augustino in procemio libri 2 de Trinit.)* sive aberrante, magis optabo a quolibet reprehendi, quam, sive ab adulante laudari : nullus enim reprehensor timendus est amatori veritatis. *Hoc tamen moneo, antiquum Græcorum Officium, neque ad Anthologium Antonii Arcudii, neque ad Horologium Cryptæ-ferratæ ordinis S. Basilii, tamquam ad suam normam, exigendum esse : quia hoc Horologium ritibus Latinis conformius est, quam Græcis : illud autem Anthologium tantum est pro iis,* qui iter agentes seu peregre proficiscentes, ægrotantes, vel alias legitime impediti, choro interesse nequeunt, *ut patet ex litteris Clementis Papæ VIII, ad ejusdem Anthologii calcem legendis.*

279 *De hujus Officii auctore Joanne Euchaita dubitare poterit aliquis, orthodoxusne fuerit an hæreticus : quia num.* 186 *diserte affirmans processionem Spiritus a Patre, tacet de Filio ; eoque potest in suspicionem venire, ne communi Græcorum plurium errore, eumdem a Filio quoque procedere non crediderit. Error, fateor, hic fuisset gravis, et quidem jam tum damnatus a Romana Ecclesia : sed ex isto silentio, Joanni*
B *illi hæreseos nota affricari non potest. Nam (ut est apud Baronium tom. 9 ad an. 791) Græci, dicentes Spiritum sanctum a Patre procedere, sed non negantes procedere a Filio, non damnantur ; sed illi dumtaxat, qui id negant. Atque hoc modo. Hadrianus Papa, in responsionibus ad Carolum Magnum, datis adversus synodi secundæ Nicænæ obtrectatores, excusat Tarasium qui Spiritum sanctum dixerat ex Patre procedere per Filium ; et ait :* Hoc dogma Parasius non per se explanavit, sed per doctrinam SS. Patrum confessus est. *Consuli etiam potest S. Thomas p.* 1. *q.* 36 *art.* 3, *Nihil autem in hanc rem potest afferri illustrius, quam id quod in sua Constitutione,* Presbyteri græci, *habet Clemens VIII.* Græci, *inquit,* credere tenentur, etiam a Filio Spiritum sanctum procedere, sed non tenentur pronuntiare, nisi subest scandalum ; præsertim si degant inter Latinos, aut necessitas postularet confitendi fidem catholicam, quia tum oporteret etiam pronuntiare. D

280 *Igitur cum hic scandali periculum abfuerit, ob istud de processione ex Filio silentium, orthodoxia Joannis in suspicionem vocari non potest, adeoque nec ipsa institutio festi ordinatioque officii, quorum causa hæc tractavimus, ad trium Doctorum græcorum communem laudem. Nec enim fas sit opinari, eos se voluisse per hominem hæreticum toti Orientali Ecclesiæ commendare, velut ex revelatione divinitus facta. Maneat etiam nobis* Joannes, *eo quod a Græcis jure appellabatur,* sanctus Pater noster ; licet necdum compertum sit, an et quo die fuerit a suis Euchaitis cultus, ut talis ; et credantur. *Sancti ipsi ea novi sui festi institutione, ipsismet qui illud tunc suscepturi essent græcis, tamquam fidei a se prædicatæ sectatoribus, testimonium dedisse orthodoxiæ, licet quoad istud punctum minus* E *explicatæ dilucidæque. Oretur autem ipsorum Doctorum Trias, ut ad fidei catholicæ unitatem quam ipsi tenuerunt, redeant omnes ubique eorum posteri, quibus tam salutari doctrina olim frui et informari licuit : ac salva rituum hinc illinc laudabiliter institutorum diversitate, tam illi reverenter suspiciant Latinorum officiorum cursum breviorem ; quam Latini probant prolixiorem græcorum hoc tractatu explicatam, ad ejus honorem, quem omnis lingua laudat Dominum, in secula seculorum. Amen.*

INDEX
SANCTORUM

Quorum hoc Tomo Acta vel Memoriæ annuæ illustrantur.

A

Accadius *seu* Achadius M. *v.* Paulus 7
8 cra M. in Ægypto Boreali, *ex Hagiologio Habessino* 57
11 Acretus *sive* Heretus M. *Aquileiæ ex Martyrologiis* 458
9 Adeleida, matrona Bergomi, *Sylloge de ejus et mariti cultu, ætate etc.* 236
10 Albinus M. *in Numidia*, *cum Mammario ex Mrll.* 264
9 Alexander, M. Nicææ, *ex Mrll.* 169
9 Alexander M. Episc. Prusæ, *ex Synaxariis MSS. Græcis*, 162
10 Alexius, Episc. in Bithynia, *ex Menæis* 273
11 Aleydis Scarembekana, Ord. Cisterc. Cameræ B. M. juxta Bruxellas *Comm. pr.* De titulo Sanctæ aut Beatæ passim adscripto, 471. Vita auct. coævo Cisterc. *ex MSS.* Prologus 471 *Cap.* 1 Educatio, vita monastica, illustres virtutes, miracula 472 *Cap.* 2. ob lepram segregata, variis consolationibus et visionibus illustratur: animas Purgatorii juvat, 473. *Cap.* 3, Morbus, pius obitus, beatitudo varie revelata 475
11 Alvarus Garcias, Ord. S. Jacobi M. *in Algarbiis* 469
11 Amabilis, Presb. Ricomagi in Arvernia *Comm. pr.* De duplici die cultus, vitaque et miraculis, olim et recentius scriptis 460 *Sermo* de Vita, *ex MSS.* 461 *App.* de Translatione et miraculis, 464. Miracula recentiora *ex impresso Gallico.* 465
9 Amantius, M. Nicææ, *ex Mrll.* 169
10 Amantius, M. Romæ, *soc. S. Getulii* 261
10 B. Amata, Ord. S. Dominici, *vide* Diana, 357
9 Ananias, M. apud Græcos, *ex Synax.* 170
7 Anthinus Presbyter, apud Græcos, *ex Menæis*, 35
10 Apollo, Episc. apud Græcos, *ex Menæis.* 273
8 Athro, ab in Ægypto, *ex Synax. et Vitis PP.* 67
10 Aurisus, M. Romæ, *ex Mrl. Hieron.* 268

B

Baithenius Ab. et successor S. Columbæ 233 Acta *ex MS.* 234
10 Bardo, ex Ab. Hervelden. Ord. S. Benedicti, Archiep. Moguntinus. *Comm. præv.* De Actis, a fere coævo scriptis, annoque mortis et cultu, 296. Acta; *ex MS. Cæsareo* 298. *Cap.* 1. Bardonis natales, institutio, monachatus, et egregius in litteris ac virtute profectus 298. *Cap.* 2, Ex Decano Fuldensi Præpositus S. Andreæ, Werdinensi et Hersfeldensi Abbatiis donatur. 300. *Cap.* 3, Promotio ad Archiepiscopatum Mogunt. 302. *Cap.* 4, Sermones coram Imperatore habiti in Natalibus Domini et S. Joannis Evang. 304. *Cap.* 5, Sermo de Christi Incarnati excellentiis 307. *Cap.* 6, Episcopatus mira cum mansuetudine et tolerantia administratus 310. *Cap.* 7, Quædam viventis mirabilia, aliæque virtutes 311. *Cap.* 8, Futura Bardonis gloria revelata, prædictus obitus, secuta miracula 313
10 Bardo ex abbate episcopus Moguntinus, § II Elucidatio paragraphi præcedentis Papebrochiani, et gestorum B. Bardonis ante episcopatum 28* III Gesta ejusdem in episcopatu, et verior mortis annus 30*
11 Barnabas Apostolus *Comm pr.* De cultus die, et anno martyrii ex Actis: hæc quando et quomodo sub nomine Joannis-Marci composita 415. Acta vitæ prioris, *ex Mombritio* 417. Embolismus, An et quando Romæ, Alexandriæ ac Mediolani Sanctus prædicarit. §. 1, Examinatur excursus in Urbem ante mortem Christi; et Alexandriam post illam: *ex lib.* 3 *Recognitionum* 420. §. 2, Reliqua Barnabæ et Clementis Acta in Syria, ex iisdem libris: et quæ his fides esse possit. 422 §. 3, De Romano et Mediolanensi Barnabæ Apostolatu, et hujus fundamentis 423. Acta et Passio, *sub nomine* Joannis Marci, Barnabæ Consobrini, *ex MS. Gr. Vatic. et versione G. Sirleti* 425. Laudatio, auct. Alexandro Monacho Cyprio, *ex MS. Vatic. interpr. eodem.* Prologus 431. *Cap.* 1, Barnabæ ortus et educatio; conversio ad Christum; Paulus exceptus 433. *Cap.* 2, Evangelium socio Joanne-Marco prædicatum, Martyrium Cypro 437, *Cap.* 3, de Petro Fullone, Antiocheni Patriarchatus invasore, Cyprum sibi subjicere volente 441. *Cap.* 4, Inventio Corporis, et hujus exinde celebris cultu 444. Analecta. § 1. Quando et quomodo Reliquiæ allatæ Mediolanum, et ibidem 13 sec. inventæ 448. §. 2, Earumdem translatio 16 sec. 449, §. 3, De Reliquiis extra Insubriam 450. §. 4, De epistola S. Barnabæ, in ipsius ea, et qualis sit 452. §. 5. Expenduntur et excusantur quædam illi objecta 454
11 Barnabas Apostolus Salamine in Cypro. Ejus caput anno MDCXVI e Cypro Neapolim allatum, examinatum et donatum Domui Professorum Societatis Jesu 35*
10 Basilides, M. Romæ, *ex Mrll. Hieron.* 268
11 Basilla, Romæ M. via Salaria *ex variis* 458
11 Batatzinus Abbas Habess. *ex Hagiologio Habessino* 460
10 Benjamin, M. apud Græcos, *ex Synaxario MS.* 272
11 Blitharius, Presb in diœc. Trecen. *Comm. pr.* de cultu Brecæ et Sezanæ, atque de Actis 467. Acta, *ex Membranis Herovallii* 468
10 Bogumilus Archiep. Gnesnen, in Polonia, *Præf.* de scriptoribus Vitæ, ultimaque hic danda 326. Vita *auct. Stephano Damalevicio, Regularium Calissii Præposito.* Præs. auct. *Cap.* 1, Bogumili natalis, casta apud Archiepiscopum avunculum educatio 337. *Cap.* 2, Sacer dotium susceptum, in eoque humilitas Bogumili,

et studium orationis 338. *Cap.* 3, Dobroviensis parochiæ cura fideliter administrata 340. *Cap.* 4, Decani Gnesnensis munus accurate impletum : miracula 342. *Cap.* 5, Bogumili in Archiepiscopatu virtutes : cura diœcesis visitandæ : liberalitas pauperibus impensa : monasterium Coronoviense fundatum 343. *Cap.* 6, Quam justus in omni vita et in suo regimine Bogumilus 346. *Cap.* 7, Prudentia, fortitudo, patientia Bogumili 348. *Cap.* 8, Dimisso Episcopatu institutum Camaldulensium Eremiticum amplectitur Bogumilus 350. *Cap.* 9, Vita ejus eremitica, obitus, miracula 352. Analecta. § 1, Diplomata seculi 12 et 13, titulos Archiepiscopi et Beati Bogumilo stabilientia 354. § 2, Elevatio corporis sec. 13, et cultus successive continuatus 355. § 3, Instauratus hoc seculo 17 cultus, Vita edita, corpus translatum 356

10 Bonaventura, Gener. Eremitarum S. Augustini, Card. S. Cæciliæ, Romæ, *ex Alphabeto Augustiniano Thomæ de Herrera* 386

C

Beata Cæcilia, Ord. S. Dominici, *vide* Diane 357
8 Calliope, M. apud Græcos, *ex Menæis.* 54
7 Candidus Ep. mortuus Trajecti. Comm. de cultu 9. Acta elevationis an. 1623, *ex MS.* 11
10 Canides, Reclusus in Cappadocia, *ex Menæis Græcorùm* 274
8 Carus, M. Nicomediæ, *ex Hieron.* 56
10 Cassianus, M. Romæ, *ex Hieron.* 268
10 Censurius, Ep. Autissiodori. *Sylloge* de ejus Chronologia, cultu, aliorumque ad ipsum scriptis 274
10 Cerealis, M. Romæ, *cum Getulio* 261
8 Chlodulphus, Ep. Meten. *Comm. pr.* de cultu, vita, translatione 125. Vita *ex MSS. Cap.* 1, Illustris prosapia, institutio, possessiones 126. *Cap.* 2, Vita laicalis et episcopalis 127. *Cap.* 3 Acta cum S. Trudone 128. *Cap.* 4, Aliæ ejus virtutes, obitus, sepultura 130
8 Chrestus, M. Cæsareæ in Cappadocia, *ex Mrlio Hieron.* 57
9 Codratus, M. apud Græcos, *ex Synax.* 170
7 Colmanus seu Colmocus, Ep. Dromoren. in Hibernia *Comm. pr. F. B.* de ejus cultu, sede, nomine, ætate, et Actis fabulosis. Acta *ex MS. nostro Salmanticensi. Cap.* 1, Vaticinia de futura sanctitate, pueritia miraculis honorata, monasticæ vitæ initia 25. *Cap.* 2, Miracula varia et obitus 26. App. An idem S. Colmannus etiam fuerit Episcopus Lindisfarnensis in Anglia? 28
9 Columba Presb. Ab. in Ins. Jona. *Comm. pr. F. B.* § 1, De Jona ins. monasterio Hiensi, et cultu Sancti 179. § 2, De variis Actorum scriptoribus 181. Vita brevior Auct. forsan. Commineo, Ab. Hiensi, *ex MS. Belfortii. Cap.* 1. Nativitas sancti, et miracula aliqua ab eo patrata 184. *Cap.* 2, Mortem suam sanctus prænoscit divinitus, eamque pie obit. 186. Vita prolixior, *Comm. pr. F. B.* § 1, De hujus Vitæ auctore Adamnano, ejusque scriptis 187. § 2, Schismatis Scotici a Sancto prædicti causa, progressus ac finis 189. § 3, de tempore obitus S. Columbæ, ceteraque ejus vitæ chronotaxi 191. § 4, de adventu ejus in Britanniam, et peregrinationis causa 192. Vita. Prologus duplex 195. Primi libri Capitulationes 196. *lib.* 1. De propheticis revelationibus *Cap.* 1, Miraculorum Sancti compendium 197. *Cap.* 2, Duæ illustres prophetiæ : absentia revelata 198. *Cap.* 3, De Regibus prophetat, absentia narrat, occulta peccata revelat Sanctus 201. *Cap.* 4, De rebus levioris momenti prophetat; mortem variis, et pœnam peccatorum prænuntiat 204. *Cap.* 5, Alia prophetici spiritus, et longe dissita cognoscentis, testimonia 207. *Liber* 2 de Miraculis 211. *Cap.* 1, Aqua in vinum mutata, morbi curati, elementorum vis superata 211. *Cap.* 2, Miracula in rebus inanimis et bestiis patrata 214. *Cap.* 3, Serpentes et Magi coerciti, adjuti pauperes, januæ ultro apertæ 217. *Cap.* 4, Peregrinantibus iter prosperum, servis libertas, conjugibus pax, pluvia petentibus impetrata 220. *Lib.* 3 de Angelicis visionibus *Cap.* 1, Sanctus inter Angelos conspicitur, inseque ab his videt animas in cœlum subvehi 225. *Cap.* 2, Angelis colloquitur, cœlesti luce orans circumdatur 228. *Cap.* 3, Mors Sancto divinitus revelata, et pie obita 250
10 Crispinus, M. in Numidia cum Mammario 264
10 Crispolus, M. in Hispania, *Disquisitio* de hujus ab alio Romæ passo distinctione 269
11 Crispolus, M. Romæ via Nument. 458
8 Cristus, Cressus, vel Orestes, M. Cæsareæ in Palæst. *ex Mrl. Hieron.* 56 a
9 Cumianus, Episc. Scotus, Bobii in Italia, *ex monumentis loci apud Ughellus* 241
9 Cyrus, apud Græcos, *ex Synaxariis* 237

D

Damianus Vas, *Ord. S. Jacobi, M. in Algarbiis* 469
7 Deocarus Ab. O. B. Hernriedæ in Germ. 39
11 Diana, Cæcilia, Amata, Ord. S. Dominici Bononiæ. *Comm. pr.* De veneratione corporis, et Vitæ scriptoribus 357. Vita *Auct. Thoma Malvenda Cap.* 1, Vita B. Dianæ in domo paterna, sub voto virginitatis 358. *Cap.* 2, Ingressus in monasterium : hujus institutio per BB. Cæciliam et Amatam, Roma submissas 359. *Cap.* 3, Pius obitus Dianæ : hujus et Sociarum duplex translatio ; Miracula ex aucthenticis MSS. 360 *Cap.* 4 secunda sanctarum reliquiarum : hanc secuta miracula, ex *MSS.* monasterii 361
9 Diomedes, M. Nicææ, *ex Mrll.* 169
9 Diomedes, M. apud Græcos, *ex Synax.* 169
7 Donata, M. in Africa, *ex Mrl. Hier.* 8
9 Donata, M. in Africa, *ex Mrl. Hieron.* 58
10 Donatus, M. in Numidia, *cum Mammario* 264
8 Dorostolus, M. Cæsareæ in Cappadocia, *ex Hieron.* 57

E

Ebremundus, Ab. Fontanetensis in Normannia. *Comm. pr.* ex Saussayo et Arturo 281. Vita *ex Brev. Silvanect.* 282
11 Emeritus, M. Aquileiæ, *ex Mrll.* 458
9 Enneim, *vel* Alia, V. M. *v.* Thecla 170
7 Eppo. Presb. M. inter Slavos *v.* Godescalcus 39
7 Erasius, M. in Africa, *ex Mrl. Hieron.* 8
8 Euristes, *vide* Cristus M. 56
8 Eustadiola, Abb. Biturigis. *Comm. pr.* De cultu et vita 131. Vita, *ex Edit. Phil. Labbe.*
8 Eustolus, Ep. M. Nicomediæ, *ex Hieron.* 58

F

Fausta, M. in Numidia, *cum Mammario* 264

10 Faustina, M. in Nucuidia, *cum Mammario* 264
10 Faustinianus, M. in Numidia *cum Mammario* 264
9 Faustus, M. Romæ *ex Mrll.* 173
10 Faustinus, M. in Numidia, *cum Mammario* 264
9 Felicianus, M. Romæ, *cum Primo* 148
11 Felix, M. Aquilejæ cum Fortunato. *Comm. pr.* De eorum Actis, Reliquiis, cultu 455. ACTA *ex Mombritio et MSS.* 456
10 Felix, Diac. M. *in Numidia cum Mammario* 264
11 Flora, V. Ord. Hierosolym. apud Bellum-locum in diœc. Cadurcen. *Ex Jacobo Bosio* 481
11 Flora seu Flos, virgo, Ordinis S. Joannis Hierosolymitani in monasterio Hospitalis Belliloci in Gallia diœcesis Cadurcensis. COMM. PRÆvius. § I Vita antiquitus scripta, atque alia inde impressa : et in hanc nonnullorum animadversiones 36 * § II De situ monasterii, conditoribus et amplificatoribus ejus ; anno ac die obitus B. Floræ 39 * § III De disciplina monasterii ; distinctione sanctimonialium ; statu corporis et cultu B. Floræ, ejusque Actis 41 * VITA ex codice ms. antiquo Gallico Hospitalis Belli-loci, e scriptis confessarii magna parte collecta, latinitate donata ab Hugone Amadeo Theologiæ doctore. *Cap.* I ortus, adolescentia, ingressio in monasterium, tentationes et consolationes Floræ 43*. *Cap* II Variæ ejus exercitationes piæ et ecstases, ab ipsomet confessario ejus conscriptæ 46.* *Cap.* III Alia virtutum exercitia et gratuita Dei dona 48 *. *Cap.* IV MIRACULA ex eodem cod. ms. Gallico, ab eodem Amadeo latine versa 51 *
9 Florentius, Ep. Afer, *Sylloge* De ejus Episcopatu, ætate, cultu Tarvisii 178
11 Fortunatus, M. Aquilejæ, *cum Felice* 455
7 Fortunatus M. *vide* Paulus 7
8 Fortunatus, Ep. Fanen. in Italia *Comm. præv.* De ejus cultu et Vita, seculo 12 scripta 104 : VITA *auct.* Joanne Nonantulano, *ex MS. ecclesiæ Fanen.* Prologus 105. *Cap.* I, Virtutes S. Fortunati, expositæ verbis sacræ Scripturæ 106. *Cap.* 2, Corpus miraculose translatum 107. *Cap.* 3, Inventio corporis. Liquor ex ossibus manans. 108. *Cap.* 4, Contracta et distorta mulier sanata 110

G

Garcias Rodriguez Mercator, M. in Algarbiis, 469
11 Garuma Ab. Abess. *ex Hagiologio* 460
8 Genesia V. M. in Pedemontio Cherii, *Sylloge* De allato illuc corpore 55
9 Georgius, Presb. Mon. Vabren. in Aquit. *ex officiis propriis* 241
8 Germanus, M. Gerundæ in Hisp. Cultus certus 59, ACTA apocrypha *ex MS.* 60. Censura 62
10 Getulius, M. Romæ, cum Cereali, Amantio, Primitivo. *Comm. Præv.* De antiquitate Actorum, cultu Reliquiarum, Getulio et Zotico distinguendis 261. ACTA *ex MSS. et Mombritio* 262
8 S. Gildardus Ep. Rotomag. *Comm. hist.* De ipsius et S. Medardi diversa ætate, ac fabulosi synchronismi auctoribus, et conjunctione corporum apud Suessiones 67
7 Godescalcus, Princeps Slavorum, M. cum Eppone Presb. et Sociis. COMM. *ex Scriptoribus coævis* §. 1, Natales Sancti, regressus ad paganismum, ae pœnitentia de malis populo Christiano illatis 39. §. 2, ejus jam conversi res gestæ, zelus pro suæ gentis conversione 40. §. 3, Martyrium pro fide toleratum : pro veteri cultu justa præsumptio 41
7 Godoaldus apud Senones, *ex Brev. Mrll.* 42 *Disquisitio.* De S. Gudwalo episcopo Britanno, Gandavi in Flandria deposita, et S. Godoaldo prædicto, Senonibus honorato, idemne, an diversi sint 25 *

H

Habentius, Mon. M. Cordubæ, *v. Petrus* 37
8 Helius, M. Cæsareæ in Cappadocia, *ex Hieron.* 58
10 Henricus Baucenen. Tarvisii. *Comm. pr.* De scriptoribus Vitæ ac Miraculorum, cum Actorum synopsi, ex Panegyrico Balthasaris Bonifacii 363. VITA *Auct.* Petro Dominico Ep. Tarvisino, *Præfatio* de sua aliorumque certa scientia 365. *Cap.* 1 Vita Tarvisii sancte acta, et vulgo talis æstimata : quædam etiam miracula 366. *Cap.* 2 Concursus ad defuncti corpus et exequias : miraculorum per notarios exceptorum multitudo 367. *Cap.* 3 miracula ipsa, *a pag.* 370 *ad* 386. *App.* de elevatione corporis incorrupti *Ibid.*
8 Heraclius, Ep. Senonen. *Comm. pr.* de ejus cultu et ætate 70. VITA *ex MS. et Brev. Senonensi* 71
11 Herctus *vel* Acretus, M. Aquilejæ, *ex Mrll.* 458
7 Hieremias, Mon. M. Cordubæ, *v. Petrus* 37

I

Ithmarus Ep. Roffen. in Anglia. VITA *ex Capgravio* 291

J

Januaria, M. in Africa *ex Mrl. Hieron.* 8
8 Januaria, M. in Africa *ex Mrl. Hieron.* 58
9 Januarius, M. Nicææ *ex Mrll.* 169
10 Januarius, M. Romæ, *ex Mrl. Hieron.* 268
7 Joannes, M. *ex Menæis Græcorum* 9
7 Joannes Hierosolymorum Episc. VII. *Sylloge,* De ejus ætate, virtute, cultu 4
8 Joannes, M. in Ægypto Boreali, *ex Hagiologio Habessino* 57
8 Joannes Raynutii, O. Bened. Tuderti in Umbria, *Sylloge* Reliquiæ, inventio, cultus probatus 144
10 Joannes Dominici Ord. Præd. Card. Budæ in Hungaria. *Comm. pr.* De ejus vita, beatitatis titulo, die atque anno mortis 388. ELOGIUM ex S. Antonino ejus discipulo 390. VITA Auct. Fr. Joanne Caroli Florent. *ex MS. Conv. Florentini, collato cum editione Leandri Alberti.* Præfatio ad Franciscum Berlingerium fratrem 393. *Cap.* 1 Natalis, educatio, et pia Joannis adolescentia 395. *Cap.* 2 Ingressus ad Ordinem Prædicatorum, Novitiatus,, Professio 396. *Cap.* 3 Prædicationum præstantia et efficacia, 398. *Cap.* 4. De causis relaxatæ tunc Religionis, earumque potissima schismate diuturno 401. *Cap.* 5 Joannes a Gregorio XII Ragusinus Ep. tum Card. S. Sixti creatus, constanter ei adhæret 403. *Cap.* 6 In Pisano Concilio eligitur Alexander VI : huic ut cedat suadet Gregorius Ragusinus ; et ab hoc illo mortuo ad Sigismundum Imp. pro unione legatur 405. *Cap.* 7 Indicitur Synodus Constantien. ad eam venit per se

Joannes

Joannes, per Legatos Gregorius, et Pontificatu cedit : Joanne et Benedicto depositis, schisma extinguitur 406. *Cap.* 8 Ragusini laudes : legatio in Ungariam : obitus et sepultura Budæ 409. Vendicandæ calumniæ, ipsi impactæ, quæ leguntur apud Platinam in Vita Gregorii PP. XII. 34 *

11 Joannes Tientialbene, Ord. Min. Tuderti in Umbria : *ejus cultus* 482

11 Joannes ab Avellino, Ord. Min. *de ejus cultu* 482 VITA, *ex MS. Rugerii Ep. Frequentini cognati* 483

8 Jocundus, M. in Ægypto *ex Mrll. Hieron.* 55

9 Jolus, seu Giolus Erem. Sellani in Umbria *Comm.* I. Cultus antiquus ac hodiernus; status corporis nuper inspecti; imago inventa et sculpta 248 §. 2. Instrumentum publ. de inventione imaginis. *Auctor Vitæ* 249 VITA, *ex Italico Jacobilli* 250

8 Julia, M. in Africa *ex Mrl. Hieron.* 58

9 Julianus, Monachus circa Edessam, ab eo qui 18 Oct. colitur verosimiliter non distinguendus, 173. VITA, *ex S. Ephrem Syro, ibid.* Alia *ex Menæis* 174

8 Julius, M. Dorostori in Mœsia, *ex Hieron.* 56

8 Justus, M. Gerundæ *v.* Germanus 58

L

Lampites, M. Nicomediæ *ex Hieron.* 56

10 Landericus, Ep. Parisien. *ex triplicis ætatis Breviariis* 289

7 Landulfus, Ep. Asten. VITA, Auct. Philippo Malabayla, *ex ejus MS.* 43

10 Laurentius, M. in Numidia *cum Mammario* 264

10 Leucius, M. in Numidia, *cum Mammario* 267

10 Libusa, M. in Numidia, *ex Martyrologio* 264

7 Lucianus, M. Cæsareæ in Cappad, *ex Mrll.* 8

8 Lucianus, M. Cæsareæ in Cappad. *ex Hieron.* 58

9 Lupus, Princeps Bergomi in Italia, *Sylloge* ; de ejus et uxoris cultu, ætate, etc. 236

7 Lycarion, M. cum eo qui ipsi venenum miscuerat, Hermopoli Ægypto, *ex Menæis* 8

M

Macarius, *seu* Macer M. *vide* Paulus, 7

7 Marcellinus, Episc. Velaunen, sive Anicien. *Comm. hist.* De ejus miraculis, cultu, translatione 5

8 Marcia, M. Cæsareæ in Cappadocia *ex Martyrologio Hier.* 58

8 Marcianus, M. in Ægypto, *ex Mr. Hieron.* 55

8 Marcina, Macrina, vel Marina, M. Nicomediæ, *ex Hieron.* 56 c

8 Marcus M. Dorostori in Mœsia, *ex Hieron.* 56 b

10 S. Margarita, Scotiæ Regina, Edimburgi. *Comm. pr.* §. 1, De ejus cultu veteri an novo, Vita scripta a Theodorico Confessario, an etiam a Turgoto Ab. ? quid de eo Ab. Aelredus 316. PROPYLÆUM AD VITAM, *ex Genealogia Regum Angliæ per Aelredum Ab. et alios* §. 1 Regiæ familiæ historia, a morte S. Edgari, qui fuit abavus S. Margaritæ, usque ad hujus cum Malcolmo Scotiæ R. conjugium 318. §. 2 Prosecutio historiæ, a matrimonio Margaritæ usque ad mortem Davidis R. natorum ex ea minimi 321. VITA Auct. Theodorico sanctæ Confessario ad ejus filiam Mathildem Reg. *ex MS.* Prologus. *Cap.* 1 Nobilitas generis, virtutes regiæ ac matronales 324. *Cap.* 2 Cura honori regni et ecclesiasticæ disciplinæ impensa a Margarita : abusus correcti 326. *Cap.* 3 Caritas ejus erga pauperes, præsertim per tempus duplicis cui assueverat Quadragesimæ. Orandi studium 328. *Cap.* 5 Mors prævisa et pie obita 330. *App.* 1 Sancta sanctæ Reginæ posteritas in Scotia et Anglia *ex Aelredo Ab. et aliis* 331. *App.* 2 de sacri corporis translationibus, ac novissima Capitis ad Scotorum Collegium Duaci 333

9 Maria Canonica, V. M. *v.* Thecla 170

8 Mariamna, V. M. Canon. *v.* Thecla 170

8 Marius, Solitarius Mauriaci in Arvernia. *Comm. pr.* de ejus cultu certo, Actis apocryphis, incerta ætate 111. VITA *ex vet. MS. Mauriacen.* Prologus 113. *Lib.* 1 *apocryphus. Cap.* 1. Missio viri Apostolici in Arverniam, et secessus in locum solitarium 114. *Cap.* 2 Miracula a vivente patrata : præparatio ad mortem 116. *Cap.* 3 Honor a S. Austremonio impensus mortuo, quem Auctor multis laudat et invocat 119. *Lib.* 2 *certior. Cap.* 1 Translatio corporis Mauriacum, et secuta miracula 121. *Cap.* 2 Alia ad ejusdem invocationem miracula 123

10 Mammarius Presb. cum sociis MM. in Numidia. *Comm. pr.* De actis, loco et tempore certaminis. ACTA *ex MSS. et Mabilione* 264

9 Martha Canonica, V. M. *v.* Thecla 170

10 Martinus, M. Romæ *ex Mrl. Hieron.* 268

10 Duo Martyres in Numidia, *cum Mammario* 264

9 Virgines tres, MM. in Chio insula *ex Synax.* 163

9 Milites XV MM. Romæ *ex Mrl.* 169

10 XX Martyres Romæ *ex Mrl. Hieron.* 268

7 Martyres plures Clerici et Laici apud Slavos *v.* *Godescalcus* 39

9 Maximianus, Episc. Syracusanus in Sicilia, *Præf.* De cultu ejus in S. Gregorii Epistolis fundato : VITA *Auct. Octavio Cajetano Syracusano S. J.* 238

8 Maximus *seu* Maximinus, Ep. Aquis-sextiis *Comm. problem.* De incertitudine tam cultus quam ætatis aut nominis 53

9 Maximus, Presb. M. Alexandriæ *ex Martyrologiis* 168

10 Maurinus, Ab. M. Coloniæ Agrippinæ. Inventio Corporis *Auct. Stephano Mon. ad S. Pantaleonem* 276

10 Maurinus abbas, martyr Coloniæ. Addenda quædam de tempore, quo vixerit 27 *

8 Medardus, Ep. Noviom. et Tornac. *Comm. pr.* §. 1 Varia Acta scripta. Tempus vitæ et mortis 72. §. 2 De S. Medardi monasterio ejusque privilegiis 74, §. 3, De secunda ejus ecclesia, a Ludovico Pio constructa ; et tertia ab Innocentio 2 dedicata 75. §. 4 Cultus Sancti, Reliquiæ locis variis 77. VITA metrica auct. Venantio Fortunato, *ex variis MSS.* VITA prosa auct. eodem, *ex pluribus MSS.* 78. SUPPLEM. auct. Anonymo Suession. seculi IX, *ex Acherii Spicilegio.* Prologus. *Cap.* 1, Adolescentiæ miracula duo, obitus, sepultura 82. *Cap.* 2, Ecclesia supra corpus erecta, miracula patrata, Episcopus monasterio injurius morte mulctatus 85. ALIA VITA auct. Radbodo Ep. Noviom, et Tornac. *ex MSS. et Surio. Cap.* 1. Ortus : illustria in juventute facinora, Sacerdotium 87 *Cap.* 2 Mira erga fures mansuetudo et beneficentia, alia prodigia, Episcopatus susceptus 88. *Cap.* 3 Sedes Noviomum translata : adjunctus ei Episcopatus Tornacen. morbus, obitus 90. *Cap.* 4 Corpus

Suessionem translatum, miracula varia 91. *Cap.* 5 Ecclesia illi constructa alia miracula. Warimberti episcopi, monasterio injurii, dira mors 92 DOCUMENTA de corpore S. Medardi translato Divionem, indeque communicata Noviomensibus parte; *collecta a Petro Franc. Chiffletio S. J.* §. 1. Translatio sacri Corporis in Burgundiam 95. §. 2, Tempus translationis primæ aliarumque post secutarum memoriæ 96. §. 3, Insignis portio sacri corporis a Noviomensi Capitulo petita, a Divionensi concessa 98. §. 4 Apparatus ad exceptionem d. Reliquiæ et confecta desuper instrumenta 100. §. 5 Capella S. Medardi in Velaunis, anonymis Reliquiis multis insignis 103

11 Mendus Valle, Ord. S. Jacobi, M. in Algarbiis *ex Hagiol. Lusit.* 469

7 Meriadocus, Ep. Veneten. in Armorica, *ex variis* 35 c

7 Mochus *seu* Monachus M. *v.* Paulus 7

8 Mucius M. in Africa, *ex Mrl. Hieron.* 58 b

8 Muciaxa *vel* Mucianus, M. Cæsareæ in Cappadocia *ex Hieron.* 58 a

9 Mucianus, M. Nicææ *ex Mrol.* 169

N

Naucratus seu Naucratius Præp. Studitarum C. P. Conf. *Comm.* Quo fundamento referatur hoc die? 133

8 Nestor, M. Nicomediæ *ex Hieron.* 56

O

Oliva V. M. Panormi *Comm. pr.* de recentioribus Actorum scriptoribus : veteri cultu, ætate per conjecturam 292, VITA *ex editione Cajetani* 293

9 Orestes M. apud Græcos *ex Synax.* 169

P

Palæmon, Ab. Habessinus, *ex Hagiologio metr. gentis illius* 460

10 Pansemne, pœnitens Antiochena, *ex Synaxariis MSS.* 272

11 Parisius, Ord. Camald. Presb. Tarvisii, *Comm. pr.* De vita miraculis, morte, et cultu, Tarvisii atque Bononiæ 477. VITA *ex Hist. Augustini Florentini* 478

8 Paulinus, M. Gerundæ. *v.* Germanus 58

7 Paulus, M. cum Sociis Fortunato, Macario seu Macro, Primoso, Accadio sive Achacio, Mocho MM. an in Africa Begarcii aut Bisacii, vel Byzantii in Europa? *ex Mrl. Hier.* 7

7 Paulus, Ep. CP. M. COMM. *ex Variis* PRÆF. Plura ejus festa, Vitæ scriptores, elogia 13. *Cap.* 1, Adolescentiæ ejus, primum sub Constantino M. exilium, Ordinatio Episcopalis, depositio sub Constantio 14, *Cap.* 2, Varia ejus exilia 17. *Cap.* 3, Acta in Synodo Sardic. circa ipsum, ejusque martyrium 19. *Cap.* 4, Solennis translatio reliquiarum, et cultus apud Græcos 22. *App.* 1, De Corpore Venetiis 23. *App.* 2. De anno quo obiit Alexander decessor Pauli 24 *App.* 3. Continens Dissertationem de tempore, quo episcopi CPolitani, Alexander obiit, Paulus ei successit, et S. Athanasius Alexandrinus CPoli fuit, dum accusavit Paulum episcopum suum Macedonius. §. 1. De anno, quo Arius hæresiarcha, quo S. Alexander ep. CP. S. Pauli decessor, obierint 13. * §. II Objecta Valesii contra explicationem datam 15. * § III Duo Valesii argumenta, quibus adstruitur Paulus ante Tyriam synodum episcopus fuisse, refelluntur 16. * §. IV De Hermantii et ejus sequacium sententia 17. * §. V De tempore, quo celebratum sit concilium Alexandrinum in causa Athanasii: quo item Antiochenum 19. * §. VI De tempore concilii Romani et XVIII mensium commoratione Athanasii Romæ 20. * §. VII Respondetur objectionibus aliter sentientium 22 *

7 Pax, Ord. Min. Cassiæ in Umbria, *ex Jacobillo* 49

9 Pelagia, V. M. Antiochiæ in Syria. COMM. HIST. §. I Memoria et cultus ex Martyrologio Romano, Menæis, S. Ambrosio et aliis 153. §. 2 A quibus ejusdem nominis hæc distincta : quædam de matre et sororibus 154. §. 3, Illa an vere Martyr dicenda 156. §, 4, Ætas Virginis, Martyrii tempus. An templum CP. Acta 157, S. Jo. Chrysostomi de eadem I Oratio 159, II 161

7 Petrus, Presb. M. Cordubæ sub Saracenis, socii et Walabonsus Diaconus, Sabinianus, Wistrebundus, Habentius, Hieremias Monachi, *ex Memoriali S. Eulogii* 17

11 Petrus Rodriguez, Commendator Ord. S. Jacobi, cum sex sociis M. in Alegarbiis *ex Cardoso* 469

8 Philippus, M. in Ægypto Boreali, *ex Hagiologio Habessino* 57

7 Potamiæna Junior, V. M. Alexandriæ in Ægypto, *ex Palladio et Synaxariis* 6

10 Primitivus, M. Romæ, *Soc. S. Getulii* 261

7 Primosus M. *vide* Paulus, *ex Mrl. Hier.* 7

9 Primus et Felicianus, MM. Romæ COMM. PR. §. I De eorum Actis et Reliquiis. 148 §. 2 de eorumdem corporibus in Carniolia. 150 ACTA *ex MSS.* 151

9 Privata, M. in Africa, *ex Mrl. Hieron.* 8 a

8 Ptolomæus, *M, in Ægypto Boreali, ex Hagiol. Habessino MS.* 57 c

Q

Quirillus M. in Africa *ex Mrl. Hieron.* 8 a

R

Restitutus, M. Romæ via Nument. 458

7 Richardus, Episc. Andriæ in Apulia. COMM. HIST. De invento corpore, cum probationibus veteris cultus indeque sumptis indiciis ætatis. 242 Historia inventionis et Translationis. *Auct. Francisco Duce Andriæ.* 245 Miracula, *ex MS. eodem* 247

9 Rhodon, M. apud Græcos, *ex Synax.* 17

7 Robertus, Ab. Ord. Cisterc. in Anglia, *Comment.* de locis habitationis et Vita scripta. 47 VITA, *ex Capgravio* 48

10 Rogatus, M. Romæ *ex Mrl. Hieron.* 268

11 Rosselina, Virgo Cathusiana prope Arcus in Provincia. COMM. HIST. *Præf.* de scriptoribus et memoriis hic collectis 484. *Cap.* 1 Familia parentes, fratres consobrini, nomen Rosselinæ; panes mutati in flores. 485. *Cap.* 2 Ingressus in Ordinem, transitus ad domum Cellæ-Robaudi, ante, in gratiam B. Joannæ vel Dianæ, concessam. Monialibus domus Bertaudensis 487. *Cap.* 3 Professio, consecratio, manuale exercitium, et prælatura. 489.

Cap. 4 Virtutes et pius obitus, elevatio incorrupti corporis, oculi seorsim servati. 490. *Cap.* 5 Varia cellæ-Robaudi fortuna, per quam ea tandem ab Observantes venit : ab his facta Translatio corporis. 492. *Cap.* 6 Miracula aliqua postea patrata 495

S

Sabinianus, Mon. M. Cordubæ *v.* Petrus 36 c
8 Salustianus, M. in Sardinia *Sylloge*, de cultu et recentiorum commentis 57 a
8 Scicius vel Sicius, M. Gerundæ *v.* Germanus 59
7 Sebastiana, Thaumaturga apud Græcos, *ex Menæis* 35 b
7 Sebastiana Virgo et Martyr Heracleæ in Thracia. Comm. pr. De die cultus, patria, palæstra et tempore martyrii, loco depositionis, deque Actis ipsis 1*. Duplex Actorum synopsis e Synaxario et Menæis Græcorum 3*. Acta Græcolatina Auctore anonymo. *Cap.* 1. Capta sub Domitiano imp. Sebastiana, plumbatis cæditur 4* *Cap.* 2. Disputat cum Præside; igni imposita non læditur; hunc precibus suis extinguit 6*. *Cap.* 3. Iter Marcianopoli Heraclea. Tormenta hic inflicta 9*. *Cap.* 4. Objicitur leonibus, ab iisque defensa, capitis damnatur. Corpus defertur Rhædastum 11*
9 Silvester, Ord. Camaldul. Florentiæ in Etruria. *Comm. pr.* De ejus vita ex familiarium relatu metrice et vulgariter scripta. 252 Vita Ex Italico Domni Zenobii Mon. *MS.* Prologus 253 Vita *ex Rhythmo ejusdem* 256
7 Spisina, M. in Africa, *ex Mrl. Hieron.* 8 a
8 Spisinna M. in Africa, *ex Mrl. Hieron.* 58 b
7 Stephanus, Presbyter apud Græcos *ex Menæis* 35 a
11 Stephanus Vasquez, Ord. S. Jacobi *M. in Algarbiis* 470
8 Syra vel Syria, Virgo in territ. Trecen. *Comm.* stabilitur cultus, quæritur ætas, Reliquiarum inspectio declaratur. 63 b. Instrumentum de reseratione capsæ, *ex Promptuario Trecensi Camuzati* 64

T

Tarasius, M. *ex Menæis* 9 b
9 Tecla, Mariamna, Martha, Maria, Enneim vel Alia, Virgines Canonicæ-MM. in Perside, *Comm. pr.* De earum conditione, actis, ætate 170 Acta. *Ex Synax. MS.* 171
11 Theopemptus et 4 socii apud Græcos 458
10 Theophanes, Reclusus juxta Antiochiam, *ex Synaxariis* 272
10 Theophilus, Archiep. Gnesnen. *v.* Bogumilus 336
10 Timotheus, N. Ep. Prusæ in Bythynia *ex Synax. Græcorum* 270
9 Trojecia, V. Ruthenis et Pictavis in Gallia. *Sylloge* de ejus utroque loco, cultus diebus, ætate, nomine 177

V

Valentinus, Ep. Tungren. Comm. de cultu 9. Acta elevationis an. 1623, *ex MS.* 11
11 Valerius de Ora, Ord. S. Jacobi, M. in Algarbiis 469
11 Victor M. Aquilejæ, *ex Mrll.* 458
10 Victorianus Diac. M. *cum Mammario* in Numidia 264
11 Victorianus, M. Aquilejæ, *ex Mrll.* 458
7 Victurus, M. in Africa, *ex Mrl. Hieron.* 8 a
10 Victurus M. Romæ, *ex Mrl. Hieron.* 268
9 Vincentius, M. Levita Aginni in Aquitania. *Comm. pr.* De Actis antiquis ac cultu, variisque circa personam et Reliquias circumstantiis 163. Acta *ex MSS.* 164 Alia *ex Lectionibus* 165. Poemata *Ven. Fortunati, de ejus ecclesia* 167. Pœna in violatores ejus, *ex Greg. Turon.* 167
9 Vincentius, M. Gnesnæ in Polonia; cultus; *diversus ab Aginnensi in Gallia* 164 d
9 Vindemialis, Ep. Afer. *Sylloge* De ejus Episcopatu, ætate, cultu Tarvisii 178
8 Viticus *vel* Eutychius M. Nicomediæ *ex Mrl. Hieron.* 56

W

Walabonsus Diaconus M. Cordubæ *v.* Petrus 36 c
8 Willielmus, Archiep. Eborac. Comm. Hist. §. 1, De antiquioribus ac fere coævis Auctoribus Actorum 134. §. 2 Vita ex Legenda Jo. Capgravii 135; §. 3 Electio controversa examinatur Romæ, probatur in Anglia, 136. §. 4 S. Bernardi apud Cœlestinum 2 et Eugenium 3 graves contra illius ordinationem querelæ 137. §. 5 Deponitur ab Archiepiscopatu Willielmus, substituitur Henricus 138. §. 6 Eo et SS. Bernardo Ab. atque Eugenio PP. mortuis, ab Anastasio PP. restituitur Willielmus 139. §. 7 Hujus in suam Sedem regressus, et sancta mors a veneni suspicione excusata 140 §. 8 sancti corporis elevatio, quando et quibus auctoribus facta 141. §. 9 Translationis solennitas, eamque secuta miracula 142
7 Wistrebundus, Monachus M. Cordubæ *v.* Petrus 36 c
7 Wlphlagius, Presb. et Curio Ruensis in Pontivo Galliæ. Comm. Hist. §. 1, Patria Sancti, ac pia educatio, et vita in conjugio; susceptum, et pœnitentiæ causa depositum officium Curionis 29. §. 2 Eremitica S. Wlflagii vita, filiarumque ejus exemplaris castitas 30. §. 3 Tempus obitus, translatio corporis ad Foresti monasterium, indeque Monstrolium 31 †. 4 Reliquiæ cum Ruensi et Ambianensi Ecclesiis communicatæ, non sine Monstroliensium gravi sensu. 32

Y

Yvo Ep. Persa, cum tribus sociis peregrinis in Britannia. *Comm. pr.* de ejus ætate et vitæ scriptoribus. Acta *auct. Goscelino mon. ex MS. Cap.* 1. Vita 284 *Cap.* 2 Inventio 286. *Cap.* 3 Translatio Rameseam 287. *Cap.* 4 Translatio sociorum ad ecclesiam Sancti, in loco inventionis 288. *App.* Miracula 288

Z

Zacharias M. Nicomediæ *ex Martyrologiis* 270
10 Ziddinus M. in Numidia *cum Mammario* 264
8 Zoticus M. Cæsareæ in Cappad. *ex Hierony. Martyrologio* 58 a

INDEX

INDEX
CHRONOLOGICUS

Rerum præcipuarum, spectantium ad eos præsertim Sanctos, quorum hoc Tomo Acta vel Anniversaria illustrantur.

SECULO I ET II.

An. 49 Potuit Barnabas Apost. Roma Mediolanum et Brixiam prædicaturus excurrisse 423 : *et an.* 53 in Cypro martyrium suum igne consummasse 416 e
Seculo I exeunte S. Sebastiana V. M. in Thracia sub Domitiano imperatore 1 *
116 Obit S.Joannes Hierosolymit. Ep. VII 4 c
119 S. Justus patriarcha Alexandrinus ordinatur 17 a
124 *circ.* Romæ, *sub Hadr.* Getulius et socii Martyres 261 c

SECULO III.

250 S. Austremonius Arvernis Apostolus missus 112 e
255 S. Mammarius et Socii MM. in Numidia, Africæ prov. 264
Sub Decio Calliope M. 54 b
Sub. Maxim. sec. 3 *aut* 4 S. Potamiæna junior V. M. in Ægypto 6 b
296 Felix et Fortunatus MM. Aquilejæ 455
Circa. 300, Germanus, Paulinus, Justus et Scicius, MM. Gerundæ in Catalaunia 59

SECULO IV.

Sub Diocl. S. Vincentius Levita M. Aginni 163 b
SS. Primus et Felicianus MM. Romæ 148
304 S. Basilla M. Romæ 459 b
305 Natus S. Paulus Episc. CP. 14 e
311 Pelagia V. M. Antiochiæ, potius quam sub Numeriano 157 d e
325 Nicænæ Synodo interest S. Paulus, Notarius S. Alexandri Presb. eo legati a S. Metrophane CP. 14 d
336 Arii hæresiarchæ infelix interitus 14 * c
336 S. Paulus Presb. C. P. in Pontum relegatus factione Arianorum 14 d
337 *cir.* obit S. Valentinus Ep. Trajecti ad Mosam 10 a
340 S. Paulus Ordinatur Ep. CP. mox ejectus intruso Eusebio Nicomed. 14 d, et hoc mortuo restitutus 17 c
347 S. Paulus CP. Sedi iterum restitutus, 14 d ex sententia Synodi Mediolan. 20 e, et an. 350 strangulatus 14 e, 21 d
Sec. 4 *sub med.* Virgines v Canonicæ in Perside, sub Sapore 170
363 Interficitur Julianus Apostata sub eo Timotheus M. Episc. Prusæ 270
381 Concilium CP. sub Theodosio, quo Orthodoxia restituta, Nectarius Ep. ordinatus 22 c, allatum corpus S. Pauli CP. M. *ib.* d
Circ. 400 obit Trajecti ad Mosam S. Candidus, Ep. ignotæ Sedis 10 b

SECULO V.

Atre et Hor, Abbates in Ægypto, mire humilis hic, ille obediens 67 b
Post 460 S. Canides Reclusus floret in Capadocia 274
475 Ob S. Amabilis Presb. Arvernus 463 d
478 Invenitur corpus S. Barnabæ 417 d, 445 d
Circ. 500 S. Censurius Ep. Autissiodori 274 c
SS. Florentius et Vindemialis Epp. Afri Confessores 178

SECULO VI.

S. Elremundus Ab. Fontaneti in Gallia 281
Post 508 S. Gildardus Ep. Rotomag. I Aurelian. Synodo interest 68 b
516 Natus dicitur S. Colmanus seu Colmocus, Dromorens. in Hibernia Episcopus 24 e
522 *Circ.* obit S. Heraclius, Ep. Rotomag. 70
530 S. Medardus Ep. Sedem Veromanduis Noviomum transfert 74 b, assumit etiam ecclesiam Tornacen. *Ibid.*
541 Aurelianensi Synodo II subscr. Maximinus Ep. Aquis-sextiis 54 d
545 Obit S. Medardus Ep. Noviom. 83 d
560 *Circ.* Dedicatur ecclesia S. Vincentii Aginnen. 167 b
575 Sigebertus R. Austrasiæ occiditur machinatione uxoris, fratrem Tornaci obsidens 84 e f
590 S. Fortunatus ordinatur Ep. Fanen. 105 c
594 Ob. S. Maximianus Ep. Syracusanus 238
597 Obit. S. Columba, Pater Monachorum 191 e, natus 522, et 563 transgressus in Britanniam 192 c
599 Venantius Fortunatus fit Ep. Pictaven. 72 e
Sec. 6 *vel* 7 S. Marius Solitarius in Arvernia 111

SECULO VII.

601 Ob. Baitheneus, successor S. Columbæ 233
7 *Sec.* S. Yvo Persa Ep. Peregrinus in Anglia 284 S. Blitharius Presb. Brecis in Tricassibus 467 b
635 Britones a Saxonibus victi 198 d
640 *Circ.* S. Eustadiola Abb. Bitur. floret : ædificatur ecclesia S. Amabilis Reomensis 161
644 S. Ithamarus ord. Episc. Roffen. 291 b
648 Cyprum invadunt Saraceni 448 b
648 Revelantur corpora SS. Primi et Feliciani MM. Romæ, et transferuntur in Urbem 148 f
650 *Circa.* floret S. Landericus Ep. Paris. 289
656 Ob. S. Ithamarus Ep. Roffen. 291 a
664 Farnensi in Britan. Synodo interest S. Colmanus, Ep. Lindisfarnen. 28 d
690 Cyprii Christiani cum corpore S. Barnabæ ad tutiora transeunt. 448 d

SECULO

SECULO VIII.

Ob. Bobii S. Cumianus Ep. Scotus 241

778 Carolus M. R. Franc. recipit Catalauniam; transfert corpora 4 Gerundensium MM. 59 c

SECULO IX.

806 Transferuntur Mediolanum Rel. SS. Primi et Feliciani MM. 148 c

Sec. 9 Henriedense monasterium S. Deocari a Carolo M. conditur in diœc. Eystett. 38 f

825 Translatæ Reliquiæ SS. Sebastiani M. Romani et Remedii Ep. Rotomag. non item S. Gildardi 68 f

Post 825 Ludovicus Pius Imp. restaurat Basilicam S. Medardi Suession. 76 a

841 Ecclesia S. Laurentii Venetiis tradita Monialibus Benedict. 23 c

846 Fundatur monasterium S. Pantaleonis Coloniæ 276 a

848 S. Naucratius Præpositus Studitarum Conf. Constantinopoli obit 134 a

850 *cir.* Monstrolium transfertur corpus S. Marcellini Ep. Velaunen. 5 c

851 Cordubæ sub Saracenis passi SS. Petrus Presb. Walabonsus Diac. et socii Monachi 37 b

SECULO X.

943 Transferuntur corpora SS. Ebrulfi, Ebremundi et Ansberti 281 e

950 Corpus S. Chlotulphi Ep. transfertur Metis Layum 126 a

966 Invenitur Coloniæ corpus S. Maurini Ab. M. 276 b

970 S. Julianus Mon. floret. prope Edessam 173 e

974 Fundatur in Carinthia Collegiata SS. Primi et Feliciani 150 b

988 Divionem translata varia Sanctorum corpora metu Normannorum, imprimis S. Medardi Episc. Noviom. 95 c f

SECULO XI.

1001 Invenitur et Ramesejam transfertur corpus S. Yvonis Ep. Persæ 287 f

1019 *aut seq.* Venit Benedictus PP. VIII in Germaniam et Fuldam 39 * e

1031 Ob. Aribo Ep. Moguntinus: succedit B. Bardo 296 c

1039 S. Gondulfi reliquiæ translatæ in tumulum SS. Monulfi, Valentini et Candidi 12 f

1036 Reginardo Ep. Leodien. succedit Nizo seu Nithardus 12 c

1037 Dedicatur Ecclesia S. Martini Moguntiæ 297 c

1039 Ob. Conradus Imp. succedit Henricus Niger antea Rex Burgundiæ et Dux Sueviæ 12 d, 297 c

1051 S. Bardo Archiepiscopus Moguntinus moritur 31 *

1054 Malcolmus restituitur in regnum Scotiæ 321 f

1066 Godescalcus Slavorum Princeps cum Sociis Martyr. 42. Haroldus Com. exclusis Ædgari R. liberis regnum Angliæ tenet; et eo cæso Willielmus Normannus 319 d e

1070 S. Margarita nubit Malcolmo Scotiæ Regi 320 d

1073 Hermanus, non Remensis, sed Metensis Episcopus 12 f

1074 Witheby monast. pro viris O.C. restauratum 48

Post 1077 transfertur corpus S. Ithamari Ep. Rof fen. 291

1093 13 Nov. in prælio cadit Malcolmus, Rex Scotiæ uxor ejus S. Margarita die 3 post moritur 318 a

1100 Wilhelmus Rufus R. Angliæ moritur: succedit Henricus, cui nubit an. 4 Mathildis filia S. Margaritæ 323 c

SECULO XII.

1103 Ordinatur S. Landulfus Ep. Astens. 44 d

1110 Henricus R. Germ. Italiam violente ingreditur, ut Schisma stabiliat 45 a

1113 Ossa S. Fortunati Ep. Fani requisita inveniuntur 105 f, 109 a

1114 Mathildis neptis S. Margaritæ uxor Henrici Imp. 323 d

1120 Monasterium Uraugia fundatum a S. Ottone ep. Bamb. ejusque primus abbas Echardus 28 * f

1124 David filius S. Margaritæ fratri Alexandro succedit in Scotia 320 e

1130 S. Landulfus Ep. Asten. Antipapæ se opponit 45 b, Ecclesia S. Medardi ab Innocentio Papa II consecratur 76 b

1132 Fundatur monast. Fontium juxta Ripum in Anglia, a Richardo Priore Eborac. O.C. 48 f

1134 S. Landulfus Ep. Asten. moritur 45 f

1140 Thurstinus Ep. Eborac. moritur, eligitur S. Willielmus, sed ab Eugenio Papa cassatur Electio 135 d

1142 Ursulanæ IV translatæ in Hassiam 52 e

1145 Cistercienses recipiuntur in Polonia, monasteria conduntur et dotantur an. 1153 et 1188

1151 Nascitur Bononiæ B. Parisius Camaldulensis 478 f

1153 Obeunt SS. Eugenius Papa 3 et Bernardus Ab. Clareval. adversati S. Willielmo Eborac. 139 e, Item David R. Scotiæ f. S. Margaritæ 323 d

1154 Restituitur Eboracensibus S. Willielmus et moritur 140 d e f

1159 Obit S. Robertus Ab. Ordinis Cisterc. in Anglia 48 c

1171 Transfertur corpus S. Landerici Ep. Parisiensis 290

1196 Transferuntur Andriæ Rel. SS. Erasmi et Pontiani 242 e

Post 1198 creditur Cherium in Pedemontio allatum corpus S. Genesiæ V. M. 35 b

Circa 1200 Arnaldus Ep. Gerundensis elevat 4 Martyrum corpora, eorumque (ut putabat) Acta Romæ invenit 59 c

1200 *Circa* floret S. Richardus Ap. Andriæ 242

SECULO XIII.

1204 S. Cuthberti corpus incorruptum invenitur in Anglia 323 b

1209 S. Dominicus Bononiam venit 358 f

1210 Prussiæ mittitur Episcopus et Apostolus Christianus O. Cisterc. 355 a

1236 Ob. Bononiæ B. Diana, Ord. Prædic. 358 b

1238 Transfertur Corpus S. Medardi Divione 97 e

1242 Taviræ in Algarbiis Milites S. Jacobi a Mauris cæsi 469

1250

1250 *circa*. Elevatur corpus S. Bogumili Ep.Gnesn. Erem. 356 d, item corpora Margaritæ et Malcolmi Regum Scotiæ 333 e, Obit Aleydis Scarembekana, O. Cist. Cameræ prope Bruxellas 471
1256 Ecclesia SS. Marcellini et Petri ab Alexandro PP. IV consecrata impositis multis Sanctorum Reliquiis 13 *
1257 Minoritæ obtinent Mediolani ecclesiam SS. Naboris et Celsi, cum multis Reliquiis 448 f
1260 *Circ.* Transfertur corpus S. Marii Solitarii Arverni 111 c, Cella-Robaudi traditur Virginibus Carthusianis 488 b
1263 Nascitur B. Rosselina V. Carthus. 487
1267 Obit Tarvisii S. Parisius Camaldulen. 479 e
1269 Florentini, victis in festo S. Barnabæ Aretinis, ei ecclesiam erigunt 451 d
1270 Floret B. Pax Ord. Min. Cassiæ in Umbria 49
1271 Nascitur B. Joannes de Avellino Ordinis Minorum 482 c
1279 Ordinatus Eborac. Ep. Willielmus Wykwane, elevat an. 1283 corpusS. Wilielmi decessoris, obit Pontiniaci 1285, et miraculis claret 141 c d e
1190 Tarvisii ædificatur Cœnobium S. Christinæ 478 e
1286 Transferuntur Romæ corpora S. Getulii et Sociorum 261 e
1300 *Circ.* Trecis fundatur festum S. Syriæ: 63 e; canonizatur S. Richardus Ep. Andriæ 243 b

SECULO XIV.

1304 Burgi S. Sepulcri obit B. Raynerius O. Minorum 144 c
1313 Ob. prope Tudertum B. Joannes de Avellino O. Min. 482 a
1315 Obit B. Giolus Erem. Sellani 251 a, et Tarvisii B. Henricus Baucenen. 364 f
1319 Elevatur corpus S. Deocari Abbatis Hernriedæ 39 a
1329 Obit B. Rosselina V. Carth. 485 b, 491 b, Tarvisium occupatur a Veronensibus: et rursus a Venetis an. 1337, 370 b
1330 Ob. Tuderti B. Joannes Raynutii O. Benedictini 144 c f
1334 Dedicatur nova Eccl. S. Cathar. in cella Robaudi et elevatur corpus S. Rosselinæ 491 c d
1346 Obit Helion Magister O. Hieros. frater B. Rosselinæ 487 b
1347 scribitur Vita B. Henrici Baucenen. 363 d
1347 Obiit B. Flora virgo, Ordinis sancti Joannis hierosolymitanis 37 *
1348 Obit Florentiæ B. Silvester Camaldulensis 253 a Eodem anno, item 63, et 74 sævissima pestis per Italiam 401 c
1352 Florentiæ grandis inundatio 253 c
1353 Destruitur cœnobium B. Parisii, ejus corpus fertur in civitatem 479 b
1356 Nascitur Florentiæ B. Joannes Dominici futurus Cardinalis 392 a
1368 Obit Florentiæ B. Paula Camald. 253 a
1375 Transfertur festum S. Amabilis 460 f
1378 Cœptum schisma ecclesiæ grave 401 e, contra Urbanum VI 405 b
1371 Tarvisii elevatur incorruptum corpus S. Henrici 386
1378 Ordinem Prædicatorum ingreditur B. Joannes Dominici 398 a
1392 Transfertur Divione corpus S. Medardi Episc. 97 f
1396 B. Bogumilus claret miraculo equi suscitati 353 f

SECULO XV.

1403 Colliguntur miracula S. Bogumili 353 b
1406 vel 16 Transfertur altare cum corpore S. Deocari Ab. Hernriedæ 39 a
1408 Transfertur corpus S. Landerici Episc. Paris. 290 f, B. Joannes Dominici O. P. creatur Cardinalis 390 c; una cum aliis 392 d
1414 Celebratur Concilium Constantiense 407 b, Claret miraculis S. Marcellinus Episc. Velaunensis 5 e
1417 Depositis aliis tribus incertis, creatur Martinus V Papa 409 a
1419 Obit Joannes XXIII, Expapa Florentiæ 409 b
1421 Zedelitzii in Bohemia occisi ab Hussitis Cistercienses et Carthusiani 3 c
1422 Papiæ ad S. Petri in Cœlo-aureo Monachis succedunt Canonici Reg. Mortarien. 43 d
1419 Budæ moritur B. Joannes Dominici Card. Legatus 390 c, 411 f
1430 Scribuntur miracula S. Amabilis Presbyteri 465
1435 Corpus S. Wiflagii in novam arcam transponitur 33 a
1438 Requiritur et invenitur corpus S. Richardi Andrien. Episc. 246 f
1441 Capitur a Turcis Buda: sepultura B. Joannis Dominici evertitur 390 a
1444 Ethelredi filii S. Margaritæ R. corpus incorruptum invenitur 331 d
1450 Ob. Stephanus Baldellus O. Præd. miraculis clarus 414 d
1451 Franciscus Dux Andriæ scribit inventionem S. Richardi Ep. 247 b
1461 Inspiciuntur et elevantur Trecis Reliquiæ S. Syriæ Virg. 64
1482 Hernriedæ aperitur capsa S. Deocari Abbatis 39 a
1488 Ruit turris S. Stephani Divione, nihil læsis Reliquiis aut ullo præsentium 98 b
1490 Conflagrat opp. et monasterium Hernriedæ 38 f
1493 Inventa corpora S. Barbari et Pauli CP. MM. in eccl. S. Laurentii Venetiis 24 a

SECULO XVI.

1501 Minores observantes inducuntur in Cellam Robaudi, ubi corpus S. Rosselinæ 493 c
1510 Transfertur corpus BB. Dianæ Bononiensis 361 b
1518 Æles S. Olivæ Panormi Minimis tradita 295 c
1528 Ordinatur a Claromont. Ep. officium S. Marii 113 b
1546 Transfertur corpus B. Gioli Eremitæ Sellanensis 251 b
1568 Elevantur ossa B. Joannis Raynutii O. B. 145 a
1571 Reliquiæ S. Barnabæ transferuntur Mediolani 450
1577 Henricus III R. Franciæ instituit Ord. S. Spiritus 30 a
1580 Transferuntur in Hispaniam Corpora SS. Margaritæ et Malcolmi RR. Scotiæ 335 a
1584 Transferuntur ossa B. Dianæ et sociarum 358 c
1597 Caput S. Margaritæ R. Scot. traditur Patribus Societatis J. Duaci 335 c

1597 Ob. Josephus Anchieta S. J. Apostolus Brasiliæ 147 e
1598 Transferuntur Florentiæ corpora BB. Silvestri, Jacobi et Paulæ Camaldull. 252 b

SECULO XVII.

1612 Reperitur Narniæ incorruptum corpus Ven. Firminæ, Abbatissæ Clarissarum 4 e
1617 Translata corpora SS. Pauli et Barbari MM. in eccl. S. Laur. Venetiis 24 a
1618 S. Barnabæ apostoli caput e Cypro allatum, elevatum Neapoli in ecclesia domus professorum societatis Jesus 36* b
1623 Trajecti recognita Corpora SS. Valentini, Candidi, Monulfi et Gondulfi Epp. 11 a
1625 Ob. Duaci Ven. Joanna de S. Catharina O. D. cujus habetur Vita 51 f
1626 Ob. Antuerpiæ Ven. Anna a S. Bartholomæo Teresiana 3 f
1628 Corpora SS. Primi et Feliciani in Carniolia adjudicantur Franciscanis in Stain 15 f
1629 Mediolani sublata per S. Barnabam pestis 450 f, Urbanus VIII approbat Regulam a Ven. Marina de Escobar scriptam Brigittinis in Hispania 147 f, quæ obit an. 1633 147 f
1635 Episc. Ambianensis, translaturus aliquid de Reliquiis S. Wlflagii, a Monstroliensibus violatur, 33 a, eos pœnitentes absolvit et designatam translationem perficit 34 b
1640 *Circ.* Episc. Podien. recognoscit Reliquias capellæ S. Medardi in Velaunis 104 a
1644 Visitatur incorruptum corpus S. Rosselinæ 493 f
1650 Capitulum Noviomense a Divionensi impetrat os femoris S. Medardi, et solenniter transfert 98 et seqq.
1653 Incendium Lugduni extinctum a S. Amabili 466 e, fit translatio S. Rosselinæ 494 c
1660 Reperitur imago et transfertur corpus B. Gioli Erem. Sellanensis 249 e
1666 B. Bogumilo Ep. Gnesn. erigitur novus tumulus 357 b

NOTITIA

NOTITIA ICONUM

TOMUM II ET III JUNII

ILLUSTRANTIUM.

Præter Iconem frontalem, et effigiem Augustissimæ Eleonoræ Imperatricis cui dedicatur hic Tomus, et præter eodem spectantem Pyramidem, Sanctissimæ Trinitati ab Augustissimo Imperatore erectam Viennæ, in gratiarum actionem pro aversa ab Urbe et Provincia diræ pestis lue Pag. XI *: atque Leoniani Triclinii Romæ, atque Antoniani apud Patavinos sacelli tabulas, in folio libero paginis* 78 *et* 241 *Tomi* III *applicandas : nullæ eum majores laminæ gravant; intra textum tamen impressæ majores minoresve figuræ, ad triginta hoc ordine invenientur.*

Ad Acoluthiam officii Græci.

Corona Hymnographorum ex Triodio, Pag. XX
Semanterium ligneum, convocando ad Synaxim populo, XXIV
Semanterium Ferreum, cum quo de ægros sacra Mysteria feruntur, XXVII

Tum porro in ipsis Actis Tomi II.

Pag. 76 *Abbatia S. Medardi Suessionibus.*
250 *Effigies incorrupti corporis B. Gioli Cellanensis.*
258 *Effigies B. Dianæ Bonon. Ord. S. Dominici.*
365 *Effigies B. Henrici Baucenensis,*
394 *Effigies B. Joannis Dominici Florentiæ.*
452 *Crus S. Barnabæ Apostoli in sua adhuc carne, Florentiæ apud Augustinianos.*
492 *Corpus S. Rosselinæ Virginis Carthusianæ.*
495 *Ejusdem oculi adhuc incorrupti.*

Tum in Actis Tomi III.

58 *Scuta Gentilitia S. Cuneræ, parentibus ignoranter affıcta.*
71 *S. Leo Papa et Carolus M. Imp. ex Musivo ad S. Susannæ.*
78 *Iidem in Triclinio Leoniano, ad latus dextrum*
78 *Iidem ibidem ad latus sinistrum.*
80 *Scutula, ibidem in Labaris expressa.*
98 *Effigies B. Guidonis Cortonensis.*
100 *Ejusdem arca marmorea, veteris et gentilitii operis.*
115 *Effigies S. Joannis a S. Facundo, in habitu Ordinis Augustiniani.*
127 *Ejusdem in habitu Collegialium Salmanticensium.*
206 *Effigies S. Antonii Patavini, et habitu recentiori.*
206 *Effigies B. Benedicti Aretini, in habitu vetustiori.*
231 *SS. Franciscus et Antonius, ex Musivo Lateranensi.*
232 *Eleonoræ Sabaudæ funus, adstantibus Fratribus in habitu anni* 1296.
233 *Incorruppta lingua S. Antonii Patavini.*
234 *Mandibula cum costa in argenteo capite.*
239 *Iconismus Ecclesiæ Patavinæ, exterius spectatæ.*
416 *SS. Basilius, Nazianzenus, et Chrysostomus ex Menæis conjuncti.*
Ibid. Solius S. Basilii effigies ex MS. Vaticano.

ACTA SANCTORUM

JUNII

TOMUS SECUNDUS

SEPTIMA DIES.

SANCTI QUI VII IDUS JUNII COLUNTUR.

Sanctus Joannes, VII Episcopus Hierosolymorum.

S. Marcellinus, Episcopus Velaunensis sive Aniciensis in Gallia.

NOT. 1 S. Potamiæna Junior, Virgo et Martyr Alexandriæ in Ægypto.

S. Fortunatus, S. Macarius, seu Macer, S. Primosus, S. Accadius, sive Achacius, S. Mochus, seu Monachus, — Martyres in Africa vel alibi.

S. Victurus, S. Evasius, S. Privata, S. Januaria, S. Donata, S. Spisina, S. Quirillus, — Martyres in Africa.

S. Lucianus Martyr, Cæsareæ in Cappadocia.

S. Lycarion, cum Socio. — Martyres Hermopoli in Ægypto.

S. Tarasius, S. Joannes, — Martyres apud Græcos.

S. Valentinus, Episcopus Tungrensis.

S. Candidus Episcopus, Trajecti ad Mosam mortuus

S. Paulus, Patriarcha Constantinopolitanus, Martyr.

S. Colmanus seu Colmocus, Episcopus Dromorensis in Hibernia.

S. Wlphlagius, Presbyter et Pastor Ruensis, Eremita in Pontivo Galliæ.

S. Petrus Presbyter, S Walabonsus Diac. S. Sabinianus, S. Wistrebundus, S. Habentius, S. Hieremias, — Monachi, Martyres Cordubæ in Hispania.

S. Anthimus Presb. S. Stephanus, — apud Græcos.

S. Sebastiana, Thaumaturga apud Græcos honorata.

S. Meriadocus, Episcopus Venetensis in Britannia Armorica.

S Deocarus, Abbas Heinrideæ in Germania.

S. Godescalcus Princeps, S. Eppo Presbyter, Alii Clerici et Laici, — in Germania Septemtrionali MM.

S. Godoaldus, Senonibus honoratus.

B. Landulphus, Episcopus Astensis in Italia.

S. Robertus, Abbas Ordinis Cisterciensis, in Anglia.

B. Pax, Ordinis Minorum, Cassiæ in Umbria.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI.

Opera R. P. Godefridi Henschenii piæ memoriæ, nisi aliud indicent litteræ margini additæ.

Sancti Guilielmi, Abbatis Divionensis, depositio, *inscripta est Martyrologiis monasticis Wionis et Dorganii;* Ordinatio seu Benedictio *Supplemento Martyrologii Gallicani Saussayi. Vitam illustravimus* I Januarii.

S. Vincentii Mart. festum exceptionis *indicatur in Vita sub finem* XIII Januarii.

D. P. S. Genesii Episcopi Claromontani Translatio, *Lugduno, ubi obiit, ad Sedem suam: in hac colitur Officio cum tribus propriis Lectionibus. Acta illustrata dedimus* XV Januarii.

S. Wulstani, Episcopi Wigorniensis, translatio, *inserta est Martyrologiis Anglicanis Wilfordi et Wilsoni; item monasticis Wionis, Dorganii, Menardi et Bucelini, atque Catalogo Ferrarii. De ea agimus ad Vitam, datam* XIX Januarii.

S. Colmannus, Archiepiscopus Lindisfarnæ, Northumbriæ Apostolus, miraculis clarus, *memoratur in Menologio Scotico Dempsteri. Res ejus gestas illustravimus* XVIII Februarii.

S. Heriberti, Archiepiscopi Coloniensis, Ordinatio, *inscripta est Fastis Gelenii. Ejus Vita legi potest* XVI Martii.

B. Vulfranni, Episcopi et Confessoris, Translatio *indicatur in MS. Florario. Acta ejus videre licet* XX Martii.

D. P. S. Gabrielis Archangeli festum, *solenne et cum rubrica, notatur in Fastis Æthiopicis Jobi Ludolfi: et in Hagiologio Metrico gentis laudatur ipse,* alligasse dæmones, cum filiabus hominum flagitia perpetrantes, *quo titulo ei* in regione Ægypti solennitatem hanc sanxerint decretorum Doctores: *quæ poterunt examinari aut etiam illustrari ad diem ejus cultui nunc assignatum* XVIII Martii. *Egimus de eo nos* XXVI ejusdem.

S. Isidori, Hispalensis Episcopi, memoria, ob victoriam Ferdinando Regi Legionensium procuratam, *recolitur in Menologio Bucelini. Acta ejus illustravimus* IV Aprilis.

S. Cœlestini I, Papæ et Confessoris, inventio corporis in civitate Mantua, *inscripta est MS. quod fuit Rosenbergii Senatoris Bohemiæ, dein Reginæ Sueciæ, et Ferrarii Catalogo generali. Acta ejus dedimus, et alia addenda habemus* VI Aprilis.

B. Stanislaus Polonus, Ordinis Canonicorum Regularium Casimiriæ ad Cracoviam *dicebatur in Actis excusis obiisse hodie: sed verus ejus natalis agitur, quando in Appendicibus Maji relatus est,* III Maji.

S. Servatii, Episcopi Trajectensis, relatio corporis *notatur a Greveno, Maurolyco, Molano, Galesinio, Canisio, Saussayo, Ferrario, et in variis MSS. Dies natalis est.* XIII Maji.

S. Theodorus Ancyranus, Martyr, *memoratur in Menæis et Menologio Basilii Imp. et Sirleti, nec non Ruthenorum Fastis, atque Synaxario et Anthologio novo Græcorum; item a Molano, Galesinio et Ferrario, et vocatur etiam* Receptio Reliquiarum. *Iterum a Græcis et Romano Martyrologio indicatur, quando Acta dedimus,* XVIII Maji.

Andreas Catranius, Ordinis Prædicatorum post vitam Perusii in patria sancte peractam, ubi et Lector et Prior fuerat, impetrata facultate discessit versus Pontum Euxinum, ubi in urbe Capha a Tartaris, ob fidem Christi annuntiatam, captus et capite plexus fuit circa annum MCCC. *Ita post alios Michael Pio lib.* I *cap.* 249, *et refertur hoc die in Anno sancto Ordinis Prædicatorum, a Marchesio autem, ut etiam ibi inter Prætermissos diximus,* IV Junii.

S. Illidius, Episcopus Arvernorum *inscriptus est Additionibus Molani ad Usuardum. Vitam illius illustravimus ad diem* V Junii

S. Gabaldus, Episcopus Ratisponensis, *inscriptus est Menologio Scotico Camerarii. Constitutus est is a S. Bonifacio, in cujus Vita num.* 29 Goibaldus *dicitur* V Junii.

S. Zenais, S. Æsia, S. Sosanna } *referuntur in Menæis Græcorum, nec non ab Octavio Cajetano et Ferrario: de iis egimus* VI Junii.

Amantius, *et* Alexander *sunt inscripti MS. Bruxellensi S. Gudilæ: at* SS. Amantius, Lucius, Alexandria (*imo* Alexander) Donatus, Peregrinus *referuntur apud Bedam supposititium, et ultimi apud Galesinium. De iis egimus* VI Junii.

S. Claudius, Episcopus Vesontionensis, *memoratur a Galesinio, Canisio, et in Fastis suppositis Bedæ. Acta ejus dedimus* VI Junii.

Agobardus Confessor, *indicatur in scriptis additionibus ad Grevenum. De eo egimus* VI Junii.

S. Priscus Martyr *indicatur a Greveno in Additionibus ad Usuardum, forsan aliunde huc translatus: et jam* I *ac* II *Junii aliquot istius nominis Martyres dedimus.*

Sergii et Quirini Martyrum exceptio *notatur in aliquo Breviario (ut videbatur) Cluniacensi, quod ad ampliorem notitiam consequendam indicamus.*

S. Venantii, Episcopi et Confessoris, *memoria seu translatio (nam antea Translatio S. Wlstani Wigorniensis Episcopi relata erat) indicatur in MS. Romano Ducis Altempsii: sed, loco non indicato, nescimus divinare quis intelligatur.*

Serenus Episcopus, *Hierosolymis præsens, cum S. Stephani corpus inveniretur; unde Reliquias in Belgium delatas, apud Hasteriense ad Mosam cœnobium deposuit, ibidem etiam tumulatus ipse, cum titulo* Sancti; *laudatur a Fizeno nostro in Hist. Leodien. ad an.* 450, *qui in margine notat.* Molan. 7 Junii; *et in contextu ait,* Cœlitum honoribus coli; *additque;* Ita cœnobii conditorem Widericum testamenti sui tabulis inseruisse, testatur Molanus. *Ego hactenus tale nihil potui reperire in operibus Molani. Rayssius in Hierogazophylacio Belgico, de isto monasterio agens, nullius cultus meminit, neque Sanctum appellat; solum ait, in medio templi monumentum extare, antiquitate venerandum, additis hisce versibus:* D. P.

> Serenus, Stephani referens a limine sacro
> Reliquias, æde hac, præventus morte, quiescit.

Ubi nec Episcopus *dicitur, neque inventioni corporis adfuisse, et Hasteria non satis probatur esse tam vetusta.*

S. Eugenia, Virgo Cenomanis, in fornice subterraneo ecclesiæ S. Victoris, miraculis clara circa surdos, ac propterea appellata S. Ouyne. *Ita Antonius Corvaserius in Prologo ad Episcopos Cenomanenses pag.* 18; *addens,* se nihil certi potuisse intelligere de tempore quo vixerit aut die quo obierit. *Interim Arturus suo Gynecæo inseruit ipsam ad hunc diem. Poterit de ea semper agi, quando certiora monumenta de Miraculis acceperimus; et forsan dies natalis, aut alius quo honoratur potissimum,*

aliquando

aliquando indicabitur. Quod ad vulgare nomen attinet, tam ipsum potuit, absque ullo ad auditum curandum respectu, formari ex latino Eugenia, *quam ex* Eugendo *formatum est* S. Oyan : *sic autem formatum, potuit dedisse occasionem surdis ipsam Sanctam invocandi, cujus nomen jam habebat affinitatem cum sensu ab eis requisito.*

Fr. Berengarius, Archiepiscopus Cracoviensis, in latere dextro accepto vulnere, victor migravit in cœlum. *Ita Indiculus Beatorum aliquot Martyrum sacri Ordinis Prædicatorum, cum Regula et Constitutionibus ejusdem Ordinis Romæ anno* 1615 *excusus. Ferrarius in Catalogo generali ad hunc* 7 *Junii,* In Polonia, *ait,* B. Berengarii, Episcopi Cracoviensis et Martyris. *Verum latet hic aliquis error : quia inter omnes Cracovienses Episcopos nullum fuisse* Berengarium, *constat ex accurato Catalogo, per Christophorum Kotski et Joannem Cæsarium collecto, Cracoviæque sub annum* 1633 *excuso. Deest etiam nomen ejus in Triumpho Martyrum ejusdem Ordinis, a Joanne Rechac anno* 1650 *edito, ubi capite ultimo de Martyribus Polonis et vicinis Septemtrionalibus agit. Deest quoque idem nomen ejus in Anno sancto ejusdem Ordinis, Gallice et Belgice excuso; ac denique in Diario sacro Dominicano Marchesii, in sex tomos extenso.*

Martha Sanctimonialis *indicatur ab Acherio tomo* 13 *Spicilegii inter varias Lectiones ad Gellonense Martyrologium, ex alio codice MS. perantiquo, quam ulterior inquisitioni proponimus.*

S. Ezelendis, Virgo in Anglia, *inscripta est MS. Florario, de qua nihil aliud meminimus legisse.*

Joannes Gronde Sacerdos, vir Apostolicus, Daventriæ in Belgio; *memoratur ex Saussayi Martyrologio inter Pios.*

Dierger, Abbas Confessor, *indicatur in MS. Florario et apud Grevenum. De quo, inspectis variarum nationum Catalogis, nihil potuimus hactenus invenire.*

Ermengardis, Comitissa Monialis, *inscripta est Kalendario Cisterciensi : aliis etiam* IX *hujus, sed inter Prætermissos.*

Matrona quædam vidua, *sed non expresso nomine, laudatur a Joanne Nyder lib.* 1 *Fornicarii cap.* 4, *et lib.* 2 *cap.* 9, *quam ut* Beatam Anonymam *inscripsit Arturus suo Gynecæo.*

Monachi Ordinis Cisterciensis, in monasterio Bohemiæ Sedelitz, ab Hussitis anno 1421, circa festum Pentecostes interfecti; et cum iis Carthusiani, ex monasterio trans pontem everso profugi, etiam occisi; *indicantur in Chronico Citizensi Pauli Langii, et referuntur ad hunc diem in Martyrologio Benedictino Menardi et Bucelini; pro allegat* Menologium Henriquez, ejusque Fasciculum : *in quibus nulla horum mentio fit. Sed ea est apud Jongelinum, in Notitia Abbatiarum Cisterciensium in regno Bohemiæ, ubi ait,* Zedelitzium octavo ab urbe Pragensi lapide, versus Moraviam, fundatum *esse anno* 1143, *additque ex Langio ad annum* 1421, ab Hussitis funditus eversum *fuisse : deinde vero* ex ruderibus augustissimum Conventum extructum esse.

Piæ et beatæ memoriæ Agnes, *Wladislai Bohemiæ Regis filia, Primislai soror,* Abbatissa, restauratrix Ecclesiæ S. Georgii Pragæ *Ordinis Benedictini,* Congregationis nostræ *inquit scriptor Necrologii Doxanensis, Ordinis Præmonstratensis,* Soror professa, obivit VII Junii, *seculo* 13. *Ita Balbinus in Epitome rerum Bohemicarum pag.* 256; *addens, Necrologium Doxanense sustinere ætatem annorum trecentorum, et absolute* Beatam *appellans; neque permittens ut in duas distrahatur; nihil enim in eo repugnantiæ inveniri, ut Præmonstratense institutum professa, a fratre Rege fuerit Benedictinis data Abbatissa. Interim nullam habet alterutro in Ordine cultum, neque nomen in alterutrius Hagiologus.*

Jacobus a Laude, qui vidit animam S. Francisci, cœlos in modum splendidissimæ stellæ adscendentem, miraculis clarus, jacet Assisii ad Portiunculam *Ita Waddingus ad annum* 1226 *num.* 28, *et Haroldus num.* 12; *sed quo die obierit, non indicant; neque tribuunt ei titulum Beati, quod facit Arturus ad hunc diem, cumque secutus Jacobillus.*

Urraca, fundatrix et Abbatissa Sanctimonialium B. Mariæ de Cannis; *cum titulo* Beatæ *indicatur in Menologio Cisterciensi Chrysostomi Henriquez, eumque secutus est Claudius Chalemot. Citantur Petrus de Vitrego in suo Itinerario Hispaniæ, et Seguinus libro* 3 *Sanctorum Ordinis Cisterciensis : quos, nisi ab illis citatos, non vidimus; neque annus, quo vixerit, indicatur.*

Petrucia de Genazano, inter Beatas Augustinianas, *a Coriolano indicatur, quæ* moriens, *inquit* tempore nostri Provincialatus, *id est intra annos* 1466 *et* 1470, in capella imaginis *Deiparæ sepelitur. Herrera in Alphabeto Coriolanum describens, addit,* sepulcrum ejus ab omnibus ignorari. *Arturus in suo Gynæceo eamdem ad hunc diem retulit.*

Joannes Tozalius, Numantiæ an. 1307,
Julianus, in Cortonæ Hetruria, an. 1449,
Angelus a Verbosa, in Bosnia an. 1498,
Laurentius a S. Martino, in Apulia anno 1505,
Epiphanius Laicus, in Apulia an. 1510,
Ruello, ab Hugonottis occisus, in Gallia anno 1562,
Alphonsus Lupus, Barcinone an. 1593,
Elisabetha a S. Ludovico, in Lusitania anno 1318.

Ordinis Minorum, sanctitate illustres, cum titulo Beatitatis referuntur ab Arturo in Martyrologio Franciscano et Elisabetha *in ejus Gynæceo.*

Ven. Mater Anna de S. Bartholomæo, *Teresanarum Fundatrix Antverpiæ; quam urbem suis precibus semel iterumque ab imminentibus hostibus eripuit; obiit anno* 1626, *in festo sanctissimæ Trinitatis : cujus causa cum propediem speretur in Rota Romana finienda, convenit supremum istud judicium reverenter præstolari, ut, cum pleno sanctitatis titulo integrisque Actis, referri a nobis in hoc opere possit.*

S. Eustolius Episcopus, Martyr Nicomediæ, *inscriptus est MSS. Casinensi et Altempsiano : in aliis* VIII Junii.

S. Maximinus, Episcopus Aquensis, *indicatur in MS. Carmelitano Coloniæ adservato, Ultrajectino Carthusianorum, et alio Parisiis descripto. De eo agimus* VIII Junii.

S. Marius Confessor, *variis locis hoc die colitur : sed præcipue sequenti, quo Vitam damus* VIII Junii.

S. Clodulfus, Episcopus Metensis, *proponitur a Ferrario et Galesinio. Vitam damus* VIII Junii.

Batheni Abbatis, et S. Columbæ discipuli, commemoratio in Helvetiis, ut putatur, importatis eo Reliquiis. *Ita Dempsterus in Menologio Scotico. Verum nulla hujus rei memoria est apud Henricum Murerum in Helvetia sacra, neque apud Canisium, aliosque. Vide quæ de* Batheno *indicavimus* V Junii, *et cum Vita S. Columbæ dabitur ejus Vita* IX Junii.

S. Columba Confessor *inscriptus est MS. Trevirensi S. Martini. Ejus Acta damus* IX Junii.

S. Felicula, socia S. Petronillæ, et S. Nicomedis Martyris Romæ, ut legitur in Historia Petronillæ, *scilicet* 31 *Maji. Ita MS. Strozzianum.* S. Felicula *seorsim colitur* XIII Junii.

S. Berthaldus

A

AUCTORE D. P. Officium proprium,

5 *Hæc ibi: quorum originalia cum optarentur (plura enim eaque Latine scripta reperisse Odonem, extra controversiam videri debet) respondit tandem Bernardus Layrac, nostri Aniciensis Collegii Rector anno* MDCCXXXIX, *nec adversaria P. Odonis, neque veteres Podiensis diœceseos titulos chartasve inveniri nunc uspiam; et libellum misit Officiorum, illi diœcesi propriorum, anno* MDCXCII *mandante Episcopo Justo editum: quo Lectiones, Hymni, et Antiphonæ* de S. Marcellino *præscribuntur, diversæ quidem a Communibus de Episcopo Confessore, sed compositionis novæ, ex dictis ita sumptæ, ut nihil inde huc referri mereatur.*

D

Translatio 22 Decem.

6 *Nihil ibi de tempore Sedis: neque nos de eo possumus definire quidquam. De Translatione Saussayus ad* XXII *Decembris ista habet:* Ipso die Translatio S. Marcellini, Ecclesiæ Podiensis Episcopi: cujus sacrum corpus Episcopus Norbertus ex eo oppido Monstrolium detulit, perenni cultu observandum. *Est* Monstrolium *situm ad Elaveris ripam, a Podio versus Occidentem quatuor milliaribus Gallicis, uti fere ab eo distat oppidum* S. Pauliani. *Ipsum autem Podium haud procul abest a Ligeri fluvio.*

DE S. POTAMIÆNA JUNIORE

VIRGINE MARTYRE ALEXANDRIÆ IN ÆGYPTO.

SYLLOGE HISTORICA.

D. P.

B

SUB MAXIMIANO

Martyrium ex Palladio, tempus ejus, et dies cultus.

A Senore quæ colitur 28 Junii

Quamquam hujus Sanctæ Martyris nomen *Laherius noster in suo Virginum Menologio retulerit, ad* XXIII *Februarii; quia tamen non apparebat, quo id auctore ille faceret, placuit tunc Bollando differre ipsam usque ad* XXVIII *Junii, quia tali die inter alios Alexandrinos Martyres, Originis discipulos, sub Severo passos, et ab Eusebio lib.* 6 *laudatos, occurrebat quædam* Potamiæna; *quam cum ista juniore synonyma, laudata in Vitis Patrum Palladii et Heraclidis, multi confundebant. Hoc ejus consilium ut mutarem, fecit egregium illud sæpeque laudatum in hoc opere Synaxariorum par, Divione et Parisiis repertum, ubi ejus Acta ad diem* VII *Junii sic inveniebantur relata.* Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ. Μνήμη τῆς ἁγίας Μάρτυρος Ποταμίνης. Eadem die memoria sanctæ Martyris Potaminæ. *Baronius, ex corrupto quodam Palladii textu,* Potameniam *legerat; Hervetus, eumdem interpretans sub nomine Heraclidis apud Lipomanum,* Potamianam: *sed vera nominis scriptio, in melioribus tam Eusebii quam Palladii exemplaribus, est* Ποταμίαινα. *Frustra igitur cum Baronio conabimur duas personas, pari castitatis laude, certaminis loco eodem, ac simili fere martyrii per picem ferventem consummati fine, aliter quam per conditionem distinguere,*

distinguitur conditione et tempore hæc Potamiæna:

C

qua ingenua *una, altera* serva *fuit; et per temporis rationem, cujus causa* Senior *ista, hæc* Junior *dicatur. Junioris autem Historia apud Palladium Helenopolitanum Episcopum cap. 3 sic Græce invenitur.*

quæ a suo domino festa ad stuprum sollicitata,

2 Ὁ μακάριος Ἰσίδωρος ὁ Ξενοδόχος, συντετυχηκὼς Ἀντωνίῳ τῷ ἁγίῳ καὶ μακαρίῳ, γραφῆς ἄξιον διηγήσατο πρᾶγμα, ἀκηκοὼς παρ᾽ αὐτοῦ. *Ὅτι Ποταμίαινα τις ὡραιοτάτη κόρη, κατὰ τὸν καιρὸν Μαξιμιανοῦ τοῦ διώκτου, παιδίσκη τινὸς ἀκολάστου, ὑπῆρχεν· ἣν πολλὰ λιπαρήσας ὁ ταύτης δεσπότης ὑποσχέσεσι διαφόροις, ἀπατῆσαι ταύτην οὐκ ἴσχυεν. Ἐν οἷς τὸ τελευταῖον μανείς, παραδίδωσι ταύτην τῷ κατ᾽ ἐκεῖνον καιρὸν Ἐπάρχῳ τῆς Ἀλεξανδρείας, ἔκδοτον αὐτὴν δεδωκὼς ὡς Χριστιανήν, καὶ βλασφημοῦσαν καὶ τοὺς καιροὺς καὶ τοὺς Βασιλεῖς ἐπὶ τοῖς διωγμοῖς· ὑποσχόμενος αὐτῷ χρήματα ἱκανὰ ἐπὶ τῇ ταύτης συμφορᾷ· Ἐὰν πείσῃς ταύτην, φήσας, συνθέσθαι μου τῷ σκοπῷ, φύλαξον αὐτὴν ἀτιμώρητον· ἐὰν δὲ ἐμμείνῃ τῇ ἐξ ἀρχῆς αὐτῆς αὐστηρίᾳ, παρεκάλεσα τιμωρουμένην αὐτὴν ἀποθανεῖν, ἵνα μὴ ζῶσα λέγων καταγελάσῃ μου τῆς ἀσωτίας. Προσαχθεῖσα δὲ πρὸ τοῦ βήματος ἡ ἀνδρεία, διαφόροις ὀργάνοις τιμωρητικοῖς τὸ σῶμα ἐβασανίζετο, καὶ πρὸς πολλοὺς λογισμοὺς ἐπυγρομάχει τῇ γνώμῃ. Ἐν οἷς ὀργάνοις τῶν τιμωριῶν ὠμότερός τι, λαστηρίων βάσανος παρὰ τοῦ*

et judici tradita, tamquam Christiana,

E

τότε δικάζοντος εὑρηται. Κελεύει λέβητα μέγαν, πίσσης πλησθέντα, ὑποκαίεσθαι τοῦτον λαμπροτάτῳ πυρί. Βραζούσης οὖν τῆς πίσσης, καὶ σφόδρα ἐκκαιομένης, προέτεινεν ὁ λαινήμερος Ἄρχων τῇ Μακαρίᾳ ἐκείνῃ, λέγων, ὅτι, Ἢ ἄπελθε, ὑποτάγηθι τοῖς θελήμασι τοῦ δεσπότου σου. ἵνα ἰδῆναι ἔχοις, ἐν τῷ λέβητί σε καταγγισθῆναι κελεύω. Ἡ δὲ ἀπεκρίνατο λέγουσα· Μὴ γένοιτο τοιοῦτος πώποτε δικαστής, ὁ κελεύων ὑποτάττεσθαί με ἀσωτίᾳ. Ἀπομανεὶς οὖν ἐκεῖνος, κελεύει αὐτὴν ἐκδυθεῖσαν ἐμβληθῆναι ἐν τῷ λέβητι. Ἡ δὲ ἀφίησι φωνήν, εἰποῦσα. Τὴν κεφαλὴν τοῦ Βασιλέως σου, ὃν σὺ φοβῇ, εἰ κέκριταί σοι τὸ οὕτως με τιμωρήσασθαι, μὴ κελεύσῃς με ἐκδυθῆναι· ἀλλὰ κατ᾽ ὀλίγον με πρόσταξον ἐν τῇ βρασούσῃ πίσσῃ καταχαλᾶσθαι, ἵνα ἴδῃς πόσην ὑπομονήν μοι ἐχαρίσατο ὁ Κύριος, ὃν σὺ ἀγνοεῖς. Καὶ χαλασθεῖσα κατὰ μικρόν, ὡς ἐπὶ παρατάσει ὡρῶν τριῶν, οὕτως ἐξέψυξεν, φθασάσης τῆς πίσσης περὶ τὸν τράχηλον. *Hactenus Palladius, quæ sic Latine redduntur in Vitis Patrum a Rosweydo editis, phrasi aliquantulum contractiori quod etiam in Synaxariis præcitatis notatur sed substantia prorsus eadem incipiendo ab hoc signo *.*

eligit vitam præ pudore amittere;

3 Potamiæna quædam, puella formosissima fuit tempore Maximiani persecutoris, ancilla cujusdam intemperantis et libidinosi. Quam cum multum rogasset, et ei varia promisisset ejus dominus, eam non potuit decipere. Quo factum est, ut is tandem furore percitus eam traderet Præfecto Alexandrino, qui erat eo tempore, tamquam Christianam, et quæ tempora et Imperatores insectaretur maledictis propter persecutiones; pollicitus se ei magnam pecuniæ vim daturum, ob ejus calamitatem, dicens: Si ei persuaseris ut meo desiderio assentiatur, eam custodi, nullo affectam supplicio; quod si mansisset in ea quam initio ostenderat austeritate, rogavit ut ea supplicio affecta moreretur, dicens, Ne viva meam irrideat intemperantiam. Producta autem ante tribunal virgo fortis, divisis ad pœnas sumendas comparatis instrumentis, corpore fuit excruciata; et adversus multas et varias rationes, mente, tamquam turris firma ac stabilis, resistebat. Inter instrumenta autem suppliciorum, crudelius quoddam ceteris tormentum ab eo qui tunc erat Judex inventum est. Jubet enim magnum lebetem, pice impletum, vehementissimo igne accendi. Cum bulliret ergo pix, et valde arderet; conversus ad illam Beatam sævus Præses dixit; Abi, pare voluntati domini tui; alioqui, ut intelliges, jubeo te devolvi in lebetem. Illa vero respondit, dicens: Absit, ut sit

quæ Latine redduntur ex veteri Palladii interprete

F

A sit judex adeo iniquus, qui me jubeat parere libidini et intemperantiæ. Ille itaque furore percitus, jubet illam exui, et in lebetem injici. Illa vero vocem emittit, dicens; Per caput Imperatoris, quem tu times, ne jubeas me exui; sed jube me paulatim in picem ferventem demitti, ut videas quantam mihi largitus est patientiam Christus, quem tu ignoras. Quæ sic paulatim demissa spatio trium horarum, emisit spiritum, cum pix pervenisset ad ejus collum.

ut audita a S. Isidoro ex B. Antonio.

4 *Præfatur Palladius, quod* Isidorus, Xenodochus Alexandrinæ Ecclesiæ et Presbyter, *(cujus in monte Nitriæ exercitationem descripserat Cap.* 1) rem istam, dignam quæ mandetur litteris, sibi narravit, *velut auditam a B. Antonio, quem convenerat: et iisdem fere verbis eadem apud eumdem Rosweydum leguntur sub titulo Paradisi Heraclidis Eremitæ, ex interpretatione interpretis incerti, sed veteris; non tamen audet Rosweidus diversos auctores dicere; et merito, cum prorsus eadem eodem fere ordine narret uterque textus. Quid si* Palladius, *ad Lausum Principem scribens, libro suo fecerit* Paradisi *titulum, et* Heraclidis *nomen assumpserit; idemque sub proprio nomine aliquando*

Heraclidis nomen unde præfixum Paradiso,

B *describi fecerit, appellans ipsum Lausiacam historiam? Variatur tamen subinde leviter sensus, interpretum fortassis præcipitantia magis, quam quod in originalibus textibus differentia aliqua fuerit: quamquam etiam hæc illis potuit per transcribentes obvenisse. Ita apud Palladium deprecatur virgo ne se exui jubeat (quod ad verecundiæ commendationem facit) sed potius lente immergi in picem. Apud Heraclidem, cura cavendæ nuditatis nulla exprimitur; sed primario petitur lenta in picem immersio, quod etiam Synaxaria habent: hæc vero etiam* caput immersum *dicunt*, ita ut pice totum conderetur; μέχρις οὗ ἡ κεφαλὴ αὐτῆς ἐκαλύφθη ὑπὸ τοῦ βράσμου τῆς πίσσης, *cum Auctor ipse solum dicat, ad collum usque pervenisse picem, quando Virgo expiravit.* D

AUCTORE D. P. et modica in textu diversitas?

an Maximinus pro Maximianus?

5 *Quod ad tempus Martyrii attinet*, Maximinum *ex interpretatione Herveti reperio in editione Rosweidi; sed quantum ex Annotatis intelligo, præter ejus mentem. Fatetur enim, in Græca Parisiensi editione legi* Μαξιμιανοῦ, *idemque se in aliis Græcis legisse, apud veteres Palladii atque Heraclidis interpretes. Ego vero existimo* S. Antonium *ea narrasse Isidoro, quæ suo tempore in ferventissima Diocletiani et Maximiani persecutione facta meminerat (ipse sæpe spectator Martyriorum, non eventa anni* CCXXXV, *sua nativitate annis* XV *priora, quæ solo majorum relatu potuerat didicisse. Athanasius certe in Vita ipsius, illustrata ad* XVII *Januarii, cap* XI *describit ejus profectionem Alexandriam, tempore persecutionis, a Maximiano Imperatore excitatæ. Venit autem eo Antonius*, ut ipse, amore martyr, aut congrederetur, aut alios præliantes spectaret, aut adhortaretur, et ad locum felicis sanguinis prosequeretur. Postquam autem persecutionis turbo defluxerat, et beatus Episcopus Petrus martyrii coronam exceperat, regressus est ad pristinum monasterium: *ut mirandum non fuerit, si coram oculis ejus passa fuerit* Potamiæna.

Martyrii spectator videtur S. Antonius fuisse E

DE SS. PAULO, FORTUNATO,

MACARIO SEU MACRO, PRIMOSO, ACCADIO SIVE ACHACIO,

MOCHO SEU MONACHO,

MARTYRIBUS IN AFRICA VEL ALIBI.

G. H.

Ex Martyrologii Hieronymiani ecgraphis quatuor aliisque MSS.

Martyres tributi Africæ.

A*uspicantur hunc* VII *Junii quatuor Martyrologii Hieronymiani apographa, a relatis in titulo Martyribus, sed cum insigni in ipsis diversitate tam Sanctorum nominibus, quam circa* C *illorum palæstram; et varia eorum, in aliorum Fastis, est sequela. Antiquissimum Epternacense, ita habet:* VII Idus Junii. In Africa Pauli, Fortunati, Macari, Primosi, Accadi, Mochi. *MSS. Richenoviense in Suevia, et Rhinoviense in Helvetia, ista referunt:* In Africa Pauli, Fortunati: et in Bizantio, id est Constantinopoli, Macarii. *Duo priores etiam* Africæ *tribuuntur, in MS. Adone Reginæ Sueciæ. At Corbeiense Hieronymiani Martyrologii apographum, ita habet:* In Byzantio civitate, Pauli, Fortunati, Macri, Primosi, Achaci, Monachi. *MSS Vaticanum S. Petri, Trevirense S. Maximini, Tornacense et Lætiense;* In Byzantio natalis SS. Pauli, Fortunati: *et additur in duobus ultimis*, et Achaici monachi. *Aliud MS. Reginæ Sueciæ, ab Holstenio vulgatum;* Constantinopoli natalis SS. Fortunati Episcopi, et aliorum quatuor. *Verum hic Episcopatus ab aliis* Fortunato *non tribuitur. Notherus:* In Byzantio nativitas SS. Primosi, Fortunati, Macri, et Macarii monachii. *Verum* Macri *et* Macarii *unicum aliis nomen, et* Achaicus *dicitur* monachus. *Apographum Blumianum aliam palæstram monstrat, hoc modo:* In Begarecio, Pauli, Fortunati, Macri, Primosi, Cathari monachi. *Quid si* Begarecium *locus fuerit Africæ, et legendum* Bagarecii in Africa? *Quid si, eo quod locus esset ignotus, occasione* S. Pauli Episcopi Constantinopolitani, *occurrentis hoc die, cum inter hos Martyres primus forte nominaretur* Paulus, *hi fuerint etiam adscripti Constantinopolitani? Quid si* Bizacium, *Bizacenæ provinciæ caput in Africa, aliquis converterit in* Byzantium? *In Lucensi apographo palæstra fuit omissa: in Martyribus autem enumerandis ipsum convenit cum apographo Corbeiensi MS. Aquisgranense;* Natalis, Fortunati, Pauli, Macarii, Primosi, Magni, et Arosii, *loco* Achaici *aut* Accadii *et* Macri. *In MS. Augustano, Gellonensi, aliquo S. Galli, et Parisiensi Labbei, absque palæstra fit mentio* Pauli, Fortunati, Macri *seu* Magiri, *et* Primosi *seu* Primisi. *In MS. Rihenoviensi*, Primosi. *Hæc vel ideo accuratius deduximus, ut lector æquum de his judicium possit ferre, aut ex aliis MSS. majus lumen conferre. Videtur hoc velle exhibere Saussayus, in Supplemento Martyrologii Gallicani, dum ista scribit:* Viganti, intra montes Cevennicos, in Nemausensi Episcopatu, natalis SS. Pauli, Fortunati, et Achazii monachi. *Hæc ille. Verum optandum esset, ut suas iis addidisset probationes; tanto etiam magis, quod neque* Vigantium, *neque* Cevennicos montes, *potuerim hactenus tota Gallia reperire, nedum* in diœcesi Nemausensi: *et quando reperirentur quæsita nomina, non tamen sine certiori probatione adscriberem Galliæ*

ab aliis Byzantio,

aut Bigarecio

F

vel Bizacio; an in Africa?

D. P.

item Vigantii in Gallia.

A *Galliæ Sanctorum istorum vel martyria vel corpora, nisi adhuc præsentia; cum facillime potuerit alicui librario obrepsisse, ut* Vigantium *scriberet loco* Byzantium, *perperam forte pro* Bizacio *repertum. In MS.* D *Barberiniano referuntur* VIII *Junii,* SS. Paulus, Fortunatus, Macarius monachus, *qui huc spectant.*

DE SS. VICTURO, EVASIO,

PRIVATA, JANUARIA, DONATA, SPISINA, QUIRILLO,

MARTYRIBUS IN AFRICA.

Ex eodem Hieronymiano Martyrologio et aliis.

G. H.

Altera hæc est Martyrum Classis, indicata in quatuor Martyrologii Hieronymiani apographis, quæ in Epternacensi ita exponitur. In Africa, Victuri, Evasi, Privatæ, Januariæ, Donatæ, Spisinæ, Quirilli. *In apographis Lucensi et Blumiano scribitur* Victori, *et in ultimo deest* Quirillus. *In Corbeiensi, legitur* Privati, Januarii, Spissinæ: *in ceteris conveniunt cum Epternacensi. MS.* B *Reginæ Sueciæ, ab Holstenio vulgatum, ita habet:* In Africa Victuri, Evasi, Quirilli, cum aliis quatuor: *quorum nomina dedimus: et ita exponuntur a Nothero:* In Africa Victurii, Evasii, Privitæ, Januariæ, Donatæ, Spismæ, Quirilli. *Ubi errore amanuensium est* Privitæ *et* Spismæ, *loco* Privatæ *et* Spisinæ.

2 *MS. Barberinianum;* In Africa, Victuri, Evasi, Privatæ. *In MSS. Labbeano, Gellonensi, et S. Galli:* Africa Victuri, Privatæ, Donatæ: *at pro duabus ultimis in Augustano legitur* Privati *et* Donati. *Omissa palæstra* Africa, *fit mentio* Victori, Privatæ *et* Acusi (*forte loco* Evasi) *in MS. Aquisgranensi. At nomina* Victuri *et* Vasii, *loco* Evasii, *habentur in Richenoviensi, et additur* Innocentii, *cujus alibi non fit mentio. Apud Grevenum legitur* Victoris, Luniciæ, Privatæ; *ubi* Luniciæ *nomen loco alterius depravatum est. In MS. Maximiniano fit mentio* Victuri. E *Iterum* Januaria, Donata, Spisina *ex iisdem MSS. referuntur sequenti die, uti ibidem annotamus, et lectorem monemus.* SS. Victurus, Evasius, Privata *sequenti etiam die habentur in MS. Barberiniano, quas huc relegamus.*

DE SANCTO LUCIANO

MARTYRE CÆSAREÆ IN CAPPADOCIA.

G. H.

Ex iisdem antiquis MSS. Martyrologiis.

Antiqua Martyrologii Hieronymiani apographa concludunt hunc diem his verbis: In Cæsarea Cappadociæ S. Luciani Martyris. *Quæ eadem, et sola, habent Rabanus atque Notkerus, qui ab eo hunc diem auspicantur. Ado etiam eadem habet, et Martyrologium sub nomine Bedæ excusum, plurimaque MSS. Usuardi, sed aucta, cum Martyrologiis Coloniæ et Lubecæ anno* 1490 *excusis, quæ secuti Grevenus, Maurolycus, et alii. At die* VI *hujus,* Licinianus Martyr apud Cæsaream Cappadociæ, C *relatus in MS. Divionensi, credi potest esse hic, de quo agimus,* Lucianus, *qui et* Lucanus *appellatur in MS. Reginæ Sueciæ, ab Holstenio citato.*

2 *Plures hactenus dedimus Martyres,* Luciani *nomine appellatos, sed alibi passos et ab hoc diversos, inter quos eminet* Lucianus Antiochenæ Ecclesiæ Presbyter, Nicomediæ passus et Helenopoli in Bithynia sepultus, *cujus Acta dedimus* VII *Januarii. Major difficultas apparet in eo, quod sequenti die, sive octavo Junii, iterum inter septem Martyres, Cæsareæ in Cappadocia passos, referatur* Lucianus. *Nos hac præmonitione facta hunc ita seorsim relatum relinquimus, et alium sequenti die ponimus cum sociis, secuti antiqua monumenta indicata. Porro absque palæstra* F *sub finem refertur* Lucianus Martyr *in MS. Gellonensi et alio S. Galli: quin etiam* Luciana *scribitur in MS. Augustano et Parisiensi Labbei. In MS. Divionensi* Licinianus, *idque ad* VI *Junii.*

DE SANCTO LYCARIONE,

CUM EO QUI VENENUM IPSI MISCUERAT,

MARTYRE HERMOPOLI IN ÆGYPTO.

G. H.

De cultu et Martyrio ex Menæis.

Hermopolis *Ptolomæo lib. 4 Geographiæ cap.* 5 Ἑρμούπολις μεγάλη, Magna, et metropolis ab occasu fluminis Nili mediterranea *(unde et* Hermopolites Nomus *ibidem censetur) fuit* urbs, *post acceptam fidem Christi,* Episcopalis *in Ægypto prima. In hac urbe passi sunt* S. Lycarion, *et ab eo conversus* tortor. *Illius memoria celebratur ad hunc* VII *Junii in Martyrologio Romano his verbis:* In Ægypto S. Licarionis Martyris, qui laniatus, virgis ferreis ignitis cæsus, aliaque sævissima passus, gladio demum percussus, martyrium consummavit. *In Notis allegatur Menologium Græcum, scilicet Cardinalis*

Romanum Mrtium de illo.

Passio ex Menæis,

A *dinalis Sirleti, quod is contraxit et iis, quæ in Menæis Græcorum et apud Maximum Episcopum Cytherorum* ἐν Βίοις Ἁγίων *sic habentur.*

2 Οὗτος ἦν ἐξ Αἰγύπτου, πόλεως Ἑρμοῦ· διὰ δὲ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν συλληφθεὶς, ἄγεται εἰς ἐξέτασιν, καὶ παραστὰς τῷ Ἄρχοντι ἀναγκάζεται τὸν Χριστὸν ἐξομόσασθαι· μὴ πειθομένου δὲ αὐτοῦ ἐν ζοφώδει καὶ δυσωδεστάτῃ φρουρᾷ καθειρχθῆναι, προστάσσεται. Μετὰ δέ τινας ἡμέρας ἐξενεχθεὶς ξέεται σιδήροις, καὶ σταυρῷ καταπήγνυται, καὶ κατὰ μέλος αἰκίζεται. Ἐντεῦθεν δὲ ἀποσπασθεὶς στρεβλοῦται καὶ μαστίζεται, καὶ τὰς πλευρὰς κατακαίεται, καὶ ῥάβδοις σιδηραῖς πυρωθείσαις κατὰ τὸ στῆθος ἐκκαίεται. Εἶτα εἰς κάμινον ἐκκαυθεῖσαν ἐμβάλλεται, καὶ διαμείνας ἐν αὐτῇ ἡμέρας τρεῖς, ἐξῆλθεν ἀβλαβὴς, καὶ δηλητήρια φάρμακα πιεῖν ἀναγκάζεται. Ἃ δὲ καταφαγὼν καὶ ἀνενέργητα φανέντα, τὸν ταῦτα κερασάμενον εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ πίστιν ἐπεσπάσατο, ὃς καὶ τὴν κεφαλὴν ἀπετμήθη. Ὁ δὲ Ἅγιος ἐκσπᾶται τὰ νεῦρα, καὶ ἐν λέβητι ἐκκαίοντι ἐμβάλλεται, καὶ τὴν δορὰν ἀφαιρεῖται τῆς κεφαλῆς, καὶ οὕτω τὸν διὰ ξίφους δέχεται θάνατον.

3 Lycarion ex Ægypto, urbe Hermetis seu Mercurii, propter fidem in Christum captivus, in quæstionem ducitur; et oblatus Præsidi, Christum abjurare jubetur. Verum nolens ei obedire, in carcerem, tenebris et fœtore pessimo plenum concludi jubetur: et post aliquot dies eductus, ferreis ungulis carpitur; atque in cruce suffixus, membratim torquetur. Inde abstractus rursum cruciatur, et flagellis conciditur. Deinde et latera uruntur, virgisque ferreis igne candentibus pectus ustulatur. In fornacem postea ardentem conjectus, post triduum inde illæsus exivit. Coactus etiam medicata veneno pharmaca bibere, innoxius sumpsit; eumque qui venenum præpararat, ad fidem Christi attraxit: qui mox capite plexus est. Sanctus vero, evulsis nervis, in ollam accensam immittitur; et cute a capite detracta, sic gladio percussus, mortem obiit. *Hæc ibi: at quo tempore coronam martyrii acceperit non exprimitur; nec aliud quidquam suppetit, unde de eo fiat aliqua rationabilis conjectura.* D

inter quæ hausto innoxie veneno,

convertitur et plectitur qui ipsum pararat.

B

DE SS. TARASIO ET JOANNE

E

MARTYRIBUS APUD GRÆCOS

G. H.

Ex Menæis impressis.

P*ost S. Lycarionem, subduntur in Menæis Græcorum ista,* Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ οἱ ἅγιοι Μάρτυρες Ταράσιος καὶ Ἰωάννης, ξίφει τελειοῦνται. Eadem die sancti Martyres Tarasius et Joannes, gladio consummantur: *et ibi adduntur versus, cum allusione ad nomen* Tarasii, *quasi* ἀπὸ τοῦ ταράσσω, turbo, terreo, *sumpti.*

Ἰωάννην τέμνουσι σὺν Ταρασίῳ,
Οὐ πρὸς τὸ τέμνον ἐνταραχθέντας ξίφος.

Gladio Joannem cum Tarasio scindunt,
Ad ferri acumen mente turbatos nihil.

Eosdem gladio occisos referunt Menæa MSS. a nobis reperta Divione apud Petrum Franciscum Chiffletium nostrum, prout etiam eosdem inseruit βίοις Ἁγίων *Maximus Episcopus Cytherorum.*

DE SANCTO VALENTINO

EPISCOPO TUNGRENSI

C

ET S. CANDIDO EPISCOPO

F

G. H.

TRAJECTI AD MOSAM MORTUO.

De cultu eorum, ad diem Translationis fixo, ætate, episcopatu.

SEC. IV

H*abemus pervetustum Breviarium Trajectense, secundum Ordinarium Ecclesiæ S. Servatii, sub initium repertæ Typographicæ artis excusum; in quo, quia necdum inventa erat ratio minii ad prælum adhibendi pro titulis, hos ubique una cum ceteris rubricis manu suppletos videre est. In eo Breviario, ad hanc diem* VII *Junii, præscribitur officium recitandum de Translatione corporis S. Servatii Episcopi Trajectensis,* cum Commemoratione Sanctorum Valentini Episcopi Tungrensis et Candidi Episcopi, *nescitur cujus Ecclesiæ; sed Trajectum orationis causa ad S. Servatii sepulcrum profecti, ibidemque sancte mortui: et hæc additur in dicto Breviario Oratio, sive, uti ibidem appellatur, Collecta:* Exaudi Domine populum tuum, Sanctorum Confessorum tuorum Valentini et Candidi solennia celebrantem, et temporalis vitæ tribue pace gaudere, et æternum reperire subsidium.

Cultus 7 Junii

Oratio

2 *Ægidius Aureæ-Vallis Monachus, qui circa annum* MCCXL *floruit, in suis ad Harigerum Abbatem Lobiensem Additionibus, cum is cap.* 17 *inter Episcopos Tungrenses nullum nomen retulisset* Valentini, *ultimi ante S. Servatium Episcopi, ista adjunxit:* Nonus Tungrensium Episcopus B. Valentinus, novem ordinum Angelorum valenter amicus: *ac deinde cap.* 18, de S. Valentino Episcopo nono, *ista scribit.* Beatus autem Valentinus horum ultimus, Spiritus sancti attactu præmonitus, seu quolibet Ecclesiasticæ traditionis exemplo præductus, quocumque Dei nutu jussuve inductus, cum ad extrema vitæ pergeret, baculum pastoralem super altare Beatæ Mariæ Virginis ponens, sub indissolubilis anathematis vetuit animadversione, ne quis inde temerarius tolleret, ne quis orbato Præsulatui mercenarius immergeret, donec per revelationem Jesu Christi cominus electio idoneum Doctorem et Episcopum animarum

Encomium S. Valentini ex Ægidio Aureæ-Val.

AUCTORE G. H.

A animarum suarum inveniret. Qua sententia cunctis conterritis, retroque cadentibus universis, absque benedictione Pontificali Sedes Tungrensium mœrebat septem annis. Perpendere quis negligat magnanimitatem præcipientis obedientiamque plebis? Vere digno pastore dignus populus, quem tanta mora votis expectat et precibus. Obiit idem beatus Valentinus ante annum Dominicæ Incarnationis trecentesimum octavum, scilicet circa ea tempora, quibus urbi Romanæ præerat Constantinus Augustus, succedentibus ei Constante et Constantio filiis ejus; sepultusque est honorifice in Ecclesia S. Mariæ Tungrensis juxta suos collegas, scilicet Tungrenses Episcopos: cujus festum a quibusdam agitur septimo Idus Junii. Quo similiter die celebratur festivitas B. Candidi Episcopi et Confessoris: cujus corpus requiescit Trajecti, juxta Sanctorum corpora Pontificum Tungrensium. *Hæc ibi, in quibus conjungitur, ad hunc* VII *Junii, festum* SS. Valentini et Candidi Episcoporum.

utriusque festum 7 Junii.

Tempus Sedis.

3 *Verum quia dicitur* circa ea obiisse tempora, quibus urbi Romanæ præerat Constantinus, succedentibus ei Constante et Constantio filiis ejus, *imo* B *et* Constantino æque filio ejus, *qui præfuit hisce Galliæ Belgicæ regionibus et aliis usque ad Alpes: et quia successio illa contigit anno* CCCXXXVII, *mortuo Constantino Magno* XXII *Maji die Pentecostes; arbitramur circa eumdem annum obiisse* S. Valentinum, *eique sine mora successisse S. Servatium; Sedem autem Tungrensem potius ante* Valentinum *vacasse septem annis, mortuo S. Maximino circa annum* CCC *in summa Diocletiani et successorum persecutione, uti ad diem* XX *Junii, quo idem S. Maximinus colitur, docturus sum. Proinde censeo initium* S. Valentini *ad annum* CCCVIII, *aut etiam serius referendum esse.*

Elogium S. Candidi.

4 *De* S. Candido *citatus Ægidius, in marginali additione, ista insuper scribit:* Hic post obitum S. Servatii, Domino sibi revelante, relicta patria peregre fertur venisse ad tumulum S. Servatii; et illi Ecclesiæ per multos annos, Sede vacante, nocte ac die deservivisse, usque ad obitum suum in tempore D. Agricolai Episcopi. *Hæc ibi. Acta* S. Agricolai *dedimus* V *Februarii, ac diximus eum Sedem Trajectensem ante annum* CCCC *obtinuisse. Mortem vero* S. Servatii *retulimus* XIII *Maji ad annum* CCCLXXXIV, *sic ut inter utrumque vacaverit Sedes annis circiter* XVI.

Memoria 7 Junii apud Molanum

5 *Molanus in Natalibus Sanctorum Belgii, ad hunc* VII *diem Junii, etiam agit* de S. Valentino Episcopo C Tungrensi, et de S. Candido Episcopo; *atque ex* Chronicis Leodiensium et informatione Trajectensium *ista scribit:* In loco ad Mosam, qui Trajectus dicitur, natalis SS. Valentini et Candidi Episcoporum. Quorum prior proximus fuit prædecessor sanctissimi Servatii. Posterior vero causa orationis illuc venit ad sepulturam Servatii, et ibidem permansit reliquo tempore vitæ suæ, vacantis Episcopatus officium supplens. Reliquiæ utriusque in summo altari asservantur, et natales cum translatione S. Servatii concurrunt. *Quod nos supra ex Breviario indicavimus. De utroque hoc die etiam agunt Miræus in Fastis Belgicis, Fisen in Floribus Ecclesiæ Leodiensis, cum Martyrologio Gallice Leodii anno* 1624 *excuso: in quo uterque appellatur Episcopus Tungrensis; quod itidem fecit Saussayus in Martyrologio Gallicano. Gelenius in Fastis Agrippinensibus,* S. Valentinum *recolit. In MS. Florario Sanctorum ad diem* VII *Januarii, loco Junii, ita scribitur:* Apud Tungrim depositio Valentini, ejusdem urbis Episcopi et Confessoris; *ac deinde pleraque ex supra relato encomio Ægidii proferuntur, quod iterum fit ad diem nonum Julii.*

et alios.

6 *Interim, quod etiam monuit Molanus,* Treviri celebrant Valentinum ad diem XVI Julii; *et passim,* D *cum decessoribus septem Episcopis Tungrensibus, inseritur etiam Episcoporum Trevirensium Catalogis. Hos sequitur Browerus in Annalibus Trevirensibus, asseritque,* Valentinum, *in ordine illo numerandum* XXVI, *atque anno* CCCXXI *suffectum S. Maximino, post septennium obiisse anno* CCCXXVII. *Verum constat, quod jam pridem S. Agricius, Episcopus fuerit Trevirensis: utpote qui anno* CCCXIV *interfuit Concilio Arelatensi: et ex numero Episcoporum, qui post illum subscripserunt, videtur unus ex senioribus, adeoque diu ante Episcopus fuisse.* S. Valentinum *perperam deduci Treviros, ex horum Chronico circa initium fabuloso, conati sumus suadere in Exegesi præliminari ante tomum VI Maji, de Episcopatu Tungrensi et Trajectensi: idemque confirmabimus ad Acta duorum decessorum Episcoporum* SS. Martini et Maximini *die* XXI *et* XX *Junii. Si tamen certiora monumenta nobis Trevirenses indicent, libenter omnia retractabimus, cum gratiarum actione ad diem* XVI *Julii, quo* S. Valentinum *Treviris adscribit, Romanoque Martyrologio inscripsit Baronius, alias a nobis ibi prætermittendum. Viderint interim Trevirenses, an quem credunt* Martyrem, *velint distinguere a Tungrensi, qui Trajecti habetur et colitur* Confessor. *Hoc forte sensu* S. Valentinus Episcopus Trevirensis *indicatur in MS. auctario* E *Carthusiæ Bruxellensis ad Grevenum* XXI *Aprilis. Molanus certe ita sensit, quando in Additionibus ad Usuardum die* XVI Julii *celebravit* S. Valentinum Episcopum et Martyrem Treviris: *in Indiculo autem Sanctorum Belgii* S. Valentino Episcopo Tungrorum *absque martyrii mentione assignat* diem septimum Junii, *vel in Natalibus Sanctorum Belgii, postmodum editis, seipsum aliunde corrigit et explicat in elogio supra relato, ubi addit sub finem, eum* Treviris celebrari die XVI Julii, *nulla iterum martyrii facta mentione. Demochares, de divino Missæ Sacrificio cap* 33, *nudum nomen* Valentini *inseruit Catalogo Episcoporum Trevirensium, sed (ut monuimus) ex fabuloso Chronico, et decessorem ejus* S. Maximinum *statuit adfuisse Concilio Agrippinensi anno* CCCXLVI, *enormi plane errore, cum is fuerit celebris* S. Maximinus *successor Agritii, cujus Acta dedimus* XXIX *Maji. Baronius, qui citato Demochare et Molano, inseruit* Valentinum *ut* Martyrem *Martyrologio Romano, ut jam dixi: an non, si Indiculum et Natales Molani legisset, voluisset aliter scribere, judicet Lector.*

S. Valentinus non videtur fuisse simul Episcopus Trevirensis.

Veneratio etiam 6 Februarii

7 *Alia apud Trajectenses sub ritu duplicis celebratur* solemnitas Confessorum, quorum Corpora aut Reliquiæ in Ecclesia S. Servatii requiescunt, *idque die* VI *Februarii, uti tunc iter Prætermissos, pluribus deduximus, et eorum unum* S. Valentinum, *re nondum plene discussa, remisimus ad diem* XVI *Julii: tali* F *autem die, in veteri Ecclesiæ S. Servatii Breviario hæc præscribitur Oratio:* Propitiare nobis, quæsumus Domine, famulis tuis, per sanctorum Confessorum tuorum Servatii, Monulphi, Gondulphi, Martini, Valentini, Candidi, et Amandi, et aliorum, qui in præsenti Ecclesia requiescunt, merita gloriosa, ut eorum pia intercessione ab omnibus semper protegamur adversis. *Ex his* Martinus *colitur* XXI *Junii:* Monulphus *et* Gondulphus XVI *Julii: occasione vero eorum videtur* S. Valentinus *ad eamdem* XVI *Julii relatus; et sacra corpora eorum, simul cum corporibus* SS. Valentini et Candidi, *sub eodem monumento lapideo in quatuor capsis adversantur, jam inde ab anno* MXXXIX; *iterumque apertum fuit monumentum istud decimo septimo seculo anno* XI *et* XXIII, *quando Historia Elevationis prædictæ, ab oculato teste Gulielmo Fexhio (et sic etiam lege nomen infra num. 7 lin. penult.) Ecclesiæ S. Servatii Canonico et Cantore, descripta est, sicut eam nobis transmisit D. Alardus Laurentius van Eyl Canonicus S. Servatii, cujus erga nostra studia summam humanitatem sæpius experti sumus. Saussayus in Martyrologio*

Elevatio reliquiarum.

A *Martyrologio Gallicano*, *prædictorum quatuor* Gondulfi, Monulfi, Valentini et Candidi inventionem *aliquam, nescimus, quando aut quomodo factam, refert* IV *Martii*.

ACTA ELEVATIONIS

SS. Valentini Candidi, Monulphi, et Gondulphi.

Anno 1623

Anno a nativitate Domini nostri Jesu Christi MDCXXIII, mensis Aprilis die XXII, Indictione VI, Pontificatus S. D. N. Gregorii ejus nominis Papæ XV anno III, Leodiensi Episcopo existente Ferdinando a Bavaria; insignis Ecclesiæ Collegiatæ S. Servatii oppidi Trajectensis Leodiensis diœcesis Præposito Engelberto Boonen, S. T. Doctore, visitatum fuit et inspectum, per Reverendos et venerabiles Dominos Winandum a Geldria Protonotarium Apostolicum, Adamum Brockart, Guilielmum B Fexhium, Guilielmum de Bemmel, Joannem Stevart, prætactæ insignis Ecclesiæ Sacerdotes Canonicos, et respective, Decanum, Camerarium, Cantorem, Vice-præpositum, et fabricæ Magistrum (prævia ordinatione ejusdem Ecclesiæ Decani et Capituli) magnum illud et antiquum lapideum monumentum, situm super lapideum columnam, retro altare S. Petri Apostolorum Principis, in crypta præfatæ Ecclesiæ S. Servatii. Eoque aperto detectoque, per elevationem lapidei operculi, repertus est in eo loculus plumbeus, longitudinis quatuor plus minus pedum, latitudinis circiter sesquipedis, altitudinis vero unius pedis; confectus ex laminis plumbi, spissitudinis unius digiti, et tectus simili plumbeo operculo : quem videre erat fuisse ligatum duobus funibus, et uno cingulo coriacio, obsignatis et munitis impressione quinque sigillorum cereorum, dissolutis autem et disscissis anno Domini MDCXI, cum idem monumentum adhuc semel visitatum fuit, eo quod non constaret quid in eo servaretur. Ceterum quia tunc non fuit exacta ibidem repertorum notitia servata, nec scripto mandata; placuit præfatis Dominis eadem hoc iterum anno visitare et inspicere, et hujus visitationis notulam servare; ne, sicut ante hac, tanti thesauri præsentia in oblivionem C veniret, et Sanctorum corpora debito sibi honore fraudarentur.

sub lapideo monumento

inventus plumbeus loculus,

2 Super prædicto plumbeo operculo jacebat imprimis antiquum pergamenum, ex parte consumptum : in quo veteri charactere adhuc legebatur interstitiis exesis......... IHU.. XPI. MXXXVIII... IN....... ORE ... REGE ROMANORUM AUGUSTO ANNO PRIMO COLLECTÆ SUNT RELIQUIÆ ...... ELII TUNGRENSIS EPI A NITHARDO LEODIENSI EPO ET A GERARDO CAMSI EPO.

cum hac inscriptione exesa,

Secundo, ibidem jacebant litteræ; etiam in pergameno scriptæ, et anno MDCXI prædicto impositæ, continentes tenorem prædictarum litterarum, cum interstitiis vetustate exesis, ut supra. Tertio, quinque sigilla, quæ fuerant primitus funibus et vinculis coriaceis impressa, sed ab iis (ut supra dictum est) anno MDCXI abstracta et divulsa; quorum duo erant Ecclesiæ, ex viridi cera, cui erat impressa figura S. Servatii, Patroni ejusdem Ecclesiæ; duo alia erant verisimiliter sigilla duorum Episcoporum, Leodiensis et Cameracensis, in supradictis litteris mentionatorum, ex alba cera, cui erant impressæ effigies Episcoporum cum litteris circumquaque, sed ita vetustate consumptis, ut nullum certum nomen ex iis colligi posset : tertium satis manifeste in circumferentia durioris ceræ qua constabat, habebat hæc verba.. (HERMANNUS DEI GRATIA EPUS. REMEN.)

litteris, anno 1611 *exaratus,*

5 *Sigillis,*

nomine Episcopi Remensis,

AUCTORE D. P. D

3 Quarto, super eodem operculo plumbeo, agglutinatæ erant quatuor laminæ plumbeæ, longitudinis unius pedis, et latitudinis duorum pollicum, distantes a se mutuo fere spatio unius pedis : quibus quatuor laminis insculpti erant hi tituli, singuli singulis, idque magnis litteris et hoc ordine, videlicet incipiendo a septemtrione seu a cornu Evangelii, SCTS CANDIDUS EPI. SCTS GONDULPHUS EPUS. SCTS VALENTINUS EPUS. SCTS MONULFUS EPUS. Prædicto cooperculo plumbeo elevato extractoque, deprehensum est quod dictus loculus erat distinctus in quatuor spatia seu intervalla, in modum et formam quatuor capsularum, idque per interpositionem trium laminarum similis plumbi, inter extrema latera loculi transversim pari distantia collocatarum, facientium, ut dictum est, quasi quatuor capsulas minores : in quibus erat videre distincte reposita ossa (indubie quatuor Episcoporum, in titulis operculo insculptis nominatorum et designatorum) non ad unum corpus, sed ad quatuor corpora (ut ex multitudine et numero dictorum ossium et articulorum constare poterat) pertinentia. Erant E quippe in singulis capsulis omnia fere ossa, quæ ad integritatem humani corporis spectant; puta crurum, brachiorum, scapularum, dorsi, manuum, pedum, digitorum : sola capita erant fere in minutas partes dissoluta, mentis tamen integris existentibus, in iisque multis dentibus adhuc inhærentibus; salvo quod de corpore S. Valentini pauciora erant ossa, non omnia videlicet quæ ad integritatem corporis pertinent.

et titulis 4 *Episcoporum*

SS Candidi Gondulphi: Valentini et Monulphi

quorum Reliquiæ erant in 4 *capsis;*

4 Insuper in capsula S. Valentini erat linteum seu sudarium, in quo colligati erant cineres corporis S. Servatii in magna quantitate, et quantum capacitas dicti sudarii ferebat; et in eodem lamina plumbea quadrata, in qua insculptum erat antiquo charactere, CINERES S. SERVATII. Erant etiam inter sancta ossa prædicta nonnulli panni, quibus fuerant eadem tecta vel involuta, sed valde consumpti et cineribus affines. Inter ceteros erat unus adhuc integer ex rubro bysso, longitudinis humani corporis, opere floribus intertexto : quos pannos consultum visum est Dominis prænominatis inde extrahere, et ad cameram Reliquiarum transferre; quo et translata fuerunt quatuor menta quatuor dictorum sanctorum Episcoporum, successu temporis in pretiosis thecis collocanda, et devotioni populi, cum aliis plurimis Reliquiis sanctis, in prædicta Ecclesia et in dicto Reliquiarum loco seu camera asservatis, subinde exhibenda et ostendenda. F

in harum una cineres corporis S. Servatii:

panni et menta 4 *Episcoporum delata ad Cameram Reliquiarum.*

5 His ita repertis, inspectis, et diligenter examinatis, resolverunt Domini Decanus et Capitulum præfati, ad honorem Dei et Sanctorum, ad confirmationem fidei Catholicæ, et ad excitandam majorem populi erga sacras Reliquias devotionem, dictum monumentum et in eo loculum aliquantisper apertum relinquere, et populo ad hujus rei famam confertim affluenti introspectionem concedere, et litteras prædictas de anno MXXXIX ibidem positas, sigillaque Episcoporum, qui dictas sacras Reliquias ibi reposuerant, legenda videndaque exhibere, in testimonium antiquitatis et veritatis. Itaque comparuerunt Ordinum Religiosorum hujus oppidi Superiores, Guardianus Franciscanorum, Prior Augustinianorum, Rector Societatis Jesu, Gubernator oppidi Claudius de Lonney, Dominus de la Motry; duo Consules, Iolen et vander Heggen; cum Secretario Loyd, aliique quam plurimi Ecclesiastici et seculares, viri et mulieres, qui omnes prædictum loculum, sanctis dictorum quatuor Episcoporum, ut prædictum

omnia ad videndum exhibita,

et post habitam venerationem

AUCTORE F. B. *alterum ex Menæis.*

A *tos, non quidem a coævo Auctore, sed ex Ecclesiæ Constantinopolitanæ traditione post aliquot secula conscriptum, ideoque in multis circumstantiis minus accuratum:* Παῦλος, ὁ μέγας Ὁμολογητὴς, ὑπῆρχεν ἐκ τῆς Θεσσαλονίκης, Νοτάριος γενόμενος καὶ Ὑπογραφεὺς Ἀλεξάνδρου τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, Διάκονος τῆς αὐτῆς ἁγίας ἐκκλησίας· ὅνπερ οἱ ὀρθόδοξοι μετὰ τὴν τελευτὴν Ἀλεξάνδρου Πατριάρχην προχειρίζονται Κωνσταντινουπόλεως. Κωνστάντιος δὲ ὁ Βασιλεὺς, Ἀρειανὸς ὤν, ὑποστρέψας ἀπὸ Ἀντιοχείας ἐκβάλλει τοῦτον ἀπὸ τοῦ θρόνου, καὶ ἀντ᾽ ἐκείνου εἰσάγει Εὐσέβιον τὸν Νικομηδείας· ὁ δὲ καταλαβὼν τὴν Ῥώμην, εὗρε τὸν μέγαν Ἀθανάσιον, ἐκβεβλημένον κἀκεῖνον ὑπὸ Κωνσταντίου τοῦ οἰκείου θρόνου. Διὰ γραμμάτων οὖν τοῦ Βασιλέως Κώνσταντος ἀπολαμβάνουσιν ἀμφότεροι τοὺς οἰκείους θρόνους· καὶ πάλιν ἐκβάλλονται παρὰ Κωνσταντίου τῇ τῆς Ἀρειανῶν συμβουλῇ. Τότε γράφει Κώνστας πρὸς τὸν Ἀδελφὸν αὐτοῦ Κωνστάντιον, ὅτι εἰ μὴ ἀπολάβοιεν τοὺς θρόνους αὐτῶν, ἐλεύσομαι μετὰ δυνάμεως κατὰ σοῦ. Ἀπέλαβεν οὖν τὸν θρόνον ὁ θεῖος Παῦλος· μικρὸν καὶ μετὰ θάνατον Κώνσταντος ἐξορίζεται εἰς Κουκουσὸν Ἀρμενίας, καὶ ἀποκλεισθεὶς ἐν οἰκήματι λειτουργῶν, ἀπεπνίγη παρὰ τῶν Ἀρειανῶν μετὰ τοῦ ἰδίου ὠμοφορίου,

B παραδοὺς τὴν ψυχὴν τῷ Κυρίῳ. Magnus Confessor Paulus, Thessalonica oriundus, Notarius fuit et Amanuensis Alexandri sanctissimi Patriarchæ Constantinopolitani, sanctæque ejusdem Ecclesiæ Diaconus. Hunc orthodoxi, post mortem Alexandri, Patriarcham Constantinopolitanum ordinarunt. Constantius autem Imperator, cum esset Arianus, reversus Antiochia, Throno illum ejicit; contraque eum inducit Eusebium Nicomediensem. Paulus itaque Romam perveniens, invenit Magnum Athanasium, suo pariter Throno, jubente Constantio, expulsum. Deinde ambo per litteras Imperatoris Constantis, Sedes suas recipiunt: sed rursus, instinctu Arianorum, per Constantium ejiciuntur. Scribit itaque Constans ad fratrem, quod si Cathedras suas non reciperent, ipse contra eum veniret cum exercitu. Ita divinus Paulus in Episcopatum restitutus, brevi post mortem Constantis denuo exulare compulsus in Cucusum Armeniæ, ibidem publico carceri inclusus est; et, ab Arianis proprio Episcopali Pallio strangulatus, obtulit animam Domino.

Quo sensu dicatur Confessor.

6 *Ceterum cum dicitur* Confessor, *nolim intelligas hodierna vocis hujus significatione, ut opponatur Martyri: sed antiquiori, qua titulus iste etiam Martyribus, præsertim si exilia aliasque calamitates ante mortem sustinuissent, ab Ecclesia tribui solebat. Neque, cum*

C Alexandrum *et* Paulum Patriarchas Constantinopolitanos *appellari audis, existimes temporibus Constantini Magni et Constantii, quibus illi prædictæ Ecclesiæ præfuerunt, hanc habuisse prærogativam: tunc enim nihil supra reliquos Episcopos (si amplitudinem et splendorem urbis excipias) obtinebant dignitatis; sed ea postmodum successoribus eorum collata est in Concilio Constantinopolitano primo, decretumque ut Episcopus urbis Regiæ, secundum, post Romanum Pontificem, haberet honoris locum. Quamvis enim supposititium hunc Canonem esse non levibus de causis eruditi existiment: hoc tamen concedere videntur, statim post absolutum Concilium, ab iis qui adhuc præsentes erant, conditum esse, et Episcopos Constantinopolitanos ea jurisdictione uti cœpisse. Denique Sanctum hunc seculo* IV *vixisse, sicut omnibus est indubitatum; ita, quo anno natus fuerit, quove consecratus Episcopus, aut corona martyrii donatus, non æque certum: de quibus, ex variis indiciis, ita censum est statuere, ut Natus sit initio hujus seculi* IV: *anno deinde*

et Patriarchæ

Chronologia vitæ ejus.

CCCXXV, *interfuerit Concilio Nicæno, Notarius sancti Alexandri Constantinopolitani:*

CCCXXXVI, *a Constantino Magno in Pontum missus sit:*

CCCXXXX, *Ordinatus Episcopus ac depositus sub* D *Constantio:*

CCCXLI, *restitutus in Sedem suam, mortuo Eusebio:*

CCCLII, *iterum ejectus, iterumque per Julium et Constantem restitutus; ac rursus per Philippum Præsidem missus Thessalonicam, indeque Romam profectus:*

CCCXLVII, *post Concilium Sardicense, Constantinopoli iterum receptus:*

CCCL, *occiso Constante Imperatore, tandem Cucusi exul strangulatus sit.*

CAPUT I.

Adolescentia S. Pauli: primum sub Constantino exilium: Ordinatio Episcopalis: depositio sub Constantio.

D. P.

Thessalonicæ natus,

T*hessalonicæ natum esse* S. Paulum *testatur ejus apud Græcos Elogium, et Socrates lib.* 2 *cap.* 16; *illudque asserere nihil est quod vetet. Annus vero quo prodierit in lucem, ne palpando quidem certo potest reperiri: aliquid tamen de hoc per conjecturam dici poterit, deductam ex tempore quo scitur Episcopus et Presbyter fuisse. Ponamus enim, cum Socrate atque Sozomeno,* Paulum, *anno vulgaris æræ* CCCXL, *Alexandro mortuo successisse; addamus, et Concilio Tyrio anno* CCCXXXV *pro eodem interfuisse, utique jam tum Presbyterum; credamus denique, etiam Constantinopoli, uti verosimillimum est, observatum fuisse Canonem* XI, *non ita pridem conditum in Concilio Neocæsareensi, anno* CCCXIV *coacto; qui mandat,* Presbyterum ante annum XXX non ordinari. *His admissis, debet saltem ante annum* CCCX *natus fuisse* Paulus, *et quidem tam diu, quam diu ante annum* CCCXXXV *susceperit Presbyteratum. Idem deducitur ex eo, quod anno* CCCXXV *Nicæno interfuit Concilio, Notarius Alexandri, a Metrophane Episcopo CP. ut nos quidem arbitramur, illuc legati. Debet enim* Paulus *ætatem annorum* XX *tunc habuisse; adeoque post annum* CCCV *natus nequaquam fuerit. Sed neque fuerit natus multo ante: quandoquidem ab Alexandro, morti vicino, successor in Episcopatu anno* CCCXL *designatus, apud Socratem* ætate juvenis *appelletur, respectu Macedonii; qui annis circiter viginti post, puta sub sexagesimum istius seculi, propriam hæresim, a nomine ejus appellatam, propagare cœpit, dejectus Sede episcopali, et saltem aliquamdiu supervixerit.* E

ante annum

adfuit Nicænæ Synodo 325:

8 *Godefridus Hermantius, in novissima Vita Gallica S. Athanasii, scribit, tempore Concilii Nicæni jam Diaconum fuisse* Paulum; *cujus opinionem ut sequerer, deberet ea antiquiori auctoritate confirmari. Certe Gelazius Cyzicenus in Historia Concilii, ejus mentionem faciens, tantum vocat* Lectorem atque Notarium, *nec videtur omissurus fuisse digniorem ejus titulum, si eum habuisset. Si quis tamen contenderit Gelasium nihil in monumentis de* Paulo *invenisse, præter Officium* Notarii, *itaque deceptum, Ordinem* Lectoris *de suo addidisse, eo quod Notarii teste Goaro in Euchologio Græco ex Lectoribus eligerentur, non magnopere repugnabo, et tum nihil oberit, quo minus* Diaconus *fuisse credi possit anno ætatis suæ* XX *aut* XXI. *Favebit quoque superius Elogium ex Menæis. Difficilius assentiar, verum esse id, quod habet Vita SS. Metrophanis et Alexandri, ex MSS. Bibliothecæ Vaticanæ, relata etiam a Photio; duodecim dumtaxat annos numerasse* S. Paulum, *quando Concilio Nicæno interfuit Notarius Alexandri: hinc enim consequens foret ante annum ætatis* XXII *susceptum Presbyteratum. Quis vero credat, id apud Græcos fieri potuisse? ut etiam, duodennem puerum in Concilio Œcumenico Notarium fuisse Alexandri, locum Episcopi Constantinopolitani*

juvenis Notarius, F

an etiam Diaconus.

politani Metrophanis ibidem tenentis? nec Notarium qualemcumque, sed talem, cujus ratio in subscriptionibus habenda fuerit, prout habitam reperit supra memoratus Gelasius? Reversus a Concilio Constantinopolim Paulus, *forte Diaconatu (siquidem ante non fuerit) certo tamen intra decennium Presbyteratu initiatus est: Presbyter quippe erat cum anno* CCCXXXV *Concilio interfuit Tyrio.*

Ab Alexandro C P. optatus successor,

9 *Nunc ipsam Electionis et Consecrationis historiam audiamus ex Socrate, illam ad tempora Constantii referente lib.* 2 *cap.* 6. Alexander, Ecclesiæ Constantinopolitanæ Episcopus, qui contra Arium strenue dimicaverat, cum tres quidem ac viginti annos in Episcopatu egisset, octo vero ac nonaginta vixisset, ex hac luce migravit, nemine in suum locum subrogato. Mandavit tamen iis, penes quos jus eligendi erat, ut alterum ex duobus, quos ipse nominaret, eligerent; ac, siquidem eum vellent, qui et ad docendum idoneus et vitæ ac morum integritate conspicuus esset, Paulum, quem ipse Presbyterum ordinaret, assumerent; ætate quidem adhuc juvenem, sed prudentia senem. Sin eum sibi mallent, qui externa tantum specie gravitatis commendaretur, Macedonium eligerent, seniorem ætate, qui Ecclesiæ illius jam pridem erat Diaconus. Hinc vero in deligendo Episcopo major exorta contentio, Ecclesiam conturbavit. Nam populus duas in partes divisus erat, his Ariano faventibus dogmati, illis Nicæni Concilii decreta defendentibus. Et superstite quidem Alexandro, Homousiani superiores fuere, dissidentibus Arianis et de proprio dogmate inter se digladiantibus: sed postquam ille fato functus est, anceps utrimque fuit concertatio: proinde Homousiani quidem Paulum designarunt Episcopum, Ariani vero studia sua in Macedonium conferebant. Et in ecclesia quidem quæ nunc dicitur Irenes, et contigua est ei, quæ nunc Magna et Sophiæ vocatur, Paulus Episcopus ordinatur; in quo sane videbatur mortui Alexandri valuisse suffragium.

an Macedonium ordinarit Presbyterum?

10 *Dicitur hic Macedonius, moriente Alexandro, Diaconus dumtaxat fuisse: sed Athanasius in Epist. ad Solit. ut supra vidimus, diserte affirmat eum Sacerdotem jam tum fuisse quando accusavit* Paulum, *præsente Athanasio. Deinde quod dicatur,* externa specie gravitatis tantum commendabilis, *non ita intelligendum est, ut judicaverit Alexander, impietatem animi ejus contegi larva pietatis (quo pacto enim de tali eligendo vel mentionem facere voluisset?) sed, quod, cum mediocris esset virtutis, affectata quadam gravitate aliquod sibi sanctitatis nomen apud plebem conciliasset. Verum in eo errasse Alexandrum postmodum patuit, qui utinam ultimus in talibus deceptus fuisset. Sane si qualis erat Macedonius, talem esse vel suspicatus fuisset Alexander, nullo pacto illum cum* Paulo *comparasset, putassetve dignum Episcopatu. Quantum in præmissis discrepet ab Athanasio Socrates, definire non magnopere attinet, neque vero definiri deberet, si totam hanc de* Pauli *electione historiam, cum Baronio, ut a Macedonianis confictam, rejicere possemus. Ipsum audiamus ad an.* 340 *num.* 16: Cum Alexandri Episcopi integritatem animi considero, adduci non possum ut credam, ab eo Macedonium quoque una cum Paulo, ad electionem faciendam Episcopi Constantinopolis, tum nominatum fuisse: quippe qui studiosissime Eusebianorum partes sectatus esset, ab eisque adversus Athanasium in conventu Tyrio cum aliis legatus delectus. Certe quidem, qualisnam foret, Alexandrum existimo minime latere potuisse. Hæc sane de eo in conventu Tyrio ita se habuisse, Athanasius ex Actis ejusdem in Apologia secunda sæpe demonstrat: quamobrem in eam facile sententiam adducor, ut existimem, tum Socratem tum Sozomenum mutuatos istæc esse a Sabino, illo Macedoniano historiarum scriptore, qui in laudem Auctoris sui, ea de Macedonii nominatione ab Alexandro facta, putatur fuisse commentus etc.

Electionem Pauli fabulosam reputanti Baronio,

respondetur

11 *Verum, pace Eminentissimi Baronii; si Sabinus in gratiam Auctoris sui fingere voluit, aliisque, ut id crederent persuadere potuit: cur non laudabilius elogium Macedonii finxit? Sed neque Socrates Sabino fidem adhibuit, ut statim post locum citatum fatetur ipse Baronius. Ille enim ait,* Sabinum pro suis contexuisse apologias potius, quam historias; et quæ viderentur reprehensione digna, in Catholicos rejicere solitum esse. *Denique Sozomenus non obscure significat, eam se historiam ex Catholicis habere testibus, cum dicit; Macedonianos* etiam *fateri, utrumque ab Alexandro laudatum; sed encomium* Pauli *ad Macedonium, Macedonii vero ad* Paulum *transferre. Reliqua, quæ adfert Baronius nihil ad rem præsentem faciunt; cum consideranti perspicuum sit, Macedonium illum, qui in Conventu Tyrio Eusebianorum partes adversus Athanasium sectatus est, alium omnino esse ab illo, de quo hic agimus. Macedonius enim in Conventu Tyrio Athanasii adversarius, saltem ab anno* CCCXXXV *Episcopus erat, et ut Athanasius ex Synodo Alexandrina refert,* ætate et ingenio putidus: *alter vero ejusdem nominis, qui* Paulo *Constantinopolitano adversatus est sub imperio Constantii, anno* CCCXLII *primum ordinatus est Episcopus, et anno* CCCLX, *post varias insaniæ suæ tragœdias, novam hæresim excogitavit propagavitque, qua Spiritum sanctum a divinitate omnino alienum pronuntiavit.*

duos Macedonios ab ipso confundi.

12 *Interea* Paulus, *prius quam ad Episcopatum accessit, jam pertulerat primum exilium suum, idque sub Constantino Magno, a quo, teste Athanasio, in Pontum relegatus fuit. Quo autem relegatus sit anno, ut definiri non facile potest, altum silentibus de eo auctoribus; ita potest non incongrue statui, exilium illud accidisse intra septennium ultimum Constantini: quo lubente plurimi tum Presbyteri quam Episcopi orthodoxi variarum Ecclesiarum, exilio mulctati fuisse sciuntur, Constantino Arianis nimis faciles præbente aures. Si quis tamen velit anno* CCCXXXVI, *adnitente conciliabulo Constantinopolitano, uti Athanasius in Gallias exulatum ivit, ita* Paulum *fuisse missum in Pontum; nihil in eo incommodi video. Quod enim in Alexandrum Constantinopolitanum effundere non audebant odium, propter auctoritatem integritatemque viri, Imperatori perspectam et probatum; convertere potuerunt in Presbyterum ejus* Paulum, *eo magis, quod in Concilio Tyrio Arianis contra Athanasium non consenserit; uti ego verosimilius esse arbitror, quam quod damnationi Athanasii subscripserit, uti soli blaterant Ariani, mentiri in similibus assueti. Revocatus porro, redierit ex Ponto Constantinopolim* Paulus, *quando ex Galliis Alexandriam Athanasius anno* CCCXXXVIII; *tunc enim plerique ob fidem exules Orthodoxi, trium fratrum Imperatorum consensu, ad sua redierunt; mortuo præcedenti anno eorum patre Constantino.*

Paulus adhuc Presbyter relegatus a Constantino,

eodem forte tempore quo Athanasius,

revocatus,

13 *Obscuriora hinc sunt* Pauli *gesta usque ad ordinationem Episcopalem, mortuo Alexandro, anno* CCCXL *factam, et supra relata ex Socrate. Sed vix ordinatus fuit, posthabito et Macedonio, cum hujus indignatio accendit Eusebii Nicomediensis Episcopi ambitionem transeundi ad Sedem Constantinopolitanam, ceditque ipsorum et aliorum in* Paulum *accusationes.* Confestim enim, qui cum Eusebio Nicomediensi faciebant, Imperatorem Constantium contra sanctissimum Paulum accedunt; cum multis calumniis et hoc deferentes; Sine tuo, Imperator, decreto, Alexandro mortuo, in solium Constantinopolis seipsum collocavit. Imperator autem consessum hæreticorum Constantinopoli contra divinum Symbolum congregari præcipiens, Paulum Confessorem ex ecclesia ejici, ejusque loco, pridem Beryti, tunc autem Nicomediæ Episcopum,

et Episcopus ordinatus an 340

A scopum, Eusebium introduci jussit. *Ita dicitur in Synodo Constantinopolitana Constantii Tomo 2 Concil. editionis Labbeanæ col. 88, et 89. Patria habet Socrates lib. 2 cap. 7, sic loquens :* Imperator vero *Constantius*, non multo post *ordinationem Pauli*, Constantinopolim ingressus, ob illam ordinationem gravissima exarsit ira ; collectoque Arianorum Antistitum Concilio, Paulo quidem Episcopatum ademit, Eusebium vero, ab urbe Nicomedia translatum, Constantinopoleos Episcopum designavit. His ita gestis Imperator Antiochiam profectus est *Ex duobus his textibus patet primo, non sub Constantino Magno Episcopum fuisse* Paulum : *cum accusetur, quod sine* decreto Constantii, *tunc rerum potiuntis, se ipsum Episcopum fecerit. Patet secundo, Conciliabulum illud Constantii, ante annum* CCCXL, *quo ordinatus* Paulus, *habitum non fuisse.*

AUCTORE D. P.

cui mox pulso subrogatur Eusebius Nicomedien.

14 *Quales autem* calumniæ, *modo indicatæ, fuerint, quibus in isto Arianorum conciliabulo accusatus est* Paulus, *difficile est definire, tacente S. Athanasio. Aliud Conciliabulum Arianorum, sub titulo Concilii Sardicensis, accusat eum, quod ipsius causa Constantinopoli homicidia mille patrata fuerint, quod altaria humano sanguine inquinata, interfecti Fratres, et extincti Gen-* B *tiles : verum his accusationibus parendis, post secundum tertiumque exilium, occasio primum data est. Sed fortassis ex Sozomeno lucis quidpiam hauriemus. Sic ergo loquitur lib. 3 cap. 3.* Mortuo Alexandro, Constantinopolitanæ Ecclesiæ Sacerdotium obtinuit Paulus : qui, ut Ariani quidem et Macedoniani asserunt, Episcopatum hunc sibi ipsemet comparaverat, præter sententiam Eusebii Nicomediæ, et Theodori Heracleæ quæ in Thracia est, Episcoporum; ad quos, utpote finitimos, Ordinatio pertinebat Verum, ut reliqui fere omnes affirmant, ob testimonium Alexandri, cujus in locum successit ; ab Episcopis, qui tum forte Constantinopoli morabantur, ordinatus est. Nam Alexander, jam natus annos octo et nonaginta, ex quibus tres ac viginti in Episcopatu fortissime transegerat, cum ex hac vita migraturus esset, interrogantibus eum Clericis, cuinam post ipsum committenda esset Ecclesia ; Si virum, inquit, pietate præditum, simulque idoneum ad docendum quæritis ; habetis Paulum : sin hominem ad res seculares et ad colloquium cum Judicibus aptum mavultis, potior est Macedonius. Et utrumque quidem testimonio Alexandri ornatum fuisse, confitentur etiam Macedoniani : verum ad C res agendas et ad dicendum instructiorem fuisse Paulum affirmant ; piæ autem ac religiosæ vitæ testimonium tribuunt Macedonio, Paulum contra deliciis ac solutiori vitæ indulsisse calumniantur. Ex illorum igitur confessione, Paulum disertissimum fuisse apparet, et in Ecclesia cum summa laude docuisse. Ad varios autem fortunæ casus et colloquendum cum potentioribus non recte comparatum illum fuisse, res ipsæ testantur. Nullas enim adversariorum insidias discussit, perinde ac facere solent ii, qui in hujusmodi rebus solertes sunt Imo vero, quamvis multitudini admodum carus esset, tamen fraude eorum, qui fidem in Nicæna Synodo stabilitam eo tempore rejiciebant, multas pertulit calamitates ; ac primo quidem quasi turpiter vixisset insimulatus, Ecclesia Constantinopolitana ejectus est.

propter calumnias Macedonii,

(ut apparet ex Sozomeno,)

15 *Certum est hic narrari a Sozomeno ea, quæ a morte S. Pauli integro seculo elapso credebant et spargebant de eo Ariani et Macedoniani : verosimiliter eadem, quæ contra illum et apud Imperatorem, et in Conciliabulo fuerant allata in medium. Primum proinde accusationis caput hoc fuisse videtur, quod Episcopatum sibi comparasset, præter sententiam Eusebii Nicomediæ et Theodori Heracleæ ; ad quos, utpote finitimos, Ordinatio pertinebat, Fortassis etiam ad firmandam accusationem suam produxerunt Canonem* IV *Nicæni,* D *in collectione Labbeana tomo* 2 *Col.* 30. Episcopo oportet, maxime quidem ab omnibus, qui sunt in Provincia, constitui etc. *Talem enim Canonem in eadem Synodo sancitum fuisse, probat pene omnium interpretationum et collectionum concordia. Verum* Paulus *et alii Orthodoxi merito crediderunt, se ab hujus Canonis observatione excusari; cum qui inter Conprovinciales erant, de hæresi essent suspecti ; et Constantinopoli tunc plures essent Orthodoxi Episcopi, per quos legitime poterat ordinari, et absentium approbatio abunde suppleri, præsertim urgente necessitate ; idque juxta eumdem Canonem, qui sic pergit :* Si autem hoc difficile fuerit, aut propter instantem necessitatem, aut propter itineris longitudinem ; tribus omnino eumdem in locum congregatis, absentibus quoque suffragium ferentibus, scriptisque assentientibus, Electio fiat.

de illegitima ordinatione,

16 *Alterum accusationis caput fuerit,* quod solutiori vitæ indulgeret et turpiter vixisset Paulus, *adeoque depositionis pœna esset mulctandus, præcipiente id Canone* LXX *inter* LXXX *Arabicos apud Labbe Tom.* 2 *Col.* 315 : Si quis Episcopus deprehensus fuerit in adulterio, aut alio simili crimine, deponendus est, nec est amplius in eumdem gradum restituendus etc. *De tali crimine accusatum fuisse* Paulum, *iterum insinuat Sozomenus lib.* 3 *cap.* 10 *cum ait,* E *Constantem animadvertisse,* non ob vitæ turpitudinem *Paulum* fuisse depositum, quod sententia continebat. *Atde Arianorum impudentiam, qua plures Orthodoxos Episcopos, de eodem crimine non veriti sunt accusare, falsis etiam testibus subornatis, uti fecerunt in Athanasio ac postea in Aphraate ; sed ad suam ipsorum confusionem, cum impostura patuisset. Illam autem accusationem meram in* Paulum *calumniam fuisse, recte et paucis probat Athanasius, ex eo quod Macedonius, qui illum accusabat, cum eodem communicasset; quod ei minime licebat per Canones, si verum crimen fuisset. Accusationes hæ, si revera prolatæ fuerint contra Sanctum, ut ex Sozomeno recte videmur colligere ; mirare, lector, Hæreticorum pro Canonum observatione zelum, tunc nempe cum eos prodesse putant ad stabiliendam hæresim, alias minime scrupulosorum : ut patet in Eusebio, quo instigante reus agebatur* Paulus. *Is enim non multo ante, contra ejusdem Concilii Canonem* XV, *Berytensem Episcopatum, ad quem ordinatus erat, cum Nicomediensi mutaverat ; et jam conabatur, ejecto* Paulo, *a Nicomediensi ad Constantinopolitanum transire, et reipsa transiit. Ad secundum vero accusationis caput respexisse videri potest magnus Athanasius, cum ad* F *Solit. verissime de hæreticis dixit :* Veritatis æmulatores, tametsi sancti, tametsi puri appareant, rei fiunt, cum illis libuerit, cum eam quam volunt causam finxerint.

et impudicitia:

sed falso.

17 *Existimat Auctor MS. nostri,* Paulum, *post depositionem suam, ex Oriente Romam profectum, ibidem cum S. Athanasio aliisque Episcopis exulibus, apud Julium Pontificem causam suam egisse. Athanasius putatur ab anno* CCCXXXIX, *usque ad annum* CCCXLI *Romæ commoratus est, expectans accusatores suos : sed de* Pauli *in Italiam eo tempore profectione, apud Socratem et Sozomenum aliosque Auctores altum silentium ; unde suspicor Auctorem Manuscripti, secundum Sancti exilium, quo durante Romam profectus est, bis retulisse ; præsertim cum easdem utriusque itineris referat circumstantias, eumdemque exitum. Itaque verosimilius mihi quidem videtur, sanctum Præsulem aut in Ponto, aut forte Constantinopoli, soli Deo et sibi modeste vixisse, expectando cum longanimitate tempus divinæ misericordiæ et consolationis. At* Eusebius *ut ait Socrates* Constantinopolitana Sede potitus, nullo pacto quiescere poterat : sed omnem, ut in proverbio est, movebat lapidem, ut id

An eo tempore Romam profectus sit?

A id quod proposuerat ad finem perduceret, *nempe*, deleret ex symbolo CONSUBSTANTIALEM, *et Athanasium Alexandrina Sede dejiceret. Elegit itaque Antiochiam celebrandis suis conciliabulis, tandemque sub Consulatu Marcellini et Probini, anno* CCCXLI, *præsente Constantio Imperatore, convenit Synodus Antiochiam: et ne longior sim in iis, quæ spectant Athanasium: hic Episcopatu depositus est, et in ejus locum intrusus Gregorius ille sacrilegus; qui tanto furore et crudelitate irruit in Ecclesiam, ut Athanasius, qui ad tempestatem hanc, si posset, avertendam ex Italia Alexandriam accurrerat, coactus sit clam se subducere, Romamque proficisci.*

Mortuo Eusebio, sedem suam recuperat.

18 Interea vafer et miser Eusebius, *ut ait MS. nostrum*, mala executus quanta decreverat, legatos etiam miserat ad B. Julium Romanum Archiepiscopum, prælatas in Athanasium accusationes denuntians; rogaveratque, ut causa ad se evocata Judex eorum fieri vellet, quæ contra Athanasium acta erant .... sed morte præventus numquam intellexit, quid Julii Episcopi Romani judicio, de Athanasio eique adhærentibus, fuerit constitutum: exiguo enim tempore post Synodum supervivens, B miser interiit. *Proinde facta per mortem invasoris illum eligendi potestate*, Orthodoxi, *quibus satis probata erat Præsulis sui innocentia*, iterum B. Paulum receperunt, et in Ecclesiam induxerunt; *adhortante eos et confirmante Asclepa, Gazæ in Palæstina Episcopo. Ex hactenus dictis ostenditur, palmare Arianorum mendacium, cum aiunt in sua pseudo Sardicensi Synodo,* Paulum *Athanasii condemnationi subscripsisse. Neque enim id fecisse potuit, in conciliabulo Tyrio, cujus tempore Episcopus nondum erat; neque Antiocheno, tunc ab Arianis ipsis depositus; neque antea Episcopatum, cum tunc S. Alexandri Presbyter, cum eo totus pro Athanasio staret; in eo felix, quod tempus non permiserit ut ab illis deciperetur.*

CAPUT II.

Varia S. Pauli exilia.

Macedonio contra Paulum ordinato,

Verum B. Paulus *in ecclesiam suam ab orthodoxis erat receptus*, cum Ariani eodem tempore in ecclesia, quæ nunc ad Paulum dicitur, Macedonium ordinarunt Episcopum; atque id factum est ab iis, qui antea quidem Eusebio cuncta turbanti operam C navabant, tunc temporis vero auctoritatem omnem quasi successorio jure obtinebant, Theogni scilicet Nicæno, Mari Chalcedonio, Theodoro Heracleæ in Thracia Episcopo, Ursacio Singiduni in superiore Mœsia, Valente Mursæ in superiore Pannonia. Sed Ursacius et Valens, postmodum pœnitentia ducti, libellum satisfactionis Julio Episcopo obtulerunt; et doctrinæ Consubstantialis subscribentes, in Communionem recepti sunt: tunc vero pro Ariana perfidia acriter decertantes, gravissimos bellorum motus adversus Ecclesias excitaverunt; ex quibus bellis unum fuit illud, quod a Macedonio factum est Constantinopoli: ex hoc enim intestino Christianorum bello, crebræ in civitate ortæ sunt seditiones, multique earum violentia perierunt. *Ita Socrates lib. 2 cap.* 12, *et, ut habet nostrum MS.*, eodem tempore contigit ab Arianis Episcopis, in nunc dicta ad Paulum Ecclesia, inquam Macedonium Episcopum ordinari: qua de causa tumultus in urbe Imperatori excitatus est, plurimique in subortis seditionibus obtriti exspirarunt. Seditiones *enim, ut testatur Sozomenus*, crebræ in urbe extiterunt, bellis haud absimiles, plebe ex utraque parte in se mutuo irruente.

dum turbæ ut...

20 *Mansit in tanta omnium rerum perturbatione* S. Paulus *Constantinopoli; dum interim Athanasius* D *Romæ moratus, ibique in causa ejus Synodus coram Julio Pontifice celebrata fuit; donec etiam ipse, anno* CCCXLII *ejectus Constantinopoli, eodem venire cogitur. Rem gestam ita narrat Socrates lib. 2 cap.* 13. Hæc cum audisset Imperator Constantius, qui tum Antiochiæ morabatur, mandavit Hermogeni Magistro militum, quem in Thraciæ partes miserat, ut per Constantinopolim transiens, obiter Paulum Ecclesia exturbaret. Ille Constantinopolim ingressus totam civitatem commovit, dum Episcopum per vim ejicere conatur: statim enim populi seditio subsecuta est, cunctique parati erant Episcopum defendere. Cum autem instaret Hermogenes, ut militari manu Paulum expelleret; exacerbata populi multitudo, ut in talibus fieri solet, violento impetu in illum ruit; domoque ejus incensa, pedibusque fune innexo per civitatem illum trahentes, peremerunt. Gesta sunt hæc duobus Augustis Consulibus, Constantio scilicet III et Constante II, id est anno CCCXLII. *Mitissima hæc quidem erant a mansuetudine Sancti: at quis cohibeat furorem iratæ plebis, crudelitatem suam zelum fidei interpretantis? Ille ipsa autem forte etiam fama amplificavit, quæ omnia augere solet; aut a Macedonianis, ad conflandam majorem Orthodoxis invidiam, ex parte conficta sunt. Auxerunt profecto hæc omnia Ariani in conciliabulo suo, apud Philippopolim sub nomine Synodi Sardicensis habito, quando tam atrociter in* Paulum *et Asclepam exclamarunt. Ipsos audiamus.* De Paulo, *inquiunt*, Constantinopolitanæ quondam civitatis Episcopo, post reditum exilii sui, si quis audierit, perhorrescet. *Et iterum inferius*, Asclepas autem cum ad Constantinopolim civitatem, propter Paulum venisset, post immanitatem rerum atrocitatemque, commisit quæ media in Ecclesia Constantinopolitana gesta sunt, post mille homicidia, quæ altaria ipsa humano sanguine conquinaverunt, post interfectiones Fratrum extinctionesque Gentilium etc. *Duo in his pro sua impudentia peccant hæretici, et quod omnia mentiendo augeant, et quod Orthodoxis Episcopis adscribant, quæ ipsimet patraverant si tamen facta erant; præque illi prorsus se non pelacant, nisi Sectarios in suis ecclesiis dominari permisissent.*

AUCTORE F. B.

Hermogenes conatur eum Paulum expellere:

sed in tumultu occiditur.

E

Imperator ipse Paulum expellit.

21 Constantius autem Imperator, audita Hermogenis cæde, *ut ait Socrates*, statim Antiochia digressus, equorum permutatione veloci Constantinopolim accurrit. Et Paulum quidem urbe expulit, ipsam vero civitatem multavit; ex annona diurna, quam Pater ejus Constantinopolitanis donaverat, adimens plus quam quadraginta modiorum millia: antea enim octoginta fere modiorum millia erant, ab urbe Alexandria advecta, civibus erogabantur. *Hoc vero eum fecisse putat Sozomenus*, quod existimaret F multitudinem, otio ac deliciis abundantem, ad seditiones proclivem esse, *majori etiam parte in seditiosos animadvertens, nisi eos Sola flentes ac supplices occurrere vidisset.* Macedonium porro eo tempore Episcopum designare distulit, quippe quem in causa erat etiam illi; non solum eo quod præter ipsius sententiam ordinatus fuisset Episcopus, verum etiam eo quod, ob seditiones inter ipsum et Paulum excitatas, tum alii multi, tum Magister militum Hermogenes interfecti essent. Postquam ergo illam plebem se illigere... in ea Ecclesia, in qua fuerat ordinatus, rursus Antiochiam contendit.

et ... mulctat.

22 *Ita tempestas, quæ in Athanasium, Alexandriam ... , in Paulum propter Constantinopoli anno* CCCXLII *se effudit: et sicut antea ille Alexandriæ profugus Romam venerat, ita nunc eodem* Paulus *profectus est, Orthodoxorum omnium certissimum asylum. Quamvis enim dicat Athanasius*, Paulum ferro vinctum in Singara Mesopotamiæ deportatum,

Paulus Romam venit cum aliis exulibus:

AUCTORE F. B.

A portatum, et inde Emesam, *acsi seditionum et cædium auctor fuisset; facile intelligi potest, eum majori deinde libertati permissum, aufugere Romam potuisse. Pergit Socrates eodem lib. cap.* 15. Porro Athanasius post diuturnos labores, ægre tandem in Italiam pervenit. Interea in Occidentis partibus Constans, Constantini filiorum natu minimus, solus Imperium administrabat, fratre ipsius Constantino, a militibus interfecto. Eodem tempore Paulus quoque Constantinopolis Episcopus, Asclepas Gazæ, Marcellus Ancyræ quæ urbs est minoris Galatiæ, Lucius denique Hadrianopolis, alius aliam ob causam, accusati et Ecclesiis suis pulsi, in urbem Regiam adventant. Ubi cum Julio, Romanæ urbis Episcopo, causam suam exposuissent: ille, quæ est Romanæ Ecclesiæ prærogativa, liberioribus litteris eos communitos in Orientem remisit; singulis suam Sedem restituens, simulque perstringens illos, qui supradictos Episcopos temere deposuissent. Itaque illi Roma digressi, et Julii Episcopi litteris freti, suas quisque Ecclesias occupaverunt; et epistolas ad eos, quibus inscriptæ fuerant, miserunt. Verum hi, acceptis Julii litteris, reprehensionem contumeliæ loco duxere; et convocata Antiochiæ Synodo in unum B collecti, de communi omnium sententia conscriptis litteris, Julium acrius insimulant.

qui a Julio PP. restituuntur

23 *Hermantius, qui hunc* Pauli *aliorumque in Urbem advocatum ad annum* CCCXXXIX *aut* CCCXL *retulerat, circumstantias ipsas errorem arguere dicit, si hoc anno* CCCXLIII *dicantur orthodoxi illi Episcopi, Romam venisse. At ipse nullam talem assignat, neque ego quidquam video quod certiori historiæ repugnet, adeoque cur recedere debeam a Socrate et Sozomeno. E contrario, quod Ariani, tot ex diversis Orientis partibus Episcopos, vix adhuc Imperatorum litteris restitutos, statim iterum expellere potuerint, sine graviori teste credendum non existimo: hoc tamen in ipsius sententia dicendum foret: satisque est, quod in Athanasio et* Paulo *id fieri potuisse monemur.* Paulo *autem litteræ Romani Pontificis sufficere non poterant, ut consilium fiduciamque caperet redeundi: quippe non solum illi cum Arianis res erat, verum etiam cum irato Imperatore. Accepit itaque etiam epistolas Constantis ad Fratrem, teste Auctore MS. nostri his verbis:* Porro B. Paulus, relicto Oriente, Occidentem petat, cui imperabat Constans, Constantii frater: ibique inveniens magnum Athanasium, S. Julio Romano Archiepiscopo, ubi et præsentibus aliis C ex Italia Episcopis *(nempe in concilio Romano, juxta Labbeum, III, inchoato anno superiori post cladem Alexandrinam)* omnia exposuit: quapropter ab ipsis quidem, Synodalibus; a Constante autem Imperatore, Cæsareis litteris instructus, iterum revertitur; adveniensque Constantinopolim, magno Ecclesiæ gaudio recipitur.

Paulus etiam per Constantis Imperatoris litteras,

24 *Ut autem litteras Constantis acciperet, non parum contulit adventus Legatorum ex Oriente, seu rogatu Imperatoris, ut putat Socrates, seu alia de causa missorum. Hi erant Narcissus Cilix, Theodorus Thrax, Maris Chalcedonensis, et Marcus Syrus; qui (præterquam quod fidem Antiochiæ editam, nec Romæ nec apud Occidentis Imperatorem proferre ausi fuerint, sed aliam a se compositam tradiderint) ad interrogata Imperatoris, in causa* Pauli *et* Athanasii, *respondendo non fuerunt.* Itaque Constans, cum animadverteret, eos injuste insidiatos esse Paulo atque Athanasio, nec ob crimina aut ob vitæ turpitudinem, ut depositionis sententia continebat, sed ob dissensionem fidei; illorum communionem esse aversatos; in patriam eos remisit, cum persuadere nequivissent id, cujus gratia venerant. *Sed et S. Maximinus Trevirensis Episcopus, Arianis rejectis, cum* Paulo *communicavit; et, ut erat apud Constantem gratiosus, sua commendatione effecisse videtur, ut is ab eodem Imperatore* D *litteras ad Fratrem acciperet. Ille vero quam propterea ab Arianis mercedem retulerit, audiamus ex eorum in Conciliabulo pseudo-Sardicensi Synodica ad Donatum Carthaginensem* Maximinum a Treveris, *inquiunt,* totum Concilium damnavit, propter quod collegas nostros Episcopos, quod ad Gallias miseramus, noluerit suscipere: et quoniam Paulo Constantinopolitano, nefario homini ac perdito, primus ipse communicavit; et quod ipse tantæ cladis causa fuit, ut Paulus ad Constantinopolim civitatem revocaretur; propter quod homicidia multa facta sunt. Causa igitur homicidiorum tantorum ipse fuit, qui Paulum olim damnatum ad Constantinopolim revocavit.

quis ei impetravit S. Maximinus Trevir.

CP revocatur

25 Porro Imperator Constantius, Antiochiæ degens, cum ei renuntiatum esset, Paulum Sedem suam denuo occupasse, eam rem permoleste tulit, *nec valuere Fratris litteræ lenire animum.* Philippo igitur Præfecto Prætorii, utpote qui majorem reliquis Provinciarum Rectoribus potestatem obtineret, et secundus ab Imperatore diceretur, mandat per epistolam, ut Paulum quidem pellat Ecclesia, Macedonium vero illius loco in eam inducat. Præfectus itaque Philippus, seditionem populi pertimescens, Paulum circumvenire aggressus est. Imperatoris mandatum penes se occultat; specie autem publicorum negotiorum progressus ad balneum publicum, E quod Zeuxippi vocatur, Paulum honorifice ad se accersit; ejusmodi necessitatem adesse dicens, ut quam primum illi veniendum esset. Paruit Paulus: qui cum accitus venisset, statim Præfectus mandatum Imperatoris ei ostendit. Et Episcopus quidem, se indicta causa damnatum animadvertens, patienter tulit: Præfectus vero, circumstantis multitudinis impetum reformidans (plurimi enim, rumore ac suspicione ducti, illuc convenerant) unam ex lavacri januis aperiri jubet; per quam, Paulus in Palatium abductus, et conjectus in navem ad id comparatam, confestim in exilium mittitur: præcepitque ei Præfectus, ut Thessalonicam Macedoniæ Metropolim (ex qua urbe Paulus jam inde a majoribus suis erat oriundus) proficisceretur, utque in ea civitate degeret: et reliquas quidem urbes Illyrici adeundi facultatem ei concessit, ceterum ad Orientis partes vetuit accedere. Paulus igitur, præter expectationem, Ecclesia simul et Urbe pulsus, celeriter abducitur.

Iterum tamen pellitur

26 Præfectus autem Imperatoris Philippus, ex F Balneis publicis progressus, recta ad ecclesiam contendit. Aderat una Macedonius, velut ex machina quadam demissus; et cum Præfecto in curru sedens, omnium oculis ostentabatur. Circa illos militum manus strictis gladiis incedebat: quo spectaculo conterrita est plebis multitudo, cunctique simul, tam Homousiani, quam Ariani, ad ecclesiam properarunt, prævenire singuli et ecclesiam occupare summo studio annitentes. Postquam Præfectus una cum Macedonio ecclesiæ appropinquare cœpit, repentinus absque ulla causa metus plebem ipsosque adeo milites invasit. Nam quoniam ingens ille aderat hominum multitudo, ita ut Præfecto Macedonium deducenti nullus daretur transeundi locus; milites plebem violenter impellere aggressi sunt. Cum autem contrusa plebs, propter loci angustiam, retrocedere non posset; rati milites plebem obsistere, ac de industria transitum intercludere; velut in hostem irruentes, districtis gladiis obvios ferire cœperunt. Tria igitur hominum millia, ac præterea centum et quinquaginta, tunc occubuisse dicuntur, alii a militibus trucidati, alii constipatione multitudinis oppressi. Post tam præclara facinora Macedonius, perinde acsi nihil mali gessisset, sed integer et

Macedonius in ecclesiam inducitur,

cum ingenti civium strage

A et purus esset ab omni culpa, a Præfecto verius quam per Ecclesiasticos Canones, in Episcopali Sede constituitur. In hunc modum Macedonius et Ariani per tot tantasque hominum cædes, ecclesia potiti sunt.

Hanc persecutionem ad hoc tempus pertinere

27 *Difficultatem hic movet Baronius, hanc* Pauli *relegationem sub Philippo Præside, referendam existimans ad annum* CCCLI, *post mortem Constantis Imperatoris.* Quæ autem, *inquit ad annum* 342 *num.* 47, tam Socrates, quam Sozomenus post hæc subnectunt de Pauli Episcopi Constantinopolitani persecutione, per Philippum Præsidem excitata; ea contigisse, non hoc tempore vel huic proximo, sed post conventum Sardicensem suo loco manifestum erit. *Et rursus ad annum* 351 *num.* 36, Hallucinati sunt, *inquit*, Socrates et Sozomenus, dum ultimum Pauli exilium (quem sæpius exulasse superius dictum est) contigisse putant ante Concilum Sardicense : nam post ipsum, liquet Paulum favore Constantis fuisse restitutum. *Sed, ut verum fatear errasse videtur Baronius ipse, cum dicit Socratem et Sozomenum, ultimum* Pauli *exilium Synodo Sardicensi præposuisse. Hi enim tres diversas* Pauli *proscriptiones referunt, quarum ultimam contigisse diserte asserunt post mortem Constantis : sed* B *primam omiserunt, qua sub Constantino magno relegatus est ; uti etiam de ea tacuit Baronius : qui præterea tertiam postponens Sardicensi, coactus est eam cum quarta confundere. Ego vero, dum rem attentius considero, totam hanc de Philippi persecutione historiam, ut fabulosam rejicerem potius (quod tamen qui fieri possit non video) quam postponerem Sardicensi. Quis enim credat, quod tamen inde sequeretur, Macedonium ab anno* CCCXLII, *quo interfecto Hermogene secunda vice sub Constantio ejectus est Sanctus, usque ad* CCCLI *Episcopatu Constantinopolitano abstinuisse, ad quem tantopere anhelabat? aut Constantium tamdiu preces Arianorum, Macedonium unice dssiderantium distulisse, urbemque Regiam Episcopo destitutam reliquisse? Id tamen ex hypothesi sequeretur : quandoquidem non ante Macedonius Constantinopoli Episcopus renuntiatus est, quam* Paulus *per Philippum esset abductus. Deinde, qui de* Paulo *scripserunt, affirmant, eum ultima vice exulare jussum in Cucusum fuisse abreptum. At ea de qua nunc agimus persecutione, Thessalonicam abductus est, ibique jussus manere : sic tamen, ut per totum Illyricum, libere, quo vellet, proficisci liceret : ex quo patet diversa hæc fuisse exilia, maleque in unum confundi.*

ostenditur ratione historica;

28 *At quoniam potiorem hac in re testem Athanasio* C *non habemus, ejus verba, in Commentario prævio allata, explananda sunt ; et ostendendum, ex illis nil contra nos, pro nobis vero multum probari. Consideranti itaque manifestum est, agere eum de quatuor diversis exiliis, et non solum de exilii loco quater mutato. Dicit enim,* quod a Constantino in Pontum relegatus sit, et a Constantio ferro vinctus in Singera Mesopotamiæ abductus : *quod nemo facile de sola mutatione loci intelliget cum Baronio, in eam forte opinionem inducto, ex errore Nannii interpretis, qui Paulum in Pontum ait relegatum esse, non* a Constantino, *uti Græcus Athanasii textus habet ; sed,* per illos, *nempe Eusebianos. Id etiam quod dicitur,* in Singera Mesopotamiæ, inde Emesam, quarto denique in Cucusum etc. *interpres Latinus male vertit,* inde Emesam, atque ex Emesa in Cucusum. *Verum, inquies, quod Thessalonicam abductus sit, videtur ignorasse Athanasius. Non ignoravit sane. Quo pacto enim diceret* quarto, *nisi præter tria, quæ enumerat exilia, aliud agnosceret. Sed quia non tam exilium, quam quædam ad patriam dimissio videbatur ; noluit inter Martyris passiones numerare id, quod non adeo magnam vim habebat, ad Arianorum in Orthodoxos Episcopos crudelitatem demonstrandum, quod hoc loco maxime ei fuit*

cui favet auctoritas Athanasii,

propositum. Hæc autem verborum Athanasii explicatio D *nemini mira videatur : sive enim sententiam Baronii sequaris, sive nostram, similis aliqua adhibenda est.*

AUCTORE P. B.

29 *Sed nondum difficultatem exhausimus, quam movet* Philippus Præfectus Prætorii. *Anno siquidem* CCCXLIII, *quo contigisse putamus superius relata, quæque ipse dicitur executus, nondum illo munere fungebatur (ut ex Legibus eo anno scriptis ad Leontium Præfectum Prætorii, satis liquet) sed hujus officii administrationem aggressus est anno* CCCXLVI, *et propterea existimabam ad tempus illud, tertium* Pauli *exilium transferendum : præsertim cum nil obesset, quo minus diceretur* S. Paulus *Concilio Sardicensi interfuisse. Verum quia asseritur, Constantius fuisse Antiochiæ, cum* Paulus *Thessalonicam abduceretur ; anno autem* CCCXLVI, *non Antiochiæ, sed Constantinopoli fuisset, sententiam mutavi. Censendi ergo sunt Socrates et Sozomenus, pro* Leontio *per errorem* Philippum *posuisse, aut per anticipationem* Præfectum Prætorii *nuncupasse, qui tum tantum* Magister militum *erat, qualis Hermogenes, alterum Imperatoris mandatum præcedenti anno infeliciter exequi conatus.*

nec repugnat error in Præfecto Prætorii nominando.

CAPUT III.

Acta in Synodo Sardicensi circa Paulum et martyrium ejus.

E

Non multo post tempore, *inquit Socrates,* Paulus Thessalonica Corinthum se pergere simulans, in Italiam navigavit, *coram narraturus earum partium Imperatori, quam parum ejus litteræ apud fratris animum valuissent. Ille vero, istis non sine mœrore auditis, Synodum Occidentalium Episcoporum Mediolanum convocavit : ad quam etiam convenerunt ab Orientalibus ablegati* Eudoxius, Martyrius, et Macedonius Cilix, *aliique factionis Arianæ. Hi secum deferebant* Fidem, multis verbis conscriptam. Verum Occidentales Episcopi, *non* quod Græci sermonis ignari essent, aut quod ea minime intelligerent ; *sed revera quod* ὁμούσιον *non exprimeretur, et nihil innovare vellent,* nequaquam admiserunt ; Nicænam Fidem sufficere asseverantes, nec quidquam amplius curiose inquirendum. *Vix quidquam aliud de hac Mediolanensi Synodo litteris mandatum invenimus : sed colligimus ex sequentibus hic, magis magisque Constantii innotuisse* Pauli *et* Athanasii *sociorumque* F *innocentiam : ac proinde eumdem Imperatorem, sæpius apud Fratrem institisse, ut Sedibus suis restituerentur. Ita enim pergit Socrates :*

Paulus Constantem rursus interpellat,

qui Synodum Mediolanum convocat;

31 Cum Imperatoris litteræ, quibus mandabat, ut Paulus et Athanasius Sedibus suis restituerentur, nihil proficerent (plebs enim continuis pene seditionibus agitabatur, *et Constantius aures, Arianorum calumniis repletas, Fratri surdas præbebat)* Paulus et Athanasius ad Concilium provocari postulant, ut tum ipsorum negotium, tum Fidei causa generali Synodi sententia terminaretur : docebantque non aliam ob causam se fuisse depositos, quam ut Fides subverteretur. Indicitur ergo iterum generale Concilium apud Sardicam, quæ urbs est Illyrici ; idque ex sententia duorum Imperatorum ; quorum alter hoc per litteras flagitaverat, alter vero, Orientis scilicet Imperator, libenter annuerat. Annus agebatur undecimus ab obitu Parentis duorum Augustorum, *inchoatus scilicet* XXI *Maji anni* CCCXLVII, *vel si citius inchoata sit Synodus, erat undecimum per Consulum, computatis extremis; prout Socrates tempus sæpius designare consuevit.* Consules autem erant, Rufinus et Eusebius, *quo tempore Synodus Sardicæ congregata est;* et ex Occidentis quidem partibus trecenti circiter convenerunt Episcopi, ut scribit Athanasius ; ab Oriente vero septuaginta

deinde Sardicam.

AUCTORE F. B.

tuaginta sex tantum adfuisse, refert Sabinus; quorum e numero fuit Ischyras Mareoticæ Episcopus; quem illi ipsi, a quibus depositus erat Athanasius, Episcopum ejus regionis constituerant. Quippe alii infirmitatem corporis causati sunt, alii præstituti temporis angustiam prætenderunt, culpam omnem conferentes in Julium Romanæ Urbis Episcopum: cum tamen ab eo tempore, quo Synodus indicta fuerat, et quo Athanasius, Synodi consessum expectans Romæ commorabatur, anni et sex mensium spatium intercessisset, *nempe a finito Concilio Mediolanensi anno CCCXLV exeunte, ad æstatem anni CCCXLVII: nisi forte hoc temporis spatium, acceptum ex Epistola Julii, ad Synodum Antiochenam male huc transtulerit Socrates: cum spectet ad* II *Concilium Romanum. Quidquid de eo sit,* Athanasium *Romæ moratum non fuisse, illo intermedio tempore, constat ex Vita ejus num.* 167.

huic interfuisse Paulum, negat Theodoretus:

32 *Sed difficilis hoc loco, in utramque partem occurrit dissertatio. An* Paulus *Sardicensi Concilio interfuerit, ut ait Socrates cum Sozomeno; an secus, ut credidit Theodoretus; sic enim loquitur Histor. lib.* 2 *cap.* 6 Constantius Orientis et Occidentis Episcopos jussit Sardicam convenire..... nam et alia multa Ecclesiæ mala suberant, quæ Synodicam curam ac medelam deposcerent: quippe et Paulum Constantinopolitanum Episcopum, rectæ Fidei acerrimum defensorem, Ariani tanquam seditionis auctorem accusaverant *post cædem nempe Hermogenis* aliis quoque criminibus adjectis, quæ adversus veræ pietatis præcones solent confingere. Verum populus eum Sardicam abduci passus non est, cum adversariorum insidias metueret. *Parum me movet, fateor, Theodoreti hæc narrantis auctoritas. Si enim* Paulus *Constantinopoli erat, et revera Ariani ei insidias paraverant; quo pacto Constantius eum vi non compulit Sardicam proficisci? Deinde, quas timere insidias Sardicæ poterat, præsentibus inter tot Orthodoxos Athanasio, Hosio, et Julii Pontificis legatis, in Concilio eo fine convocato, ut innocentes absolverentur, et Arianorum calumniæ palam detegerentur? Plus ponderis apud me haberet, ut negarem eum adfuisse, perpetuum in Actis Synodi de* Paulo *silentium: quo pacto enim de tam præclaro nominatissimæ civitatis Episcopo, tam calumniose ab Arianis (ut videbimus) accusato, si præsens fuisset, tacere potuissent Concilii Sardicensis Patres? Hoc argumentum, quamvis negativum, tanti fecit Baronius, ut putaverit propterea, Socrate et Sozomeno posthabitis, Theodoreto adhærendum. Existimo tamen non incongruam assignari rationem posse, ob quam censuerit Sardicensis Synodus, expressam de* Paulo *mentionem sibi non esse faciendam. Quippe cum* Paulus, *non tam ab Arianis Episcopis, quam ab Imperatore ejusque ministris fuisset expulsus; imo a prima sua restitutione anno CCCXLI, in nulla amplius Synodo fuisset accusatus; sed solum militari manu, non Ecclesiastica sententia Episcopatu dejectus; expressior ejus mentio invidiosa fuisset Patribus apud Imperatorem: cujus animum, satis alioquin Orthodoxis infensum, timuerint hac de causa magis inflammandum. Contenti igitur fuerint* Paulum *generali clausula innocentem declarare, dum aiunt in epistola ad omnes Episcopos.* Nos dilectos Fratres et Comministros nostros Athanasium, Marcellum, Asclepam, et ceteros Comministros, qui cum ipsis sunt, innocentes et puros pronuntiavimus.

sed Concilii Sardic. de Paulo silentium

Theodoreto non favet.

neque pseudo-Sardicense;

33 *Sed neque ex ejusdem nominis Arianorum Conciliabulo erui argumentum satis certum potest, quo affirmetur* Paulus *Sardicensi interfuisse, aut negetur. Præsentem fuisse Synodo videntur asserere Ariani, dum col.* 704 *apud Labbe, sic loquuntur.* Dicimus autem Asclepam, qui ante decem et septem annos, Episcopatus honore discinctus est, deinde Paulum et Lucium, et quotquot talibus conjuncti sunt. Ii circumeuntes simul exteras regiones, persuadebant judicibus, non esse credendum illis, qui in eos digne sententiam protulerunt: ut hoc genere commercii, sibi quemdam ad Episcopatus reditum procurarent;..... Post tot tantasque sententias putaverunt restaurare judicium..... et veniunt pro judicibus defensores, pro defensoribus rei, eo tempore cum eorum defensio non valebat.... quando illos accusatores sui, facie ad faciem arguebant. *Hæc ultima verba præsentes eos fuisse affirmant: quos accusabant Ariani, interque illos numeratur* Paulus: *tam autem impudentes quis credet hæreticos, ut auderent asserere* Paulum *non potuisse se tueri, cum ab accusatoribus suis* facie ad faciem *argueretur; si palam constaret omnibus, eum tum temporis longe abfuisse. Attamen responderi non omnino incongrue posset, cum hæc generatim loquantur de omnibus, necessario de* Paulo *non esse intelligendos. Sed neque pro Theodoreti opinione confirmanda, facit ejusdem Conciliabuli locus alius col.* 706 *in fine, qui sic habet:* Asclepas autem cum ad Constantinopolim civitatem propter Paulum venisset, post immanitatem rerum atrocitatemque, commisit quæ media in ecclesia gesta sunt..... hodieque cum Paulo, cujus causa hæc gesta sunt, communicare non cessat. sed et illi Occidentales Episcopi per Asclepam Paulo communicant, accipientes ab eodem scripta atque ad illum mittentes. *Sane, dicet aliquis, Theodoreti sententiam sequens, si adfuisset* Paulus, *non opus fuisset cum eo per litteras communicare, et superfluum quemquam illa de re accusare; cum multo gravius esset, præsentem in Synodo ad communionem admittere. Verum non adfertur ea per litteras cum* Paulo *communicatio, ut ostendantur Occidentales jam excommunicationis pœnas incurrisse: satis enim ad hoc ex judicio Arianorum erat, Athanasium, Marcellum aliosque Antiochiæ depositos, interesse Synodo: sed ad invidiam Orthodoxis conflandam, quod tum temporis cum* Paulo *per litteras communicassent, quo tot tantaque propter illum homicidia patrata fuerant, adeoque et illa merito eisdem imputari.*

pro Socrate et Sozomeno probat ratio.

34 *Patet igitur nec pro Theodoreto, nec pro Socrate et Sozomeno, ex his omnibus quidquam concludi posse. Illius autem auctoritati horum auctoritas merito in hoc casu præfertur: propterea, quod multo ante Theodoretum scripserint, et quidem Constantinopoli, ubi ipse* Paulus *vixerat, adeoque melius seu per traditionem, seu per monumenta aliqua scire potuerint, quæ circa eum acta fuerant: quam in Syria, ubi suam Theodoretus vulgavit historiam. Militat etiam pro Socrate et Sozomeno ratio, quæ etiam æquali utrimque auctoritate, non levis est momenti. Constat enim tempore Sardicensis Concilii* Paulum *non fuisse Constantinopoli; sed vel in Illyrico, vel in Italia. Si in Illyrico, qui fieri potuit, ut Sardicam, quæ Regionis illius urbs est, non venerit, prout ei licebat per edictum Prætoris eo tempore quo ejus causa agebatur. Si in Italia, quod verius existimo, qui credi potest eum Athanasio aliisque Episcopis eo non fuisse profectus. Manet igitur verosimillimum,* Paulum *Sardicensi interfuisse.*

Orientalibus Episcopis Sardica schismatice digressis

35 *Cum ergo Sardicam omnes convenissent, Episcopi quidem Orientis conspectum Occidentalium refugerunt, negantes se in colloquium cum illis venturos esse,* nisi prius Paulum et Athanasium e suo cœtu ejecissent, *aliorumque a se depositorum communioni renuntiassent.* Sed cum Protogenes Sardicensis, et Hosius Episcopus Cordubæ, nequaquam pati possent ut Paulus et Athanasius a consessu excluderentur: Orientales illico discesserunt; regressique Philippopolim urbem Thraciæ, Concilio seorsim habito, vocem quidem CONSUBSTANTIALIS palam anathemate damnarunt, ἀνόμοιον autem vocabulum et opinionem

litteris

A litteris suis inserentes, quoquo versus transmiserunt. Episcopi vero Sardicæ constituti, primum quidem illos ob desertum Concilium condemnarunt, deinde Athanasii accusatores dignitate sua spoliarunt; et confirmata Nicænæ fidei formula, ὁμοούσιον quidem vocabulum rejecerunt, CONSUBSTANTIALIS autem vocem apertius promulgarunt, scriptasque ea de re litteras quoquo versum etiam ipsi miserunt: Paulo quoque et Athanasio, *aliisque ab Arianis fidei causa ejectis*, Sedes suas restituerunt. Ceterum Episcopi, tam hi qui Sardicæ consederant, quam illi qui ad Philippopolim Thraciæ separatum Concilium habuerant, cum singuli id quod sibi visum fuerat peregissent, ad suas quisque civitates reversi sunt.

Paulus et Athanasius aliique absolvuntur.

36 *Eum in modum finita Sardicensi Synodo*, Paulus *neque Constantinopolim neque saltem Thessalonicam reversus est; sed in Italiam, cum reliquis exulibus Episcopis, ad Constantem Imperatorem. Imo tum forsan ad eum primum venit, et non ante Mediolanense. Hic vero cum successum Sardicensis Concilii intellexisset; omnia quæ dudum acta fuerant, Fratri Constantio significavit: hortatusque est, ut* Paulum *et* Athanasium *in Sedes suas restitueret*. Sed cum Constantius ejus rei executionem quotidie differret; B Occidentis Imperator hanc ei rursus optionem detulit, ut vel Paulum et Athanasium redintegrata dignitate reciperet, suasque illis Ecclesias redderet; vel, nisi id fecisset, hostis ipsius esset, bellumque protinus expectaret. Litteræ autem, quas ad Fratrem scripsit, sunt hujusmodi. Sunt hic apud me Athanasius et Paulus, quos quidem pietatis causa persecutionem pati percunctatus cognovi. Si ergo pollicitus fueris, te suas illis Sedes redditurum, et in eos animadversurum, qui sine causa illos insectantur; Viros ad te mittam: quod si hoc, ita ut dixi, facere recusaveris; scias velim illuc me venturum esse, teque invito suas illis Sedes redditurum. Hæc cum Imperator Orientis cognovisset, in maximam redactus est difficultatem: statimque accersitis haud paucis Orientis Episcopis, Fratris sui conditiones eis proposuit, et quidnam faciendum esset interrogavit. Illi satius esse dixerunt, ut Athanasio concederentur Ecclesiæ, quam ut civile bellum susciperetur. Proinde Imperator necessitate constrictus, Athanasium ad se vocat. Interim Occidentis Imperator, Paulum cum duobus Episcopis et reliquo honorifico apparatu Constantinopolim mittit, tum suis tum Synodi litteris communitum; quem venientem C Constantinopolim Constantius honorifice excipi curavit: et Macedonius Paulo ad modicum tempus loco cessit, in privata quadam urbis ecclesia conventus agens. *Tempus id plusquam duorum annorum fuit, adeoque modicum dici non potest, nisi respectu annorum quadraginta, quibus Constantinopoli Ariani dominati sunt.*

Constante Fratri bellum minitante,

nisi eos restituat,

Paulus Sedem suam recuperat

37 *Prosequitur MS. nostrum:* Sanctis igitur Paulo et Athanasio in Sedes suas restitutis, reflorescebat Orthodoxa doctrina, et Ecclesia cum admirabili gaudio legitimis suis Episcopis et rectæ fidei Doctoribus fruebatur. Donec de medio Constante sublato, Maxentius Imperium adeptus est. Tunc Arii germina Constantium iterum in sanctos Paulum et Athanasium accendunt; rursus mandata, rursus minæ, rursus fuga celerrima, rursus per omnem terram et mare Sanctorum Pauli et Athanasii persecutio. Et primum quidem Paulum Constantinopolitanum Episcopum, deportari in exilium jubet Constantius: quem quidem hi, qui abducebant in oppido Cappadociæ Cucuso strangularunt. *Incidit gloriosum sancti hujus Præsulis Martyrium, in Consulatum Sergii et Nigriani, id est CCCL annum Christi: quem dum Socrates lib. 2 cap. 16, quartum vocat post Concilium Sardicense; perspicuum est, eum in ejusmodi computationibus finem prioris anni pro integro* D *sumere: Concilium enim Sardicense (ut ipso teste diximus* Rufino et Eusebio Consulibus, *id est anno* CCCXLVII *celebratum fuit. Baronius mortuum* Paulum *statuit anno* CCCLI*, verum nihil invenio, cur ea mors tam diu differenda sit, quandoquidem Constans initio anni* CCCL *funesta nece sublatus fuerit: cujus mortis nuntio in Orientem perlato, credendi non sunt Ariani diu distulisse, quin Athanasium aliosque Nicænæ fidei propugnatores accusarent apud Constantium: cujus in Orthodoxos furor, jam uno alterove anno fraternis armis, tamquam aggere quodam opposito, coercitus; illo sublato, torrentis instar sese effuderit. Adeoque sufficient abunde menses fere novem, iis agendis, quæ inter mortem Constantis, initio anni, et Pauli, sexta Novembris obitum, verosimiliter intercesserunt.*

Mortuo Constante

in Cucuso strangulatur Paulus.

AUCTORE F. B.

38 *Crudele hoc suum facinus Ariani occultare studuerunt; sed frustra. De hoc Athanasium juvat audire disserentem in Epist. ad Solit.* Eusebiani, *inquit*, hoc scelere commisso, sine ullo pudore, ut ubique mendaces, hominis extincti aliam causam finxerunt, tamquam ex morbo perierit; cum longe aliud constet omnibus ejus loci incolis. Siquidem Philagrius, per id tempus eorum locorum Vicarius, omniaque quæ ipsi vellent histrio; sed tamen super hoc scelere stupens ac mœrens (credo quod alius, ac non potius E ipse, ejus necis auctor esset) plurimis rem prodidit, et inter reliquos mihi notos Serapioni Episcopo, Paulum ab Eusebianis in arctissimo et obscurissimo loco reclusum fuisse, relictumque ibi ut fame periret; deinde post sex dies, cum eo ingressi Eusebiani, hominem adhuc spirantem invenissent, per vim Episcopum strangulasse, atque eo genere finis vitam clausisse; et dixisse, inferendæ necis ministrum Philippum Præfectum fuisse. *An autem, ut Menæa excusa indicant, Episcopali Pallio strangulatus sit, tacentibus omnibus aliis, non omnino affirmare possumus: verosimile tamen id facit hæc Athanasii narratio. Cum enim putarent fame extinctum, et potius carcerem intrarent, ut mortui cadaver sepelirent, quam spirantem suffocarent; sane fieri potuit, ut laqueum non habentes ad manum, nec quidquam aptius, quo Pastorem bonum interimerent sanguinarii lupi, arripuerint Episcopale Pallium, signum Pastoralis solicitudinis; forsan non sine divinæ providentiæ consilio, ut apertius constaret omnibus, hanc solam mortis causam fuisse, quod perfecte imitaretur eum, qui animam suam pro ovibus posuit. Sacrilegum hoc facinus adeo detestata est antiquitas, ut in Hymno ipsius festo cantando, bis repetatur versiculus, quo dicitur* ejus sanguis clamare ad Dominum, ut sanguis Zachariæ, qui F occisus est inter templum et altare. *Et sane, prosequitur Athanasius*, ad hoc scelus vindicta divina connivendum sibi non putavit. Philippus enim, nondum vertente anno, Præfectura sua cum magna ignominia spoliatus est, ac jam inde privatus, iis quibus minime volebat, ludibrio fuit. Mœstus igitur miserum in modum, et quemadmodum Cain gemens et tremens, et quotidie percussorem expectans; longe a suis ac patria sua, velut attonitus, quod minime volebat, morte extinctus est.

Scelus Arianis negantibus patescit!

An Episcopali Pallio suffocatus?

Ejus mors divinitus vindicata.

CAPUT IV.

Solennis Translatio Reliquiarum, et cultus apud Græcos.

Paulo, *uti diximus, e medio sublato, Macedonius Constantinopoli Ecclesiis potitus est: qui maximam libertatem apud Imperatorem nactus, quam crudelem, quam horribilem excitavit in Orthodoxos persecutionem, nihil attinet hic longius enarrare; cum ea passim* apud

[illegible] persecutionis annos

AUCTORE F. H.

A *apud Auctores legi possint, nec ad Acta gloriosi Martyris pertineant. Unum omnibus testatum, dixisse sufficiat: persecutionem fuisse haud minorem illa, quam passi sunt ii, qui sub Ethnicis Imperatoribus idola adorare cogebantur. Duravit hæc per triginta annos, scilicet ab anno* CCCL *ad* CCCLXXX. *Cum autem quadraginta annos Socrates et Sozomenus numeraverunt, inceperunt ab anno* CCCXL, *quo Eusebius, deposito* Paulo, *Sedem Constantinopolitanam invasit: quomvis (ut vidimus) non una vice interrupta fuerit ejus possessio. Attamen persecutione tam horridum in modum sæviente:* ostendit, *inquit, MS. nostrum,* universorum Dominus, quam vere dixerit, Portas inferi contra Ecclesiam non prævalituras: tandemque per Gratianum suscitavit Imperatorem Theodosium, vere magnum, vere pium, Sirmii in civitate Illyrici, genere Hispanum, fide autem perfectum filium S. Gregorii Theologi. Is progressus in Barbaros, victor reversus est Constantinopolim, XXIV mensis Januarii, sub Consulatu Gratiani V et ipsius Theodosii I, anno CCCLXXX. *Hic in ipso statim initio adventus sui, Arianos, Nicænæ fidei consentire detrectantes, ecclesiis expulit, eisque Catholicis restituit: ineunte dein mense Decembri ejusdem anni, Concilium secundum Generale*

finito CP Concilio

B *convocavit Constantinopolim: quo, anno* CCCLXXXI, *decima quinta mensis Maji, convenerunt Episcopi orthodoxi centum et quinquaginta. In eo Concilio Ariani, aperte profitentes nolle se doctrinam* Consubstantialis *amplecti, jubente Imperatore, Concilio, Ecclesia, et urbe ejecti sunt; universa Synodo id approbante. Deinde S. Gregorio Nazianzeno Constantinopolitanum Episcopatum ultro abdicante, in successorem ejus electus est Nectarius, et omnibus prædictis Episcopis manus imponentibus consecratus. Hæc quoniam non magnopere ad* S. Paulum *spectant, volui paucis perstringere, ut ordinem temporis prosequerer: latius deducta qui volet, adeat Socratem lib. 5 variis capitibus, Sozomenum et Photium, ipsumque S. Gregorium.*

solenniter Reliquiæ transferuntur CP

40 *Dum hæc, quæ supradixi, Constantinopoli et per Orientem agerentur, post mortem* S. Pauli; *sacrum hujus Martyris Corpus ex Cucuso Ancyram, incertum qua occasione, translatum, ibidem in veneratione habitum fuit. Donec Imperator Theodosius, finita Constantinopolitana Synodo (ut habet MS. nostrum ex Socrate et Sozomeno) illud inde ad urbem Regiam transferri curavit, præsentibus etiamnum Episcopis, qui Synodo interfuerant.* Hi igitur cum Clero suo multa veneratione et piissimo apparatu; Cives Constantinopolitani; Imperator ipse, cum universo Senatu et

C satellitio; Episcopus Nectarius, cum omni Clero et populo religioso Urbis Regiæ, longe ultra Chalcedonem obviam processerunt sacratissimis his Reliquiis; easque venerabunde ac religiose susceptas, ingenti cum lætitia, laudantes Deum, voceque concordi psalmos et hymnos pariter cantantes, multo cum honore tulerunt per medium civitatis; atque ita deposuerunt in ecclesia antiquæ Irenes, in qua ipse Episcopalem suam Cathedram constituerat, et ex qua abreptus fuerat missusque in exilium, ut interficeretur. Ibi per totam noctem celebratis festivis vigiliis, summo cum gaudio et animi alacritate ineffabili, mane omnis hæc multitudo, cum sacerdotibus psalmos et cantica feliciter prosequentibus, idem sacrum pignus inde transtulerunt ad ecclesiam ipsius insignitam nomine, proximam S. Anastasiæ in Mauriani tractu. Cumque ea omnia, pro meritis piæ conversationis ejus, sic peracta essent, sacro et omni memoria venerando tumulo ipsum condiderunt. Omnes deinde Episcopi, cum divino et religioso Clero ipsoque Imperatore, per multos dies sacris vigiliis eum honorarunt; magnisque laudibus celebrarunt plurimas ejus, propter Religionem et orthodoxam fidem, persecutiones et exilia, et mortem, quibus æternorum bonorum consecutus est felicitatem: quorum etiam nos omnes digni efficiamur, D
precibus et intercessione S. P. N. Pauli Confessoris, per gratiam Christi, cui gloria et imperium in secula seculorum. Amen. *Ita MS. nostrum.*

in ecclesiam quæ ab ipso nomen retinuit,

41 *Ex dictis colligimus, solennem hanc Translationem peractam esse, ut dixi in Commentario prævio,* VII *Junii, anno* CCCLXXXI. *Synodus enim, medio mensis Maji inchoata, non diu protracta est: statimque a Synodo, imo ea adhuc durante, cœpit ex Ancyranis partibus sacrum pignus appropinquare Constantinopolim. Ecclesiam porro hanc, quæ post illatas* S. Pauli *Reliquias, ab eo nomen accepit, ejus persecutor Macedonius ædificaverat, ut esset arx et munimentum hæresis suæ: sed divina providentia eamdem convertit in trophæum orthodoxæ fidei, et gloriosissimi Athletæ monumentum: est enim, teste Sozomeno,* ædes maxima et illustrissima. *Verum, ut sæpe in similibus fieri assolet, cum Ecclesia* S. Pauli *passim nuncuparetur, diceretur que in ea ejusdem Sancti Corpus esse reconditum: factum est, inquit Sozomenus,* ut multi, veritatem rei ignorantes, ac præsertim mulieres et quamplurimi ex plebe, Paulum Apostolum illic conditum esse suspicentur. *Neque error hic apud plebeios semper delituit: cum tempore ascendit ad digniores et præcipuos, etiam Principes ejusdem nationis. Hinc enim verosimi-* E
liter contigit, ut seculo XIII *Græcus aliquis (haud dubie non infimæ notæ) pro egregio munere ad Reginam Francorum ferre se putarit* Caput S. Pauli Apostoli. *Rem novam et sibi hactenus inauditam Regina defert ad* Clementem IV, *qui ab anno* MCCLXV *ad* MCCLXVIII *universali Ecclesiæ præsedit. Pontifex errorem ex parte dedocet, asserens,* Caput S. Pauli Apostoli *nullibi quam Romæ esse.*

unde postea Caput in Galliam allatum,

42 *Cum ergo fas sit credere Græcum istum non omnino impostorem fuisse, quin revera caput illud pro tali habitum Constantinopoli fuerit; suspicari quis posset, quamvis Apostoli non fuerit, pretiosum tamen thesaurum fuisse, si possessor novisset æstimare; Caput nempe hujus* S. Pauli Episcopi et Martyris. *In hanc sane conjecturam videtur propendere Baronius; et propenderemus etiam nos, nisi Caput cum corpore haberi Venetiis indicasset, Roma rediens, Collega noster Janningus, cujus ea de re hic subjicitur Appendix. Fuerit igitur, si vere* S. Pauli *nomen ac titulum affixum sibi habebat Caput allatum in Galliam, alterius cujuscumque* Pauli, *Martyris vel Confessoris: plures enim utriusque generis Græci in Menæis recolunt, diebus ac mensibus variis, et nos ex ipsis; in quibus etiam Episcopi duo; unus Plusiados in Bithynia, in exilio mortuus sub Iconomachis,* VIII *Martii; alter Corinthi, frater S. Petri Argivorum Episcopi,* XXVII *ejusdem.* F
Et hi fratres etiam Constantinopolitani fuerunt. De quibus vide dicta a nobis ad dies prænotatos.

sed hoc cum corpore creditur esse Venetiis.

42 *Hæc sunt quæ de sancto hoc Episcopo et Martyre, tanta ab Arianis perpesso, reperire potui, et per chronologiam, non omnino vero absimilem, digerere. In his siquid erratum fuerit, ne mireris, memor eruditissimi viri Godefridi Hermantii, qui postquam omnia, quæ ad hanc historiam pertinent diligenter est perscrutatus, tandem ante Sardicense Concilium narrata tertia expulsione, finem imponens dicit:* Reliqua huius vitæ, adeo intricatæ, difficile est debito ordine referre; cum Auctores coævi, ex quibus haurire deberemus, perpaucis de illo egerint, et quasi transeundo ad alia quædam, tantum pauca de passionibus ejus, eaque non satis distincte, narraverint.

APPENDIX I

De corpore S. Pauli Venetiis.

C. J.

C*olitur Venetiis die* VII *Junii,* Paulus Episcopus Constantinopolitanus

Cultus Venetiis,

A Constantinopolitanus et Martyr; *in urbe quidem tota sub ritu semiduplicis Officii de Communi Pontificis Martyris; in ecclesia vero Monialium S. Laurentii, ubi Corpus ipsius honorifice quiescit, sub ritu duplicis proprii, saltem quod attinet ad Lectiones secundi Nocturni atque Orationem, cujus hic tenor:* Omnipotens sempiternæ Deus, qui hodiernam diem B. Pauli, Martyris tui atque Pontificis, martyrio consecrasti; præsta quæsumus, ut qui tanti Episcopi passionem veneramur, ejus fide atque constantia roborati, ipsius et in præsenti mereamur habere auxilium, et in futuro consortium. *Innotuit nobis primum sanctus iste Martyr* ex Ordine recitandi divinum Officium, juxta ritum Ecclesiæ Patriarchalis et diœcesis Venetiarum, *quotannis imprimi solito: ex notitia nominis natum est desiderium sciendi pluscula, de ejus vita, gestis, martyrio: desiderium vero impulit me, cum paucis ab annis, videlicet Christi* MDCLXXXVI, *appulissem Venetias, ut primo quoque tempore adirem Ecclesiam S. Laurentii, coram cogniturus, quod absens desideraveram.*

in ecclesia S. Laurentii:

45 *Prima sive antiqua ejus nominis ecclesia fuit ab Angelo Participatio, Venetiarum Duce, sub initium* B *seculi noni, ut Sansovinus testatur, ædificata, una cum ecclesia S. Severi in insulis, quæ dicebantur* Gemellæ. *Utramque ab eodem commissam fuisse curæ quorumdam Monachorum, ait idem Sansovinus, negant alii; solumque Presbyteros ibi constitutos: in hoc autem conveniunt, quod anno* DCCCXLI *utraque ecclesia transierit in jus et potestatem Sanctimonialium Virginum, eo ab Orso, Angeli Ducis nepote et Episcopo Olivetensi, introductarum sub regimine sororis ejus Romanæ, tamquam primæ Abbatissæ, ad normam Regulæ Benedictinæ. Hæ vero cum reformationem Cluniacensem suscepissent, sub Abbatissa Trionissa Gradenica; sub ejusmodi disciplina tam feliciter processerunt, ut, præcipuis Venetæ nobilitatis familiis istic filias suas collocantibus; ut earum opibus ac potentia tantum splendoris atque amplitudinis, tantum sacrarum Reliquiarum sacræque supellectilis, accesserit ecclesiæ S. Laurentii, ut nulli secunda videri possit Venetiis totis; postquam scilicet, destructa veteri, novam a fundamentis ædificavit Sicara Carosia Abbatissa, sub finem seculi* XII.

quæ est Monacharum Ord. S. Benedicti:

ubi spectatur fere integra compages ossium.

46 *Istic, quod ad rem nostram præcipue facit, cernere est, per lucidam crystallum, summo cum decore exposita super aras duas veneranda ossa sanctorum Martyrum* Barbar., *de quo* XIV *Maji egimus, et* Pauli *Episcopi Constantinopolitani, de quo nunc agimus; ut de Reliquiis* S. Candidæ *Virginis et Martyris,* C *sanctorumque* Platonis *et* Ligorii *pariter Martyrum, necnon beatorum* Leonis Bembi *et* Joannis Plebani *Confessorum, modo nihil dicam. Ossa ergo* Pauli *in capsa, ut dixi, pellucida conspiciuntur, sic ordinata coaptataque inter se, ut corpus conflent in membris fere omnibus perfectum, paucis ad integritatem deficientibus. Id autem quomodo altatum ac corpus de loco in locum sit translatum, explicare cupienti, in manus venit libellus Italicus, quem D. Paulinus Flamma, Prior Cruciferorum, consarcinavit sub annum* MDCXLV, *inscriptum,* Vera origo ecclesiarum gloriosorum Martyrum Laurentii et Sebastiani.

Fuerunt illa inventa sub altari an. 1496 10 Apr.

47 *Ex ipsius ecclesiæ archivo oblatum postea est, ipsum illud originale ac Latinum scriptum, quod Flamma Italice in epitomen, eamque satis obscuram, contraxerat, estque hujusmodi:* Anno Domini MCCCCXCVI, die vero x mensis Aprilis, Ducante in inclita Venetiarum civitate Augustino Barbadico, inventum fuit Corpus S. Pauli Martyris et Episcopi in Ecclesia S. Laurentii Venetiarum, quod jam per bis centum sexaginta septem annos, in eadem absconditum fuerat. Præsidente in eodem Monasterio Venerabili D. Elisabeth Moline Abbatissa. Dum præfata D. Abbatissa, et D. Sacristanæ, quæ tunc erant, vellent ædificare unum altare S. Laurentii, diruentes D altare vetus, quod ibi erat, in ipso invenerunt quoddam sepulcrum marmoreum, in quo erat Corpus istud, in quibusdam pannis laneis involutum: et habebat super pectus pyxidem quamdam eburneam, in quo nihil erat præter paucos cineres, et ignorabatur cujus esset, et nullus aderat, qui posset recordari quando ibi positum fuisset: quia, ut jam dixi, jam erant ducenti sexaginta septem anni elapsi. Ambigentes igitur præfatæ Dominæ, quid de hac re agendum esset, statim hoc Reverendissimo Patriarchæ Thomæ Donato nuntiant: ipse vero tunc infirmitate detentus, per Venerabilem virum Jacobum de S. Daniele Vicarium suum, cum quibusdam religiosis viris, ad hoc videndum misit. Qui inspecto sepulcro, visoque Corpore, censuit illud non nisi alicujus Sancti esse; jussitque tolli, et in aliquo honesto loco reponi, donec aliquid certi haberetur. Præcepit insuper ipsis Monialibus, ut diligenter per omnes monasterii libros inquirerent, si forte in aliquo ipsorum materia aliqua de hoc exstaret. Cœperunt itaque Venerabiles Dominæ devote ac humiliter orare, ut dignaretur Deus per suam misericordiam nomen illud demonstrare.

Vetere capsa

48 Post aliquot vero dies, Domina quædam, dum E esset in Choro, propter hoc orans, vidit apud se Missale quoddam antiquissimum, et pene obliteratum: quod ipsum accipiens, dixit; O si Deus dignaretur mihi ostendere nomen servi sui! Et ipsum aperiens, invenit in principio scriptum, quæ Corpora, et quæ Reliquiæ Sanctorum, et in quo loco in dicta Ecclesia jacerent. Et perquirentes singula loca, omnia suis locis quemadmodum in dicto libro scriptum est, invenerunt. De hoc vero sic scriptum erat. In altari ab extra, quod est juxta cancellum, jacet Corpus S. Pauli Episcopi et Martyris, quod altare, est illud quod superius dixi. Sicut manifeste cognitum fuit illud est: Corpus S. Pauli præfati. De hoc S. Paulo habetur Vita et Passio in pluribus libris ipsius ecclesiæ, habetur etiam Missa de ipso propria, habentur Orationes in antiquis Missalibus. habetur etiam quo die festivitas ejus celebratur, septimo scilicet die Junii. Delatum fuit propterea Missale illud prædictum ad Reverendiss. D. Patriarcham præcitatum, qui eo viso super hoc habita diligenti consideratione, statuit ut sepulcrum aliquod in aliquo altari construeretur, in quo Reliquiæ præfatæ decenter collocarentur; quod et factum fuit. Sicque jussu ipsius D. Patriarchæ in dicto Millesimo, die vero primo mensis Maji, translatæ fuerunt; et in eodem sepulcro, cum Hymnis et Canticis, adstante maxima populi multitudine devotissime collocata fuerunt: ubi Deus per merita ipsius Martyris non cessat mira illud monstrare, et omnibus ipsum devote invocantibus, ab omni tribulatione et ægritudine, auxilium et levamen singulare præstare, ad laudem ejusdem Dei Patris omnipotentis, cui est laus et gloria, in secula seculorum. Amen.

et agnita cujus essent,

ex veteri Missali,

et decenter translata 1 Maji.

49 *Utinam servati similiter fuissent libri, continentes* Vitam et Passionem *prædictas; quas tamen non alterius fuisse* Pauli *quam* Constantinopolitani, *probat dies assumpti ab antiquo cultus. Fuit is dies verisimiliter, una cum corpore, allatus Constantinopoli. Quando autem aut a quibus allatum illud Venetias sit, frustra nunc quæsiverimus. Lectiones excusæ, indicata Translatione a Theodosio Imperatore facta, solum addunt:* Deinde Venetias in ecclesia S. Laurentii maxima veneratione asservatur. *Ac tempore sic finiunt.* Hic de patientia libellum tanto lepore confecit, ut mirum in modum ad tolerandas libenter tribulationes omnes excitet. *Nescio unde hoc potuerit haberi, cum neque Hieronymus, neque Photius,* Pauli *hujus meminerint inter Scriptores Ecclesiasticos. Quia modico differt*

An scripserit libellum de Patientia?

A AUCTORE C. J.

differunt Patientia *et* Pœnitentia, *suspicor occasionem ex Gennadio sumptam, apud quem cap.* 31 *legitur:* Paulus Episcopus *(incertum quis, verosimiliter tamen quod Latinus aliquis)* scripsit de pœnitentia libellum, in quo dat legem pœnitentibus, ita debere dolore de peccatis, ne supra mensuram tristitiæ, immensitate desperationis mergantur.

Translatio anni 1617.

50 *Historia Translationis facti anno* MDCXVII, *quia SS.* Paulo et Barbaro *communis erat, data est in Appendice ad* XIV *Maji: hic sufficiet monuisse, quod ea solennissime facta sit die* I *Februarii; et quod in capsula hæc legantur:* S. Pauli, Episcopi Constantinopolitani, qui ab Arianis occisus est anno Domini CCCLV, corpus repositum est in hac capsula, Kalendis Februarii MDCXVII, Reverenda Domina Adriana Contarena Abbatissa.

APPENDIX II

D

Continebit hæc Dissertationem de anno, quo obierit S. Alexander *Episcopus Constantinopolitanus, successor* S. Metrophanis, *de quo die* IV *Junii; decessor vero* S. Pauli, *de quo hic egimus; cujus Ordinatio et reliqua gestorum Chronologia ex obitu illo præcipue pendet. Sed quia in Metrophane supradicto anno* CCCXL, *quo obierit Alexander, fere magis supposui quam probavi; et hujusce rei tractatio non minus factura sit, ad illustranda quæ illic, quam quæ hic disputata sunt: putavi, reponendam esse Dissertationem hanc eo loco, qui utrique disputationi præmissæ magis communis est, id est in calce hujus ipsius Tomi; ne propter illam, needum plene absolutam, remora injiciatur currenti prælo.* NOT 3.

DE S. COLMANO SEU COLMOCO

EPISCOPO DROMORENSI IN HIBERNIA

B D. P.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

E

De ejus cultu, Sede Episcopali, nomine, ætate, et Actis fabulosis.

Cultus Ecclesiasticus

Colmanos *plures, Ecclesiastico cultu honorandos, nobis tradunt Hiberni, quamvis ipsimet vix norint eos satis distinguere. Is vero qui hodierno die colitur* Colmanus, primus *habetur* Ecclesiæ Dromorensis Episcopus. *De quo, præter Cultum honorem ei delatum, vix quidquam affirmare tuto possis: ita incerta sunt omnia. Sedes Episcopalis usque ad seculum duodecimum pene ignota; nomen varium, ætas dubia, Acta fabulosa.*

probatur ex Codice Salmanticensi,

2 *Quod venerationem Sancti, seu cultum a tempore ut aiunt immemorabili spectat; hunc probant primo Acta qualiscumque fidei: extant enim in codice MS. ante trecentos annos exarato, qui fuit olim Bibliothecæ Salmanticensis Collegii Societatis Jesu, nunc autem ad Musæum nostrum pertinet et continet Acta Sanctorum Hiberniæ; ac potissimum eorum, quorum tota tempore agebantur annua festivitas; ad hoc consimiliter conscriptos, ut eo in prædictorum Sanctorum solemnitatibus, vel inter divinum Officium vel ad mensam Religiosis familiis prælegeretur.* C *Secundum monumentum Ecclesiastici cultus,* S. Colmano *antiquitus delati, exhibet nobis Breviarium Cathedralis Ecclesiæ Aberdonensis, typis editum Edemburgi anno Christi* MDIX, *in quo sexta Junii præcipitur celebrandum festum cum solemniori, cum novem Lectionibus de vita Sancti, quæ ab Actis infra proferendis non differunt: additurque hæc Oratio:* Mentibus nostris Omnipotens Deus gloriam tuæ lucis infunde, et qui B. Colmoci, Confessoris tui atque Pontificis, festivitatem agimus; in æterna refrigeria, ipso intercedente, transferamur. Per Dominum etc.

Breviario Aberdonensi,

Verum quo pacto cultus ejus propagatus est usque ad hodiernam Scotiam? Non alia verosimiliter ratione, quam quod moderni Scoti Sanctos fere omnes Hibernos, suos faciant, aut saltem ad se spectare contendant, seseque eos esse, quorum majores antiquitus vocabat Scotos: quod quamvis convincatur erroris, cultum tamen hujus S. Colmani *confirmat. Non enim ipsum colerent Scoti, nisi eumdem ante coluissent Hiberni: sed illi, cum invenissent eum in horum Kalendariis, ad se traxerunt, non invitum. Sancti enim cultum sibi delatum non respuunt, tametsi subinde habeat aliquem errorem admixtum. Ceterum quod cultum apud Hibernos ha*buerit, *colligitur etiam ex Martyrologio Usuardi auctio per Greveuum, quod sic habet* VII *Junii:* In Hibernia Colmani, Episcopi et Confessoris. *Ex eodem aut aliis idem rescripsit Molanus; addidque, ex sua, ut credo, opinione;* de quo Beda in Historia gentis suæ. *Quod an recte adjectum sit, infra discutiemus.*

ab Hibernis ad Scotos translatus,

Memoria ejus in Martyrologus

Episcopatus Dromorensis,

3 *Sedes Episcopalis, ut supra dixi, usque ad seculum duodecimum ignota inter Episcopatus Hiberniæ: aut enim ipse numquam Episcopus Dromorensis fuit, aut certe successores non habuit. Ita Jacobus Waræus, Eques Auratus, diligenter satis scrutatus quidquid ad Præsules Hiberniæ pertineret, nobis testatur in Commentario de istorum Præsulibus, in quo de* S. Colmano *agens;* Ecclesia, *inquit,* Dromorensis originem suam debet S. Colmano, Aradeorum gente oriundo, primo Coenobii Mucknorensis apud Antrimenses Abbati, deinde primo hujus Sedis Episcopo. Hunc Jocelinus in Vita S. Patricii cap. 96, *apud nos num.* 83, Colmanelum vocat; sed Mocolmoc etiam dictum, notat vetustus Engussiani Martyrologii Scholiastes. Claruit Colmanus seculo VI: quippe qui natus fuit anno DXVI, obiit septimo Idus Junii: annum vero obitus ejus nondum invenimus. De hac Sede in Libro Centii Camerarii, quod miveris, nulla habetur mentio. Ideoque credibile videtur, aliquot seculis eam proprio caruisse Antistite. Sunt qui opinentur, toto eo tempore Diœcesi Archiepiscopi Armachani fuisse inclusam, atque ut Episcopatus erat olim tenuissimus, ita admodum pauca sunt, quæ de Episcopis traduntur. Ego certe non reperi, fateor, mentionem ullam Episcopi cujusquam Dromorensis post S. Colmanum, ante Anglorum tempora; nisi unius dicti Regan, qui obiisse dicitur anno MCI. *Hactenus Waræus. Auctores quos citat, Hiberni sunt, fidei non magnæ: Centius Camerarius, postea Honorius III Pontifex Romanus, cum adhuc esset Camerarius, censuum Romanæ Ecclesiæ pergrande volumen scripsit, inquit Ludovicus a S. Carolo in Bibliotheca Pontificia lib.* I. *Ibi forte invenerit Waræus enumeratos Episcopatus Hiberniæ, quotquot initio seculi* XIII *juris aliquid pendebant Romanæ, absque ulla mentione Dromorensis, quasi tunc non extitisset ille.*

F

scriptoribus antiquis ignotus,

usque ad Anglorum adventum, in dubio relictus.

A

Nomen sancti varium

4 *Altera lis est de nomine. Ordinarie quidem* Colmanus *appellatur; Aberdonense tamen Breviarium,* Colmocum *et* Colmum; *Ængussiani Martyrologii Scholiastes* Mocolmunn *vocat, ut supra retulit Waræus. At quo modo hæc omnia nomina tam diversa inter se conveniant, explicatum fere reperies* XXXI *Januarii, in Commentario prævio ad Vitam S. Aidani, qui etiam Ædus, Medocus, Moedocus vocatur: quæ si consideraveris facile reperies, quo modo idem* Colmanus, Colmocus, Colmus, Mocolmocus *appellari potuerit. Usserus, Waræus, Colganus, etiam* Colman *illum vocatum affirmant: et nihil mirum est, diminutiva ab Hibernis usurpari.*

Chronotaxis dubia et Acta fabulosa probantur

5 *Chronotaxim vero dubiam, et Acta fabulosa, eadem probant argumenta. De anno mortis nihil compertum fatetur Waræus: nativitatis, ipse, Usserum secutus, statuit* DXVI; *quod, nec unde refutem habeo, nec unde confirmem. Si tamen verum est; multa in Actis ejus per anachronismos falsi convincuntur. Imprimis cum introducitur S. Columba, Spiritu prophetico Mongano prænuntians; In ripa fluminis Locha, ab aliquo Sancto viro* Colmano *scilicet construendum monasterium: suspecta ut minimum redditur prophetia consideranti, S. Columbam loqui, tamquam de re diu post futura; cum Sanctus hic, quatuor annis post* Colmanum, *nempe circa* DXX, *prodierit in lucem:* Colmanus *vero, ex supposita Chronotaxi,* DXVI.

ex Anachronismis in prophetia S. Columbæ,

B

Vacillat item quod narratur de magisterio S. Caylani num. 2: is enim, teste Waræo, ex Abbate Nendrumensi factus est Episcopus Dunensis, sedecim annis antequam nasceretur S. Colmanus. *Forte dices, ut litteras disceret ad Episcopum missum, qui Abbas Nendrumensis prius fuerat; ideoque eumdem adhuc titulum, immo et Officium gerebat. Sed hoc incongruum: habent enim Episcopi plerumque quod ad Dei gloriam agant; quamvis Grammaticam non doceant.*

et Magisterio S. Caylani;

sed multo clarius ex resuscitatione Davidis Menevensis.

6 *Verum, omissis reliquis, considera, quam inepte fingatur* S. Colmanus *suscitasse S. Davidem, postea Menevensem in Anglia Episcopum, mortuum materno utero effusum; et hoc quidem in reditu ab Urbe, ubi Episcopus consecratus fuerat a S. Gregorio. S. David Episcopus multis annis ante* S. Colmanum *natus est, quia ut ostensum est* I *Martii, ad Vitam ejus, anno* DXIX *fuit ordinatus. Et Gregorius Magnus Pontificatum tenuit ab anno* DLXXXX; *a quo* Colmanus *consecratus dicitur, antequam Davidem infantem suscitaret, nempe septuagesimo post susceptum a prædicto Davide Episcopatum.*

et Episcopali consecratione a S. Gregorio suscepta

C

Causæ ob quas Acta fabulosa hic dentur.

6 *Sunt et aliæ in Actis, quæ Lectori displiceant, ineptiæ potius, quam fabellæ; et fortassis erit non nemo, qui judicet, convenientius ejusmodi Acta in hoc opere supprimi, quam vulgari. Idem et meum erat judicium. Sed interim considerans plerorumque Hibernorum Sanctorum, nec exstare alia, nec certiora; credidi non omnino inutile futurum publico, si hactenus inedita, et a nemine forsan edenda, curioso proponerentur Lectori, præsertim cum Breviarii Aberdonensis collector, ex iis Lectiones pro Divino Officio desumpserit: sæpiusque citentur ab Hibernis Historicis, quibus vix alia suppetunt rerum patriarum monumenta.*

ACTA FABULOSA

Ex Manuscripto nostro Salmanticensi.

CAPUT I.

Vaticinia de futura sanctitate, pueritia miraculis honorata, Monasticæ vitæ initia.

Beatissimus vir Colmanus, Drumorensis *a* Episcopus, Aradeorum *b* gente fuit oriundus: cujus privilegium sanctitatis, S. Patritio Hiberniensium Apostolo, longe antequam nasceretur, a Deo est revelatum. Dum enim aliquando ab Ardmachano ad Sabballense *c* properaret monasterium: apud quemdam hospitatus est Episcopum, qui ob reverentiam tanti hospitis, se suumque locum, crastina die recedenti obtulit. Quod verus mundi contemptor accipere renuit, dicens *d*: Non mihi a Deo traditus es, sed post sexaginta annos nascituro, qui in valle vicina, quam paulo antea, Missam decantans, Angelica multitudine frequentari per fenestram ecclesiæ conspexi, suum fundabit monasterium. Alii quoque Episcopo, a se eisdem partibus ordinato, se suaque omnia ipsi tradere volenti, similiter ait. Beatus quoque Abbas Columba in campo Conalleorum *e* nobili Mongano *f*, se suamque posteritatem ei offerre cupienti, de eodem Colmano simili prophetico spiritu dixit: Crede mihi quod te suscipere nequeo, quia eamdam sancto viro, qui in Aquilonali ripa fluminis, cui nomen Lochæ *g*, suum construet monasterium, donatus es a Deo. Hic enim apud Deum et homines erit venerabilis.

D

ex ms.

a *b* *c* *d* *e* *f* *g*

Colmanus S. Patricio revelatus,

et S. Columbæ:

2 Pontifex vero Colmanus *h* patruus suus, beatum infantem in fonte novo, quem Deus omnipotens in ipsius honorem de terra jam erumpere fecerat, baptizavit. Tempore post hæc transacto, dum parentum vitulos quodam die custodiret: lupus unum illorum eo dormiente abstulit, atque comedit. Quem puer sanctus, a somno excitatus, diligenter quæsivit; sed non nisi ossa, et partem corii ejus invenit: quæ secum deferens, eodem corio circumamicta, coram vacca deposuit, ac deinde signo Crucis salutiferæ signavit. Nec mora, vitulus, sanus atque integer, surrexit. Posthæc ad S. Caylanum *i* Nendrumensem Abbatem, ut apud eum litteras addisceret, a parentibus traditus est: qui eum diligenter instruxit, et bonis moribus informavit. Eo vero vita et moribus proficiente, quadam die, cum lectionem suam memoriæ commendaret, patrem Abbatem, quid ulterius facere deberet, interrogavit. Cui pater spiritualis respondit: Petram illam, in qua offendunt Fratres ad Matutinas euntes, comminue: quod ille, signo Crucis prius opposito, perfecit. Rursusque eumdem, quid adhuc ageret interrogavit; Cui Abbas ait: An, quod tibi dictum est, perfecisti? Veræ humilitatis professor respondit; Deus quidem perfecit. Caylanus dixit: In vicinum mare fragmenta illius lapidis projice. Quod Angelis cooperantibus ipse complevit. Unde fragmenta illa, divina virtute in unum coadunata, Petra Colmanni vocatur.

h

baptizatur a patruo suo Colmano:

E

vitulum a Lupo devoratum resuscitat.

i

Litteras docetur a S. Caylano:

ex obedientia petram Cruce comminuit,

et fragmenta in mare projecta rursus coadunat.

F

3 His et consimilibus ibidem per Deum ostensis miraculis, benedictione magistri obtenta, Aylbeum *k* Ymlicensem Episcopum, sapientem ac religiosum virum, adivit, ut lineam recte vivendi ab eo disceret. Apud quem divinarum scripturarum studiis, jejunio, orationi, et vigiliis sedule assistens, aliquot annis docilis mansit, multaque miracula per eum Deus fecit. Concedente itaque S. Aylbeo ad terram nativitatis reversus, sanctos Patres, videlicet Episcopum Colmanum suum patruum, Caylanumque doctorem suum, visitavit; cum quo aliquantulum demoratus, exemplar omnium virtutum; Monachos ad meliora exhortabatur. Deinde sæpe venerabilem Macnyseum, Conderensem *l* Episcopum petiit, qui hospitum præsciens adventum, eis necessaria jussit præparari. Ille itaque illuc perveniens, in omni hilaritate susceptus est: ibique paucis diebus mansit. Dehinc, inito consilio, venerabilem senem, ubi locum serviendi Deo fundare deberet, consuluit. Qui respondit; Voluntas Dei est, ut in finibus campi Coba *m* tibi construas monasterium.

k

Fit discipulus S. Aylbei,

deinde suos revisit.

S. Macnisius divinitus ei designat locum

l

m

A

APPENDIX F. B.

An S. Colmanus Dromorensi etiam Episcopus fuerit Lindisfarnensis in Anglia,

Proponitur opinio Molani

Molanus in Usuardi Martyrologio a se aucto, septimæ Junii annectit hæc pauca verba, quæ non exiguam possint suscitare controversiam : In Hibernia, inquit, Colmani, Episcopi et Confessoris, de quo Beda in Historia gentis suæ. *Priora quidem verba desumpsit ex Greveni Martyrologio, ut supra diximus; alteram partem, an ex alio auctore acceperit, an ex propria opinione vel conjectura addiderit, non facile affirmavero. Citat autem in margine lib. 3 caput 26. et lib. 4 caput 4. Et initio quidem Molani error intolerabilis videbatur, quippe* Colmanus *iste, de quo agit Beda locis supra citatis, non* Dromorensis *in Hibernia, sed* Lindisfarnensis *in Anglia fuit* Episcopus : *et postquam inde, ob ritum Paschatis celebrandi Hibernicum, cujus plusquam par erat, fuit tenax, ad Hienses primum, deinde in Hiberniam rediit, duo legitur construxisse Monasteria; primum non procul ab Hiensi insula,* Imsbofinde *dictum, quod* insulam vitulæ albæ *significat : alterum*

et causa ob quas videatur rejicienda

B

Mageo *dictum in Hibernia. Sed de Muckmorensi cœnobio, cujus primus Abbas habetur ab Hibernis historicis, nulla mentio apud Bedam : quæ omnia suaderent, alium* Colmanum Dromorensem Episcopum, *alium* Lindisfarnensem *esse.*

rursumque alia ob quas amplectenda.

2 *Verum dum considero,* Colmanum Lindisfarnensem, *virum sanctimonia clarum, et Ecclesiastico cultu dignissimum nullo quod sciam alio die coli, tacente id etiam Colgano, ubi de eo agit in Triade pag.* 382 *num.* 16, *quamvis ex Quatuor-Magistrorum sententia eum dicat obiisse* VIII *Augusti : dum præterea adverto, Episcopatum Dromorensem, ab ætate* S. Colmani *usque ad seculum duodecimum, fuisse historicis quasi incognitum, nullumque toto intermedio illo tempore exstitisse Sancti successorem, unde putarunt, aliqui, eo tempore Episcopatum Dromorensem, Ardmachano Archiepiscopatui fuisse inclusum : denique dum reperio, in Actis fabulosis vestigium aliquod antiquæ memoriæ seu traditionis, quæ doceat peregre ordinatum fuisse* S. Colmanum *(fingitur enim id factum Romæ). Hæc, inquam, considerans, cœpi ulterius mecum cogitare, an non tolerabili ex conjectura dici posset* S. Colmanus, *prius Hiensis Monachus, deinde Muckmorensis primus Abbas fuisse : defuncto autem in Britannia*

C

Finano Lindisfarnensi Episcopo, illuc profectus Ecclesiam illam regendam suscepisse, tenuisseque per triennium; posteaque reversus in Hiberniam, relicto Episcopatu, constructis duobus aliis monasteriis, reliquo vitæ tempore, Dromoræ (quæ parva est urbecula) assentiente Archiepiscopo Ardmachano Episcopalia munia exercuisse, rudes ad virtutem instruendo, baptizando, confirmando, prædicando, ideoque post centenos aliquot annos, per obsoleta plebeiæ traditionis vestigia, creditus sit primus fuisse Dromorensis Episcopus, alibi ordinatus.

Solvitur et alia contra Molanum objectio:

3 *Obesse videtur huic opinioni, quod* Mago *monasterium nobile sit in Conacia* (qui nunc est, *inquit Colganus*, Comitatus de Mageo *quodque* Inisbofinde, *modico discreta freto, ad prædicti Comitatus jura pertineat:* Dromora *vero sita est in Lagenia, Incongrue igitur diceretur, inquies, Sanctus, relictis suis Monachis, qui ipsum ex Anglia fuerant secuti, procul inde sedem sibi delegisse. Verumtamen cur dici nequeat, post constructum et recte ordinatum utrumque monasterium, cum esset Episcopus, Apostolicorum laborum causa diversas adiisse plagas ejusdem insulæ, et Dromoræ casu aliquo substitisse, forsan spe illic fundandi monasterii : quid enim aliud ageret vir, peregrinationibus pro divina gloria jam assuetus, de erigendis monasteriis solicitus, sanctissimorum Præsulum Columbæ, Aidani, Finani, vestigiis præclare insistens.*

D

conjectura relinquitur judicio Lectoris

4 *Ista igitur si conjectura placeat, facile causam inveniet Lector, cur Sedes Dromorensis usque ad seculum duodecimum fuerit historicis incognita, etiam Centio Camerario, quod miratur Waræus; et cur* Colmanus, *per tria ut minimum secula, nullum habuerit successorem. Si ista, inquam, conjectura placuerit, sequetur,* S. Colmanum *hunc, non seculi sexti initio, sed vel in fine ejus, vel sequentis exordio natum fuisse. Anno enim* DCLXIV *Lindisfarnensis Episcopus conventui Farensi interfuit, cui tam diu supervixisse debuit, ut monasteria duo, non simul, sed successive extruere potuerit. Nihil præterea de ætate ejus aut vitæ tempore reperio : opinionem enim Colgani, suspicantis,* Colmanum Lindisfarnensem, *fuisse Columbanum nepotem Briuni, illum qui (teste Adamnano in Vita S. Columbæ, apud nos num.* 52) *vasculum ferebat lacte plenum, ex quo Sanctus dæmonem signo Crucis expulit, rejecimus ibidem Annotato* d.

Colmani Lindisfarnensis ætas.

Acta ex Beda

5 *Acta ejus habes apud Bedam lib.* 3 *cap.* 25 *et* 26, *l.* 4 *cap.* 4. Anno Dominicæ Incarnationis DCLXI defuncto Finano *Lindisfarnensi Episcopo*, qui post Aidanum fuit, Colmanus *successit* in Episcopatum, et ipse missus a Scotia. *Triennio post*, anno Dominicæ incarnationis sexcentesimo sexagesimo quarto, qui fuit Ossui Regis vigesimus secundus, Episcopatus autem Scotorum, quem gesserunt in Provincia Anglorum annus trigesimus, siquidem Aidanus decem et septem annis, Finanus decem, Colmanus tribus Episcopatum tenuere. *Hic* videns, *in conventu Farensi*, doctrinam suam spretam, sectamque esse despectam ; assumptis his qui se sequi voluerunt, id est, qui Pascha catholicum et tonsuram coronæ recipere nolebant, in Scotiam regressus est, tractaturus cum suis, quid de his facere deberet..... Eo autem abeunte suscepit Episcopatum Nordanhumbrorum famulus Christi Tuda, qui erat apud Scottos Austrinos eruditus atque ordinatus Episcopus, habens juxta morem provinciæ illius Coronam Tonsuræ Ecclesiasticæ, et Catholicam temporis Paschalis regulam observans. Vir quidem bonus ac Religiosus, sed permodico tempore Ecclesiam regens : venerat enim de Scottia, tenente adhuc Pontificatum Colmano. Porro Fratribus, qui in Lindisfarnensi ecclesia, Scottis abeuntibus remanere maluerunt, præpositus est Abbatis jure Vir reverendissimus et mansuetissimus Eata, qui erat Abbas in monasterio quod vocatur Mailros : quod aiunt Colmanum abeuntem petiisse et impetrasse a Rege Ossui; eo quod esset idem Eata unus de duodecim pueris Aidani, quos primo Episcopatus sui tempore de natione Anglorum erudiendos in Christo accepit. Multum namque eumdem Episcopum Colmanum, Rex pro insita illi prudentia, diligebat. Abiens autem domum Colman...... assumpsit secum partem ossium Reverendissimi Patris Aidani ; partem vero in ecclesia cui præerat reliquit, et in secretario ejus condi præcepit.

Episcopatum triennio administrat

E

victus in causa Paschatis celebrandi,

resignat Episcopatum

et impetrato ad regimen monasterii successore,

F

assumptisque Reliquiis S. Aidani,

cum discipulis redit in Hiberniam

6 Colmanus *autem* relinquens Brittanniam *pergit Beda lib.* 4 *cap.* 4 tulit secum omnes, quos in Lindisfarnensium insula congregaverat, Scottos : sed et de gente Anglorum viros circiter triginta, qui utrique monachicæ conversationis erant studiis imbuti. Et relictis in Ecclesia sua aliquot Fratribus, primo venit ad insulam Hii, unde erat ad prædicandum Verbum Anglorum genti destinatus. Deinde secessit ad insulam quamdam parvam, quæ ad Occidentalem plagam ab Hibernia procul secreta, sermone Scottico Inhisboufende, id est Insula vitulæ albæ nuncupatur. In hanc ergo perveniens, construxit monasterium ; et Monachos inibi, quos de utraque natione collectos adduxerat, collocavit. Qui cum

quibus unum fundat monasterium

A cum invicem concordare non possent, eo quod Scotti tempore æstatis, quo fruges erant colligendæ, relicto monasterio per nota sibi loca dispersi vagarentur; at vero hieme succedente redirent, et his quæ Angli præparaverant, communiter desiderarent; quæsivit Colmanus huic dissensioni remedium: et circumiens omnia prope vel longe, invenit locum in Hibernia Insula, aptum monasterio construendo, qui lingua Scottorum Mageo nominatur; emitque partem ejus non grandem, ad construendum ibi monasterium, a Comite ad cujus possessionem pertinebat; ea conditione addita, ut pro ipso etiam, qui eis locum commodaret, consistentes ibi Monachi Domino preces offerrent. Et constructo statim monasterio, juvante etiam Comite et vicinis omnibus, Anglos ibidem locavit, relictis in præfata insula Scottis. Quod videlicet monasterium usque hodie ab Anglis tenetur incolis. Ipsum namque est, quod nunc grande de modico effectum, Mageo consuete vocatur; et conversis jam dudum ad meliora institutis omnibus, egregium examen continet Monachorum, qui de provincia Anglorum ibidem collecti, ad exemplum venerabilium Patrum, sub regula et Abbate B Canonico, in magna continentia et sinceritate, proprio labore manuum vivunt.

et alterum.

7 *Virtutes ejus paucis proposuit idem venerabilis Beda lib.* 3, *Cap.* 26: Quantæ *inquiens*, parcimoniæ, cujusque continentiæ fuerit ipse cum prædecessoribus suis, testabatur etiam locus ille quem regebat; ubi abeuntibus eis, excepta Ecclesia, paucissimæ domus repertæ sunt; hoc est illæ solummodo, sine quibus conversatio civilis esse nullatenus poterat. Nihil pecuniarum absque pecoribus habebant: si quid enim pecuniæ a divitibus accipiebant, mox pauperibus dabant. Nam neque ad susceptionem potentium seculi, vel pecunias colligi vel domos providere necesse fuit, qui numquam ad ecclesiam, nisi orationis tantum et audiendi Verbum Dei causa, veniebant. Rex ipse, cum opportunitas exegisset, cum quinque tantum aut sex ministris veniebat; et expleta in ecclesia oratione, discedebat. Quod si forte eos ibi refici contingeret, simplici tantum et quotidiano Fratrum cibo contenti, nihil ultra quærebant. D Tota enim tunc fuit solicitudo Doctoribus illis, Deo serviendi, non seculo; tota, cordis excolendi, non ventris. Unde et in magna erat veneratione tempore illo religionis habitus; ita ut ubicumque Clericus aliquis aut Monachus adveniret, gaudenter ab omnibus tamquam Dei famulus exciperetur. Etiamsi in itinere pergens inveniretur, accurrebant et flexa cervice, vel manu signari, vel ore illius se benedici gaudebant; verbis quoque horum exhortatoriis diligenter auditum præbebant. Sed et diebus Dominicis ad ecclesiam sive ad monasteria certatim, non reficiendi corporis, sed audiendi sermonis Dei gratia confluebant: et si quis Sacerdotum in vicum forte deveniret, mox congregati in unum vicani, verbum vitæ ab illo expetere curabant. Nam neque alia ipsis Sacerdotibus aut Clericis vicos adeundi, quam prædicandi, baptizandi, infirmos visitandi, et, ut breviter dicam, animas curandi causa fuit. Qui in tantum erant ab omni avaritiæ peste castigati, ut nemo territoria ac possessiones ad construenda monasteria, nisi a potestatibus seculi coactus, acciperet. Quæ consuetudo per omnia aliquando post hæc tempore, in Ecclesiis Nordanhymbrorum servata est. *Hactenus Beda, quibus non solum* Colmani, *sed* E *et prædecessorum et discipulorum ejus laudat virtutes; ut merito de seipso apud Bedam, lib.* 3 *cap.* 25 *dicere potuerit:* Cum plurimi, *ex prædecessoribus meis*, fuerint, quorum sanctitati cœlestia signa, et virtutum quæ fecerunt miracula testimonium præbuerunt; eos ipse Sanctos esse non dubitans, semper eorum vitam, mores et disciplinam sequi non desisto. *Discipulis vero ejus ipsique Sancto id accommodare liceat, quod de Sanctis Episcopis canit Ecclesia ex sermone S. Maximi;* cum dicat Scriptura, Gloria patris est filius sapiens; quantæ hujus sint gloriæ, qui tantorum filiorum sapientia et devotione lætatur? *Hæc dicta sint, ut nemo miretur, quod Molani conjecturam secutus,* Colmanum, Lindisfarnensem Episcopum, *Sanctorum cultu dignum æstimaverim.*

laudatur ejus successorum et discipulorum parcimonia et continentia

AUCTORE F. B.

inde ab omnibus honorati

et ipse ecclesiastico cultu non indignus judicatur

DE S. WLPHLAGIO

PRESBYTERO, CURIONE RUENSI

C

IN PONTIVO, GALLIÆ REGIONE

F

COMMENTARIUS HISTORICUS

§. I. Patria sancti, ac pia educatio et vita in conjugio; susceptum, e pœnitentia causa depositum, officium Curionis.

G. H.

SEC. VII

Rua, *seu* Rugua, *vel* Ruga ad Madiam, *vulgo* Rue sur Maje, *oppidum Pontivi, in Gallia, haud procul ab Oceano Britannico, inter Somonam et Altiliam fluvios, celebratur tum ob venerationem Spiritus sancti, tam ob cultum* S. Wlflagii Presbyteri, *vulgo* S. Wlfly, *ibidem olim Ecclesiæ Spiritus sancti Pastoris, quæ modo ipsi* S. Vulflagio *est dicata: quia ipse ut Patronus dictæ Ecclesiæ ibidem ad hunc diem* VII *Junii honoratur. De eo in antiquo MS. Martyrologio Centulensi sive S. Richarii monasterii in eodem Pontivo, a* Rua *circiter quinque leucis Gallicis dissiti, ista leguntur:* In pago Pontivo Sancti Wlflagii Presbyteri et Pastoris. *Integer pagus Pontivus est in diœcesi Ambianensi. Hinc Andreas Saussayus, in Supplemento Martyrologii Gallicani, ita exorditur elogium hujus Sancti.*

Memoria in MS. Martyrologio Centulensi

2 In Ambianensi tractu S. Wlphagii, Presbyteri et Confessoris, qui Pontivus ortu, a prima ætate, cum in sacra propensus esset, Clericali matriculæ se adscribendum curavit: inde tamen, quod forte adolescentiæ efferatos motus pertimesceret, legitimo sese matrimonio obstrinxit: in quo cum juste et sobrie viveret, moresque præferret ad omnem pietatem compositos, Ruæ oppiduli, mortuo Sacerdote, in Pastorem electus ac assumptus, aliquo tempore, multa dignus laude, ob egregie administratum munus, enituit. Verum instigante livido humani generis hoste, in idipsum cum uxore, quam pro sorore jam habebat, reversus est, multa cum gregis sui offensione. Sed aspirante Domino, mox ad pœnitentiam flexus, in delicti expiationem, relictis omnibus, Hierosolymam, sacra Redemptoris

Elogium Saussayi

vestigia

A *charius*, *sive* Raginarius *fuerit nuncupatus; quod deinde nomen communicatum sit toti terræ tractui, ad arcem ejusmodi pertinenti.*

AUCTORE G. H.

G. H.

sub R. Dagoberto I.

12 *Ut ut est, habet regiuncula illa Parochum ab Episcopo constitutum, ex eo utique tempore, quo ibi* S. Wlphlagius, *ibidem ut Ignatio Carmelitæ et Simoni Martin placet vita functus, certe tumulatus, miraculis clarescere cœpit. Defunctum autem illi putant tempore Dagoberti I Regis Francorum, antequam S. Richarius, Pater ejus spiritualis, moreretur, quod probat hoc modo dictus Ignatius. Cum* S. Richarius XXVI Aprilis, *ut Alcuinus in ejus Vita a nobis edita scribit,* spiritum emisisset, positus in sepulcro a discipulo Sigobardo, ubi ipse præceperat; *scilicet in Foresto monasterio, quod etiamnum extat sub proprio Abbate, sed ob censum exiguum ibidem pauci subsunt Monachi: ibi jacuit* spatio V mensium et XII dierum, id est a VI Kalendas Maji ad VII Idus Octobris, *uti in aliis Actis legitur. Tunc, inquit Ignatius,* cum Monachi Centulenses vellent Corpus S. Richarii Fundatoris in ad cœnobium suum transferre, obstitit Sigoardus, nisi in hujus locum ad Foreste monasterium ante transferretur corpus S. Wlflagii, sepultum in B Raginariselusa loco ad monasterium Centulense pertinente; *et ideo, ut Simon Martin ait, postea appellatum* Reclusum S. Richarii. Concessit id Ocialdus Abbas Centulensis, S. Richarii successor. Qui cum suis Monachis accessit ad sepulcrum S. Wlflagii: corpus elevarunt, et cum solemni processione ac luminibus accensis inter cantica et laudes divinas detulerunt ad ecclesiam S. Mariæ in Foresti monasterio; et inde extulerunt corpus S. Richarii, atque ad proprium ejus monasterium Centulense portarunt. *Hæc Ignatius ex* Archivio, *inquit,* Ruensi *et inde probat* S. Wlflagium *uno alterove anno ante S. Richarium, e hac vita mortali migrasse. Neque obstant hæc verba antiquioris Vitæ:* Locus in quo Sanctus Domino servivit, in territorio villæ Ruguæ situs est, qui antiquitus subjacet monasterio B. Richarii Confessoris; *ubi vox* antiquitus, *respectu temporis quo illa Vita post aliquot secula fuit scripta, accipienda est: neque ideo cum Malbranco, ad tempora Caroli Martelli aut Pippini Regis, differendus est Sancti obitus. Translationem hanc Corporis ad Foreste monasterium factam esse Kalendis Octobris, indicat dictus Malbrancus lib. 6 cap. 32, quo die inscripta est Martyrologio MS. Centulensi festivitas* S. Wlflagii Presbyteri et Confessoris in pago Pontivo, *et* natalis *iterum appellatur, loco* translationis: *et deinde celebrata per octo dies hac solemnitate, die* IX *Octobris,* C *facta est* Translatio S. Richarii, de eremo in locum monasterii a se fundati, *uti ex eodem Martyrologio retulimus ad* XXVI *Aprilis, diem ejus natalem.*

inde corpus transfertur ad Foreste monasterium:

13 *Permansit sacrum corpus* S. Wlflagii *in dicto Foresto monasterio per aliquot secula, multis miraculis clarum; postea ad monasterium* S. Salvii, a fundatore suo, in corpore ibidem quiescente, sic appellatum; vulgo Monasteriolum *seu* Monstrolium, *oppidum munitum prope ostium Cancei fluminis, delatum est, quod ob incursionem Normannorum factum, asserit Malbrancus. Verum Ignatius Carmelita attribuit eam translationem Arnulpho Comiti Flandrensi, qui post obitum Adolphi fratris, anno* DCCCCXXXIII *mortui, obtinuit Bononiam et vicinas ditiones; ac postea,* capto Monasteriolo castro regio, Pontivam provinciam propriæ ditioni subegit, eoque transtulit S. Richarium, et S. Walaricum, et in castro Monasteriolo servari præcepit, *uti ea pluribus leguntur* XXVI *Aprilis ad Historiam Relationis S. Richarii, a nobis editam pag.* 457; *et Kalendis Aprilis, ad Acta S. Walarici ejusque Relationem, num.* 2. *Quo etiam tempore corpus* S. Wlflagii *delatum fuisse Monstrolium arbitratur dictus Ignatius, ibique permansisse, depositum* D *in ecclesia Abbatiali S. Salvii Ordinis Benedictini, ubi plura Sanctorum corpora magna cum veneratione asservantur.* Postmodum, *inquit Malbrancus,* non solum Ruguenses, Bononicos, Morinos, S. Wlflagii veneratio Monstrolium pertraxit; sed etiam Monstrolienses ipsum, ejus beneficiis recreati et illecti, inter Tutelares suos et Patronos retulerunt, templum Wlflagiano numini nominique erigendo et indigetando, quod modo occupant religiosi ascetæ de Monte Carmelo et ut Præsidem venerantur suum.. Quin etiam Wlflagii augescente gloria, ulterius processit populi munificentia: quippe anno M CCCXXXV, capsa ejus inveterascente, aut potius pretiosiorem per sua beneficia exigente materiem; fabro mandatum exquisitissimo, ut novam architectatus, divite multoque incrustraret argento. Qua confecta, evocatus est Ambianorum, dein Morinorum Episcopus, Joannes cognomento Juvenis, ad Wlflagii corpus in ditiorem illam thecam transferendum: qui ad condictum diem festivæ illi Translationi, Aprilis vicesimo operam navans, comperit in antiquo scrinio hæc verba argenteæ laminæ incisa: HIC CONTINETUR CORPUS SANCTI WLFLAGII CONFESSORIS. *Hæc fere eadem habet Ignatius Carmelita, nisi quod asserat, Translationem hanc factam per Coadjutorem* F *dicti Joannis Juvenis, Episcopi Ambianensis.*

inde Monstrolium:

ecclesia illi construitur:

Corpus novæ thecæ impositum an 1135.

§. IV. Reliquiæ cum Ruensi et Ambianensi Ecclesiis, non sine Monstrolensium sensu, communicatæ.

C*reverat interea Ruensibus erga suum olim Pastorem,* Wlphlagium, *devotio tanta, ut ecclesias duas Parochiales nomini ejus dicatas haberent; neque explere eam posse viderentur, aut satis condigne venerari illum, nisi Monstrolio reciperent Corpus, vel saltem aliquas ejus Reliquias. Clero igitur Populoque Ruensi postulante, animum induxit* Franciscus le Fevre de Caumartin, *Episcopus Ambianensis, ut Monstrolium pro suo Episcopali munere visitans, effectum daret, quod illi tam juste videbantur exigere. Quæ res quam ægris Monstroliensium animis accepta sit, quantumque in periculum adduxerit Episcopum, et quo exitu fuerit feliciter terminata, malo ex publicis Actis, Gallice descriptis impressisque, Latine reddere, quam aliena epitome uti. Primus actus in Conventu Gallicani Cleri anno* MDCXXXV *die* VIII *Augusti, Parisiis, præsidente Archiepiscopi Turonensis Coadjutore celebratus, ita describitur, in Processu quem vocant verbali Congregationis istius.*

Ruensibus Reliquiam petentibus,

15 Dum Acta in priori conventu recitarentur F a Domino de la Meschiniere, supervenit D. Archiepiscopus Burdegalensis, locumque suum sumpsit: Dominus autem Episcopus Ambianensis supplicavit, ut audiretur super facto quodam, in quo honor et auctoritas Ecclesiæ fuerat vehementer læsa. Facta ergo sibi dicendi potestate, minutim deduxit injuriam, sibi in ecclesia Monstroliensi irrogatam, anno MDCXXXIV, die VII Junii; ubi cum visitationem prosequeretur, et secundum formam juris providisset supplicationi, sibi a parochiæ Ruensis habitatoribus porrectæ, pro impetranda parte aliqua Reliquiarum S. Wlflagii, cujus corpus olim deposuerant in monasterio S. Salvii apud præd. Monstrolium; assentientibus Monachis, separaverat inde partes aliquas, prædd. Ruensibus Parochianis donandas. Verum ipsius Monstrolii incolæ, prætextu devotionis, quo erga præd. Sanctum moveri se protestabantur, et cujus Reliquiis privari se nullatenus ferrent; vehementer concitati, pulsatis campanis arreptisque armis, tumultuario concurrerunt in ecclesiam, et coram Majore atque Scabinis,

Episc. Ambianensis, eam illis daturus 1634,

A binis, facto impetu in Episcopum, a Sacramento Confirmationis, plus quam bis mille hominibus conferendo, venientem; ipsum, ut erat rochetum, epomidem, et stolam indutus, absque aliquo dignitatis respectu, prostraverunt in terram; pluribusque ictibus contuderunt, tam intra quam extra ecclesiam: sic ut vulgi furentis manum ægre evaserit, adjuvantibus Toparcha S. Mauritii, et Domino Michon Sergeantio Majore loci, qui ad auxilium ferendum accurrerant.

a Monstroliensibus indigne violatur;

16 Sic per noctem elapsus ipse, questus est Regi de commissa contra se violentia: qui mox Commissarium eo misit, informationem sumpturum de prædictis. Hic omnia veritati consona inveniens, quosdam ex civibus in judicium traxit: ipse vero xxv Junii seditionis auctores excommunicatos declaravit, oppidumque cum suburbio supposuit Interdicto: quod tamen uno mense post suspendit, ad instantiam duorum civium, totius oppidi nomine sibi factam, usque ad primum diem hujus currentis anni. Eo termino ad exitum vergente, alii duo cives similiter supplicaverunt, ut sententiam vellet ad semestre alterum suspensam tenere; quod etiam B indulsit, assignans eis xiv Junii præsentis. Verum hoc etiam die appropinquante, cum nihil videret a Monstroliensibus moveri, ad testandam commissi facinoris pœnitentiam, et satisfactionem aliquam Ecclesiæ præstandam, continuavit nihilominus, etiam non rogatus, suspensionem usque in diem xv Augusti. Ipsis autem in sua pertinacia remanentibus ne culpam agnoscerent, supplicare illum Congregationi, ut sibi quid agendum suggerat et provideat; reparandæ injuriæ contra Ecclesiam suamque personam factæ, omne jus suum eidem committens.

qui impetrata eis a Rege delicti venia,

et Interdicto suspenso, nihil proficiens,

rem committit conventui Cleri.

17 Exhorruit ad facinus tam enorme Congregatio, laudataque prudentia et mansuetudine Episcopi Ambianensis, in toto processu monstrata, examinavit mature ac morose totius causæ statum, ipsamque in crastinum definiendam remisit. Tum vero resumpta eadem querela fuit, omnibusque circumstantiis diligenter expensis, facinus dd. civium Monstroliensium, commissum contra præd. D. Episcopum, in habitu suæ dignitatis et functione sui muneris constitutum, censuit enorme sacrilegium continere, et contemptum religionis nequaquam tolerabilem. Quare pro curanda reparatione criminis, et populo illo ad officium revocando, Congregatio ipsa sibi causam assumpsit; Episcopumque C præd. rogavit, nequid amplius ageret vel statueret, nisi cum cognitione cœtus totius; quando jam non amplius ageretur res sua, sed causa communis Cleri totius, injungens Promotoribus, ut quibuscumque occasionibus id exigentibus, de negotii illius statu ad se referrent, ut citra moram providere possit. *His præmissis secuta est die* xx *Septembris ab Episcopo Ambianensi sententia, Interdictum tollens tenoris sequentis.*

Ipsis deinde pœnitentibus,

18 Franciscus, Dei misericordia Ambianensis Episcopus, omnibus, præsentes litteras visuris, salutem et benedictionem. Notum facimus, quod, propter excessus commissos contra personam nostram pluriumque Ecclesiasticorum nobis assistentium, in oppido Monstrolio nostræ diœcesis, dum ibi in visitatione essemus, et Confirmationis Sacramentum ministraremus; Rex, solita pietate motus, et justitiæ zelo impulsus, jusserit informationes sumi, et ad judicium definitivum procedi, contra eos qui ex informationibus, per suos Officiales sumptis, deprehenderentur rei; sed ad humillimas preces nostras pœnam remiserimus, qui fuerant condemnati. Nos autem quamquam cavere voluimus, ne pro reparatione injuriæ, in nos Ecclesiamque commissæ, quisquam incurreret vitæ D membrorumve jacturam, vel sanguis ullus effunderetur; conati tamen modis omnibus sumus, ut eos ad delicti agnitionem converteremus; itaque caveremus ne temporalis pœnæ remissio, quam eis benigne impetraveramus a Rege, cederet in perniciem animorum, si ipsos in sua dimitteremus pertinacia; per sententiam nostram, latam xxv Junii anno MDCXXXIV, eos supposuimus interdicto.

interdictum declaratum 25 Junii,

AUCTORE D. P.

19 Postea vero, commiseratione tacti plurium bonorum, qui, licet gravissime sentirent crimen aliorum, cum iisdem tamen manebant privati Sacramentorum participatione, aliisque multis gravibus de causis; varias interdicti suspensiones indulsimus; quoad tandem stiterunt se nobis Mag. Antonius de l'Umbres, Locumtenens generalis et Major Monstrolii; ac Mag. Franciscus Hurtrel, Advocatus et Procurator Regius ibidem; ex vi procurationis sibi injunctæ a Majore, Scabinis, aliisque Populum Monstroliensem repræsentantibus; atque exposuerunt nobis extremum dolorem, quo universus populus afficiebatur, propter excessus atrocesque injurias illatas personæ nostræ aliisque assistentibus Ecclesiasticis; quodque magna ducebantur E pœnitentia, propter offensam Deo et Ecclesiæ irrogatam. Quare considerantes, in quantam calamitatem incidissent, Sacramentis privati et extra communionem Ecclesiæ positi, nisi clementia magna usi sententiæ nostræ effectum identidem suspendissemus; cupientesque ab eadem absolvi, ac Deo et Ecclesiæ facere satis; primum quidem gratias nobis egerunt, pro condonatione reis apud Regem impetrata; deinde humiliter nos orarunt, ut supplicibus veniam absolutionemque impertiremur, ad quamcumque pœnitentiam a nobis injungendam paratis: etiam ad capsam reliquiarum S. Wlphlagii nostro arbitrio voluntatique consignandam: addendo etiam, quod, licet hostiles circum Monstrolium decursiones, egressum redderent periculosum viasque infestas; omnis tamen populus paratus erat nobis se sistere, ad quamcumque vellemus pœnitentiam suscipiendam, quando id ab eo exigeremus.

publicitus rogatus

ab offerentibus satisfactionem quamcumque,

20 Igitur de misericordia Dei confisi, qui non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat; considerantes insuper non alium fructum ab injunctis per nos censuris intendi, quam conversionem reorum; ad hanc vero eos divinitus perductos, secundum relationem prædd. Dominorum de Lumbres et Hurtrel, deputatorum ipsius oppidi; consuluimus super ea re Dominos Prælatos aliosque deputatos Ordinis ecclesiastici, in conventu generali Cleri Gallicani; quibus omne F nostrum et Ecclesiæ jus commiseramus. Hi vero, attentis belli præsentis circumstantiis, per quod gravibus incommodis periculisque exponendus esset populus, si ad congruam satisfactionem compelleretur; gratum habuerunt assenseruntque, ut indulgentia extraordinaria uteremur. Itaque de consensu et mandato ipsorum, pure atque simpliciter abstulimus interdictum, a nobis positum et fulminatum super oppidum et suburbia Monstroliensia: eo facto permisimus et permittimus ut sacrosancta Missa, canonicales Horæ, aliaque divina Officia dicantur ibidem et celebrentur; nec non, ut Sacramenta Ecclesiæ administrentur prædicti oppidi incolis, tam ægris quam sanis; atque ut eorum corpora, qui in communione sanctæ Ecclesiæ decesserint, terra benedicta condantur; et munia omnia ecclesiastica exerceantur, sicut ante Interdictum præfatum.

annuente conventu Cleri,

benigno relaxat,

21 Quod autem ad capsam S. Wlphlagii pertinet, ordinavimus et ordinamus, ut ea aperiatur per Mag. Nicolaum le Fevre, Presbyterum Capellanum Ecclesiæ Ambianensis, Eleemosynarium nostrum, qui

et ex capsa Sancti jubet tolli Reliquias,

A inde accipiet præd. S. Wlphlagii portiones a nobis ipsi præscriptas; quas a loco in quo requiescunt transferet ad ecclesiam S. Mariæ Monstroliensis, comitantibus Majore atque Scabinis oppidi et reis privatis: postea vero transferentur præfatæ Reliquiæ, partim ad ecclesiam parochialem Ruensem, partim ad nostram Ambianensem, ut ibidem decenter ac reverenter conserventur; eumque in finem fundabitur in præd. ecclesia nostra Missa solemnis, quotannis celebranda in festo S. Wlphlagii die VII Junii; sub qua et tota die illa, coram prædd. Reliquiis ardebit candela ceræ albæ. Quæ fundatio Missæ atque candelæ ut perennare possit, constituent dd. Major et Scabini Monstrolienses fundum * centum et quadraginta librarum, in reditum annuum ei rei impendendum, præter mulctas, ad quas rei fuerunt eadem ex causa condemnati. Ut autem memoria satisfactionis factæ Deo et Ecclesiæ conservetur, prædd. Major et Scabini poni curabunt in ecclesia Ambianensi, eo qui ipsis assignabitur loco, marmoream tabulam, in qua sculpantur litteræ abolitionis ad nostram intercessionem et in favorem damnatorum a sua Majestate concessæ. Denique ad hujus sententiæ publicationem executionemque, deputavimus ac deputamus præd. Mag.

B Nicolaum le Fevre, cui fecimus potestatem agendi quid quid ad effectum prædictorum conveniens fuerit. Datum Parisiis etc.

AUCTORE D. P. reorum sumptu alibi honorandas:

*Sept vingts

22 *Quo modo porro res acta Monstrolii sit, declarat sequens Instrumentum:* Die XXVIII Septembris MDCXXXV Nos Victor Bouthillier, Consiliarius Regius, Coadjutor cum futura successione Archiepiscopatus Turonensis, in virtute mandati a sua Majestate emanati, et commissionis Dominorum Archiepiscoporum, Episcoporum, aliorumque Deputatorum Cleri Gallicani, Parisiis de licentia Regis congregatorum, ad excipiendam submissionem et satisfactionem, Ecclesiæ debitam, propter excessus Monstrolii commissos, in personam Illustriss. ac Reverendiss. D. Episcopi Ambianensis; contulimus nos ad oppidum prædictum: ubi tum secundum litteras deputationis Dominorum de Lumbres Locumtenentis generalis et Majoris, atque Hurtrel Advocati et Procuratoris d. oppidi, signatas XXIII præteriti Julii; quandoque consequenter ad supplicationem nobis porrectam, nomine communitatis et habitantium oppidi præd. iterum se stiterunt prædicti illorum Deputati; verbaliterque requisiverunt, ut procederemus ad sublationem interdicti, fulminati

C contra præd. oppidum, per præd. D. Episcopum Ambianensem; promittentes integre se submittere omnibus, quæ sibi injungerentur, ad satisfactionem Ecclesiæ secundum sententiam præd. Episcopi.

qua de causa Cleri congregati Commissarius, Monstrolium venit;

23 Post quod ita actum, transtulimus nos ad Abbatiam S. Salvii, ubi Mag. Nicolaus le Fevre, Eleemosynarius præd. D. Episcopi, ad executionem præd. sententiæ deputatus, præsens adfuit, Stolam sacram indutus; ut per ipsum procederetur ad aperturam capsæ S. Wlflagii, indeque educerentur portiones in præd. sententia ordinatæ. Quem in finem statim apertum fuit ostium sacristiæ, coram nobis et D. Gabriele de Bauvau Episcopo Namnetensi, atque infinito populo. In quam Sacristiam ingressus præd. D. le Fevre, processit ad aperturam capsæ præd. et ea aperta accesserunt prædd. Major et Scabini, cum omni reverentia et submissione offerentes illi totam capsam, auferendam vel aliter habendam pro beneplacito D. Episcopi. Respondit autem D. le Fevre, D. Episcopum contentum esse portionibus iis, quas antea extrahere voluerat; scilicet maxilla Sancti, transferenda ad ecclesiam

eoque præsente, Delegatus Episcopi sex oblata sibi capsa tollit portiones duas;

D parochialem Ruensem; et aliis duobus parvis ossibus tibialibus, pro ecclesia Cathedrali. Cantatis ergo solenniter Sanctorum Litaniis, et in terram prostratis quotquot aderant; prædictas Reliquias e capsa sumpsit, reverenterque misit supra pulvinum, eo fine coopertum mappa et pretioso quodam velo. Cumque claudendæ iterum arcæ imposuissemus actum separationis prædictæ, in pergameno exaratum; detulit prædd. Reliquias, vestitus et comitatus ut supra, ad aram principem ecclesiæ: ubi reperit totum Clerum oppidi, cum magna populi multitudine, omnes paratos ad instituendam supplicationem, in sententia Episcopali præscriptam.

24 Cum ergo D. le Fevre cappam induisset; optimo ordine progredi cœpit pompa, a Corpore oppidi præcipuisque civibus ducta: in quibus personaliter noscebantur complures ex iis, quos condemnaverat D. de Mimomenil Consiliarius regius, Magister supplicum libellorum domus Regiæ, et Commissarius a sua Majestate deputatus; qui omnes gestu et habitu præseferebant pœnitentiam de commissis tantam, ut etiam lacrymas funderent, et gemitibus aures circumstantium ferirent. Hoc ordine ventum est ad ecclesiam S. Mariæ, locum exequendæ sententiæ designatum: ubi præd. D. le Fevre

E ipsas Reliquias imposuit altari majori, et consequenter ad Antiphonas, inter procedendum decantatas, cecinit Orationem de S. Wlflagio: qua finita, priusquam absolutionem ab Interdicto pronuntiaret D. le Fevre, intonavit Hymnum, Veni Creator, prosequente Clero ac omni populo, cum magnæ devotionis exhibitione: addidit Orationem de S. Spiritu idem Dominus, ascenditque summum altaris gradum, et inde voce clara pronuntiavit absolutionis sententiam. Tum vero nos, sermonem assumentes, repræsentavimus eis gravitatem delicti, et quam parum proportionata eidem esset ratio pœnæ exactæ; exaggerantes proinde obligationem eorum erga Ambianensem Episcopum, qui eos tractabat ut pater filios; et exhortantes ut caverent in aliud simile delictum incurrere: quæ verba excepit populi conclamatio, mixtum gaudio dolorem testata, et gratum erga clementiam sui Pastoris affectum; ac tandem præd. D. le Fevre assumpsit Reliquias, prout in manibus habebat, auferendas. Quibus de rebus manibus præsentem hunc processum verbalem formavimus, ac manu nostra signavimus, contrasignante Secretario a nobis ad id lecto, coram Mag. Natali Gontois, Canonico et magno Archidiacono atque Vicario generali diœcesis Bononiensis; Mag. Francisco Tombes, item Canonico Bo-

F noniensi, et Priore Rumiliacensi; Jacobo du Bois, Scutifero Toparcha de Monmoreau et Equite Ordinis Dominæ nostræ de Monte Carmelo, aliisque.

easque processionaliter circumlatas, post absolutionem populi, aufert

25 *Delatæ postea sunt extractæ sic Reliquiæ, cum solemni processione, ad parochialem ecclesiam S. Mariæ de Arnestallo in medio civitatis Monstrolii, et altari impositæ. Tum vero, post cantatum Hymnum* Veni Creator, *cum Oratione de Spiritu sancto, facta est relaxatio publica Interdicti. Huic actioni præsentes fuerunt Victor Bouthillier, Coadjutor et successor Archiepiscopi Turonensis; Gabriel Bauvau, Episcopus Namnetensis; Prior et Religiosi monasterii S. Salvii, aliique plurimi Ecclesiastici. Ceterum sacræ Reliquiæ extractæ summa cum lætitia exceptæ fuerunt, tum a Ruensibus extra oppidum occurrentibus, tum potissimum ab Ambianensibus, qui eas cum generali processione totius Cleri et omnium Ordinum Religiosorum totius urbis exceperunt, apportantes in occursum thecam sacri corporis S. Domitii Presbyteri et Canonici Ambianensis.*

Monstrolii relaxat interdictum;

et . Osculata pro Ambianensibus . . .

DE

DE SS. ANTHIMO PRESBYTERO

ET STEPHANO, APUD GRÆCOS

Notitia ex MS. Græcis atque Menæis. G. H.

Quod habuimus a nostris Parisiensibus collegii Claromontani ad tempus concessum MS. Synaxarium Ecclesiæ Constantinopolitanæ, valde antiquum, ad hunc diem VII *ista habet.* Μνήμη τῶν ὁσίων Πατέρων ἡμῶν Ἀνθίμου Πρεσβυτέρου καὶ Στεφάνου; Memoria sanctorum Patrum nostrorum, Anthimi Presbyteri et Stephani, virorum strenuorum, τῶν σπουδαίων; πλησίον τοῦ Φλωρεντίου, prope ædes Florentii. *Georgius Codinus de Originibus Constantinopolitanis pagina* 59 *scribit,* Ædes Florentii et Callistrati, a duobus fratribus ita nominatis fuisse constructas, quæ post eorum mortem in monasteria fuerunt mutatæ. *An ibidem hi Sancti vixerint, non nisi ex aliqua convenientia possumus judicare. De singulis aliquod distichon ha-* B *betur in Menæis excusis: et de* Anthimo *qui*, ἐν εἰρήνῃ τελειοῦται, in pace requievit, *sic canendum præcipitur, cum allusione ad nomen* Ἄνθιμος, *id est,* Floridus.

Ἄνθη ἐνεγκὼν Ἄνθιμος χρηστοῦ βίου,
Πρὸ τῆς τελευτῆς ἀρετῶν καρπὸν φέρει.
Florem probatæ germinans vitæ, Anthimus,
Virtutis ante fata fert fructum suæ.

Ac S. Stephano, *similiter* in pace *dormienti, hoc accinitur.*

Ἐπώνυμος Στέφανος οὗ φορεῖ στέφους,
Ὁ πρακτικὴ χεὶρ ἀρετῶν οἶδε πλέκειν.
Stephanus coronæ, quam gerit, nomen ferens,
Virtutis esse plexam fatetur manu.

In Menæis MSS. Divione apud Petrum Franciscum Chiffletium adservatis, æque Stephanus *atque* Anthimus *appellatur* Presbyter. *Quæ dignitas in MS. Mediolanensi Bibliothecæ Ambrosianæ et Claromontano præcitato solum tribuitur* S. Anthimo, *uti et nos fecimus: Menæa neutri eamdem adscribunt.* E

DE S. SEBASTIANA

THAUMATURGA APUD GRÆCOS. G. H.

Cultus ex Menæis et Synaxariis probatus.

Jam supra indicatum MS. Synaxarium Græcum Ecclesiæ Constantinopolitanæ, ut antiquum, ita magnæ auctoritatis, ista sub finem hujus diei habet: Καὶ τῆς ὁσίας Μητρὸς ἡμῶν Σεβαστιανῆς, τῆς Θαυματουργοῦ. Et sanctæ Matris nostræ Sebastianæ Thaumaturgæ, *sive* miraculorum effectricis. *Duo hic subindicantur: Primum* Sebastianam *alicui monasterio feminarum præfuisse, et forte Constantinopoli aut sub hujus Patriarchatu; id enim significare videtur titulus* Sanctæ Matris nostræ; C *deinde, quod miracula plurima, in vita vel post obitum, patrarit; unde et factum* Thaumaturgæ *cognomentum. Ea miracula olim fuisse descripta, verisimile est. In MS. Synaxario Chiffletiano similiter* Thaumaturga *appellatur, et cum Menæis excusis dictis dicitur* in pace vitam finivisse: *utrobique autem distichon hoc additur, cum allusione ad nomen* Sebastianæ, *a venerabilitate sumptum.*

Σεβαστιανῆς ὡς τὰ λοιπὰ τοῦ βίου
Σεβαστὸν ἔσχε καὶ τὸ τοῦ βίου τέλος.
Sebastianæ tota veneranda ut vita,
Ita venerandus omnibus exitus fuit.

Habemus Martyrologium Arabico-Egyptiacum, quod ex Arabica lingua in Latinum transtulit Gratia Simonius, et nobis Romam transmisit Athanasius Kircherus: in quo ad hunc diem indicatur Certamen S. Sebastianæ, *ubi vox* Certamen *forsan loco* Memoria *inserta est. Interim veneratio ejus confirmatur, et* F *suspicio nascitur, ipsam aliquatenus ad Ægyptum pertinere, seque et alias secum in aliqua ejus eremo exercuisse.*

DE SANCTO MERIADOCO

EPISCOPO VENETENSI IN BRITANNIA ARMORICA.

Ex variis recentioribus, Vita antiquiori usis. C. J.

SÆC. VII

Memoria ejus ut Sancti apud varios:

Inter Gallicanas civitates Britanniæ Armoricæ est Episcopalis urbs Venetensis, Venetum *et* Venetiæ *etiam dicta, vulgo* Vannes, *olim Ducum Sedes; quæ ad hunc diem* VII *Junii culta sacro veneratur* S. Meriadocum, *vulgo* S. Meradec, *suum Episcopum. Hujus aliquam Vitam Gallice edidit Albertus le Grand, inter Vitas Sanctorum Britanniæ Armoricæ, jam altera vice recusas anno* MDCLIX: *et inter Auctores, quibus se usum profitetur, sunt Augustinus du Pas, Joannes Chenu, et Claudius Robert in Catalogo Episcoporum Venetensium. Sed hi nudum nomen exprimunt, tantum titulo* Sancti *præfixo, et statuunt duodecimum aut decimum tertium hujus Sedis Episcopum. Sammarthani decimum quintum:* de quo, *inquiunt;*

A *inquiunt*, consule Proprium Sanctorum diœcesis Venetensis, ubi fertur ipsum obdormivisse in Domino VII Idus Junii. *Idem* Proprium *allegat etiam Albertus le Grand, quod nos habemus Veneti excusum anno* MDCXXX; *et inde subdimus aliquod Vitæ Compendium, in tres Lectiones parvas, ad secundum Nocturnum in Matutinis recitandas, distinctam: quibus alibi additur hæc Oratio:* Deus, qui de hujus mundi inedia, per medium paupertatis, Beatum Meriadocum, Confessorem tuum atque Pontificem, abstraxisti ad patriam claritatis, tribue nobis quæsumus: ut, ipso pro nobis intercedente, dirumpas nostræ vincula pravitatis.

cultus in Venetensi Proprio,

2 *Præterea idem Albertus allegat,* antiquum Legendarium manuscriptum detentum in ecclesia S. Joannis Traoune Meriadec, Poigt dicta, in parochia Plougaznau diœcesis Trecorensis: *quam Vitam utinam sub finem edidisset: tunc certior fides adhiberi posset iis quæ refert, et in Lectionibus non habentur. Talia sunt, quod* S. Meriadocus anno 758 natus est: *sed cifris transpositis opinamur legendum anno* 578 *aut* 587, *tunc autem valde senex fuisset circa annum* 659, *quando in lectionibus dicitur consecratus Sacerdos. Deinde, ait idem Albertus,* Meriadocum, post acquisitas inter studia scientias, a parentibus ablegatum ad aulam regiam, in eaque quinquennio vixisse a vitiis immaculatum, omni pietatis et sanctitatis exercitio deditum. Postea oblatum ab eisdem matrimonium recusasse et præelegisse sacros Ordines; Sacerdotioque suscepto secessisse in locum solitarium in Vicecomitatu Rohanensi, haud procul ab oppido Pontivio, ubi hoc tempore extat sacellum ejus nomini dicatum. Interim cum prædones vicina loca devastarent, eum institisse apud Vicecomitem Rohanensem, ut dictos prædones pelleret: eique se id nequaquam posse efficere respondenti, promisisse se id peracturum si tres celebres mercatus concederet in parœcia Noyal, scilicet die sexto Julii, octavo Septembris, et primo Octobris. Qua conditione a Vicecomite acceptata, dictos prædones solis S. Meriadoci apud Deum precibus fugatos fuisse. Denique, post administratum in omni sanctitate Episcopatum, vita functum esse et in ecclesia Cathedrali sepultum, ac tam in eo quam in loco solitudinis suæ claruisse miraculis: multas etiam in Britannia hac dicatas S. Meriadoco ecclesias, interque eas sacellum castri C Pontivii, et aliud in parœcia Plou-gaznou, *supra indicato. Hæc inter alia Albertus le Grand.*

B

Legenda ex MS. Vita Gallica,

multa particularia continet.

4 *Andreas Saussayus, in Martyrologio Gallicano, hoc eum exornat elogio:* Apud Venetum in Armorica, S. Meriadoci Episcopi et Confessoris, qui ex regia stirpe Conani, provinciæ hujus Principis, editus, calcato temporalis gloriæ fuco, humilitatis Filii Dei imitator, sese, ne natalium fulgor spectabilem mundo redderet, indumentis vilibus tegens, in desertum locum, Deo soli ut serviret, recepit: D ubi diu in omni sanctitate, vitam ducens eremiticam, delituit. At deinde clara virtutum lucerna, ne sub modio esset diutius, divino indicio propalata, super candelabrum evecta est. Patefactus enim cœlesti nutu Christi famulus, sublato e vivis Hinguthano Venensi Episcopo, magna Cleri et populi conspiratione, de solitudine dilectissima abstractus, electusque est Pontifex, atque Episcopus ordinatus: quamquam ipse subesse, non præesse, desideraret. Sic suscepto Pastorali munere, mores Episcopales ita induit, ut vix ullum, ante vel post ejus tempora, illa Ecclesia Præsulem viderit, qui majori solertia, doctrina, vigilantia, integritate, pietate, gregem rexerit commissum. Propter quarum virtutum excellentiam, et clara suæ sanctitatis ac gloriæ, quæ cum vivus tum defunctus prodidit, argumenta, a majoribus inter diœcesis hujus Tutelares præcipuos habitus, et in hunc usque diem a posteris sacris honoribus, qui beatis Opitulatoribus deferuntur excultus, hoc ipso die, quo ad beatitudinem migravit, venerationis celebratur obsequiis. *Hæc Saussayus. Vitæ autem Epitome, ex propriis Ecclesiæ Venetensis, est quæ sequitur:*

exhibetur Elogium ex Saussayo

et Lectiones novæ,

I Meriadocus, illustri stirpe Conani minoris Britanniæ Regis editus, a teneris annis sese ad virtutum omnium studium comparavit: humilitatem vero maxime in deliciis habuit, Christi Domini vestigiis insistens. Legitimam adeptus ætatem, sacris Ordinibus ordinatur; et inania mundi nomina, quæ suspiciunt homines, et junioribus animos faciunt, aspernatus, bonis omnibus et honoribus cessit, recepitque se in locum quemdam, non procul a Pontiviensi castro, in quo solus degebat, perturbationum expers, vitæque compos securissimæ.

E

ubi narrantur ejus ordinatio Presbyteralis, vita solitaria,

II Ægrotos ibi plurimos, qui ad eum sanitatis recuperandæ gratia confluebant, sospites restituit. Cumque insignis hujus virtutis et sanctitatis fama percrebuisset; Venetenses cives concilium cogunt, Capitulumque et universum Clerum impensius obsecrant, ut Meriadocum in Episcopi nuper defuncti locum sufficiant. Quibus in id convenientibus, datum est negotium quibusdam Canonicis, ut Meriadoco, ipsummet populi precibus et Cleri concordibus animis cooptatum Episcopum, renuntiarent.

miracula, electio ad Episcopatum,

III Et licet sibi delatum onus deprecaretur; ita tamen ingeminatis omnium votis urgetur, ut iis tandem cesserit. Paucis post diebus in Ecclesia Cathedrali, celebri Episcoporum conventu, et magno populi concursu, fausta acclamatione plausuque consecratur circa annum sexcentesimum quinquagesimum nonum. Caritatem maxime et misericordiam erga pauperes et ægrotos exercuit, eorum inediam sublevando salutique consulendo. Cum vero pie et sancte vitam confecisset, miraculorum gloria celebris, septimo Idus Junii obdormivit in Domino.

in eoque virtutes.

F

DE SANCTIS MARTYRIBUS

PETRO PRESBYTERO, WALABONSO DIACONO,

SABINIANO, WISTREMUNDO, HABENTIO, HIEREMIA,

MONACHIS CORDUBÆ IN HISPANIA.

COMMENTARIUS HISTORICUS

Acta Martyrii ex S. Eulogii Memoriali Sanctorum; patria cujusque et cultus.

ANNO DCCCLI.

Sanctus Eulogius Presbyter *Cordubensis, cujus Vitam et Passionem dedimus* XI *Martii, bis scripsit de Martyribus, passis in Saracenica sui temporis persecutione, qua demum etiam ipse coronatus est. Primum (ut jam bis diximus obiter) ad Willisindum Pampelonensem Episcopum* XVII *Kal. Decembris ipsius anni, quo* Petrus Presbyter, Walabonsus Diaconus, Sabinianus, Wistremundus, Habentius

A bentius et Hieremias Monachi, uno die, una hora, VII Idus Junias in Æra DCCCLXXXIX interempti sunt; *atque alii ante et post ipsos nonnulli, istic nominati: deinde composuit justum opus, sub titulo* Memorialis Sanctorum, *ab anno Christi* DCCCL *usque ad* LVI *passorum libris tribus, quorum secundi Capite quinto, de iis quos præfert titulus texuit narrationem, sic præfatus:* Veniamus nunc ad illum mysterii senarii sacratissimum Martyrum globum, qui uno die unaque hora, sub ictu sævientis mucronis, ob testimonium veritatis, occisi sunt. *Hac occasione multa de senarii numeri mysteriis Tamayus, in Notis ad suum Hispanicum Martyrologium, quæ apud eum legi possunt, vel apud Petrum Bungum de numerorum mysteriis, quem describit: pro omnibus sit Hugo de S. Victore, in libro de Sacram. sic loquens:* Senarius, qui ex partibus suis constat: *bis tribus, vel ter duobus*, signum perfectionis est: et idcirco voluit Deus sex diebus complere opera sua; ut ostenderet, se in his quæ fecerat, nec supervacaneum aliquid posuisse, nec imperfectum reliquisse. *Hoc præmisso veniamus ad singulos.*

Senarius hic Martyrum, ipse est venerabilis numero.

2 Petrus Sacerdos, in urbe Astigitana progenitus; et S. Walabonsus Diaconus, ab Elephensi B civitate exortus, utrique prioribus coævi Martyribus (scilicet SS. Isaaco et Sancio, *de quibus jam egimus die* III *et* V) Cordubam studio meditandi adeuntes, liberalibus disciplinis traditi sunt. Sed Deo fautore, scientia et doctrina Scripturarum pollentes, sub Tengello Abbate, in monasterio sanctæ et gloriosæ Virginis Mariæ præficiuntur, quod in vico Cuteclara, non longe ab urbe in parte Occidentali, præclaro ancillarum Dei proposito enitescit. *Nota est antiquis historiis* Astigis, *hodie dicta* Ecija; *de* Eliphensi civitate, *major est controversia, nisi quod omnes in eo conveniant, aliis* Ilipensem *vel* Ilipulensem *scribi potuisse; quamquam Eulogii Scholiastes Ambrosius Morales, nummum etiam reperit, cui circumducebantur hæ litteræ* MVN. *id est*, Municipium EPEPLA. Ilipulæ *autem duæ fuerunt, una in Lusitania, de qua puto hic non cogitandum, quando nec Grevarus quidem Cardosus id fecit; altera in Bætica, quam prædictus Morales mediam ponit inter Hispalim et Cordubam, ubi nunc oppidum* Pennaflor. *Tamayus, pro patria sua stans, refutata ea quam Plinius Conventui Hispalensi attribuit, aliam in Turdulis, ubi ipse natum se dicit, præferendam censet, quæ proprie Conventus Cordubensis fuerit. Quintanaduennas* Nieblam *hodiernam olim* Eleplam *fuisse contendit: Bermudez de Pedraza* Ilulupulam *fuisse vult, quæ nunc est* C Granata.

D. P.

Primus et secundus Cordubæ studuerant,

et virginum cœnobio præfecti fuerant.

unus Astigitanus, Eliphensis alius:

3 *Pergit porro Eulogius, et*, Sanctus, *inquit*, Sabinianus ex vico Fromano montanæ Cordubensis, jam plenæ juventutis Monachus; et Wistremundus, ex Astigia, adolescens strenuus, e cœnobio S. Zoili Armilatensis, quo dudum sub Regula vel Abbate se dederant; unus a tempore longo in castris Domini militans, Wistremundus vero nuper se in idem cœnobium conferens, ad martyrium ambo discurrunt. Qui locus pene a Corduba triginta et amplius milliaribus distans, vastissimam horret inter deserta montium solitudinem: ad cujus collis radices, quo idem situm est, flumen Armilata discurrens (*hodie* Guadalmellato *vocant*) magna pisciculorum solatio inediam refovet Monachorum, ex quo etiam Armilatense cœnobium appellatur. *Ex talis descriptione Morales colligit, prædictum monasterium* fuisse non longe supra illud, quod nunc videmus et veneramur Franciscanorum cœnobium, cui S. Franciscus de Monte nomen est. *Sed de hoc pluribus ad Acta* S. Zoili, XXVII *Junii.* Astigiam *vero*, S. Wistremundi *patriam; ab* Astigi *supra dicta diversam censet Tamayus, quod hæc titulo* Veteris *insigniatur a Plinio, ista cognominetur* Clara *ab Aulo* D *Halo, eamque* Valcargadum, *alii* Alamedam *hodie dici contendant. Sed Aulo isti nuper conficto nihil credimus, malumusque arbitrio Lectoris relinquere unum an diversa loca opinari velit.*

tertius pridem, quartus recens,

ingressi monasterium Armilatense,

EX S. EULOGIO.

4 Beatissimus vero Habentius, virili jam ætate perfectus, e civibus Cordubensibus, Monachorum vita oblectatus, S. Christophori monasterium incoluit, quod situm est in spectaculum urbis, in parte Australi supra crepidinem ulteriorem Bætis: ibique seculo mortuus, Christo autem sub arctissima Regula degens, utpote spontaneo carceri se tradens, altis maceriarum sepibus circumclusus, ferreisque laminis intus ad carnem obseptus, per fenestras se adventantibus exhibebat visendum. Iste talis ac tantus, cum Beato sene Hieremia (de quo supra effati, quique etiam inter ceteros Dei servos [fuit] acrioribus stimulatus flagris) occubuit. *Ita de* Habentio *Eulogius, cujus monasterium eo loci esse, ubi nunc* S. Juliani templum, operis pervetusti, ex adverso pene urbis visitur, *existimat Morales.* De Hieremia *autem ipse Eulogius, ante librum primum, præfatus erat, sicut in Passione S. Isaaci retulimus, ejus martyrio cum aliis hic nominatis coronati, exemplo, nonnullos ad publicum prosilientes, sub eadem confessione peremptos fuisse. Libri autem cap.* 10, *ubi de S. Columba*, XVII *Septembris passa, huic ait sororem* E *fuisse* Elisabeth, *cujus laudat* propositum, quod cum viro suo Hieremia adhuc vulgo admixta gerebat; qui longe antequam monasterium peterent, multis jam Christo religionibus, inter conventus populi, consecrarunt: *quibus et Sobolem fuisse indicat. Ne autem possimus dubitare, utrum unus idemque hic laudetur, facit Caput secundum, paulo ante præmissum istud quod modo tractamus: ubi Auctor* Hieremiam *commendat, ut ipsius* Isaaci patruelem, virum summa timoris Dei reverentia præditum: qui etiam inclitus opibus rebusque abundans, et conjux ejus venerabilis Elisabeth, ac liberi, totaque pene cognatio, sumptu proprio fundamenta ipsius cœnobii jacientes, divinarum legum perenni adhæsuri obsequio, pridem sese contulerunt; *scilicet ad* Tabanensem, qui in partibus Aquilonis, inter prærupta montium atque condensa silvarum, septem ab urbe milliaribus distans, famosissimus, in exercitatione vitæ monasticæ, virorum atque ancillarum Dei, *talibus exemplis provocatorum*, rumoribus decorabatur. *Atque ita ex ipsomet Eulogio demonstratum manet, quod* SS. Sabinianus, Wistrebundus, Habentius, et Hieremias, *æque omnes fuerint* Monachi; *sicut ex titulo prætulimus, et tenet Romanum Martyrologium: quin* F *etiam priores duo Monachi fuisse videntur: quis enim Sanctimonialibus, sui regiminis subditis, Abbas Frugellus, præficeret, nisi Monachos?*

Habentius ex monasterio S. Christophori

Hieremias senex, olim cum uxore et liberis,

sanctæ conversationis in seculo,

deinde Tabanense cœnobium condiderat sibi suisque

5 *Porro hi, cum* Petro *et* Wallabonso, *jam sex*, viri fortissimi et præclarissimi, ad expugnandum hostem improbum descendentes, omnes quasi ex uno ore clamaverunt, dicentes: Et nos sub eadem professione, o Judex, manemus, qua pridem confratres nostri sanctissimi, Isaac et Sanctius decesserunt (*hoc* V *scilicet* III *hujus ipsius mensis et anni, ut jam vidimus*). Exerce sententiam, crudelitatem exaggera, et in ultionem tui vatis, *Mahomethi*, totis exardesce furoribus: quoniam Christum Deum veraciter confitentes, prævium Antichristi et auctorem profani dogmatis vatem vestrum esse profitemur; vosque letali succo prophetismi ejus infectos, et virulento prædicamine diabuli propinatos, æterna postmodum luituros tormenta scientes, dolemus: vestramque cæcitatem et ignorantiam satis deflemus. Hæc cum animoso spiritu Sancti Dei professi sunt, statim decollari jubentur. Prius tamen beatum senem Hieremiam, nescio ob quam assertionem, flagellis graviter

omnes autem 6, Mahometum publice exsecrati,

videntur decollari

A ter cæsum, et inter ipsa verbera (ut ferunt) emortuum, vix hærentem gressibus, foras traxerunt. Qui Martyres, dum ad locum mactationis accederent, invicem sese quasi ad epulas invitarunt. Et primi quidem reverentissimi Dei ministri, Petrus et Walabonsus ruentes, ceteri deinceps sub eodem jugulantur momento, septimo scilicet Idus Junias, feria prima, Era qua supra *cap.* 2, *scilicet* DCCCLXXXVIIII, *quæ nostro anno* DCCCLI *respondet.*

Ex S. Eulogio

Hieremia prius dire flagellato, 7 Junii an. 855.

6 Corpora stipitibus defigentes *Saraceni*, post aliquot dierum [intervallum], vastissimo consummarunt incendio, eorumque cineres perdendos flumini tradiderunt, *inquit Eulogius, et caput hoc finit. Libro autem* I, *qui in Capita non distinguitur, estque velut præparatio ad secundum, in genere fere agens de Martyribus, quos in secundo sigillatius erat laudaturus.* Eorumdem, *inquit*, Sanctorum corpora, qui primo conflictu occisi sunt, equuleis versis vestigiis affigentes Gentiles, post sextum diem allisionis eorum, id est pridie Idus Junias, inopinato scelere crudelitatis, cuncta jam putredine resoluta, atrocibus incendiis deputant. Quin etiam, ne virtutum emolumenta possent præstare Christicolis, deformes cineres, quos legere e camino quieverant, immanis alvei ultimo condunatur abysso. *Cadebant dictæ Idus anno illo, habente litteram Dominicalem* D, *in Sabbatum; ut indicentur hæc facta in Feria* VI, *quæ non potest dici* dies sextus post diem allisionis *seu martyrii horum sex Martyrum, nisi computatis utrimque extremis. Sic etiam in libri* I *Præfatione*, post quintum Martyrii *a S. Isaaco tolerati* diem (*hic autem ceciderat* III Nonas Junias feria IV, *ut dictum est*) *refert rem actam* Dominico die, septimo Idus Juniarum. *Notabile est autem quam modico intervallo invicem sibi martyria successerint. Nam S. Sanctius coronatus fuit Nonis Juniis, feria* VI; *nostri autem sex*, VII Idus Junias feria I, *sive Dominica; unde mirum est Galesinio, Canisio atque Dorganio potuisse obrepere, ut hoc martyrium notarent die sequenti: cum etiam Usuardus, qui primus eos in Martyrologium retulit, in omnibus quæ quidem vidimus exemplaribus, hoc die scribat*, item Corduba SS. Petri Presbyteri, Haventii, Hieremiæ, et aliorum trium: *quos insuper Romanum Martyrologium nominat.*

Corpora cremantur

B

12 ejusdem

7 *Joannes Mabilio, parte 2 seculi 4 Benedictini pag.* 580, *particularem tractationem instituit*, de Monachis, qui inter Martyres hoc seculo referantur, *in Gallia, Anglia, Italia; atque ante omnia observat*, hunc morem apud veteres fuisse, ut Martyrum in numero haberentur, qui violenta morte innocentes occubuissent; *sed ut illi, qui a Normannis ac Danis grassatoribus interfecti fuerunt, vago illo dumtaxat more dicantur Martyres: Hispanos tamen interfectos a Mauris, de quibus S. Eulogius agit, negat ille in dubium vocari posse, quod occisi sint* ex odio nominis Christiani, quæ una causa vere Martyres facit. *Fuerunt tamen, etiam Christiani, qui Martyres agnoscere nolebant*, eo quod se ultro martyrio objicerent, *eoque* coactum fuit conciliabulum Cordubæ, jubente Abdarachmanno Maurorum Rege, procurante Recaffredo Episcopo. In eum, *inquit idem Mabilio*, insurrexit Eulogius; ob idque ab eodem in vincula cum aliis conjectus, Documentum martyriale uno libro composuit, cum Epistola ad Willesindum: quin etiam in Memoriali Sanctorum apologiam Martyrum scripsit, cum in libro primo tum in tertio; et ipse tandem morte pro Christo affectus est anno DCCCLIX, *uti jam supra insinuavi, id ipsum tamen distinctius volui ex Mabilione notare: eo quod hic Eulogium, Monachorum licet amantissimum, Monachum tamen non fuisse ingenue agnoscat; sed istos, de quibus hic agit aliosque, magna cum verosimilitudine contendit, non solum* Monachos, *sed et* Benedictinos *fuisse.*

Veritas Martyrii eorum defensa a S. Eulogio.

C

D

8 *Dederat ille, ex die* XIX *Februarii nostri, Vitam* S. Beati Presbyteri, *cum titulo* Abbatis Hispanici, *inter suos Benedictinos: de quo quia videbatur post Tamayum dubitasse Henschenius, ex ipsiusmet Beati scriptis, Monachum fuisse, probare conatur, non multum in hoc repugnante Henschenio; sed Benedictinum certius probari optante. In hoc ergo incumbit Mabilio, ut saltem IX seculo, omnia aut pleraque Hispaniæ cœnobia Benedictinam regulam tenuisse comprobet; quando pauca illa monasteriorum veterum monumenta, quæ sola nobis reliqua fecit Maurica barbaries, illam tantum nominant. Prælaudata autem Parte 2 ea expendit, quæ videntur indicare, eamdem Regulam usque ad* XI *seculum Hispanis fuisse ignoratam; sustinetque, ea ad solam Cluniacensem reformationem spectare, sane perquam verosimiliter. Liceat ergo Benedictinis in suo hic sensu abundare; habear tamen excusatus ergo, ne de singulis in particulari monasteriis id definiam, quod apud antiquos nondum invenio: neque in decessorum meorum scriptis modem aliquid, priusquam venero ad retractandum Commentarium præviam ante vitam S. Benedicti Anianensis Abbatis XII Februarii. Fuerint aliqui, fuerint etiam multi tunc temporis cœnobia Benedictina apud Hispanos; omnia fuisse talia, nondum reperi quod evincat.*

E

Benedictina professio eisdem adscripta a Mabilione.

F

DE SANCTO DEO-CARO

ABBATE HERNRIEDÆ IN GERMANIA

C. H.

Notitia ex variis, præsertim ex Gretsero.

Eichstadium, *sive* Eystetta, *urbs Germaniæ Episcopalis, circulo Imperii Franconico adscripta, ad Alemannorum fluvium, in confiniis Sueviæ et Bavariæ, huic ab aliquibus tribuitur; sed manet sub dominio proprii Episcopi, cum territorio subjecto. In hoc est oppidum* Hasenrietanum, *sive* Hernriedense, *vicinum Anspacensi Marchionatui, quod* sua incunabula debere monasterio S. Deo cari, *scribit Gretserus in Episcopis Eystettensibus, lib.* 2 *Observationum cap.* 8, *ubi de* S. Deo-caro, *agit.* Ejus enim monasterii, *inquit*, occasione (quod et alibi sæpius factum novimus) varii ibidem domicilia fixerunt, et terram incultam excolere cœperunt, tanto studio et conatu, ut vel invitam mitescere cogerent. *Matthæus Merian, in Topographia Franconiæ pag.* 26. *addit, dictum oppidum* Hernriedam, *anno* MCCCXLIII *ab Henrico V Episcopo Eystettensi muris cinctum fuisse; eique anno* MCCCLXXXIII *a Frederico IV, itidem Episcopo, arcem adjunctam.*

Sec. II

In Eystettensi dominio

Hernrieda oppidum,

locus a S. Deo-caro excultus,

2 Erat autem locus, *inquit Gretserus*, initio vastus et desertus, cum a S. Deo-caro incoli cœptus est: in cujus gratiam Carolus Magnus exiguam ædiculam, Deiparæ Virgini consecratam, extruxit: quæ in magna religione et veneratione fuit usque ad avorum vel proavorum nostrorum memoriam. Nam anno salutis MCCCCXC, in Vigilia Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, incendio periit cum potiore civitatis parte. Supradictæ ædiculæ, vel oratorio,

extructa ædicula S. Mariæ,

AUCTORE G. H.

additum monasterium.

A oratorio, vel capellæ adjecit postea Carolus Magnus insigne monasterium Ordinis Divi Benedicti, cujus primus Abbas S. Deo-carus. Sed non diu post, nempe sub Eichenbaldo Episcopo Eystettensi VIII, monachis subrogati Canonici sunt. Quo anno Domini Deo-carus res mortales reliquerit, ad cælestem beatitudinem translatus, mihi non liquet. Certum est, sanctitatem viri post mortem variis miraculis a Deo decoratam et illustratam esse.

Corpus elevatum anno 1316

3 Anno salutis MCCCXVI elevatum est sacrum corpus S. Deocari, præsente Ludovico IV Imperatore Bavaro, et Philippo XXXIX Episcopo Eystettensi, repositumque in sarcophago lapideo, portione de sacris Reliquiis Ludovico Imperatori data, qui ea Nurimbergensium templum Laurentianum cohonestavit: in cujus altari, duodecim Apostolis consecrato, religiose asservata est. Anno Christi MCCCCXVI, vel, ut est in alio exemplari, MCCCXVI translatum est hoc altare, cum Reliquiis S. Deo-cari, ad novum sacellum, in honorem S. Deo-cari dedicatum, quod vulgus quoque S. Gottliebs Capell nominat.

translatum an. 1482.

Anno Domini MCCCCLXXXII, ipso Paschatis festo, præsentibus Wilhelmo Eystettensi, nonnullisque Canonicis tam Eystettensibus quam Henriedensibus, apertus B est lapideus ille, de quo supra, sarcophagus; in quo reperta sunt sacra ossa Deo-cari, viridi eoque serico panno involuta, non sine gratissimi odoris fragrantia: quæ ex veteri conditorio exempta, Wilhelmus Episcopus in novum, abs se procuratum, transtulit.

Miracula patrata

4 Porro tam Hernriedæ, quam Nurnbergæ Deus varia miracula, beatis hisce lipsanis intervenientibus, edidit: nam et cæcis visus, claudisque gressus restitutus est: fugati omnis generis morbi, etiam epilepsia: fœdus strumæ tumor depulsus: vita reddita ad mortis limina adductis, in præceps delapsi quidam, absque noxa, invocato S. Deo-cari subsidio. Denique multa alia beneficia, ad sacros hos cineres, mortalibus accurrentibus divinitus concessa sunt, quorum Catalogum veterem [illegible] descriptum vidi in monasterio Rebdorffensi prope Eystadium, monstrante admodum Reverendo Patre ac Domino Leonardo Crausio, cœnobii illius Priore vigilantissimo. Quid autem Reliquiis istis factum sit, postquam Lutherus Nurimbergam occupavit, mihi incompertum est. Altera et potior pars Hernriedæ reverenter custoditur et colitur. Nec plura de S. Deo-caro indagare potui. *Hactenus Gretserus. At supra citato loco Meranus ait, Reliquias* S. Deo-cari C etiamnum Nurimbergæ in ejus Capella adservari. *Fuimus nos anno* MDCLX *Nurimbergæ, et vidimus in choro majoris Ecclesiæ Mausoleum S. Sebaldi, Nurimbergensium Patroni. Sub quo ejus corpus adservari dicebant. Fuimus etiam Aichstadii, ac vidimus exteriorem urbem a Suecis exustam, a quibus asserit Meranus anno* MDCXXXII *interceptum oppidum Hernriedam, ejusque arcem anno sequenti die* XXIII *Martii expugnatam: an aliqua tum sacris Reliquiis injuria fuerit illata, nescimus. Raderus Tomo* 3 *Bavariæ sanctæ pag.* 62, *asserit*, partem hodie Monachii in regia Boiorum, et sacrario Principis coli.

5 *Trithemius lib.* 3 *de Viris illustribus Ordinis S. Benedicti cap.* 234, *aliquod* de S. Deo-caro Abbate *Elogium affert; sed in loco allucinatur.* Deo-carus, *inquit*, Monachus et Abbas Heidenheimensis in diœcesi Eystettensi, vir valde venerabilis, scientia Scripturarum et religione monasticæ conversationis insignis, multis effulsit virtutibus. Ejus festum VII Idus Junii agitur: sacræ autem Reliquiæ ejus Nurimbergæ habentur. *Arnoldus Wion, citato Trithemio, pejorem addit explicationem, his verbis:* In monasterio Heydemhemensi apud Aichstadium in Turingia, S. Deo-cari Abbatis, religione monasticæ conversationis insignis. *Wione ad describit Menardus: et Ferrarius etiam addit menda, illis graviora. Non attendunt illi considerasse, quod inter urbem Aichstadium et Turingiam, in qua fuit Heidenheimense monasterium, interjaceat tota Franconia. Bucelinus ergo eos* E *tacite emendat, dum* S. Deo-carum, Hasenrietanum seu Herrenriedensem Abbatem *appellat: sed quod addat* eum fuisse præcipua generis nobilitate, ac fuisse Palatinum et Sacellanum Caroli Magni Imperatoris, *alibi non legimus.*

C. J.

6 *Huc usque hæc a se scripta reliquerat P. Henschenius: quibus si quid addi, aut Catalogus Miraculorum, a Gretsero in Monasterio Rebdorffensi visus, obtineri posset; curavi re [illegible], scriptis ea super re Eystadium litteris ad R. P. Ignatium Pfetten, illic Collegii nostri Rectorem. Is autem die* XXII *Martii anno* M[illegible] *humanissime respondit, se ipsum continuo excurrisse Rebdorffium, atque ibi etiam accessisse admodum Reverendum Dominum Præpositum [illegible]; qui aiunt, nullam se memoriam talis Catalogi habere; imo credunt Vulcano traditum. Rogavit tamen P. Rector D. Præpositum, et per jam ipsos Monachos [illegible] Catalogum [illegible]: quod et promisit [illegible]. Quia vero* S. Deo-carus *Hernriedæ vixit ac tumulatus est, ejusque sacræ Reliquiæ partim ibi etiamnum asservatæ fuerunt: addit idem Rector, se per Reverendissimum Dominum [illegible] curasse scribi atque in ulteriori [illegible] impetrari; ac nobis etiam, si quæ fuerint inventa, submissurum. Cum vero tantum elapsum sit temporis, quod ea exspectemus, inventionem merito desperabimus.* F

DE BEATIS MARTYRIBUS

GODESCHALCO PRINCIPE SCLAVORUM

EPPONE PRESBYTERO, ET ALIIS CLERICIS AC LAICIS

SYLLOGE HISTORICA

Ex Scriptoribus Saxonicis, Ejusdem et supparis ævi.

§. I. Natales Sancti, regressus ad Paganismum, ac pœnitentia de malis populo Christiano illatis conversio.

G. H.

ANNO MLXVI

Secundum Acta. ab antiquis descripta,

Cum editum esset Coloniæ anno MDXV *Martyrologium Usuardi, cum illustri Auctario Greveni aut Patrum Carthusianorum Coloniensium, et iterum cum Additionibus hinc inde novis anno* MDXXI *recusum; excitati fuerunt Carthusiani Bruxellenses, ad novum additamentum colligendum, sed hactenus typis non excusum: in quo ad hunc* VII *Junii ista annotarant:* Passio beati Godscalci Principis Wandalorum

A AUCTORE D. P. Wandalorum Occidentalium, qui fuit velut alter Machabæus, et cum Ippone Presbytero, aliisque innumeris utriusque sexus, a Wandalis infidelibus rebellantibus interfecti sunt. *Contigit hoc eorum martyrium anno* MLXVI *cum Albertus sive Adalbertus Archiepiscopus Hamburgensis præesset Ecclesiæ Bremensi, sub quo Canonicus est factus Adamus Bremensis: ex cujus Historia Ecclesiastica decerpimus, quæ habet de vita et nece* B. Godescalci et sociorum: *eaque confirmamus tum ex Chronico Slavorum, quod Helmoldus Presbyter deduxit usque ad annum* MCLXVIII, *quo florebat; tum ex Chronico Alberti Abbatis Stadensis, creati anno* MCCXXXII. *Ex hisce autem suam Historiam perfecit Albertus Krantzius Decanus Hamburgensis, anno* MDXVII *vita functus.*

Godeschalcus in monasterio eruditus, 2 *Adolescebat* Godeschalcus *imperante Conrado Salico, qui S. Henrico ad annum* MXXIV *mortuo successerat; Rege autem Anglorum, Danorum et Norvegorum existente Knut seu Canuto Magno et Bernardo Duce memoratum ad Albiam Saxonum.* Eo tempore, *inquit Adamus lib.* 2 *cap.* 48, virtute Knut Regis et Ducis Bernardi pax firma trans Albiam erat, cum etiam Cæsar Winulos bello domuerit. Principes B enim eorum Gneus et Anatrog, Pagani erant; Uto vero tertius, filius Mistiwoi, male Christianus. Unde et pro crudelitate sua a quodam Saxonum transfuga interfectus est; filium habens Gotescalcum, qui per idem tempus apud Lumburg monasterium Ducis litteralibus erudiebatur studiis, Godeschalco Gothorum Episcopo ejusdem cœnobii curam agente. Verum is, comperta morte parentis, ita furore commotus est, ut, rejectis cum fide litteris, *in ultionem mortis paternæ* arma corriperet, amneque transmisso, Winulis se Dei inimicis conjungeret: quorum fretus auxilio, *Princeps factus Latronum,* Christianos impugnans, multa millia Saxonum in patris prostravit vindictam. Hunc tandem, quasi latronum principem, Bernardus Dux capiens, in custodia tenuit: virumque arbitrans fortissimum, juncto secum fœdere, dimisit eum. Qui veniens ad Knut Regem, profectus est cum eo in Angliam, et ibi mansit multo tempore.

Christianis plurima infert damna 3 *Hæc Adamus, quæ omnia eisdem verbis Albertus Stadensis scripsit in Chronico suo ad annum* MXXXII. *Helmoldus lib.* 1 *cap.* 19 *sub initium eadem indicat: ac* congregata, *inquit*, multitudine latronum, percussit in ultionem patris omnem terram Nordalbingorum; et tantas strages fecit Christianæ plebis, ut crudelitas ejus omnem modum excesserit: nihilque remansit C in Holsatorum et Sturmariorum provincia, sive eorum qui Thetmarsi dicuntur, quod manus ejus effugerit, præter notissima illa præsidia Ezeho et Bokeldeburg. Illo se quidam armati contulerant, cum mulieribus et parvulis et substantiis, quæ direptioni superfuerant. *Hæc ibi. Est* Ezecho, *apud Reginonem ad annum* 809, Esselfedt, *a Carolo Magno contra irruptiones Danorum constructum, ad flumen Storam seu Sturam, oppidum nunc* Itschoa *appellatum, in Ducatu Sturmariæ ad confinia Holsatiæ proprie dictæ, ut hic distinguitur. Sed ad conversionem* Goteschalci *progrediamur, de qua Helmoldus dicto capite* 19 *sic scribit:*

4 Quadam ergo die, cum commemoratus Princeps latrocinali more per campos et miricas ferretur, videns regionem, viris et ecclesiis quondam refertam, vastæ solitudini subjacere, exhorruit propriæ *Conscientia tactus,* crudelitatis opus: tactusque dolore cordis intrinsecus, deliberavit a nefariis cœptis tandem cohibere manus. Avulsus ergo parumper a sociis, et quasi ad insidias exiens, inopinate offendit quemdam Saxonem Christianum. Qui cum armatum eminus venientem fugeret, ille clamore sublato hortatur ut subsistat: jurat etiam se nihil ei nociturum. Cumque vir timidus, recepta fiducia, substitisset; cœpit percunctari ab eo, quis esset, aut quid nosset rumoris. D At ille, Ego sum, inquit, homo pauper, Holsatia genitus: sinistros autem rumores quotidie experimur: quia Princeps iste Slavorum Godescalcus, multa mala infert populo et terræ nostræ, sitimque crudelitatis suæ saturare cupit sanguine nostro. Tempus enimvero esset, ut vindex Deus ulcisceretur injurias nostras.

5 Cui Godescalcus: Multum, inquit, coarguis virum illum Principem Slavorum: revera enim multas ille pressuras suscitavit populo et terræ vestræ, *indicat se eos velle reconciliari.* ultor paternæ cædis existens magnificus. Ego autem sum vir ille, de quo nunc sermo est: et veni ut loquar tecum. Doleo enim me tantum nefas commisisse adversus Dominum et Christicolas, et vehementer cupio redire in gratiam eorum, quibus me tanta injuste intulisse recognosco. Accipe ergo verba mea, et revertens ad populum tuum, annuntia eis, ut ad locum destinatum transmittant viros fideles, qui mecum clam agant de fœdere et pacis conditione. Quo facto omnem hanc turbam latronum, cum quibus magis necessitate quam voluntate detineor, tradam in manus eorum. Et hæc dicens, E designavit ei locum et tempus. Qui cum venisset ad *Interim a Duce Bernardo capitur,* præsidium, in quo Saxonum superstites cum magno timore consistebant, nuntiavit Senioribus verbum istud absconditum, suggerens omnibus modis, ut transmitterent viros ad præfixum colloquii locum. At illi non intenderunt, reputantes dolum insidiis opportunum. Post aliquot igitur dies idem Princeps a Duce captus, et quasi Princeps latronum in vincula conjectus est. Reputans autem Dux virum fortem, et ad arma strenuum, utilem sibi fore; iniit cum eo fœdus, et honorifice donatum abire permisit. At ille dimissus, abiit ad Regem *et dimissus confert se ad Regem Danorum.* Danorum, et mansit apud illum multis diebus sive annis, variis bellorum exercitiis in Nortmannia sive Anglia virtutis sibi gloriam consciscens; unde et filia Regis honoratus est.

§. II. Godeschalci jam conversi res gestæ, zelus pro conversione gentis suæ.

Ita Helmoldus, et ex eo Krantzius lib. 2 *Wandaliæ cap.* 46, *ad locum Helmoldi jam relatum in suis Notis. Henricus Bangertus, ista addit:* Godeschalcum, a Bernardo Duce redeuntem, terra et ditionibus patriis excludebat Ratibor, qui interim Wagriæ Principatum invaserat, Christianam religionem profes- F sus, atque magnæ inter barbaros auctoritatis atque *Strenue in Norwegia et Anglia rem gerit,* potentiæ. In Daniam igitur Godeschalcus delatus, Kanuto Regi primum in Norwegia præclaram operam militando præstat. Tanta ibi viri enituit prudentia et fortitudo, ut Rex eum cum Suenone, suo ex sorore nepote, in Angliam ad bellum mitteret. Hic iterum claris facinoribus editis, item Suenonem, paulo post Regem sibi devinxit, ut Syritham filiam ei nuptum daret. *Hæc ibi.* At post mortem Regis Knut et filiorum ejus, *inquit Adamus cap.* 59, Goteschalcus rediens ab Anglia, contra Slavoniam venit infestus, omnes impugnans, magnumque Paganis terrorem incutiens. *Quæ Albertus Stadensis refert ad annum* MXLII. *Porro Adamus lib.* 3 *cap.* 21 *et sequenti, res ejus gestas ita prosequitur.*

7 Trans Albiam vero et in Slavonia res nostræ adhuc magna gerebantur prosperitate. Godeschal- *et tamquam vir prudens ac fortis* cus enim, de quo supra dictum est, vir prudentia et fortitudine prædicandus, accepta in uxorem filia Regis Danorum, Slavos ita perdomuit, ut eum quasi Regem timentes tributum offerrent, et pacem cum subjectione peterent. Qua temporis occasione nostra Hammaburg pacem habuit, et Slavania Sacerdotibus ecclesiisque plena fuit. Godeschalcus igitur, vir religiosus

A religiosus ac timens Deum, Archiepiscopo etiam familiaris, Hammaburg ut matrem colebat: ad quam, solvendorum causa votorum, solitus erat frequenter venire. In Slavania ulteriori nemo unquam potentior surrexit, et tam fervidus Christianæ religionis propagator. Etenim si vita ei longior concederetur, omnes Paganos ad Christianitatem cogere disposuit, cum fere tertiam partem converteret eorum, qui prius sub avo ejus Mistiwoi ad Paganitatem sunt relapsi. Igitur omnes Slavorum populi, qui ad Hammaburgensem respiciunt diœcesim, sub illo devoto Principe Christianam fidem coluerunt, hoc est Wagiri, Obodriti, vel Reregi, et Polabingi, item Linoges, Warnabi, Chissini et Circipani, usque ad Penem fluvium. Provinciæ jam plenæ erant ecclesiis, ecclesiæ autem Sacerdotibus: Sacerdotes vero libere agebant in iis, quæ ad Deum pertinebant. Quorum industrius Princeps Godeschalcus, tanto religionis exarsit studio, ut ordinis sui oblitus, frequenter in ecclesia sermonem exhortationis ad populum fecerit, ea quæ mystice ab Episcopis et Presbyteris dicebantur, Slavanicis verbis cupiens reddere planiora.

AUCTORE G. H.
multos paganos convertit.
Sacerdotibus pro interprete serviens,

B 8 Infinitus eorum erat numerus, qui quotidie convertebantur ad Dominum, adeo ut pro Sacerdotibus in totas mitteretur provincias. Tunc etiam per singulas urbes cœnobia fiebant sanctorum virorum canonice viventium: item Monachorum atque Sanctimonialium, sicut hi testantur, qui in Lubice, Aldinburg, Leontio, Razisburg, et in aliis civitatibus singula viderunt. In Magnopoli vero, quæ est civitas Obodritorum, tres Deo servientium dicuntur fuisse congregationes. Gratulabatur ergo Archiepiscopus de novella plantatione Ecclesiarum, misitque de suis Episcopis et Presbyteris viros ad Principem sapientes, qui rudes in Christianitate populos confortarent. Ordinavit in Aldinburg, defuncto Abelino, Ezonem Monachum: Joannem Scotum constituit in Magnopoli; in Razisburg esse disposuit Aristonem quemdam, ab Hierosolymis venientem, et alios alibi. Præterea cum ipse veniret in Hammaburg, eumdem Godeschalcum Principem invitavit ad colloquium, magnopere exhortans, ut inceptum pro Christo laborem ad finem constanter perducat, victoriam illi pollicens in omnibus affuturam: postremo, si quid patiatur adversitatis pro Christi nomine, beatum fore: multaque illi de conversione Paganorum in cœlo reposita præmia, multas etiam coronas de singulorum salute venturas.

multa etiam cœnobia construit,
animatusque ab Archiepiscopo

C *Hactenus Adamus auctor coævus; quæ, sed pluribus omissis, retulit etiam Albertus Stadensis. Helmoldus vero plurimas interponit circumstantias, ac proinde, quæ ipse lib. 1 cap. 20 habet, expedit interserere. Sic ergo scribit.*

9 Post mortem ergo Kanuti Regis, reversus est Godescalcus in terram patrum suorum: et inveniens hereditatem suam a quibusdam tyrannis invasam, dimicare statuit: et comitante victoria possessiones cum Principatu ex integro recepit. Statimque, ad conquirendum sibi apud Dominum gloriam et honorem, animum intendens, Slavorum populos, quos Christianitatis olim susceptæ oblivio jam tenebat, ad recipiendam credulitatis gratiam, et ad gerendam Ecclesiæ curam suscitare studuit. Et prosperatum est opus Dei in manibus ejus, adeo ut infinita gentium multitudo conflueret ad baptismi gratiam. Et reædificatæ sunt per universam Wagirorum provinciam, nec non et Polabingorum et Obotritorum ecclesiæ, quondam dirutæ. Jamque missum est in omnes provincias pro Sacerdotibus ac ministris verbi, quo rudes Gentilium mores doctrina fidei imbuerent. Gratulabantur itaque fideles de novellæ plantationis incremento: factumque est, ut provinciæ plenæ essent ecclesiis, ecclesiæ vero Sacerdotibus. D Sed et Kycini et Circipani, et quæcumque gentes circa Panim habitant, receperunt gratiam fidei. Est autem Panis fluvius, in cujus ostio sita est civitas Dimine: illuc quondam protendebatur limes Aldenburgensis parochiæ. *Idem Helmoldus cap. 22 describit novos Episcopatus, ab Alberto Archiepiscopo Hammaburgensi erectos, inter quos* Joannem, *inquit*, in Miklinburgum destinavit. Iste Joannes peregrinationis amore Scotiam egressus, venit in Saxoniam: et clementer, ut omnes, susceptus ab Archiepiscopo, non multo post in Slaviam missus est ad Godeschalcum: apud quem commoratus, illis diebus multa millia Paganorum baptizasse describitur.

solum Dei gloriam sibi quærendam proponit.
evocatis ad id undique Sacerdotibus.

§. III. Martyrium pro fide toleratum: pro veteri cultu justa præsumptio.

Pax firma fuit in omni regno, quia fortissimus Cæsar Henricus Ungaros, Boemos, Slavos, et omnia finitima regna potenti manu coercuerat. Quo translato ad Superos, successit in sceptrum filius ejus Henricus, puer octo annorum: statimque ebullierunt perturbationes variæ in regno: E eo quod Principes, qui contentiones affectabant, contemnerent infantiam Regis. Post non multum quoque temporis mortuus est Bernardus Dux Saxonum: qui res Slavorum et Saxonum quadraginta annis strenue administravit, cujus hereditatem Ordulfus et Hermannus filii ejus inter se partiti sunt. Et quidem Ordulfus Ducatum suscepit gubernandum, licet fortitudine et militiæ usu longe a felicitate paterna diverterit. Denique post mortem patris vix quinque transierunt anni, et tum Slavi rebellare parantes, primo omnium Godeschalcum interfecerunt. Et quidem vir omni ævo memorabilis, propter fidem Deo et Principibus exhibitam, a barbaris occisus est, quos ipse nitebatur ad fidem convertere. Necdum enim completæ sunt iniquitates Amorrhæorum, nec venit tempus miserendi eorum. Ideo necesse fuit ut venirent scandala, ut probati fierent manifesti. Passus est autem alter ille Machabeus in urbe Leontio (quæ alio nomine Lenzin dicitur) vii Idus Junii cum Presbytero Eppone, qui super altare immolatus est, et aliis tam Laicis quam Clericis, qui diversa pro Christo pertulerunt supplicia. *Hæc Helmoldus: Adamus auctor coævus eadem eodem fere modo describit.* Trans Albiam vindictæ magnitudo pervenit, F quoniam Princeps Godeschalcus a Paganis interfectus est, quos ipse ad Christianitatem nitebatur convertere. Et quidem vir omni ævo memorabilis, magnam partem Slavoniæ conversam habuit ad divinam religionem. Passus est autem noster Machabæus in civitate Leontia vii Idus Junii, cum Presbytero Ippone, qui super altare immolatus est, et aliis multis tam Laicis quam Clericis, qui diversa pro Christo ubique pertulerunt supplicia. *Eadem habet Albertus Abbas Stadensis ad annum* MLXVI: *sed Saxo Chronologus MS. in membranis nostris ad annum sequentem. Krantzius lib. 3 Wandaliæ, capitibus quatuor primis describit* Godeschalci *zelum eximium in promovenda fide, aliaque, usque dum et ipse aliique,* Martyres Christi mortem oppetunt, *uti Scholiastes ad marginem adponit. Quos autem Krantzius* Wandalos *vocat, Adamus et Albertus* Winulos, *et Helmoldus* Slavos *appellat, populos ad Balthicum mare, in hodierna Wagria et Meklenburgensi Ducatu.*

Mortuis Henrico 2 Imperatore
et Bernardo Duce Saxonum,
a Slavis rebellibus propter fidem occiditur,
cum Eppone Presbytero et aliis,
anno 1066.

11 *Et dictis videtur indubitabilis causa Martyrii; ad titulum tamen hoc in opere, deesse videbitur forsitan probatio cultus, testimonium aliud non habentis, quam Additiones MSS. Carthusianorum Bruxellensium, nullis vetustioribus Martyrologiorum exempla-*

D. P.

A ribus adductis hactenus confirmabilem. Sed si Baronio, Romanum Martyrologium recognoscenti et augenti, licuit, ex similibus Molani Additionibus ad eumdem Usuardum, cui suas Carthusiani isti paraverunt, augere Romanum, supponendo nihil illum scripsisse (sicut omnino supponi debet vir integerrimus, id ipsum præfatus) nisi prælucente alicujus vetustioris publiceque usitati Martyrologii exemplo; cur non possimus ac debeamus de Bruxellensibus Carthusianis, exemplum Coloniensium secutis, supponere, quod de his Molanus, et de Molano Baronius; ante Romanum Martyrologium præfatus, quod tanti viri nec brevem schedulam deperire æquanimiter patiatur?

AUCTORE G. H. De antiquo eorum cultu præsumptio rationabilis,

12 Præterea sicut Ecclesiarum Orientalium Sanctos recipimus, etiam ex fide unius MS. Synaxarii, quod publicum usum habuisse præsumitur, citra aliam probationem; propterea quod eo favore dignæ sint illæ, sub infidelibus dissipatæ conculcatæque Ecclesiæ, ut veteris apud eas religionis fragmenta omnia colligantur ne pereant; cur eodem favore Septemtrionales, similem sub hæreticis sortem passæ, quarum vetusta ritualia, modis tam variis deperdi necesse fuit, dignæ etiam non

etiam ex unico testimonio.

D censeantur, ut ex earum aliquo Kalendario vel Martyrologio nunc similiter amisso, credantur ii quos dixi Carthusiani accepisse istud additamentum? Hoc autem semel posito, et considerato martyrii tempore, tunc tolerato, quando ipsum solum non sufficiebat Catholicis, ut publicum alicui cultum decernerent, vel ex judicio Præsulum, vel ex suffragio populari eorumdem diuturna conniventia probato; sed requirebantur insuper miracula, ejusmodi cultum Deo gratum esse testantia; consequens fit ut præsumi etiam debeat, ea non defuisse, ipso ubi corpora tumulata fuerunt loco; tunc saltem cum ad Christum gens tota rediit, et quos fidei odio Martyres fecerat, studio religionis cœpit invocare Patronos? Si S. Godescalco et sociis, non obtigit, ut locus sepulturæ eorum converteretur in monasterium, itaque certius perennaret eorumdem cultus, sicut contigit Ebbeckesdorpiensibus Martyribus, sub annum MLXXX similiter cæsis, et II Februarii relatis ex fide Actorum, perquam confuse post aliquot secula collectorum; hoc saltem præ talibus habent isti, quod eorum historia fuerit coævorum auctorum litteris certiori fide consignata, ut vidimus.

E

B

DE S. GODOALDO

SENONIBUS IN GALLIA HONORATO

Notitia cultus ex Breviario et Martyrologiis.

G. H.

Sancti Godoaldi memoria celebratur in Breviario Metropolitanæ Ecclesiæ Senonensis, quod habemus anno MDCXXV excusum, eaque memoria præscribitur universæ diœcesi: sed nihil in peculiari recitandum additur. Similiter Godoaldi Confessoris nomen inscriptum est Auctario Greveni ad Usuardum, anno MDXV et MDXXI impresso. Canisius in Martyrologio Germanico: Sancti Confessoris Godoaldi. In Martyrologio Bellini, auctius Parisiis excuso anno MDXXI ista habentur: Eodem die S. Godoaldi Episcopi et Confessoris. Quæ inde descripsit Molanus in suis ad Usuardum Additionibus. In MS. Florario tres Sancti ita conjunguntur. Sanctorum Confessorum Dietgrii Abbatis, et Godoaldi, ac Colmanni Episcopi. An ex simili conjunctione nomen Episcopi fuerit Godoaldo adjunctum, queri potest, sed non facile definiri. Videtur et patria apud Ferrarium addita, dum
C ista referantur: In Hibernia S. Colmanni Episcopi. Ibidem S. Godoaldi Episcopi: et pro utroque citatur Molanus, qui in prima editione sub finem agit alio charactere de S. Colmanno, cum antea Godoaldum Episcopum et Confessorem, absque ulla loci notitia, proposuisset: et in posterioribus editionibus hunc solum proponit nulla Colmanni facta mentione. Saussayus in Martyrologio Gallicano ista scribit: Senonis S. Godoaldi Confessoris, qui Deo toto corde intentus, mundum carnemque odio sanctissimo impugnavit, victorque ex stadio egressus, beatam ovans perrexit ad patriam. Hæc ibi: quæ passim de omnibus Sanctis Confessoribus dici possunt. Reliqua latent, nisi a Senonibus aliqua lux affundatur.

2 Honoravit, aliquot abhinc annis et mortuo pridem Henschenio, præsentia sua nostrum museum vir eruditus Claudius Castellanus, Parisiensis Canonicus, docuitque nos de S. Godoaldo, illum vulgo S. Goaud nominari, ejusque insignes Reliquias asservari Pitiveribus, vulgo Plaviers; ac titulum esse in vico, qui dicitur Yevre: quæ ambo loca sunt in pago Vastinensi, Senonensi diœcesi subjecta. Accepimus per nostri apud Senones Collegii Rectorem, anno MDCLXXVIII processum Verbalem, de inspectis anno MDLXXI Corporibus et Reliquiis in ecclesia Metropolitana, absque ulla mentione S. Godoaldi, nec etiam ille nominatur in Catalogo per nos inde delato, quo explicantur ea quæ in ecclesia et in diœcesi servantur Sanctorum lipsana: eoque impensius hic imploramus Senonensium diligentiam. Not. 4

F

DE B. LANDULPHO

EPISCOPO ASTENSI IN ITALIA.

Commentarius prævius de cultu et vita.

G. H.

AN. MCXXXIV

Relatus ad I Junii,

Asta, urbs Episcopalis Liguriæ mediterraneæ ad Tanarum fluvium, subest Serenissimis Ducibus Sabaudiæ et Pedemontii, de qua pluribus egimus XXX Martii ad Vitam S. Secundi Martyris Astensis. Jam acturi sumus de B. Landulpho, ejusdem urbis Episcopo, quem Galesinius, citatis codicibus MSS. et Tabulis Ecclesiæ Astensis, retulit ad Kalendas Junii his verbis: Apud Astenses Sancti Landulphi Episcopi. At Ferrarius, in Nova topographia ad Martyrologium Romanum, ad verbum Asta, ex Galesinio eumdem refert, sed putat errare, cum Ecclesia Astensis in Tabulis hunc Episcopum non habeat: ac propterea in Catalogo Sanctorum Italiæ nullam ejus mentionem facit. Postea tamen in Catalogo

A *talogo generali ad Kalendas Junii;* Astæ in Liguria, *inquit,* B. Landulphi Episcopi; *et in Notis,* Ex Martyrologio Galesinii, Qui tamen in Tabulis Ecclesiæ Astensis non est: de quo Baronius in Annalibus ad annum 1130. Unus fuit ex illis, qui Innocentio I Papæ adhæserunt. *Verum debuit habuisse Tabulas valde imperfectas: neque ulla Acta, ex quibus ipsi constare potuisset eum* VII Junii *vita functum. Ferdinandus Ughellus, tomo* IV *Italiæ sacræ, deducit Episcopos Astenses, et intra illos ponit* XXIX B. Landulphum, *cum longo elogio, quod, ut in Prologo fatetur, velut acceptum* a docto et erudito Philippo Malabayla, Monacho Cisterciensi, olim Congregationis Fuliensium Monachorum S. Bernardi emerito Generali, patriæ et Ecclesiasticarum rerum longe perito. *Nos eadem Acta, hinc inde latius deducta, ab eodem auctore tradita Philippo Alegambe nostro Romæ, anno* MDCXLIX *accepimus, triennio antequam dictus tomus* IV *Ughelli ederetur; eaque hic damus, cum editione Ughelli collata. Prænotavit Malabayla, se hanc Vitam collegisse* ex Monumentis S. Petri in Cœlo-aureo, et Astensis Ecclesiæ, ac diversis Auctoribus, *quorum præcipui sunt, Landulphus a S. Paulo in Historia, Julius Faltetus in Memoria, Joannes Philippus Novariensis in Chronologia, Bernardus Abbas* B *Bonavallensis et alius quidam in Vita S. Bernardi, Gabriel Pennottus de Canonicis Regularibus. Malabayla in titulo atque sub finem* Sanctum *appellat: Franciscus autem Augustinus ab Ecclesia, in Historia Pedemontana et Episcopis Astensibus, cum Ughello,* Beatum *dumtaxat, quod et nos facimus.*

mortuus 7 Junii.

Acta scripta.

VITA

Auctore Philippo Malabayla,

Lele [illegible]

Quam vere dictum sit a Sapiente; Generatio præterit et generatio advenit, terra autem in æternum stat: cum in omnibus universi orbis civitatibus, tum in ea, quam suo ortu hic Sanctus, de quo loqui instituimus, illustriorem reddidit, et Pastorali officio ad [illegible] feliciter deduxit, satis superque perspectum habetur. In eodem namque loco firma consistente Astensi urbe, plurimæ ex iis familiis, de quibus ad posteros aliqua demanavit memoria, per varia temporum intervalla, dilabentium aquarum in morem, prætereuntibus [illegible], novisque subinde in locum [illegible] succedentibus, quærendum sit proprie familiæ perpetuandæ studium, apertissime docuere. C In his porro familiis una autem, quæ de Varegliata, vulgo Varagna, dicebatur: [illegible] a castro ejusdem nominis, [illegible] lapide. [illegible] hæc familia, uti ab aliis plerisque nobilium Astensium familiis factitatum fuit, ipsum castrum exædificasset; sive quod ejusdem potiretur dominio. Certe ex nobilioribus eam fuisse, ecclesia S. Francisci, in qua illius sacellum et gentilitium extat sepulcrum, [illegible] testatur. Ex hac [illegible] familia ortus Landulfus, [illegible], etiamsi apud Astenses nonnulla eo adhuc essent Benedictini instituti, in quibus, pro more illorum temporum, adolescentes nobiles in Christianis virtutibus et in scientiis instituebantur; ne tamen domesticorum consuetudo in iis adipiscendis moram afferret, parentes illum ad celebre cœnobium S. Petri in Cœlo-aureo apud Ticinum amandarunt. Hic Landulfus iis omnibus, quibus ingenui adolescentes informari solent, sed pietate in primis adeo se dedidit, ut, quo in [illegible] progressus in ea faceret, illud ipsum institutum fuerit amplexatus, quod Religiosi illius cœnobii profitebantur *a*. Et, siquidem Joanni Philippo Novariensi Chron. l. 3, c. 53, et Gabrieli Pennotto, lib. 3, c. 34, n. 2, fides præstetur, inter

Ex nobili Varegliata familia prognatus,

in Cœlo aureo Papiensis monasterio instructus,

a

Canonicos Regulares eum cooptatum, esset dicen- D dum: eam ab istis inter eos, qui ex Canonicis Regularibus ad Episcopatum fuerunt assumpti, noster Landulfus recenseatur. Quamquam enim, ait Pennottus l. I, c. 58, n. 3, in ipsa Abbatia usque ad annum MCCXXII, quo Honorius III Mortarienses Canonicos Benedictinis Monachis suffecit, eisdem Monachis hujus cœnobii regimen incubuerit; in eadem tamen, tam antea, quam post Monachorum a Luitprando Rege factam introductionem, semper extiterunt Clerici Regulares seu Canonici. Et quidem quod ante, probat ejusdem Luitprandi Diploma, pro confirmanda donatione de quadam alpe, eidem Ecclesiæ olim facta ab Ariperto Rege, ubi Lucidum Presbyterum alloquitur Rex, his verbis: Ipsi loco venerabili, et tuæ Religioni firmantes jam nominatam alpem etc. Quod vero etiam post introductos Monachos, probant Privilegii Paschalis II isthæc verba ad Abbatem et Monachos: Ordinationes Monachorum, seu Canonicorum vestrorum, a quocumque Catholico suscipiatis Episcopo, et in solennitate Paschali per subjectos vobis Clericos Baptismum fieri concedimus.

AUCTORE MALABAYLA.

non apud Canonicos Regulares,

2 Verum enimvero cum abhorreat a fide, quod in eadem Abbatia duplex ac duplicis instituti conventus, Monachorum scilicet S. Benedicti, et Clericorum Regularium S. Augustini, simul extiterit, cum nullum aliud firmius afferatur argumentum, illa verba, Ipsi loco venerabili, et tuæ Religioni etc. aptius accipientur in eodem sensu, ac ista, paulo ante in [illegible] Diplomate præmissa; Præfatæ Basilicæ, vel tuæ Almitati. Nempe ut significent, Tibi viro Almo, vel Tibi viro Religioso. Cum maxime Rector illius Ecclesiæ, non Præpositus, sed Presbyter tantum appelletur. Verba item illa Privilegii Paschalis, Monachorum seu Canonicorum etc. dum huic postremo non additur Clericorum, pro synonymis sunt habenda, [illegible] vox Canonicorum, ac vox Regularium, [illegible] Monachi. Et quando [illegible] esset Clericorum, potius [illegible] Clericos, Regulariter viventes in aliqua ex [illegible] Ecclesiis, quæ in eadem Bulla Abbatiæ [illegible], esset referendum [illegible], [illegible] Per Clericos vobis subjectos [illegible], Clericos seu Sacerdotes mercenarios; [illegible] Parochialia [illegible] Monachi [illegible], non [illegible] tur. [illegible] quod [illegible] Clericorum Regularium conventus in ea Abbatia extitisset, ipsi [illegible] Præ[illegible] horum Canonicorum [illegible] sed Monachorum [illegible], fuisse; et [illegible] his nostrum Landulfum, ratio suadet.

E

seu potius monachos Benedictinos,

3 [illegible] Landulfus, [illegible] ac generoso [illegible], in regulari institutus disciplina, [illegible] scientiis ac virtutibus facere perrexit, [illegible] Mediolanensem [illegible] Archiepiscopus *b* Anselmus, [illegible] consultum [illegible] Cœnobio [illegible] posset. Ubi igitur [illegible] Landulfum [illegible] Præpositum instituit. Quod secundum [illegible], Landulfus a S. Paulo Hist. suæ c. 1, [illegible] sumus, [illegible] fuisse asseret; ut reverti [illegible] Monachis Canonicæ Clericorum [illegible] Landulfus porro ipsi Anselmo [illegible] exhibuit, ut ad [illegible] expeditionem [illegible] sese adjunxerit. Verum cum maritimo itinere Syriam petens cum sua classe

habitum sumpsit;

b

F

Præpositus Mediolanensis,

c

AUCTORE MALABAYLA. Comes Archiepiscopi Constantinopoli mortui:

A classe Anselmus, Turcicam longe potentiorem obviam habuisset; ne impar viribus opprimeretur, iter reflexit, et Constantinopolim se recepit. Hic autem suprema ægritudine correptus, secundum utrumque hominem, caritatem, solertiam, et prudentiam expertus fuit Landulfi; qui sicuti viventi summa inservierat assiduitate, ita e vivis *d* exempto justa persolvi solicite curavit.

actum ut substituatur Archiepiscopus.

4 Postea, cum Anselmi obitus Mediolani renuntiatus fuisset, de successore eligendo agi cœptum. Erat in urbe Savonensis Episcopus Grossulanus, seu Grisolanus dictus, ex Vallisumbrosæ Monachis, qui pro Vicario Archiepiscopali se gerebat. Hic advocatis Primicerio et majoris Ecclesiæ Ordinariis, ut coram se ad electionem novi Archiepiscopi procederent, commonuit. Hi vero, cum nobilibus Clericis et præcipuis civium Mediolanensium habito consilio, non nisi Landulfum de Badagio dictum, ex ejusdem majoris Ecclesiæ Ordinariis eligendum censuerunt. Sed Grisolano, qui simoniacis artibus viam sibi ad eam dignitatem paraverat, ne de absente persona electio fieret, prohibente; ad nutum Arialdi Abbatis S. Dionysii, quidam Clerici, quædamque pars populi, quibus de Grisolano eligendo ante convenerat, hunc in Archiepiscopum eligendum clamarunt B atque laudarunt simulque idem Abbas paludamentum Episcopale in illius humeros injecit. Quæ videns ipse Grisolanus, in Episcopalem conscendit Sedem: sed non diu male quæsito honore quiete frui illi licuit. In humanis adhuc erat *e* Liprandus, Titularis S. Pauli in Compito, zelo in Simoniacos memorandus: quippe qui anno MLXXVII summis Pontificibus, in simonia ex Insubria profliganda omnem operam navantibus, ab eisdem Simoniacis, quod hac in re acrem ac fidelem se illis probaret, naso et auribus fuerat mulctatus: unde Gregorius VII per epistolam ei, tamquam Christi Martyri, gratulatus fuerat. Hic igitur, quibus artibus Grisolanus Archiepiscopatum obtinuisset edoctus, advocata concione, nequaquam pro legitimo Pontifice habendum edixit, qui per munus a manu, a lingua, et ab obsequio, Episcopale munus obtinuerat. Et ut dictis fidem faceret, paratum se obtulit hoc comprobare per divinum judicium, hoc est per ignem sine læsione transeundo. Id quod etiam indicta die, et loco ante S. Ambrosii ecclesiam statuto, ipse præstitit: tota urbe coram ipso Grisolano, et aliis nonnullis Episcopis inspectante, per accensam lignorum struem transeundo, illæso non tantum C corpore, sed et vestibus Sacerdotalibus, a flammis huc illucque agitatis, pedibusque nudis prunas, quasi mollem arenam percalcando. * Ad quod judicium licet exterritus Grisolanus sese abdidisset, illius tamen fautores turbas conciendo, eo rem adduxerant; ut hæc jam armis dicerni inciperet: incendioque urbs ipsa conflagrasset, nisi Landulfus e sua peregrinatione opportune reversus, mature occurrisset, Clerum et populum ita allocutus: Cur de lege Presbyteri Liprandi (hoc est de illius sententia et experimento per ignem sumpto) et Grisolano contenditis? et homicidia in vobis facitis? En vobis certissime dico, quod ego apud Dominum Papam Paschalem, ejusque Curiam et Synodum, comprobabo, illum non posse subsistere in numero Episcoporum aut Clericorum. Clerus et populus huic authentico viro (hoc est summa virtute et auctoritate prædito) credulus, una cum Grisolano et Presbytero Liprando, etiamsi senio et corporeis macerationibus prope confecto, aliquos ad id electos ad Romanam Synodum, ubi Grisolani causa discuteretur, proficisci voluerunt. Cum vero ibi causa ipsa examinaretur, Landulfus ita promissis stetit, ut nullum tamen in Grisolanum, ante Papam, vel

sed ob Grisolanum Simoniace factum Archiepiscopum,

sedat turbas excitatas,

D Curiam, aut Synodum, ignominiosum verbum protulerit. Ipse porro Grisolanus tum quidem Mediolanum redire fuit * permissus, paulo post vero, ab iis qui causam ejus judicandam susceperant, simoniace ingressus judicatus, non ad suam Savonensem rediit Ecclesiam; sed Romam repetens, ad monasterium *f* S. Sebastiani se contulit, ubi paulo post vita functus, sepulturam accepit.

et in Concilio Romano rem peragit:

creatur Episcopus Astensis:

5 At Landulfus post Synodum Roma digressus, a Canonicis Cathedralis Astensis in suæ patriæ Episcopum eligitur *, ipso anno MCIII. Quoniam vero eorum operum, quæ illi sanctitatis et optimi Pastoris, etiam apud exteros, opinionem pepererunt, nulla huc usque reperimus in Cathedralis Archivio monumenta, hic recensebimus quæ in hujus ecclesiæ splendorem ac utilitatem præstita, ex eodem Archivo cognovimus. Cujusmodi fuit; quod suavitatis odore, quem circumquaque ejus virtutes afflabant, attracti Abbas Ecclesiæ *g* S. Theofredi Martyris, et Armajenus Cervariensis Ecclesiæ Præpositus, ad illius patrocinium demerendum, ecclesias suas sponte illi subjecerunt: promittentes, in ejusdem Landulfi gratiam offerre quotannis Astensi Ecclesiæ, in die Assumptionis, unam libram incensi: et Amedeus, Dominus Anforiani *h*, Buzolaschi et Tevoleti, hæc ipsa castra, cum omnibus E eorum pertinentiis ipsimet Landulfo donavit. Marchio præterea Montisferrati Rainerius Guglielmi filius, obtulit monasterio S. Secundi de Turre-rubea, portionem sibi spectantem in Lacu Langiano: et Obertus item ejusdem Montisferrati Marchio, juramentum fidelitatis præstitit ipsi Landulfo, pro oppido *i* S. Salvatoris, quod ab Astensi tenebat Ecclesia. Valfredus denique Curtis-Sedonis Dominus, hanc illi testamento legavit: et Landulfus vice versa non modo confirmavit donationes, a prædecessoribus factas monasterio S. Anastasii Sanctimonialium Benedictini instituti, a Berengario Rege olim fundato, verum etiam adjecit ecclesias S. Michaelis et S. Laurentii, et quidquid Episcopus habebat in loco Montanerii, in Vulpilio, et Travezole.

accipit largas donationes:

et alias tribuit monasterio:

6 Ex Tabulario vero civitatis aliisque monumentis, quæ sequuntur, hujus Sancti Actis inserenda censuimus, secundum memorias Julii Ÿalleti. Cum Ottonis prædecessoris ipsius tempore, anno scilicet MCXCIX, epidemia Astensem civitatem adeo afflixisset, ut ad viginti octo millia ex ea obiisse memoriæ sit proditum; ad ægrotorum curationem adhibiti fuerant exteri medici, ac chirurgi, et præsertim Lausanenses. Quorum quidam cum magicis artibus F potissimum sanitatem conferrent, iis mulieres sensim ita se dediderunt, ut processu temporis, ad conciliandum amorem atque atrocia veneficia, illis uterentur. Quæ ut percepit sanctus Episcopus, ne res procederet, inultave remaneret, cum Magistratibus egit. At hi inquisitione facta, hujus criminis reas, et in iis quasdam e prima nobilitate, ad incendium damnarunt. Verum cum ipse sanctus Episcopus prospexisset, ex hujus pœnæ executione inter illarum propinquos exorituras simultates; quæ tandem in aperta odia ac dissidia, maximo cum Reipublicæ detrimento, essent eruptura; eam pœnam in perpetuos carceres intra privatos parietes commutandam duxit. Ratus præterea ad exterrendas eas, quæ fortassis adhuc latebant, hujus criminis affines, aptiorem hujus pœnæ diuturnitatem, sub earum oculis versaturam, quam atrocioris illius momentaneam et facile oblivioni tradendam acerbitatem, fore.

veneficia aufert curat

7 Anno deinde decimo sequentis seculi, cum Henricus Germaniæ Rex Italiam intrasset, profecturus Romam, ad coronam Imperii suscipiendam, ac in speciem se fidelem filiumque S. Petri professurus;

A surus; S. Landulfus officii causa se illi comitem adjunxit. Et Henricus in gratiam ipsius, nec non *k* Bernardi Parmensis, *l* Victoris Bononiensis, *m* Sigifredi Vercellensis, et *n* Eponis Novariensis Episcopi, ac Mathildis Comitissæ rogatu, Ecclesiæ *o* Viraniæ amplum Privilegium, a Sigonio in Henrico ad annum MCXVI relatum, concessit. Peropportune autem Sanctus hic Pastor Astensi Ecclesiæ concessus fuit, maximæ persecutionis turbine huic impendente ab eodem Henrico IV, qui pro vero Pontifice Gelasio *p* idolum suum Burdinum in Ecclesia adorandum proposuerat. Qua in re cum Astenses, sui Pastoris Landulfi exemplum secuti, schismatico Imperatori morem gerere aperte et constanter recusassent; indignatus ille, dum Germaniam repeteret anno MCXVIII, extrema quæque minari cœpit. Civitas vero, nulla unquam hæreseos vel schismatis labe polluta, et tam sancti Pastoris præsidio firmata, adeo non hæsitavit; ut fugienti in Galliam Gelasio egregiam pecuniarum vim etiam submiserit. Quæ ulturus Henricus, exercitum contra eam misit. Cives vero munitionibus urbis diffisi, quod hæ in sepibus et vallibus duntaxat tum consisterent, oratores miserunt: cum quibus pactus fuit Henricus, ab omni infestatione cessare, dummodo centum millia libras argenti illi persolverent, uniusque mensis alimenta exercitui suppeditarent. Quæ cum civitas præstitisset, ille spreto juramento, educentis civibus pro obsidibus datis, triginta in medio exercitus, perjurium illi nequidquam exprobrantes, capite truncari fecit: reliquos in Germaniam abduxit, ubi ad metalla damnati, qui pecunia se non redemerunt, brevi hanc vitam cum æterna commutarunt.

adhæret Gelasio Pontifici legitimo contra Burdinum,

B

8 Anno deinde MCXXX rursum Landulfo certandum fuit, ut a sua Ecclesia aliud schisma averteret, contra Innocentium II legitimum Pontificem, a Petro Leone, qui se Anacletum II dicebat, conflatum. Quanti vero ponderis fuerit ejusdem Landulfi auctoritas ad id malum præcavendum, non modo penes suos Astenses, sed penes alios quoque, etiam exteros, amplissimum testimonium præbuit S. Bernardus Epist. 126, dum illum inter plures eos Episcopos enumerat, qui cum præcipui sanctitate et auctoritate in Ecclesia haberentur, Innocentii partes tuendo, suo exemplo, prudentiores et religiosiores quosque in eamdem sententiam pertraxerant: ad Episcopos enim Aquitaniæ ita scripsit: Dei judicium esse cognoverunt, et acquieverunt,

C Episcopi *q* Equipertus Monasteriensis, *r* Hildebrandus Pistoriensis, *s* Bernardus Papiensis, Landulfus Astensis, *t* Hugo Gratianopolitanus, Bernardus Parmensis: horum gloria specialis, et præcipua sanctitas, et auctoritas etiam hostibus reverenda, facile nobis, qui minorem et meriti et officii tenemus locum, aut errare secum, aut sapere persuasit.

et Innocentio II contra Anacletum Antipapam

9 Inter hos porro Sanctissimos Pontifices, eo magis hæc Landulfi gloria et sanctitas enituit, quod ipsius Metropolita *u* Anselmus Mediolanensis Archiepiscopus, suos Mediolanenses eo schismate involvisse haud contentus; alios etiam suæ Provinciæ Christi fideles et Ecclesiasticos in primis, ab Innocentii obedientia ad Anacleti factionem pertrahere nitebatur. Cujus nefariis conatibus Landulfus præ ceteris dum obsisteret, Innocentius, ne vel huic, vel ceteris Episcopis Mediolanensis Ecclesiæ Suffraganeis, reverentia Metropolitano debita religionem injiceret, Apostolica sanctione eos omnes ex jurisdictione sive superioritate Mediolanensis Archiepiscopi exemit. Quod quia ab Auctoribus, qui de Archiepiscopis Mediolanensibus egerunt, fuit prætermissum; libet hoc perspectum facere ipsius S. Bernardi verbis, ad eosdem Mediolanenses; quos

et Archiepiscopum Mediolanensem

D idem Sanctus ad Innocentii obedientiam suis prædicationibus et inaudita miraculorum frequentia adduxerat, invito licet ac renitente Anselmo. Unde cum hic ab Innocentio dignitate privatus, et seu vi seu metu extorris, obiisset; Mediolanenses eumdem Sanctum in suum elegerant *x* Archiepiscopum. Cui electioni etiamsi S. Bernardus minime acquieverit, in ejus tamen gratiam, Innocentius eidem Ecclesiæ suos Suffraganeos restituerat. Sunt porro S. Bernardi, civitatem Mediolanensem monentis, ne Summi Pontificis supremam et divinitus datam auctoritatem, ad suum sensum coarctandam putarent, hæc verba Epist. CXXXI. Agnosce potius in qua potestate, gloria et honore Suffraganeorum tuorum privata extitisti. Quis pro te valuit obviare Apostolicæ auctoritatis justissimæ severitati, cum provocata tuis excessibus, decrevit te tuis illis antiquis et præclaris ornamentis denudare? mutilare membris? Et hodie confusa et mutilata jaceres, si non benignius, quam potentius tecum actum fuisset.

AUCTORE MALABAYLA.

10 Cum igitur Landulfus Anselmo, debitam alioquin a Suffraganeis Metropolitano reverentiam denegaret, tum quia ille Pseudopapæ adhærebat, tum

E etiam quia Summus Pontifex, ne eumdem pro Metropolita jam haberet, interdixerat: non desino mirari, quomodo aliqui *y* ex prædictis Auctoribus veriti non sint, hunc in Landulfo Catholicæ unitatis zelum, debitamque Christi Vicario obedientiam damnare: et in Anselmo protervitatem et rebellionem commendare, de ipso Anselmo ita scribentes: Hic Archiepiscopus fregit audaciam Episcopi Astensis, qui nolebat inter Suffraganeos Ecclesiæ Mediolanensis connumerari. Etenim Anselmus, cernens præ omnibus Landulfum sibi adversari, et ipsius potissimum respectu, a sua Ecclesia detractos Suffraganeos intelligens; armis illum ulcisci, et prosequi decrevit. Itaque contractis ex Mediolanensi, aliisque urbibus Anacleti partes tuentibus, militaribus copiis, Astam contendit. Verum civibus ita sese tuentibus, ut urbis expugnandæ spes nulla superesset; ad vastationem agri, direptionemque vicinorum castrorum, arma convertit. Quæ mora, pecunia aliave ejusmodi jactura, redimenda censens Landulfus; præter cetera, donavit Anselmo ingentis ponderis auream Crucem, gemmis præfulgentem: quam ille maxime peroptabat, velut pro tropheo, in sua ecclesia erigendam ac conservandam.

quem post obsidionem urbis suæ muneribus placat.

F

10 Fama igitur virtutum Landulfi, ac studiis in sua causa tuenda invitatus Innocentius, e Galliis Romam rediturus, sacros Paschatis dies anni MCXXXII apud ipsum Landulfum, suosque fideles Astenses transigere decrevit. Cum eo autem fuit S. Bernardus: qui præsens utique cognoscere potuit ea, quæ de Landulfi præcipua sanctitate, ceterisque dotibus deinde scripsit. Discedentem deinde Pontificem Landulfus prosecutus est Placentiam: in qua cum Innocentius Concilium celebrasset, Landulfus ab eo dimissus, ne ob ipsius absentiam, in suæ ecclesiæ præjudicium Anselmus aliquid moliretur, Astam repetiit. Ubi pari cura et sollicitudine, iis omnibus, quæ se ipsum, et populum sibi commissum Deo acceptabilem reddere possent, eo magis semper incumbere perrexit, quo sui cursus finem appropinquare sentiebat.

Innocentium Papam excipit

11 Sicuti vero sanctitate celebrem vitam exegerat Landulfus, ita et mortem sanctissimam obiit anno sui Pontificatus trigesimo primo, et reparatæ salutis humanæ MCXXXIV. Elatum solemni proque ritu, tota diœcesi, nedum civitate, hoc orbata Pastore, ingemiscente; ipsius cadaver tum quidem more eorum temporum, erga eos qui pro Sanctis haberentur usitato,

moritur anno 1134

tato,

AUCTORE [illegible]

A tato, in capsa marmorea loco sublimi posita reconditur; deinde vero in altare sacelli S. Agnetis, odæo Cathedralis inhærentis, includitur. Ejus autem obitus in Necrologio, Kalendario vetustiorum Breviariorum interscripto, ita adnotatus legitur, VII Idus Junii, obiit beatæ memoriæ Landulfus Episcopus Astensis. In Kalendario vero non ita antiqui Breviarii, ejus nomen eodem pene modo, quo ceterorum Sanctorum, descriptum sub eadem die cernitur: nempe VII Idus Junii Landulfi Episcopi. Quod utique, sicuti etiam, quod ipsius corpus fuerit intra altare reconditum, evenisse dicendum, cum pro Sancto eum habendum fuit declaratum. Et licet, quo tempore, et a quibus id statutum fuerit, nobis sit adhuc incompertum, exploratum tamen habemus, non nisi post annum [illegible] ejus corpus in altari fuisse repositum. Nam eo anno Matthæus Catena Archipresbyter Cathedralis, ipsammet Ecclesiam heredem ex asse instituit, ea conditione, ut sepeliretur in Capella sanctæ Agnetis, juxta capsam marmoream, in qua positum erat Corpus Beati Landulfi Episcopi; pia scilicet fiducia fretus, ad ipsius Sancti patrocinium obtinendum, ipsamet sui corporis, hujus sancti reliquiis vicinitatem, quoquo modo profuturam. B

7 Junii

corpus altari inclusum

ANNOTATA G. H.

a *Disputationem sequentem omisit Ughellus, et merito. Tota enim, ut legenti patebit, eo recidit, quod non sit verosimile duplicis instituti professores in eodem monasterio fuisse* XII *seculo, cum utrumque in tabernaculo majoris altaris, ad utrumque posterioris arcus angulum, clare sculpti reperiantur genuflexi, hinc Monachus, inde Clericus; et Benedictini Canonici et Eremitæ Augustiniani, excepta Regula toto cælo diversi, communiter eamdem ecclesiam teneant, mutuo tamen inter se aversum habentes. Ughellus ergo istis omissis, tanquam incertis, ista solum habet.* Hic educationis gratia ad S. Petrum in Cœlo-aureo Papiensi missus, Sanctique Benedicti institutum amplexus *etc. De hoc monasterio egimus 1 Martii ad Vitam S. Aponi, ubi eum Monachi Benedictinum, cujus Acta, ad illud tempus [illegible], dudum [illegible].*

b Anselmus, *hujus nominis* 4, *Vulgo* [illegible], *abbas de Busto, ab Urbano* 2 *Papa anno* 1096 *confirmatus est.*

c *Landulphum a S. Paulo floruisse tempore Petri Grossulani, dicti Anselmi successoris, indicat in istius electione Ughellus: ut autem hoc Caput primum, sic postea ad asteriscos *** Caput* 9, 10, 11, 12 *et rursus* 21.

d *Dictus* Anselmus *mortuus est Kalendis Octobris anno* 1100 *cujus laudes prosequitur Ughellus.*

e *Hæc et sequentia ex Landulpho de S. Paulo* [illegible]*tissime per plures paginas Ughellus descripsit, in* D *Petro Grossulano et ejus successore Jordano,* 81 *et* 82 *Archiepiscopis Mediolanensibus, a columna* 173 *ad* 187.

f *Alias S. Sabæ, et dicitur obiisse anno* 1117. *De eo plura vide ante tom.* 7 *Maji, in tractatu de Episcopis Mediolanensibus.*

g S. Theofredus, *ex Thebæa Legione Martyr, circa Ortam Padi colitur* 7 *Septembris.*

h *Ughellus* Rozdusecum *appellat. Auctor vero in margine citat Notas publ. an.* 1111 *et mox infra anni* 1119, *et* 1113.

i Obertum Marchionem Salvatoris investivit anno 1119 B. Landulphus. *Ita Franc. Augustinus ab Ecclesia.*

k Bernardus, *ex Abbate Generali Vallumbrosano Cardinalis, Parmam legatus, ibidem factus Episcopus anno* 1106, *mortuus anno* 1133, 4 *Decembris, quo colitur Sanctis adscriptus.*

l Victor *creatus anno* 1104, *vita functus an.* 1130.

m Sigefredus *successit Gisulfo post* 19 *Januarii anno* 1108, *quo hic reperitur alicui instrumento subscripsisse: et Sigefredus saltem ad annum* 1106 *præfuit.*

n Epo *alias* Eppo, *et* Hebo, *nimium adhæsit Henrico Imperatori. Consulendus Carolus a Basilica Petri, in Episcopis Novariensibus pag.* 349.

o Viradæ *alias*, ecclesiæ S. Petri in Episcopatu Cremonensi privilegium anno 1115 Kalendis Julii concessit.

p Gelasius 2 *creatus exeunte Januario* 1118. *Hic autem in margine rursus allegatur Falletus.*

q Equipertus *hic videtur esse Archiepiscopus Tarentasiensis, collocandus inter Bosonem, qui præfuit anno* 1090, *et Israelem creatum anno* 1134.

r Hildebrandus XVIII Pistoriensis *in Hetruria, sedit ab anno* 1107 *ad* 1133.

s Bernardus XXV Papiensis *sedit ab anno circiter* 1110 *ad annum* 1132, *aut sequentem.*

t S. Hugonis Gratianopolitani *Vitam dedimus Kalendis Aprilis, quibus mortuus est* 1131: *de* S. Bernardo Parmensi jam *egimus.*

u *Hic est* Anselmus V Pusterla, *electus an.* 1123 [illegible] *Landulpho describit Ughellus, uti et electionem S. Bernardi: de quo etiam vide Tractatum præcitatum. Hic autem in margine citatur* Bern. Ab. Bonæval., in Vita S. Bern. lib. 2 cap. 2 *et mox infra* cap. 3, *ac deinde* Guill. Ab. in Vita S. Bern. cap. 4 et Ab. Bonævall.

x *Etiam de hac electione vide Tractatum prædictum.*

y *Hic in margine citatur* Auctor libri, *cui titulus*, Successio S. Barnabæ [illegible] *Landulpho laudatur* Falletus. E

z S. [illegible] *in margine scribitur* Nota publ. 3 Februarii.

DE SANCTO ROBERTO

ABBATE ORDINIS CISTERCIENSIS IN ANGLIA

COMMENTARIUS PRÆVIUS

I. P.

De locis habitationis et Vita scripta.

ANNO MCXXXIX

Loca habitationis.

I*nter illustres Ordinis Cisterciensis Sanctos, hoc* VII *Junii, ad Christum migravit anno* MCXXXIX S. Robertus, *in Ducatu Eboracensi ortus, secularis eruditus, ac Pastor seu Rector Ecclesiæ factus, qui deinde habitum Benedictinum in Witbiensi monasterio in Septemtrionali Ducatus parte sumpsit; inde ad Cistercienses transiens, ac primo in monasterio de Fontibus prope Ripum ad limitem Occidentalis et Septemtrionalis partis ejusdem dicti Ducatus, et Urbem floruerit. Hinc anno* MCXXXVII *migravit ad plagam Northumbriæ, et Novum-monasterium construxit, primus ejus Abbas factus. Situs hujus loci ignoratur. Fuit certe in confinio*

Dunelmensis

et situs Novi-monasterii.

A *Dunelmensis Episcopatus, aut sic ipse forsan* Northumbriæ *annumeratur, sicut olim cum toto Ducatu Eboracensi fuit in regno Northumbrorum. In dicta Dunelmensi diœcesi vixit* S. Godricus Eremita, quem S. Robertus, *ut infra in Vita dicitur num.* 8, sæpius invisere et alloqui consueverat, utpote confessionis et conscientiæ illius medicus. *Degebat is infra Dunelmum in loco Finchale ad Illirum fluvium. At num* 4 S. Robertus per Novum-castrum transitum fecit. *Id vulgo* Neucasle *in confinus hodiernæ Northumbriæ et agri Dunelmensis situm est, supra quod* Neushela *ad Orientalem Alorum fluvium est : sed et plurima in utraque provincia loca a* Novo *seu* Neu *denominationem habent.*

Vita scripta.

2 *Vitam S. Roberti damus, primogenia phrasi apud Joannem Capgravium Legendæ Angliæ, Londini anno* MDXVI *excusæ insertam. Laurentius Surius asserit, eam* bona fide conscriptam, et stylum passim nonnihil mutavit. *Sed non absque mendo. Nam asserit* S. Godricum solitum recipere confessiones viri De Roberti, *cum ille Anachoreta non fuerit Sacerdos, atque cum (ut jam insinuavimus)* Robertus *fuerit* medicus confessionis et conscientiæ S. Godrici. *Aliqua eisdem verbis conferuntur in hac S. Roberti Vita, et Vita S. Godrici relata* XXI *Maji, videturque eodem* B *tempore utraque conscripta. Auctor Vitæ S. Godrici fuit Galfridus, qui illum novit, et varia habuit a Germano Priore, et Reginaldo Monacho cœnobii Dunelmensis ; nec dubito quin eadem diligentia fuerit hæc* Roberti *Vita exarata. Auctorem forte indicaret Prologus, si alibi reperiretur. Ex Laurentii Surii relatione, passim sua contraxerunt, Chrysostomus Henriquez, in Fasciculo Sanctorum Ordinis Cisterciensis, distinctione* XI ; *Angelus Manrique, in Annalium Cisterciensium tomo* 1 *et* 2; *et alii.*

Memoria in Fastis.

3 *Post editam apud Capgravium Vitam, sacra* Roberti *memoria inscripta est recentioribus nonnullis Martyrologiis. Primus id fecit Richardus Witfordus, in suo quod Anglice edidit Londini anno* MDXXVI ; *secuti, Molanus in Auctario Usuardi et Galesinius ; item Wion, Menardus, Bucelinus in monasticis ; et citatus Henrique, Chalemotus atque alii e Cisterciensibus; Wilsonus denique in Martyrologio Anglicano cum hodierno Romano, ubi ista leguntur :* In Anglia S. Roberti Abbatis, Ordinis Cisterciensis. *Longiora aliqua ab aliis referuntur elogia, sed ex ipsis Actis desumpta. Nonnullas ejus Reliquias habent Monasterii Westphaliæ apud Patres nostros infra summam arcem, habeo ex Catalogo Reliquiarum inde nobis misso. Optem* C *scire quales, et quando allatæ eo sint.*

VITA

A Joanne Capgravio edita.

Rector Ecclesiæ.

Venerabilis Abbas Robertus, ex provincia Eboracensi ortus, in puerili ætate levitates et infantium ludos devitans, et in litteratura proficiens, cujusdam ecclesiæ Rector efficitur. Dimissa tandem ecclesiæ et animarum cura, in monasterio de *a* Whiteby habitum monasticum petiit et accepit. Illis autem diebus *b* Richardus, Prior Monasterii *c* S. Mariæ Eboracensis, cum duodecim sociis, locum quemdam, nomine Fontes, a *d* Thurstino Archiepiscopo suscepit; et in Abbatem electus monasterium construxit, et habitum *e* Cisterciensium assumens, vitam illorum et mores zelabat. Non erat qui panem sumeret otiosum ; vel quieti indulgeret, nisi labore fatigatus. Famelici accedebant ad mensam, fatigati ad lectum : numquam satiati, sine tristitia et murmure, cum omni alacritate benedicebant Dominum. Huic etenim congregationi sanctæ, vir Domini Robertus, obtenta Abbatis sui licentia *f*, se adjungens, in labore erat strenuus, in lectione et meditatione assiduus, in oratione devotus, in consilio providus, in sermone facundus. D

tum monachus in Whiteby.

dein Cisterciensis in cœnobio de Fontibus,

EX CAPGRAVIO

2 Elapsis autem quinque annis, anno scilicet Domini millesimo centesimo tricesimo septimo, collata a quodam nobili possessione magna, in plaga Northumbriæ, venerabilis Robertus in Abbatem electus, assumptis secum undecim Fratribus, Novum-monasterium construxit. De mensa satiatus numquam surrexit et in Quadragesima panem et aquam comedere consuevit. Quodam tempore Paschali, mortificato gustus appetitu, cum apposita sumere non posset, Frater qui ministrabat, dixit ei ; Quare non comedis, Pater? Cui ille : Si haberem panem avenaceum butyro litum, puto quod inde comedere possem. Quo allato, considerans se modicum concupiscentiæ consensisse, vehementer expavit : et severus in se judex et ultor effectus, gustare renuit, et incibatus permansit. Et cum cibum illum pauperibus ad portam mitteret ; juvenis quidam, splendidam habens faciem, totum cum paropside sumpsit, et statim evanuit, cumque de vase ablato sermo fieret, paropsis super mensam coram Abbate cecidit. Erat enim Angelus Domini, qui eleemosynam viri Dei de cœlo missus accipere venit. Præter solitum servitutis et orationis pensum, centum quinquaginta Psalmos quotidie Domino decantabat.

post Abbas Novi-monasterii :

expetitum a se cibum, non attingit oblatum.

3 Factum est, ut quodam tempore solito attentius orans, et lacrymis abundanter faciem rigans, animam suam coram Deo effunderet, petens ut acceptam haberet servitutem suam et Fratrum suorum, et nomina eorum in libro vitæ conscriberet. E Et facta est ad eum vox de cœlo, dicens : Confortare tibi, quoniam exaudita est deprecatio tua : et nomina filiorum tuorum, pro quibus rogasti, in cœlis scripta sunt. Soli enim duo de numero illorum in terra scripti sunt, quia cor eorum a terrenorum amore numquam recessit. Nec multo post duo Conversi, relicto Ordine, vitam in seculo misere finierunt.

intelligit nomina suorum scripta in libro vitæ exceptis 2

4 Cum autem per *g* Novum Castrum transitum faceret, inter juvenum copiam hominem vidit mirabili curiositate huc et illuc discurrendo, precari vultu blandiri, et quasi negotium arduum suggerere. Et considerans vir Dei non esse hominis officium, sed nimium ludibrium ; potenti virtute verbi eum impe rat, ut societatem illam quantocius relinquat. Heus tu, inquit, e demonstrate, non es viris illis necessarius : recede velociter, et sequere me. Qui statim demisso vultu Abbatis vestigia per lutum platearum, velut ad caudas equorum ligatus, cunctis mirabili stupore perculsis, sequebatur. In diverticulo semitarum extra urbem dixit ei vir Dei : Quis es tu, et quid cum hominibus illis tractabas? Et ille, Quis sum, inquit, bene nosti, et opera mea non te latent. Nuptiæ cum magna pompa a divitibus paratæ in vico illo celebrantur. Paraveram et ego, quomodo sponsus in convivio ab æmulis suis occisus rueret, et indignati convivæ in ultionem sponsi festinarent, et ira et ebrietate exæstuantes, mutua cæde multi perirent ; futurum etiam, ut urbs in seditionem versa, intestinum bellum conflaret, per quod multorum animæ cæsis corporibus in sortem nostram devenirent. Putabam me gaudium magnum de adepta victoria magistro meo nuntiare : Nunc dissipato per te consilio meo vacuus redeo, et mæris recedo. Vir autem Domini, malitiam illius execrans, præcepit in nomine Domini, ut deserta loca petens, ulterius hominibus illudere non præsumeret. Ad hanc vocem liquefactus inimicus evanuit, et tantum post se horrorem reliquit, ut equi, hinnitu, fremitu, et ungularum fossione sævientes, vix a sessoribus suis poterant coerceri. F

g

Dæmonem cogit sequi,

et nequitias fateri,

et jubet adire deserta loca :

EX CAPGRAVIO aliquandæmonem videt explorare actus monachorum in choro, indeque novitium extrahere, mox misere mortuum :

5 Quadam autem nocte vidit diabolum secus introitum chori consistere volentem, sed non valentem intrare. Erat autem quasi rusticus, succinctus nudis et longis tibiis, portans in tergo sportellam, ligno ante pectus funibus innexam : et producto collo, rotatu oculorum, cœpit chorum circuire, et acuto intuitu cunctos considerare, si quid sibi placitum invenire potuisset. Viro enim Dei instantius orante, et Fratres a torpore excitante, dum improbus explorator diu frustra expectans nihil proficeret, cum indignatione recedens, chorum Conversorum diligenter intuetur : si quem somnolentum videt, cachinnando contemnit; si quem noxiis cogitationibus occupatum, huic toto conatu tripudians applaudit. Demum inter novitios juvenem reperit, corde ad illicita vagantem, solo corpore præsentem; qui quomodo latenter posset exire, jam fugam meditabatur. Hunc inimicus, suum esse advertens, fuscinula tridenti arreptum, in fiscellam suam projecit, et veloci cursu foras extulit. Tunc Vir sanctus, pro Fratre illo sollicitus, eum mane diligenter perquiri fecit. Sed ante auroram vagus et profugus, relicto suavi jugo Christi, secutus fuerat inimicum; et conjunctus iniquitatis filiis, latrociniis deditus, capitis abscissione vitam in brevi finivit.

In visione naufragium noscens, curat submersos sepeliri :

6 Cum vice quadam Missam celebraret, vidit mare, multiplicatis voluminibus fluctuum in sublime erectum; et quia navis fracto suo gubernaculo, et ruptis rudibus incerta vagatione ferebatur, donec scopulis illisa, a compage sua penitus dissolveretur; et maritimis undis viri absorpti, pro meritis præmia recepturi, animas dederunt. Post Missam vero misit Fratres, qui quarto die in littore et loco a viro Dei designato, submersorum corpora invenientes, ecclesiasticæ sepulturæ tradiderunt.

contra maledicos defenditur a S. Bernardo

7 Matrona quadam, admonitione servi Dei vitam suam emendans, seculi pompam et ornamentorum vanitatem contempsit, ut inter delicias domus suæ solitariam vitam agere videretur. Sæpius ergo Dominam illam visitare, et ad meliora prævocare consuevit. Hinc Fratres quidam, pravis suspicionibus fatigati familiaritatem illam carnalis affectionis illicitæ causa fore incusant : et multorum auribus infectis, demum ad B. Bernardum et quæstio devenit : ad quem servus Dei veniens, cui in spiritu nomen et meritum divinitus innotuit, et vocans eum secretius, dixit : Frater, inquit; Roberte, falsa sunt omnia, quæ contra te sinistra suspicio machinari conata est. Et in signum amoris zonam suam eidem contulit : quæ meritis utriusque multis infirmis postmodo sanitatis beneficia restituit.

Anima ejus in globo igneo ab Angelis in cælum defertur.

8 Sanctum etiam *h* Godricum, utpote confessionis et conscientiæ illius medicus, sæpius *i* invisere et alloqui consuevit. De morbis vitiorum et virtutum remediis, de secretis cœlestibus et angelicis visitationibus, de Sanctorum patrociniis inter se disserentes, diem cum noctibus continuabant. Cumque Godricus tandem in cella sua consisteret, vidit duos muros candidos, ad cœlum usque directos; in quorum uno tres Spiritus angelici apparebant, qui spiritum præfati Abbatis in globo igneo ad superna deferebant. Unus a dextris, alter a sinistris procedebant; tertius supra omnium verticem nimia cum exultatione præibat. Non enim, inquit Godricus, disponente Domino, solus a corpore migrare potuit, quia cum eo quædam bonæ vitæ femina de Haslinges discessit, nomine, Editha. Et licet fuerint longo terrarum spatio separati; eadem tamen hora in eadem beatitudinis sorte sunt conjuncti. Irruerunt in occursum ejusdem Abbatis spiritus nequam; sed decertantibus pro eo Angelis, diabolus in sua præsumptione confunditur, et in sinum Abrahæ Robertus servus Christi excipitur. Obiit autem anno Domini millesimo centesimo quinquagesimo nono, septimo Idus Junii.

eo invocato sanatur mutus et alii plures.

9 Quidam ab utero matris suæ mutus effectus, in magno luctu et lamentatione, opem S. Thomæ Martyris diu perseverando postulavit. Cui S. Thomas in visione apparens, dixit : Surge velociter, et ad Novum-monasterium festinando progredere, et a S. Roberto illius loci Abbate loquelam et perfectam sanitatem nihil hæsitans consequeris. Ille vero in corde suo murmurans, dixit : Quis præbebit ducatum? Quis exhibebit viaticum? Sanctus respondit : Ille tibi ductor erit, qui verbo cuncta creavit. Credidit igitur, et gaudens pervenit ad locum : et salutem optatam adeptus, glorificabat Deum *k*. Alteri insuper muto loquelam reddidit, contractum curavit, phrenetico sensum et rationis usum dedit, puerum contractum gressibus direxit, cæcum illuminavit, et multis aliis sanitatis beneficia suis meritis devote poscentibus contulit.

ANNOTATA G. H.

a Whiteby *olim* Streneashala, *dicta, monasterium sanctimonialium, cujus prima Abbatissa fuit S. Hilda, a S. Beda lib. 4 Hist. Angl cap.* 23 *laudata. Huic successit S. Elfleda, filia Oswy Regis Northumbrorum : cujus Elfledæ Vitam illustravimus ad diem* VIII *Februarii. Illud* monasterium tempore Danicæ infestationis deletum *scribit Malmesburiensis, lib.* I *de Gestis Regum Angl. cap.* 3 *: sed restauratum* anno MLXXIV *asserit Dunelmensis, de Gestis Regum Anglorum, et* Witeby appellatum : *ubi primi numerantur Abbates,* Willelmus, Nicolaus, Benedictus, Ricardus, *qui supererat cum scriberet auctor circa annum* MCXXX : *sub eodemque* Ricardo *S. Robertus ibidem monachus fuit. Est etiam nunc* Whitbye *oppidum ad Oceanum Germanicum, in parte Boreali Ducatus Eboracensis vulgo* Northridinge *dicta. De ipso monasterio consulendum monasticum Anglicanum tomo* I *pag.* 71.

b *Joannes Prior Hagustaldensis, in Historia, Dunelmensis continuata, ad annum* 1132 *eadem sic accuratius describit.* Ricardus Prior cœnobii S. Mariæ Eboraci, et seniores ejusdem loci cum eo, non sine seditiosa contradictione sui Abbatis Galfridi et Conventus, regressi sunt eodem anno VI Kalendas Januarii, et construxerunt cœnobium de Fontibus juxta Ripum, dante eis possessionem Turstino Archiepiscopo : in qua præfuit primus eorum Abbas Ricardus, vir in Ecclesiasticis negotiis expertissimus. *De eodem monasterio constructo consule etiam Neubrigensem lib.* I *cap.* 14.

c Abbatiam S. Mariæ Eboraci, fundatam anno 1078. *asserit Dunelmensis.*

d Thurstinus *Henrici I Regis Capellanus, in Eboracensem Archiepiscopum electus est anno* 1114, *mortuus anno* 1140. *Ita Dunelmensis, et Hagustaldensis.*

e *S. Bernardus epist.* 98 *ad* Ricardum *confirmat missos e Claravalle, qui institutum et mores Ordinis docerent.*

f *Sub initium monasterii capti, cum facultate Ricardi Abbatis sui.*

g Novum-castrum, *vulgo* Neucasle, *ad Tinam fluvium in confiniis hodiernæ Northumbriæ et Dunelmensis diœcesis.*

h *Colitur* S. Godricus 21 *Maji, in cujus Vita num.* 33 *eadem de anima* S. Roberti *et* Edithæ *referuntur. Fuit is Eremita non Sacerdos, ut jam dixi.*

i *Degebat ille supra ripam Wiri fluminis, in loco Finchale intra Dunelmum : ad quem in hujus Vita dicitur* S. Robertus sæpius descendisse piæ consolationis alimenta percepturus : cui in spiritu prophetiæ semel præmonitus dixit : Memento mei, Pater,

quia

A Quia in hac carnis corruptione, faciem meam amplius non videbis. *Post mortem* S. Roberti *vixit* S. Godricus *fere undecim annis:*

k *Surius, reliquis omissis, ita concludit :* Multa alia D vir Dei miracula edidit, quæ studio brevitatis sunt omissa.

DE BEATO PACE

ORDINIS MINORUM CASSLÆ IN UMBRIA

G. H.

Ex imagine, ex Jacobillo, et ex aliis.

CIRCA MCCLXX.

Cassia, *oppidum Umbriæ est, in diœcesi Spoletana, uti dictum ad Vitam B. Ritæ de Cassia, sanctimonialis Ordinis Eremitarum S. Augustini, die* XXII *Maji. In hoc oppido præter monasterium dictorum Eremitarum est etiam Conventus Fratrum Minorum S. Francisci, circa annum* MCCXLVII *erectus, ejusque ecclesia denuo renovata anno* MCCCXXIV.

Patria,

In hoc Conventu floruit Beatus Pax, *ex urbe Theatina, sive ut aliis placet Reatina oriundus, et vita hac mortali exutus circa annum* MCCLXX *die* VII *Junii. Sacrum ejus corpus tunc cum debita veneratione sepultum est in capella subterranea altaris majoris : qua postea*

Sepultura.

B *diruta, fuit translatum in alium ejusdem ecclesiæ locum, sed hactenus incognitum. Solum hoc tempore in dicta ecclesia videtur imago ejus in aliqua capella, erecta ad honorem S. Caroli Borromæi et hujus* Beati Pacis : *uti Ludovicus Jacobillus tomo* I *de Sanctis et Beatis Umbriæ testatur; ista insuper de vita ejus addens :* Hic Beatus magno zelo æstuabat in Regulæ suæ observatione, et omni obedientia, quam singulari studio servabat. Non enim solum suis Moderatoribus, sed præterea ex summa humilitate procurabat se subjicere et submittere voluntatem suam aliis se inferioribus : quod valde placuit Domino Deo, quo cooperante multa tam in vita quam post mortem patrata fuere miracula. *Hactenus Jacobillus.*

Imago,

Capella,

Obedientia.

Miracula.

Inter Beatos Ordinis Seraphici illum recenset Franciscus Gonzaga, par. I *pag.* 98; *Rodulphius Tossinianus, lib.* I *fol.* 126; *et plures alii, ab Arturo in Martyrologio Franciscano citati, apud quem ista leguntur :* Cassiæ in Umbria Beati Pacis Confessoris, virtutibus et miraculis spectabilis. *Waddingus meminit ejus* E *ad annum* 1270 *num.* 27, *asserens, eum* provinciam Romanam illustrasse, sepultumque in loco Cassiæ in custodia Montanorum, *et ad annum* 1291 *num.* 66. Spoletanæ, *inquit,* diœcesis in Umbriæ regione Conventus Cassiæ, concessus Fratribus, inquit Rodulphus, anno MCCXLVII; in quo Frater Pax, uti habet Pisanus, multis virtutibus et miraculis claret.

Beati titulus.

OCTAVA DIES JUNII

SANCTI QUI VI IDUS JUNII COLUNTUR

Sanctus Maximus vel Maximinus, Episcopus Aquis-Sextiis in Gallia.

S. Calliope, Martyr apud Græcos.

S. Genesia, Virgo Martyr, Cherii in Pedemontio honorata.

S. Marcianus,
S. Jocundus, } Martyres in Ægypto.

S. Cristus sive Euristes, Martyr Cæsareæ in Palæstina.

S. Marcus,
S. Julius, } Martyres Dorostori in Mœsia.

S. Viticus,
S. Nestor,
S. Carus,
S. Lampites,
S. Marcina,
S. Acacius, } Martyres Nicomediæ.

S. Salustianus, Martyr in Sardinia.

S. Ptolomæus,
S. Philippus,
S. Joannes,
S. Acras, } Martyres Ægyptii.

S. Dorostolus,
S. Chrestus,
S. Marcia,
S. Muciana,
S. Helius,
S. Lucianus,
S. Zoticus, } Martyres Cæsareæ in Cappadocia.

S. Januaria,
S. Mucius,
S. Donata, } Martyres.

S. Spisinna,
S. Julius, } in Africa,

S. Eustolus, Episcopus, Martyr Nicomediæ.

S. Germanus,
S. Paulinus,
S. Justus,
S. Scicius, } Martyres Gerundæ in Catalaunia.

S. Syra vel Syria, in territorio Galliæ Trecensi.

S. Athre, Abbas in Ægypto.

S. Gildardus, Episcopus Rotomagensis, in Gallia.

S Heraclius, Episcopus Senonensis in Gallia.

S. Medardus, Episcopus Noviomensis et Tornacensis, Suessione et Divione depositus.

S. Fortunatus, Episcopus Fanensis in Italia.

S. Marius, Solitarius Mauriaci in Arvernia.

S. Chlodulphus, Episcopus Metensis ad Mosellam.

S. Eustadiola, Abbatissa Biturigibus, in Gallia.

S. Naucratius, Præpositus Studitarum Constantinopoli.

S. Wilielmus, Archiepiscopus Eboracensis in Anglia.

B. Joannes Raynutius, Ordinis Benedictini Tuderti.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI

Opera R. P. Godefridi Henschenii piæ memoriæ, nisi aliud indicent litteræ margini appositæ.

Sanctus Severinus, Episcopus Septempedæ in Piceno (quæ urbs ab hoc Patrono suo nunc Sanseverinum appellatur, *memoratur in Martyrologio Romano, et Ferrarii Catalogo. Nos ejus Acta, quando etiam referebatur, dedimus* VIII Januarii.

S. Victorinus, Confessor Camerini, *inscriptus est Martyrologio Romano, et Ferrarii Catalogo Sanctorum Italiæ. Est is frater S. Severini Episcopi Septempedani, in cujus Actis major pars ad S. Victorinum spectat, quæ (ut jam dixi) dedimus* VIII Januarii.

S. Saviniani Martyris celebritas Trecis, *inscripta est Martyrologio Gallicano Saussayi. Acta martyrii dedimus* XXIX Januarii.

S. Rembertus, Episcopus Hamburgensis, *memoratur a Ferrario et Gelenio. Vitam ejus dedimus* IV Februarii.

S. Theodori, Ducis Martyris, corporis translatio, *Heraclea Ponti Euchaitam, quæ inde* Theodoropolis *dicta, refertur in Menæis ac Synaxariis : de eo fuse egimus* VII Februarii.

S. Scholasticæ translatio aliqua, in Vita Gallica *indicatur. Acta ejus dedimus* X Februarii.

S. Licinius, Episcopus Andegavensis, *memoratur ab Adone, Notkero et aliis : ejusque* Ordinatio *appellatur a Saussayo, uti latius deduximus ante ejus Vitam* XIII Februarii.

S. Eleutherius, Episcopus Tornacensis, *indicatur in MS. Ferrario. Ejus varia Acta dedimus* XX Febr.

S. Oswaldus, Episcopus Wigorniensis, *indicatur in quodam MS. Kalendario Ordinis Benedictini. Vitam ejus dedimus* XXIX Februarii.

S. Fina Virgo Trecis, fulgente cum lampade in occursum Sponsi cum sapientibus sodalibus progressa, *celebratur a Ferrario in Catalogo generali, allegante Breviarium Trecense ; a Saussayo, in Supplemento Martyrologii Gallicani; et ab Arturo, in Gynæceo sacro. Ignota est Camuzato et Nicolao des Guerrois de Sanctis Trecensibus. Illustris autem est* S. Fina in Hetruria, in oppido S. Geminiani : *hæc an ob Reliquias aliquas Trecis colatur, optaremus scire. Istius Acta illustravimus* XII Martii

S. Domitiani, Episcopi Trajectensis et Tungrensis Translatio,

Translatio, facta anno MCLXXII, profertur in MS. Florario. Natalis ejus est VII Maji.

S. Marcianus in Ægypto inscriptus est apographis Martyrologii Hieronymiani; quod secuti Notkerus, Grevenus, et alii in MSS. Fastis. Dedimus decem Martyres, in Ægypto passos, quorum dux est S. Marcianus, forsan seorsum iterum honoratus. Additur in apographo Corbeiensi, uti alibi sæpius Jocundus, quod indicasse sufficit. Reliqua relata sunt V Junii.

D. P. Cæcus Maurus, ad corpus sancti Infantis Ferdinandi illuminatus, indeque ad Christi fidem conversus, ac tandem Martyr pro ea factus, ab ipsisque Mauris in honore habitus, structo desuper sepulcro, refertur in Hagiologio Lusitano Cardosi. Res gesta continetur in Actis ipsius B. Ferdinandi ad num. 130 litt. k. quæ Acta vide V Junii.

Martyres XX Tarsi, sub Simplicio Judice, indicantur in Martyrologio sub nomine Bedæ. De illis egimus VI Junii.

SS. Paulus, Fortunatus, Macarius Monachus: item In Africa Victurus, Evasius, Privata, indicantur in MS. Romano Cardinalis Barberini. De his cum antiquis etiam Martyrologiis egimus VII Junii.

S. Petrus Episcopus, S. Walabonsus Diac. S. Sabinianus, S. Wistrebundus, S. Hieremias,	Martyres Cordubæ in Hispania, referuntur a Galesinio, Canisio, Dorganio. Acta dedimus die eorum natali VII Junii.

Memoria sanctissima Dei Genitricis, agi solita in Sosthenio, suburbio Constantinopolitano, memoratur in Menæis et Synaxariis Græcorum.

S. Sostratus, S. Heraclius, S. Primolius, S. Quartus, S. Cillianus,	Martyres Nicææ in Bithynia, referuntur a Ferrario in Catalogo generali, qui allegat Menologium Græcorum. Verum perlustravimus plurima Græcorum Menologia sive Kalendaria,

neque potuimus aliquid hujusmodi reperire. Opinamur forsan in aliqua Nicææ Ecclesia horum asservari Reliquias, ideoque et levi quadam conjectura credi Nicææ martyrio coronatos. Libenter discemus rei veritatem.

S. Severinus Martyr inscriptus est Bononiæ perlustratæ per Masinum, ob aliquas Reliquias asservatas in Metropolitana S. Petri et basilica S. Stephani, forsan hoc die relatus ob memoriam S. Severini Episcopi Septempedani in Martyrologio Romano.

S. Hilarius, primus Episcopus Ecclesiæ apud Viromanduam, notatur in MS. Florario Sanctorum. Refertur Hilarius primus Episcopus apud Sammarthanos in Catalogo Episcoporum Noviomensium; sed absque ullo titulo Sancti aut Beati, aut indicio ulterioris notitiæ, quam majorem optaremus acquirere.

Berterici Episcopi Commemoratio, hodie præscribitur in Catalogo Sanctorum Episcoporum Viennensium, ex duplici MS. ecclesiarum S. Petri et S. Mauritii nobis communicato. Catalogus iste ut plurimum acceptus est ex Adonis Viennensis Episcopi Chronico; ubi neque dies obitus indicatur, neque nomini quidquam additur, quo cultus significetur.

Bronus, Episcopus Hibernus, memoratur in Vita 3 S. Brigidæ: de quo ait Colganus, pag. 543 num. 19, obiisse anno 581, die 8 Junii: ad quem promittit plura, quæ a posteris ejus expectabimus.

Eutropius, ex Abbate Servitano, Episcopus Valentinus in Hispania, circa sexti seculi finem doctrina et vitæ sanctitate clarus, memoratur hoc die in Fastis Benedictinis Wionis, Menardi, Bucelini, eisque citatis a Ferrario, et a Ghinio in Natalibus Sanctorum Canonicorum, et a Tamayo Salazar in Martyrologio Hispanico; atque ab his Sanctus habetur: quo eum titulo non reperimus apud antiquos appellatum. Duas ab eo epistolas scriptas refert S. Isidorus Hispalensis de Scriptoribus Ecclesiasticis cap. 32. et sequitur Honorius Augustodunensis. Joannes Biclariensis, auctor coævus, in Chronico ad annum 584 de tertio Concilio Toletano agens, Summa, inquit, Synodalis negotii penes Leandrum Hispalensis Ecclesiæ Episcopum, et beatissimum Eutropium monasterii Servitani Abbatem, fuit. Hinc sumpta occasio a recentioribus illum Sanctum appellandi. Verum abstinent a dicto titulo Valentini: et Gaspar Escolanus lib. 2 Historiæ Valentinæ cap. 12 num. 5 asserit, Concilii Toletani Summam fuisse penes S. Leandrum Archiepiscopum Hispalensem, et Abbatem Eutropium Servitanum. Ubi et sæpius de ipso agit, uti et Franciscus Diagus in Annalibus regni Valentiæ lib. 5 pag. 206, et semper absque titulo Sancti aut Beati. Idem faciunt Ambrosius Morales lib. 11 cap. 70, et passim alii. Ceterum dum pugnant Augustiniani Eremitæ et Canonici Regulares de ipso, utrisque prudentior videtur Joannes Morales, dum in Actis Sanctorum Ordinis Benedictini abstinuit Ordinis mentione. Tamayus Acta ex Isidoro, Pseudo Maximo, et aliis edidit, quæ apud ipsum legi possunt.

Erthfridus Magdeburgi, inter alia semel Angelum, thuribulo aureo Fratres in Choro cantantes thurificantem, vidit. Ei admodum familiaris fuit, beatissima Virgo, collatis pluribus et spiritus et corporis beneficiis. Ita Waddingus, ad annum 1249 num. 9 et Haroldus num. 4; Arturus, in Martyrologio Franciscano, Beatum appellat.

Medardus, Abbas de Moris in Campania a S. Bernardo constitutus, inter Abbates sanctitate illustres ævi XII, recensetur a Manrique ad an. 1153, cap. 5 num. 4. Idem cum titulo Beati ad hunc diem profertur a Chrysostomo Henriquez et Chalemoto. De eo ad Vitam S. Bernardi poterit agi, si aliquid certi de cultu Ecclesiastico sciatur et indicetur.

Joannes, Episcopus in Anglia, ex Abbate de Fontibus, vita functus anno MCCXXV, refertur a Chrysostomo Henriquez et Menologio Cisterciensi cum titulo Beati; sed absque illo a Chalemoto sequenti die.

Joannes Chanonius, seu Chiononus, Montisserrati Monachus, Ordinis S. Benedicti, anno 1569 mortuus, ut vir venerabilis inscriptus est Menologio Bucelini.

Guilielmus de Mota, XXVII Generalis Carthusianorum, ob eximiam virtutem inscriptus Martyrologio Gallicano Saussayi, sed inter Pios.

Amandus a Zirekzea, Lovanii an. 1534 Franciscus a Cruce, in India Occid. an. 1584 Maria a Toleto Virgo, in Hispania Beatrix de Guevarra Virgo Arevali an. 149	Ordinis Minorum magnæ

opinionis et sanctitatis, ut Beati relati ab Arturo in Martyrol. Franciscano, et Virgines etiam in ejus Gynæceo.

Francisca et Maria sorores, Ordinis Minimorum in diœcesi Granatensi, vitæ perfectione insignes, cum titulo Beatarum referuntur ab Arturo in eodem Gynæceo.

Joanna de S. Catharina, Ordinis S. Dominici Professa, Duaci in monasterio S. Catharinæ Senensis, celebris ob plurimas apparitiones; quæ cum ejus virtutibus et felici morte, obita anno MDCXXV, deductæ 20 capitibus, leguntur apud Joannem de Rethue seu de S. Maria. Ejusque memoria celebratur in Anno Sancto ejusdem Ordinis, nec non in Diario Marchesii.

Translatio anniversaria novem corporum Sanctorum, quæ asservantur in Basilica majore Cremonæ, indicatur in Sanctuario Cremonensi Peregrini Merulæ, et Diario Cremonensi Josephi Bresciani

sciani. Quatuor priores Protectores Urbis censentur, et coluntur ;

SS. Marcellinus et Petrus Martyres II Junii.

S. Himerius Episcopus, *illic* XIX *Octobris, aliis* XVII Junii.

S. Homobonus Confessor XIII Novembris.

SS Babilas et Simplicianus Martyres, XXIV Januar.

S. Archelaus Martyr. XXIII Augusti.

S. Arealdus Martyr, I Septembris.

B. Facius Confessor, XVIII Januarii.

SS. Primus et Felicianus Martyres Romæ *indicantur in MSS. Gellonensi, Augustano, et aliis. Coluntur* IX Junii.

S. Pelagia Virgo *inscripta est MS. Martyrologio Carmelitano Coloniæ asservato ; item Maurolyci et Felicii. At Martyrologio Romano* IX Junii.

S. Trojeria, Virgo apud Ruthenos, ex Pictavis oriunda, *memoratur a Ferrario, citatis* monumentis Ecclesiæ *Ruthenensis: itemque ab Arturo in Gynæceo Sacro, et a Saussayo in Supplemento Martyrologii Gallicani. At eadem esse* Trojecia *videtur, quam Rutheni colunt, quando de ea agimus* IX Junii.

S. Columba, Abbas in Scotia, *memoratur in Florario MS. et a Camerario. Ejus Acta damus* IX Junii.

SS. Nicander et Marcianus, Martyres, *referuntur in magnis Menæis excusis et in MS. Synaxario Divionensi ac Menologio Basilii Imp. et alio Sirleti : sed hic alterum vocat* Germanum, *Synaxarium autem Divionense* Marcum, *prout ea omnia explicantur, die quo Latini ipsos colunt.* XVII Junii.

S. Theodulphus, Episcopus et Confessor, *relatus est in Auctario Greveni ad Usuardum. Videtur esse Episcopus et Abbas Laubiensis infra* XXIV Junii.

S. Carilephus, Presbyter et Eremita in finibus Cenomannorum, *refertur ab Adone, Beda Supposititio, Greveno, Maurolyco, et in variis MSS. qui et* Carlenius *videtur a Notkero vocari. Ejus natalis est* I Julii.

S. Severinus, Episcopus Catanensis, *solo nomine agnitus ex Actis* S. Agrippinæ V. M. *(cujus corpus hodie transtulisse is dicitur) non apte etiam hodie colendus proponitur ab Octavio Cajetano. Sanctæ illius Acta danda erunt, festo ejus præcipuo,* VIII Jul.

S. Disibodus Episcopus in diœcesi Moguntina *inscriptus est Martyrol. Angl. Wilsoni, Scotico Dempsteri ; monasticis Wionis, Dorganii, Menardi, Gallicano Saussayi. Acta ejus varia habemus danda* VIII Julii.

S. Abundius, Martyr Cordubæ, *memoratur ab Usuardo, Bellino, Maurolyco, Molano, Canisio. Verum Martinus de Roa de Sanctis Cordubensibus et Tamayus Salazar, aliique cum Romano Martyrologio referunt eum* XI Julii.

Honorius a Monte Granario, Capucinus Bononiæ, *anno* 1569 *mortuus est ; cujus vitam, gesta, et miracula late deducit Zacharius Boverius Tomo* I. *Annalium Capucinorum a pag.* 682, *usque ad* 689. *Hunc cum titulo* Beati *referunt Arturus in Martyrologio Franciscano et Masinus in Bononia perlustrata : sed ab eo titulo abstinet Boverius, additque; ne processus pro ejus Canonizatione institueretur a Paleotto Cardinale, Fratres pro consueta humilitate obstitisse.*

SS. Nabor et Nazarius, Martyres Romæ, *memorantur in apographis Martyrologii Hieronymiani Epternacensi et Lucensi, aliisque variis MSS. ab aliis cum Martyrologio Romano* XII Julii.

S. Marcella Virgo, *indicatur a Greveno in Auctario Usuardi, occasione S. Maximini Episcopi Aquæ-Sextiæ, quasi fuisset ancilla S. Marthæ, et cum ea a Maurolyco et aliis refertur* XXIX Julii.

S. Audomari, Episcopi Morinorum, relatio aut secunda translatio corporis, *indicatur in MS. Tornacensi et Florario ; item a Molano, Saussayo, Wione, Ferrario et aliis. Dies natalis est* IX Septemb.

S. Michaelis Archangeli festum tertium *indicatur apud Seldenum in secundo Kalendario Coptico sive Arabico, adjuncto Synedriis : de primo et secundo festo actum præcedenti die inter prætermissos.*

S. Marci Confessoris translatio *Essendiæ, commemoratur a Theodoro Rhay inter Animas illustres Italiæ, Clviæ etc. colitur* VI Octobris.

S. Publia, Vidua Abbatissa, *indicatur a Canisio et Greveno. Forsan est quæ Antiochiæ vixit sub Juliano Apostata, et colitur* IX Octobris.

Translatio quatuor Corporum Sodalitatis Ursulanæ, ad monasterium Breirenaviense in Hassia, anno 1142, sub Abbate secundo Henrico, *relata a Gelenio. De iis agendum.* XXI Octobris.

S. Syra, soror S. Fiacrii in Campania Gallicana, *inscripta est Breviario Aberdonensi, Menologiis Scoticis Demsteri et Camerarii, et Gynæceo sacro Arturi. Colitur hoc die* S. Syria *in territorio Trecensi : sed eam distinguimus a* S. Syra, *cujus natalem dicimus esse.* XXIII Octobris.

S. Mametus vel Mamertus Diac. ⎫ *ad hunc diem re-*
S. Antoninus illius socius, ⎭ *feruntur inter Sanctos Arvernos a Jacobo Branche, occasione* S. Marii, *cum quo dicuntur additi S. Austremonio, Roma in Arverniam misso a S. Petro ; putatur autem primus in loco sui nominis requiescere ; secundus, ex Savarone acceptus, ædificasse ecclesiam Compensanam versus montana Arverniæ. De primo agimus in Vita* S. Marii : *de altero agi poterit quando de* S. Austremonio I Novembris.

S. Verani Episcopi Translatio, Albingauni in Liguria, *adfertur a Ferrario, a quo ejus natalis statuitur.* XIV Novembris.

S. Melania, quæ in pace quievit, *indicatur in Menæis MSS. Divionensibus. Videtur esse* Senior : *sed de ea poterit agi, quando de* Melania Juniore, *illius nepte, agunt Fasti Græci atque Latini, die* XXXI Decembris.

DE

DE S. MAXIMO VEL MAXIMINO

EPISCOPO AQUIS-SEXTIIS IN GALLIA

COMMENTARIUS PROBLEMATICUS.

G. H.

De incertitudine tam cultus, quam ætatis et nominis.

SEC. I, IV VEL VI

Sex priorum Episcoporum tempus Sedis incertum:

Aquæ-Sextiæ, *urbs Provinciæ ad Arcum fluvium, inter Massiliam et Rhodanum sita est, Archiepiscopatu, Academia, et Parlamento illustris. Ejus* primi Episcopi *apud Antonium Monchiacenum Democharem de Divino Missæ sacrificio, Parisiis anno* MDLXII *excuso, cap.* 32, *censentur hi tres,* S. Maximus, S. Cedonius, Maximus in Concilio Aurelianensi quarto. *Joannes Chenu in Episcoporum Galliæ Chronologica historia, anno* MDCXXII *edita, eosdem tres proponit: sed primum,* Maximinum seu Maximinum *appellat. Apud Claudium* B *Robertum in Gallia Christiana, anno* MDCXXVI *vulgata, hi enumerantur:* S. Maximinus, S. Cedonius vel Chelidonius, Lazarus, Basilius, Maximus: *quibus a Sammarthanis ante* Maximum *apponitur,* Macarius. *Ferrarius et Saussayus, ad diem* XXX *Maji,* S. Maximini, primi Aquensis Episcopi Ordinationem *referunt, ut ibi inter Prætermissos dictum est. Ut autem temporis ratio observetur, a certioribus ad minus certa progrediemur: atque ita* Maximus, *ultimo loco relatus, subscripsit* Concilio Aurelianensi, circa annum DXLI habito. *At qui quinto loco a Sammarthanis appositus est* Macarius, ex Vindiciarum Provinciæ libello, *ab illis refertur* ad annum DVI. *Quartus a Claudio Roberto insertus est* Basilius, qui interfuit, *inquit,* exequiis S. Honorati Arelatensis Episcopi, *imo* S. Hilarii Arelatensis Episcopi. *Quem tamen errorem, ex Claudio Roberto descripserunt Sammarthani. Dedimus* V *Maji Vitam S. Hilarii, compositam, et in aliqua Arelatensi Synodo recitatam, ab uno ex junioribus Episcopis, qui exequiis Sancti adolescens adfuerat. In hac num.* 31 *ista leguntur:* Dum singuli cupiunt fimbriam decerpere, corpusque contingere: sancti Basilii, tunc Presbyteri, nunc Pontificis summi invenit industria, ut maximam partem coopertorii, utraque manu discerptam, quo corpus ejus tegebatur, arriperet; et longius recedens, di- C videndo populis erogaret. *Jacobus Sirmondus ad epistolam sextam libri* 7, *a Sidonio Apollinari inscriptam Basilio Papæ, conjicit hunc Basilium fuisse* Aquensem Episcopum, *adeoque promotum ad illam Sedem, post annum* CCCCXLIX, *quo ad Christum migravit S. Hilarius. At tertius,* Lazarus *dictus, a Claudio Roberto et Sammarthanis profertur, absque ulla probatione, ad* annum CCCCXX.

an S. Maximinus posset adscribi 4 seculo.

2 *Quidni consequenter* S. Maximinus *seu* Maximus primus, *et* S. Sedonius *seu* Cedonius *aut* Chelidonius *quarto Christi seculo, cum pax Ecclesiis esset, vixerint, et ad Christum migrarint, atque ideo inter Confessores colantur,* S. Maximinus VIII Junii, *at* S. Sedonius XXIII Augusti. *Pro istius S. Maximini veneratione, ad talem aut alium quemcumque diem, stabilienda soliciti, perlustravimus quidquid habemus in Martyrologiis antiquis, tum manuscriptis quam plurimis, tum prælo excusis; et summopere mirati fuimus nihil de eo reperiri, saltem adjectum, in quatuor Martyrologii Hieronymiani apographis; nihil haberi apud Bedam, tam genuinum, quam Supposititium; nihil legi apud Florum, Rabanum, Usuardum, Adonem, Wandelbertum, Notkerum, aut Bellinum aliosque similes. Quin imo in antiquis Litaniis Aquensibus nullum* S. Maximinum *inveniri, asseruit nobis, qui ipsas vidisse se ait, Claudius Castellanus, Parisiensis Canonicus. Refertur tamen, sed ad diem præcedentem,* S. Maximinus Episcopus Aquensis, *in MSS. nonnullis minime antiquis: ut sunt Carmelitarum Coloniæ, Carthusianorum Ultrajecti, et quoddam Parisiense.*

potius quam in silentio antiquorum,

3 *Ad hunc vero diem, primus occurrit Molanus in Additionibus ad Usuardum, a se anno* MDLXXII *editum, ubi alio charactere ista habet:* In Gallia, civitate Aquensi, depositio B. Maximini, primi civitatis Episcopi et Confessoris: *quibus Baronius in Martyrologio Romano ista adjunxit:* Quem Domini discipulum fuisse tradunt: *et pro hac traditione allegat* Petrum in Catalogo lib. 5 cap. 101, et Democharem in Tabulis Episcoporum Aquensis Ecclesiæ. *Sed hæc sua ex Petro de Natalibus habet; ille vero Plebanus sanctorum Apostolorum Venetiis, istum Catalogum inchoavit die S. Barnabæ anno* MCCCLXIX, *et absolvit* XVI *Maji anno* MCCCLXXI, *magis solicitus ut intra pauca tempora congereret plurima, quam ut solida, genuina, et selecta daret; et quæ de* S. Maximino *profert, asserit se excerpsisse* ex Legenda Magdalenæ, *quod secutus Baronius addit in Notis,* res gestas intextas haberi cum Actis SS. Marthæ et Mariæ Magdalenæ. *Controversias de adventu S. Mariæ Magdalenæ et sociorum in Provinciam, hactenus satis agitatas, necdum lubet aggredi; fiet id mense Julio, quando ambæ coluntur. Interim remittimus curiosum lectorem ad Franciscum Bosquetum, qui lib.* 1 *Historiarum Ecclesiæ Gallicanæ cap.* 3 *de hac controversia agit. Varia in utramque partem congerunt Sammarthani in elogio* S. Maximini, *et concludunt, quod et nos facimus, cum hac Bosqueti sententia.* Illa traditio aliqua etiam auctoritate subnixa est, adversus quam absit ut sentiam, si per Ecclesiam non licet.

E

ex solis recentioribus

discipulus Christi haberi,

et socius S. Mariæ Magdalenæ

4 *Hactenus Henschenius: post cujus mortem accepi Officia propria Aquensis Ecclesiæ, excusa anno* MDCLXXVIII, *ubi ad diem* VIII *Aprilis, præscribitur festum Translationis* S. Maximini; *jubenturque omnia fieri, ut in principali Festo, præter Antiphonas, ad Magnificat et Benedictus, et hanc Collectam:* Da nobis quæsumus, omnipotens Deus, beati Apostoli tui Maximini translatione gloriari; ut sicut ipsius meritis gregem tuum ad viam veritatis reducere dignatus es, ita nos ejus semper patrociniis sublevemur, et æternæ beatitudinis gloriam consequamur. *Constet admodum recenter inventum corpus translatumque fuisse: nam in Collectione Sanctorum corporum aliarumque Reliquiarum, quæ sunt in Provincia, Gallice excusa Gratianopoli anno* MDCXXXVI, Caput *quidem in Cathedrali Aquensi esse dicitur, de corpore vero altum silentium, etiam ubi nominantur Reliquiæ asservatæ in Regia atque Parochiali* S. Maximini *ecclesia, Patribus Prædicatoribus attributa in ejusdem nominis oppido, sex leucis distante ab Aquensi Metropoli; quæ Parochia, licet nunc credatur Aquensis* Maximini *esse, multo tamen prius istud nomen habebat, quam inter Sanctos Provinciales nominaretur hic, ut ostensum est, antiquis ignotus.*

F

Inventio S. Aqu. sed an hujus?

Ecclesia S. Maximini, Paschalis 2 anno 1104 nota.

5 *Duos autem* Sanctos Maximinos *novit Gallia,* Trevirensem

AUCTORE G. H. *videtur Episcopi Trevirensis esse*

A *Trevirensem Episcopum unum, in Aquitania natum ac mortuum, fratrem S. Maxentii Pictaviensis Episcopi, fortassis etiam S. Maximæ Virginis in Forojulio cultæ; cujus Episcopi Acta illustravimus* XXIX *Maji; alterum, Miciacensem propter Aurelianas Abbatem, qui colitur* XV *Decembris, vulgo* S. Memin, *cum alius* S. Maximin *dicatur. Uterque variarum per Gallias ecclesiarum Patronus est. Alterutrum igitur istius quoque Patronum esse potius dixerim, quam eum cujus nullus noscebatur cultus antequam Prædicatores circa an.* MCCLXXX, *Carolo Andegavensi Siciliæ Rege faciente, obtinerent ecclesiam istam et monasterium. Meminit illius Paschalis Papa II, anno* MCIV, *in enumeratione Cellarum, ad monasterium S. Victoris Massiliensis in Aquensi Episcopatu pertinentium. Quoniam autem ecclesia illa patronum agnoscit* S. Maximinum Episcopum, *crediderim id ita semper fuisse, atque adeo Episcopi potius quam Abbatis eam esse ecclesiam. Sicut autem occasione ecclesiæ* S. Maximino *Trevirensi apud Burgundiones dicatæ, data Chiffletius occasio est Vesontionensem hujus nominis Episcopum comminiscendi: sic potuit etiam dari Aquensibus; quibus fortassis nullus alius, vel* Maximus *vel* Maximinus *Episcopus fuerit, quam ille Aurelianensi Synodo subscriptus anno* DXLI: *cujus aliquando inventum elevatumque corpus, creditum sit esse Senioris, vulgo jam existimati cum Magdalena venisse; ideoque Caput seorsim servatum, reliquis ossibus eo loco conditis, ubi denuo inventa nuper sunt die* VIII *Aprilis. Ceterum nihil horum affirmaverim; ideoque istarum Reliquiarum existimatæ sanctitati nihil detractum volo; neque primum in Martyrologio locum, quem Aquensi* Maximino *jam adscripsit Baronius, ei negatum, quoad aliud Ecclesia non statuerit. Interim malo fateri, ignotos mihi primos Ecclesiæ Aquensis Episcopos, usque ad seculum* VI *et Aurelianense Concilium; quam tam incertos pro certis assumere.* D

et hinc forte natus Maximus Aquensis.

pro Maximo, seculi 6 Episcopo.

DE S. CALLIOPE

MARTYRE APUD GRÆCOS

G. H. B E

Sylloge ex Menæis Græcorum.

SUB DECIO. *Memoria in Martyrol. Romano, ex Græcis*

Tabulæ Martyrologii Romani, ad hunc VIII *Junii referunt memoriam* S. Calliopæ Martyris, quæ ob Christi fidem, mammis abscissis, atque adustis carnibus, super testulas volutata, capite demum truncata, martyrii palmam accepit. *In notis citantur Græci in Menologio, videlicet Sirleti, qui Acta ejus descripsit ex magnis Menæis, in quibus ista leguntur.* Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, Eadem die *(scilicet* VIII, *quo primo loco proponitur celebranda Relatio Reliquiarum S. Theodori Megalomartyris* τῆς ἁγίας Μάρτυρος Καλλιόπης, S. Calliopes Martyris, *subintellige* ἄθλησις Certamen, *vel* μνήμη Memoria.

tormenta tolerata ex Menæis.

2 *Αὕτη ἦν κατὰ τοὺς χρόνους Δεκίου τοῦ Βασιλέως, ὡρᾳ σώματος καὶ κάλλει ψυχῆς διαλάμπουσα· συσχεθεῖσα οὖν ἀναγκάζεται ἀποστῆναι τῆς τοῦ Χριστοῦ ἀγάπης καὶ πίστεως· ὡς δὲ γενναίως ταύτης ἀντείχετο, αἰκίζεται σφοδρῶς, καὶ τοὺς μαστοὺς κόπτεται οὓς Ἄγγελος ἐπιστὰς ὑγιεῖς ἀπέδειξεν. Εἶτα ἐπ' ὀστράκου κεκαυμένου σύρεται, καὶ πυρὶ καταφλέγεται, καὶ τὰς καταφλεχθείσας σάρκας ἅλατι ἐπιπάσσεται, καὶ τριχίνοις* C *ὑφάσματι κατατρίβεται, εἶθ' οὕτως τὴν κεφαλὴν ἀποτέμνεται, εἰς δόξαν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἀμήν.* *Quæ sic Latine reddo.* Hæc temporibus Decii Imperatoris, et corporis forma et animi pulchritudine illustris fuit: comprehensa autem cogebatur a Christi caritate et fide descissere: in qua dum constanter et fortiter persistit, graviter cæditur, mamm isque abscissis plectitur: sed has illi Angelus restituit, et totam persanavit. Deinde supra testarum fragmina raptatur, ignique aduritur: tum partes adustæ sale asperguntur et cilicio perfricantur. Demum, capite abscisso, martyrio coronatur. Ad gloriam Domini nostri Jesu Christi. *Eadem leguntur* ἐν βίοις ἁγίων *apud Maximum Episcopum Cytheræum.*

frustra inserta Hispanis Adversariis.

3 *Quia locus martyrii non addebatur, videbatur esse cujuscumque occupantis. Arripuerunt ergo eam nonnulli recentiores Hispani, ipsiusque nomen Adversariis, sub nomine Juliani Archipresbyteri Toletani excogitatis, num. 555 sic inseruerunt.* Triboraci, quod oppidum nunc Lerma est in Masburgis, commemoratio S. Calliopæ, cognomento Leramæ, a qua nomen accepit oppidum, quæ in persecutione Neronis, mamillarum abscissione, carnis exustione, et super ardentes testas volutatione, demum capitis abscissione, fidei causa Martyr evasit. Agunt de ea Græcorum Menologia et Martyrologia, VIII die F Junii, anno XII Imperii Neronis. *Hæc ibi, sed Græcorum Menæa et Menologia habent* passam temporibus Decii Imperatoris, *et sine dubio apud Græcos. Interim Tamayus Salazar in Martyrologio Hispanico, non contentus Græcorum elogio, copiosam narrationem, sed ejusdem figlinæ adjunxit, ad quam avidum similium inventionum remittimus.*

DE S. GENESIA VIRG. MART.

CHERII IN PEDEMONTIO HONORATA

D. P.

Sylloge ex traditione loci, de allato illuc et reperto corpore.

Cherii insigni in oppido,

Pedemontium *quid esset, interrogatus quidam, haud inepte fertur respondisse,* civitatem, quæ trecenta milliaria suo ambitu complectatur. *Nam, præter veri nominis civitates, Episcopali Sede insignes tres, sub Metropolita Taurinensi; continere dicitur circiter quingenta quinquaginta oppida muris cincta; inter quorum multa, nihil civitatibus cedentia, unum est* Cherium; *de quo in Atlante Blaviano legitur, quod* a Frederico Barbarossa titulo Maximæ Villæ decoratum, revera talis est, tum propter nobilitatem ecclesiarum, conventuum, et omnis generis ædificiorum; tum propter opes incolarum,

A larum, solique ubertatem: ubi multæ familiæ nobiles, multi mercatores opulenti. *Distat Taurino ad Orientem sex septemve passuum millibus; atque unius milliaris intervallo respicit vicinum sibi ad septemtrionem vicum* Antecellium, *vulgo* Andeseno *dictum: inter quæ inventum corpus* S. Genesiæ Virginis et Martyris, *cum causam præbuisset contentionis; ea miraculo dirempta fertur, et Cheriensibus cessisse repertus thesaurus, qui ei annue honorando festum voluerunt esse hunc* VIII Junii; *fortassis quia tali die factum miraculum sit, aut olim sic colebatur in ea quæ dicitur isto loco stetisse* S. Genesiæ *ecclesia, nunc autem funditus periit.*

Patrona S. Genesia hodie colitur,

2 *De Sancta illa scripsisse dicuntur Guilielmus Baldesanus Metropolitanæ Taurinensis Canonicus, in Historia Ecclesiastica Italiæ Occidentalis, nobis necdum visa, sed auctoris diligentiam cognitam habentibus ex ejusdem Sacra historia Thebæa, Taurini vulgata anno* 1598 *et auctius* 1604; *et Paulus Brizius, anno* 1642 *factus Albensis Episcopus, in Additionibus MSS. ad Baldesanum; item antiqua MSS. quædam insignis Collegiatæ Cheriensis. Hinc informationis aliquid petentibus nobis, respondit nostri istic Collegii Rector anno* MDCLXXXIX *R. P. Joannes Franciscus Dabray,* B *opinionem esse prædictorum auctorum, fundatam in pariter repertis Sanctorum Juliani et Basiliæ Reliquiis, fuisse illam ex hujus mille discipulis, magistræ suæ commortuis, unam; cujus corpus, una cum prædictorum duorum Sanctorum Reliquiis, illuc ab Antiochia tulerit civium aliquis, a sacro bello redux post illam anno* MXCVIII *per Christianos occupatam. Sanctorum istorum Acta ad* IX *Januarii illustravit noster Godefridus Henschenius, ex quibus cum in Ægypto, non in Syria passos constet; et Hieronymianum vetustius Martyrologium* Antinoo *illos adscribat; merito existimaverit* Antiochiam, *pro* Antinoa *(nam sic etiam scribitur) obrepsisse, eo facilius quod Antiochia Syriæ celebrem quoque habuerit Martyrem Julianum, nobis hoc mense die* XXI *commemorandum. Sed neque in Ægyptiorum istorum Actis* Genesia *ulla nominatur, ut omnino incertissimæ habendæ sint conjecturæ, fundatæ in simultanea translatione Reliquiarum. Quare malui de ipsa hoc loco seorsim agere.*

de qua scriptores Pedemontani

quædam conjectant, non verosimilia

D

AUCTORE D. P.

3 *Curavi igitur per nostros* Cherii, *iterum quæri, quid saltem de inventione et hodierno cultu certius scribere possem; et responsum hujuscemodi a supra laudato Rectore accepi, ex traditione potius quam certo aliquo litterarum monumento:* Percurrente bubulco quodam cum aratoriis bobus agrum, Cherii oppidum inter et pagum Antecellii positum, genibus flexis constitisse boves. Hujus rei novitate perculsus bubulcus, ut hinc atque illinc oculos mentemque convertit, aratro sepulcrum detectum aspexit; simulque altius fodiens tellurem, capsulam habuit: qua sanctorum Juliani, et Basilissæ, et Genesiæ reliquiæ condebantur. Palam re tota facta, continuo Cherienses et Antecellenses confluxere, et cum quisque populus cœlestis thesauri nimium cupidus esset, eo ventum fuit, ut armis litem conficere pergerent. Qua re perspecta, ut paci consuleret, consilium iniit Episcopus, imponendi sacras Reliquias currui, quem duceret, par indomitorum juvencorum; ita pactus adstantium pacem, ut cum procedentes juvenci venissent ad bivium, cujus altera pars Cherium, altera E Antecellium ducebat, illius gentis esset thesaurus, cujus in urbe aut pago illi consisterent. Præcipiti igitur cursu correpta via juvencis insistentibus, plane divinitus factum, ut Cherium versus iter susciperent: ubi nulla mora interposita, currum advexere ad templum majus insignis Collegiatæ sanctæ Mariæ de Scala. Observat autem Cheriensis Communitas, quod quotannis quando experitur cœlum, vel nimia siccitate, vel crebrioribus quam par est pluviis telluri noxium, publico cultui expositis Reliquiis, et per novemdium circumlatis ecclesia tota, ita feliciter conciliare sibi illud consueverit: nam aures vertit ad precantium vota, ut in pluvias plerumque, vel serenitatem, secundum temporis exigentiam, cœlum convertatur.

Traditione autem habetur,

ad locum latentis arcæ procubuisse boves,

et ortam pro ea contentionem miraculo diremptam in favorem Cheriensium

qui Sanctam pro pluvia aut serenitate invocant

DE S. MARCIANO ET JOCUNDO

MARTYRIBUS IN ÆGYPTO.

G. H.

Ex Martyrologii Hieronymiani apographis.

C F

Quatuor *Martyrologii Hieronymiani apographa auspicantur hanc octavam diem Junii his verbis.* VI Idus Junii in Ægypto Marciani. *In apographo Corbeiensi, Parisiis excuso cum tomo quarto Spicilegii per Lucam Acherium, additur socius* Jocundus, *uti etiam in Martyrologio antiquo ejusdem monasterii Corbeiensis: quare et nos eumdem noluimus separare. Notkerus eumdem diem ita etiam orditur:* In Ægypto nativitas S. Martiani, *quem plurima MSS. referunt, et cum iis Grevenus in Additionibus ad Usuardum. Celebrantur die quinta* Martyres in Ægypto Marcianus, Nicander, et Apollonius, *etiam dictis apographis Martyrologii Hieronymiani inscripti: a quo quia hic diversus forsan fuit, sub ista præmonitione hoc die illum producendum statuimus; eo maxime quod socius* Jocundus *addatur, diversus a sociis antea nominatis.*

DE S. CRISTO SIVE EURISTE

MARTYRE CÆSAREÆ IN PALÆSTINA.

G. H.

Ex Martyrologio Hieronymiano.

Cæsarea, *inter urbes Palæstinæ celeberrima, plures operi nostro suppeditavit Martyres, inter quos ad hunc diem in MS. vetusto Reginæ Sueciæ, per Lucam Holstenium vulgato, primo loco aliquis dei passus refertur, hoc modo:* VI Idus Junii, Cæsareæ Palæstinæ natalis S. Chresti. *sic etiam scribitur in MSS. Augustano, Gellonensi, Sangallensi, et Parisiensi Labbei, nec non Richenoviensi in Suevia,* Oresti *in Aquisgranensi,* Cesti *in Rhinoviensi. Verum in apographis Martyrologii Hieronymiani Lucensi et Blumiano, itemque apud Notkerum ita legitur:* In Cæsarea Palæstinæ natalis Cristi: *primaque littera mutata, scribitur in apographo Corbeiensi,* Eristi; *ac cum majori etiam diversitate in MS. apographo Epternacensi* Euristis. *In titulo proposuimus nomen* Cristi, *et adjunximus* sive Euristis, *propter antiquitatem MS. Epternacensis. Si quis majorem lucem affuderit, aut aliter senserit, libenter acquiescemus.*

DE SS. MARCO ET JULIO

B

MARTYRIBUS DOROSTORI IN MŒSIA

E

G. H.

Ex Martyrologio Hieronymiano.

Progredimur cum quatuor Martyrologii Hieronymiani apographis, in quorum tribus, Epternacensi, Lucensi, ac Blumiano tertio loco sic legitur: In Dorostoro civitate, natalis S. Marci. *Quæ eadem habentur in Martyrologio Notkeri, et alio Reginæ Sueciæ supra citato. In apographo Corbeiensi additur illi socius his verbis.* In Dorostoro civitate, natalis S. Marci, Lucii. *Fuit Dorostorum civitas in Mœsia inferiori et hodierna Bulgaria, ubi plures pro Christi fide decesserunt Martyres; puta,* XXV *Maji,* Passicrates, Valentio, *et alii: quos secutus est* XXVII *Maji* S. Julius, *cujus Acta et varia elogia ad dictum diem edidimus: nec modo habemus unde eumdem arbitremur, aut etiam diversum statuamus. Sit judicium penes lectorem; qui si quid certius possit adferre, nobis ac Sancto beneficium præstabit.* Natale S. Marci, *non addita palæstra, aut ullo Socio, habetur in antiquo Kalendario ante Psalterium quod pertinet ad monasterium Trevirense S. Maximini. At* Marti, *pro* Marci, *legitur in MSS. Gellonensi, aliquo S. Galli, et Parisiensi Labbei.*

DE SANCTIS MARTYRIRUS NICOMEDIENSIBUS

VITICO, NESTORE, CARO,

LAMPITE, MARCINA, ACAICO.

G. H.

Ex Eodem Martyrologio.

C

F

Quarto loco referuntur in præcitatis Martyrologii Hieronymiani apographis hi sex Martyres: et in vetustissimo quidem Epternacensi sic: Nicomedia, Vitici, Nestoris, Cari, Lampitis, et Marcinæ, Acaici. *Consentiunt alia apographa in nominanda palæstra* Nicomedia; *et in nominibus* Vitici, *atque* Nestoris; *differunt in reliquis. Nam loco* Cari, Lampitis, *unico vocabulo habent* Carolapidis *et* Carolapis: *pro* Marcina *vero* Marina: *nomen autem* Acaici *deest in Lucensi et Blumiano, in Corbeiensi vero legitur* Fòci; *ut videatur forsan alius Martyr, et tam ille quam* Acaicus *a reliquis seperandus. Apud Notkerum ita habetur.* In Nicomedia Eutychii, Nestorii et Marinæ: *ubi* Eutychius *ponitur loco* Vitici. *MSS. Richenoviense et Aquisgranense cum Greveno;* In Nicomedia S. Nestoris. Viticus, *absque palæstra, refertur in MS. Gellonensi, Augustano aliquo S. Galli, et Labbeano. Nec plura de iis obtinuimus.*

DE

DE SANCTO SALUSTIANO

MARTYRE IN SARDINIA.

Sylloge de veteri ejus cultu et recentiorum commentis.

Memoria in antiquis Fastis:

Antiqua memoria S. Salustiani in Sardinia *reperitur in jam sæpius laudato, vetustissimo Martyrologii Hieronymiani apographo Epternacensi, de quo in apographis Lucensi et Blumiano ista leguntur.* In Sardinia natalis Salustiani; *et additur* Silvianiani, *in MS. apographo Corbeiensi, atque uti advertit Franciscus Maria Florentinius, in suis ad dictum Martyrologium Notis: in* omnibus quibus innitimur MSS. libris nulla ab aliis Martyribus differentia signatur. *Salvator Vitalis, in Additionibus ad Annales Sardiniæ pag. 46, inter Martyres illum numerat, sed sub Hadriano coronatos: quod ultimum non continuo admittimus, ideoque cum prædicto Martyrologio Hieronymiano eum post Martyres Nicomedienses collocamus. Usuardus solum ista habet:* In Sardinia S. Salustiani; *interponitur vox* Nativitas, *apud Notkerum. Ceterum ipse et Bellinus, Grevenus, Molanus, aliique cum Usuardo loquuntur. Porro absque palæstra* Salustianus *habetur in MS. Gellonensi et Sangallensi: at* Salustinus *in MS. Augustano,* Sedustinus *in Labbeano: Maurolycus* Justinianum *appellat.*

a recentioribus Confessor habetur:

2 *Primus* Confessorem *eum dixit Galesinius, et tamen allegat Usuardum: in cujus exemplaribus pluribus quæ habemus, nomen* Confessoris *non reperitur. Galesinium secutus est Baronius in Martyrologio Romano, et deinde Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, ubi hoc addit elogium:* Sallustianus, qui et Justinianus *(scilicet apud Maurolycum)* Calari (ut quibusdam videtur) in Sardinia, eadem tempestate, qua SS. Gabinus et Crispulus Turribus, mira sanctitate vixit, et miraculis aliquot fulsit. Is cum eam tempestatem pertulisset, ad cœlestem requiem vocatus, evolavit VI Idus Junii. *Deinde in Annotatione,* Fara, *inquit,* lib. I de Rebus Sardiniæ, Salustianum quidem miraculis clarum ex Usuardo commemorat, haud tamen patriam exprimit, ut Dimas in Chronico, qui illum Calaritanum, amore forsan patriæ ductus, facit. *Quorsum ergo et ipse Ferrarius, tam levi conjecturæ nixus, ipsum in elogio, Calaritanæ urbi adscribit? SS. Gabinum et Crispulum Turribus fuisse martyrio coronatos, diximus ad diem eorum natalem* XXX *Maji, illosque in Martyrologio Hieronymiano* Turribus in Sardinia *adscribi: quod de* S. Salustiano *non dicitur, neque arbitramur hunc cum illis aliquid commune habere, nisi id meliori ex antiquitate argumento probetur; imo, nihil præter eorum cultum, probabilius etiam martyrium, de illo posse sciri. Qui additur supra ex Corbeiensi apographo* Silvianianus, *a nobis in titulo omittitur, quia veremur ne per errorem sit intrusus, dum aliunde major lux affulserit: quia a reliquis Scriptoribus, etiam Sardis, nulla ejus mentio facta reperitur. Denique non assentimur Dionysio Bonfant, qui lib.* 13 *Triumphi Sanctorum Sardiniæ cap.* 15, *eremitam scribit vixisse in montibus Calaritanis, et solum allegat Maurolycum ad diem* XIII *Junii, tam in textu, quam nota marginali: cum tamen Maurolycus ejusdem non meminerit ad diem istam, sed solum hac* VIII *ista habeat:* In Sardinia S. Justiniani *loco* Salustiani. *Qui pro reliquis recentiorum prænominatorum assertis adduxerit auctores fide dignos, nostrum assensum haud ægre obtinebit; gratis assumpta hactenus, gratis rejicimus.*

an Turribus vixerit?

an eremita in ditione Calaritana?

DE SANCTIS MARTYRIBUS ÆGYPTIIS

PTOLOMÆO, PHILIPPO, JOANNE ET ACRA

Ex Hagiologio Metrico Anonymi Habessini.

A sagittis et flammis servati,

Inter ceteros Martyres, quorum notitiam, ab Ecclesia Alexandrina acceptam, suis in Fastis consignarunt Habessini, et Metro Æthiopico consignavit eorum Poeta; insignis etiam est Quaterna prætitulata, et Ægypto Septentrionali *adscripta, hoc modo:* Salutem dico Ptolomæo et Philippo, Joanni et Acræ, ex Ægypto Boreali consociatis: qui cum stetissent ad martyrium coram tribunali immitis Judicis, liberavit eos Dominus ab advolante sagitta, et ab igne in pyram composito servavit illæsos. *Num post hæc tandem et ab acie gladii? Non existimo: sed pariter martyrio consummatos, persuadet communis omnium hic memoria. Si enim post hæc miracula dimissi, vitam in pace finissent, solo Confessionis titulo ornati, non colerentur eadem die. Est autem* Septentrionalis *Ægyptus, unde illi ad tribunal adducti sunt, et forsitan Alexandriam, ad dexteram Nili ripam versus Mareoticum. Sub Maximino passos, si non sub Diocletiano, divinare licet, definiri non potest, deficientibus ad id argumentis.*

videntur gladio martyrium complesse.

DE SANCTIS DOROSTOLO,

CHRESTO, MARCIA, MUCIANA, HELIO, LUCIANO, ZOTICO,

MARTYRIBUS CÆSAREÆ IN CAPPADOCIA.

D. P.

Sylloge ex Martyrologio Hieronymiano.

Septem hos Christi athletas repræsentat nobis vetustissimum Martyrologii Hieronymiani apographum monasterii Epternacensis his verbis : Cæsareæ Cappadociæ, Dorostoli, Chresti, Marciæ, Muciani, Helii, Luciani, Zotici. Ex his memoria Chresti deest in aliis tribus apographis, forsan quod inter Martyres in Cæsarea Palæstinæ passos hoc die referatur ; tum Euristus in hoc MS. deest ; et loco Helii legitur in Corbeiensi, Helianæ, deestque in Lucensi ; sed Helii est in Blumiano. Dein loco Mutiani habetur in aliis tribus Mucianæ et ideo in titulo sic B præposuimus. In aliis quatuor est magnus consensus. Nomen Marciæ est in MSS. Augustano, Gellonensi et alio S. Galli, et Marthæ scribitur in quodam Parisiensi. At Martiæ et Mociani in MS. Richenoviensi. Est aliquis Lucianus Martyr Cæsareæ Cappadociæ, propositus hesterno die seu septimo Junii ; sed seorsim absque sociis : verum iterum hac die cum sociis in eisdem antiquis monumentis : qua de re monemus Lectorem, ut, si quid certius repererit, dignetur proferre : interim uti reperimus, reliquimus omnia.

E

DE SANCTIS JANUARIA, MUCIO,

DONATA, SPISINNA, JULIO

MARTYRIBUS IN AFRICA.

G. H.

Ex eodem Martyrologio.

Jam toties etiam hoc die allegata, antiqua Martyrologii Hieronymiani apographa consignant hos in Africa passos. Ex his nomen Muci est in solo Epternacensi, et Julii in solo Corbeiensi. Quæ in tribus scribitur Januaria, in Epternacensi est Januarius, et loco Spisinnæ legitur Spisinæ atque Spesinæ, et contractius Spinæ. Sed iterum oritur controversia, quod pridie hujus diei sive septimo Junii, inter septem Martyres Afros reperiantur nomina Januariæ seu Januarii, Donatæ, et Spisinæ seu Spissinæ. Verum in iisdem Martyrologiis, et quidem cum quatuor sociis, diversis a duobus hic junctis. Si quis eosdem voluerit esse, funem contentiosum non trahemus, maxime si aliquid verosimilis ratiocinii præ se tulerit.

DE SANCTO EUSTOLO EPISCOPO

C

MARTYRE NICOMEDIÆ

F

D. P.

Ex eodem Martyrologio.

Sub finem Martyrum hujus diei proponitur, in quatuor Martyrologii prædicti apographis, Sanctus Episcopus Eustolus, sive Eustylus, aut Eustulus : sed ex qua urbe aut Cathedra adductus eo fuerit, non exprimitur : martyrio autem coronatus præsumitur, ut plures alii ; idque Nicomediæ, Sede Imperatorum. Etenim antiqua etiam Martyrologia Casinensis monasterii charactere Longobardico, et Romanum Ducis Altempsii, septimo Junii referunt eumdem Eustolum Episcopum, ut Nicomediæ coronatum. Plura de ejus certamine non extant, hactenus a nobis visa : utinam ea aliunde pro designato Supplemento emergant !

DE SANCTIS MARTYRIBUS,

GERMANO, PAULINO, JUSTO, ET SCICIO,

GERUNDÆ IN CATALONIÆ.

G. H.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De eorum cultu certo, Actis incertis.

SUB DIOCLET

Gerunda, *Hispanis vulgo* Gerona, *antiqua urbs est Ausetanorum, in Hispania citeriore sive Tarraconensi, et hodierna Catalonia, dives et munita, cujus titulo olim utebantur filii primogeniti Regum Aragoniæ, dicti* Comites *seu* Principes Gerundenses. *Hæc, suscepta olim fide Christi, gloriatur se habuisse* S. Narcissum Episcopum, *in persecutione Diocletiani et Maximiani martyrio coronatum* XVIII *Martii, quando Acta martyrii et varia miracula dedimus. In eadem persecutione passi dicuntur Sancti quatuor Martyres,* Germanus, Paulinus, Justus, et Scicius *sive* Sicius ; *quorum* festum solenni Officio celebrari proximo die seu feria secunda post festum Sanctissimæ Trinitatis, eosque nominari in Collectis Missæ et Officii divini, *asserit Antonius Vincentius Domeneccus, Ordinis Prædicatorum Theologus, in diœcesi Gerundensi natus, in Historia generali Sanctorum Principatus Cataloniæ, in qua Acta horum Martyrum Hispanice describit, desumpta* ex libro, manu antiqua scripto, quem tenent in Cathedrali ecclesia Gerundensi diligenter custoditum. *Ea ex Hispanico Domenecci,* a se Latinitate donata, *edidit Joannes Tamayus Salazar in Martyrologio Hispanico ; sed ita, ut fidere non possimus jam sæpius deprehenso vix quidquam ita sincerum dare, ut non aliquid de suo admisceat. Quare felicitati duximus, quod ex ipsa Catalonia acceperimus originaria Latina, ad judicium de ipsis immediate ferendum. Titulus hic erat :* Incipit Historia quatuor Martyrum Lapicidarum civitatis Gerundæ. *Annus Martyrii nullus ibi exprimitur, solum nominatur* Dacianus *Præses, missus a Diocletiano et Maximiano, etiam in Actis S. Vincentii notus : Domeneccus tamen assignat annum* CCC, *et initio folii* Junium *mensem, cujus* diem VI Idus, *sive* hunc VIII Junii, *definit Tamayus : quem hic, quamdiu certius nihil proponitur, quod sequamur, tantisper tenebimus ; potius quam externum Ferrarium, qui nec ipse fundamentum allegat definiendi diem* XIII : *erravit autem typographus ejus, quando ex* Germano *fecit* Gesmanum.

Cultus feria 2 post festum SS. Trinitatis.

Acta martyrii ex MS Gerunden.

2 *Fuisse Sanctorum horum corpora primo extra muros civitatis deposita in ecclesia, olim B. Mariæ, postea S. Felicis ibidem Martyris ; deinde a Carolo Magno Imperatore cum singulari honore et reverentia ad Ecclesiam Cathedralem translata, et in altari Beatæ Virginis collocata ; ac demum ab Arnaldo de Monte-Rotundo, tunc Canonico, postea Episcopo Gerundensi, delata ad Capellam, ab ipso in honorem horum Sanctorum constructam, indicant Acta tum Latina veteris MS. tum Hispanica Domenecci. Præfuit autem Arnaldus iste urbi et diœcesi Gerundensi ab anno* MCXCVIII *usque ad annum* MCCXVI ; *dicitur que de illo, quod* accessit ad Curiam Romanam, et inde habuit Vitam istorum Sanctorum.

Translatio prima facta a Carolo Magno,

secunda ab Arnaldo Canonico ante 1189

3 *Idem Arnaldus Episcopus, ob beneficia* a Carolo Magno *præstita Ecclesiæ Gerundensi, statuit, ut festum ejusdem in urbe et diœcesi Gerundensi celebraretur, ad diem* XXVIII *Januarii, ad quem Acta ejus illustravimus, ab Eginardo scripta ; ubi cap.* 3 *narratur* bellum ejus Hispanicum, et post saltum Pyrenæum superatum, in deditionem accepta oppida et castella, *in quibus videtur* Gerunda *fuisse. Domeneccus, relata ad dictum* XXVIII *Januarii Vita ipsius Caroli, profert diploma ejusdem Arnaldi de veneratione illius in capella prædictorum quatuor Sanctorum Martyrum, quod diploma lubet hic exhibere, sicut, omisso exordio, Latine excusum est.*

qui deinde Episcopus festum S. Caroli Magni instituit,

4 Attendentes.... quod virtutum decore adeo refulgebat *Carolus Magnus*, quod Altissimus, pro ejus claris et dignis meritis sibi gratis, dignatus fuit grandia et crebra miracula operari, ut gestorum suorum pollens historia manifestat ; Et quod propterea fuit per sanctam Sedem Apostolicam digne Sanctorum Catalogo aggregatus, et de eo per totam Alamanniam solenne festum die intitulata quarta Kalendas Februarii in Dei Ecclesia anno quolibet celebratur ; Attendentes insuper et ad memoriam reducentes, quod inter ceteras Hispaniæ civitates, Gerundensem civitatem armorum potentia abstulit Saracenis, et Gerundensem Ecclesiam, sponsam nostram, nec non omnia Monachorum cœnobia nostræ diœcesis fundavit pulcherrime, et dotavit etiam affluenter; Ideo volentes et pia consideratione ducti, plurimum affectantes, ut tam in dicta Ecclesia Gerundensi, quam in ceteris Ecclesiis nostrarum civitatis et diœcesis, de eo celebris et colenda memoria perpetuo habeatur ; de consilio et assensu nostri venerabilis Capituli, statuimus et etiam ordinamus, quod de cetero dicta die fiat annuatim festum signi novi, de almo Confessore B. Carolo Magno prædicto in Gerundensi Ecclesia prælibata ; et quod in altari capellæ beatorum Martyrum Germani, Justi, Paulini et Scicii, quam fundavimus et dotavimus, in ipsa etiam Ecclesia, simul cum ipsorum Sanctorum invocatione ejusdem almi Confessoris, sic intituletur et perpetuo collocetur ; et quod post utrasque Vesperas et Laudes ipsius festi, fiat processio per Clerum dictæ Ecclesiæ de præfata ad capellam præfatam ; et coram altari prædicto ipsius capellæ, fiat de ipso almo Confessore Commemoratio, prout in ipsa est fieri consuetum in Processionibus, quæ fiunt in festivitatibus Sanctorum, sub quorum vocabulo seu invocatione sunt constructa altaria in eadem ; nec non quod omnibus et singulis ecclesiis nostrarum civitatis et diœcesis prædictarum, in utrisque Vesperis et Laudibus, dicto die anno quolibet, cum Oratione et Antiphonis propriis, ad hoc per nos designatis, Commemoratio celebretur.

ob beneficia præstita Gerundæ,

celebrandum in capella horum 4 Martyrum.

D. P.

5 *Hactenus Henschenius, nihil quidem hæsitans, quin Gerundensium traditioni crederet de translatione dictorum Martyrum, ex suburbio ad Cathedralem facta tempore Caroli Magni ; sub quo expurgatam a Saracenorum spurcitia civitatem, et sacras ædes restauratas esse constabat : merito tamen dubius de veritate Actorum, non ex aliquo veterum Christianorum scripto, tunc pariter in lucem producto : non etiam ex tradita per manus memoria, mox a facta translatione ibidem* Gerundæ

Acta quando et ubi composita?

A *Gerundæ conscriptorum : sed post annos abinde quadringentos et amplius, fere autem nongentos post Martyrum Passionem composita Romæ, indeque allata : nec enim vetustiora esse, stylus totus loquitur. isque non Hispanicus, sed Italicus. Itaque valde ambigens Henschenius, expediretne illa, huic operi inserere, judicium ea de re mihi reliquit ; qui solum omnibus expensis existimari, non subtrahendam discreto lectori facultatem. proprio arbitrio statuendi de re tota, judicandique quam non sine causa ea dumtaxat ut* Apocrypha *legenda proferam.*

AUCTORE G. H. cur dentur ut apocrypha?

ACTA APOCRYPHA

Ex MS. antiquo Gerundensi.

Patria et parentes Martyrum:

Flagrante et inardescente persecutione Maximiani et Diocletiani, adfuerunt in civitate Gerundæ, quatuor uterini pugiles et gloriosi athletæ, pro Christi fide gloriosissime certantes ; videlicet Germanus, Justus, Paulinus, et Sicius. Qui nempe sancti Martyres oriundi fuerant de territorio Girundæ, quod vulgariter dicitur *a* Lampurda, in quo est villa quædam. quæ dicitur la Pera *b* : ubi B erat vir quidam nomine *c* Eter, qui habebat duos filios, quorum unus vocabatur *d* Lirus et alius Sirus : et in alia villa, quæ dicitur Cursa *e*, erat alius homo, nomine Corus, qui habebat duas filias, quarum una vocabatur Floris *f* et alia vocabatur Gelida. Primam autem, Deo disponente, scilicet Florem, accepit in uxorem prædictus Lirus : secundam vero, scilicet Gelidam, accepit Sirus in uxorem. Prima autem, scilicet Floris, a prædicto viro suo, scilicet Liro, habuit duos filios, scilicet Germanum et Paulinum ; altera vero, scilicet Gelida, a viro suo Siro habuit alios duos filios, scilicet Justum et *g* Sicium. Cum ergo prædicta scilicet Floris concepisset, vidit quoddam somnium : videbatur enim quod ignis *h* exiret de utero suo, qui totam patriam illustrabat. Quæ excitata retulit somnium viro suo, qui fuit valde admiratus. Processu autem temporis, natisque jam dictis duobus filiis ; dicta Floris narravit ipsum somnium cuidam matronæ, vocatæ *i* Fœcundæ, jam Christianæ. Quæ quidem divino Spiritu edocta, interpretata fuit ipsum somnium, dicens ; Audi, filia Floris : hoc quidem somnium quod vidisti, a D. N. Jesu Christo tibi revelatum extitit : nam scias pro certo, quod hi duo filii tui, duo candelabra erunt lucentia in sancta Ecclesia : et quia C hoc lumen veritatis videre meruisti, restat ut sacrum baptisma recipias, ut ei qui in cœlis regnat valeas sociari. His autem auditis dicta mulier Floris effecta est Christiana secreto modo ; quæ post non multos dies obiit. Et vir ejus misit filios suos, scilicet Germanum et Paulinum, ad suam materteram, scilicet Gelidam, et ibi morabantur.

duorum mater Christiana obit,

ac sorori, aliorum matri, apparens *k*

2 Dicta autem Gelida nocte quadam in somnis audivit vocem, dicentem sibi : Veni ad me. Quæ respiciens, vidit sororem suam, valde pulchram, dicentem sibi ; Desiderasne mihi similem *k* pulchritudinem habere ? Quæ respondit : Quomodo potest fieri ? cum ex utero matris nigra fuerim et sim. Respondens soror defuncta, dixit : Vade ad Stephanum, qui moratur hic prope : hic dicet tibi, quid te oporteat facere, locus autem in quo prædictus Stephanus tunc morabatur, vocatur nunc S. Maria de Angelis. Quibus peractis, d. defuncta disparuit. Dicta autem Gelida, perterrita ex his quæ vidit et audivit, surrexit ante lucem : et arripiens iter, nesciebat quo iret. Dominus autem, cujus nutu ista fiebant, misit et lucem de cœlo, quæ direxit eam usque in locum, ubi d. Stephanus tenebat domum. Cum autem d. Stephanus vidisset eum intrantem, a Spiritu sancto edoctus, cognovit quare D dicta veniebat ; et incepit eidem prædicare de Christi vita et morte, et aliis articulis fidei, et permansit d. mulier cum d. Presbytero vocato Stephano, per tres dies, jejunando, orando et sermones audiendo : quibus bene informata recepit sacrum baptisma : et fuit ita dulcedine divini amoris inflammata, quod omnia mundi oblivioni tradidit. Tertia vero die audiens Missam, vidit in manibus Sacerdotis, dum sacrum Corpus elevasset, puerum valde pulcherrimum, facientem cum manu ei signum, ad modum hominis vocantis alium : completoque mysterio reversa est ad propriam domum.

persuadet fieri Christianam:

idem hæc persuadet suæ consobrinæ,

3 Lirus vero prædictus, maritus Floris defunctæ, accepit uxorem, consobrinam germanam dictarum mulierum Floris et Gelidæ, nominatam Florentiam, ex qua genuit binos filios, quorum unus natus est valde pulcher, alius autem leprosus in omnibus membris. Quibus auditis, parentes et amici concurrunt ad visitandum ; inter quos venit illa fidelis Christicola, scilicet Gelida, quæ dixit consobrinæ germanæ suæ : Cara soror, si scires mysterium, quod a Domino factum est, citius lætari deberes quam tristari. Vides, inquit, filium tuum leprosum? hoc designat tuam legem infidelitatis, quam tu servas : sed si cupis sanitatem, pueri, crede in Dominum Jesum Christum, filium Dei unigenitum, natum E ex Maria Virgine ; et accipe sacrum baptisma tu et filii tui, et videbis mirabilia Dei. Deinde narravit sibi omnia, quæ ipsa Gelida viderat et audierat a Sacerdote Stephano prædicto. Quibus auditis d. Florentia, Spiritu sancto inspirata, rogavit d. Gelidam, ut mitteret ei d. Sacerdotem. Et illico d. Gelida, non pigra sed diligens, misit præd. Sacerdotem. Qui venit et stetit in domo d. Florentiæ per sex *l* dies, informando eam de fide. Quæ instructa plane, requisivit sacrum baptisma : et statim d. Sacerdos baptizavit eam cum filiis suis. Cum autem ille leprosus fuisset baptizatus, statim curatus fuit a lepra. Quod videns Florentia, ardentius dilexit Factorem, et rogavit ut audiret Missam : quod ita factum est. Cum autem sacram Hostiam elevasset Sacerdos, Germanus et Paulinus fratres, per rimas portæ cameræ viderunt Christum, sicut matertera eorum viderat : et statim territi clamare cœperunt : et festinanter cameram intrantes, peracta Missa sacrum baptisma susceperunt.

ut sic filius ejus leprosus sanetur;

quibus baptizatis, baptizantur et privigni,

l

4 Quibus peractis præd. Sacerdos loquebatur cum Florentia de fide, absente Gelida, quæ prandium parabat. Lirus vero maritus Florentiæ venit, et reperiens d. Sacerdotem cum uxore sua, furore F repletus arripuit gladium, et voluit eam interficere : sed statim divino nutu effectus est immobilis, et patiebatur morbum gravem. Sed statim Gelida venit, et una cum d. Florentia ante altare beatæ Virginis se prostraverunt. rogantes Christum ut ostenderet suam potentiam. Oratione autem facta, venerunt ad d. Lirum, ostendentes ei filium suum a lepra curatum, dicentes ei : Si tu credis in Dominum Jesum Christum, et te baptizari permittas in nomine ipsius, recipies sanitatem. Quod ille videns, et se cruciatum ; dixit : Credo in Dominum Jesum Christum, et baptizari volo in nomine ipsius, et statim curatus est, et immediate vocato Sacerdote præd. sanctum Baptisma percepit.

et eorum pater,

5 Tunc his peractis, Gelida cum viro suo Siro ad domum propriam rediit : qui quidem Sirus, reperiens uxorem suam quadam nocte intra cameram orationem facientem, et perpendens eam esse Christianam, arrepto gladio voluit illam jugulare. Sed statim Angelus Dñi, in forma pueri, adfuit cum maximo lumine, et ipsum Sirum in terram prostravit, ita quod per totam noctem extra sensum fuit.

ac patruus

Mane

A Mane autem facto, Gelida misit ad ejus consobrinam germanam et virum ejusdem, narrans eis casum qui acciderat. Quibus auditis, accesserunt ad Sirum, et in lecto quasi mortuum viderunt. Cumque excitatus fuisset d. Sirus, vocavit uxorem ejus; et in præsentia circumstantium narravit quæ viderat; et valde tristis veniam petiit ab uxore, et fieri Christianum se postulavit, et sic sacrum baptismum suscepit.

Patrueles 4 facti statuarii, cælibes vivunt:

6 Isti igitur quatuor, Germanus, Paulinus, Justus, et Sicius, ad ætatem debitam pervenientes, artem mechanicam tam lapidum quam lignorum didicerunt. Erant autem multum periti lapicidæ, et in arte sculpturæ famosi artifices; quos equidem non invenitur habuisse uxores: forte enim consilium Christi de virginitate servanda, ferventi amore quo in Christum ferebantur, opere implere cupiebant. Unde Matthæi XIX dicitur: Sunt eunuchi, qui seipsos castraverunt propter regnum cœlorum; qui potest capere, capiat. Hos, inquam, quatuor strenuos, defensores pariter et confessores Catholicæ fidei, elegit Deus et oriri fecit in istis Hispaniæ partibus, ut Christum in tam atroci persecu- B -tione, constantissime confiterentur, et fidem orthodoxam eorum martyriis mirabiliter in cordibus fidelium roborarent, et multis miraculis sanctisque doctrinis mirabilem demonstrarent. Propter quod Deus, bonis et justis præmia dispensans, sicut illos specialiter ad certamen martyrii elegit, pro fidei Catholicæ defensione; sic etiam in hac Gerundæ civitate terrestri, et in civitate Paradisi cœlesti, gloriosissime magnificavit: de quibus loquitur Apostolus ad Romanos VIII; Quos præscivit et prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui: quos autem prædestinavit, hos et vocavit: et quos vocavit, hos et justificavit; quos autem justificavit, illos et magnificavit.

clarens miraculis.

7 Mortuis autem eorum parentibus, arte præd. utentes sine uxoribus, in fide Catholica permanentes, etiam miraculis claruerunt. Nam primo, in loco qui dicitur Ultra-montem, cum quamdam domum ædificassent, quidam ex coadjutoribus ex ædificio cecidit: et fractis cruribus et brachiis, spes vitæ in eo non erat. Beati autem isti videntes descenderunt; et ipsum a terra levantes, divino nomine invocato, ita pristinæ sanitati restituerunt, ac si numquam aliquid mali passus fuisset. Completo autem d. opere, accesserunt ad locum qui dicitur Flassa; et dum ingressi fuissent locum, viderunt ibi juvenem, *m* surdum et mutum a natura. Cui dicti Sancti C compatientes, accersierunt eum; et tangentes aurem et linguam ejus, dixerunt; Audi, et loquere, et redde gratias Altissimo. Et statim apertæ sunt aures ejus, et solutum est vinculum linguæ ejus, et loquebatur recte, benedicens Deum. Fama autem eorum incepit ventilari per totam villam. Ipsi fugere volentes hominum laudes, recesserunt inde, et venerunt ad villam quæ dicitur Moneto, in quo repererunt unum hominem possessum a dæmone: et statim Sancti prædicti hominem, in nomine Dei, sanum et incolumem reddiderunt. Qui videntes famam excrescere, recesserunt ab illo loco, et venerunt Gerundam; et in porta civitatis repererunt unum senem claudum, postulantem eleemosynam: ad quem accedentes Sancti Dei, dixerunt; In nomine Jesu Christi, Nazareni, crucifixi, surge et ambula. Qui illico surgens, secutus est eos.

m

a Rufino Præfecto jussi idola sculpere,

8 Temporibus autem illis regnabant duo Imperatores, scilicet Diocletianus et Maximianus, qui persequebantur Christianos: qui miserunt Datianum, Gubernatorem generalem super totam Hispaniam, ut Christianos persequeretur. Hic cum venisset Valentiam, ibi crudelissime *n* interficiebat Christianos: et misit versus Gerundam unum crudelem virum, Rufinum nomine, officialem suum. Qui primo venit D ad civitatem quæ dicitur Empurias, et invenit ibi Felicem, et duxit illum vinculatum usque *o* Gerundam. Et cum ibidem fuisset d. Rufinus, quæsivit homines peritos in arte lapidea: et fama istorum juvenum volabat. Tandem ducti sunt ante Rufinum: quibus Rufinus ait: Audivi famam vestram: idcirco feci vos venire, ut faciatis mihi imagines lapideas Deorum nostrorum, et homines et mulieres eos adorare possint. Respondens Germanus, nomine aliorum et suo, ait: Rufine, audi e [illegible] e verba salutis. Omnes dii gentium dæmonia; Dominus autem cœlos fecit. Miror multum de te et de prudentia tua, ut nobis dicas quod faciamus deos tuos. Numquid majores erimus diis tuis! nam factor major est factura. Agnosce Deum omnipotentem, creatorem cœli et terræ, qui propter suam magnam misericordiam, misit Filium suum unigenitum in terras, natum de Virgine, passum in cruce pro peccatis primi parentis: hunc adora, quoniam hic est Rex regum et Dominus dominantium.

n

EX MSS

o

eorum ostendunt vanitatem:

inedia macerati in carcere,

9 Quibus auditis Rufinus furore repletus, jussit eos mittere in carcerem, ut ibi fame morerentur: et præcepit custodibus, ut nullus daret eis subsidium. Missis ergo in carcerem venit Angelus Do- E mini, confortans et dicens: Nolite timere: nam Dominus Jesus Christus non dimittet vos. Confortatis igitur Sanctis Dei Angelus discessit: et in octavo die Rufinus fecit eos sibi præsentari: quibus præsentatis jussit eos expoliari, et plumbatis *p* cædi, et iterum in carcerem recludi. Et ecce Angelus Domini confortans eos, sanavit eos. Tertia vero die iterum Rufinus fecit eos sibi præsentari, dicens: O juvenes, cur vultis propter illum Crucifixum mori? Relinquite eum, et abnegate, et adorate deos nostros: et faciam vos magnos viros in terra, et ab omnibus hominibus honorari. Tunc sancti Viri una voce clamaverunt: O membrum satanæ! Deos vestros colite: nos autem credimus in Jesum Christum, et pro eo mori parati sumus. Tunc Ruffinus jussit sibi tribunal parari, ante portam Vallis-tenebrosæ; et sedens pro tribunali dedit sententiam. Primo, quod Germanus, qui dicebat Deum omnipotentem, et filium suum unigenitum asserebat, cum silice et martello caput ejus tunderetur. Secundo, quod Paulinus, qui dicebat, Christum passum in cruce pro peccatoribus, decollaretur. Tertio quod Justus, qui dicebāt quod Christus esset caput Ecclesiæ, et resurrexit tertia die, capite truncaretur. Quarto, quod Sicius, qui dicebat quod Christus quadragesimo die a sua resur- F rectione ad cœlos ascendit, et quinquagesimo die misit sanctum Spiritum in linguis igneis super Apostolos, igni traderetur. Qua sententia data, Sancti Dei voce magna dixerunt: Gratias agimus tibi, Domine, quia mori nos dignos fecisti pro te. Dum Sancti Dei cruciarentur, vox de cœlo venit cum magno tonitru, dicens: Pretiosa est in conspectu Domini mors Sanctorum ejus. Quam vocem audiens Rufinus, timuit, et cecidit in terram; et tremens, cum magno timore intus portale *q* intravit; et ipsum portale jussit cum lapidibus et calce claudi, ita quod ex tunc non fuit apertum: populi autem fugerunt ad domos proprias. Istis autem fictis, venerunt mulieres devotæ et honestæ de nocte, et ceperunt corpora Sanctorum, et sepelierunt ea in tumbis marmoreis; et cuilibet tumbæ fecerunt suum scriptum, scilicet in ecclesia B. Mariæ extra muros, ubi nunc est ecclesia S. Felicis *r*.

p

de iis plumbatis cæsi

capitis damnantur.

q

r

Corpora sub Carolo M. translata.

10 Post aliquod tempus Carolus Magnus, Imperator et Rex Franciæ, cepit civitatem Gerundæ, et fecit novam Sedem in Mesquita Saracenorum, in Sede quæ nunc est. Et fuit sibi revelatum, quod quatuor

A quatuor Martyres fuerunt sepulti in d. ecclesia : et magno honore transtulit in altari B. Mariæ : et fuerunt facta ista die, meritis istorum Sanctorum, infinita miracula. Et post magnum tempus, quidam Canonicus istius Sedis, vocatus Arnaldus de Monterotundo, ad honorem et reverentiam dictorum Sanctorum, fecit in d. ecclesia quamdam capellam cum tumba, in quam transtulit dd. Sanctos s. Et ibi instituit quoddam Sacerdotale Beneficium : et propter ista facienda ipse accessit ad Curiam Romanam ; et inde habuit Vitam istorum Sanctorum, ob quorum reverentiam ipse plures expensas fecit. Quare bene creditur, quod meritis ipsorum Sanctorum ipse fuit Episcopus t Gerundæ, et vixit per multum tempus ; et fuit bonus, simplex, et castus; et aliæ gratiæ eorum nomine fuerunt sibi factæ, Dei gratia et meritis. Sit Deus benedictus in secula seculorum. Amen.

Ex MSS.

s deinde in propriam capellam,

t

11 Temporibus præteritis, antequam civitas Gerundæ publice faceret festum dd. sanctorum quatuor Martyrum, erat in d. civitate quædam bona mulier, uxorata viro, quæ habuit filiam quamdam, quæ cum esset trium annorum, casu cadens, perdidit totaliter vires ambulandi, quia non poterat aliB quo modo suis pedibus aut tibiis sustentari ; cum antea sufficienter et juxta ætatem viriliter ambulasset, et tunc viribus quasi destituta differebatur : et hoc spatio quasi trium annorum. Qua de causa mulier prædicta, et mater infirmæ puellæ, sæpissime flebat præ tristitia ; considerans et quasi dubitans, quod ipsa puella longo tempore sic viveret, et numquam a d. infirmitate liberari posset. Adveniente autem vigilia diei Sanctorum dictorum, et audito quod ipsi Sancti multa miracula faciebant ; de voluntate viri sui, vovit puellam ipsam mitti in confratria ipsorum Sanctorum, casu quo a d. infirmitate curaretur. Quo facto, jacente dicta puella in quodam u stramine (quia aliter stare non poterat nisi jacendo) et matre existente solicita per domum circa ministerium ; ipsa puella gradiendo tentavit se elevare propria virtute, nullo alio adjuvante. Et stans erecta et ridens præ gaudio, quia diu erat quod sic non steterat; vocabat matrem suam, applaudendo et dicendo ; Ecce, mater mea, ecce ambulo : et sic de cetero convaluit, et vixit in eadem civitate, sana et integra in omnibus membris suis ; et fuit uxorata, et habuit filios; et post suo tempore obdormivit in pace. Et parentes ipsius, obtenta d. gratia meritis ipsorum Sanctorum, statim poC suerunt ipsam puellam infra confratriam dd. Sanctorum.

Debilis ex casu puella, Sanctis oblata,

u

subito roboratur.

ANNOTATA G. H.

a Lampurda *vulgo* l'Ampurdan, *regiuncula adjacens Emporiæ, in ora littorali maris Mediterranei, inter* Rhodan *vulgo* Roses, *et Gerundam.*

b *Quod illud oppidum* Pera *hodie sit, ignorari asserit Tamayus.*

c Eter, *Tamayo et Domenecco* Hater.

d Lirus et Sirus *Domenecco* Lyrus et Syrus, *Tamayo* Lirus et Syrus.

e Cursa, *Domenecco* Coræa.

f Floris, *Tamayo* Flora.

g Sicium *Tamayo et Domenecco* Scicium.

g *Tamayus* Ex ejus alvo ignis coruscans totum terræ ambitum illuminans prosiliret.

i Fœcunda *etiam Domenecco*, Facunda *Tamayo.*

k *Tamayus*, ut me pulchrior evadas.

l *Domeneccus* pro espacio de seys meses. *Hinc Tamayus* per semestre.

m *Tamayus* cæcum, mutum et surdum, *et deinde* tactis oculis, lingua et auribus, *et postea*, visum *receptum esse. In Domenecco etiam* cæcus *habebatur;* D *sed calamo in nostro codice deletum id est, et ibi nihil erat* de tactis oculis, *aut* visu recepto.

n *Inter hos fuit S. Vincentius Levita, et adjunguntur a variis alii* 18, *quorum Dux statuitur Orion, de quibus egimus* 22 *Januarii.*

o *Gerundæ Martyr obiit* S. Felix *Kalend. Augusti.*

p *Tamayus*, plumbeis globulis flagellari.

q *Idem*, in urbem cum cetera plebis caterva fugit.

r *Idem addit :* Dies agonis creditur VI Idus Junii anno Domini CCC. *Annum eumdem indicat Domeneccus, et adjungit :* Elapsis dein multis centenis annis, *scilicet usque ad annum* DCCLXXVIII ; *quo, sicut Annales Francorum nos docent*, Carulus *Magnus* Pampelonam acquisivit, et obsides accepit a civitatibus Osca, Barcellona, nec non et Gerunda ; *quas potuit etiam personaliter adiisse, nondum tamen* Imperator *: hoc enim primum factus est anno* DCCC, *neque Cataloniam cum illo titulo unquam vidit.*

s *Hic finiunt Acta Tamayi.*

t *Gerundensium Episcoporum catalogus.*

CENSURA D. P.

Quid differant genuina Sanctorum Martyrum Acta, E *ex Proconsularibus accepta commentariis judiciorum, vel certe ex coævorum scriptorum relatu accepta, ab diu post ex veteri traditione composita ; et hæc rursum, ab iis, quæ, nulla ejusmodi traditione prælucente, gratis omnino sunt conficta ; nemo potest ignorare, in hujusce nostri operis lectione versatus. Talis autem facile dijudicabit, qua in classe ponenda sint, istiusmodi loco ac tempore inventa Acta horum, ignotorum alias Martyrum : de quibus hoc solum eatenus sciebatur, in suburbana ecclesia sub altari repertos, ubi ante irruptionem Saracenorum repositi fuerant ; et seculo* VIII, *recuperata a Christianis* Gerunda, *translato : ad Cathedralem esse ; numero quatuor, et nominibus distinctos, vel per traditionem servatis, vel ex laterculo apposito notis. Plus de iis sciri potuisse Gerundæ, quando facta translatio fuit, nemo credet, qui consideraverit, quod* Arnaldus Canonicus, bonus et simplex, *qui*, ob Sanctorum a se in novam capellam *translatorum* reverentiam, plures expensas fecit, *dicatur ipsorum Vitam Roma attulisse, qualem jam exhibuimus. Fuerit haud dubie persuasus ille, quemadmodum infiniti alii, pii magis quam rerum periti, omnium pro Christo passorum notitiam Romæ posse inveniri ; ignarus nusquam studiosus abolita olim fuisse sanctorum Martyrum Acta quam ibi, intentissimo in eam* F *rem Diocletiano ejusque ministris ; unde factum, ut illustriorum quarumdam passionum historias, postmodum utcumque rescriptas, non quidem omnino improbaverit Gelasius Papa, sciens eas in nonnullis ecclesiis legi ; testatum tamen, suo de Apocryphis Decreto, esse voluerit, eas a Romana Ecclesia non recipi. Cum ergo Arnaldus, non minori anxietate quam devotione, perquireret ibi Acta prædictorum quatuor ; inventus videtur sciolus aliquis, qui quæstum facturus ex boni viri pietate, Legendam confinxerit peculiarem, accepto fundamento ex Legenda S. Felicis Martyris Gerundensis, quæ ipsi nomina* Diocletiani et Maximiani, *missique ab iis in Hispanias* Datiani, *et* Officialis Rufini *suppeditarit ;* Empurias *item atque* Gerundam. *Quatuor autem cum essent in quæstione, incidit ei cogitare de* Quatuor Coronatis, *eo quod deorum statuas nollent sculpere, martyrium passis ; itaque etiam* Lapicidas *fecit. Veritus deinde ne simplex relatio, istis licet vestita circumstantiis, non satisfaceret Canonico suo, nisi etiam adderet quibus parentibus nati, et quomodo facti essent Christiani ; licere sibi voluit fingere* Lirum et Sirum *fratres, filios* Cori *ex duabus sororibus* Flore et

Gelida

A Gelida *filiabus* Etheris ; *quarum prior* Germanum *atque* Paulinum *pepererit ; altera, Consobrinam suam* Florentiam, *Flori demortuæ superinductam, jamque ex Liro matrem* Justi *et* Sicii, *converterit ad Christum una cum viro suo, Stephanoque Presbytero adduxerit baptizandos : de quo* Stephano *quia turpe videbatur dici nihil, adscripsit in margine ;* Fertur, hunc Stephanum advenisse cum Beatis Magdalena, Lazaro, Celidonio et aliis ; qui cum pervenissent Massiliam, iste ad hanc provinciam confirmandam remeavit. *Dignum profecto patella operculum. Ignoscendum interim ruditati seculi* XII *ac* XIII, *quod ista ab Arnaldo ut thesaurus recipi, et apud Gerundenses fidem potuerint invenire : quod autem Domenecco et Tamayo etiam visa sint prælo digna, nemo mirabitur, qui noverit Domineccum, initio hujus seculi, adhuc ad talia rudis, scripsisse ; et Tamayi stomachum ferreum, ad quantumcumque absurdas fictiones approbandas digerendasque. Unum dico, nullo unquam exemplo probandum, quod Christianis, Martyrum passiones cum gererentur conscribentibus, otium vel animus fuerit de eorum natalibus parentibusque longas historias texere, ut auctor hic fecit. Jam vero nomina villarum,* Pera, Cursa, Ultramont, Flassa. Morels, *eo liberius commentus videtur auctor, quod speraret Hispanis eo certiorem faciendam fidem antiquitatis, quo minus iis haberentur nota : qua fiducia etiam miracula addiderit apparentis sub Missa Christi, et lepræ per Baptismum purgatæ. Sententia autem in Martyres lata, secundum diversitatem confessionis singulorum, de Personarum divinarum trinitate et Capitis Ecclesiæ firmitate, non minus inepte ad Judicis personam videtur concepta, quam titulus* Gubernatoris Generalis Hispaniarum *datur Datiano.* Præsidem *antiqui sub Romanis Hispani appellassent,* Capitaneum Generalem *recentiores. Similiter* Altare Beatæ Virginis, *ante quod Gelida et Florentia prostratæ finguntur, non dixisset prima sub Gentilibus Christianitas, et alia hujus generis, quibus immorari non vacat.* D

AUCTORE G. H.

DE S. SYRA VEL SYRIA

B

IN TERRITORIO TRECENSI IN GALLIA.

G. H. E

Cultus stabilitur, quæritur ætas ; Reliquiarum inspectio declaratur.

SEC. IV, AUT V.

Sacra S. Syræ *vel* Syriæ *vulgo* Sainte Syre, *memoria ad hunc* VIII *Junii inscripta est MSS. Trecensi et Carmelitano Coloniæ adservato his verbis :* In territorio Tricassinensi B. Syriæ matronæ. *In MS. Florario, et Martyrologio Coloniæ atque Lubecæ sub annum* 1490 *excuso, dicitur,* optimæ Matronæ. *Secuti Grevenus et Molanus in Additionibus ad Usuardum, Maurolycus, Felicius, Canisius, Ferrarius, a quibus omnibus* Matrona *compellatur.* Mulier *autem in Actis S. Sabiniani, Trecis sub Imperatore Aureliano martyrium passi, quæ ad diem* XXIX *Januarii duplicia edidimus : priora autem et antiquiora ex codicibus MSS. Rotomagensi et Treverensi S. Maximini. In his cum relatum esset, quomodo inter alia miracula sanguine ejus restitutus fuisset visus Imperatoris ; ista num 12 subduntur.*

^a MS. S. Mar Septuaginta

C

ad sepulcrum S. Sabiniani Mart.

3 Audiens hæc quædam mulier, nomine Syria, quæ ^a quadraginta annos ab oculis cæca sedebat, ait parentibus suis : Ducite me ad amabile gaudium, ubi sacratissimus Savinianus cœlestem gloriam conquisivit. Parentes autem illius dereliquerunt eam, et noluerunt cum ipsa pergere. Exiit parvulus de germine eorum, et introiit ad eam, et comprehendens eam manibus, in viis ejus ambulaverunt, et nescierunt ubi requirerent passionem sanctam. Venientes autem, ubi S. Savinianus requiescebat, affixi sunt pedes eorum, et non potuerunt amplius iter pergere, quia in locum sanctum advenerant. Illa humili corde flectere genua sua in terram cœpit, et orare confidenter, dicens : Deus Christianorum, et S. Saviniane, qui tibi impetrasti coronam pretiosam, lapidibus pretiosis ornatam, ostende virtutem tuam in me. Cum hæc orasset, in ea hora aperti sunt oculi ejus, et vidit lumen diei, et sepulcrum S. Saviniani. Multus autem populus festinabat videre virtutem Dei. Tunc loquitur ad eos Syria : Diligamus sepulturam, et faciamus cellam magnam, ubi S. Savinianus vitam non deposuit, sed mutavit. *Hæc in prioribus Actis S. Sabiniani : quæ in posterioribus Actis, ex Promptuario Antiquitatum Tricassinæ diœcesis a Nicolao Camuzato vulgato et a nobis editis, cum pluribus circumstantiis de vita Syriæ, describuntur, ideoque etiam hic videntur addenda, ut sequitur :*

ubi cæcitas ejus curata fuerat.

3 Pluribus autem annis latuit corpus beati Martyris, ob nimiam Christianorum persecutionem : et ejus sepulturæ locus soli Deo erat cognitus. Igitur campus ille fit miraculis floridus, et reddens virtutibus : propter quod excitantur remoti odore, vicini attrahuntur dulcedine : conveniunt ægroti, recepta exultantes sospitate. Fama ergo volitante, quædam mulier, Syria nomine, oculos habens carentes lumine, toto corde quærens beati Martyris thesaurum occultum, venit, et ipsum flagitat ut recuperet visum. Quærens ergo quem corde desiderabat, Christum planctibus invocat, ac sanctum Martyrem precibus exorat. Ad locum venit, et nondum oratio complebatur, et ecce jam mulier exauditur : oculi etenim reparantur ad usum, et depulsa caligine reformantur ad visum. O quantas laudes et gratiarum actiones illa Deo et beato Martyri refert ! Igitur miraculo divulgato, accurritur a civibus, acceleratur ab omnibus : lætantur communiter omnes, ac Deo resonant vocibus laudes : quia ipse tam præclaro miraculo dignatus est revelare Martyrem suum populo suo. Ergo ex communi sententia, hortante plurimum B. Syria, decenter construitur sancta ecclesia. Qua diligenter ædificata, non immemor beneficii accepti B. Syria, devotit se Deo servire et beato Martyri : ibi se affligens multis jejuniis, orationibus vacans et vigiliis, se vivam hostiam Domino immolavit. Ac sic juste ac sancte vivendo, per immensum vitæ martyrium, ac per magnæ devotionis famulatum, meruit adipisci sancti Martyris in cœlo consortium, adjuvante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per omnia secula seculorum. Amen.

quare ejus desuper structa ecclesia ?

F

ibidem egit vitam reliquam

4 *Hactenus testimonia de* S. Syria, *ex antiquis Actis S. Sabiniani desumpta : ex quibus colligimus eam vixisse, cum jam Christiana religio in suo vigore esset, atque ecclesiæ Christianorum secure erigerentur. Ceterum ad quodnam seculum, quartum forsan aut quintum, debeat referri, non possumus definire. Non arbitramur autem illam adscribendam Ordini Benedictino uti Menardus et Bucelinus fecerunt, aut referendam ad annum* DCXL, *uti fecit de Sanctis Trecensibus agens*

Alia ab hac est S. Syra soror S. Fiacrii.

AUCTORE G. H.

A *agens Nicolaus des Guerrois. Illorum assertio eo nititur, quod credant fuisse sororem S. Fiacrii, Scoti sive Hiberni. Hujus quidem soror Syra appellata est: sed ea monasticam vitam in cœnobio Brigensi Meldensis diœcesis duxit, ac postea monasterium puellarum prope Catalaunum construxit et gubernavit, diem vero natalem habet* XXIII *Octobris. Sancta autem Syria, de qua nunc sermo, videtur Rilliaci aut certe non procul ab ipso loco, ubi S. Sabinianus depositus erat, et prognata et educata. Nam cum parentes ejus nollent cum ipsa pergere; parvulus illam manu apprehensam deduxit. Fuisse autem Rilliacum vicum quinque circiter leucis infra urbem Tricassinam, ad eumdem cum ipsa fluvium Sequanam, asserit Camuzatus; cumque deinde a sancto Martyre dictum* Sabinianum, *nunc vero* S. Syriæ *vocabulo appellari. Menardus ex Lectionibus Officii* S. Syriæ, *in veteri fragmento repertis, ista adducit, etiam a Camuzato relata, et huc referenda.*

Sacellum et capsa Reliquiarum illius

5 Postquam ex obscura custodia, in quam detrusus fuerat, S. Savinianus admiranda virtute evasit; statim apud dictum Rilliacum capite plexus est, ibique ejus corpus terræ mandatum. Quod cum diu occultum fuisset, tandem Virgini, cui Syriæ nomen erat, B divina revelatione manifestatum est. Quæ cum multum vitæ temporis castæ pieque ibidem traduxisset: sacrosanctas Martyris Reliquias religioso honore prosequens, ad ejusdem sancti Martyris monumentum ædiculam sive sacellum extruxit. In quo et post obitum condita est in lapide concavo, qui hodieque in eodem sacello, ipsius Virginis nomini sacrato, visitur: in quo quidem ejusdem Virginis corpus, ærea capsa affabre facta conclusum, requiescit. Ipsa vero ædicula, magno peregrinorum undique confluentium concursu, maxime eorum qui calculo laborant, celebratur: in quibus divinitus curandis egregia quotidie miracula eduntur. Ejus dies festus in Tricassina diœcesi Octavo Junii solenni celebratione colitur: et jam inde ab anno millesimo trecentesimo Henricus de Nea, Decanus Ecclesiæ Trecensis, eodem nonnullos annuos reditus in id contulit, ut novenis Lectionibus illius festum ageretur. *Hæc ibi: quorum ultimum confirmans Nicolaus Des Guerrois, in historia Trecensi, ipsius Henrici Epitaphium profert ad annum* MCCC: *sed corrigendum monet, et annum mortis jubet scribi* MCCCXXVII: *quasi diceret, prænotato seculari facto, multo tamen [illegible]: nisi quis simplicem occasionem a grata posteritate, mortem ipsius fundatoris isto anno signandi. Cetera verba Menardi magna* C *ex parte retulit in Martyrologio Gallicano Saussayus: iterumque in Supplemento ad diem* VII *Julii,* Trecis, *inquit,* ipsa die memoria S. Syræ Virginis; et *in Indice Topographico ostendit, de eadem* S. Syria *illa accipienda esse.*

6 *Addit Menardus, quod* Dominicus Guillotius, Curio S. Aventini Trecensis, cuidam scripsit; in veteri MS hos de S. Syria versus esse repertos:

et patronæ herniæ et calculo laborantium.

Regia Campanis celebrata est Syria terris,
 Cujus quisque pium percipit æger opem.
Linquit arenosos per te gravis hernia renes,
 Sanatur meritis fractio quæque tuis.
Talibus oro meam serves cruciatibus alvum:
 Credimus es tanti vera medela mali.
Ora pro nobis summum, pia Syria, Regem,
 Ut scrupulo curet viscera nostra gravi.

Menardus, ob primam horum versuum vocem Regia, *arbitratur,* fuisse ex regali prosapia, ac perinde non distinguendam esse ab illa Syria, quæ fuit S. Fiacrii soror, et filia Scotorum Regis. *Verum debile argumentum: ut enim non dicam, quod dici possit,* Regia Syria, *quia inter Reginas cœlestes adscripta; cur non posset hic titulus ad litteram verificari, conjectando quod filia fuerit* S. Colloquilli Regis, *apud Senones honorati, de quo nos egimus* XVI *Martii. Demum hujus* S. Syriæ Commemoratio in Missa, *præscribitur in Breviario Lingonensi, anno* MDCIV. D

TESTIMONIUM
Reseratæ capsæ Reliquiarum.
Ex Promptuario Tricassino Camuzati.

Jussu Vicariorum Trecensium

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Patris et Filii, et Spiritus sancti, Amen. Universis præsentes litteras seu præsens publicum instrumentum inspecturis, Odardus Hennequin, in utroque Major, et Petrus Fiene, in Jure canonico Licentiati, Officiales Trecenses, ac S. Margaretæ in ecclesia Trecensi Archidiaconi et Canonici præbendati Presbyteri, Vicarii generales in spiritualibus Reverendi in Christo Patris, Domini D. Ludovici Dei gratia Trecensis Episcopi, a suis civitate et diœcesi Trecensi notorie absentis, Salutem in Domino sempiternam. Quoniam ab humanæ mentis memoria cito dilabitur quod gestum est, nisi scripto confirmetur, eapropter serie præsentium notum facimus, quod nos auctoritate dicti R. Patris, ad laudem, gloriam et honorem Dei Salvatoris nostri Jesu Christi, ejusque gloriosissimæ et intemeratæ Matris piissimæ Virginis Mariæ ac totius Curiæ cœlestis, venerationemque et decorationem S. Syriæ Virginis, E totiusque populi Christiani firmiorem et indubitatam fidem, dictæque S. Syriæ meritorum et miraculorum ejusdem, quæ quotidie fiunt et per universum orbem renovantur, exaltationem; in villa de S. Syria et capella ejusdem Sanctæ, in qua ab antiquo capsa, intra quam sacrum et gloriosum corpus dictæ S. Syriæ reponitur et requiescit, die data præsentium, in Notariorum publicorum, venerabiliumque Religiosorum et discretorum virorum, Magistri Nicolai Coiffardi in utroque Jure Licentiati et Jacobi Rocignoti, Canonicorum dictæ Trecensis Ecclesiæ, ex parte venerabilis Capituli Ecclesiæ Trecensis ad hoc commissorum et deputatorum, Nicolai Mergey Matricularii Presbyteri in dicta ecclesia, Fratris Christophori de Crusi Præpositi et Religiosi professi monasterii Cellæ prope Trecas Ordinis S. Benedicti præsentia, et plurium aliorum nobiscum existentium, personaliter accessimus de mane, et nobis ibidem in dicta capella existentibus, ornamentis et indumentis Sacerdotalibus reverenter et honorifice vestitis et indutis, maxima et copiosa populi dicti loci de dicta S. Syria et aliunde multitudine ibidem congregata, de voluntate et expresso consensu venerabilis et discreti viri Magistri Guillermi Acuti F Presbyteri, in Jure canonico Licentiati Canonici et Archidiaconi Breniæ in dicta Trecensi ecclesia, ac Curati parochialis ecclesiæ S. Saviniani de dicta S. Syria; Johannis Quatreux et Galleti Symon alias le Febure, Matricul riorum et Provisorum fabricæ dictæ parochialis ecclesiæ S. Saviniani de dicta S. Syria pluriumque parochianorum et habitantium dictæ villæ de S. Syria et aliorum ibidem existentium, cantatis certis et decentibus Antiphonis, cum Versibus et Orationibus sequentibus, dictam capsam, existentem retro altare chori dictæ capellæ, descendere et super dictum altare ponere fecimus.

coram multis testibus,

capsa super altare depositum.

8 Qua sic posita inspectaque diligenter, visa et visitata ipsius capsæ firmatura, quam bene seratam et firmatam, absque aliquali apertione aut fractura in aliqua sui parte facta, invenimus; eamdem per honestos viros, Petrum Chevry et Johannem Chevry aurifabros, Trecis commorantes, cum suis malleis et instrumentis ferreis aperire fecimus. Qua aperta laudes Deo decantando, visitavimus diligenter et reverenter quid intra eamdem capsam erat; maximaque cum cordis devotione et lacrymarum

A marum aspersione inspeximus, et intra eamdem capsam quamdam cuvam seu capsam parvam, reverenter et honorifice quodam panno antiquo pallio deaurato viridi et perso duplicato circumdata, ornatam et decoratam. Et in præmissorum omnium et plurium aliorum ibidem affluentium et congregatorum præsentia repertum fuit corpus sacrum, scilicet caput et alia ossa sacra dictæ S. Syriæ Virginis, cum pluribus aliis ossibus gloriosis et sacris, reverentialiter et magnifice reposita, recondita in quadam parva et honesta cuva intra dictam capsam existente, recondita panno de serico figurato, et (ut præmittitur) circum amicto; Clero que et populo ibi astanti in majori parte per nos monstrata. Quod quidem corpus dictæ S. Syriæ Virginis, cum capite et aliis ossibus et reliquiis sacris, prout reperta in eadem capsa fuerant, per nos Vicarios prædictos, in quodam sacco lini desuper suto, cooperto quo am sandali rubro serico honesto, cum qua decuit reverentia in præmissa cuva, prout alias (ut præmissum est) intra dictam capsam posita et reclusa fuerant. Te Deum laudamus, cum Antiphonis Versibus et Orationibus decentibus sequentibus, Missaque de dicta S. Syria in ejus honore alta voce

in eaque reperiuntur caput et ossa S. Syr æ,

eadem post cantatum Te Deum et Missam,

B devotissime decantata, laudes Deo devotissime et dictæ S. Syriæ referentes, interaliter reposuimus, prout hujus Corpus et Reliquiæ pro nunc in dicta capsa reponuntur, recluduntur, et dimittuntur. Quibus sic repositis, inclusis, et dimissis, eamdem capsam in nostrorum Notariorum et Testium præsentia per dictos aurifabros claudere, et tum clavis ferreis bene et secure serare et firmare fecimus. Qua sic firmata, dicti aurifabri, imagines et alia jocalia et ornamenta ejusdem capsæ, per eos nuper reparatæ, de et super dicta capsa apponi promiserunt, et apponere inceperunt.

denuo occluduntur

9 In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium præmissorum, præsentes litteras seu præsens publicum instrumentum, per Notarios publicos subscriptos, qui nobiscum et testibus infrascriptis ad præmissa præsentes fuerunt, fieri; sigillique Curiæ Trecensis quo utimur in hac parte, una cum signetis nostris signisque publicis et subscriptionibus dictorum publicorum Notariorum subscriptorum, fecimus et jussimus appensione muniri. Act. fuerunt hæc in dicta Capella S. Syriæ, anno Domini MCCCCXI, die XIII mensis Augusti, Indictione nona, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri Domini Pii divina providentia Papæ II, anno III; regni

d. 13 Augusti.

C vero Illustrissimi de Christianissimi Principis et Domini nostri, Domini Ludovici Dei gratia Francorum Regis, anno primo. Præsentibus ibidem discretis et honestis viris Dominis Ægidio Coerne, Canonico præbendato Ecclesiæ collegiatæ S. Stephani Trecensis, Petro de Jugny, Curato parochialis ecclesiæ de Dropto S. Basoli; Laurentio Jacquet, Capellano Rectore dictæ parochialis ecclesiæ de dicta S. Syria, Jacobo de Bourgongne, Joanne Brouart, Symone Coleson, Petrino Vilat, Leonardo Prævost, et Nicolao le Plattote, dictæ Capellæ matricularius seu luminariorum ejusdem Capellæ administratoribus, parochianis et habitatoribus de dicta S. Syria, cum pluribus aliis utriusque sexus testibus ad præmissa vocatis specialiter et rogatis. Signatum Henricus Doreti, et Joannes Guerry.

APPENDIX CRITICA,

De distinguenda Meldensi ac Trecensi hujus nominis Sancta, deque hujus contra calculos patrocinio.

Istum de Syra Commentariolum prelo Henschenius diu ante pararat, quam suum, de una S. Syra seu

D Syria Virgine Opusculum elaborandum sumpserat Petrus Franciscus Chiffletius: certe multo prius quam ipse illud, inter Quatuor similia Opuscula secundum, ederet anno MDCLXXIX; nec scio an ipsum unquam Magister noster viderit, quippe tunc primo allatum Antuerpiam, cum paralysis virum diligentissimum corripuit, atque a suo Museo ad valetudinarium transtulit. Caroli le Comte tomum 3 Annalium vidisse de controversia prænotata potuerat, et Arturi a Monasterio Gynæceum sacrum, ubi argumenta quæruntur, ad firmandam distinctionem S. Syriæ Rilbacensis, a discipula S. Burgundoforæ, in Brigensi prope Meldas cœnobio, dicta etiam sorore S. Fiacrii, cui Meldenses non hanc VIII Junii, ut Trecenses; sed XXII Octobris sacrum habent, teste Mabillone, ubi de S. Fiacrio.

AUCTORE D. P. Chiffletio de hoc argumento opusculum,

non vidit Henschenius:

11 Sed apparet, Henschenium non existimasse operæ pretium, contrarium opinionem multis ventilare; quando in antiquissimis S. Saviniani Actis, tam clare distincteque describitur mulier, circa ab annis XL, inter parentes suos, id est conspicue paucos manens; quos cum illa frustra rogaret ut se, divinitus monitam, ducerent ad locum, in quo Sanctus Martyr obierat: exiit parvulus de germine eorum, et comprehendens eam manibus, duxit quo voluit. Non video, quomodo hæc possint

sed neque Contrarium inspexit, contra quem illud scriptum:

E aptari Virgini, in Scotia natæ, adeoque suos ibi parentes habenti; nec in promiscui sexus aetatisque familia; qualem vero præcitata indicant, indicentia parvulum de germine eodem; sed in monasterio, sub Abbatissa degenti: nec tot annis circa censeri potest Abbatissa fuisse, aut si fuerat ante ea et quidem fundatrix eorumdem Catalaunensis, credibile non est caruisse una saltem ministra, ad suum obsequium deputata. Præterea ejusmodi sunt antiqua illa Acta, unde Rilbacensem Syram novimus, ut prius conscripta possint videri quam S. Burgundofora et S. Fiacrius nascerentur. Longævas, præsertim Deo sacras Virgines, fateor Mulieris ac Matronæ nominibus compellari posse: nec, ad hoc probandum, recurrere oportet ad titulum Dominæ, qua passim in Gallia Sanctimoniales ornantur. Sufficiunt verba præcitata, ne virginem quamvis, Sanctimonialem contitur arguas, nisi docere velit, admodum sero scripta esse Acta S. Saviniani, quæ ea epocha debeat cujus conditionis mulier fuit, quæ o custodem ejus humandi corporis prima dedit; sed hoc vel ipsa codicum vetustas possit redarguere.

quia res evidens ex Actis S. Saviniani.

12 Insurgit nihilominus Chiffletius in Contrarium, a quo occasionem et scribendi Opusculi sumpsit; quia eamdem facit Syram Brigensem et Catalaunensem, at quæ a Rilbacensi distinguat: et, Præterea, inquit, vel unum certo affirmatum testimonium, quod ad

et sicut alteras illi, sic et Reliquiæ duo possint patrem

F Syram Rilbacensem pertineat. Hoc autem quid ... quod de Rilbacensi ... ad Brigensem et Catalaunensem pertinere credimus ... et. Porgo tamen, et, Doceat nos, inquit, ubinam Brigensium vel Catalaunensium ... S. Syriæ reliquiæ, extra Rilbacensem opus lipsam ... notam. Respondeo, tam illas potuisse ... perire, quam perit ... : sic enim loquitur, Dici tare vix cui pius ... est, quia S. Syriæ..... res gestæ, jam olim conscriptæ, in manibus nostrorum manibus fuerunt, sed quæ Saracenorum, Normannorum, atque Hungarorum barbaræ irruptiones, Gallicarum plerisque ecclesias sacrisque earum monumentis vastitatem attulere; eisdem et S. Syriæ Vitam conscriptam periisse, par est æstimare. Sed an etiam necesse erat, in tali, si quæ extabat, Vita, assertum haberi, quod Cat. annis haberet exactam annos quadraginta, a pia Rilbacensi liberata, acquirendam ibi ecclesiam suaserit, in cujus ministerio etiam reliquam exegerit, ubi primo saxeum tumulum, deinde et mausoleum acceperit? Ista ut

et confusio, superioris dicta, præquens,

gratis

A *gratis præsumuntur, ita jure merito negari possunt,* AUCTORE D. P. *quoad positive probentur; non probantur autem ex familiari superiorum seculorum vitio, synonymos Sanctos confundere solitorum.*

13 *Pergit tamen Cointiumque urget Chiffletius, ut* dicat, cur post omnem memoriam, æque a Rilliacensibus seu Trecensibus et a Catalaunensibus Syra seu Syria colatur ad diem Junii octavam; si non eadem utrorumque Patrona est. *Respondebo pro Cointio ego, Meldis, ubi mortua una sit, distinctos mansisse dies: confusionem Trecis factam, et Catalaunis receptam probabo, ex ipsomet Chiffletio, qui pag.* 77 *fatetur, quod* Crebrescentibus *Rilliaci miraculis,* studium etiam repullulavit genus nosse, et res præclare gestas Patronæ suæ. Tunc vero, *inquit,* emersit fabula de genitore ejus Davide Scotorum Rege, cui Margarita conjux cum Syriam et Fiacrium genuisset, Edmundo postea secundis nuptiis sibi conjuncto, quinque alios liberos, Levicum, Florentium, Furseum, Mansuetum, et Triduanam ex eo suscepit. Hæc in rhytmicis versiculis, Gallico sermone concinnatis, typis mandata adhuc supersunt: sed et ducentis fere abhinc annis in Breviarium Autissiodorense inculcata fuerant, referun-B turque a Benedicto Gonono in Vitis Patrum Occidentis; ac (nisi me conjectura fallit) illa ipsa erant, quæ novem digesta lectionibus in ecclesia Trecensi recitari solita erant, festivo S. Syriæ die, ex institutione Henrici de Noya, Decani ecclesiæ S. Petri Trecensis, ut legere est in ejus Epitaphio anno MCCC.

facta Trecis et Catalauni;

ubi conficta Legenda, fabulosa, ut fatetur Chiffletius:

14 *Invenio ista, omnia apud Gononum pag.* 248, *et Epitaphium apud Des guerrois, ut dixi. Sed si fabula est, quod* S. Fiacrius, *prætensus* S. Syriæ *frater, qui (sicut in Vita legitur)* ex Hibernia nobilibus ortus parentibus, solitariam vitam appetens, Meldis ad Faronem Episcopum advenit, *seculo Christi* VII; *filius fuerit Davidis, in Scotia-Britannica circa annum millesimum regnantis: cur non etiam fabula reputetur, quod* S. Syria, *S. Burgundoforæ in monasterio Brigensi discipula, et Catalaunensis monasterii institutrix,* a longinqua regione ad partes Gallicanas pervenit; *quodque fuerit* soror S. Fiacrii; *quod denique eadem ipsa sit, quæ ad S. Saviniani corpus visum recepit, quo annis caruerat quadraginta? Syræ certe aut Syriæ nomen nihil Hibernicum vel Scoticum sonat, et quod hujus nominis una colatur in Trecensi diœcesi* VIII, *altera Meldis* XXII *Octobris, argumento mihi est, non solum diversam utramque esse; sed etiam diversissimis locis sepultam; Rilliaci unam, de quo nemo* C *ambigit; alteram Meldis, quo scilicet reverterit ad Brigense S. Burgundoforæ seu Faræ monasterium; post Catalaunense recte institutum, mortem obitura in primo conversionis loco, apud spirituales suos Patres Faronem et Fiacrium: et cultus quidem perseveraverit, Reliquiæ autem ut aliorum multorum Sanctorum perierint.*

et S. Fiacrii soror dici cœpta, ac Scota,

quæ erat forte Meldensis.

15 *Interim Catalaunenses, cum forte, instaurato quod olim illa rexerat monasterio, ipsam pro Sancta haberi antiquitus intelligerent; neque vel corpus vel certum diem cultus haberent; facillime induci potuerunt seculo* XII *vel* XIII, *ut cum Rilliacensi* Syria, *licet longe vetustiori, ipsam confunderent; et quæ de illa ex Actis S. Saviniani sciebant, applicarent Meldensi, per ridiculam de genere regio fictionem, assumpto patris nomine, qui annis fere quadringentis fuerit filiis suis junior. Frustra autem nititur Chiffletius errorem corrigere, pro* Davide *substituendo* Eugenium IV *sive* Eoganum: *necdum enim Scoto-Britanni contra Hiberno-Scotos evendicaverunt* S. Fiacrium, *nec facile evendicabunt; cum autem hæc fecerint, numquam Chiffletius, aut quisquis ut ille sentit, probare poterit, sororem ipsi fuisse* Syriam; *cum in Actis* S. Fiacrii *nulla neque parentum, neque fratrum, neque sororum* D *mentio fiat.*

diversa certe a Rilliacensi multo seniore

16 *His contra Chiffletii opinionem pro verosimiliori Henschenii sententia deductis, ab eodem sumo Opusculi clausulam, unde Sanctæ in curandis calculis efficax opitulatio clarius elucescet.* In S. Syriæ adnotandis miraculis, Trecensium ac Rilliacensium diligentiam requiro et delectum. Multa negliguntur, quæ, si ab idoneis excepta testibus, et scripto mandata essent, plurimum Dei et Sanctorum augerent gloriam, et piis mentibus plurimam afferrent utilitatem: multa vulgi ore circumferuntur et infuscantur fabellis, quæ apud prudentes fidem non faciunt. Admonet Desguerroisius lectores suos, minime ausum se esse de nomine appellare famosum, et e prima nobilitate Calvinianæ hæreseos sectatorem, qui, invocata olim S. Syria, immanibus a calculo tormentis exemptus est. Imo propter hanc ipsam causam (si res ita se haberet) debuisset ille omnibus innotescere, ut intelligeretur prolem esse Syriam illius Patris, qui solem suum oriri facit super bonos et malos, et pluit super justos et injustos. Sed rem incredibilem narravit Desguerroisius Nam Gaspar Coliniacus, a B. Syria persanatus, bene Catholicus fuit, et cognominis atque in tertio gradu consanguineus illius, E qui Admiralius, hoc est, Regiæ classis Præfectus, Catholica regione abjurata, fœdissimam nomini ac familiæ suæ notam inussit.

Miracula Rilliaci scripta nulla,

præter unum quo Gaspar Coliniacus,

(non ille hæreticus Admiralius,

17 Seriem familiæ Coliniacensis justo volumine explicuit vir clarissimus Dominus du Bouchet (*unde consanguinitatis schema, a communi ambobus proavo Guillielmo Colignæo deductum, hic omittitur)* qui *Dominus du Bouchet* sequens monumentum, ex schedis autographis Nicolai Camuzat, antiquæ probitatis viri, transmisit, in externorum gratiam sic Latine legendum. Hoc scriptum est in tabula, appensa in sacello S. Syriæ Trecensis diœcesis, nunc vetustate consumpta, quæ adhuc legi poterat anno MDCIV. Gaspar de Coliniaco, Dominus et Baro de Bovain et de Beaufort, Sector mensarius Dominorum Delphini et Ducis Aurelianensis, libero Burgundiæ Comitatu oriundus, hodie XIIII Aprilis, MDXXXIX, septem calculis, quos ore evomuit, liberatus est: qui se de vita periclitari sentiens, cum se Dominæ sanctæ Syræ devovisset, prædictis calculis ejectis, nunc prospera utitur valetudine: unde se idem Dominus profitetur ecclesiæ Dominus Sanctæ Syræ vectigalem. Erant prædicti duo Regii juvenes, Francisci I Francorum Regis filii (quorum Gaspar de Coliniaco erat anno MDXXXIX Sector mensarius) Henricus Delphinus, qui natus anno MDXVIII, annum F tunc ætatis agebat XXI; et frater ejus Carolus Dux Aurelianensis, qui postmodum vita cessit ante patrem anno MDXLV. Nec vero incredibile videatur, renum calculos a Gaspare fuisse ore ejectos; non modo, quia divinæ virtuti nihil est impossibile; sed etiam quia passim videmus, obstructis ureteribus, urinam in renibus excoctam ore ejici: unde constat, sicut urinæ, sic et calculis pervium esse transitum a renibus ad stomachum, et inde ad guttur, si quando omnipotenti Deo naturalem ejectionum ordinem immutare placuerit.

sed ejus consanguineus, ex ministerio filiorum Regis)

anno 1539 evomuit 7 calculos,

ad invocationem S. Syriæ:

18 *Hactenus Chiffletius, de isto miraculo: qui denique finem Opusculo suo facit, in imagine Sanctæ; quam non probat,* haud multis adhinc annis, repræsentari in veste ornata et variegata, qualis esset nobilium laicarum: *magisque laudat, et æri incisam exhibet aliam,* solidæ molis effigiem, quæ ad justam pene staturam prostat Divione in Basilica Carmelitanorum, in qua jam pridem instituta est Sodalitas urbanorum, sub S. Syriæ nomine, haud exiguo populi Divionensis solatio et fructu. Vestis illi oblonga, caput velatum linteo, orario modeste obducti sinus,

cujus Divione apud Carmelitas imago

A sinus: apertum librum dextra sustentat, in quem intentos habet oculos: vestis interna sparsa liliis, opinor ad regium ejus genus designandum; sinistra et palmam gestat, virginitatis symbolum; et baculum, vel fulcrum senilis ætatis, vel peregrinæ sustentaculum. *Potuit hoc modo Meldensis* Syria, *et Catalaunensis hospita exprimi; non item Rilliacensis (ut ego quidem existimo) nisi quatenus matronis provectioris ætatis, etiam laicis potest convenire, quarum multas sic invenies antiquitus pictas. Istius tamen loci describendi causa mihi præcipua fuit Divionensis illa Sodalitas, quam pro calculorum doloribus aut leniendis aut avertendis potissimum credo institutam: sicuti alibi aliæ* S. Liborii, *qui colitur* XXIII *Julii.* D

AUCTORE D. P. *et confraternitas*

DE SANCTO ATHRE,

ABBATE IN ÆGYPTO.

G. H.

Ex Synaxario MS. et Vitis Patrum.

SECUL. V

Memoria in Fastis MSS Græc.

Notitia hujus Sancti habetur in MS. Synaxario, a nobis Divione apud Petrum Franciscum Chiffletium Societatis nostræ reperto, in quibus ad hunc diem VIII *Junii, inter aliorum Sanctorum Elogia, legitur:* Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ὁ Ὅσιος
B Ἀθρὲ ἐν εἰρήνῃ τελειοῦται. Eadem die Sanctus Athre in pace vitam finivit, *et hi adduntur versus, cum allusione ad nomen, sumpta ἀπὸ τοῦ ἀθρεῖν,* videre.

Κάλλη τὰ τῆς γῆς ἐμφρόνως διαπτύσας,
Ἀθρεῖς τὸ κάλλος, Ἀθρέ, τοῦ σοῦ Δεσπότου.
Speciosa mundi transvolans animo, tui
Nunc pulchritudinem Domini vides, Athre.

Elogium ex Vitis Patrum.

2 *Mentio ejus reperitur in Vitis Patrum lib.* 5, *auctore Græco incerto, sed interprete Pelagio, Libello* 15 *num.* 43, *ubi Abbas Sisoi, narrat ista:* Veni aliquando ad Abbatem Hor et Abbatem Athre. Hi ambo non erant de una provincia: fuit autem inter eos magna gratia, donec exirent ambo de corpore. Abbas autem Athre summæ obedientiæ erat: Abbas vero Hor multæ humilitatis. Feci ergo paucos dies apud eos, investigans virtutes eorum; et vidi mirabile quid, quod fecit Abbas Athre. Attulerat enim eis quidam unum piscem modicum, et voluit illum facere Abbas Athre seniori Abbati Hor. Posuerat ergo Abbas Athre cultellum, et incidebat piscem illum; et vocavit eum Abbas Hor, dicens: Athre, Athre. Ille vero statim dimisit cultellum in medio pisce inciso, et non perincidit eum, et cucurrit ad eum. Et miratus sum tantam obedientiam ejus, quia non dixit; Expecta donec incidam piscem. Dixi ergo Abbati Athre: Ubi invenisti obedientiam hanc? Et ille mihi respondit: Non est mea, sed istius senis est. Et tulit me, dicens: Veni, vide E obedientiam ejus. Coxit ergo modicum piscem male; ita ut perderet eum voluntarie, et apposuit seni: et ille manducavit, nihil loquens. Et dixit ei: Bonum est, senex? Et ille respondit: Bonum valde. Post hæc attulit ei illud modicum, nimis bene coctum, et dixit: Ecce illud perdidi, senex; male illud coxi. Et ille respondit: Etiam modice tibi male exivit. Et conversus ad me Abbas Athre dixit: Vides quia hæc obedientia illius senis est. Et exii ab eis, et quidquid vidi, hoc feci secundum virtutem meam. Hæc dixit fratribus Abbas Sisoi. *Sanctus quidem Hieronymus, in Epistola ad Ctesiphontem, inter Origenistas ab Episcopis damnatos numerat prædictum* Hor: *sed ut ab hæresi numquam resipuisse compertum nobis non est, ita non sine causa factum putamus, quod laudato* Athre, *ipsius seu discipulo seu socio, nusquam in Menæis mentio inveniatur ipsius* Hor.

DE SANCTO GILDARDO

C

EPISCOPO ROTOMAGENSI IN GALLIA

COMMENTARIUS HISTORICUS

F

G. H.

De ipsius et S. Medardi diversa ætate, ac fabulosi Synchronismi auctoribus et conjunctione corporum apud Suessiones.

POST AN. DVIII.

Mirabilis Synchronismus S. Gildardi et Medardi,

Duo floruerunt, seculo Christi sexto, Episcopi in Gallia, de quibus tria narrantur, quæ simul conjuncta, audientis animum continuo tam grata afficiunt admiratione, ut vix considerare eum sinant, sintne verosimilia satis. Sunt illi Gildardus, Episcopus Rotomagensis, *vulgo dictus* S. Godard; *et* S. Medardus, Episcopus, *primo* Viromandensis, *tum Sede translata* Noviomensis, *ac postea simul etiam* Tornacensis. *Primus in apographo Corbeiensi vetustioris Hieronymiani Martyrologii, ita post alios initio ibi scriptos Sanctos additus invenitur,* Rotomago civitate, depositio S. Gildart, Episcopi et Confessoris. *Usuardus, cum egisset de* S. Medardo, *de illo hæc subjunxit.* Eodem die. S. Gildardi Rotomagensis Episcopi. *Admirandum autem est, quod gemelli, eisdem parentibus, eodem die prognati, eodem quoque die simul Episcopi ordinati, ac denique eodem ejusdem anni die ex hac vita ad æterna præmia evocati dicuntur. Hadrianus tamen Valesius, nihil motus recentiorum plurium assensione, libro* 8 *Rerum Francicarum pag.* 485, notandum esse *ait,* errare eos, qui Medardum Noviomagensium Episcopum, et Gildardum Rotomagensem Antistitem, fratres geminos fuisse, et uno eodemque die ut natos, sic Sacerdotes factos, ac mortuos aiunt. *Habemus quædam Acta MSS. de S. Gildardo, ex collectione Nicolai Belfortii desumpta: quorum auctor in Prologo fatetur,* Vitam illius incuria antiquorum hactenus latuisse. *Hinc videtur assumpta libertas audaciaque plurib. de eo asseverandi. Ipsa nomina, in* ardus *desinentia, favebant inventioni*

fastis revincitur,

A *inventioni novæ : sed isto modo,* Bernardus, Gerardus,

AUCTORE G. H.

Gothardus, Nithardus, Adelardus, *aliique plurimi ejusmodi Sancti possent fratres censeri, modo seculo eodem vixissent.*

2 *Nos, relictis istis prorsus indignis, ut operi huic inserantur; nunc quidem de* S. Gildardo *paucis agimus, ad definiendam ætatem ejus cultumque probandum; mox infra de* S. Medardo *acturi, quæ de eo viri, doctrina et sanctitate conspicui, dicto seculo sexto scripserunt, scilicet Venantius Fortunatus et Gregorius Episcopus Turonensis: quorum primus Vitam et soluta et stricta oratione composuit : duplex testimonium alter adjunxit : sed uterque sine ulla prorsus* S. Gildardi *mentione. Subjungimus illis aliam Vitam, a Radbodo Episcopo Noviomensi et Tornacensi seculo Christi undecimo scriptam, atque ex hujus quoque perpetuo de* S. Gildardo *silentio colligimus, tunc necdum fuisse inventum mirabilem illum synchronismum, supra indicatum; cujus etiam non meminerunt Monachi Suessionenses, vel in Vita ejusdem Sancti a Boscio edita, et in MSS. latius extensa, vel in Sermone primo ibidem apud Boscium. Decreta insuper sub nominibus Hormisdæ, Joannis III, et Gregorii Magni Summorum Pontificum excogitata, et a viris eruditis repudiata, huc usque*

ex silentio Actorum S. Medardi.

B *non procedunt. Denique non conjunxerunt hos Sanctos antiqua Martyrologia, aut alia quæcumque monumenta de* S. Medardo *infra reperienda : quibus Molanum motum credo, ut rem, in aliquibus MSS. procul dubio repertam, tacitus præteriret.*

3 *Hoc supposito, quod scilicet ex* S. Medardi *Vita nihil de* S. Gildardo *sperari possit ; quærimus quid de eo suggerant Scriptores antiqui. Principium fiat a Concilio Aurelianensi I, quod anno* DVIII *aut initio sequentis habitum arbitramur. Huic subscriptus invenitur* Gildaredus, Episcopus Ecclesiæ Rotomagensis metropolis, *estque* S. Gildardus, *de quo agimus, eratque dicto anno Episcopus, et forte aliquamdiu ante consecratus, aut etiam pridem mortuus antequam ordinaretur S. Medardus : id enim factum anno* DXXX, *infra ad ejus Vitam probamus. Secundo celebratur memoria* S. Gildardi *in Vita S. Laudi seu Lautonis, Episcopi Constantiensis, quam Rotomagi descripsimus ex MS. Legendario cœnobii Canonicorum Regularium, dandam ad diem* XXI *Septembris, ubi ista leguntur :* siquidem eo tempore (*sub Childeberto Rege*) Antistes præclarus et meritis magnus, Beatus scilicet Gildardus sanctæ Rotomagensis Ecclesiæ civitati præerat Pontifex, cujus benedictionis munere eum oportebat sublimari Pontificali in apice. Tunc idem memoratus Sacerdos Christi simul et Pontifex,

Subscripsit ille Synodo Aurelianensi I,

C præfati Regis est accitus in curia, ut eum scilicet roboraret in ordine Pontificali benedictione sua. Quod audiens præfatus Antistes, et juvenilem in eo cernens ætatem (erat enim annorum duodecim) mente intuens meritorum magnitudinem, ad sacros quidem Gradus eum promovere disposuit ; Episcopatus autem ad apicem eum promovendum indignum et nimium rudem est arbitratus. Dumque hujus rei anxietate æstuaret, et semet sopori dedisset ; adest ei Angelus, nimia claritate præfulgidus, eumque tali affamine est affatus. Gildarde, inquiens, Pastor beate, Vas electionis ac Rector Ecclesiæ, ne existas ultro istius de meritis anxius, quoniam præfecit eum Deus Constantiæ urbis populo. Quapropter ne pigriteris eum tua insignire benedictione : quoniam multa beneficia per illius merita ostensurus est Dominus in civitate memorata. Expergefactus autem idem Pontifex, divina animatus inspiratione, eum benedixit Episcopali more. *Hæc ibi, quibus similia leguntur in Breviario Constansiensi anni* MDCIX.

et consecravit S. Laudum Episc. Constantien.

4 *Ordericus Vitalis, lib. 5 Historiæ Ecclesiasticæ pag.* 559, *de eo sic scribit :*

Fulsit Gildardus, Pastor sacer atque benignus, D
Dapsilis et constans, verbi quoque lumine fla-
[grans.

Hic XV annis, tempore Felicis, Gelasii, Anastasii et Symmachi Paparum, sub Zenone enituit, et B. Laudum Constantiensem Episcopum consecravit. *Dein idem Ordericus* Gildardi *successorem Flavium asserit adhuc tempore Symmachi præfuisse. Vita functus hic est* XIX *Julii anno* DXIV, *ita ut ex hujus calculo jam ante ex vita decesserit* Gildardus. *Ut autem attigisset tempora Felicis III Papæ, anno* CCCCXCII *mortui, ultra* XV *annos necessario procederet ejus Episcopatus. Verum agnoscimus calculum Orderici in ista antiquitate non esse tam accuratum, ut ei multum fidere audeamus : quippe qui multo junior suam Historiam deduxit ad annum usque* MCXLI, *quo tempore plene vigebat persuasio, duorum et amplius seculorum præscriptione firmata, de germanitate et synchronismo utriusque Sancti, ex quibus* Medardum *constabat* XV *annis sedisse, et proinde consequens credebatur, ut totidem etiam sedisset* Gildardus. *Synchronismus satis ex dictis corruit : Germanitas aut saltem Fraternitas non æque efficaciter falsa monstrari potest (quid enim vetat unum fratrem altero esse viginti annis aut etiam triginta seniorem, et pluribus etiam, si diversa fuerint matre nati) posset*

Ex dictis definitur utcumque tempus Sedis et mortis.

D. P. Synchronismus seculo 9 certus credebatur.

E *tamen citius credi ea opinio, non habuisse aliud fundamentum, quam quod inter se fuerint ambo patrueles aut consobrini, vel etiam unus alterius nepos ex fratre aut sorore. Interim prædicta opinatio non videtur antiquior esse seculo* VIII *aut etiam* IX ; *tunc certe inde sumpta occasio fuit, corpus prioris cum corpore posterioris jungendi, hoc qui sequitur modo.*

5 *Fuerat* S. Gildardi *corpus olim depositum Rotomagi in ecclesia suburbana Deiparæ Virgini dicata, sed cui postmodum nomen ab illo est inditum ; nec dubitamus, quin mutandæ appellationi causam dederint multiplicia miracula, ejus meritis et intercessione ibidem patrata. Est ea Ecclesia, jam urbi inclusa et parochialis, etiamnum* S. Gildardo *sacra : quamquam Reliquiæ ejus inde sint translatæ ad Abbatiam Suessionensem* S. Medardi, *ubi sub ritu semiduplici* XVII *Junii adventus corporis celebratur. Odo Abbas ejusdem Monasterii donavit brachium inde sumptum Nicolao de Normannia, Abbati Rotomagensi S. Audoeni, vita functo anno* MXCII. *Primæ translationis monumentum accepimus ex veteri ecclesiæ S. Audoeni MS. quo Translatio S. Romani Rotomagensis Archiepiscopi celebratur, distributa in octo Lectiones historia ; sed primis duabus Lectionibus cum initio tertiæ deficientibus; sic tamen ut ex periodo, licet acephala, appareat,* Ludovicum Pium (*qui anno* DCCCXXV *Roma acceperat,*

quando corpus Rotomago

delatum Suessionem est,

F *et in* S. Medardi *Suessionensi ecclesia collocaverat Reliquias S. Sebastiani; ac deinde, cum ea peregrinorum turbæ capiendæ angustior esset, destructa veteri, ampliorem novam a fundamentis ædificandam curaverat; et translationem corporis* S. Medardi, *quod consequens est, magnificentissime celebrarat) apparet, inquam, Ludovicum Imperatorem, rogatum fuisse ab Abbate S. Medardi (qui erat Hilduinus ipsius Cancellarius, idemque Abbas S. Dionysii) nec non a Præposito Rodoino, ut Rotomago afferri juberet corpus* S. Gildardi ; (*ne scilicet et hic incipit acephala periodus) eorum* corpora ab invicem sepultura divideret, quos cœlestis aulæ sinus pariter unius horæ articulo in cœlesti gloria suscepisset.

mandante Ludovico Pio post an 825.

6 *Tum sic progreditur ipsa narratio.* Remota ergo omni dilatione, *Imperator* suorum Primatum consultu, pro S. Gildardi corpore ocius idoneos Rotomagum nuntios dirigit. Quo comperto cives ejusdem urbis, gravi mœrore concussi, et ad repugnandum conspirati, primo quidem armis gregatim obviare, et huic edicto violenter conantur resistere ; sed tandem saniori consilio correpti, Imperiali cedunt potestati;

caput tamen Rotomagensibus relictum

A testati; obnixe tamen expetunt sui Pastoris aliqua donari portione, ad ejus æternum memoriale. Legati igitur, nihil ex membris imminuere ausi, Caput B. Gildardi ibidem relinquunt *(fortassis jam ante separatum a corpore, et in propria, ut fit, hierotheca ad publicos usus repositum,)* et mutua vicissitudine Caput B. Romani, cum corpore S. Remigii, ejusdem Sedis Archiepiscoporum, ad propria deferunt. Quibus Monachi B. Medardi una cum populo festive obviam procedentes, magno cum tripudio corpora Sanctorum excipiunt, et in sua ecclesia honorifice recondunt. *Aliqua etiam Reliquia servatur in ecclesia Cathedrali Atrebati. Colitur* S. Romanus *cujus occasione hæc discimus die* XXIII *Octobris: quando dandæ erunt reliquæ Lectiones quinque, in quibus nihil de S. Gildardo:* Sanctus *autem* Remigius *sive* Remedius, *Caroli Martelli filius, iterum sub annum* MXC *relatus fuit Rotomagum,* XIX *Januarii, quando de eo agimus.*

ut brachium iis relatum fuit postea.

7 *Extat in præfato S. Audoeni monasterio* Sermo in festivitate Sanctorum, quorum Reliquiæ in præsenti, *S. Audoeni,* ecclesia requiescunt, *in Lectiones distributus, nobisque ex perantiquo istic codice a Petro Francisco Chiffletio indicatus, hoc principio,* Sanctorum gloriam, dilectissimi, crebris solemnitatibus venerari divinis invitamur beneficiis. *In* IV *autem Lectione sic habetur:* B. Gildardus Rotomagensis Præsul, cujus sacri corporis ut thymiama apud nos
B
bra lina redolent, nobis pio obtentu defensionis adhibeat clypeum, contra omnium impetus inimicorum. *Duo forte unius brachii ossa, duobus argenteis brachiis servabantur inclusa: nam unum dumtaxat una cum corpore S. Remigii aliisque Sanctorum lipsanis Suessionibus allatum, petente Gualterio et concedente Odone Abbatibus, scribit auctor Historiæ Sanct-Audoenensis lib. 2 cap. 25. Intelligimus etiam, Atrebati in ecclesia Cathedrali Reliquiam aliquam* S. Gildardi *monstrari.*

8 *Nunc observo, ex occasione conjunctorum jam corporum* SS. Gildardi et Medardi, *isto* IX *ac sequentibus seculis componi cœpisse multa in utriusque laudem, quibus eorumdem, tamquam germanorum fratrum, mirabilis Synchronismus pro fundamento fuit, super quo struerentur cetera: præeunte in sui Ephemeride metrica Wandelberto Prumiensi, qui seculo jam dicto mediante floruit, et ad* VI *Idus Junias ita cecinit.*

Exhinc magis invaluit fabula,

Progenies, meritumque pium quos junxit, et ara,
Gildardus senas *(idus)* pariterque Medardus honorant.

C

G. H.

Secuti mox aliæ aliæque compositiones prosa et versu, atque inter ceteras * *Sermo de utroque, qui est secundus inter tres editos post vitam S. Medardi, in Bibliotheca Floriacensi per Boscium: ubi ut inde aliquid excerpam, ista pag.* 147 *habentur:* Beatos Medardum et Gildardum unus quidem ortus effudit in mundum: sed quibus exordium una contulit nativitas, eadem in sanctitate et magnificentia applausit libertas. *Et variis interpositis* Ambos una hora veros Dei Præsules, ambos una eademque dies egregios creavit Pontifices, et varia statuit mundi lumina *etc. Dein pag.* 178, Finito cursus sui agone pariter de cœnulenta mundi voragine, pariter de carnis ergastulo evulsi, pariterque laboris sui æterno consolati sunt præmio... Simul letale mortis persolverunt debitum, simulque ad æternum pervenerunt regnum; simul clarissimi extiterunt victores, simulque ad æternam gloriam suscepti sunt triumphantes. *Hæc ibi.*

facta compositionum variarum argumentum,

9 *In Vita MS. quam habemus ex Collectione Belfortiana, plura adjiciuntur non admittenda; imprimis, quod* B. Remigius Regem Chlodoveum baptizavit, S. Medardo, *tunc* Veromandensium Episcopo, suscipiente illum de sacro fonte. *Baptizatus est Chlodoveus anno* CCCCXCVI, *et S. Medardus solum consecratus Sacerdos anno* DXXX. *De obitu vero S. Gildardi, ista ibi habentur:* Tandem electus Dei Antistes, senio confectus, cum quindecim annorum spatio in Episcopatu militasset, nec a Dei opere unquam cessaret, invalescente ægritudine cœpit acriter fatigari. Cumque populum civitatis, de futura Pastoris absentia mœrentem, esset consolatus; Deo omnipotenti omnes committens, ac quæcumque Dei sunt peragens, nec non sacramentum Corporis et Sanguinis Domini devote percipiens, inter discipulorum manus spiritum reddidit, et ad Angelorum [consortium] transiit, quorum in terra colloquiis crebro perfrui meruerat. Fertur autem eadem hora eodemque momento animam reddidisse, quo et venerabilis Medardus germanus ejus obiisse dignoscitur: et sic pariter migraverunt, quemadmodum uno eodemque die in hanc vitam ingressi, et ad Pontificatus honorem sublimati fuerunt.

D

AUCTORE G. H. et Vitæ prorsus apocryphæ.

10 *Hæc ibi, ex quibus elogia desumpta in variis MSS. leguntur hoc modo:* Depositio S. Gildardi Rotomagensis Episcopi, fratris S. Medardi, quos ferunt, una die natos, eademque die Episcopos ordinatos, similiter quoque una die ab hac luce subtractos. *Secuti sunt alii, qui deinde ediderunt Martyrologia, Maurolycus, Felicius, Canisius, et Galesinius: sed hic more suo, ex nulla conjectura, adjungit utramque interfuisse* Concilio Aurelianensi primo, *animum non advertens ad subscriptiones Episcoporum, inter quos* Sofronius, Episcopus Ecclesiæ Veromandensis, *cui subrogatus in Catalogis Episcoporum reperitur* Aldmerus, *ac deinde* Medardus. *Verum, ut supra indicavimus, eadem opinioni vulgari etiam Poemata servierunt. Extat in MS. Trevirensi monasterii S. Maximini* Hymnus de sanctis Confessoribus, Medardo et Gildardo, editus a Gifardo monacho, petente Lanfredo S. Medardi monacho, *quem Hymnum possemus integrum dare: sed ne tantum tribuamus hisce fabulis, sufficiat unica strophe, quæ sic sonat:*

E

inserta etiam Martyrologiis nonnullis,

Hymno MS

Ortu gemellos dies una protulit,
Atque ad culmen Præsulatus extulit.
Proque virtute laureati pariter
Diem natalitium dedicastis solenniter.

F

11 *Apud supra memoratum Odericum Vitalem* de his insignis Audoenus sic versificavit:

carmini eidem.

Hi sunt Gildardus fratres gemini atque Medardus.
Una dies natos utero, viditque * sacratos
Albis indutos, et ab ista carne solutos.

* al. Socratos

Hoc Poema integrum edidit Laurentius Surius, sed ipsum perperam adscripsit beatissimo Audoeno Archiepiscopo Rotomagensi: *quiscumque enim insignis ille Audoenus fuit, censeri debet quadringentis et pluribus annis junior Sancto. Similis est Antiphona a Surio adjuncta, quasi ea auctorem habeat S. Gregorium Turonensem: sed etiam hæc quingentis post istius obitum annis constructa est, in hunc sensum:* Avete magni toto orbe Præsules, ortu gemelli, sanctitate compares, sacrati simul, coronati pariter, juncti dicastis diem festum meritis, S. Medarde, cum Gyraldo inclito, opem poscenti semper ferte populo. *Hæc ibi. Patrocinium utriusque æqualiter ambimus, cetera probare non possumus hactenus: libenter tamen correcturi jam dicta, ubi melius instructi fuerimus. Ita polliceor hisce quibus nunc scripto Kalendis Decembris, anno* MDCLXXVIII.

e Antiphona

DE S. HERACLIO

EPISCOPO SENONENSI IN GALLIA.

G. H.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De ejus cultu et vita.

CIRCA DXXII.

Cultus 8 Junii in MSS.

Memoria S. Heraclii Episcopi Senonensis *reperitur in quam plurimis Martyrologiis, ad hunc* VIII *diem Junii, ut sunt MSS. Romana, Vaticanum S. Petri et Vallicellanum Congregationis Oratorii; MS. Centulense S. Richarii; MSS. Leodiensia, S. Lamberti et S. Laurentii; MS. Ultrajectinum S. Mariæ, et aliud pervetustum MS. in Anglia exaratum, cum MS. Florario: sed, quod ponderis majoris est, eumdem refert Usuardus in Martyrologio MS. duplici Parisiensi monasterii S. Germani, ubi vixit et scripsit; Idem eumdem habet, prout est editus cum additionibus a Bellino, Greveno et Molano, idque secuti sunt Maurolycus, Felicius, Galesinius, Canisius, Ghinius, cum hodierno Martyrologio Romano, istis fere ubique verbis:* Apud Senonas S. Heraclii Episcopi.

et excusis fastis.

B

cum elogio apud Saussayum,

2 *Andreas Saussayus in Martyrologio Gallicano cum hoc elogio exornat.* Ipso die Senonis transitus S. Heraclii Episcopi et Confessoris, qui Agritio surrogatus, sanctissimæ conversationis gloria prodigiorumque splendore illustris, eximia solicitudinis pastoralis piorumque operum instantia, Ecclesiæ hujus gubernacula gessit: obque clara merita a S. Remigio invitatus, baptismo Chlodovei Regis, in quo divinæ potentiæ mirabilia eluxerunt, interfuit: puritatisque amator ac cultor egregius, fovendi virginalis honoris studio, S. Joannis Evangelistæ cœnobium construxit in suburbio suæ civitatis, ubi Virgines Deo sacras collocavit. Persuasit Theodechildem Chlodovei filiam, Christo ut florem integritatis perennemque servitutem devoveret, atque in S. Petri honorem monasterium conderet; ubi ipsa ad extremum usque perseverans, Christo puros reddidit famulatus. Tandemque beatus Pontifex, tot meritis plenus, bonorum operum abiit ad præmium; nec minus post mortem miraculis, quam in vita virtutibus divinis refulsit; in prædicta basilica S. Joannis Evangelistæ, qui impense devotus erat, sicut moriens concupierat, sepultus. *Hæc ibi, quæ eadem, sed contracta, leguntur apud Sammarthanos in Archiepiscopis Senonensibus, in hoc apud utrosque corrigenda, quod nullo antiquiori auctore præeunte, faciant puellare monasterium virili antiquius; cum tamen ab hoc istud pendere debuerit, pependeritque quamdiu stetit; nec seorsim uspiam nominetur, si tamen nominetur uspiam præterquam in Vita, mox indicanda. Memoratus supra* Agricius, *decessor ejus, colitur* XIII *die hujus mensis Junii, uti et* XXVIII S. Theodechildis, *fundatrix monasterii S. Petri Vivi, in quo corpus ejus quiescit. Dicti monasterii Chronicon edidit Clarius, ibidem monachus; ubi indicat illud constructum, dum* regebat Archipræsulatum Senonicæ Ecclesiæ Beatus Heraclius. *Robertus Monachus Altissiodorensis plura addit his verbis.* Ad dedicandam basilicam cum S. Heraclio, tunc Senonis Præsule, vicinarum quoque urbium Præsules afluere. Ubi dum in orationibus pernoctarent, Angelicas audiere voces, dulcissime concrepantes. Facto mane accedentes ad altare, vident in quatuor angulis medioque marmoris Crucis signacula decenter impressa: stupentesque proinde, non ausi sunt ulterius consecrare locum, quem cernebant cœlitus consecratum. *Quibus similia habet Saussayus ad diem* III *Maji, ubi cum* S. Chlothilde *Regina una agit de* S. Theodechilde *ejus filia, de qua nulla fit mentio in Actis* S. Heraclii *infra dandis, ut vel ideo hic placuerit ista proferre.*

C

et Sammarthanos,

3 *Alter dies, venerationi* S. Heraclii *tributus, est ad Nonas Julii; quem Saussayus auspicatur his verbis:* Senonis festivitas S. Heraclii, Episcopi hujus Metropolis et Confessoris: cujus beatus transitus Ecclesiasticis diptychis colendus notatur die octavo Junii. *Eodem die nono Julii celebratur ejus memoria in MS. Florario, et in Martyrologio Coloniæ et Lubecæ sub annum* 1490 *excuso, et apud Grevenum in Additionibus ad Usuardum. Imo, quod maxime notandum, in Breviario Ecclesiæ Metropolitanæ Senonensis, quod habemus anno* MDCXXV *excusum, nulla* S. Heraclii *fit mentio hoc* VIII *Junii, sed solennissima festivitas præscribitur ad dictum diem nonum Julii; forsan ob corpus ejus et fratris* S. Pauli, *successoris in Episcopatu, translatum ex ecclesia S. Joannis Evangelistæ, ad Ecclesiam Cathedralem S. Stephano sacram. Colitur ibidem S. Paulus sub ritu duplici die quinto Julii.*

E

item 9 Julii.

Vita ex MS.

4 *Fuimus nos in urbe Senonensi anno* MDCLXII, *et invenimus aliqua Acta* S. Heraclii, *quæ Joannes Nicolaus Domvalle Societatis Jesu Professor Rhetorices curavit describi, et cum suo originali contulit. Eadem Acta, omissis verbis hinc inde superfluis, extant in supra citato Breviario, divisa per novem Lectiones, ad Matutinum recitari solitas. Auctor vixit aliquot seculis post ætatem* S. Heraclii, *imo post incursionem Paganorum, forsan Normannorum, quando corpus in Ecclesiam Cathedralem illatum esse indicatur.*

et Breviario Senensi.

D. P.

Tempus Sedis usque ad an. 522.

5 *Tempus quo fuerit in Episcopum assumptus, et quo vitam finierit, in Actis non præscribitur, nec in aliis antiquis monumentis. Baronius, in Notis ad hunc* VIII *Junii, ait,* migrasse ex hac vita anno quingentesimo septimo. *Idem scribit Carolus le Comte ad an.* 564 *num.* 36, *sed neuter ullum profert sui asserti documentum. Non vidit Baronius, fortassis nec Carolus, Testamentum ipsius* Theodechildis, *scriptum in favorem Viviani monasterii* anno nono regnante Chlothario, Germano *ipsius virginis, qui statim a morte patris, anno* DIX, *aut ut tardius* DXI, *regnavit apud Suessionas, donec extinctis etiam fratribus nepotibusque Monarchiam obtinuit, anno* DLVIII, *sed annis solum tribus; ut autem eam tenuisset annis novem aut pluribus, non potuit eorum ratio hic fuisse habita, quia diu ante debuit abiisse* Heraclius, *qui fratrem* S. Paulum, *de quo nobis agendum* IX *Julii; habuit in Senonensi Cathedra successorem; ac deinde* S. Leonem, *anno* DXXXI *præsentem Concilio Aurelianensi* III. *Hujus memoriam recolunt* XXII *Aprilis; ubi correctum velim, quod Henschenius posuit de* Heraclio, Leone ac Theodosio, *quibus S. Remigius scripsit Epistolam a Sirmondo relatam Tom.* I *Conc. Galliæ pag.* 204; *intelligens ipse* Heraclium Parisiensem, Leonem *hunc* Senonensem *et* Theodosium Antissiodorensem; *et addens, datam Epistolam* circa annum Christi DX: *Sirmondus enim Epistolam illam ponit velut scriptam*

sub

A *sub Joanne Papa I, qui sedit ab anno* DXXII *ad* XXVI : *nec repugnat* Theodosium Autissiodorensem *ad hujus Pontificatum usque pervenisse. Quod igitur sine teste et argumento definivit Baronius, sine scrupulo negatur; ut catenus saltem verificentur subscriptiones,* Heraclio *attributæ in Regiorum diplomatum ecgraphis, etsi alias non sincerissimis, de quibus agimus ad diem* S. Theodechildis, Virginis Regiæ, filiæ Chlodovei I, *scilicet* XXVIII *Junii.*

VITA

Ex MS. et Breviario Senonensi.

Laudandus Deus in Sanctis,

Operæ pretium est; Fratres dilectissimi, et rationabile, nos unum Omnipotentem, qui est origo totius sapientiæ, in omni loco dominationis ejus, tota mentis et corporis collaudare fortitudine, et in omnibus ejusdem operibus Domino confiteri et benedicere. Et quoniam, Scriptura testante, benedicunt

Ps 102, 22

omnia opera Domini Domino, maxime oportet ut nomen Domini benedicat rationabilis creatura, quæ ad imaginem ejus facta est, ut testatur liber Geneseos in principio. B Ubi autem et in quibus laudetur magnificentia ipsius, indicat David Propheta, dicendo : Laudate Dominum in Sanctis ejus. Laudatur Domini Jesu Christi patientia, quando Sanctorum cum eo in cœlis regnantium a fidelibus

Ps 150 *saltem cuique Ecclesiæ proprius*

prædicantur opera. Dignum est itaque ut in Ecclesia eorum nomen sit memorabile, qui semet abnegantes, crucem suam in vita detulerunt pro Christi nomine. Verum, quando de omnibus totius mundi, lingua vel ratio non potest dicere, nec ut meruerunt mentionem eorum ullus sermo valet exprimere; oportet saltem nos eorum opera recitare et nomina, qui pro nobis desudantes tota die laboraverunt in Domini vinea.

S Heraclius successor S. Agricii.

2 Imprimis siquidem Beatissimum Heraclium pro posse dignis extollamus vocibus, qui Senonensis Ecclesiæ effulsit Pastor quartus decimus. Successit namque in Episcopatu, beato et magni meriti Agricio : qui clarus miraculis, corpore quiescit in Apostolorum Principis monasterio extra civitatem, in illo quod Vivus vocatur suburbio : de cujus vita vel virtutibus non est modo tempus disserere, quia ad eum quem sermo noster desiderat, festinamus tendere. Hujus igitur sanctissimi Præsulis Heraclii generatio gloriosa, in nostrorum librorum non reperitur pagina, quia ut scriptura visa est testari in C ædificio principalis ecclesiæ, ternis vicibus eadem

cujus Vita incendio quidem periit,

fuit vorata flammarum voragine. Eodem etiam tempore liber vitæ vel operationis ipsius sanctissimi viri, sicut a patribus traditur, ejusdem ignis deperiit incendio, nec fuit qui repararet, turbatis omnibus tantæ calamitatis periculo. Sciimus tamen, nec est sapientibus incognitum, quia Sanctis Dei nihil nocet ad laudis eorum cumulum, utcumque in mundo habuerint nativitatis exordium : quod maxime Scriptura monstrante declaratur, quia textu sancti Evangelii manifestum reperitur; quod factus homo Dei filius non ministros elegit, quos sanguis ornaret regius; sed de plebe piscatores, manu victum quærentes et retibus. Hos itaque tanta Spiritus sancti confirmavit gratia, ut invicti superarent terrenæ dignitatis supplicia, nec timerent cruciatus sustinere præ cœlesti gloria.

certum est tamen quia placuit Deo :

3 Magnus autem Sanctus iste, cujus hodie celebramus solemnia, etsi martyrium non senserit, nec tormentorum genera; non est tamen incredibile, nec dubitatur ab aliquo, actus ejus et vitam placuisse Altissimo. Debemus etiam procul dubio sentire, quia, si necesse esset, cruciatus corporis non D timeret sustinere ; qui quamdiu vixit geminæ dilectionis intimo flagravit ardore. Hoc namque verum

EX BREVIARIO

esse ipsius sanctitatis [signum] demonstravit caritas, quando per eum unum quoddam operari dignata est divina benignitas, quod ad propalandum perfectionis illius testimonium, in subsequentibus denudabit nostræ lectionis studium. Quodam etenim

cæcum a nativitate

tempore, dum pastorali curæ deserviret devotus, et cœlestia cogitaret ; cæcus quidam a nativitate, a parentibus est præsentatus, deprecans cum aliis, ut orbitati suæ apud Deum subveniret miseratione et precibus. Ipse vero divinæ pietatis roboratus gratia, retinens in animo, Regem cœli ac terræ Dominum posse omnia flexis genibus in terram corpore

precibus illuminat :

prosternitur, et ante majestatem Jesu Christi supplicando lacrymis perfunditur. Deinde toto spiritu versus ad Dominum, erectis luminibus divinum exposcit auxilium; deprecans, quatenus ille, qui cunctis creavit ex nihilo, lumen cæco reddere suæ virtutis signaculo. Sentiens itaque precibus suis Domini nostri adesse potentiam, erigens se constituit ante omnium qui aderant præsentiam. Denique facto sanctæ Crucis signo in cæca facie, præsens lumen recepit, qui numquam viderat, laudes Dei clamantibus cunctis. In hac igitur virtute tam ad- E mirabili sentire debet, quisquis mente adhæret fidei, quam gloriosus in miraculis extitit ; quumque Deo carus in vita enituit, per cujus manus divina pietas tantum opus edidit. Raro autem vel numquam in librorum serie invenitur, quod alicujus Sancti merito lumen cæco nato redderetur, nisi per Dei filium; sicut Evangelica lectio testatur, quando fa-

Joa 9, 11

ciem cæci nati linivit ex sputo, dicens : Vade ad natatoriam Siloe, et lava : et ivit, et lavit, et vidit, et credidit Domino. Quapropter omnibus modis extollenda est istius Sancti gloriosa devotio, qui Dominum ac Redemptorem nostrum imitatus est in tali miraculo.

adest baptismo Chlodovei R.

4 Verum ne alicui videatur istud incredibile, quamvis superius dictum sit, Vitam illius fuisse destructam flammarum voragine : hoc namque in quodam antiqui temporis libro scriptum invenitur. In Hymno quidem uno, qui ad laudem ejus adhuc in ecclesia recitatur, in (qua ut in sepulcralibus dicetur) corpus defuncti quievit, ibi etiam de ips illud scriptura ostendit, quod credere debet quicumque legere vel audire poterit. Tempore etenim quo Clodoveum, Regem Francorum, B. Remigius vitali lavacro perfudit, idem Pastor noster, præsens et cooperator, cum eo divinum opus complevit ; quando F amborum meritis Chrisma sanctum detulit visio Angelica, sicut Vitam ejus legentibus declaratur in Remensi Ecclesia.

struit ecclesiam S Joannis Evang.

5 His et aliis Præsul noster decoratus virtutibus, Senonensem Ecclesiam bene rexit, curis intentus Pastoralibus : qui (ut per successionis seriem ad nos usque manavit) castitatem veram animi et corporis in via semper amavit ; et ut pius Dominus illam sibi conservaret in omni tempore, ecclesiam quamdam extra muros construxit, in honore S. Joannis Apostoli et Evangelistæ : qui, sicut librorum testatur historia, immaculatus et virgo permansit usque ad vitæ ultima. Quod bene in Domini dilectione demonstratur omnibus, qui eum honorando dilexit ceteris Apostolis amplius, et Virgini

pro Sanctimonialibus ;

Matrem Virginem commendavit in cruce positus. Ecclesiam vero supradictam idem Pontifex noster ex rebus propriis pulchre ditavit, et quæ digne Deo in ea deservirent Virgines aggregavit : sæpius quoque in illa celebravit Missarum solemnia, credens et confidens in Domino, sibi profutura beati Apostoli orationes et merita. Et quoniam idem locus in secretiori parte suburbii erat positus ; sæpe

Hominum

A hominum fugiens consortia, ibi Deo serviebat vigiliis et orationibus.

EX BREVIARIO

in eadem a morte sepultus

6 Postquam vero Spiritu sancto sibi revelante cognovit, quod deposito corpore, a Deo mercedem laboris reciperet, cui devote servivit; tactus febris incommodo, beata membra in lecto recubans collocavit. Tandem quam multis hinc et inde lacrymantibus, plurimis vero præ doloris angustia vociferantibus, jacens ut Christianum decet in cinere et cilicio, levato super se sanctæ Crucis signaculo, deposito carnis onere, animam reddidit Domino. Omnibus igitur pari voce concordantibus, ad supradictam ecclesiam, quam ipse construxerat, honorifice deportatus, in optimo loco, sicut in vita jusserat, est tumulatus. Facta sunt autem ibi, ad laudem Dei, plura miracula, quæ multis modis experta fuit multitudo languentium varia: dum quisque sospes regreditur a tumulo, qui debilis venerat, perculsus aliquo membrorum incommodo. In Episcopatu quoque successit ei beatissimus Paulus, ejus frater secundum carnem, Confessor egregius: qui eamdem

uti et S. Paulus successor

ecclesiam, pro Apostoli et fratris amore, nimium D dilexit; in eaque corpore sepultus juxta fratrem in pace quievit.

uterque postea translatus ad S. Stephani.

7 Labente denique curriculo multorum temporum, et crescente numero Christianum nomen persequentium: timentes cuncti hujus civitatis incolæ, quod Pagani venientes corpora Sanctorum tractarent pessime, quia per idem tempus totum regnum vastabant; communi consensu, amborum tollentes Reliquias, cantantibus Clericis, cum honore maximo, detulerunt in principalem ecclesiam D. Stephani Protomartyris. Ibi etiam, sicut adhuc videri potest, in uno eodemque loco positi, in Domini pace quiescunt, auro et argento circumdati. Credimus autem, nec alicui debet esse dubium, quia quisquis iisdem patrocinantibus divinum postulat auxilium, si bene vixerit, per eorum merita consequetur veniam a Domino Jesu Christo; qui cum Patre et sancto Spiritu vivit et regnat, per omnia secula seculorum. Amen.

B E

DE SANCTO MEDARDO

EPISCOPO NOVIOMENSI ET TORNACENSI

SUESSIONE ET DIVIONE DEPOSITO

D. P.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

§. I. Varia Acta conscripta. Tempus vitæ et mortis.

ANNO DXLV.

Vita Auct. Fortunato scripta, primum versu

INter illustres Galliarum Episcopos floruit seculo Christi sexto, ut supra diximus, S. Medardus, in vita, obitu, ac deinceps miraculis clarus: quibus mori meruit honorari constructa ecclesia, a Regibus Clothario et Sigeberto; et rerum gestarum elegantem scriptorem Venantium Fortunatum: qui, sicut Anonymus Suessionensis, ad eorumdem Actorum Supplementum præfatur a S. Gregorio Turonensi rogatus, cum Pictavis ageret, Vitam gloriosi, et cum omni reverentia nominandi, Domini nostri Medardi, succincte quidem, tam prosa quam versibus, sed tamen luculento sermone perstrinxit. *Alius eidem atque Suessionensis, sed Monachus, Auctor Sermonis mox proferendi, à prædicto Fortunato ait,* qui ejusdem Patris C Vitam metro et arctissima edidit oratione, *id est, arctissima prosa. Et metro quidem prius quam prosa. Nam Carmen, cum laude et benedictione circa illius basilicam Sigeberti Regis, et Suessiones ejus fratre Chilperico detinentis, adeoque post annum* DLXIII, *aut circa* DLXX, *finit hoc modo:*

circa annum 570.

En tua templa colit nimio Sigebertus honore,
Insistens operi promptus, amore tui.
Culmine custodi qui templum in culmine duxit,
Protege pro meritis qui tibi tecta dedit.

Prosa autem, in fine, benedictione precatur Theodeberto *Regi; deinde Sanctum rogat,* ut Sigeberti quondam Regis animæ sempiternam requiem præstare dignetur, qui templi ejus spatia devote extendens, ad excelsa fastigia tegmina sumptuoso decore perduxit.

2 *Obiit* Sigebertus *Rex Austrasiæ anno* DLXXV. Theodebertus *vero ejus nepos cujus* felicitatem, crebris successibus dilatatam, et in externis gentibus justo dominandi jure procul extensam, *Auctor optat esse longævam, primum regnare cœpit anno* DXCIII, *necdum annos* XIV *natus, nec nisi anno* DC *Suessiones cœpit possidere. Quam late autem ea ætate Austrasiorum pateret regnum, sic ut etiam Turones, Pictones, ceterosque Aquitaniæ populos contineret, vide ad Acta S. Sigeberti Regis num.* 28, *die* I *Februarii. Potuit ergo* Fortunatus, *quæ junior versu scripserat, jam senior et Episcopus Pictavensis factus anno* DXCIX, *juxta Carolum le Cointe (Sammarthanos enim, qui decessorem ejus Placidum, faciunt successorem, evidenter errare ostensum est ad Acta S. Germani Parisiensis,* XXVIII *Maji num.* 2: *ubi tamen correctum aliquid velim, et pro fine seculi* VI *quo mortuus sit Fortunatus pone primos annos seculi* VII, *quibus adhuc vixit) potuit, inquam,* Fortunatus, *jam Episcopus, prosa reddere, in ordine ad Officium liturgicum, quæ versu junior scripserat: potuit et etiam Suessionensis Monachus, in gratiam Theodeberti jam Regis sui, mutasse finalem clausulam (est enim cur de hoc dubitem, quod infra exponetur) manebit tamen, quod supra dixi, Versus esse antiquiores quam Prosa sit; ideoque eos ponendos primo loco.* F

deinde prosa, post an. 600.

3 *Hoc ergo facimus, extrahentes eos ex Fortunati Carminibus, anno* 1574 *a Jacobo Salvatore Solano Calari, et* 1617 *a Christophoro Browero Moguntiæ editis; conferentesque cum vetustissimo MS. Augustano Marci Velseri et alio nostro, scriptorum quoque menda nonnulla, licet omnibus communia, corrigemus ex rationabili conjectura, sensu id omnino exigente. Prosam vero dabimus ex ejusdem Velseri antiquissimo similiter MS. cui Fortunati, auctoris nomen expresse præfigitur, collatam cum Divionensi, accepto a nostro Petro Francisco Chiffletio; item cum Audomaropolitano ecclesiæ Cathedralis et Trevirensi monasterii S. Maximini: quæ extat etiam in MSS. Cathedralis Pragensis, Cæsaris-insulæ, atque Reginæ Sueciæ. Media ejusque prior pars, excusa est in Bibliotheca Floriacensi pag.* 150 *et seqq., tamquam tertius Sermo de S. Medardo; tota vero Prosa accuratissime habetur impressa tom.* 8 *Spicilegii Acheriani pag.* 397 *et seqq. ex tribus optimæ notæ MSS. Parisiensibus, scilicet S. Germani*

Datur utraque ex MSS.

A *Germani de Pratis, Claudii Joly Canonici, et Antonii Wion d'Heronval. Quin et Ferdinandus Ughellus tom. I Italiæ sacræ col. 1128 meminit ejusdem Vitæ, ex MS. Bibliothecæ S. Augustini Romæ a Vincentio Bello editæ, et Hieronymo Manello Episcopo Nucerino dicatæ sub finem seculi superioris.*

4 *Poterant his Actis subjungi elogia Sancti, excerpta ex Gregorii Turonensis Historia Francorum et Gloria Confessorum, nisi posterior, isque potior locus, in Supplemento describeretur totus. Interim hi duo auctores, Fortunatus, inquam, et Gregorius, possunt quasi Synchroni haberi, ut qui S. Medardo jam ordinato Episcopo nati saltem erant, vel aliqua etiam ætate adolescebant, si ipsi Gregorio inscripsit sua poemata Fortunatus. Utrique a Fortunato scriptæ Vitæ subjicimus* Supplementum *jam dictum: sic enim potius vocari debet, quam* Vita altera *scriptum a quodam Suessionensi, ut apparet; quia in Prologo Sanctum appellans, utitur titulo* Domini nostri; *indicat autem seculo* IX *scripsisse se, quando num. 16 ait, quod nova a Ludovico Pio Imperatore extructa Basilica,* nuper est a Marcomannis exusta. *Hoc enim liber, qui Gesta Normannorum inscribitur, refert ad annum* DCCCLXXXVI *his verbis:* Post hæc Sigefridus, Rex famosissimus, ecclesiam B. Medardi igne cremavit; et palatia regia, interfectis et captivatis terræ accolis. *Præfatur quidem Auctor, quod* ea quoque quæ historicus *Fortunatus,* elegiaco intexuit metro, ut manifestiora legentibus forent, prosa expressit: *sed ea vel paucissima sunt, vel in Resbacensi codice, unde scriptum istud nobis dedit Acherius, post Acta per Fortunatum edita, fuerunt a quærentibus brevitatem omissa: quare nihil ea causa mutandum putamus a titulo, ex re nobis nato.*

cum Supplemento scripto circa an. 890.

5 *Ex ambobus porro, id est ex Fortunati et Anonymi Supplementis* Actis, *composita est secundo, ut putamus,* XI *exeunte vel* XII *inchoante, Vita altera, quam submisit nobis Ildephonsus Urayet, Monachus Corbeiensis, et studiorum nostrorum amantissimus, nitidissime descriptam ex codice Compendiensi S. Cornelii. Eamdem Vitam reperit in Bibliotheca Thuana Philippus Labbe noster, ejusque initium et titulos Capitulorum indicavit; addens convenire cum Vita, quam Laurentius Surius edidit nihil mutato stylo, velut* auctore primum Fortunato Presbytero *scriptam:* cui tamen, *inquit Surius,* ab alio quodam docto viro non pauca postea adjecta esse non dubito. *Surii opinionem sequitur Claudius Dormaysus in Historia Suessionensi lib. 3 cap. 14, verba hinc sumpta allegans. Ast in MSS. prænominatis Auctor habetur* Radbodus, Episcopus Noviomensis et Tornacensis, *quem cum Sammarthanis arbitramur esse secundum hujus nominis: cujus etiam sermones de* Annuntiatione B. Mariæ Virginis *manuscripti asservantur Tornaci in monasterio S. Martini. Mortuus is est Brugis anno* MXCVIII, *sepultus in templo Cathedrali Tornacensi. Joannes Boscius Cælestinus, in Bibliotheca Floriacensi, edidit Sermonem* Anonymi de primi templi S. Medardi statu, ejusque ut majus fieret lapsu; et de interitu Guarimberti, Abbatis simulque Episcopi; *in quo Sermone dicitur, quod* de principalibus B. Medardi gestis aliqua Scriptoris, *qui non nominatur,* compendiosa oratio perstrinxit; quæque in his et in illis, *metro scilicet ac prosa editis aliisve chartis* potuit reperire, in unius congeriem quantitatis coacervare, moderata instituit brevitate. Nam præclara ipsius vita angusta olim fuerat ratione conclusa; virtutumque ejusdem insignia, cum Translatione corporis, quædam propemodum infantia vilibus exaravit schedulis. Cum ergo succincta esset Fortunati auctoritas, et negligenter habita legentibus displiceret *(propter scriptoria, ut credo, menda)*; posteritas ex præcepto obedientiæ utraque opuscula coire una Scriptoris et cohærere harmonia fecit: *quibus verbis si indicatur Vita, quam sub Radbodi nomine damus, credi poterit hic, non tam ipse illam scripsisse, quam scribi jussisse.* Nec in aliquo, *inquit posterior hic scriptor,* voluit posteritas, illi viro, *scilicet Fortunato,* derogare, qui ejusdem Patris Vitam metro jam dudum et arctissima edidit oratione. Sed quæ ille aesi in transitu tetigit, hæc illa mediocri dilatare calamo operæ pretium duxit: quæ vero * pervetus orator in relatione præterit, hæc iste novus relator posteris ad notitiam tradere procuravit, haud suis commentis extorta, verum veteribus antiquorum utcumque chartulis inserta. *Hæc ille, quando diu post Normannorum incendia jam stabat, tertium ædificata, S. Medardi ecclesia, qualis etiamnum superest, anno* MCXXX *ab Innocentio Papa II consecrata.*

B

item Vita 2 ex MSS. et Surio, scripta,

C

et secunda ... a Radbodo Episc

D AUCTORE D. P.

* al. perfectus.

6 *Habemus nihilominus tertiam quamdam Vitam, etiam post hæc ut nobis quidem videtur compositam; quam, præfixo fallaci titulo* Fortunati, *edidit prælaudatus Boscius; de qua si quis velit potius agere Auctorem Sermonis, quam de Vita sub nomine Radbodi ad nos missa, non equidem magnopere contra nitar: sed simul judicabo, ejusque admodum vetustatis sermonem ipsum esse. Quin etiam ad hoc credendum, vel ideo propendemus, quia de prædicta Donatione nec verbo quidem meminit, tamquam ea res jam fere e memoria abierit. Ut ut est, ipsam quoque tertiam istam Vitam seculo* XIII *antiquiorem non esse credimus; scriptamque ab aliquo Sanmedardensi Monacho; qui multis novis instructus monumentis, Radbodi contextum magis dilatare, et ex aliis quandoque supplere studuit, styli exercendi causa; ne, si acceptum terræ infoderit talentum, ad iracundiam ipsum talenti provocaret Dominum, ut ait in Prologo; ubi profitetur se notitiæ tradita continuatim universa illius præconia perstringere. Hanc Vitam habemus, in MS nostro Actorum mensis Junii, et contulimus cum codice MS. Reginæ Sueciæ num 136 signato, sed absque introductione et principio. In his multa inseruntur non satis inter se et cum veritate cohærentia; et ideo a Boscio non edita, aut certe in MS. Floriacensi omissa. Displicebat enim, et quidem jure merito, quod omnia quæ ecclesiam spectant tribuantur uni* Chlotario Regi, *nulla facta mentione filii Sigeberti, qui ex voluntate patris illam perfecit. Præterea non leviter peritos offendit, quod tribuatur eidem* Chlotario *procurata apud summum Pontificem* confirmatio privilegii, a S. Leone, sanctæ Romanæ urbis Episcopo, et aliis venerabilibus Episcopis concessi. *Necessario enim hic intelligendus est* Leo *alius, ipsa monasterii fundatione posterior; puta istius nominis Papa* secundus, *qui sedit ab Octobri anni* DCLXXXII, *usque ad Majum anni* DCLXXXIV, *aut certe* Leo tertius *vel* quartus, *qui seculo octavo aut nono præfuerunt Ecclesiæ. Non videbatur etiam aliquis* Chlotharius I, *quam ex Merovingicis substitui posse ad impetrationem dictæ confirmationis, sed assumendus est ex Carolingicis* Lotharius, *filius Ludovici Transmarini, patri suo anno* DCCCCLIV *successit, et superfuit usque ad annum* DCCCCLXXXVI. *Interim non est assumptus aliquis Pontifex, qui tempore talis Regis floruerit; sed substitutus* Hormisdas *Papa, qui sedit quidem tempore Chlotarii primi, sed diu ante vita functus, quam S.* Medardus *ordinaretur Episcopus, aut construeretur ad ejus honorem monasterium. Inceperat hanc Vitam prælo parare et Annotatis illustrare Henschenius, verum ubi ad hunc labyrinthum pervenit, removit manum a tabula, neque eam huic operi inserendam judicavit: solum ergo noto, scriptam videri seculo* XII *aut* XIII, *diu post Normannorum incursionem ac templi Medardensis destructionem. Robertus Quatremarius, in Privilegio S. Medardi propugnato, Artic. 25, opinatur, unum eumdemque*

E

Vita 3 a Boscio edita,

et in originali MS inepte interpolata,

F

omittitur.

AUCTORE D. P.

A demque Auctorem esse Vitæ et Sermonis prædictorum: sed in hoc adeo prolixe commendatur magnificentia Sigeberti Regis, in perficienda dotandaque S. Medardi ecclesia, ut hoc solum sufficere possit, ad Auctorem secernendum ab auctore Vitæ, qui Sigeberti, ut dixi, nusquam meminit.

Definitur tempus Sedis,

7 Tempus vitæ et mortis pluribus discussimus ad Vitam S. Eleutherii § 2, quæ nolumus repetere: satis est indicare, quod mortuum hunc esse anno DXXXI ostendimus, eique tunc successerit S. Medardus; sed ante consecratus Episcopus Veromandensis, quod arbitramur factum circa annum DXXX; ac dein sedem Noviomum transtulisse, quod potuit contigisse anno DXXXI, et tandem anno DXXXII etiam assumpsisse regimen Ecclesiæ Tornacensis. Quia autem Fortunatus asserit, eum Episcopum consecratum, conversatione

mortis,

cœlesti, ter quinis annorum circulis, in sanctimonia ipsius officii Sacerdotem extitisse pretiosum, ac deinde longævitate defessum, requiem deprecatum, spiritum emisisse, ideo arbitramur circa annum DXLV athletam triumphalem (ubi ibidem additur) convexa cœli ascendisse, ac vere tunc longævitate defessum fuisse; qui puer et innocens, S. Eleutherio puerulo compari prædixerat Episcopatum. Et quia Auctores,

ætatis,

B maxime posteriores, volunt S. Eleutherium moribundum attigisse annum ætatis septuagesimum sextum; adeoque cum eodem fere anno natus esset S. Medardus, pervenisset ad annum ætatis circiter nonagesimum (id quod nobis non satis placet, mallemus S. Eleutherio tribuere ætatis annos circiter sex et sexaginta, ac S. Medardo annos assignare omnino octoginta: libenter tamen certiores characteres prolaturis manus dabimus. Jam quo in loco fuerit primo constitutus Episcopus, nolumus multum inquirere. Carolus le Cointe in Annalibus Francorum ad annum 53 num. 24 et sequentibus hanc controversiam deducit, ubi scilicet sita fuerit

et situs urbis Viromanduæ.

Augusta Viromanduorum, quæ per multos annos Episcopis Viromandensibus nomen dedit: num ad Somonam fluvium, ubi hodie est oppidum S. Quintini, an vero ad Dalmanionem rivum, ubi hodie visitur Veromandia, seu Vermandum, monasterium Ordinis Præmonstratensis. Nos cum Cointio arbitramur potius Quintinopolim fuisse: argumenta apud hunc lector poterit videre.

§. II. De monasterio S. Medardi ejusque Privilegiis.

Ecclesiæ S. Medardi

C Mortuo S. Medardo superfuit Chlotharius Rex annos omnino sedecim, quibus illum miraculis clarum caput magis honorare, ac novam Ecclesiæ fabricam inchoare, quam filium ejus Sigebertum ad excelsa fastigii tegmina sumptuoso decore produxisse, supra diximus ex Fortunato. Huic mox accessisse monasterium, et quidem Ordinis Benedictini, probari volunt ex Privilegiis illic tunc datis. Fuit istis temporibus Pontifex Romanus Joannes III, creatus anno DLIX, vita functus anno DLXXII, sub cujus nomine datum privilegium allegatur a Baronio, in Notis ad hunc VIII Junii, his verbis: Præ excellentia meritorum tanti viri S. Gregorius Papa indulsit, ut ejus monasterium caput esset omnium monasteriorum totius Galliæ, aliaque superaddidit privilegia; et quæ olim a S. Joanne Papa eidem fuerant elargita, confirmavit stabilivitque. Extant de his litteræ Apostolicæ in Registro lib. 12 Indict. 7 cap. 32. Præterea utriusque privilegii, scilicet Joannis et Gregorii, meminit Baronius ad an. 654 num. 33. Privilegium Joannis Papæ hactenus ineditum habemus ex collectione Nicolai Belfortii, aliud vero Gregorii Magni sub finem omnium epistolarum adjectum est per modum Appendicis. Utrique adjungitur annus datæ Bullæ, et priori quidem sic; Datum Romæ in ecclesia S. Silvestri V

fuisse mox adjunctum monasterium non probatur ex Privilegiis, Joanni 3 et Gregorio 1 adscriptis,

Idus Martii, anno Dominicæ Incarnationis DLXII D Indictione decima. At S. Gregorii charta istam habet clausulam: Datum VII Kalendas Junii, anno ab Incarnatione Domini DXCIV Indictione XI, quæ pertinebat ad annum præcedentem, ad quem aliqui dictum Privilegium remittant, aut certe pro Indictione XI, statuenda est XII. Sed id non tam est consideratione dignum, quam quod annus Christi utrique privilegio sit adscriptus, quod dicto seculo sexto et etiam sequenti necdum fuerat usu assumptum apud ullos seculares Principes, vel Ecclesiasticos Antistites, et primum seculo IX in Italia cœptum fieri censet Mabilio, serius etiam Romanis Pontificibus placuit.

cum nota annorum Christi,

9 Privilegio Joannis Papæ Simplicius, Notarius sanctæ Romanæ Ecclesiæ, subscripsit et sigillavit: Gregoriano autem subscripserunt Gregorius sanctæ Romanæ sedis Antistes, Euterius Arelatensis Archiepiscopus, ignotus aliis, (imo præerat tunc dictæ Ecclesiæ S. Virgilius) Gregorius Portuensis Episcopus, Andreas Albanensis Episcopus, tantum hinc noti, atque adeo dubii an unquam fuerint; Augustinus Cantuariorum Episcopus, non nisi anno DCI ordinatus; Anastasius Tiburtinæ Episcopus, qui Synodo Romanæ anno DXCV etiam subscripsit; Petrus Ananiæ Episcopus, Agnellus Sutrinæ Episcopus, etiam hinc E solum noti; Mellitus Lundoniæ Episcopus, sed anno DCIV tantum ordinatus; Joannes Volaternensium Episcopus, qui etiam Synodo Romanæ anno DXCV subscripsit, et forte idem ut Episcopus Falaritanæ subscripsit Synodo Romanæ anno DCI. Tiberius Silvæ-Candidæ Episcopus alibi ignotus; Marinianus Ravennatis Ecclesiæ Episcopus, sed qui Joanni anno DXCV mortuo successit; Vitalinus Sipontinensis Episcopus, nusquam alibi inventus hactenus; Joannes Syracusanorum Episcopus, successor S. Maximiani, anno DXCIV die IX Junii (uti tum dicetur) primum vita functi; Sabinianus Tudertinorum Episcopus, alibi ignotus; Eulogius Alexandriæ Episcopus, Dominicus Carthaginensis Episcopus, quorum subscriptiones merito suspectas esse Labbe asserit; Fortunatus Neapolitanorum Episcopus, Joannes Surrentinus Episcopus, qui saltem istis temporibus floruerunt; Primævius Nursiensium, alibi necdum inventus; Felix Portuensium Episcopus, non obstante quod jam supra Gregorius Portuensis Episcopus subscripserit; Sed Felix aliis Synodis Romanis interfuit anno DXCV et DCI; Gloriosus Ostiensium Episcopus, etiam primum notus; Constantius Narniensis Episcopus, prædictis aliis Synodis subscriptus; Constantius Mediolanensis Episcopus, tunc florens; Sutellius Burdigalensium Episcopus, de quo silere omnes melioris F natæ catalogos, indicant Sammarthani; Vitalis Vesoncensium Episcopus, Bonifacius Placentiæ Episcopus, alibi ignoti; Syagrius Augustodunensium Episcopus istis temporibus sedens; Flavius Remorum Archiepiscopus, qui a quadraginta annis e vita decesserat; Ansericus Suessorum, sive Suessionum, Episcopus, qui successit Droctigisilo, circa annum DCII ut Sammarthani statuunt vita functo, post quem ille præfuerit usque ad annum DCLII; tum Theodericus Rex, pro eo scilicet anno quo regnabat adhuc Childebertus ejus pater, idque apud Austrasios tantum, cum apud Suessionenses regnum teneret Chlotharius; Brunechildis Regina, avia Theoderici; ac demum Petrus sanctæ Romanæ Sedis subscripsit et sigillavit.

Episcoporumque subscriptionibus,

quorum multi annis istis non fuerunt.

10 En subscriptiones omnium Episcoporum, ob quas Sammarthani in Archiepiscopis Bisontinensibus sub Silvestro II asserunt, hoc diploma tot esse infustum falsitatis notis, ut mirum sit nondum eas esse ab omnibus deprehensas: Philippus autem Labbe in suis Conciliis, ante privilegium istud Gregorianum hanc præmittit observationem: Privilegium istud, quod

Privilegia illa, ubi proferuntur, merito improbata,

A quod velut appendix attexitur, improbarunt ex orthodoxis, Cardinalis Perronius, Sirmondus, Launojus, aliique viri pereruditi ; ex heterodoxis Blondellus : propugnavit vero nuper, edito adversus Launojum libro, Robertus Quatremarius O. B. Fictas autem subscriptiones, neque illis congruere temporibus vel ipse ultro fatetur Baronius, *ac postea addit*, Subscriptiones falsi arguere, pronum futurum cuivis vel parum in historia illorum temporum versato ; *qui et varia in marginibus ad ipsum textum Gregorii annotat*, unde hoc privilegium a nonnullis credatur effictum. *Idem etiam magis posset ostendi ad privilegium Joannis Papæ tertii, quod datum dicitur* anno DLXII, præcellentissimi Chlotharii suadente clementia...... et coram Rege Chlotario et omni plebe Francorum...... *et Regum manibus firmatum, et ex consensu* Bandaredi Episcopi Suessorum factum, et septuaginta Episcoporum auctoritate solidatum. *Interea Rex Chlotharius vitam anno* DLXI, *finierat, et Sigebertus filius, cujus nulla mentio in dicto diplomate habetur*, templi spatia extendens, ad excelsa fastigii tegmina sumptuoso decore produxit : *uti Venantius Fortunatus testatur, nulla ullius monasterii facta mentione. Itaque illud postea adjunctum*

potuerunt a diu post secutis Joanne et Gregorio aliquo data fuisse.

B *arbitramur; ac deinde sequentibus seculis (cum Regula S. Benedicti, quæ in dicto Privilegio præscribitur, per omnes Galliarum regiones vigeret) ab aliquo Pontifice Romano* Joanne *(nam plurimi hujus nominis fuerunt) datum esse præcitatum diploma, quod deinde Gregorius aliquis forsan IV aut V aut VI confirmarit, amatores autem indiscreti antiquitatis transtulerint ad* Joannem III et Gregorium Magnum, *infelici nimium conatu, et adjunctis circumstantiis rerum et testium ob quas non posse consistere ipsum Privilegium a plerisque judicatum est. Imo etiamsi omnes supra nominati Episcopi floruissent dicto anno* DXCIV, *nulla tamen verisimilitudine fingeretur, quod omnes illi ex tam diversis Italiæ, Galliæ et Angliæ ditionibus, ex Ægypto etiam atque Carthagine, quæ sub Wandalis Arianis gemiscebat ; una cum* Theoderico Rege *et* Brunechilde Regina, *Romam dicto die* VII *Kal. Junii convenissent subscripsissentque.*

Basilica ac monasterium S. Medardi

11 *Additam nihilominus ecclesiæ*, a Sigeberto *perfectæ, de qua dixi, aliquam fuisse congregationem Monachorum, currente adhuc seculo Christi sexto, multa nobis persuadent. Ac primo, quod* S. Gaugericus, Episcopus Cameracensis et Atrebatensis, prope mœnia Cameracensia in supercilio montis basilicam fabricarit : quam ex rebus propriis pro opportunitate dotatam in sanctorum Confessorum Medardi et

a S. Gaugerico Cameraci construuntur

C Lupi (quorum semper Reliquias speciali amore secum portabat) honore et memoria consecravit : et constitutis Fratribus in perpetuum servituris, fratrem suum, Landonem nomine, præfecit. *Hæc ex Actis vetustissimis, ad S. Gaugerici natalem* XI *Augusti dandis, prælibamus. Imo mansisse loco nomen solius* Medardi, *indicant etiam Acta his verbis :* Sepultus est autem S. Gaugericus in basilica, quæ est in vertice montis, ab ipso sancto viro in honore B. Medardi constructa. *Arbitramur autem id factum sub initium septimi seculi, ad exemplum monasterii Medardensis, prope urbem Suessionensem constructi. Floruit eodem septimo seculo* S. Bathildis Regina, *quæ post obitum mariti sui Chlodovei secundi, anno* DCLVI *vita functi, cum Chlothario III filio suo regnum administravit. Hujus Acta duplicia illustravimus ad diem* XXVI *Januarii, in quorum prioribus num. 9 ista leguntur :* Præterire non debemus, quod per seniores basilicas Sanctorum, Domni Dionysii, et Domni Germani, et Domni Medardi, et S. Petri, vel Domni Aniani, seu S. Martini, vel ubicumque ejus pertinxerit notitia, Pontificibus sive Abbatibus suadendo pro zelo Dei præcepit, et epistolas per hoc eis direxit, ut sub

Suessionensi S. Bathildis benefacit

D sancto regulari ordine Fratres in ipsa loca consistentes vivere deberent. Et ut libenter acquiescerent, in privilegio eis firmare jussit, vel etiam immunitates concessit, ut melius eis delectaret, pro Rege et pace, summi Regis Christi clementiam exorare. *Hæc ibi, quæ in altera Vita repetuntur.*

AUCTORE G. H.

12 *Primum monasterium S. Dionysii prope Parisios condiderat Dagobertus primus, et teste Fredegario cap.* 79. Psallentium ibidem adinstar monasterii sanctorum Agaunensium instituere jusserat ; *quod etiam in monasterio S. Medardi viguisse scribunt Sammarthani hoc modo :* In hoc vixerunt olim quadringenti Monachi, qui jugem in choro psalmodiam, quam Laudem perennem appellabant, die noctuque sibi invicem per turmas succedentes persolvebant, et nihilominus in academia publica divinas humanasque disciplinas profitebantur : in qua S. Dado sive Audoenus, Dagoberti Regis Cancellarius et Archiepiscopus Rotomagensis, bonis litteris excultus fuit. Ab hoc dependent feuda bis centum viginti, Prioratus septem, Præpositurae septem, in quibus omnibus, nec secus ac in ipso S. Medardi castro, et multis aliis oppidis, Abbas jurisdictionem Episcopalem, independenter ab omni Episcopo vel Archie-

in eo fuit psalmodia continua.

E piscopo, exercet, qua nullo medio ad Sedem Apostolicam pertinet. *Hæc Sammarthani. Beneficia hoc tempore ab Abbatia S. Medardi dependentia recensentur in Registro beneficiorum diœcesis Suessionensis pag.* 30. *Auctor Vitæ S. Deicoli Abbatis, seculo* X *scriptæ, et a nobis ad* XVIII *Januarii illustratæ, num. 4 ista scribit :* Urbs Suessionum ita est meritis atque miraculorum sublimitate B. Medardi Episcopi insignita, quatenus nulli videatur esse secunda. *In Historia Translationis S. Sebastiani ad dictum monasterium, appellatur* S. Medardus, Suessionensium in omnibus protector. *Similia leguntur in Historia Miraculorum S. Vedasti, ad diem* VI *Februarii edita.*

§. III. De secunda S. Medardi ecclesia, a Ludovico Pio extructa; et tertia, ab Innocentio II dedicata.

In *collectione Nicolai Belfortii dicuntur* claustrum, dormitorium, refectorium, et hospitale a Carolo Magno sumptuosissime ac vere regio opere extructa ; *et profertur* decretum Synodi Duziacensis viginti et unius Episcoporum, anno DCCCLXXI habitæ, *in qua confirmantur* donationes a Carolo Calvo Rege factæ huic monasterio, *et præscribuntur* plenariæ refectiones quotannis conferendæ. *De hac Synodo consule*

Dicuntur Carolus, Magnus et Calvus, benefecisse monasterio.

F *plurima,* VIII *tomo Conciliorum a Philippo Labbe congesta, sed absque talis decreti mentione : proinde fides ejus sit penes Belfortium et Sammarthanos. Carolum Magnum quod attinet, nihil illum aliud reperio egisse, quam quod* Monasterium quoddam ditissimum, in honore S. Medardi Confessoris fundatum, ob amorem filii sui Hugonis, auxit (ut dicunt) *id est, adjunxit,* Novalicio, *celeberrimo in Italia monasterio,* ubi ipse *Hugo* præerat Pater, *sicut legitur in Novaliciensis Chronici fragmento, Tomo 2 Francicorum du Chesne pag.* 229. *Ibidem autem mox narratur, quomodo idem Hugo, in Franciam veniens,* ubi multæ cellæ erant, sub ditione Novaliciensis cœnobii.... *in præfato monasterio S. Medardi,* obiit Idus Junii ; ibique sacrum ejus corpus honorifice requiescit humatum ; *de quo, post multos annos, retulit Abbas loci, quod apud ipsos multas virtutes et miracula* per eum Dominus illo in loco sit operatus, et quanta veneratione ab incolis loci haberetur ; *unde occasionem sumemus ad* XIII *Junii in ejus cultum quærendi. Interim notamus, non esse inter beneficia Caroli numerandum quod alteri ipsum locum subjecerit.*

quod tamen ille Novaliciensi subjecit.

14 *Certius est, Caroli filium, Ludovicum pium, solo*

æquasse

AUCTORE D. P. *Ludovicus Pius, post an.* 825,

novam fecit Ecclesiam:

qua a Normannis exusta an. 886,

surrexit alia an. 1130 *dedicata.*

A *æquasse primam Basilicam, per Chlotharium Sigebertumque Reges constructam; novamque in honorem SS. Sebastiani et Medardi construxisse, post annum* DCCCXXV, *quo istuc Roma allatæ illius Reliquiæ, ut est in proprio ea de re libro narratum ad* XX *Januarii. Sed licet in eo libro perducatur historia usque ad ipsius Imperatoris mortem, obitam anno* DCCCXL; *narreturque solatium ipsi, ibidem a filiis incluso, divinitus oblatum; nulla tamen (quod sane mirum) ejusmodi structuræ fit mentio. De ea nihilominus aliunde certos nos reddit, ipso seculo* IX *scriptum, Vitæ* S. Medardi *Supplementum; cui consonans Auctor supra citati primi Sermonis,* priorem domum *ita* funditus eversam *scribit,* ut lapis super lapidem in tota illa nequaquam relinqueretur fabrica: *pro qua* gloriosus Cæsar.... aliud templum multo majoris adorsus est quantitatis.... quod cum omnium virtutum decus obtineret, totiusque schema dignitatis et gloriæ prætenderet, nulli extitit inferius, cum elegantia sui claruit esse superius. *Verum non diu ea sic stetit, sed (ut idem Sermo prosequitur)* a Marcomannis olim, *id est anno* DCCCLXXXVI, exusta, ab illis maxima ex parte honorum decidit gradibus, quibus constabat; et quasi ad posterorum dedecus, solum superstes B relictus est immensus congestorum lapidum acervus. *Hinc intelligo secundam istam ecclesiam alio prorsus loco stetisse, quam est et hodierna: de hac enim videtur mihi dicere Sermo, nescio quomodo inter se cohærens, quod* istis hodietenus superest temporibus, quæ tribus dimensa intervallis, vastam sui corporis quantitatem præfert omnibus, testudine videlicet eminens, longitudine vero atque latitudine plurimum excellens.

15 *Claudius Dormay, primo Historiæ Suessionensis volumini, cum veteris Suessionensis urbis ichnographiam subjecit, quæ multum videtur ad intellectum rei præsentis facere; et volumine* 2 *cap.* 31 *narrat, quomodo Odo, Abbas recens electus, ad dedicandam novam* S. Medardi *ecclesiam, invitarit Innocentium II qui anno* MCXXX *in Galliam venerat, ipsumque Aurelianis benedixerat in Abbatem ut die* XV *Octobris eam consecraret, uti fecit, ad nomen B. Mariæ Virginis, Sanctorumque Apostolorum et Martyrum, atque* S. Medardi: *qui deinde dies annue habitus est festivus, accurrentibus undique ad eam celebritatem peregrinis. Accipe ergo*



prædictæ ichnographiæ partem huc spectantem; et vide hodiernæ ecclesiæ situm, ad septemtrionale latus cœnobii; ad latus vero meridionale, vacuam aream, in qua auctor designat capellam S Trinitatis et Croviacense palatium. Regibus, apud Suessionenses agentibus, illud pro suburbano fuisse, contendit Dormayus vol. 1 *cap.* 14, *ubi vetus MS. allegat, in quo S. Medardi Abbatia nominatur* Fiscus Croviacus, *et huic consonans Hadrianus Valesius, in Notitia Galliarum.* Vicus, inquit, Croviacus, vulgo Crouy, parum distat a monasterio Suessionico S. Medardi, ad ipsumque pertinet: qui vicus ut nomen hodieque et vicinia indicant villæ regalis fiscalisve Croviaci pars fuisse videtur. *Surius* Croiciacum; *Boscius,* Chroniacum *scribit: quod librariis mendis accensendum, et ex tot melioribus MSS. corrigendum esse, suadet hodieque usitatum vulgare nomen* Crouy: *ad cujus vici parochialem ecclesiam ducit trans-Isarensis suburbii porta septemtrionalis, per viam inde in Orientem flexam, relicta ad meridiem Abbatia* S. Medardi. D *in opposito monasterii latere,*

16 *In hac custodiæ mancipatus a rebellibus filiis Rex Ludovicus, queritur, inter miracula S. Sebastiani num.* 93, *quod* ad ecclesiam tantum, et ad Fratres raro *sibi* via, et ipsa cum summa prospectione custodum, patebat. *Deinde num.* 24 *narrat, quomodo ingressus* sanctæ Trinitatis vicinum carceris oratorium, post Matutinalem expletionem, solus ibi pernoctavit: cumque per fenestram extra, intuitum dirigeret, vidit cominus jacentem *custodem suum,* somno meroque sopitum; et ejus ensem, frequenti cervicalis quo super fuerat expositus impulsu, penes fundamenta Basilicæ impexum; *unde in mentem sibi venit, ab uno ex prope stantibus Litaniarum vexillis hastam arripere; eique acceptum aliunde* funiculum cum loqueo innexuit, perque eamdem fenestram jecit, *atque hac* arte comprehensum mucronem sustulit. *Ex quibus apparet, istud* S. Trinitatis Oratorium *quamvis adeo capax, ut a Flodoardo lib.* 3 *hist. Remen. cap.* II *vocetur* ecclesia, *ubi Hincmarus anno* DCCCLIII *Synodum provincialem cum viginti Episcopis, pluribusque Abbatibus et Presbyteris celebravit) apparet, inquam, Oratorium istud inhæsisse ipsi majori basilicæ, sic ut in hanc abinde daretur transitus, adeoque eamdem Basilicam fuisse monasterio Meridionalem, si recte illius Oratorii situm notavit Dormayus: putat autem quod recte, quia ex relatu Monachorum seniorum, qui ad partem illam vidisse se dicunt fundamenta prodigiosæ crassitudinis; nec non circum locum, quem ipse palatio regio assignat, fossam triplicem ostentant.* E *sicut probat Oratorium S Trinitatis,* *olim adhærens Ludovicianæ Basilicæ*

17 *Fateor tamen non videre me, quomodo sibi cohæreat Sermo; ubi, descripta ea quam Ludovicus extruxerat ecclesia, continuo subdit.* Hæc, inquam, domus a Marcomannis olim exusta *etc. ac deinde immediate post, idem prænomen repetens, dicit;* Hæc, istis etiam hodietenus superest temporibus. *Si enim de ecclesia, ab Innocentio II dedicata, hæc sunt intelligenda; quomodo tunc adhuc, ex Ludoviciana ecclesia, supererat* immensus congestorum lapidum acervus, *qui potuerat debueratque jaciendis novi operis fundamentis murisque educendis fuisse absumptus totus? Suspicor ergo vehementer, totum illud comma de Marcomannis, ab interpolatrice manu fuisse insertum; alioquin solam Ludovicianam Basilicam, etiam ultimis illis verbis describi, et hanc adhuc stetisse cum Sermo recitaretur; atque ita optime ipsi convenire titulum supra propositum de* ruina primæ et resuscitatione novæ ecclesiæ. *Hinc vero esset consequens, Sermonem istum (unde etiam num.* 5 *sumpsimus testimonium, de Vita* S. Medardi *compendio scripta) antiquiorem esse eo, quod dabimus, ad Fortunati utrumque textum Supplemento; consequens etiam esset, quod compendium istud novo stylo Radbodus donaverit et expoliverit; sicut* F

postea

A *postea lucubrationem ipsiusmet tertiæ Vitæ auctor rursus phrasi ampliori reformavit.*

§. IV. Cultus sacer. Reliquiæ variis locis.

Cultus 8 Junii

Memoria S. Medardi *est passim omnibus Fastis Latinis adscripta, et ipsis Martyrologii Hieronymiani apographis, sub finem a posteris adjuncta his fere verbis :* In Gallia civitate Suessionis, depositio S. Medardi Episcopi et Confessoris. *Similia leguntur in genuino Martyrologio Bedæ : quibus addidit Florus :* De cujus ore visa est columba exisse, cum præsentem terminaret vitam. *Rabanus hoc et concinnavit elogium.* VI Idus Junii, in Gallia Suessionis civitate, depositio S. Medardi Episcopi et Confessoris : cujus vita, plena virtutibus, conscripta est. Nam largus fuit in eleemosynis, virtutibus clarus, prophetiæ spiritum habuit, ter quinis annis Veromandensium urbis Episcopatum tenuit ; extremum ad cœlestia migrans, Suessionensium ad urbem corpus ejus translatum est, ibique sepulcrum multis virtutum titulis claruit. *Vita, quæ dicitur scripta, est illa quam damus auctore Fortunato, qui etiam solius Veromandensis Episcopatus meminit. Ab eodem* Fortunato Vitam B et prosa et metro nobiliter esse conscriptam *testatur in suo elogio Notkerus. Eumdem celebrant Usuardus, Ado, et passim omnes Martyrologii manuscripti atque cum iis Bellinus, Maurolycus, aliique recentiores, alibi sæpius a nobis indicati. Aliqua ejusdem Translatio indicatur in Usuardo MS. S. Gudulæ Bruxellis ad* XIX *Maji, de qua nihil certi comperimus, quando, quomodo, aut quo facta sit.*

et 9 Septembr. ob quasdam Reliquias Divione servatas.

19 *Longo eum encomio ad hunc diem honorat Saussayus in suo Martyrologio Gallicano, prætereaque ad diem* IX *Septembris de translatione corporis ista scribit :* Divione, in basilica S. Stephani Protomartyris cœnobiatica, repositio Reliquiarum S. Medardi, Episcopi et Confessoris gloriosissimi : quæ e suburbano Suessionensi monasterio allatæ, per Jacobum de Vitriaco Cardinalem Legatum in thensa seu capsa collocatæ fuerunt super majus altare. *Hæc ibi. In dicta S. Stephani ecclesia Divionensi colitur festum* S. Medardi *hoc* VIII *Junii, sub ritu duplici primæ classis ; et in sexta Lectione dicuntur sacræ ejus Reliquiæ ibidem summa in veneratione asservari. Præterea die* IX *Septemb. celebratur festum* Revelationis S. Medardi, *sub ritu duplici secundæ classis, et in Lectionibus quarta et quinta agitur de ea Trans-* C *latione Reliquiarum, cujus historiam infra damus, in sexta autem Lectione ista particularia recitantur :* Illatis in Stephaniensem basilicam sacris Reliquiis, eo usque increvit erga novum Tutelarem religio, ut a S. Medardo ea potius quam a S. Stephano vulgo nuncuparetur. Unde initum est consilium ædem alteram in propinquo excitandi, in quam cum S. Medardi nomine etiam parœciæ titulus derivaretur. Nemo alterutro loco ad S. Medardum preces in irritum fundit, præsertim si in eliciendis de cœlo imbribus, aliisve avertendis publicis calamitatibus laboratur. Celebris porro est hæc dies, ex hujus Sancti sacrorum ossium elatione de humili conditorio, et in ornatiorem hierothecam translatione, Jacobi Cardinalis Episcopi Prænestini, Sedis Apostolicæ per Gallias Legati, manibus, anno Christi octavo et tricesimo supra ducentesimum et millesimum facta. *Hæc ibi. Prænominatus Cardinalis est Jacobus, ut dictum, de Vitriaco, Episcopus primo Acconensis, deinde non Prænestinus, sed Tusculanus de quo late agimus ad Vitam B. Mariæ Ogniacensis ab ipso scriptam* XXIII *Junii.*

20 *In Ducatu Brabantiæ* Geldonacum *sive* Geldonia *oppidum, Gallo-Brabantis* Jodoigne, *leucis duabus Thenis, at quatuor Lovanio dissitum, celebratur* D *cultus* S. Medardi, *de quo Pastor loci Franciscus Collet rogatus ista scripsit :* Ut vestris satisfaciam, vos scire velim, nos habere pro Patrono oppidi nostri Geldonacensis S. Medardum ; cujus integra mandibula, exceptis tamen dentibus, ab immemorabili tempore extat in ecclesia nostra : authentica autem illius rei scripta nulla modo habemus : ratione enim bellorum antecedentium deperdita, ut apparet, fuerunt. Dicta mandibula capitibus perturbatorum seu phreneticorum novem diebus alternativis applicatur, oblatis totidem diebus Missæ sacrificiis in honorem dicti Sancti, mandibula præsente, aliæque preces durante novena solitæ ad Deum funduntur. Quod profecto non caret effectu : raro enim frustrantur spe intenta ; et neminem fere vidi absque aliqua, tametsi non tota, in sibi sui ac furiæ alleviatione discessisse. Fuerunt tamen tres aut quatuor qui sanitatem non recuperarunt fortasse quia aliunde vexabantur. Inter plus quam triginta quatuor aut quinque, quos a sex annis quibus hic officio fungor pastorali, vidi sanatos. Hæc sunt quæ vestræ Reverentiæ mandare videor : quia tamen nihil authentici hic habemus, quæso si quid fortasse peculiare habeas dignetur mihi significare. Datum Geldoniæ hac XXIII Januarii anno MDCCLVII. *Hæc ille. Est Vita Gallice pro Geldoniensibus edita, in qua eadem miracula narrantur.* E

Auctore G. H. A. ... habentur Geldoniaci,

21 *Esse dentem* S. Medardi *in ecclesia S. Martini,* Tornaci *et aliquas Reliquias* Duaci *in ecclesia Collegiata, nec non in monasterio Lætiensi, asserit in Hierogazophylacio Belgico Raissius. In pago etiam* Berthemo *prope Lovanium est ecclesia S. Medardo dicata, ubi et aliqua Reliquia dicitur haberi. In pago territorii Gandensis* Seven eyken, *sive* Ad-septem-Quercus, *solebat S.* Medardus *inter Patronos haberi, et ipsi erat aliquod altare dicatum. Ægidius Gelenius, inter Reliquias Coloniæ asservatas numerat* brachium S. Medardi, in ecclesia parochiali S. Jacobi : *ejusdem aut aliquas esse in ecclesia Collegiata S. Gereonis, et in Abbatia S. Martini majoris. Bruvillare celebre monasterium est tribus leucis ab urbe Coloniensi, de quo egimus* XXII *Aprilis ad Vitam B. Wolphelmi Abbatis ; habet autem ecclesiam dicatam SS. Nicolao et Medardo, ibidemque in hierotheca* VIII, *inclusa est* scapula S. Medardi. *Quomodo autem Reliquiæ S.* Medardi *illuc primum allatæ, iterumque in desolato penitus sacello inventæ, hunc restaurandi, fundandique postea ad illud monasterio occasionem dederint, fuse relatum legere in Prologo, ad Vitam B. Erenfridi Fundatoris* XXI *Maji, qui totus de eo argumento est. Sed solum ibi dicuntur inventæ* Reliquiæ S. Medardi et aliorum Sanctorum, cum charta in his conditum F compositæ. *Fortassis fundato monasterio plus fuit impetratum. In ecclesia* Treverensi *S. Matthiæ, inter Reliquias majoris altaris, esse quoque aliquam S.* Medardi, *legitur in historia Reliquiarum, post Acta S. Matthiæ cap. 4. Thomas Joannes Pessina, in Diario Reliquiarum Ecclesiæ Metropolitanæ Pragensis, indicat ad hunc* VIII *Junii,* S. Medardi brachium Carolo IV Imperatori ex Gallia dono allatum anno MCCCLVI, ab eoque donatum Ecclesiæ Pragensi : *de cujus aliorumque Reliquiarum solenni ibidem exceptione, vide ad commune ipsarum festum* II *Januarii in Addendis ad Prætermissos illius diei Tom. 2 pag. 1084. Ulissipponæ quoque, in nostra S. Rochi ecclesia, aliquas ejusdem Sancti Reliquias haberi, meminitur ad earumdem ibi factam anno 1587 translationem, inter Prætermissos ad diem* XXV *Januarii.*

Tornaci, Duaci, Lætiis,

Coloniæ,

Bruvillare,

Treviris,

Pragæ,

22 *His omnibus non obstantibus, supra laudatus Ildephonsus Urayet arbitratur, corpus S. Medardi fuisse asservatum in proprio monasterio, neque Divionem ablatum unquam ; et Parisienses pro celebri parochia S. Medardi, non petivisse Divione, sed Suessione hujus*

Parisiis

AUCTORE G. H. D. P. — *Noviomi,*

A *hujus Sancti Reliquias, quas magna cum ceremonia susceperunt. E contrario scripsit nobis Petrus Franciscus Chiffletius noster, anno* MDCL *die* II *Augusti Divione, quod* Noviomenses, missa recens legatione, S. Medardi os femoris alterius a Divionensibus impetrarunt, eoque a se expectent, ut ejus translationis historiam certis antiquorum testimoniis affirmaret : *quod an scripto typis edito fecerit, non comperimus. Interim narratio d. Ildephonsi Urayet etiam meminit prædictæ donationis ac translationis; quibus ex litteris Domini la Haye Decani Ecclesiæ Noviomensis, anno* MDCLXXXVIII, XII *Kal. Februarii Antuerpiam datis, addere licet,* S. Medardum *in diœcesi Noviomensi plus quam quadraginta ecclesiarum Parochialium Patronum haberi.* G. H. ** In Catalogo Reliquiarum nobis misso,* pedum *ejus* Episcopale *etiam istic haberi dicitur. Claudius Dormayus, lib. 4. Historiæ Suessionensis cap.* 25, *scribit Normannicæ devastationis tempore fuisse in urbem Suessionensem delatum corpus* S. Medardi, *et depositum in ecclesia ejusdem Sancti. Optaremus nancisci certa documenta, e quibus constaret, posterioribus seculis extitisse ibidem aut corpus* S: Medardi, *aut saltem varia ex sacris ossibus; quod credimus quidem;*

Suessione,

B *sed tamen officii nostri esse putavimus, quæ nacti fuimus monumenta proponere, absque præjudicio ullius partis. Fuisse etiam* Liciaci *in agro Parisiensi ecclesiam* S. Medardi, *indicatur* III *Januarii nostri in Historia miraculorum S. Genovefæ pag.* 151 *num.* 34.

Liciaci,

23 *Hactenus, si pauca a me adjuncta excipias, P. Henschenius : qui cum mihi ordinanda Acta Notisque illustranda reliquisset, offensus ea, quam in originalibus Vitæ 3 invenerat, temporum personarumque confusione; coactus fui ego id ipsum agendo, et multa in singulis observando, pro paucis periodis, a quibus Commentarium prævium inchoarat ille, circa ordinem ætatemque Auctorum, Paragraphum bene magnum de novo componere, tum etiam de* S. Medardi *ecclesiis dispositionem; tertium item novum Paragraphum interponere secundo ac quarto. Venerunt interim in manus meas, post Chiffletii mortem, quæ pridem ille congesserat in materiam tractatus Noviomensibus promissi : unde dabimus haud pœnitendam Appendicem insignium monumentorum, Translationis Divionem factæ veritatem, et continuam ex anno* DCCCCI *possessionem per secula fere singula comprobantium; cum instrumentis novem acceptis circa Reliquiam, ut dixi, Divione allatam, festivissimeque exceptam. Porro dum ex Flexiensi nostro Collegio aliud quæro, simulque interrogo, quis Sanctus sit ille, sub cujus nomine inter Flexiam et*

Monumenta translati Divionem corporis

C *Ludum habetur parochia vulgo dicta* S. Mars ; *intelligo plures esse hujus nominis, apud Cenomannos et Andes, villas atque ecclesias, quæ* S. Medardum *hunc de quo agimus Patronum colunt* VIII *Junii, nec alium esse requirendum.*

VITA METRICA

Auctore Venantio Fortunato.

Ex variis Manuscriptis et typo cusis.

Cælum obtinet fuga mundi, a

Inter Christicolas, quos actio vexit in auras,
  Pars tibi pro meritis magna, Medarde, patet;
Qui sic vixisti terrenis hospes in oris,
  Ut cœlum patriam crederis *a* esse tuam.
Exilium tibi mundus erat, cœnosa caventi,
  Et modo te gaudet cive manente polus.
Exutus tenebris, vestitus tegmine lucis,
  Post obitum frueris liberiore die.
De tellure satus, lætus possessor Olympi,
  Et matrem linquens cum patre, læta tenes,
Humani victor vitii, super astra triumphas; D
  Atque cremas carnem, das animæ requiem,
Te inter mundanos vepres gradiente, fatemur,
  Calcatis spinis promeruisse rosas.
2 Flore refertus ager suaves tibi fundit odores,
  Balsama, thura, replens *b* quæ paradisus habet. *b*
Cauta per angustum figens vestigia callem, *et voluptatum:*
  Sic dedit arcta tibi semita lucis iter.
Lata voluptatum via quæ submergit Averno,
  Dulcia carnis alens, mortis amara parat,
Hoc numquam sacros flexisti tramite gressus,
  Nec potuere tuos prava tenere pedes.
Durum iter ad laudes, gravior via ducit in altum;
  Quo labor est potior, gloria major erit.
Quæ prius incipiam sacri miracula facti;
  Cum quidquid facias, omnia prima micent?
Dum fuit ad superos humano in corpore vita,
  Ex oculis fugiens, lux tibi cordis erat.
3 Qui cæcus venit, rapuit palpando salutem,
  In mediis tenebris fulsit aperta dies. *cæcum illuminat :*
Qui voluit furti causa penetrare latenter *c*, *c*
  Te religante sedet, te reserante fugit,
Fur sine *d* profectu, voto deceptus inani, *d*
  Omnia restituens, crimina fraudis habet : *furem in vinea deprehensum,*
Nam semel ut molles carpserunt palmitis uvas,
  Non valuere gradus inde referre foras; E
Nec potuit raptor pedibus subducere prædam,
  Raptorem abduxit *e* sed sua præda pedes. *e*
Ergo suis laqueis cœpit miser esse ligatus :
  Venerat ut caperet, captus at ipse fuit.
Nec tetigit mustum, sed iniqua mente rotatur;
  Antea quam biberet, ebria turba jacet.
Incepit servare magis, quam ferre racemos;
  Et datus est custos, qui venit esse rapax. *permittit abire.*
Donec, Sancte, tuis verbis tu jusseris ire,
  Ut furtum impleret; doctus ab hoste, *f* redit. *f*
Quæ manet hæc animi pietas, sanctissime Præsul,
  Lædentem auxilio qui facis ire tuo?
Tinnitum rapit alter inops, magis improbus, illum, *g* *g*
  Qui jumentorum colla tenere solet :
Absconditque sinu, fœno præcludit hiatum,
  Et tenet ipse manu ne manifestet opus. *tintinnabulum furatus, ipsum referre cogitur :*
Te veniente, sacer causas patefecit opertas,
  Tinnitu incipiens jam quasi furta loqui.
Nil valet abscondi, nil claudi, nilve teneri,
  Facundo strepitu prodidit omne malum.
Pandebat proprium veluti sub judice causam,
  Nil de fure timens liberiore sono.
Indicat, accusat, convincit, damnat, acerbat;
  Te præsente tamen non licet esse reum.
Absolvis furem solitæ pietatis amore,
  Addens et monitus, cautus ut intret iter; F
Præcipiens querulam secum portare rapinam,
  Ne vacua tristis spe remearet inops.
5 Hinc tamen, ut potero, cum raptus ab orbe *h* fuisses, *h*
  Quæ dederis populis, signa verenda loquar.
Cum pia composito veherentur membra feretro,
  Subtractum *i* meruit cæcus habere diem : *i*
Anxius ille sacra lumen suscepit ab umbra,
  Et tua mors illi lucis origo fuit :
Dumque sepulcra darent, oculi rediere sepulti, *dum corpus ad sepulturam fertur, cæcus illuminatur.*
  Tunc sopor ille tuus hunc vigilare facit.
Cum fugis a mundo, datur illi lumine mundus,
  Te linquente diem tunc fugiunt tenebræ.
Antiqui vultus lucem stupuere modernam,
  Et veteri fabricæ prima fenestra venit.
6 Compedibus validis alter manicisque ligatus,
  Mox tetigit templum, ferrea vincla cadunt.
Tam grave fragmentum, dolor est vel cernere pœnam,
  Pondera tot miseros sustinuisse pedes,
Si connexa forent, *k* elephas nec solvere posset,
  Nec poterit rigidos ipse movere gradus. *k*

Non

A Non minus est illi, quam subvertente procella
Littoribus Libycis anchora fracta jacet.
Pœna quidem gravior cecidit crescente triumpho,
Vincere rem sævam gloria major erat.
Solvit vinctum compedibus
Non habuit tot vincla pati miser ille ligatus,
Sed tua quo virtus plus mereretur opus.
Cum solidarentur non sic strepuere catenæ,
Ceu tinniverunt cum crepuere seræ.
Quæ fuit illa prius nimiis male vincta catenis,
Jam tibi qui solvis libera dextra favet.
l et cippo adstrictum
7 Lignea vincla gerens *l* alter confugit ad aulam,
Quæ simili merito scissa repente cadunt:
Nec mora vix tetigit sacrati limina templi,
Fit tonitru in cœlis, arma ferendo tibi.
Grandia divisi ceciderunt pondera ligni,
Et qui gessit onus, corruit ipse simul:
Expavit subito de libertate recepta,
Atque magis timuit, quando solutus erat.
Quæ ratio fuerit, cecidit cur pronus in arvis?
Gaudia magna quidem sæpe timere solent.
Dum stupet unde salus laceris est reddita plantis,
aridam manum sanat
Admirante animo membra soluta fluunt.
Inde vetus mulier, pariter nascente periclo,
B Vulnere naturæ mortua membra tulit.
m
Inclusos *m* digito morbos numerante tenebat,
Nec poterat ducto pollice fila dare.
Secum nata quidem, sed non sua dextra pependit,
Corpore juncta suo res aliena fuit.
Tempore sed tardo est, cum jam spes fracta jaceret,
Ante tuos tumulos vivificata manus.
Sic inopinatum commendat gratia votum.
Desperata salus dulcior esse solet.
Mobilis ergo venit digitis torpentibus usus,
Et dispensatus fluxit in ungue vigor.
Arida nervorum sese junctura tetendit,
Agnovitque suum vena soluta locum.
Apta ministeriis incepit palma moveri,
Servitium discens libera dextra fuit.
Nec tantum profugos pietas tua reddidit artus,
Reddidit et victum, pensa trahente manu.
virginem aliam sanatam Christo dicat
8 Eripuisti aliam simili de peste puellam;
Membraque restituens, plus animæ tribuis.
Desponsato viro mortali lege jacebat,
Nunc thalamis Christi virgo dicata micat.
Sponsa quidem radiat cum virginitate modesta,
Spe meliore fruens nupta tenenda polis.
Nec fructus uteri sterilis deperdit onusti;
Flore pudicitiæ mater habenda placet;
n
Acquirit cunctos, natum quoque non habet unum *n*,
C Progeniemque sibi gignit amore Dei.
manum a nativitate aridam sanat.
9 Inde pari morbo deflenda infantia parvæ
In lucem veniens membra necata trahit.
o
Mors et origo simul *o* miseræ processit ab alvo,
Extinctam generans mater anhela manum.
Commendata tuo rediit medicata sepulcro:
Quod de matre perit, de tumulo recipit.
10 Dum jacet alter inops, visu caligine clauso,
Cæcus, nec misero lumine lumen erat.
cæcum illuminat
Longa nocte oculos quarto jam mense premebat,
In luce obscurus vivus imago necis;
Vocibus hunc medicis monuisti tempore somni,
Tenderet ut velox ad tua templa gradum.
Mox veniente die, sed non sibi, forfice pressa
Enituit, Christi vertice *p* tonsus homo.
p
Detrahit hic crines nitidos ut haberet ocellos,
Et merente coma munera lucis emit.
Qui titubante gradu tractus pervenit ad aulam,
Per biduum recubans ante sepulcra fuit.
Tertia lux rediens nocturnas solverat umbras,
Et cæco occurrit sic revocata dies:
q
Undique limita *q* cecidere a fronte tenebræ,
Sanguinis unda rigans luminis atra lavat.
Sicca lucerna novo flagrante refulsit olivo,
Obtinuitque suum lux peregrina locum.
D
AUCTORE FORTUN. EX MSS. mutos facit loqui.
11 Quid referam, mutis qui verbo verba dedisti?
Quod gravat ejiciens, quod juvat omne locans.
Cuncta nec enumero: tua me præconia vincunt,
Et si non potui, velle fuisse, vide.
En tua templa colit nimio Sigibertus *r* honore
r
Insistens operi promptus amore tui:
Culmine custodi *s*, qui templum in culmine duxit:
s
Protege pro meritis, qui tibi tecta dedit.
Hoc *t* perpauca ferens ego Fortunatus amore,
t
Auxilium posco, da mihi vota, precor.

ANNOTATA D. P.

a Crederis *pro* Credideris.

b Replens .i. repletus: *alii* replent. *Sed et alia quædam subinde, mutata littera una, reddidi clariora, quod tamen celatum nolo. Sic infra,* Si cæcus venit, *scribo*, Qui: *quia sic fit aptior distichi proximi sequela.*

c *Sensum, sub hac correctione clarum, sic corruperant librarii:*

Qui voluit furti causas penetrare latentes.

d *Impressam*, perfecto.

e Abduxit .i. *abstulit.*

f Ab hoste .i. *ab eo quem sibi putabat hostem.* E

g *Impr.* ille: *sed sensus exigit*, illum, *et* tinnitus *ponitur pro* tintinnabulo, *quale jumentis appenditur.*

h *Impr.* urbe, *malo*, orbe, *quamquam et* ab urbe raptus *sit, Suessiones translatus.*

i *Minus bene*, substractus. *Est qui legendum putavit*, substratus, *scilicet feretro, ut pro consonat Radbodo.*

k *Impr.* Elephantem solvere possent, nec poterat: *qui sensum non habent, puto me dedisse.*

l *Vita 3 vinctum hunc, uti et priorem*, dæmoniacum *facit; nos infra a tam tali vinculorum causam dabimus.* Aula *autem hic Ecclesiam significat.*

m Digitus numerans, *idem qui* index. *Hunc intelligi, patet ex mox nominato* pollice: *utroque enim simul fila ducuntur. Malo ergo impressam*, Inclusos digitos morbo numerante tenebat: *quis enim* morbos numerans?

n *Indicatur quod, virgo ipsa facta Abbatissa aut Superior monasterii, multas Deo lucrata sit mater spiritualis.*

o *Ita legendum non*, misero, *ut adjectivum suo respondeat substantivo*, parvæ, *id est, infantulæ.*

p *Ita melius, quam*, tonsa comis. *Ita intellige autem, quod voti causa cæcus ille tonsuram Monachalem vel Clericalem prius susceperit quam visum.* F

q Limita *i. e. sensus. Impr.* Limatæ.

r *Passim quidem legebat*, amore: *sed absit ut credam Fortunatum eodem in disticho bis usum eadem voce, quam rursus repeteret post alterum distichon, et vox*, honore, *magis concordat cum* sumptuoso decore, *quo simili in sensu ecclesiam a Sigiberto constructam prosa postmodum edita laudat.*

s Hunc requiem præsta, *legit pro* Hunc *Velserus, prosam secutus: sed hæc requies minus recenti convenit, quam votum, quo petitur ut in sui regni* culmine *diu servetur Rex.*

t *Impressa*, Hæc pia pauca: *sed puto clariorem me sensum reddisse.*

VITA PROSA

Auctore eodem Ven. Fortunato.

Ex pluribus Codicibus MSS.

Beatissimi Medardi Antistitis Vitam, quæ per universum

AUCTORE FORTUN. EX MSS.

Prologus.

A universum orbem virtutum propalatur insignibus, nequivimus silentio præterire, quamvis non valeamus gestorum *a* cuncta perstringere. Et quia solemnitatis ejus diem, veneratione perspicuum, omnium populorum catervas quotannis expetere, Depositionis suæ commemoratio principalis invitat; crescat in universorum pectoribus pro fidei *b* ardore devotio, dum Sanctorum panditur magnitudo: ut si in hac rarus sit qui exstat imitator operis, cunctos tamen faciat ejus intercessio potiores. Hujus ergo originem propterea primum suggestio nostri sermonis insinuat, ut nullus forsitan desperationis obstaculo magis culpandus offendat: quoniam Deum integro amore diligere, non facit gentium divisa discretio, sed unita *d* fidei plenitudo; ne divina gratia, quæ volentibus cunctis generalis ostenditur, specialis esse judicio fallente credatur.

Illustri prosapia apud Veromanduos natus puer,

2 Pater igitur hujus, nomine Nectardus, de forti Francorum genere, non fuit infimus libertate. Mater vero Romana, nomine Protagia, absolutis claruit servitute natalibus: quæ in Christi tabernaculis (ut censemus) pretioso fœcunda partu plus placuit, quam si integritate servata nequaquam se vinculis viribus tradidisset: quorum in Viromandensi territorio et habitatio fuisse dignoscitur, et B origo. In qua urbe cum adolescens ad scholam recurreret, casulam quam ei sua genitrix texerat, per ipsum ad artificem componendam direxit: quam in itinere cæco a se invento mox præbuit. Similiter quidquid ad escam accipere deberet, dum suorum parentum gregem *e* pasceret, si pauperem vidisset, cibum egenti porrigebat, ipse ferens inopiam, dies ducens jejunia. Nec illud est reticendum rei gestæ mysterium. Dum adhuc esset in scholis vir sanctus, parvus et innocens, dixit ad Eleutherium *f* quemdam puerum, quod publica in actione Comitivam *g* assumeret; et cum triginta annorum vitæ spatium caperet, ipsum dixit futurum summum Dei Pontificem: qui in Tornaco civitate Pastor est datus Ecclesiæ. Ita Sanctus, quod prædixit quasi Propheta divino spiritu, jam probavit.

vestem dat cæco, cibum pauperibus

S. Eleutherio prædicit Episcopatum:

omni virtute excellens

3 Deinde cum crebrius ad templorum oracula, fidei monitu *h* promulgante, discurreret; et teneritatis annos, libratis patientia moribus temperaret propriæ voluntatis arbitrio; dum mundi illecebras vitando despiceret, officium Sacerdotis excepit, pariter et animo conversus et habitu. Morum claritate præcellens, confestim claruit, apud urbis Pontificem conversatione præcipuus, apud cunctos mentis puritate *i* sincerus. Nunquam se lætitiæ ubertate plus extulit, nunquam mœroris acerbitate turbavit. Fuit semper tolerans in adversis, mitis in prosperis; cunctos sibi obedientiæ sedulitate præferens, egentibus larga miseratione succurrens: et ex omnibus calcato vitiorum fomite, angusti callis tramitem, sanctæ conversationis gressu surgente conscendens, quicquid adversum est horruit, quicquid pretiosum, elegit. Quid plura? Ut hospes cerneretur in sæculo, et jam possessor esset in cælo, tunc crescentibus munus *k* per singulos Sacerdotii honores, interjecta discretione temporum, ecclesiastici moris tenorem percurrens, Presbyterii officium electus excepit, probatus obtinuit: et ita se deinceps sanctis cœpit publicare virtutibus, ut Christi merito putaretur alumnus.

ordinatur Presbyter.

furem in vinea deprehensum

4 Contigit ergo ut autumni tempore, fructus, mitescente *l* botri succo, variantem vindemiam ubertas ostenderet, per quam latronis temeritas ejus gratiam publicaret. Intempesta igitur nocte, cum potius in humanis corporibus, curarum diversitate seclusa, dominante silentio, blandi soporis onus incumbit; vineam suam, cupiditate *m* fraudis impulsus, latro capiendus expetiit, tenendus irrupit. Tunc prædam gladio secante corripiens, ipse magis D prædatus, intra patentia septa constringitur; et quod effringere violentus voluit, nequaquam evasit. In posterum suo crimine captivatus, gustum habere de fructu non meruit, et redeundi aditum ebrius non invenit: nec amittere poterat quod præsumpserat, nec auferre fas habuit quod ambiebat; sed cum inibi primo diluculo, rei præscius vineæ dominator occurreret; furem reperit, quem sua jam præda prævinxerat, et uterque alium mutato jure servabat. Tunc usque adeo Sancti ultio rei sævit in crimine, ut uvas propria manu discerpens, augmentum magis illi profusa oblatione tribueret, et dejectum objurgatione castigans, remeandi aditum indulgeret.

uvis donatum dimittit:

apum raptorem ab earum aculeis liberat:

5 Pari igitur meruit pœna percelli, vel perdurante insidia coerceri, qui vasa ejus domum nocturna obreptione præveniens, distenta melle furatus fuerat. Custodes deceptione callida fallere potuit, pecus quod rapuerat temerarius non evasit. Castrorum habitacula sublatæ apes cum indignatione linquebant; ubique furem non casto ditantes opere, sed aculeorum sævitia persequentes: quousque latronis detecta confusio, Sancto quod fraudaverat reddidit, et veniam prostratus invenit. Sed nec immerito per Sacerdotis indulgentia reum non damnabat ex crimine, quem ipsa ultrix præda torquebat. E

ejus bovem cum tintinnabulo furatus,

6 Accidit etiam simile sub hac proditione mysterium. Dum viator quidam juxta domum ejus, agens iter, transitu præteriret, capiens illius callida fraude juvencum, furti scelere tintinnabulum collo præripuit; atque hiatum ipsius impressi graminis fraude condemnans, nullius contemplatione deprehensus abscessit: et cum jam se censuit vel criminis evasisse periculum, vel sortitum compendia fuisse per furtum; obstaculo nullo serata *n*, ipsa dedit præda tinnitum, cupiens domini redire præsidio: quæ quamlibet abditis penetralibus studio diligenti locata, vel ferrata claustrorum obseratione retrusa maneret; tinniente ambitu scelus nullo modulante vulgabat, hiatu ingenti vomens, auctorem criminis querela geminante confudit. Tunc latro præterita memorans, confusa mente perculsus, revexit domino territus quod abstulerat, quod etiam pietatis studio non *o* servabat. Ita demum reddita juri naturæ, cœpit species se non animata celare, nec sonitu se nisi pulsa detegere. Sanctus igitur athleta Christi, absque reatu proprio, pro delicto confunditur alieno: atque ideo mercedem reo pro culpa tribuit, ne inani ambitione tristior remearet *p*.

hoc ultro sonante cogitur ipsum restituere.

7 Quadam *q* vice præcelsus Clotarius Rex in procinctu, Francorum movens exercitum, cum F transisset fluvium cujus est Sumina *r* vocabulum, omnia quæ inveniebant loca prædantes et pecora; pervenientes inter castellum *s*, quod fertur Noviomagum, et Isaram fluvium, quidquid fuit *t* vehiculorum, carra vel summas *u* trahentium, pedes affigentes, de loco nullatenus moverunt per triduum. Ad villam S. Medardi, quæ *x* Sellentiacum dicitur, occurrunt viro sanctissimo: et data oratione *y* discaricantes quæ tulerant, laxati pergunt itinera.

Regii milites coguntur ablata dimittere:

8 Nec illud omittendum est, quod per miraculum factum est. Cum porcarii sui in glandem porcos deducerent, et ab iniquis hominibus furto subducti fuissent; divina mox virtute soli, de longa regione, nullo homine sequente, ad sanctum virum reducti sunt. Nec hoc inter reliqua miranda signa prætereat. Quidam Tosio nomine, dæmonis graviter oppressus infestatione, curari meruit expresso viri Dei signaculo.

porci abacti, per se e longinquo redeunt:

liberatur energumenus.

9 Sed cum jam multimodis virtutum fulgeret studiis, famaque ejus per diversa orbis spatia gratia

A gratia crescente præcelleret; defuncto Viromandensium urbis Pontifice, in ejus locum consecratur Episcopus. Ubi conversatione cœlesti ter quinis annorum circulis in sanctimonia ipsius officii Sacerdos extitit pretiosus: et nisi quod percussor corporis defuit, martyrium Confessor implevit. Sustinuit jugiter diabolo præliante calumniam, sed pervenit victor meritis ad coronam. Tunc Pontifex beatissimus, membrorum compage, protenta longævitate defessus, spiritum requiem deprecatus emisit, et convexa cœli athleta triumphalis ascendit. Inter reliquos, etiam asseverante (ut vidit) Willacario α Presbytero, quando S. Medardus accepit corporis transitum ipsius horæ momento cœli prorsus aperti sunt, et ante Sancti corpusculum fere per tres horas divina luminaria cunctis videntibus adstiterunt: moxque in terra grande fluxit diluvium, ita ut plueret multum calida aqua de nubilo.

Episcopus factus sedet annis 15:

signa in ejus morte. α

10 Cujus corporis solenne pignus, præcellentissimi Clotharii Principis Francorum vel devotione vel tempore, Suessionensium urbs, tanti muneris præmio ditata, promeruit. Sed cum omnium populorum fides solenni ambitione, gravissimo feretro, tradendi sepulturæ membra conveheret, et unanimitate vel amore gestandi onus leve sentiret; tunc obviam Sanctum habuit, damnatis aurium dudum aditibus, surdus quidam occurrens: et pretiosi velaminis peplum osculans, psallentium illico stupens melos audivit, et fraudati sensus usum recipere mundatus fide promeruit.

Ad feretrum curatur surdus:

B

11 Postquam igitur, devotione fidelium, maximo decore præfulta ejus tumuli urna exornata surrexit; prolixum est enarrare, quantis se virtutibus, quantisque pro debilium clamor attollat emundatione trophæis: a quo quidquid fusis precibus expetitur, incunctanter effectibus obtinetur. Hujus igitur templi pro foribus paralyticus quidam depositus et ejectus, quem omnium membrorum debilitas diverso jure β discreta damnaverat, pristinæ incolumitatis meruit augmenta suscipere, et salutis gloriam obtinere; ut singulis vigor artubus redditus, confestim suffragante remedio adstaret illæsus: et cujus prius, communis usum sermonis adnexa palato lingua contuderat, virtutem sancti Antistitis resoluta oris compage laudabat.

item paralyticus β

et mutus:

12 Protinus scilicet sæpe palam triumphante mysterio, quos iniqua ferrei ponderis retentacula gressibus negatis adstrinxerant, ad templi oraculum summus Antistes veniendi præstitit facultatem; et robustam metalli naturam exuperans, vasta compedum vincla confregit. Multos igitur promiscui sexus, quos membrorum debilitas miseranda contraxerat, usibus restitutis virtus medica indiscrete solvebat. Crebrius etiam oculorum captis lumine, purgatis tenebris, præsidium contemplationis indulsit, et redivivæ lucis compendia desertis habitaculis restauravit. Multa quoque et innumera virtutum suarum insignia, quæ diebus singulis ex more concrescunt, relatio nostra præteriit, ut nec lateret silentio magnitudo operis, nec diei consumeret spatium tanta prolixitas dictionis γ.

captivi liberantur,

C

infirmi sanantur.

γ

13 Hujus ergo piam majestatem fusis indesinenter precibus exoremus, ut [clementissimi Theodeberti δ Regis nostri felicitatem, crebris successibus dilatatam, et in externis gentibus justo dominandi jure procul extensam, pro sua pietate longævet: et clementissimi ε Sigiberti quondam Regis animæ sempiternam requiem præstare dignetur, qui templi ejus spatia devotus extendens, ad excelsa fastigii tegmina sumptuoso decore perduxit; quatenus eodem intercedente, servato culmine regii diadematis, protendantur sceptra regiæ potestatis: ac perinde medelam populis, pacemque tribuat universis]: conferat etiam petitum pro delictorum indulgentia cunctis generale præsidium, qui speciale solennitatis suæ hodie mundo præstitit ornamentum ζ.

Theodeberto Regi optatur felicitas. δ ε

D

AUCTORE FORTUN. EX MSS.

ζ

ANNOTATA D. P.

a *MSS. Audom. et Velseri addunt*, ejus insignia cuncta.

b *MS. Belfortii*, amore.

d *Noviom.* unitatis plenitudo.

e 3 *MSS. addunt*, porcorum: *verosimilius Radbodus*, equorum: *hoc enim ingenuo puero convenientius.*

f *Colitur S. Eleutherius die* 20 *Februarii, quando varia ejus Acta dedimus ex antiquioribus, ubi ista leguntur:* Quem videns nutu Dei Medardus, correptum lusoriæ dixit: Frater Eleutheri, nuntio te huic civitati Pontificem summum affore. *Quod ita probatum est.*

g Comitiva *aliquando accipitur pro* dignitate Comitis, *isque videtur hic esse sensus.*

h *Varia MSS.* fidei monita promulgando.

i *MS. Maximini*, sinceritate purus.

k *Acherius*, singulis Sacerdotii honoribus.

l *Alia*, mitescentibus botris succo varicante vindemiæ.

E

m *Boscius*, fructus capiendi impulsus latro expetiit et irrupit.

n *Alia*, servata, *vel* servato.

o *Alia*, quo actus pietatis studio non errabat: *alii*, quo veniam pietatis studio non orabat.

p *Hac usque edita Vita in Bibliotheca Floriacensi Boscii.*

q *Hoc numero relata, deerant in MS. S. Maximini; sunt in aliis, etiam illo quo usus est Andreas du Chesne, qui ista refert Tomo* 1 *scriptorum historiæ Francorum pag.* 545.

r *Aliis* Somma, *vulgo* la Somme; *antiquioribus* Somona.

s *An forte* Nigella, *vulgo* Nelle, *oppidum medium inter utrumque flumen? Vita* 3. Inter Isaram fluvium et urbem Noviomagum, *quasi hanc jam transisset exercitus, quod minus probo. Radbodus inter Noviomum et Isaram rem actam ait.*

t Vehiculi, *id est equi, Gallice* Voitures.

u *MS. Velseri* Saumas, *al.* Sagmas, *et* Sagmata: *apud Radbodum*, plaustra *scribuntur, apud Monachum Suessionensem*, carpenta.

x *MS. Noviom.* Saleneiacum, *vulgo* Sallancy, *prope Noviomum.*

y Discarricare, *vulgo* descharger, *exonerare, onus deponere.* F

z *Jonas in Vita S. Eustasii Abbatis Luxoviensis* 29 *Martii, appellat num.* 16 S. Eugium, Veromandensem Episcopum, *sub quo, Noviomensi tunc Episcopo, scribebat.*

α *Alii MSS.* Willicharius, *et* Walcharius.

β *In* 3 *Vita cap.* 24, *infirmitatem ejus sic explicat*, utroque pede in posteriora reflexo, ad vitam quoquomodo semivivens tenebatur imago; quia et manus nugaciter vacabant ab opere, nec ad aliquid agiles exerti, nec dissipatæ saltem ori habiles erant applicari.

γ *Hic desinit MS. Cæsaris insulæ. Chiffletius etiam quædam MSS. habuit, in quibus deerant vota pro Regibus mox nominandis.*

δ *Jam dixi*, Theodebertum *hunc cœpisse regnare, etiam in Aquitania et apud Pictones, an.* 593, *et dilatari per victorias an.* 600.

ε *Quamquam in regni paterni divisione, Chilperico majori natu, Suessiones cum regno Neustriæ; Sigiberto quatuor fratrum minimo, Austrasiæ regnum Metis tenendum sortito obtigisset anno* 561; *Chilperico*

EX SPICILEGIO

A *tamen fraternæ ditionis urbes invadente, et Remos usque progresso, male suus ille conatus cessit: nam rediens a debellatis Hunnis Sigebertus an.* 564, *teste Gregorio Turon. lib.* 4 *cap.* 22. *non modo ablata recepit, sed et* Suessionas civitatem occupavit, *quam annis satis multis tenuit, ut opus inchoatum a patre, a fratre autem, homine libidinoso improboque neglectum, perficere potuerit: obiit autem interfectus an.* 575 *machinatione ejusdem fratris, quem toto fere regno exutum Tornaci obsidebat, ætate quadragenaria. Dormagus existimat,* Clotharium *patrem,* Sigeberto, *tamquam magis caro et magis probato, capta commendasse: quod dici non potest, nisi velimus Clotharium, dum adhuc viveret, partitionem regnorum aliam instituisse, per quam Sigeberto obvenissent Suessiones: hoc autem nullum habet in Historia fundamentum, sed contrarium potius,* divisionem legitimam *appellante Gregorio, quam ipsi inter se fratres sortito fecerunt, absque ulla prioris divisionis mentione.*

ς *Apud Acherium, ex MSS. Corbeiensi et Resbacensi, ultimus paragraphus, annuo in sacris usui longe aptior, legebatur hoc modo:* Hujus ergo piam Majestatem fusis indesinenter precibus exoremus, ut conferat pro delictorum indulgentia cunctis generale

B præsidium, qui speciale solennitatis suæ hodie mundo præstitit ornamentum. Quia cuncta præconia sunt non modo ejus, qui accepit ut pro nobis dignus suffragator adsistat; sed potius sanctæ et inseparabilis Trinitatis, cui honor et potestas, virtus et imperium, laus et jubilatio in omni gente, loco et tempore, et per infinita seculorum secula.

SUPPLEMENTUM

Auctore Anonymo Suessionensi seculi IX.

Ex MS. edito a Luca Acherio Tom. 8 *Spicilegii.*

PROLOGUS

a

Incipiunt Actus Medardi Præsulis almi *a*.

Ex Italia in Galliam appulsus Fortunatus,

Fortunatus, natione Italus, Presbyter Ravennensis, suo tempore eruditissimus, ex Ravenna progrediens, Galliarum fines peragrans, Pictavensi urbe commodam sibi delegit habere stationem. Ea tempestate Chlotharius, Chlodovei magni quondam

C Francorum Principis filius, paternam monarchiam, post mortem fratrum suæ ditioni subactam, potenti

b moderamine regalique sceptro regebat *b*. Per idem

c quoque tempus inter Gallicanos Præsules *c* Gregorius Historicus sermone et actu Turonis habebatur insignis. Hic comperta jam dicti fama viri, affectuose eum diligebat, germanæ caritatis obtentu: erat enim summo ingenii acumine præditus. Conferebant denique frequentius seria quæque de Scripturis, modo verbis, nunc scriptis, alterna vicissitudine disserentes. Denique, rogatus ab eodem venerabili

Gregorio Turonensi familiaris,

d Pontifice, edidit perplura *d* opuscula, maxime metro ludens, de vita et virtutibus Sanctorum; inter quæ et Vitam gloriosi, et cum omni reverentia nomi-

e nandi Domini *e* nostri Medardi; succincte quidem, tam prosa quam versibus, sed tamen luculento stylo perstrinxit.

scripsit Vitam S. Medardi,

2 Hæc quorsum tali petita principio? Ut noverit quis non eum visa, sed tantum audita, et hæc procul

f *f* et in extera regione positum, narrasse. Possent equidem de iis, quæ a puero ipse gloriosus gessit, plura confici volumina; si quis curiosus ac solers hæc perscrutari, et indagare hæc, et paginis mandare decrevisset. Omnium perspecta serie tempo-

procul positus et ex relatu alieno;

rum, perspicuum est, per idem tempus studia liberalia tepuisse; quia et rudis Christianæ legis cultus in his Galliarum partibus adhuc pubescebat, et idololatriæ vana superstitio necdum ex toto obsoleverat. D

Liquet itaque eatenus collapsa fuisse litterarum studia, ut pretiosi admodum haberentur earum sectatores; quandoquidem exteræ nationis vir, tantaque regionum intercapedine semotus, ad ejus Acta scribenda tam succinctus breviator sese admoverit.

quando valde languebant studia,

Fuere namque ea quæ per eum vis divina operata est, magna valde et admiranda, quæ relatio prædicti Auctoris, ut ipse fatetur, præteriit. Feruntur hodieque multa de eo, quibus nec omnimodis derogandum est, nec sanæ fidei ejus repugnandum. Quibus omissis, ne fabulosa magis quam vera scripsisse criminarer, duo tantum, quæ ab honestioribus viris fideliter narrata comperi, licet iners, vili schedula vulgarique sermone, mandare ausum duxi; ea quoque quæ jam dictus historicus elegiaco intexuit metro, ut manifestiora legentibus forent, prosa expressi *g*. g

multis prætermissis.

ANNOTATA D. P.

a *Hic nempe titulus in MS. Resbacensi prænotabatur.* E

b *Præmortuis tribus fratribus, omnium natu minimus Clotharius Monarchiam obtinuit anno* 558, *obiit* 561; *demonstrat autem Browerus, solum circa an.* 565 *in Gallias appulisse Fortunatum: adeoque sub Sigeberto Clotharii filio, tunc Turones et Pictones obtinente, ut diximus.*

c *S. Gregorius Turon. factus est Episcopus an.* 573.

d *Carminum libros edidit et Notis illustravit Christophorus Browerus prænotatus, præmittens Tractatum de Vita Auctoris. De Sanctorum Vitis ab eo editis, egimus* 28 *Maji ante Vitam S. Germani Episc. Parisiensis, similiter ab eo scriptam.*

e *Scriptorem Suessionensem esse hinc colligas: Monachus, an Clericus, non disputo.*

f *Distant Turones Noviomo plus quam* 70 *leucis.*

g *Cum horum fere nihil in hac Vita appareat, vereor ut integrum habeamus contextum, ideoque malui* Supplementum *vocare, quam* Vitam.

CAPUT I.

Adolescentiæ miracula duo, obitus, sepultura.

Igitur Beatus Medardus in lege Domini ab ipso tenero ungue meditabatur nocte ac die; hanc medi- F

tatione concipiens, lingua revolvens, opere complens, juxta illud Psalmistæ: In labiis meis pronuntiavi omnia judicia oris tui. Et quia nihil imbecillius eo qui a carne superatur; contendebat, ut bonus athleta, certare ut vinceret; ne vinceretur, carnis illecebras resecans, perfectum vitæ gradum subire certabat. Consentiebat in eo incessus, sermo, et habitus, humilem se in prosperis, mitem exhibens in adversis: obedientiæ bono cunctis imitabilis, frugalitate laudabilis, et universo morum probitate habebatur insignis. Erat ei studium recreare pauperes, alere egentes, et quidquid ex paterna substantia percipere poterat, eorum usibus sedule impendebat. Operæ pretium duxi unum e pluribus pietatis ac misericordiæ opus, quod puerulus gessit, narrare; ut qualis quantusve a puero in juventute adoleverit, dehinc ab adolescentia in senectutem quam maturus excreverit, cognoscat qui imitari desiderat.

Puer optimis moribus præditus,

Psa 18, 13

et erga pauperes imprimis misericors

4 Una dierum Nectardus vir gloriosissimus, genitor ejus ab itinere remeans, domum cum suis revertitur. Aberant tunc fortuitu famuli domus, nec fuit

ex commendatis sibi a patre equis,

A fuit in promptu qui equos defatigatos pastum minaret custodiendos. Injungit pater dilecto sibi filio eos ad pastum ducere, et ad horam custodire: quos ille suscipiens minavit quo jussus fuerat, omnem solerter adhibens diligentiam. Interea dum his intentus habebatur, contemplatur eminus viatorem, equestrem sellam loraque in ea dependentia a tergo gestantem. Quem advocans, sciscitatur quisnam esset, quo pergeret, cur taliter onustus abiret. At ille rei ordinem pandit. Profitetur se ignotum hominem, equum quo vehebatur leto periisse, quo sternebatur secum vehere, et longius iter habere. Tunc sanctissimus puer, necessitudini ejus compassus, unum e pluribus equum capiens: Sume, inquit, et sterne tibi, quo libuerit pergens. Et ille: Non est, inquit, tui juris, nec datu tuo ejus libere possum potiri servitio. Cui puer: Accipe securus, iter carpens tutum; et si quis te impetierit, me auctorem dati incunctanter habebis. Hæc viator audiens, jubenti libenter obtemperat, cornipedem sternit; et qui eatenus pedester tristis advenerat, equester hinc et alacer cupito pergit itinere.

cum unum dedisset viatori, cui suus obierat;

5 Inter hæc convivium itinere fessis instruitur; jamque prandio imminente, ad accersendum venerabilem puerum it unus ex numero: ipse autem B secesserat sub quadam arbore, quia dies pluvius erat. Is itaque qui ad exhibendum eum fuerat directus, dum cum eo colloquitur, sursum intentus conspicit aquilam, expansis alarum remigiis omnique distento corpore, tam congruenti latebra puerum confovere, ut in nullo penitus contingeretur ab imbre. Hoc diu miratus, commonet eum domum regredi, paternoque convivio interesse. Id ille recusans: Rogo, inquit, rediens domum, habeto me excusatum. Reor, ob hoc remorari cupiens, quo jam dictus eques in hac necessitate longius protraheretur, quatenus si a quoquam insecutus fuisset, minime reperiretur.

a pluvia protegitur ab aquila,

6 Perlata sunt patri ab [illegible] quæ viderat atque audierat a filio. Super quæ plurimum miratus, dilato prandio, sumptis sociis, ipse pergit ad locum, oraculi hujus ipse gestiens contemplari auspicium. At ubi illo ventum est, intuetur diligentius: et quod relatu didicerat, visu probat; prudenterque perlegit interius, quod gerebatur exterius. Inter hæc collegæ recensent sonipedes, damnum reperiunt, unum deesse cognoscunt; denique blanditiis parvulum mulcent quatenus si facti esset conscius fateretur. Erat siquidem aliquantula de hac re in eo suspicio, quia jam late patebat, pietatis eum affectu erga in- C digentes festiva largitione munificum fore. Itaque prodit patri pie admissam fraudem: et licet dispendium passus, congratulatur tamen de felici provectu gratissimæ prolis.

quod etiam vident accersiti parentes:

7 Interea famuli, curiosius iterum iterumque recensitis equis, eorum summam subito redintegratam reperiunt; et damnum, quod caritate cogente, pia admissum fuerat fraude, nihilominus caritate largiente mirabiliter restauratum inveniunt. Magno itaque pater cum omnibus attonitus gaudio, non tam de recuperatione damni, quam de incremento beatarum virtutum in filio; dans ei manum, ducit ad domum. Amplexatur mater filium, convivantesque pariter jucundantur, admirantes gratiam Dei tam evidenti obumbrationis indicio in eo esse diffusam. Dehinc genitor postquam affatim exhilaratus est; Care, inquit, nate, utere ut libet rebus a Deo nobis concessis: refove ex his indigentes, ea æqualitate duntaxat, ne cum alii refrigerantur, nobis sit tribulatio: sed ut nostra abundantia, aliorum sit supplementum. Devotum, ut cœpisti, Christo famulatum impendens, erige nobis in statione paradisiacæ amœnitatis tabernaculum, ubi tecum quiescamus sine fine mansuri.

numerus vero equorum in pascuis repertus integer.

D EX SPICILEGIO.

8 Dum adhuc puerulus sub tutela parentum domi moraretur, contigit inter propinquos ejus de terminis agri cujusdam disceptatio. Cumque ex communi consensu statuta die ad videnda agrorum exissent confinia, contigit affuisse cum eis et hunc, de quo fabula est, venerabilem puerum. Ubi vero ventum est ad locum, de quo sermo habebatur, videt cominus lapidem terræ fixum, uti fieri assolet in terminis agrorum, super quem pedem injiciens: Hic est, inquit, limes et confinium horum jugerum. Ad cujus levissimum tactum lapis ille ita subsedit, veluti cera a facie candentis ferri liquescit. Apparet equidem stigma plantæ pedis ejus in eadem cote adeo subtiliter expressum, ut a nullo artificum expressius exsculpi aut signari possit. Ita contentione sedata, rerum omnium arbitrum Dominum, qui magna operatur in minimis, glorificantes redierunt in sua. Extat usque in hodiernum idem lapis in monasterio sancti Medardi, magnique penditur, ac venerationi habetur a multis. Hæc duo tantum de ejus pueritia dixisse sufficiat: nunc ad ejus transitum stylum vertamus.

Limitem terræ designat, cujus vestigium impressum relinquens, et litem sopit.

9 Tempore quo præcellentissimus Chlotharius Rex Francorum reversus est a Britannia, exstincto filio suo Chramno *a* cum uxore ac filiabus, gloriosus Confessor Domini Medardus, evocante se Domini gratia, apud Noviomagum *b* castellum, caput suum lectulo deposuerat. Ad quem visendum cum introisset Rex, Optimatum sibi obsequentium fultus caterva, E ultimum ei vale faciens, benedictionem devotissime poscit et accepit. Cum itaque in hac Regia visitatione de loco sepulturæ ejus sermo haberetur, Sacerdos beatissimus suæ se Sedis censuit cespiti commendandum. E contra Rex Suessionis eum deferendum, ibique tumulandum disposuit; asserens se super eum basilicam [illegible] structurum, cœnobiumque additurum. Cessit igitur dilectus Dei Regiæ voluntati, atque plenus virtutibus, plenus et gratia migravit ad Dominum. Ad cujus transitum, sicut in libro de vita ejus a Fortunato inscribitur *c*, divina luminaria cunctis præsentibus micuerunt. Fama volans tanti luctus prænuntia, totius orbis populos ad ejus exsequias advocat. Conditur aromatibus corpus sanctissimum, instruitur pretiosis vestibus, auro textis involvitur linteis, componitur feretro, cumulantur desuper margaritis crispantibus aurea pepla. Fit luctus ingens populorum, gaudium evidens Angelorum: concurrunt hinc inde clerici, psalmodiam personant. Alii lectiones congeminant: vigiliis sacræ devotionis nox omnis expenditur, et inter luctus et F gaudia ventum est ad diei exordium. Episcopi et Proceres qui tum fortuito defuere palatio, certatim conveniunt, concurrit catervatim numerositas populorum: plangendi docta prorumpunt ex villis et vicis promiscua egenorum examina.

Moriturus assentitur Regi, ut corpus Suessionas avehatur:

a

b

c

quod decenter compositum post celebratas exequias,

10 Instructo itaque itinere, procedit Rex ad ecclesiam, in qua cælestis servabatur thesaurus, stipatus hinc inde stolatis Christicolis ac primoribus chlamydatis. Ventum est ad Sancti corpus; aguntur quæ Dei sunt. Post hæc initio [illegible] *d* ulnis primus supponit, dehinc Episcopi, exin primi nobilium: quibuslibet fit accessus. Sustollitur sursum per oscula cælestibus gazis dignissimum munusculum. Sentiunt onus leve, inoffenso gradientes itinere. Fit clamor confusus, istis psallentibus, illis flentibus; et inter choros psallentium et agmina lugentium, voces tonant per nubila. Quid memorem? Diem hanc gaudii dixerim, an mœroris? aut mœroris simul et gaudii? Unum sine altero fateri minus oportet, ad tanti diei qualitatem exaggerandam. Restat ergo ut dies ipsa, et gaudii dicatur et mœroris. Cui enim non erat mœrendum de ejus absentia corporali, præsertim destitutis pastore ovibus, quibus post transitum nec gleba

d

humeris suis Rex ipse suscipit

inter fletus gaudio mixtos,

EX SPICILEGIO

A gleba corporis *e* celabatur? quibusque non erat gaudendum de ejus tam evidenti gloria, cui cœli patebant, luminaria obsequebantur divina, et Regalis famulabatur potentia? Insistunt igitur cœpto operi, regio gradientes itinere. Confluit undique palatina cohors, gestientes ferre pignus nobile. Interea cæcus quidam, inter turmas properantium veniens, substratus loculo, fugatis mox tenebris, videndi recepit usum virtute sancti Antistitis. Hinc cumulantur gaudia, laudantur Sancti præconia.

illuminatur cæcus.

11 Properant aggressum iter conficere, confluentibus passim populorum catervis, perveniuntque *f* Adtipiacum villam. Ibi Axona amne transmisso, flectunt gressum ad urbem Suessonicam. Ruit obviam civitas omnis Suessio, duce prævio venerabili magnarumque virtutum viro Bandarido, *g* ejusdem tunc urbis Pontifice, cum crucibus, ceroferariis, ac thymiamateriis. Stipat undique illud cœleste margaritum numerositas Sacerdotum, turba canora totius ordinis Clericorum, immensitas populorum, omnigenis vocibus una Deo canentium. Mutuatis vicibus unus post alterum, certatim se ingerentes, colla supponunt. Propulsatur alter ab altero, his re-B cedentibus, illis succedere cupientibus. Magno se censu remuneratum credunt, cui, etsi non gestandi, saltem vel tangendi loculum copia fuit. Excipit tandem solenniter, tanti muneris nobilitata præmio, urbs Suessionica sacratissimum pignus corporis beatissimi Medardi: amplectitur festive Patronum, ex tunc proprium habitura tutorem patriæ, universalis Ecclesiæ lumen inextinguibile. Inter hæc obviam fit Sancto quidam multatis aurium aditibus, diutina surditate attonitus: qui ut peplum, quo sacrum tegebatur corpus, fide ignitus manu attigit osculatusque est; fraudati sensus usum ilico recipere a Sancti virtute promeruit. Gratulatur admodum Rex, congaudent Sacerdotes cum Primatibus, exultant populi, fit gaudium in cœlis ob magni meritum Confessoris.

excipitur honorifice Suessionibus.

Curatur mutus.

12 Retransmeant fluvium, properantque in prædium secus litus jam dicti amnis, prope quod tumulandus erat, ubi hodieque est stips *h* lapidea, habens desuper vexillum sanctæ Crucis sculptum, cum nomine Sacerdotis. Ibidem lecticam sacri funeris deponentes, moras paulisper nectunt fortuitu, vel quia Rex necdum venerat, vel quia in his quæ ad jus sepulcri congruebant, aliquid imperfectionis inerat, quod in hac necessitate perficiendum foret. Erat autem illud rus, quo hæc agebantur, ex ditione C regalis fisci, cui Croviacus *i* vocabulum est, ex antiquo, profano idolorum cultui mancipatum. Nam et usque hæc Danorum *k* tempora bifrons lapideus magnæ latitudinis ante fores sacræ ædis in eodem loco perstitit. Eruderato itaque agro, et in planum redacto, construitur nobile mausoleum, receptui tanti hospitis dignissimum. Encæniatur locus, in quo sacrum Christi ovium famosissimum toto orbe erat alveare futurum.

Crouiaci tantisper depositum corpus

13 Igitur adveniente Rege coadunantur cohortes nobilium, plebeia multitudo populorum apponunt manus ad feretrum, laturi sanctum corpus ad tumulum, nituntur certatim attollere: sed, quod est dictu mirabile, adeo manet immobile, ut penitus moveri posset a nemine. Succedunt alii post alios, frustra robur impendentes. Hæret Basileus *l* eventu tantæ rei attonitus; stupor in commune possidet omnes. Tandem sagaci animo conjiciens quid res prætenderet, facta ex medietate jam dicti fisci traditione, accito Commentariense, jubet conscribi tomum annulo proprio roborandum. Exin spe meliori fidentiores, applicant iterato ulnas ad loculum. Geminatur virtus miraculi, panditur devotio Sancti. Attollitur sursum parte quidem ex una absque ullius gravedine ponderis; manet parte altera tanta fixum D immobilitate, ut putaretur plumbea immensæ molis species non humani corporis esse materies. Tunc Rex, liberalissima erga Sanctum affluens benignitate, reaccercito Commentariense, factaque more solenni donatione, fiscum cum omni integritate conscriptum, ac impressione proprii annuli signatum, delegavit Sancto perennibus unquam seculis possidendum. Dehinc spe certissima subnixi, extollunt super ulnas beatissimi funeris sarcinam, adeo levigatam, ut putares pro æris gravedine stipulæ accessisse levitatem. Fiunt populatim lacrymosa gaudia, psalmodiaque personante pergunt ad tumulum, ditissime refertum.

moveri porro nequit:

quoad ipsa villa Sancto donetur.

14 Dum hoc iter agitur adest inter permiscenos properantium cuneos homo quidam vastis catenarum compedibus ferreis brachia surasque *m* pervinctus, adeo ut ei in gradiendo difficilis esset libertas. Hic dum, solatio sustentatus alieno, ante Sanctum fuisset expositus; illico ut manu peplum tetigit, contrito chalybe, disruptisque catenarum repagulis ac solo tenus delapsis, redditur virtute sancti Antistitis absolutus et liber, pergens cum reliquis fide subnixus ad munerarii sui tumulum lætus et alacer. E Itaque ubi ventum est ad locum, commendatur tumulo beatissimi Sacerdotis pretiosissima corporis gleba, plena virtutis ac gloriæ, præclaris mox indiciis evidentissime propalata. Nam cum ejus sacratissima membra tumulo clauderentur, cœlum apertum est, et duæ columbæ visæ sunt descendisse quasi nubes, et de ore ejus egressa est columba candida sicut nix.

brachia surasque catenatus absolvitur.

columbæ ad corpus visæ

ANNOTATA D. P.

a *Perperam hæc intrusa sunt, ex Gestis Francorum anonymi fabulatoris, nam prius* S. Medardus *obiit, quam istud factum narretur.*

b Noviomagum, *aliis passim* Noviomum.

c *Verba Fortunati hæc sunt num.* 9.

d *Ex* Sicambria, *nunc* Geldria, *Francorum Reges originem trahere medii ævi opinio erat: hinc illud de Chlodoveo baptizando,* mitis submittit colla Sicamber.

e *Recte Acherius legi jubet,* credebatur, *id est* concedebatur.

f *Vitæ posteriores* Attipiacum, *puto legendum* Attichiacum, *vulgo* Attichy, *Noviomo tribus, Suessionibus quinque leucis distans.*

g Bandaridus *sedit ab anno circiter* 542 *ad* 566, *quo refertur ipsis Kalendis Augusti obiisse et coli. Radbodo,* Bandaredus; *Saussayo, sed ad 2 Augusti.* Bandarinus *scribitur.* F

h Stips, *id est* stipes: *in Vitæ* 3, Columna.

i *Vulgo* Crouy, *una ab urbe leuca trans* Axonam *vulgo* l'Ayne.

k Dani, *alias* Formanni, *seculo* 9 *bis Parisios obsederunt, totamque Franciam infestarunt; quousque Dux eorum Rollo, suscepta fide Christiana, et accepta Caroli Simplicis filia an* 912, *permissus Normanniam a gente sua dictam possidere, pacem regno dedit.*

l Basileus, *Græce* Βασιλεύς, Rex.

m *De hujusmodi publicæ pœnitentiæ forma, cum obligatione vel voto vincula ipsa circumgestandi, quoad apud aliquem Sanctum miraculo solverentur, frequentissima occurrunt in opere nostro exempla. Non videtur hoc intellexisse 3 Vitæ Auctor cap.* 21, *ubi hominem descripsit,* atroci immundorum spirituum infestatione pervasum, *et* expulso dæmone vincula dissoluta: *eodemque modo idem loquitur de alio, quem* lignea vincula *gestantem describit Fortunatus num.* 7.

CAPUT

CAPUT II.

Ecclesia supra corpus erecta, miracula patrata, Episcopus monasterio injurius morte mulctatus.

Ex temporali vimineo sacello,

Post tanti officii inferias, prona Regis munificentia festive celebratas, erigitur super Sancti tumbam pro temporis opportunitate parvum tugurium, exili vimine constructum; quousque, ut Regia decreverat dignitas, coacervatis in opus expensis, aula famosissima perito fabricaretur studio. Hanc quidem ejus ardentissimam devotionem pedissequa protinus est efficacia comitata. Deinde, cumulatis abunde in opus

succedit basilica, jussu Regis extrui cœpta;

sumptibus, qui non Regio solum, sed et fidelium sunt quorumcumque munere prompta devotione exhibiti; orditur venerabile Dei templum mira latomorum peritia; essetque in brevi, manu celeri consummandum, si ejus conatui mors ex improviso non obstitisset. Nam Turonis pergens ad beatissimi Martini tumulum, diutissime oravit, plurimaque ibi munera contulit: per plurimas quoque Sanctorum

B basilicas multa dona largitus est. Inde regressus,

quam ipso mortuo et inibi sepulto,

dum in Cotiæ saltu venatum exercet, valida febre corripitur; et Compendio palatio rediens, ingravescente incommodo, lecto sternitur; sicque commune mortalibus debitum solvens, finem regno et vitæ dedit *a*. Hinc mœror Gallias occupat, Francigena gens induitur luctu, lacrymis opprimitur, singultibus præpeditur. Inde Suessionis evectus, in ipsa, quam cœperat necdumque finierat, basilica, quamque et villarum reditibus plurimis ditavit, et muneribus maximis cumulavit, ante gloriosi Pontificis tumulum honestam merito obtinuit sepulturam.

a

absolvit filius Sigebertus,

16 Post quam filius ejus Sigebertus, non minori quam pater erga Sanctum fervens devotione, opus quod morte patris interdiu dilatum fuerat, fine tenus consummavit, intrinsecus varietate diversarum specierum adornavit, extrinsecus agrorum reditibus ampliavit. Nec multo post et ipse, cum fratrem suum Chilpericum apud Tornacum civitatem obsidere disponeret, versutiis Fredegundæ uxoris suæ, Victoriaco *b* villa a duobus Taruennensibus latera gladiis transverberatus, mortem, quam fratri suo paraverat, sibi ipse concivit; et luctum ingentem suis contulit. Hinc a fratre Lambris perlatus et sepultus, exinde postea Suessionis relatus, in ipsam,

b

etiam ibi tumulatus,

C quam operose construxit, basilicam lateri patris sui junctus, honorifice depositus ac sepultus est *c*. Nemo sane autumet, hanc esse basilicam, quæ olim a Chludovico Cæsare *d* cœpta, nuper est a Marcomannis *e* exusta. Verum illa prior, a Sigeberto Rege patrata, ob frequentiam populorum, propter omnigenum virtutum insignia ad memoriam egregii Martyris Sebastiani *f* confluentium, a Rodoino tunc Præposito ejusdem cœnobii, Augusta præceptione, cooperante seu per bonæ memoriæ Hilduino Archicapellano *g* Abbateque jam dicti Monasterii, funditus destructa, et in maximo ambitu augustius est restaurata.

c

d

e

pro qua sec. 9 amplior excitata, a Danis exuritur.

f

g

17 Hic nostra intermittentes, quid Gregorius historicus de hujus sanctissimi Pontificis virtutibus referat, huic Opusculo innectendum, ratum duximus. Medardus, inquiens, gloriosus Confessor, juxta urbem Suessionas quiescit, ad cujus sepulcrum sæpe compedes miserorum confractas adspeximus. Post scriptum de miraculis ejus librum *h*, mulier manu debilis devote expetiit beati præsidia Sacerdotis. Denique cum reliquis vigilias fide integra celebrat, confisa ab ejus virtute manus humore ligatas posse dissolvi, qui infelicium catenas potentia vir-

Mulier manu debilis curatur meritis S. Medardi.

h

tutis eximeret. Factum est autem, dum Missæ celebrarentur, resolutis nervorum arentibus ligaturis, gratias Confessori referens, ad sanctum accedens altare, gratiam benedictionis accepit incolumis. Et quia priusquam templum ædificaretur, erat super sepulcrum Sancti cellula minutis contexta virgultis, et dedicato templo fuit amota, dignum est ut de ipsius ligni tenuitate magnum aliquid proferamus. Nam sæpe de eo hastulæ factæ, parumper acutæ, dolori dentium remedia contulerunt. Hæc audiens Charimerus *i*, qui tunc Referendarius Childeberti Regis habebatur, dum de hoc dolore laboraret, basilicam Sancti expetiit, ut sumpturus ex ligno, a virtute Sancti medicinam mereretur accipere: sed veniens, ostium reperit obseratum. Confisus ergo quia virtus Beati ubique sit præsens, extracto cultro assulam extulit ab ostio, statimque ut dentes attigit, noctius dolor abscessit. Habetur apud nos et baculus ejus, de quo plerumque infirmi medicamina sunt experti *k*. Hactenus extra propositum aliorsum digressi, nostra quodam postliminio reposcentes, ea quæ cœpimus exequamur. Homo quidam, ligneis catenarum loris insolubiliter arctatus, famosa toto orbe gloriosi Confessoris Christi expetiit suffragia, securæ libertati se reddi supplex expostulans. Ut ergo sacræ ædis limina fide allatus attigit, repentino fragore uno eodemque momento et cœlum intonuit, et vasta compedum vincula disrupta longe dissiliunt; homo peroptatæ redditus libertati, stupore attonitus, solo prosternitur. Dehinc timore posthabito, pergit, levigatis jam artubus, ante sacro-sanctum tumulum, laudes Domino et gratias Confessori referens pro libertate recepta. Fit cunctis admirationi tam cita et efficax divinæ virtutis operatio, quam Dominus, in Sancto suo gloriose triumphans, ob ejus meritum suis fidelibus dilucidandum, mirabili omnipotentiæ suæ instinctu, mirabiliter patrare dignatus est. Mulier illa quædam annosa, supervivens cadaveri suo, cui omnem salutis spem ipse genuinæ nativitatis exortus ademerat; inter præpeditos diversarum calamitatum incommodis promiscui sexus cuneos, ad experta toto orbe beatissimi Sacerdotis præsidia se se raptim conferentes, magnæ fidei devotione subnixa se contulit. Erat enim ei a primis vagitibus manus arida, omni humoris valitudine exhausta, perplexis volæ digitus summo tenus brachio res quasi aliena dependens. Hæc ut se ante memoriam beati Confessoris summisse exposuit, affuit protinus per Sancti meritum divinitatis suffragium. Restauratur in ea, quod vitio naturæ defraudatum fuerat aut peccatum; reparatur membrorum naturalis integritas; et quod minus habuit ex utero, Sancti remisit e tumulo. Revirescit juvenilis nervus in senili brachio; et quæ prius stipem ostiatim quæritabat, quia impos laboris extiterat; post docilis nendi facta, cœpit commodius suis jam stipendiis vivere. Itaque sospes effecta gaudet, lætatur, gloriatur, exultat, sanctum magnificat Sacerdotem, glorificat, veneratur, adorat, laudes debitas Domino, gratias votivas suo rependens munerario.

D

Ex Spicil. Gio

Dolores dentium mitigantur,

k

Dissolvuntur catenæ,

E

Mulieris manus arida sanatur

F

18 Processu temporum, cum jam locus ipse haberetur insignis, extitit quidam Warinbertus nomine, aula Regia frequens, et inter Regis domesticos plurimum valens. Hic post excessum Auberti *l* venerabilis viri qui idem cœnobium strenuus rexerat, Regia præceptione successit, dignitate quidem, ut post patuit, non merito. Qua per aliquot post tus annos, decedente vita Drausione Suessionicæ urbis Episcopo *m*, loco ejus substituitur *n*, demque nactus Cathedram Pontificalem, sategit maxima summa, ne prioris dignitatis privaretur honore; quod licet difficulter, obtinuit tamen. Itaque voti sui compos effectus

Ex Abbate factus Episcopus,

l

m n

A effectus, cœpit commendatum sibi locum neglectui habere, quia erat plus justo tenax, cæcaque cupidine illectus, reditus atque fiscalia, quæ qui ibidem Domino militabant accipere soliti erant, suis suorumque usibus male sibi providus delegabat; immemorque pastoralis officii, suimet curam gerens, creditum sibi gregem negligens, pascua dominicarum ovium lupino dente carpebat.

Ex Spicilegio n *reditus monasterii dilapidat*

19 Erat denique in pago Cenomannico rus nobile, tam magnitudine præstans quam censu, quod Sigibertus quondam Rex, cujus supra meminimus, ob amorem beatissimi Medardi, quem impense dilexerat, monasterio ipsius contulerat; cui ex duabus linguis, Latina videlicet atque Britannica o, quorum e domo gentis finitimum erat, nomen ex antiquo Matvallis inditum fuit. Matvall sermo, id est boni vallis, unde is ipse vocatus est; quia, sicut fati sumus, et continuo lati cespitis erat præstans, et censu plurimo implementisque complens. Sed quoniam difficile erat ipsius fundi annuales et uberes fructus devehi posse ad idem cœnobium, distrahebantur annuatim; et in aliis speciebus, quibus vehendi et deferendi facilior copia videbatur, eorum pretia expendebantur in melle, cera, sale, aliisque speciebus; et sic earum singulis plurima plaustra onerata ad jam dictum deducebantur monasterium: sed ea jam dictus Episcopus ad suum diverti faciebat Episcopatum, suis usibus expendenda. Hoc compendio sibi erudiebatur præsentis vitæ letale mox futurum exitium, et æternæ gehennæ inevitabile detrimentum. Talibus eo instante prædiis, Dei famuli tristabantur; insistendo precibus, continuabant jejunia; illacrymantes ante sepulcrum Sancti, profunda trahebant suspiria.

o

ad quem deferendam annonam

B

20 Igitur quadam vice dum advenirent solito onerata carpenta, penum Episcopi repletura, contigit Episcopum casu fortuito defuisse. Itaque servi Dei, nacta occasione de ejus absentia, pergunt obviam, plaustra perducunt ad Sancti basilicam, reponunt in suis promptuariis quæ fuerant patrata a p Clericis. Illico furiis exagitatur, exæstuat ira, perturbatur mania; minatur se adventurum, et de ipsis se vindicaturum. Interea milites Domini, formidantes prænuntium sibi exitium, concurrunt ad aulam, per unionem Domini implorant clementiam, altaria discooperiunt, pluries p extinguunt, universi ostia obstruunt, et per illud triduum nec cereum parere in ea quatiuntur, nec divinæ in publico Horæ canuntur. Regreditur ad urbem furibundus Episcopus, compertoque quæ agebantur, efferescit iterata insania, reaccenditur ira repetita; consurgensque mature, transit flumen; accelerat iter ad monasterium, quasi vindictam acturus ex Clero, ignarus properans ad sibi imminentem perniciem.

cum sibi ad suum Monachi vendicassent,

p

p

ad illeum ... rus renovans

C

21 Itaque cum pervenisset, invectus furia, ante Sancti basilicam, et non solum neminem se præstolantem invenisset, sed et omnia ostia munita cerneret; cœpere sui irreverenter valvas sancti templi concutere, et conclamare ut aperirent. At hi qui intro habebantur, attentius Sancti flagitabant auxilium. Iterum iterumque qui extra erant, pulsant januas: interius remorantes moras nectunt. Quid pluribus immoror? Ipse, non jam Sacerdos, sed hostis sævus, quo plus fervebat insania, eo amplius concutit ostia. Tandem aperiuntur ab uno æditu o r regiæ. Qui mox ædem sacram ingressus, ut vidit Clericum, qui ei ingredienti aditum præbuerat, stantem; baculo, quem tunc manu gestabat, caput ejus allisit tam valde, ut totus cruentaretur sanguine. At ille ut erat mœrens, imprecatus est ex animo, quod mox patuit in facto. Pergit, heu miser! non jam Episcopus, sed vir sanguinarius, cothurnoso gressu ante Sancti tumulum, cruentis manibus oraturus, sed mox horribiliter moriturus. Nam ut genua ante Sancti tumulum flexit, extemplo per D alvi secreta ejus proruperunt vitalia; cujus corpus in cœmeterio ejusdem cœnobii, honore sibi congruo, depositum ac sepultum est s.

effractis ecclesiæ ostiis

r

æditum percutit;

moxque egestis intestinis moritur,

s

22 Vos, vos, inquam, qui dicimini Pastores, Abbates, Rectoresque Ecclesiarum, vos hæc fabula, non fabula, sed res veraciter gesta, respicit; vos instruit, vos admonet. Videte ne abusive, aut nomine tenus tantum, horum nominum dignitatem sortiti sitis. Pascite fideliter commissum vobis gregem. Quid est fideliter? id est, sine fraude. Fraus namque dicitur fracta fides. Nam Ananias ac Saphira, quia fidem fregerunt, Deoque mentiti sunt, temporali morte plexi sunt. Cavete ne fraudem facientes Sponsæ Christi, id est Ecclesiæ ejus, ne mercenarii ejus, vel quod deformius est, lupi veracius vocemini; et mortem, quam Pastores illi, et iste de quo sermo texitur, in corpore pertulerunt, vos in anima patiamini. Expendite et considerate, si is de quo loquimur aliquos habuerit ante se simili mortis exitu consimiles. Intuemini Judam traditorem, et Arium hæresiarcham considerate, quorum unus humanitatem Christi, alter Divinitatem extinguere nisi, ambo sicut sensu inanes vixerunt, ita quoque ventre vacui perierunt.

ad terrorem Prælatorum et similium.

E

ANNOTATA D. P.

a *Mortuus est Clotharius anno* 561, *relictis quatuor filiis, inter quos divisum regnum.*

b Victoriacum, *vulgo* Vitry, 2 *leucis distare Duaco monent Co notas ab.* 1 *historiæ cap.* 65, *et Duaco vicinum esse vicum* Lambres.

c *Idem narrat Gregorius Turon. lib.* 4 *cap.* 46.

d Ludovicus Pius, *Imperator, ab anno* 814 *ad* 840.

e Marcomanni, *id est pro* Normanni, *et* Dani.

f *De* S. Sebastiani *Reliquiis, huc allatis an.* 826, *actum* 20 *Januarii* §. 7.

g Hilduinus *etiam Abbas erat Monasterii S. Dionysii Parisius; monasterium autem* S. Medardi *obtinuerat anno* 817, *juxta Sammarthanos.*

h *Fortunati* librum *intelligit proculdubio.*

i Charimerem, *inquit idem lib.* 9 *cap.* 23, Referendarium, cum consensu civium, decrevit auctoritas fieri Sacerdotem, *scilicet Episcopum Virdunensem. Quid autem Gregorius hic* hastulas *vocat* paraupera acutas *(non*, auctas, *ut loquitur Acherius)* dentiscalpia *possis intelligere.*

F

k *Hactenus Gregorius Turon. libro de Gloria Confess. cap.* 95, *ubi memoratur* baculus *Sancti, nescio an idem sit, vel alius Suessionibus servatus, de quo Vitæ* 3 *auctor cap.* 22 *sic loquitur;* Sed et virtutifer ejusdem Patris baculus plurimo fuit tempore sanctimoniæ habitus; de quo nonnulli variis languoribus obsessi, expulsis incommodis, redivivæ sanitatis multoties sunt remedia experti. Ipsius quippe attactu, febrium crebro tepuit fervor, immanissimus immundorum spirituum siluit furor; et si quid extitit sinistri, medica virtus potenti medicamine perturbavit. *Porro idem S. Gregorius, etiam in Historia lib.* 4 *cap.* 19, *hæc habet:* Tempore quoque Chlotharii Regis, sanctus Dei Medardus Episcopus, consummato boni operis cursu, et plenus dierum, sanctitate præcipuus, diem obiit. Quem Chlotharius Rex cum summo honore apud Suessionas civitatem sepelivit, basilicam super eam fabricare cœpit: quam postea Sigebertus filius ejus explevit atque composuit. Ad cujus beatum sepulcrum vidimus vinctorum compedes atque catenas disruptas confractasque jacere: quæ usque hodie in testimonium virtutis ejus ad ipsum Beati sepulcrum reservantur.

1

A l *Hildephonsus Cointius, apud Sammarthanos assignat annum* 668.

m *Acta* S. Drausii *sive* Drausionis *dedimus* 5 *Martii, eumque diximus decessisse post an.* 675.

n *Anonymi Sermo dicit, quod* apud Regem pecuniæ magnitudine et amicorum intercessione obtinuit Pontificatus dignitatem.

o *E contra idem Anonymus*, qui, quasi Bonavallis; non ex Latina atque Britannica, cui finitimus est, lingua, sed ex ubertatis abundantia, plenæque fertilitatis copia. *Hodie fortassis* Beaulieu, *in Lavallensi Decanatu, ipsisque Britanniæ confiniis, ad Ordonem rivulum, 80 leucis procul a Suessionibus.*

q *Acherius in margine :* Sic tunc Monachos vocabant, *inquit.* Ita passim Gregorius Turonensis, ut docte observavit Hadrianus Valesius lib. 17 rerum Francic. pag. 556, fuse vero in cap 6 Discept. de Basilicis. *Ego ea causa nolim contendere. Radbodus, communi utriusque nomine,* Fratres *nominat.*

q *Id est,* lucernas et cereos, *inquit idem Acherius in margine : hinc* Pharo-cantharus *apud Anastasium Biblioth. pro candelabro majori, alias* Cerostata.

r Regiæ, *id est, valvæ principales : de quibus multa vide apud Magrium in Hierolexico, et Cangium in*
B *Glossario.*

s *Hæc fuit modestia bonorum illorum virorum, erga tam male meritum, ipsoque in scelere, quo excommunicationem incurrisse censeri poterat, tam notorie extinctum.*

ALIA VITA

Auctore Radbodo Episcopo Noviomensi et Tornacensi.

Ex MSS. codicibus et Surio.

CAPUT I.

Ortus, illustria in juventute facinora, Sacerdotium.

Salentiaci apud Veromanduos natus,

Beatissimus Medardus, egregiæ vir sanctitatis, patre Nectardo, matre vero Protagia genitus, apud Salentiacum, hereditariam prædecessorum suorum possessionem, natus atque altus. Est autem prædium illud Salentiacus in Episcopatu situm Viromandensi, in regione autem Noviomensi ; qui No-
C viomus, cum tunc temporis castrum seu munitio haberetur, postmodum ipsius ejusdem gloriosi Pontificis Medardi ordinatione, Pontificalis Cathedræ honore, ut postea dicendum reservamus, sublimatus est. Sanctus itaque puer, sub parentum tutela diligenter educatus, divinæ providentia gratiæ studiis litterarum eruditus, parvo in tempore inspiratæ scientiæ lumine præ ceteris consodalibus suis eminentius claruit.

litterarum studiis eruditur :

prædicit puer S. Eleutherium fore Episcopum,

2 Erat autem illi eo in tempore consodalis quidam, Eleutherius nomine, quem ipse tamquam similis similem, puer videlicet puerum, socius consocium, quam multa diligebat familiaritate. Hunc itaque, cum aliquando invicem colloquerentur, utpote propheticæ gratiæ afflatus spiritu, Episcopum futurum esse puer ipse prædixit ; et non multo post, ejus spiritualem prænuntiationem, ipse per quem prophetaverat, Spiritus sanctus adimplevit. Cum enim ætatis et morum sibi divinitus aspirasset gratia, in Tornaco civitate Pontificali Deo annuente sublimatus est Cathedra. Ita Medardus hoc quod prædixerat, quasi propheta, divino spiritu jam probavit.

postea Tornacensem ordinatum.

3 Erat ei super egentibus cura non modica, adeo ut adhuc puerulus, multa sese domaret abstinentia, D expensam suam pauperibus distribueret, ac vestimenta sua indigentibus benevole largiretur. Quadam siquidem die, casulam, quam ei mater sua non modici pretii fecerat, dum ipse in manibus haberet, fortuitu cæcum quemdam habuit obvium ; cujus quam tunc patiebatur nuditati compassus, eam benignissime porrexit ; et licet parentum temporalium indignationem revereretur, quod tamen ab eis sus ceperat, spirituali patri Deo præsentare non dubitavit.

AUCTORE RADBOD. EX MS.

erga pauperes misericors,

vestem cæco donat :

4 Contigit eo tempore genitorem suum, quem prænominavimus, ab itinere redisse, equosque suos, qui defatigati erant, quia tunc servientes aberant, huic sancto puero, quo in prato sub ejus custodia reficerentur, commisisse. Puer autem ex patris præcepto equos hilariter suscepit, et voluntati ejus assentiens, injunctum sibi officium officiosissime adimplere properavit. Cum vero in custodia eorum intentus esset, vidit fortuitu ignotum quemdam pertransire, ac sellam equestrem, et quæ equitantem condecent a tergo gestare. Percunctari puer cœpit, qua de causa sic incederet onustus, cum solummodo via vianti gravi satis impedimento videretur. Equum meum, ille respondit, contigit casu E deperdidisse, quæ tamen equi erant inutile mihi visum est perdidisse : facilius nempe solum equum mihi erit comparare, quam et equum, et quæ ad hujusmodi condecent officium, reparare. Puer autem bonæ indolis, tantæ illius compatiens fatigationi, cum jam eum præ nimio labore desudantem et pene jam deficientem vidisset, ex piissimo affectu mentis ; In nomine, ait, Domini, unum ex his tolle, quos hic in custodia suscepi. Cumque viator, hoc suæ potestatis non esse ambigens, aliquantulum remoraretur ; Tolle, ait, sicut dixi, et quocumque te pertransire contigerit, me hujus concessionis et auctorem et patronum incunctanter habebis. Persuadenti puero eques libentissime, utpote nimis defatigatus, obtemperavit ; equoque quam citissime strato, cum multis gratiarum actionibus lætus abscessit.

equorum curam a patre commissam gerens,

ex iis alioquem dat homini afflicto :

5 Post ejus abscessum, cum jam domi paratum esset, per quemdam servorum puer a parentibus ut prandio interesset invitatur. Ille vero, qui ad hoc missus est, eminus prospiciens, videt puerum propter pluviam, quæ tunc forte ingruebat, aliquantulum ab equis secessisse ; ac tamquam latebram propter imbrium effusionem quærentem, ab officio declinasse, et in altum oculos elevans, videt aquilam alarum expansione, omnique ad hoc distento F corpore tam congruenter puerum cooperire, ut in nullo, cum circumquaque pluvia illa grassaretur, ab inundante aeris illius contingi posset exundatione. Hoc diu miratus, tandem non sine multa trepidatione appropians, humillime puerum sanctum adiit, et ut ex præcepto patris, paterno interesset convivio diligentissime invitavit. Puer autem ire recusans ; Precor, inquit frater, revertens domum, apud parentes meos super hoc me habeas excusatum. Ea de causa fortassis remorari cupiebat, quo jam dictus eques in hac remoratione longius eveheretur, ne forte ab aliquo, si eum insequi vellet, inveniretur. Reversus itaque servulus parentibus filii replicat excusationem ; et non sine multa stupefactione, aquilæ super puerum ex ordine pandit obumbrationem. Parentes, cum omni familia super his quæ audierant murmurantes, invicem lætantur ; ut vero certiores fiant, ad videndum tantum hoc miraculum hilariter sese cohortantur. Relicto convivio pater cum omni ruit familia, mater cum ancillulis ejus currendo pene atterit vestigia ; unum omnibus votum, si forte quæ auditu didicerant, visu etiam

per aquilam a pluvia protectus cernitur a famulo,

dein a parentibus et tota familia

AUCTORE BADBOD. EX MS.

A etiam probare possent. Ubi vero illo ventum est, inveniuntur diligentius, et quod relatu didicerant ipso suorum oculorum testimonio veraciter confitentur. Pater et mater super filio quam familiariter lacrymantes, Deo puerum commendant; ac non sine multa devotione, carissimæ suæ sobolis innocentiam retractant.

equum absentem fassus se viatori dedisse,

6 Inter hæc milites, quorum equos custodierat, equis recensitis, unum deesse reperiunt, quem (ut hujusmodi mos est hominibus) a puero intente requirunt. Blande ac leviter puerum demulcent, insistenter ab eo requirentes, siquam per eum damni hujus adinvenire possent recuperationem: erat siquidem aliquantula super talibus de illo suspicio, quia eum erga pauperes non nesciebant esse munificum, ac quidquid uspiam reperire poterat, in usus eum audierant expendere miserorum. Cumque a famulis ea de causa et privatim et publice argueretur, appropians patri rem ordine pandit. Miratur pater clementissimam compunctionem filii; et licet damni aliquantulum sibi non nesciret imminere, admodum tamen super benevoli pueri benevola congratulatus est compassione. Tantum hujus pueri B Dominus in sua prospiciens voluntate famulatum, ipso eodem momento magnum subito dignatus est ostendere miraculum. Nam cum denuo equorum suorum sollicite recenserent numerum, divina sic

alium divinitus substitutum recipit:

operante majestate, totam eorum integritatem ex improviso reperiunt. Mirantur astantes, familia cuncta lætatur. Pater cum matre filium quam familiariter amplexantur, et ut ad altiora se subrigat lacrymabiliter cohortantur. Fili, aiunt, omnia nostra sunt tua, utere nostris ut libet: tuo, aiunt, et nostro, ut tibi visum fuerit, in Dei gratia utere patrimonio, ut nos tecum consortes perennis vitæ habeas in præmio. Non diffidebant enim ejus se oratione salvari, quem jam tantis a Deo videbant virtutibus illustrari. Et hæc dicentes, secum adducunt puerum; multoque cum gaudio, in his et aliis bonæ suæ sobolis actibus, Deo gratias referentes, gratanter sese reficiunt.

disceptationem de agri limitibus dirimit:

7 Accidit postmodum, dum domi puerulus haberetur, inter indigenas non modica quædam altercatio, de terminis videlicet agrorum, ut frequenter fieri videtur, jugis et infinita disceptatio. Rixabantur multoties a mane usque ad vesperam, et (ut hujusmodi rusticis moris est) pene jam ad arma usque invicem exprobando processerant. Genus enim hoc agreste hominum, si quid inter eos dissensionis exortum fuerit, nisi cum multa ignominia C terminare nesciunt. Cum vero tandem, ex communi consensu, ad dirimenda agriculturæ suæ processissent confinia; contigit eum eis affuisse et hunc venerabilem puerum. Ubi vero ventum est ad locum, cum diversi diversa sentirent; vidit puer lapidem terræ fixum, ut plerumque videri solet in terminis agrorum: semper quem pedem injiciens; Hic est, inquit, terminus, et hujus contentionis limes certissimus. Ad cujus levissimum tactum lapis ille ita subsidit, veluti cera a facie candentis ferri liquescit. Apparet equidem figura plantæ ejus, in eadem caute adeo subtiliter expressa, ut a nullo artificum expressius exsculpi aut signari posset. Ita contentione sedata, Dominum, qui magna operatur in minimis, glorificantes, redierunt in sua. Extat usque in hodiernum diem penes nos idem lapis, magnæque apud eos quibus est cognitum habetur venerationis. Hæc duo, quæ in pueritia ejus acta cognovimus, dixisse sufficiat: amodo autem ad ea quæ in maturiori ejus ætate per eum Dominus operatus est, Deo ipso annuente, tota mentis intentio est dirigenda.

imprimens saxo vestigium pedis:

8 Respicientes autem boni parentes bonæ sobolis D suæ benevolentiam, et in servitio Dei ejus attendentes industriam, Episcopo eum qui tunc temporis Viromandensi præerat Ecclesiæ commendaverunt: orantes devotissime, quatenus Episcopali benedictione ad Clericatus promoveretur officium. Commendatum itaque sibi benigne præsul suscepit, benevole amplexatus est, et diligenter enutrivit; et tamquam unicum et uterinum filium, in fide et doctrina Ecclesiastica educare liberaliter elaborabat. Quantæ ipse liberalitatis, quantæ sanctimoniæ seu castimoniæ se a puero exhibuerit, quanta humilitate seu reverentia et apud Deum et Urbis Pontificem claruerit, pro certo edicere, non est nostræ possibilitatis. Erat quidem magnanimus in adversis, mitis in prosperis, cunctos sibi obedientiæ sedulitate præferens, morum claritate præcellens, egentibus larga miseratione succurrens. Sicque viriliter fomite conculcato vitiorum, angustiorem conscendens scalam virtutum; quidquid Deo contrarium sentiebat, declinabat; quidquid vero placitum noverat, omni nisu exequebatur. Erat siquidem in oratione assiduus, jejuniis et vigiliis intentus, aliorum tribulationibus tamquam suis ipsius lacrymabiliter compatiens; omnibus omnia factus erat, ut omnes E ad æternam confortaret consolationem. Quid plura? Multis attestantibus peregrinus erat in seculo, et jam pro certo mansionarius credebatur in cœlo; facies ejus jucunda, lingua ejus fecunda, os ejus in laudem Dei semper erat apertum. Carnis voluptatibus reluctans, perfectiorem spiritualis vitæ lineam toto nisu exequebatur; obedientiæ virtute omnibus se imitabilem, frugalitate laudabilem, et universa morum probitate præbebat insignem. De virtute in virtutem secundum Psalmistam transmigrabat, ut Deum Deorum videre promereretur in Sion. Ps. 83.

sub cura Episcopali constitutus,

omni excellit virtute:

post alios Ordines susceptos

9 Decursis itaque cum multa honestate inferiorum ordinibus Graduum, post bonam eorum administrationem; divina sibi aspirante gratia, sub multimodo utriusque sexus testimonio, Sacerdotale promotus est ad officium. Simul vero ut tam sublimi promotus est dignitati, quanta corpus suum parsimonia maceraverit, quis posset explanare. Ipse quidem multa se affligens abstinentia, esurientes reficiebat; sitiens ipse, sitientes refocillabat; nudos, suæ non parcens nuditati, misericorditer vestiebat; et omissis suis suorumque usibus, quidquid sibimet subripere poterat, pauperibus et egenis benigne largiebatur. Postquam ergo vir beatus dignitatem, ut prælibatum est, adeptus est Sacerdotii, divinæ dispositionis gratia, multimoda miraculorum meruit declaratione publicari. F Deus siquidem, cujus ipse sanctis institutionibus viriliter elaborabat obedire, per multa eum insignia mundo non dedignatus est declarare.

consecratur Sacerdos.

CAPUT II.

Mira erga fures benevolentia. Alia prodigia. Episcopatus susceptus.

Furem vineam noctu ingressum,

Contigit forte illis in diebus latronem quemdam vineam ejusdem Sancti noctu irrupisse, multaque cum aviditate uvas et palmites, et quidquid arripere potuit irreverenter discerpsisse. Secabat gladio quod manu discerpere non poterat, quæque manum evadere poterant, pedibus atterendo conculcabat. Sanctus audem Medardus ipsa fortassis eadem hora solitis incumbebat orationibus; et, sicut hujusmodi decet hominem, Deum tam pro inimicis quam pro amicis deprecabatur. Orasset autem necne, non dormitabat tamen, neque dormiebat pervigil custos Israel. Cum enim miser ipse latro plenis præda manibus

sed cum uvis egredi non valentem,

A manibus effugere conaretur, tota nocte vineam circuiens, aditum exeundi reperire non potuit; imo, vellet nollet, ad usque auroram suo ipse furto devinctus, ibidem tota ipsa nocte permansit. Quid ageret? A summo usque ad summum vineam tum rependo, tum discurrendo circumquaque percurrebat. obstrusos sibi sentiens exitus, iniquæ suæ malitia conscientiæ admodum torquebatur. Miser ipse uvas quas decerpserat dimittere non poterat, imo tamquam proprias ad augmentum judicii sui reservare cogebatur. Aurora igitur illucescente, custodes subito conveniunt; vineam conculcatam, palmites disruptos, vindemiamque irreverenter desecatam reperiunt; et e vestigio latronem circumquaque insequuntur. Stupefactus nimium, raptor infelix, latebat in vinea, quem sua ipsius rapina, tamquam jam judicatum pene condemnaverat. Tenebat quidem rapinam in manibus, imo ipse a sua ipsius rapina tenebatur; nullum jam misero patebat effugium, imo in manibus suum ipse in palam præferebat judicium. Abstractus demum a latibulo, confusionis suæ ignominiam confessus est in publico. Confessus est, se rapiendi causa furtim vineam irrupisse; et, cum maxima parte noctis ad id elaborasset, nusquam exitum reperisse. Erat ibi videre miseriam, videre miserum illum in se ipso suæ gestare sententiam damnationis, qui et rapinam præripuerat, et ab ipsa sua rapina publice se confitebatur coarctari. De latrocinio suo gustare non potuit, et quia sanctum Sacerdotem injuste insequebatur, condemnationis suæ periculum impune non evasit. Adjudicatus ergo jam cogebatur ad supplicium, cum sanctus ipse Sacerdos ex improviso accurrens, misero factus est munimentum. Memor siquidem Dei servus Dominicæ orationis, in qua oramus; Dimitte nobis, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris; vix de manibus eum eripuit insequentium: blandeque ac leniter demulcendo, ab hac eum culpa clementer absolvit, et eum sicut erat onustus abire libere permisit.

et se reum confitentem,

B

absolvit onustumque abire permittit.

11 Hac eadem patientia vir sanctus plerumque et in alios usus est. Quodam namque tempore, cum noctu latro alius apes suas subripuisset; apes ipsæ in sancti viri ultionem, relictis vasis suis, malefactorem illum circumquaque diffugientem, acerrima eatenus instimulatione persecutæ sunt, quousque ad Sanctum, vellet nollet, regrederetur; et ejus provolutus vestigiis, suppliciter pro commisso crimine veniam precaretur. Cui mox ut Sanctus manum extendit benedictionis, et apes tamquam obedientes ab ejus insecutione cessaverunt, et antiquo domini sui dominio evidenter sese reddiderunt.

alteri alveare furato, atque ab apibus cruciato, condonat.

C

12 De tauro quoque, qui ei similiter furto sublatus est, non est tacendum, ne nesciant malefactores, curam non modicam Deo esse super oppressione fidelium suorum. Taurum illius malignus quidam furtim in exteras abducere partes præsumpsit, et ne ab aliquo insequentium deprehenderetur, tintinnabulum quod a collo dependebat præreptum, multa graminis impressione obstruxit. Cum ergo nemine se insequente in propria devenisset, et alienum illud pecus jam ex certo sui esse juris non desperaret; in tintinnabulum illud, quod sic damnaverat, rediit sonitus; adeo ut ubicumque esset repositum, et jugiter sonaret, et circumquaque audiretur. Abditum sæpius in cubiculis penetralium, in scrinio vel arca frequentius reconditum, semper tamen et ubique liberrimo sonitu, latronis illius declamabat flagitium. Audiebant vicini et mirabantur; quid tamen res prætenderet necdum scientes, magnum aliquid designari arbitrabantur. Fraudulentus demum latro, sua diu tortus conscientia, cum jam se pro tanto miraculo divina judicatum pertimesceret

taurum furto sublatum, tintinnabuli sonitu recuperat:

in præsentia: amicis suis et affinibus, qui jam celare non poterat, factionem hanc flagitiosissimam lacrymabiliter disseruit: et eorum sapienti usus consilio, S. Medardo, quod maligne defraudaverat, suppliciter restituit. D

AUCTORE RADBOD. EX MS.

13 Rex postea Chlotarius exercitum movens, Summam violenter transivit fluvium; et ubicumque potuit deprædatus, adjacens omne devastavit territorium. Cum multa ille præda inter Noviomum revertebatur et Isaram: verum quia et Episcopium Viromandense et quæ sub illa degebant Ecclesia, deprædatus erat, divinæ ultionis digne et laudabiliter prædicandam non evasit sententiam. Parcens quippe Dominus et ipsi Chlothario, et qui cum ipso erant participibus hujus criminis; equos tamen eorum et omnia vehicula, plaustra scilicet et alia quibus præda evehebatur, adeo divinitus affixit, ut per omne triduum a loco illo nullo modo possent moveri. Perspicientes autem tantum hoc Dei miraculum, ad sanctum Dei Sacerdotem Medardum, qui tunc temporis Salentiaci remorabatur, suppliciter confugiunt; eique unanimi devotione, quæ deprædati fuerant restituentes, cum ab eo super commissis absolutionem suscepissent, divino illo vinculo resoluti, læti et alacres ad propria reversi sunt. O mira et ineffabilis Dei clementia! Quos ipse Deus judicii sui per triduum justissima ligaverat condemnatione, sanctus Confessor Medardus uno in momento indulta relaxavit absolutione. Vere lingua Petri et qui ab eo susceperunt, claves sunt regni cælorum, quibus concessum est vere pœnitentes tam potenter a nexibus absolvere peccatorum *a*. E

milites cum furtis suis factos immobiles,

deposita præda relaxat.

a

14 Tosto postmodum quidam, qui sic dicebatur, gravissima dæmonis depressus infestatione, ad virum Dei non sine multa parentum seu amicorum suorum perductus est fatigatione. Dolens autem Sanctus ipse, a diabolo, Dei præoccupatam esse imaginem, fidentissimam ad Deum fudit orationem; moxque signo Crucis imposito, potentissima Spiritus sancti virtute, et diabolum expulit, et hominem illum in pristinam sanitatem restituit. Tantum hunc Dei servum plebs universa admirabatur, ut quidquid ex ejus ore suscepisset, cum summa devotione studiosius exequeretur. Erat enim justus in judicio, providus in consilio, in prosperitate mitis, in adversitate fortis; erat patiens in tribulatione, larga miseris subveniens miseratione; et licet omnibus ipse præstantior judicaretur, omnibus tamen tam quam præstantioribus humillime obsequebatur; et per omnia Prælatis suis obediens, subjectis suis amicabiliter sese affabilem exhibebat. Erat in oratione assiduus, in eleemosynis largus, aliorum incommoda sua ipsius æstimans, pro universali omnium prosperitate Dominum sedulo exorabat. F

energumenum oratione et Crucis signo liberat:

in omni plane virtute excellens

15 Contigit ergo eo in tempore Viromandensem Episcopum, qui per aliquot annorum curricula ipsam rexerat Ecclesiam, Dei sic præordinante clementia, divinum ad judicium evocari; et sponso Ecclesiæ prærepto, Ecclesiam illam per aliquot temporis spatium viduari. Peractis vero non sine multo fletu Episcopi sui exequiis, Regis et Optimatum assensu, sanctissimum Sacerdotem Medardum plebs omnis illa Viromandensis, et omnes eidem provinciæ adjacentes, Episcopum sibi unanimiter acclamabant consecrari: quorum petitioni cum diutius, indignum se judicans, vir Dei restitisset, divina tandem dispositione multimodis eorum precibus fatigatus assensum dedit, et Viromandensis Præsulatus curam regendam, non sine devotissima cordis compunctione suscepit *b*. Flebat siquidem populus ille, tantam sancti Confessoris duricordem reveritus obstinationem: compungebatur et ipse Sanctus, tantam plebis illius luctuosam admiratus devotionem.

Episcopus Veromandensis, licet invitus, ordinatus,

b

AUCTORE BAUDONIVIA EX MS. *partes veri Episcopi explet*

A Vicit tandem populi supplicantis supplex oratio, et quæ sibi a sanctis Pontificibus objiciebatur obedientia ; et, licet invitus, ecclesiastica tamen suscepit gubernacula. Quod vero invitus suscepit, feliciter et intente administravit. Hujus quippe Prælationis honore sublimatus, sanctissimæque Unctionis sacramento confirmatus, die noctuque in lege Domini meditabatur, et infatigabiliter divinis in laudibus persistebat; et cum ab ipsa infantia curandis pauperibus sedulo insudasset, tum præcipue majorem in hoc diligentiam adhibens, in ipsis majestatem ipsam Dei se non diffidebat amplexari. Sedula quidem prædicatione, subditorum animas a diabolica liberabat seductione, bono suæ conversationis exemplo confortabat, et quoscumque devios seu erroneos noverat de ipsis mortis faucibus ad vitam prædicando revocabat. Quid plura? Quod ore prædicabat, indissimulate opere, ne aliis reprobus efficeretur, explere non negligebat.

ANNOTATA G. H.

a *In Vita 3, ista adduntur.* Si quando vero subulci sues ejusdem agerent in glandem, quoties furtim

B subducebantur, toties ad proprium revertebantur dominum. Nam nullo præduce ad beatum virum de longinqua repedabant intercapedine.

b *In eadem Vita dicitur* hujus consecrationis caput extitisse B. Remigius Remorum Archiepiscopus, qui B. Medardum sanctificationis perungens oleo, super gregem Christi Pastorem instituit, cooperante Spiritu sancto. *Hæc ibi. De ætate et anno obitus S. Remigii egimus* 6 *Februarii, et ostendimus vixisse saltem ad annum* 530, *ulterius progressuri ad Kalendas Octobris, quando ex professo de ipso agemus.*

CAPUT III.

Sedes Noviomum translata. Adjunctus Episcopatus Tornaci. Morbus. Obitus

Ob barbarorum irruptionem factam et resumendam.

Verum priusquam beatissimus Pontifex Episcopali sublimatus fuisset Cathedra, crebris et intolerabilibus *a* Wandalorum, Hunnorum, Hungarorum, et aliarum gentium irruptionibus universalis devastata erat Gallia. Destructis civitatibus, diruta Gallicana lamentabatur Ecclesia ; exectis matrum visceribus, inhumata infantium projiciebantur cor-

C pora ; conjugibus interfectis, matronæ viduatæ remanserant ; et præ nimia desolatione, ad internecionem usque indigenæ omnes pene devenerant. Dolens itaque vir beatus civitatis illius Viromandensis, quam regendam susceperat, jam factam desolationem, veritusque iterandam *b* Paganorum irruptionem ; Noviomum, quem munitionem prænominavimus, sano satis consilio Sedem constituit Episcopalem.

Cathedram Noviomi, collocat,

Est enim regio illa fertilis et amœna, vineis et hortis abundans, multaque annonæ cultura ; bellicosos generans homines, et in Ecclesiasticis officiis utriusque sexus personas, Deo generose servientes : est et regio ipsa silvis circumdata et paludibus, et sua ipsius habilitate contra hostiles non parum munita excursus. Ipse quoque inter geminos rivulos constitutus est Noviomus, ab Oriente Galliola ab Occidente Margareta circumfluitur, quos ambos tertius quidam suscipit, qui Versa nominatur ; et sic pariter confluentes non longe a mœnibus illis in Isaram, qui magni est nominis, dilabuntur. Circumquaque ibi virent pomaria, gratia ibi planities est, et amœnissima pratis et pascuis virentibus, suis non modicum arridet habitatoribus. Est etiam locus ipse ab Oriente et Occidente adeo rupibus

loco amœno et munito:

D vallatus et rivulis, montibus quoque et vallium cuniculis, quod contra plurimam hostium incursionem a paucis commodissime possit defendi.

prædicationi constanter insistit

17 Ibi ergo, ne ulterius direptioni subjacerent gentium, Episcopali Sede confirmata, sanctus Præsul Domini, suæ oves pastoralitatis multa prædicationis instantia confortabat. Prædicabat instanter pœnitentibus promissam remissionem peccatorum, prædicabat omnibus regnum Dei appropinquare, citoque judicium Dei futurum. His et aliis multimodis prædicationibus, et carus Deo erat, et in populo amabilis admodum habebatur.

mortuo S. Eleutherio

18 Cum ergo Ecclesiam quam Noviomi construxerat felicissime gubernaret, et suos quosque, prout diximus, ad æternam remunerationem confortaret ; *c* S. Eleutherium Tornacensis Ecclesiæ Pontificem, quem ipse ut prælibavimus in infantia sua futurum esse prædixerat Episcopum, hominem contigit exuere ; ac post felicem Pontificii sui administrationem, de terrenis ad cœlestia coronandum transmigrare. Post cujus lugubres exequias, cum de Pontificis electione invicem dissererent ; peracto triduano jejunio, et solennibus hostiarum victimis

E Deo devote oblatis ; subita sancti Spiritus inflammati inspiratione, unanimiter sanctum hunc Medardum elegerunt, ejus se orationibus confidentes contra impetus muniendos esse malignorum spirituum. Id Clerus, id Populus acclamabant ; in hoc Rex ipse Proceresque palatii, præcipue comprovinciales Episcopi, consentiebant. Legerant siquidem, vocem populi, vocem ipsam esse dominicam ; et quod tam unanimiter populus expetierat, omni remota excusatione fieri adjudicabant.

eligitur Episcopus Tornacen.

19 Recusabat humillime insignis Dei Præsul, quod plebs tam unanimiter acclamabat ; obstinato eis animo, impotentem se et indignum vociferante, magnanimiter resistebat. Pontificali demum, Metropolitani scilicet et Comprovincialium suorum, evictus auctoritate ; Regisque ac Procerum assensu, plebisque coactus incessabili acclamatione, vix concessit ; et unanimi, Pontificali videlicet ac Regali auctoritate, duas illas Ecclesiam unam fecit ; utrumque ovile Pastor egregius, consilio et auctoritate comprovincialium Æpiscoporum, tempore *d* Hormisdæ Papæ, sub sanctissimo Remigio Remorum Archiepiscopo, assensu Regis et Curialium, ac utriusque plebis acclamatione, tandem suscepit ; et, ut utrique Ecclesiæ, Cathedralis semper honor

et multum reluctatus, suscipit utramque Ecclesiam regendam :

F maneret, benigne concessit. Quot et quanta in regione illa opprobria, quot et quantas perpessus sit injurias, quoties comminationibus injuriatus fuerit Tornacensium, quoties pro incessabili prædicatione adjudicatus fuerit ad supplicium, licet nos lateat, Deo tamen soli manifestum esse, nulli est ambiguum. Erat enim gens ipsa fera et indomabilis, duræ cervicis populus et implacabilis, pravis admodum subditus obsequiis idolorum, et cum multa obstinatione suorum defendens culturam Deorum. His ipse se viriliter injiciens sanctus Episcopus, Evangelicas et Apostolicas institutiones imperterrite prædicabat, falsis eorum objectionibus magnanimiter respondebat, et imaginarias eorum opiniones veridica Prophetarum prænuntiatione viriliter expugnabat. Aderat siquidem ei divina semper gratia, quæ illum et ab infidelium protegebat incursu, et eorum quoque infidelium ad dulcisonam spiritualis doctrinæ institutionem emolliebat auditus. Sicque factum est, ut parvo in tempore innumerabilis eorum multitudo ad fidem Catholicam converteretur ; et Deo præordinante, per inæstimabilem sancti hujus Pontificis instantiam, sacrosancti baptismatis unda maxima ex parte sanctificaretur.

et Tornacenses a suis barbaris moribus convertit

20 Comprobatur in hoc sancto Pastore veridica summi

A summi Pastoris sententia, quam sancta et Evangelica nos edocet historia; Signa, inquit, eos qui in me credent, hæc sequentur: in nomine meo dæmonia ejicient, linguis loquentur novis, serpentes tollent, et si mortiferum quid biberint non eis nocebit; super ægros manus imponent, et bene habebunt. Dæmonia quidem sanctus Dei Athleta ejecit, cum Creatoris imaginem ab idolorum cultura, remissionem peccatorum prædicando, relocavit. Lingua eum nova locutum esse non diffidimus; cum ad ejus prædicationem, quam eotenus non audierant, infideles ad fidem transisse non nescimus. Serpentes siquidem eum manifestum est ejecisse; cum prædicationis sanctæ antidoto, ab execrabilis serpentis venenosis immissionibus, languentium ei gentium corda concessum est sanasse. Mortiferum multoties bibit, verum ei non nocuit; cum profanis semper repugnans persuasionibus, neque diabolo neque ministris ejus succubuit. Ægros bene se fecit habere; cum eos ad veræ fidei sanitatem, de infirmissima convertit incredulitate. Sic itaque ad imitationem summi Pastoris, qui, sicut ab eo in Evangelio suscepimus, alias habens oves, de duobus unum ovile fecit, sanctus Pontifex Medardus, ferocem illam Flandrensium gentem, suæ Noviomensi Ecclesiæ associavit; B et per quindecim annorum spatium, licet aliquo itineris intervallo remoti essent, ad divinum eos cultum informare indesinenter elaboravit. Quindecim annis commissam sibi divinitus insedit Cathedram; eo in tempore, non sine multo labore, incredulos et infideles ad fidem educavit Catholicam: reædificatio ecclesiis, eos qui Deo inibi servirent, non sine sacræ manus impositione decenter consecravit; et quidquid Deo placitum noverat, incessabiliter et in excogitabili devotione ordinavit *e*.

Marci 16

Signa Evangelica patrat,

sed Spiritualia,

Joan 10

annis quindecim sui Episcopatus

21 Hujus ergo temporis transacto spatio, sanctum Dei Pontificem gravissima contigit deprimi corporis infirmitate; et invalescente morbo, corporeos ejus sensus de die in diem paulatim deficere. Jacebat quidem Sancti corpus omni pene sua ipsius virtute destitutum; spiritus autem, quia semper Christum desideraverat, omni nisu suspirabat ad eum: fessum corpus ad suam anhelabat materiem, anima vero ad eam unde processerat tendebat hereditatem. Confluebant undique, quos ipse regendos susceperat, ad Pastoris sancti plorabundam visitationem: confluebant undique filii, paternam sibi lugentes adimi consolationem. Verum, licet corpus et sensus ejus corporeos gravis illa mortis occupasset instantia, C non tamen a prædicationis officio sanctissimæ ipsius linguæ retardabatur facundia. Deum corde suspirabat, et ore fatebatur: Deum incessanter prædicabat, et ad fidem Catholicam, usque ad ipsum mortis suæ momentum, quoscumque poterat instanter exhortabatur.

e

gravi morbo correptus,

advenientibus inculcat fidem Christi.

22 Cum autem beatus hic Pontifex vitæ propinquaret ad exitum; contigit Clotharium Regem, postquam Chramum filium suum cum uxore sua ac filiabus combusserat, a regione reverti Britannorum. Cognita vero hujus valetudine Pontificis, ad eum visendum humiliter festinavit; ejus se non diffidens contra diabolicas infestationes benedictione muniri, et intercessione apud divinam majestatem reconciliari. Cum ergo in hac regali visitatione, in conspectu ejusdem et Principum, de sepultura Pontificis tractaretur; suorum assensu filiorum sua se in Sede Sanctus ipse prævordinavit sepeliendum. Cujus sententiæ obstinato animo Rex resistens, Suessionis eum constituit transferendum; asserens se super corpus ejus basilicam decenter ædificaturum, et ad laudem et gloriam divinæ majestatis cœnobialem servorum Dei regulam ordinaturum. Cessit igitur beatissimus Pontifex regiæ dispositioni, et indefesse se suosque Domino commendans, D finita oratione spiritum exhalavit. O felix corpus, felicioremque animam! Mox, eorum certissimo qui aderant testimonio, cœli aperti sunt; et divina luminaria, fere per duarum horarum spatium, ante Sancti apparuere præsentiam, de tenebris eum transitoriis ad lucem designantia pro certo transisse perpetuam. Hoc tanto beatissimi Præsulis animati miraculo, majori ut eum transferrent accensi sunt desiderio. Corpore itaque sancto composito ac delato ad ecclesiam, nocte illa exequialem cum multa devotione celebrarunt vigiliam *f*.

a Chlothario Rege invisitur,

relicta huic dispositione sepulturæ

AUCTORE RADBOD. EX MS

pie moritur; luminaribus cœlestibus apparentibus.

f

ANNOTATA G. H.

a Wandali, *anno* 407 *duce Gunderico*; Hunni, *anno* 451 *duce Attila, Gallias vastarunt. Quibus Radbodus adjecit* Hungaros, *ut ab Hunnis distinctos, qui subsecutis seculis idem fecerant.*

b *Maxime propter domestica bella, quibus sæpe immiscebantur Pagani.*

c S. Eleutherium *ex hac vita decessisse anno* 531, *diximus ad illius Acta* 20 *Februarii.*

d *Est σφάλμα auctoris, vel interpolatoris. Nam* S Hormisdas *mortuus est anno* 523, 6 *Augusti, quo colitur. Quod idem de S. Remigio dicendum videtur.* E

e *In Vita* 3 *ait*, a S. Medardo S. Radegundi impositum fuisse velum, eamque sanctæ professionis primitiis initiatam, et quæque secunda forent, quæque evitanda, edoctam. *Quæ poterunt ad hujus Vitam* 13 *Augusti accuratius examinari.*

f *Ibidem.* Funalia vincebant tenebras præ immensitate luminis, omnisque illa basilica multis cereorum adornata lucernis resplendebat.

CAPUT IV.

Corpus Suessionem translatum. Varia miracula patrata.

Mane vero facto, cum Episcopi, quibus interesse contigerat, summi defuncto celebrassent officium; inopinabilis multitudo convenit undique: ex castellis et civitatibus, de agris et municipiis adjacentibus inestimabilis accurrit conventus, alii ejus devote desiderantes interesse obsequiis, alii admodum lugentes, patrem separari a filiis. Per medias ergo plorantium lacrymas Rex irrumpens cum Episcopis et Optimatibus suis ipsius humeris corpus sustulit F sanctissimum; Suessionis, sicut prædixerat, efferre volens ad sepeliendum. Ea namque hora, quibus interesse contigit, ineffabilem lugentis populi expavere gemitum, dum non modo ibi in ecclesia, sed et per totam civitatem et in suburbio, per vicos quoque et plateas, unam et eamdem vocem audirent plorantium. Recolebant siquidem urbis illius indigenæ Patris sanctissimi, qui eotenus informati fuerant, benignissimam prædicationem; dolebant vero et vehementer angebantur, quia cum Patrem amisissent, Patris etiam sepultura, Regis et Procerum violentia, frustrabantur. Compatiebantur qui supervenerant ad tantam plebis illius compunctam illacrymationem, verum quia regia urgebat dignitas, ad sanctissimi corporis intente insudabant translationem. Vix ergo et non sine multo labore, patre mœrentibus et lugentibus filiis erepto, sicut a Rege acceperant, iter aggrediuntur.

Corpus Suessionem effertur, Rege succollante,

inter Veromandensium lacrymas.

24 Hujus audita translatione sanctissimi Confessoris, et non desperans de tanti clementia intercessoris, inter portantium cuneos, cæcus quidam feretro se humillime submisit; et protinus secundum fidem suam, quia bene speraverat, per S. Medardi meritum

cæcus lumen recipit:

A meritum, visum gratuito Dei munere recepit. Quid plora? Qui prius in civitate tantam audierant devotionem lugentium, et tunc super hac cæci illuminatione, tantum Dei et sancti Pontificis perspiciebant miraculum, ulnas libentissime sanctæ illius evectioni supponunt. Magna se credit ditatum remuneratione, cui etsi non gestare, saltem illud Sancti feretrum quoquo modo licuit attrectare. Episcopi et Optimates ad id se officii hilariter cohortantur; et onus illud leve sentientes, ex præcepto Regis apud Attipiacum villam, fluvium Axonam navigio transgrediuntur. Postmodum vero iter dirigentes contra ejusdem fluminis undam, sicut Rex præordinaverat, iter ad urbem flectunt Suessionicam.

AUCTORE RADBOD. EX MS.

occurrit cum suis Episcopus Suessionensis;

25 Dei et sancti Pontificis gratia Bandaredus Suessionensis Episcopus, cum debita processione reverenter occurrit, ac sanctissimum corpus prout decebat honorifice suscepit. Sic solemniter felix illa Suessionensium civitas sanctum Dei suscepit Confessorem, amplexata est festive Patronum, amodo proprium patriæ habitura defensorem. Inter hos properantium cuneos quidam se ingessit, aurium diutius frustratus officio; qui mox ut peplum, quo sacrum tegebatur corpus, osculando devote attigit,

et surdus auditum recuperat:

B fraudati sensus usum illico sancti Pontificis intercessione suscipere promeruit. Gratulatur admodum Rex, gratulantur etiam Pontifices cum Optimatibus; magnum fit in cœlis gaudium, et astantes universi Deum ex toto corde non sine lacrymis compuncte venerantur.

26 Retransmeant ex præcepto Regis prædictum flumen Axonam, perveniuntque in prædium, ubi Rex præordinaverat sepulturam. Ibi, Deo disponente qui cuncta prævidet et prænoscit, lecticam, qua sanctum illius corpus evehebatur, nescio qua de causa contigit deponi. Et ecce iterata miracula geminantur, et in universali conspectu astantium, sanctissimi Præsulis merita glorificantur. Cum enim sanctissimam ejus glebam, ex injuncto sibi officio, ad sepulturam deportare vellent; divino nutu tanti eam ponderis persenserunt, ut nullo modo corpus Sancti a loco, ubi eum deposuerant, movere possent. Alii aliis succedentes ad evectionem totis viribus elaborabant; alii alios tamquam invalidos et impotentes increpabant. Verum, licet alios tamquam imbecilles causarentur, ipsi tamen cum ad id sese præparassent, desiderio suo ex toto frustrabantur. Rex et qui aderant diligenter causæ hujus recensentes eventum, cum penitus quid res hæc prætenderet ignorarent, Dei solius suppliciter super hoc

Corpus loco moveri nequit,

C exorabant subsidium. Tumultus non minimus super hac retardatione perstrepebat in populo, dicentibus aliis; quia de Sede sua tamquam captivus abductus fuerat, hoc divinitus fieri et merito; aliis autem objicientibus, Regem corpus sanctum reverenter transtulisse ex veræ devotionis studio.

27 Rex nimium attonitus ad Sancti loculum non sine multa devotione appropinquavit, et solenni facta traditione villæ illius regalis Croviaci, in qua Sanctus ipse sepeliendus erat, medietatem Sancto eidem perenniter habendam, sigilli Regalis impressione confirmavit. Contigit illico res mirabilis et laudabiliter recitanda. Mox enim ulnis suppositis onus illud sanctissimum, parte quidem ex altera sine ulla difficultate sublevare potuerunt; parte vero ex altera incredibilis ponderis, et penitus immobile persenserunt. Ad hæc Rex jucundo satis vultu, tantam Dei retractans gratiam; quam citius potuit ad Confessoris sanctissimi dominium, illam quam sibi retinuerat jussit resigillari partem residuam. Nec mora: Dei gratia sanctum mox sustulere adeo levigatum, ut quod eotenus desperaverant, sine ulla difficultate a paucis deportaretur ad sepulcrum.

ast oblatione partis regalis villæ

deinde integræ

facile transfertur

28 Defertur igitur corpus sanctum ad sepultu- D ram: verum illo in itinere Deus pretiosissimam suam non dedignatus est clarificare margaritam. Antequam enim terræ corpus sanctum conderetur, quidam vastis catenarum loris, brachia surasque devinctus, per medias properantium turmas non sine multa difficultate sese injecit; cui mox ut sancti Confessoris concessum est tangere operimentum, omnia mox dissiluere repagula catenarum, disruptisque compedum vinculis, liberrime cum multa gratiarum actione sequebatur munerarium suum. Perventum est tandem ad eam quam ei Rex, non sine Dei providentia, præordinaverat sepulturam: Episcopi cum Abbatibus, peractis prius quæ Dei erant, sanctissimum illud corpus terræ decentissime commendant.

et solutis vinculis brachiorum et surarum,

sepelitur;

29 Ecce reiteratur sancta Sancti gloria. Nam cum ejus sacratissima membra tumulo clauderentur, cœlum apertum est, et duæ columbæ visæ sunt descendisse quasi nubes, ac de ore Sancti egressa est columba, candida tamquam nix. Sic igitur Dei athleta Medardus de terris evocatus, lætatur cum Angelis; lugentibus in terra filiis ademptus, cum Fratribus suis, quod semper desideraverat, coronatur in cœlis,

tribus columbis apparentibus,

E ubi gratulabundo amodo cum eisdem Fratribus sequitur Agnum quocumque ierit. Sequitur ergo Agnum et inæstimabilem inhabitat lucem; de terrenis incommoditatibus gaudet se ad cœlicam translatum prosperitatem; gratulatur, se de hac nostra transitoria infelicitate ad perpetuam commoditatem translatum, de tenebris his ad incomparabile lumen esse assumptum; lætatur quoque, se carnalibus exutum illecebris, Angelicis choris esse adscriptum. Exultemus ergo et nos, Fratres dilectissimi, super hac beatissimi Pastoris nostri Medardi gloriosissima remuneratione: exoremus remuneratorem ejus Deum, videlicet omnipotentem Patrem; quo sanctissimi hujus Pontificis Medardi exoratus precibus, nos cum eo in æterna regni sui adscribere dignetur hereditate, per Dominum nostrum Jesum Christum Filium suum, qui cum eo in unitate Spiritus sancti vivit et regnat Deus, in secula seculorum. Amen.

CAPUT V.

Ecclesia illi constructa. Alia miracula. Warimberti Episcopi, monasterio injurii, dira mors.

F Peractis celeberrime beatissimi Dei athletæ inferiis, Rex Chlotharius supra venerabile Sancti corpus parvum ad tempus jussit ædificari tugurium, quousque ad faciendam inibi ecclesiam, necessaria pararet expensarum. Contracta vero undecumque potuit non parva pecunia, sanctum illud Dei habitaculum instanter ordiri perproperabat, et plerisque negotiis postpositis ad hoc perficiendum enixius elaborabat: fecitque parvo in tempore quod benevola conceperat mente, nisi, secundum quod unicuique imminet, rebus enim humanis nimis intempestive contigisset excessisse. Cum enim in Cotia silva venatu exerceretur, valida proh dolor! correptus febre, cum ad Compendii palatium repedasset, parvo post tempore morte præventus, postmodum vero in ecclesia eadem, quam jam ædificare cœperat, ante sanctum [servi] Dei Medardi altare honorifice est sepultus. Expensas vero quas huic præparaverat operi, secundum quod David Rex filio suo Salomoni ad templi Domini ædificationem fecerat, filio suo, Sigeberto nomine, ad ædificationem ecclesiæ, quam Deo voverat, expendendas dereliquit; mandans et remandans ei, quatenus si qua ei erga patrem caritatis debitæ dilectio maneret, omni occasione seposita, sanctæ huic

Oratorium construit Rex Chlotharius,

in quo ante altare S. Medardi sepelitur.

commendata ædificatione Ecclesiæ Sigeberto filio

A huic quam prænotavimus ædificationi, quousque honorifice compleretur, totam prorsus intentionem adhiberet.

qui hac decenter extructa,

31 Sigebertus vero patre sepulto, in regno confirmatus, quod a patre in hoc susceperat negotii, largiflue prosecutus est. Admirabili enim diversi generis lapidum constructione, secundum quod a patre susceperat, ecclesiam illam decoravit, auro et argento ac necessariis in officio ecclesiastico ornamentorum varietatibus abundanter exornavit; censu et redditibus, prout regiam decebat dignitatem, affluenter et excellentissime ditavit. Eleganter vero ecclesia composita, undecumque potuit elegantiores ibi sacrari ordinavit personas, quo et patris sui votum benignissime compleretur, et inibi Deo in æternum ecclesiasticum officium ex debito, pro universali sua videlicet et patris sui omniumque fidelium salute, perenniter exhiberetur. Idem ipse venerabilis Rex Sigebertus, cum fratrem suum Chilpericum nomine, apud urbem Tornacum obsidere disponeret, apud Victoriacum Fredegundis Reginæ versutia interemptus, cum prius eum Lambris sepelissent, ab ipso eodem fratre suo Chilperico postmodum Suessionis relatus, in ecclesia quam decentissime composuerat, prope

ibidem sepelitur

B patris sui tumulum decenter est sepultus.

Miraculis claret S. Medardus:

32 Quia vero pro sanctæ illius ecclesiæ ædificatione, pro Sancti quoque cui ædificata est veneratione, adhuc autem pro Regum honorificentia, quos prænominavimus, cœpto ab opere aliquantulum deviavimus; amodo necessarium ducimus ad propositi nostri seriem redire, quæque post transitum gloriosissimi Confessoris ad honorem ejus Deus operatus sit miracula, licet pauca de multis, non residemus scripto commendare. Hujus quidem Sancti fama circumquaque increbrescente *a*, infirmos variis detentos languoribus, ad ejus memoriam ex multis terrarum partibus accidit confluere, quibus per meritum sancti sui athletæ, gratia divina non dedignata est subvenire. Quod ergo prius memoriæ occurrit, prius dicamus: quatenus de singulis non solummodo singulares, verum multimodæ Deo gratiæ referantur *b*.

a
ægri varii sanantur.

b

dolor dentium attactu viminis

33 Tuguriolum illud quod corpori sancto superædificatum esse præscripsimus, tantæ virtutis divina disponente gratia compertum est esse, ut si quis dolore dentium attactus ex virgulis quibus contextum fuerat, locum doloris tangeret, confestim omnis illa dentium infirmitas abigeretur, quod et in palatio Regis divulgatum est. Quidam namque,

C Carimeris nomine, qui eo in tempore Childeberti Regis Referendarius habebatur, quia hoc eodem morbo gravissime laborabat, ad eamdem S. Medardi basilicam deductus est. Cumque januas ecclesiæ clausas reperisset, et eum dentium dolor magis ac magis urgeret, de una januarum fiducialiter hastulam excidit, et ubi magis infirmitas grassabatur confidentissime quod exciderat apposuit, moxque ab eo quem diu perpessus erat dolore liberatus est. Habetur etiam baculus ejus apud nos, per quem plerosque infirmos diversorum languorum medicamina expertos esse comperimus.

aut assulæ januarum,

alii languores per baculum

Vincula solvuntur:

34 Quidam quoque catenarum loris indissolubiliter arctatus, gravissima nimis fatigatione, sancta Sanctissimi hujus suffragia expetiit, confidens se sanctissima ejus intercessione ab illa impeditione posse resolvi. Ut ergo sanctæ basilicæ valvas attigit, repentino fragore, uno eodemque momento, et cælum intonuit, et vastis compedum vinculis disruptis et longe dissilientibus, homo ille indultæ adhuc inscius liberalitatis, multo attonitus stupore, solo prostratus est. Deinde resumptis viribus, cum jam se sentiret expeditum, pro recepta libertate Deum et S. Medardum, cujus hoc intercessione obtinuerat, vocibus altisonis cœpit magnificare. Mirantur omnes tam citissimam divinæ virtutis operationem, et concordi omnes acclamatione potentissimam sancti Præsulis collaudant interventionem.

D

Acclamatione [illegible]

manus arida restituitur aniculæ

35 Anicula quædam annosa nimis, et quodammodo suo ipsius superstes cadaveri, cum ei manus arida quasi alienum quiddam de brachio dependeret; licet jam de vita præ nimia sua ipsius ætate desperaret, ad sancti tamen Confessoris memoriam, cujus celebrem famam audierat, devotissima mente pervenit; eumque multimodis precibus non sine multa lacrymarum profusione, super aridæ suæ manus, qua nimis angebatur, solicitabat recuperatione. Ut ergo se ante præsentiam beatissimi Pontificis cum multo ejulatu exposuit, affuit repente per Sancti ejusdem meritum divinæ Majestatis suffragium. Restauratur mox mulieri quod vitio naturæ defraudatum erat: reparatur in ea manus aridæ naturalis integritas: et quod minus de matris assumpserat utero, intercessoris sui benignissimo resumit præsidio. Reviviscit manus juvenilis in jam præmortuo vetulæ illius brachio; et quæ prius eleemosynam tamquam impos laborandi ostiatim quæsierat, jam tunc effecta docilis, suarum ipsius laborationum vivere cœpit stipendiis. Sospes effecta gaudet et lætatur, gratias quamplures suo referens munerario, Deum adorat et veneratur. Similiter et alia muliercula, eodem manus morbo laborans, ante Sancti ejusdem præsentiam sanitati restituta est *c*.

et alteri mulierculæ

E

c

Warimbertus Præpositus monasterii S. Medardi

36 Post aliquod vero temporis intervallum, cum jam ipse locus multæ circumquaque haberetur venerationis, Warimbertus quidam qui sic nominabatur, post venerabilis Autberti decessum regia præceptione regendum idem cœnobiale suscepit monasterium. Quo cum aliquot potitus esset annis, Drausionem Suessionicæ civitatis Episcopum vita contigit excedere, Sedemque illam aliquamdiu absque rectore vacuam manere. Post ejus autem lugubres inferias, unanimi consilio Regis et civium Warimbertum hunc, quem prædiximus, Cathedræ illi pontificali, suo magis quam Dei, ut post patuit, arbitrio Rectorem substituunt. Adeptus ergo regimen episcopale multo elaborabat studio, ne priori privaretur dignitate; et, licet cum difficultate non minima, obtinuit tamen quod male quæsierat. Heu socors nimis et ignava mens hominum! Miser hic nimia æstuans cupiditate, dum pravæ suæ ambitionis augere non cessat commercium, corporis sui, et (quod magis dolendum est, animæ quoque sibi, proh dolor! præparat exitium. Attentus siquidem extra modum negotiis secularibus, ac suis plus justo pravis inhians cupiditatibus, locum illum sanctum negligentiam cœpit habere; quæque inibi a Regibus et aliis pro eleemosynarum largitione deputata fuerant, suis male usibus retinere. Quæ inibi Deo servientibus fideles quique, Dei et S. Medardi gratia, præordinaverant, suis ipse in thesauris recondebat; ac servorum Dei posthabita solicitudine, redditus Ecclesiæ suis satellitibus irreverenter distribuebat. Suis præ nimia ingluvie eructuantibus, spiritualis illa congregatio esuriebat; suis multo vino exæstuantibus, sancta sancti Præsulis familia præ nimio sitis ardore pene deficiebat. Nudi et pauperes servi Dei lugebant et lamentabantur, familiares autem miserrimi illius Episcopi per plateas in vestibus pretiosissimis gloriabantur. Acclamationes servorum Dei surda Episcopus aure pertransibat; cum enim eis Prælatus esset, eorum querimoniam, tamquam a nullo arguendus, non sine multa cordis et oris arrogantia, imminentis sibi vindictæ nescius, pro nihilo reputabat. Ad libitum suum miserum illum, qui pastoris indigne sibi nomen usurpaverat, oves Domini non suas tractare licuit; verum illius, cujus erant

et simul Episcopus Suessionensis

F

rebus monasterii abutitur

AUCTORE RADBOD. EX MS.

A erant propriæ, manus effugere nullo modo potuit. Audiat ergo intente quicumque prælationis ecclesiasticæ fungitur officio, quam terribili pro hac servorum Dei reclamatione percussus sit judicio.

et prædium Matvallem sibi vendicat :

37 Erat siquidem in pago Cenomannico quoddam prædium, quod Rex Sigebertus, ejusdem ædificator ecclesiæ, ad ejus, quam inibi Domino aggregaverat Congregationis, firmaverat dominium. Prædium illud Matvallis dicebatur, ex Britannica videlicet et Latina lingua nomine composito, quod Bona-vallis nostro scilicet et Romanæ linguæ vulgari potest interpretari eloquio. Matvallem itaque illam, id est Bonam-vallem, quia multis abundat reditibus, ipse sibi Warimbertus ad perditionem suam usurpaverat, et ex toto neglectis, sicut diximus, Fratribus illis, villæ illius census suis usibus mancipabat. Gemebat Medardi pauper Congregatio, quia quod eorum erat usibus deputatum, contra canonicam institutionem male dilapidabatur in Episcopio. Quadam itaque die, cum secundum consuetudinem, de prædio illo plaustra onusta, ut diximus, ad palatium episcopale deducerentur ; comperta Fratres illi Episcopi absentia, vehicula illa, utpote quæ sui erant juris, ad sancti Præsulis divertere

atque inde plaustra ad monasterium advecta repetiturus,

B coegerunt ecclesiam : non diffugientes pro defensione justitiæ, si quoquo modo inferretur, corporalem sustinere molestiam. Sua ergo cum suis reposuissent in promptuariis, sanctissimi Dei Athletæ lacrymabiliter solicitabant merita, quatenus aut ejus intercessione furibundus ille invasor placaretur, aut ejus defensione ab ejus protegerentur insania. Verebantur siquidem, quod non post multum provenisset, nisi gratia divina lugenti suæ familiæ propitiabili clementia subvenisset. Ut enim ad Episcopi quod factum erat pervenit notitiam ; proh dolor ! non retractans institutionem canonicam, nec reveritus judicialem Dei sententiam, cum fustibus et gladiis, non jam Prælatus, verum vir sanguinarius, ad ipsam S. Medardi cum multo superbiæ fastu, cum indoctæ plebis conventu, ausus est properare basilicam. Cumque irreverenter sanctuarii regias concuterent, eosque qui pro subitaneo tormentorum suorum expectatione aditum obstruxerant, exprobrationibus contumeliosis insequerentur; furibundus ipse Pontifex, per medium eorum irrumpens, præsumptuose nimis et cum multa superbia, excruciari custodes minabatur, nisi cito sibi januæ aperirentur.

furibundus accedit ;

38 In tam eminenti mortis discrimine, servi Dei

C trementes, Deo et S. Medardo, non sine multa lacrymarum profusione animas suas commendant ; et sic divinitus animati, aperiri furentibus illis jubent ecclesiam. Mox infelix Episcopus ingressus monasterium, ut eum qui sibi aperuerat, præ nimio timore secus januas percepit delitescentem ; tam valde illi baculum, quem manu gestabat, illisit in capite, ut pene totum ejus vestimentum exundanti cruentaretur sanguine. Stupefactus Frater, et pene decidens, ad Deum suspiravit ; et ei querimoniæ hujus causam, cum aliter non præsumeret, intimo cordis murmure lacrymabiliter commendavit. Audiant tyranni servorum Dei reclamationes, et revereantur ; audiant fideles quique celerrimam Dei consolationem, et confortentur. Statim enim infelicissimus ille Warimbertus, excors et impœnitens, mox ut ante sanctissimi Confessoris memoriam tamquam oraturus genua flexit, divino terribiliter percussus judicio, diffusis per alvi secreta visceribus, miserabiliter expiravit. Fratres autem ecclesiæ, malum pro malo reddere nolentes, Fratris illius, quem percussum diximus, sedata querimonia, corpus defuncti honorifice in ipsa eadem sepelierunt ecclesia.

ostiario grave vulnus infligit:

ipse diffusis visceribus exspirat.

39 Ibi sæpe per beatissimi Pontificis Medardi D meritum gloriosa fiunt miracula : ibi qui fideliter precantur, grata consequuntur remedia : ibi certa vere pœnitentibus non denegatur indulgentia, quam nobis quoque peccatoribus, de ejusdem tamen gratia non desperantibus, per ejusdem S. Medardi largiatur intercessionem, qui fidelibus suis æternæ felicitatis repromisit consolationem, Jesus Christus Filius Dei, qui cum Deo Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

Gloriosa fiunt miracula.

ANNOTATA G. H.

a *In Vita per Monachum Suessionensem longa paraphasi dicuntur sanati cæci, surdi, contracti, claudi, leprosi, amentes, paralytici, energumeni.*

b *Hic in Vita 3, ut apud nos MS. habetur, apponebatur fabulosa promotio privilegii monasterii S. Medardi, quæ apud Boscium est omissa. De qua supra ante Acta egimus.*

c *Duo hæc miracula in eadem Vita 3, sic fusius distinguuntur, ut quod de prima muliere hic dicitur, dividatur inter ambas, hoc modo :* Alio nihilominus tempore, quædam admodum paupercula extitit mulier, cui arida manus omni exhausta dependebat humore, ut ramale vetus. Hæc enim marcida, are- E scente nervorum compage, tantum torpebat ad otia ; imposque laboris, solo inhærebat brachio, plenitudine viroris effœta. Cum autem relatu multorum comperisset, ad Sancti memoriam, creberrime ægrotantes concurrere, ejusdem amoris facibus accensa, ad locum toto orbe venerandum pervenit anhela. Inter promiscuas vero turmas, sacras, eadem qua advenit nocte, vigilias continuavit, et sequentem diem cum pluribus festivum in divinis exegit laudibus. Sed dum fraterna caterva sacrosancta publice Missarum solennia percoleret, ecce nervi protendi, et ex improviso acsi inanimata cœpit species animari. Ventilatis namque digitorum articulis, continuo manus illi, obtentu reviruit sancti Pontificis ; rediensque in florem, muliebrem denuo didicit inire laborem. Accedens ergo ad altare, cunctis intuentibus incolumem protulit manum : ibique suo satisfaciens desiderio, sospes ad propria cum ingenti remeavit lætitia. Altera item mulier tenuissimis suarum rerum facultatibus pauper, a primævæ ætatis vagitibus, eodem agebatur infortunio in annis procul dubio senilibus. Nam arefacta illius dextera, spem ei, salutem, auxilium, consilium subduxerat; et ab ipso genuinæ ortu nativitatis, perplexis in vola digitis, effectum pariter ade- F merat laboris. Confidens autem sibi posse Sancti virtutem succurrere, quæ profectum salutis aliis consueverat inferre; cum copiosa manu debilium, ad eumdem, ubi ægris frequens patebat medicina, suppliciter accessit locum. Ubi cum aliquot invigilasset diebus, in continuis piæ obsecrationis persistens precibus : quod pene ex materno utero amiserat, diu optato sanctissimi Confessoris Christi meruit patrocinio. Siquidem post diuturna nimiæ ægritudinis tempora, aridis in momento articulis, redivivæ juventutis gratia resplenduit ; et cutis superducta manui, grandævo consumptæ situ, maxima pars miraculi revirescentibus extitit nervis. Eadem insuper dextra, ita in oculis cunctorum apparuit sanissima, ac si in ea nihil periculi, in transacto tam longo vitæ suæ spatio, pertulerit. Tunc primum compos lanificii, muliebria feliciter exercere opera didicit ; et quæ prius diurnam sibi ostiatim providebat stipem, postmodum colo, fuso et filo superstitem vegetavit senectutem. Incolumis ergo effecta, in jubilos vocis collata sibi attollebat beneficia ; repetensque

A que domum, divinum, quibuscumque potuit, revelavit sacramentum.

DOCUMENTA

De corpore S. Medardi Translato Divionem, indeque communicata Noviomensibus parte.

Collecta a Petro Franc. Chiffletio S. J.

§. I. Translatio sacri corporis in Burgundiam.

Documenta veritatem translationis,

Acturus Chiffletius de osse uno femoris S. Medardi, *anno* MDCL *Noviomensibus concesso; ante omnia stabiliendam sibi censuit fidem translati Divionem corporis. Itaque schedam ejus reperio, collectis ab eo monumentis præpositam, in hæc verba.* Realitas translationis probatur, non tantum ex traditione, sed etiam scripturis variis. Ac I ex Catalogo Reliquiarum S. Stephani, II ex ejusdem ecclesiæ tabulario, III ex Vita Garnerii Præpositi, IV ex Chronico Bezuensi, B v ex historia longiore translationis, VI ex hujus compendio. Continuatam vero possessionem probant, I tres Translationes, per occasionem trinæ reædificationis S. Stephani; II Erectio Parochiæ S. Medardi, ante annos quingentos, ex præcitata Vita Gernerii; III Gratiæ et miracula; IV Miraculum capsæ Sancti, sub ingenti ruina anno MCCCLXXXVIII illibatæ; V Deliberationes Capitulares, pro apertione vel circumgestatione capsæ, in supplicationes, publicarum necessitatum causa instituendas. *Verum sicuti hæc* ex Actis colligi debere *notavit, nec tamen collectas reliquit vir diligens, sed pluribus simul partim edendis, partim parandis ad editionem occupatus; ita non invenio Gratias et miracula alia, quam unum illud quarto loco notatum, neque Garnerii Præpositi Vitam: invenio autem Catalogum primo loco citatum, veluti ante annos abhinc circiter trecentos descriptum post Martyrologium, Obituarium atque Homiliarium ipsius ecclesiæ; ubi omnium ultimum numeratur* Caput B. Medardi Confessoris, *cujus corporis residuum in argentea capsa, super majus altare, est reverenter collocatum.*

et continuatam Divione possessionem probantia,

in quibus Catalogus Reliquiarum,

Chronicon Besuense,

2 Bezuensis monasterii, *quatuor leucis Divione dissiti*, Chronicon *Acherius edidit tomo* I *Spicilegii sui, sive, ut titulus habet,* Librum memorabilium C seu etiam chartarum Bezuensis monasterii, *auctore ut sub finem apparet* Joanne, Monacho *ejusdem loci, initio seculi* XII *collectum. Veniens auctor ad annum* DCCCLXXXVIII, *quo narranda sibi erat monasterii præfati desolatio; præmittit, quod* Normannis totam Franciam vastantibus, neque uspiam Francis tutam resistendi firmitatem reperientibus, multa Sanctorum corpora Divione castro invecta sunt, eo quod firmissimum et inexpugnabile videretur: quorum quædam postea sunt relata, quibusdam postea remanentibus. *Istis autem quæ fuerunt relata prætermissis, de iis solum quæ remanserant ipsum porro agere, atque adeo in iis numerare corpus* S. Medardi, *ex contextu sequenti patet, qui talis est* : Delatum est a Suessionitis corpus Beati Medardi Episcopi: delatum et a Teruanensibus corpus Beatissimi Silvini eorum Episcopi. Nostri quoque Patroni Beatissimi Prudentii corpus eodem delatum, et in Basilica B. Stephani collocatum multis annis permansit; *quousque scilicet non tantum ipsis redditum illud est, sed donatum etiam corpus* S. Silvini, *quod Divione permanserat; adeoque et corpus* S. Medardi *dici debet ex istius auctoris sensu Divione etiam remansisse, saltem ad annos multos. Bezuenses credo ipsosmet Patronum suum* S. Prudentium, *Martyrem Lingonensem, qui* D VI *Octobris colitur, Divionem detulisse ante vel post monasterii vastationem: idem forte fecerint Teruanenses, cum corporibus* SS. Silvini *et* Angliæ, *Besuensi monasterio postea donatis: sed de modo et auctoribus ejus de qua hic agimus translationis, distinctiorem certioremque notitiam præbet historia propria, quam ex duobus Codicibus MSS. altero Cisterciensis, altero Corneolensis Abbatiæ, quæ Ordinis Præmonstratensis in Burgundia est, Chiffletius habuit, nosque etiam ex priore descripseramus, hoc tenore :*

et historia rei gestæ ex 2 MSS.

AUCTORE D. P.

docens,

3 Post gloriosissimum Confessoris eximii Medardi transitum, qualiter, arbitrio pii Regis Clotharii, sanctissimum ejus corpus Suessioni fuerit allatum, et tam sui, quam aliorum virorum bonorum usquequaque circumfluentium diligentia maxima, inibi fuerit reconditum; ubi postmodum prædictus Rex super ejusdem Confessoris sarcophagum, perpulcrum incepit monasterium, eleganti opere satis admirandum, replicandi non censuimus necessarium; nam scire volentibus, sufficienter in ejus *a* Vita (ut vere comperimus) est explanatum. Quomodo quippe, plurimorum transacta temporum intercapedine, ad castrum Divion, in inferioribus Burgundiæ partibus situm, exinde fuerit transvectum, quamvis E exilem, nostræ tamen narrationis flectamus *b* grassionem; et juxta ingenii possibilitatem, successoribus pariter et nunc existentibus, descriptione verissima insinuare conemur, quemadmodum proborum hominum, credibilium quoque, didicimus relatione.

quod vastantibus Franciam Normannis

a

b

4 Igitur, dum Marcomannorum gens effera, superbiæ iracundiæque facibus accensa, insatiabilis etiam cupiditatis fame concitata, Suessionicæ terminos civitatis invaderent, atque loca circumquaque consistentia impietatis atrocitate depopularentur; homines etiam quos non diræ capsionis suæ ligaminibus innexuerant, membrorum abscissione, seu capitum detruncatione debilitarent, aut penitus perimerent; cuncta quoque animantia eorum, una cum omni supellectili consumerent, seu ad invicem dirimerent; propius ad prædicti Confessoris basilicam, habitatoribus cunctisque satis opibus mundanis opulentam, gressum cursum tendere acceleraverunt; ut ita saltem irremediabilem suæ sævitatis amentiam, insecutionis improbitate, prædæ quoque augmentatione saturare quivissent. Denique tum temporis, omnibus totius Galliæ incolis, beati Præsulis Medardi ecclesia habebatur præcipua; quia illic, subveniente divinæ operationis clementia, mancipatis diversarum infirmitatum molestia, qui improperie fiebant medicamina, ideoque, quia cœlestium virtutum munera, sincera fide humiliter postulantium implorata, meritisque Sebastiani Martyris ibi quiescentis quantocius impetrata, quotidie exuberabant augmentata, eo amplius terrenarum copia rerum, ex offertoria datione populi, illic Domino vota persolventis, non minimum sumebat incrementum.

quo tempore maxime ditabatur ecclesia S. Medardi,

illatis illuc etiam S. Sebastiani Reliquiis,

F

5 Sed qui prælibati Martyris corpus invexerat, videlicet Augustus diæ recordationis Ludovicus, primam regiam videns ambire non posse affluentis populi exuberantiam, funditus eam diruere jussit, et tam culminis inaltatione, quam longitudinis porrectione amplavit honorifice. Quam pervasores atrocissimi paulo superius nominati aggredientes, diversisque spoliis ibidem repertis eam exuentes, demum etiam ipsos murorum parietes combustione ignis funditus diruentes everterunt: sicque mundanæ felicitatis gloria, qua nimium pollebat, destitutam dimiserunt.

6 Eodem autem tempore Ysmarus *c*, Divionensis territorii Comes, istius fama exterminationis audita;

c

A ta ; dum Gallias, visendi gratia qualiter se haberent sua, tendere properaret cum uxore sua *d* Lampadia (ipsius enim ex parte, fundorum amplitudine illic rura possidebat plurima) et eo jam ad locum appropinquante, quem Franci dicunt Brierias *e* nomine, talis ex improviso casus contigit, qui eum per quod iter venerat, jocundissime remeare compulit. Nam nemus quoddam loci illius dum fuisset ingressus, suos secum præcedens equitantes, campanæ auribus suis tinnitus insonuit. Qui gressum protinus mirans secum restitit, et a sequentibus quidnam esset percunctari sollicite cœpit. Qui cum faterentur se nescire, eos jussit equitare velocius, quo posset experiri certius, quid ibi designaret tintinnabuli sonus, ubi veniens antea nullus sibi apparuerat habitationis locus. Erant autem illi quos audierant, qui Barbarorum insecutionem fugiendo evaserant, et corpus Sancti Medardi Confessoris, quod carius habebant, duntaxat secum eatenus attulerant.

Ex MSS. supplet. *d* *Ymarus Comes occurrit auferentibus corpus Sanctum* *e*

7 Sed dum ad illos impetus sonipedum, strepitus quoque armorum, ad invicem collidentium propinquius accederet, et more solito longe lateque silva, quasi respondens, sonitum geminaret ; nimia B (ut puto divinitus obsessi formidine, metuentes esse se interceptos undique, glebam Antistitis eximii scapulis exonerantes, candelabra quoque et tintinnabula, necnon et omnem apparatum, ad celebrandam Missam necessarium, ad terram deponentes, fugerunt huc illucque dispersi, opacaque nemoris latibula omnes citissime petierunt. Unus tamen eorum, non valens se ceteris pedum segnitie æquiparare fugientibus, a militibus est deprehensus : qui quæ sibi contigerant infortunia, per ordinem narravit percunctantibus. Quod audiens Comes Ysmarus, nimis ægre ferens relata, mox ad terram cum suis prostratus, emeriti Confessoris implorare cœpit clementiam, ut per ejus somatis *f* quam ibi venerabantur præsentiam, apud Deum sibi peccatorum impetraret veniam, et illis annueret ut ejus corpus secum possent ad ipsorum transferre patriam. Quod et factum est. Porro finitis orationum sermonibus, sursum se direxit : equis rursum ascensis, quo tendebat, ulterius proficisci voluit : verum sumpto corpore sacratissimo, cum omnibus ibidem repertis, celerius quam potuit, unde venerat gratulanter repedavit.

et a perterritis derelictum *reverenter tollit,* *f*

8 Qui aliquot terrarum spatiis transcursis Galliæ, C fines ingressus Burgundiæ, ad suum jam dictum castrum cœpit appropinquare : et præmissis ante se nuntiis utrique mandavit congregationi (Monachis videlicet *g*, et Canonicis) quatenus de insperato gaudio congratularentur : atque cœtu maximo psallentium stipati, ire obviam ne morarentur. Et quoniam tantam sibi Deus misericordiam impenderat, quod cum beneficio sibi divinitus collato, ad sua nullo resistente obstaculo redierat ; suæ fretus optime conjugis consilio, utrique Ordini aliquid de suo impertiri disposuit, ut Monachis corpus sacratissimum intra sua murorum septa ponere concederet ; Canonicis vero villam quamdam, a supra memorato castello tribus fere millibus distantem, jure hereditario habere concederet. Quod audientes Monachi, de præsentia Confessoris aliquantulum increduli, villæ quoque cupidine inflammati, dixerunt, plurimum esse se ditatos Sanctorum pignoribus, rurisque possessione indigere potius, unde suæ maxime suppeditaretur familiæ sumptus. De quo felici commercio Canonici sunt nimium gavisi, dicentes, omnino sese fore beatos, si talis Patroni diu fruerentur patrocinio. Nec mora fuit ulla : decrevitque Comes [satis] fieri utrorumque deliberationi ; ut Monachi de reliquo villam possiderent suo in dominio, Præsulisque eximii reliquias Canonici reconderent in suo monasterio. D

evocatisque Monachis atque Canonicis offert. *g* *quod his datur,* *istis villam præeligentibus;*

8 Factum est autem, recepto honorifice ab utroque Conventu corpore sanctissimo, [et] cum processionis obsequio certatim protelaretur cantus vocis in jubilo, immanis statim affuit congregatio plebis, catervatim undique concurrentis, quæ virtutes optabant mirificas cernere, quæ super his qui infirmabantur per eumdem fiebant mirabiliter. Quisquis enim ægrotus, qualicumque corporis imbecillitate detentus, accedebat ; per ipsius præsentiam exorata Cunctipotentis clementia, repentinam illico se recepisse incolumitatem gaudebat. Unde qui eatenus de ejus præsentia fuerant increduli, sera ducti pœnitentia Monachi, demum cœperunt contristari, dicentes, secum transferre Antistitem, ut Comes primitus per suam disposuerat legationem. Quibus e contra oppidani ; Nequaquam (inquiunt) ita debet fieri : præsumptive enim vobis dari rogastis, quod primitus fuerat concessum. Concessimus vobis gratulanter rus optimum ; vos vero identidem nobis corpus virtutiferum. Fecimus commercium, partibus ambabus laudabiliter stabilitum : modo sic et deinceps indissolubiliter maneat subnixum.

sed mox ad miraculorum frequentiam pœnitentibus,

10 Ceterum improbe Monachi resistentes, Clericorumque sermonibus acquiescere negligentes, instantius laborabant efficere, quatenus ad sua secum transveherentur Reliquiæ. Istius ergo disceptationis fremitu, ex utraque plebe immensus armorum statim fit apparatus : unum potius quisque omni se vellet inferre periculo, quam careret unquam talis Patroni solatio. Verum Confessor præstantissimus, qui apud Deum, intemeratæ fidei confessione, obtinuit compescere libidinis incendium, ipse quoque demum tumultuatæ plebis flammas sedavit furum : et ab utroque conventu corpus ejus intra castrum, in basilica Protomartyris honorifice est reconditum : ubi cluens signis et virtutibus, persæpe suffragatur Deo ibi famulantibus.

E *et frustra retractantibus optionem.*

ANNOTATA D. P.

a *Vitas dedimus antiquiores, sed nulla eorum meminit ædificati a Chlothario Rege monasterii : cujus initium fatemur nobis adhuc esse incertum, maxime si de Benedictis agatur, quasi illi ibi a principio fuerint.*

b Graffio *proprie* Comitem *significat : hic vero idem quod* γραφεῖον stylus : Graphium *habet Cangii Glossarium.*

c Ysmarus *infra* Ymarus, *alias* Aymarus *et* Ademarus. *Chiffletius hic notat, quod* non fuit Comes Suessionensis ; *credo quia hoc ab aliquo perperam dictum invenerit. Chronico S. Benigni dicitur* Ademarus illustris vir ex Senatoribus, multas habens possessiones, tam in Divionensi pago, quam in aliis regionibus, scilicet pago Turonensi, Aurelianensi, Senonico, Autissiodorensi, et Tornodorensi..... F

d *Alias etiam* Lampagia *et* Lampaya.

e *An fort.* Brierias *intelligam* Briontam, *seu* Brigerium, *aut* Brigiensem *saltum, Divione Suessionas venientibus transeundam regiunculam, vulgo* la Brie ?

f Soma, *Græce* Σῶμα, *corpus.*

g Monachis *scilicet S. Benigni, et* Canonicis *S. Stephani.*

§. II. Tempus Translationis primæ, aliarumque post secutarum memoriæ.

H*istoria præmissa annum notat nullum, nullum etiam Chronicon Bezuense ; solum indefinite designat tempus populationis Normannicæ, qua anno eodem* DCCCLXXXVI S. Medardi *crustam ecclesiam supra diximus, id est biennio prius quam Bezuense monasterium* ab

Translationem hanc factam anno 901.

A *ab eisdem barbaris vastaretur. Non tamen necesse est ut ipso anno inciderit in corpus sanctum* Ysmarus, *quin potius credibile est, non nisi Normannis digressis et regione pacata, iter ex Burgundia in Franciam ab illo susceptum; et ex tintinnabulo corpus comitante, conjecturam formo, quod tempore utcumque quieto, circuiverint aliquoties per Franciam mendicabundi cum sancto corpore Monachi, ad stipem pro restauratione monasterii vel sui sustentatione corrogandam : eaque ratione puto differri istam historiam posse in annum* DCCCCI : *nam anno* DCCCXCIX *profligatos a Richardo Duce Normannos notat Chiffletius, ut ab iis requies aliqua esse per annos nonnullos potuerit.*

tum aliunde fit verosimile,

12 *Prædictum annum etiam cum mense Majo notari in Vita Garnerii Præpositi, idem Chiffletius observaverat; quin etiam addit,* eodem mense et anno *datam chartam, per quam* ipse Ademarus et conjux ejus Lampaia nomine, *ut est in Chronico S. Benigni,* cederunt S. Benigno mansum unum indominicatum, cum supraposito, terrisque ad eum pertinentibus ac silva : qui mansus est in villa Ruffiaco : et aspiciunt ad ipsum mansum, exceptis indominicatis terris, colonicæ et mansi vestita septem et quinque apsi. *Videtur autem omnino teneri posse illud esse præ-* B *dium, cui corpus* S. Medardi *comparatum, et a Monachis postpositum, supra est dictum. Itaque sine scrupulo suscipere possumus, id quod in MS. Codice S. Stephani, post Martyrologium et Necrologium scriptum invenitur, his verbis :* Anno dominicæ Incarnationis nongentesimo primo, Indictione quarta, in mense Majo, sub Benedicto divina providentia Papa quarto, regnante vero in Galliis Karolo cognominato Simplice, partim justo Dei judicio, partim Principum inertia, Gallia fere tota a barbaris Marcomannis, incendio, rapina, ac cæde innumerabilium suorum depopulata est, ac devastata. Dumque non esset qui resisteret barbarorum ferocitati, nullusque esset qui se sibique cariora salvare posset, fugæ præsidium implorabat. Ea ergo crescente tempestate, contigit multa Sanctorum pignora a Galliis in Burgundiam deferri. Inter quæ corpus virtutiferum beatissimi Medardi Noviomensis Episcopi, ab Hysmaro Comite territorii Divionensis et uxore ejus Lampadia, ex confinio urbis Suessionicæ (in quo quondam sepulturæ traditum fuerat, sub pio Rege Francorum Chlotario) ad castrum Divion, in inferioribus partibus Burgundiæ, delatum est.

tum ex donatione tunc facta;

et compendio historiæ ex MS. S. Stephani,

13 Nam præfatus Comes iter faciens pro rebus C suis agendis, quas copiose inibi possidebat, obvios habuit in quadam silva viros barbaricam persecutionem fugientes, nihilque secum portantes, præter glebulam sancti Confessoris. Dumque ad illos impetus sonipedum strepitusque armorum ad invicem collidentium accederet propius, nimio divinitus timore concussi, metuentes se esse a barbaris interceptos, glebam Antistitis eximii scapulis exonerantes, et ad terram deponentes, fugerunt huc illucque dispersi. Unus tamen illorum, non valens se ceteris fugientibus pedum segnitie æquiparare, a militibus præfati Comitis est deprehensus : qui quæ sibi contigerant infortunia per ordinem recitavit. Quod audiens pius Comes Hysmarus, implorato sancti Confessoris auxilio, celeriter gratulanterque ad castrum Divion repedavit : prædictumque sanctissimi Medardi corpus secum afferens, huic matrici Ecclesiæ, in honore Protomartyris sancti Stephani consecratæ, cum magnis laudum præconiis et applausu populi dedit. Quod et in ea honorifice fuit reconditum, Garnerio tunc Præposito in eadem præsidente, Angrimo vero bonæ memoriæ Lingonensem Cathedram pastorali dignitate feliciter regente. Atque ob insignia virtutum, quæ ad declaranda Sancti merita Deus frequenter operabatur, jam non ecclesia sancti Stephani, sed sancti Medardi vocabatur. Propter D quod constructa est altera basilica, huic ecclesiæ satis vicina, in honore Dei et præfati Confessoris consecrata : in qua Deus jugiter per suum fidelem Confessorem Medardum, populis ad eamdem confluentibus, pro modo et captu devotionis singulorum, præstat beneficia non modica.

ubi eadem res strictim narratur

AUCTORE D. P.

14 *Huc etiam facit insignis notitia ex Chartulario S. Stephani, sic transcripta nobisque transmissa a Chiffletio.* Tempore Ismari, Comitis villæ Divionis, Dei misericordia præstante, ejusque probitate cooperante, corpus beatissimi Medardi in ecclesiam Protomartyris Stephani, transferri fecit. Fuerunt ordinata quædam dona panis, pro remedio animæ ejus prædecessorumque suorum, in curte S. Stephani, semel in hebdomada; scilicet die Jovis, et tribus annis continuis; ac sæpe deficiente pane, mutuo capiebant ab Abbate. Completo eleemosynæ tempore, pauperes clamabant : ad quod Abbas pro pietate continuavit eleemosynam de suo, per dimidium annum vel circa, contra voluntatem Conventus sui, imo in Capitulo dictus Conventus contradixit. Quo non obstante, dictus Abbas, pius dominus semper continuavit, ut est consuetum. *Hactenus ista, quibus præmissis noto, quod* Divio *Lingonibus Metropoli sua, distet leucis* XIV, *eique etiamnum subest, licet Burgundici Ducatus pridem Caput facta. Hunc tempus sedentis* Angrimi *notatur in præmisso Compendio, quod tempus fuit ab anno circiter* DCCCXCV, *usque ad* DCCCCXII, E *quando in S. Benigni monasterio Monachum professus, Sedem cessit Garnerio supramemorato Præposito, ipsam obtentuo usque ad annum* DCCCCXXI. *Sub quibus multa procul dubio ad* S. Medardi *corpus facta miracula sunt, quorum nulla ad posteros servata memoria est.*

Ibidem instituta a Comite eleemosyna panis hebdomadaria.

15 *Prima, quam signatam nobis dedit Chiffletius, spectat* ad annum MCXX, *quando* Guichardus Archiepiscopus Lugdunensis, IV Nonas Julii, consecravit altare S. Joannis in cryptis S. Stephani, sub eoque collocavit aliquid de Reliquiis S. Medardi. *Postea invenio deflagrasse ecclesiam* S. Stephani, in Vigilia Apostolorum Petri et Pauli, Indictione XV, anno M.CXXXVII, *quando summa cura servatas Reliquias, apparet ex post secutis earumdem receptionibus seu translationibus. Reparata autem clade;* cum anno MCXLI, V Kal. Maji, altare Majus S. Stephani consecraretur; inter alias Reliquias quædam etiam S. Medardi in eo repositæ sunt. *Verum his omnibus prætermissis, Compendium supra allegatum sic progreditur :* Post hæc autem evoluto multorum annorum spatio, scili- F cet anno ab incarnatione Domini MCCXXXVIII, quinto Idus Septembris, translatum est præfatum corpus gloriosissimi Confessoris Medardi, et honorifice conditum in hac matre ecclesia, a Reverendissimo Patre, Domino Jacobo Cardinale, in Francia tunc Legato; deinde per Reverendum in Christo Patrem, Dominum Robertum de Baubigneyo, Decretorum Doctorem ac Abbatem hujus ecclesiæ, supra majus altare decenter repositum, usque in hodiernum diem.

Reliquiæ altaribus impositæ an. 1120,

et 1141.

Translatum corpus anno 1238

16 *Postremæ hujus repositionis monumentum, in tabulario Divionensi S. Stephani, invenit, idem qui prænotata omnia, Chiffletius, his conceptum verbis :* Anno Domini MCCCXCII, die Veneris, in Vigilia inventionis B. Stephani Protomartyris, II Augusti, fuit positum beatissimum corpus S. Medardi super altare prædicti Protomartyris S. Stephani, per Reverendum Patrem et Dominum D. Robertum de Baubigneyo, Decretorum Doctorem, Abbatemque prædicti monasterii : præsentibus Fratribus, B. Petro de Liceyo, Priore ejusdem monasterii, Fratre Guidone de Arcu, Galtero de Rupeforti, Petro d'Autroiche, Philippo de Grave, Guillelmo Preley, Pariseto

et 1392, per Robertum

Ex MS Chiflet.

A Pariseto de Lux, Maxello de Erangus, Philiberto de Villa, Regnaudo de Preria, Hugone Bonsonalle, Petro de Tanneria, Joanne Laurentii, et Guillelmo Vergerii: et Sacerdotes de Puerum, Frater Perrenetus de Grevaco, Joannes de Veronis, Joannes de Lufonnen, Michael Columbier, et Petrus de Hedua, ibique devote assistentibus et psallentibus in hymnis et canticis. *Quamquam autem idem Robertus, non multo post transierit ad potiorem S. Pauli Bisuntinensis Abbatiam, ubi usque ad annum* MCCCCXXVIII *vixit; Stephanensis tamen Collegii usque ad mortem memor, meruit ut ex Necrologio quotannis commemoraretur, sub hac formula:* XI Kalendas Martii, Depositio Venerabilis Patris Roberti de Baubigneyo, Doctoris in Decretis, Abbatis monasterii Sancti Pauli Bisuntinensis, et quondam Abbatis hujus Ecclesiæ, qui dedit Conventui nostro, pro suo Anniversario singulis annis faciendo, et pro una Collecta pro defunctis, quolibet die dicenda in Missa nostra quotidiana, quinquaginta scuta auri: cum suis libris, quos de bonis nostræ Ecclesiæ sua industria acquisivit, ponendis in nostra libraria.

postea Abb. Bisuntinensem.

17 *Sed præ istis omnibus memorabile est miraculum,* B *quod in veteri quodam sæpe dictæ ecclesiæ libro, qui pergameno rubro vestitur, legitur lingua vulgari scriptum, et Latine translatum facit hunc sensum:* Anno incarnationis Domini nostri MCCCCLXXXVII, *secundum usum Divionensium, annos a* XXV *Martii vel a Paschate tunc inchoantium; qui nobis, a Kalendis Januarii nunc inchoantibus annum, esset* LXXXVIII, *jam dicti seculi* XV, penultima mensis Januarii, sub Missa solenni, dum Post communio cantaretur, in ecclesia et monasterio gloriosissimi Protomartyris et fidei Catholicæ pugilis Domini S. Stephani Divionensis, quæ est Ordinis S. Augustini et diœcesis Lingonensis; campanile lapideum, impositum absidi ipsius ecclesiæ, una cum medietate fornicum arcuumque et parastatarum, corruit, vitio cum induxerat, non tantum longævitas temporis, sed et incendium duplex aut triplex, quod præteritis annis eadem turris cum fornicibus parietibusque sustinuit: reliqua autem fornicum arcuumque ruinæ contiguorum ita sunt labefactata, ut gravioris damni metu fuerint funditus demolienda, unde tota ecclesia miserrime desolata ac destructa jacet. Quamquam autem omnes Religiosi tunc essent in choro, cantantes prædictam Missam; nec longe a loco ruinæ abesset frequens omnis ætatis, sexus, atque conditionis populus, tamen, per Dei Creatoris gratiam, nullus præsentium, sive Religiosus, sive Secularis, vel C etiam Laicus, læsus ullo modo fuit.

An 1488 ruente turri

illæsi manent omnes in choro,

18 Quodque eo etiam amplius est, capsa in qua erat et etiam nunc est corpus gloriosi S. Medardi, Episcopi et Confessoris, tunc exposita super altari inter imagines SS. Stephani et Augustini, supra quæ, capsam scilicet, imagines et altare, totus fornix cecidit, nec minimum quidem perstricta fuit; cum tamen dictæ imagines et altare comminuta prorsus atque contrita sic essent, ut nullum deinceps usum habitura omnibus appareret. Similiter et reliquiarium, in quo clauditur junctura manus sive os pugni gloriosi S. Stephani, insertum statuæ prædicti S. Medardi, inviolatum remansit cum crystallo, posita ante sacrum istud Sancti Protomartyris reliquiarium. Quæ omnia, judicio Theologorum et Clericorum eruditorum, graviumque personarum plurium, æstimata sunt et habita pro miraculo; dixeruntque et dicunt, suprascripta debere attribui soli bonitati Dei, omnia regentis et gubernantis, qui per suam magnam misericordiam, voluit miraculose custodire, defendere, et conservare capsam, corpus, et reliquiarium prædictum, una cum omni populo, tunc intra ecclesiam existente: unde Deo sint laudes, et humiles gratiarum actiones.

et sub casu fornicis etiam arca corporis

cum reliquiis S. Stephani.

19 *Addit in sua super hunc contextum Annotatione* D *Chiffletius, quod Richardus Chambellan, tum Abbas S. Stephani, dato diplomate, die Lunæ,* XXI *mensis Aprilis proxime sequentis, eodem nimirum anno* MCCCCLXXXVIII, *fideles omnes invitavit, ad opem suam conferendam in ejus basilicæ restitutionem; quam asserit, fundatam primum fuisse* trecentesimo et quadragesimo primo anno a Domini passione: *eumque in finem innovat Sodalitium seu Confratriam, sub S. Stephani et S. Medardi nominibus ac patrociniis in ecclesia sua jam olim institutam, multarum gratiarum ac meritorum participatione insignem. Asserit autem, ecclesiam S. Stephani, penultima illa die Januarii, sola vetustate collapsam,* cum pinna seu campanile ipsius, cum voltis, arcubus, et muris lapideis (quamquam nullum in ipsis appareret læsionis indicium) *repente corruissent, et ad terram funditus concidissent. Quod vero animo conceperat Richardus Abbas, de restituenda ecclesia sua, id cumulate præstitisse memoratur in Necrologio, ubi hæc habentur:* XIV Kalendas Septembris, Depositio bonæ memoriæ Reverendi in Christo Patris, Domini Richardi Chambelland, hujus oppidi oriundi, in jure Canonico Baccalaurei, hujus Ecclesiæ vicesimi quarti Abbatis, per annos decem et octo abbatizantis: nec non ejusdem post illam gravissimam ruinam, die penultima Januarii, hora circa decimam ante meridiem, anno MCCCCLXXXVII factam E reparatoris curiosissimi, ac fundatoris amplissimi plurium redituum; et inter cetera, quæ diffuse habentur in mense Februario, in additionibus post folium 481 et 53, multa alia bona huic Ecclesiæ fecit. Qui dictus migravit anno MCCCCXCV, die hac XIX hujus mensis.

Satagit pro reparanda ruina Abb.

voltis

defunctus an 1495, 19 Sept.

20 *Denique, ne seculum ullum testimonio vacet præsentis Divione corporis* S. Medardi, *etiam sequentia ex Schedis, intra ipsa altarium quæ vocant sepulcra inclusis, leguntur post ecclesiæ Martyrologium.* Michael Episcopus, Dux Lingonensis et Par Franciæ, anno Domini MDXXIV, XXV Aprilis, consecravit in ecclesia Sancti Stephani, altare Deiparæ Virginis, et Sanctorum Mammetis ac Desiderii Martyrum, in eo includens Reliquias S. Desiderii, S. Medardi, et S. Antonii Abbatis. *Et rursus, eodem anno idem Episcopus* XXIII Aprilis, consecravit pro tertia vice altare majus ecclesiæ S. Stephani, includens in eo Reliquias S. Stephani, S. Augustini, S. Medardi, S. Benigni, S. Georgii, et S. Martini Episcopi.

an. 1524 includuntur altaribus Reliquiæ Sancti

§. III. Insignis portio sacri corporis a Noviomensi Capitulo petita, a Divionensi concessa.

F

T*ranseamus ad seculum hoc* XVII, *recentemque communicatarum cum Noviomensibus Reliquiarum memoriam, cujus initium in Chiffletii collectaneis facit Epistola Noviomensis Capituli petitoria sequentis tenoris.* Illustrissimo ac Reverendissimo Domino, D. Cabilonensi Episcopo, Ecclesiæ Sancti Stephani Divionensis Abbati, Regi a sanctioribus Consiliis; et venerandis admodum Dominis Decano, Canonicis, et Capitulo præfatæ Ecclesiæ S. Stephani Divionensis Decanus, Canonici et Capitulum insignis Ecclesiæ Cathedralis Beatæ Mariæ Noviomensis, salutem in Domino. Numquam lætiore nuntio affecti sumus, nec majore perfusi gaudio, Illustrissime Præsul, viri venerabiles, quam cum sacras Beatissimi nostri Patris, Ecclesiæ nostræ Patroni primique Præsulis Medardi Reliquias apud vos servari, et in maxima veneratione haberi novimus; hinc enim futurum speravimus, ut, pro vestra in nos benevolentia, aliqua nobis tanti thesauri (quem nobis olim Regia potestas subduxit) portio contingeret,

Anno 1650

Divionem scribunt

Decanus et Capitulum Noviomen.

A geret, ac suæ postliminio redderetur Sedi Episcopus, Ecclesiæ Patronus, familiæ parens, debita veneratione colendus, et quovis thesauro nobis pretiosior futurus. Illud igitur a vobis quam possumus ardentissimis precibus et votis exposcimus, ut insignem aliquam sacrarum illius Reliquiarum particulam erogare dignemini; ut quem hactenus absentem venerati sumus, veneramurque etiamnum solenni festo, vestro posthac beneficio, præsentem venerari et exosculari liceat; maximam a nobis inituri gratiam, nulla unquam oblivione delendam, si quem ante mille et amplius annos ereptum luximus, redditum ex parte, summo animorum gaudio recipimus. Hæc ad vos itaque hujus nostræ scriptionis causa est: et summa votorum est, ut quem in aliena Sede tanto cultu prosequimini, in propria sinatis debita veneratione celebrari. Valete, et nos aliquando voti compotes efficite. Datum Noviomi in Capitulo nostro VII Idus Aprilis, anno Domini MDCL, *signatum* Souillart, dictæ Ecclesiæ a secretis, de mandato præfatorum venerandorum Dominorum Decani, Canonicorum, et Capituli Ecclesiæ Noviomensis.

et petunt aliquam S. Medardi sui Reliquiam.

B 22 *Nihil opus existimo, hic ex Gallico Latinum apponere tenorem ipsarum credentialium, Legato Capitulari Domino Crochet ad prædicta datarum, aut resolutionis inter Acta Capitularia notata; sufficiet gratiosum ad supplicationem responsum, utriusque instrumenti mentionem hoc modo faciens.* Jacobus de Nuchezes Dei et Sanctæ Sedis Apostolicæ gratia Episcopus et Comes Cabilonensis, nec non in sanctiori concessu Regis Consiliarius, Abbas S. Stephani Divionensis Lingonen. diœcesis, Decanus, Canonici et Capitulum ejusdem Ecclesiæ; universis præsentes litteras inspecturis salutem in Domino. Notum facimus, quod libello supplici et capitulari deliberatione, ex parte Reverendorum Dominorum Decani, Canonicorum et Capituli insignis Ecclesiæ beatissimæ Virginis Mariæ Noviomensis, nobis præsentatis per venerabilem Magistrum Joannem Crochet, Regis Christianissimi Sacellanum, ejusdemque Noviomensis Ecclesiæ Canonicum, deputatum ac mandatum procuratione, per Notarios Regios Pognet et de Targny Noviomi commorantes recepta, a supradictis Dominis et Decano, Canonicis et Capitulo illi data Noviomi septimo Idus Aprilis, anni currentis millesimi quinquagesimi, de mandato præfatorum Dominorum, per Magistrum Nicolaum Souillart a Secretis ejusdem Ecclesiæ signata; cujus

Quibus Episcopus Cabilonensis ut Abbas respondet,

quod eorum precibus inclinatus,

C quidem procurationis ac deliberationis causa et supplicantium summa votorum est, quatenus beatissimi Patris Medardi, ejusdem Ecclesiæ Noviomensis Patroni et primi Præsulis, cujus corporis translatio in eamdem nostram S. Stephani Divionensis ecclesiam facta est anno nongentesimo primo, Indictione quarta mense Majo: illudque religiosissime ab illo tempore servatur et in maxima veneratione habetur; aliquam insignem sacrarum Reliquiarum particulam impertiri velimus; ut eamdem in dictam Noviomensem Ecclesiam transferre possint, et inibi summo animorum gaudio conservare, venerari et osculari valeant.

23 Quapropter nos, his omnibus auditis et attente consideratis, ad majorem Dei gloriam qua in suis Sanctis resplendet, dictorum Venerabilium Dominorum Decani, Canonicorum et Capituli Noviomensis Ecclesiæ precibus, tamquam justis et rationi consonis satisfacere cupientes, omnibus et singulis præsentium tenore certificamus et attestamur, quod hodierna luce, in dicta nostra Ecclesia, majori qua potuimus devotione, easdem beatissimi Patris Medardi Reliquias, in capsa super majus altare ab antiquo servata positas, suscepimus, visitavimus; et ex eisdem Reliquiis (sicut nobis declara- D tum est per testimonium chirurgorum infrascriptorum, qui in dicta nostra Ecclesia, ad id expresse vocati convenerunt) os sinistri femoris accepimus; postea honeste inclusum, ejusdemque nostræ Ecclesiæ sigillo signatum, præfati Mag. Joannis Crochet Canonici fidei custodiendum, et in dictam Noviomensem Ecclesiam transferendum tradidimus et commisimus; ideoque præfatorum Dominorum Decani, Canonicorum et Capituli Ecclesiæ Noviomensis votis et precibus plenarie satis factum gaudemus et declaramus, ac per Magistrum Marcellum Coignier Presbyterum sigillo nostro muniri et obsignari jussimus: idemque factum ex parte Mag. Ludovici Bruns dicti Capituli Secretarii, qui iisdem litteris sigillum Ecclesiæ et suum apposuit chirographum.

mittat eis os femoris

24 Datum Divione, in nostra Abbatiali et Collegiata Ecclesia, die prima mensis Julii anno Domini millesimo sexcentesimo quinquagesimo, præsentibus nobili Joanne de Belleval, Ecclesiæ nostræ Cathedralis majori Archidiacono, et Magistris Joanne Cortabon, ejusdem Ecclesiæ nostræ Cathedralis Canonico; Jabano Pean, S. honorati Canonico Parisiensi; Francisco Cornu, Capellano dictæ Ecclesiæ; Leonardo Guilbauds et Stephano Courtaut chirurgis, in eadem urbe commorantibus, testibus ad id vocatis et infra signatis; insuper aliis multis viris fide dignis, quorum nomina pro multitudine sub silentio manent. Subscripsere qui sequuntur.

sub sua et testium fide

Jacobus Episcopus Cabil. Abbas S. Stephani.

Petrus le Sonz morin, Consiliarius in suprema Burgundiæ Curia et Canonicus.

ite signatum:

Benignus Milletot, Decanus.

Anthonius Bernardus Suyon, Cantor.

Josephus Miletot, Præpositus.

Stephanus Arnisis, Thesaurarius.

Andochius Vernion, Canonicus.

J. B. F. de la Chauziz, Canonicus.

Anthonius Loppin, Canonicus.

Theobaldus Billebaudet, Canonicus.

Joannes de Beleval, Archivista.

Joannes Cortabon.

Stephanus Courtaut, chirurgus.

Ludovicus Guilbauds, chirurgus.

Joannes Crochet, Canonicus Noviomen.

Jabanus Pean. F. Cornu.

De mandato Illustrissimi D. Domini mei M. Coignier

Locus ✝ sigilli in cera rubea.

De mandato dictorum Dominorum Decani, Cano- F nicorum et Capituli.

Brunet Secretarius

Locus ✝ sigilli in cera viridi.

25 *His acceptis prænominatus Capituli Noviomensis Legatus, continuo fecit scribi et signavit hunc Actum,* Joannes Crochet, presbyter insignis et cathedralis Ecclesiæ B. Mariæ Noviomensis Canonicus, nec non Regis Christianissimi Sacellanus et Eleemosynarius, omnibus præsentes litteras inspecturis et visuris notum facio quod cum Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Jacobus de Nuchezes, Episcopus et Comes Cabilonensis, Abbas Ecclesiæ secularis et Collegiatæ Sancti Stephani: Venerabiles Viri Decanus, Canonici, et Capitulum ejusdem Ecclesiæ, portionem Reliquiarum corporis beatissimi Patris primique Præsulis Noviomensis Medardi, in capsa super majus altare Ecclesiæ S. Stephani ab antiquo existentis extraxerint, quam chirurgi ad hoc vocati os femoris sinistri esse declararunt; eamque Venerabilibus Decano, Canonicis, et Capitulo supradictæ Ecclesiæ Noviomensis ex eorum pura liberalitate et benevolentia concesserint, in

unde mox conficitur Instrumentum.

Ex MS. rogante Noviomensium legato :

in dicta Ecclesia fideliter servandam, honorandam, ab omnibus fidelibus et diœcesanis venerandam, dictamque portionem in theca ferri albi, sigillo magno supradictæ Ecclesiæ Sancti Stephani munita positam, illis cum honore et reverentia Noviomi deferendum, mihi Crochet tradiderunt, tamquam procuratione ad hoc fundato a supradictis Decano et Capitulo dictæ Noviomensis Ecclesiæ concessa, coram Poignet et Carquy Notariis Regis Noviomi commorantibus, facta de die nona Aprilis præsentis anni, subsignata Sovillard, de mandato dictorum Dominorum ; ideoque ego dictus Crochet, eo nomine supradictis Illustrissimo Domino de Nuchezes, Episcopo Cabilonensi et Abbati S. Stephani, et Decano, Canonicis, et Capitulo dictæ Ecclesiæ S. Stephani gratias agens et referens ; dictam portionem, in supradicta theca inclusam, majori qua potui reverentia recepisse fateor ; eisque promitto, eam fideliter deferre, et dictis Decano, et Capitulo Noviomensis Ecclesiæ tradere : ut de receptione dictæ Reliquiæ, per litteras, ampliores gratias continentes, supradictum Abbatem et Decanum, Canonicos, et Capitulum, quam primum certiores faciant ; in cujus rei fidem præsentes litteris subscripsi. Datum Divione, anno millesimo sexcentesimo quinquagesimo, prima mensis Julii, Joannes Crochet cum paragrapho.

26 *Fuit etiam, qui Noviomensi civitati obtentum thesaurum, receptum Patronum, his versibus gratularetur.*

quibus obtentum thesaurum desideratum

Romanæ iratus domitor Carthaginis arci,
Sub patrio vetuit sidere membra tegi.
Iratum credet patriæ quicumque Medardum
Noverit in patrio non jacuisse solo.
At non ira fuit, verum indulgentia : corpus
His negat, in quorum mente superstes erat.
Exuvias patitur mortis tellure recondi
Ignota, Regis quo pia vota trahunt.
At servata suis mens immortalis, apud quos
Nobiliore sui vivere parte cupit.

gratulatur Poeta

Sed neque perpetuo servatum est passus abesse
Corpus, et externis membra jacere locis.
Ecce suos repetit post secula deni penates
Et pius ad notum Pastor ovile redit.
Occurre, et carum reducem amplexare parentem
En patrios subeunt ossa paterna lares
Quæque tibi abstulerat vicina Suessio, reddit
Divio, Burgundi gloria magna soli.

Legatus 20 Novembris gratanter excipitur.

27 Anno reparati orbis millesimo sexcentesimo quinquagesimo, die Dominica vigesima Novembris. Post Primam solenniter in choro Noviomensis, Ecclesiæ, et ut in festis annualibus solet decantatam, Clerumque, Proceres et populum campanarum modulatione convocatum, instituta est solennis supplicatio : in qua præcedebant Patres Capucini et Regulares Divi Augustini Canonici, dein sequebatur Clerus Noviomensis Ecclesiæ frequenti numero, ac postmodum Reverendissimus Dominus Episcopus Pontificiis indutus vestibus ; post ipsum Nobiles aliquot vicini, civitatis Proceres et Magistratus, pridie ad eam ceremoniam invitati : qui quidem omnes candelam seu cereum e cera candida præferebant, singulis Capituli liberalitate donatam ; demum succedebat innumera pene multitudo promiscui sexus. Quo quidem ordine postquam ventum est in ædem Franciscanorum, huic peragendæ solennitati, destinatam, Dominus ac Magistrer Joannes Crochet Canonicus, sacri gestator muneris quod Divione attulerat, cappa indutus, et infra gradus majoris altaris constitutus, sacrum illud pignus, quod ulnis gerebat sua theca inclusum, adventanti Domino Episcopo, præsentibus Domino Decano, ceterisque deputatis a Capitulo, Canonicis ac Notariis Apostolicis, et nonnullis ex urbe Primoribus, reverenter obtulit : quædam præfatus super hujus sacri pignoris concessione, a Venerandis Dominis, Abbate, Decano et Canonicis Divi Stephani Divionensis, Ecclesiæ Noviomensi facta ; per quam suus reddebatur eidem Ecclesiæ Patronus, Sedi Episcopus, plebi Pastor, ante tot annos ereptus ; et nova civitati tutela, novum præsidium parabatur adversus ingruentem hostium impetum. Quæ ubi finiit, gratulatus eidem præfatus Dominus Episcopus, sacram ex illius manibus Divi Medardi Reliquiam excepit, ac supra majus altare deposuit, habitaque interim fuit per me Capituli Notarium publica lectio duplicis instrumenti actusve publici concessionis et traditionis prædictæ reliquiæ, et juramentum a præfato Domino Crochet præstitum, quod illa eadem esset sacra Reliquia, quæ sibi Divione concredita fuisset ; visitatum insuper accurate sigillum, quo dicta theca claudebatur, e filo sericeo viridi pensile et integrum repertum.

et sacrum os Episcopo tradit :

qui illud capsa ad id præparatæ imponit.

28 Tandem ipsius thecæ facta est apertio per præfatum Dominum Episcopum : e qua eductum est os oblongum, panno sericeo viridi involutum, ac sigillo variis in locis munitum ; quod quidem suo involucro exutum, quanta fieri potuit reverentia, conversus ad populum Dominus Episcopus illud venerandum exhibuit, nonnullis etiam deosculandum porrexit ; ac postquam satis conspectum et exhibitum fuit, inter musicæ suavioris concentus, et innumera candelarum ardentium lumina, quas tum singuli manibus accensas gestabant, in lignea theca decentissime ad eum finem parata reconditum ; ac postmodum egressa supplicatio Cathedralem Ecclesiam repetiit, adjunctis reliquo ordini prædictis Franciscanis, et capsam deferentibus Dominis ac Magistris Antonio Picard Thesaurario, et Carolo Bourdin Scholastico : quam inter Episcopales et urbicas faces deducebant duodecim e cera candida ingentes tædæ, Ecclesiæ Patronorum imaginibus insignes. Quæ capsa ubi in dictam Ecclesiam, inter campanarum suaviter sonantium modulamina et tormentorum bellicorum strepitus, illata est, et in media navi decentissime reposita ; habita est de laudibus prædicti sanctissimi Patroni concio diserta, per nobilem virum Dominum Robertum de Romain Archidiaconum. Qua finita, et in chorum inducta solenni ritu capsa prædicta ; Missa solennis per Dominum Episcopum celebrata est : ad cujus Offertorium eductum e theca prædicta sacratum pignus, singulis e Clero ad oscula porrectum est, deinde reconditum ; et post Vesperas, etiam solenni pompa decantatas, in armaria, quæ est in sinistra parte altaris, repositum, ubi magno cum honore servatur, et magno populi concursu colitur. In quorum præmissorum fidem ego Nicolaus Souillart, Presbyter, publicus ejusdem Ecclesiæ Notarius, publicum hoc instrumentum confeci ; omnibusque præsens adfui, una cum deputatis et rogatis a Capitulo Notariis Apostolicis, qui suum etiam confecere publicum instrumentum ad futuram rei memoriam.

§. IV. Apparatus ad exceptionem dictarum Reliquiarum, et confecta desuper instrumenta.

Receptionis pompam describit secretarius,

Post *hæc ad usum P. Chiffletii transcripta, idem vel Secretarius vel Actuarius Appendicem ad superiora talem addidit :* Ne quid in hujus tam solennis apparatus descriptione prætermissum videretur, operæ pretium duxi, etiam ex levioribus quibusdam circumstantiis, quas publicum dictæ receptionis instrumentum capere non potuit, aliquas hic commodis instar

A instar attexere : illasque præsertim, e quibus nonnihil huic ceremoniæ decoris et ornatus accessit. Inter has triumphalis arcus, qui in principe Cathedralis Ecclesiæ janua conspicuus visebatur, primum sibi locum jure vendicat ; qui tum eleganti structura, cum picturis et emblematis, quibus varie distinguebatur, mire spectatorum oculos recreabat, et lectorum animos pascebat. Constabat porro duabus utrimque columnis, inter quas medius hinc Medardus, inde Gildardus, accuratissime depicti eminebant ; cum hac epigraphe, singulis columnarum basibus inscripta.

Uterque dilectam fulcit Urbem.

triumphalem arcum cum suis lemmatis

Duæ postmodum tabulæ utrique imagini subjectæ visebantur, in quibus binæ manus in mutua connexæ fœdera, fraternam eorum caritatem, et morum animorumque similitudinem, exprimebant hac inscriptione :

Veræ fraternitati sacrum.

Parturit una dies geminos, geminosque perungit,
Una duos tumulo destinat, una polo.
Quos sic in fragili vinxit nexu concordia,
Esse duos certo crede, nec esse duos.

B 30 Porro convexum dicti arcus spatium quinque tabulis replebatur, quæ subjectorum epigrammatum materiam exponebant. Prima, urbis Divionensis repræsentabat effigiem, cum hoc tetrasticho :

tabulisque

A Divis quondam deduxit Divio nomen,
Quod cultu in veterum Numina, prona foret :
A Divis hodie teneat sibi Divio nomen,
Divorum donis reliquiisque potens

Secunda celebrem Divi Stephani in eadem civitate Ecclesiam hac inscriptione :

Os sacrum magni Clerus Stephanita Medardi
Mittit, et hoc dono mœnia nostra beat.
Accipimus læti obryzo pretiosius auro :
Si gemmata daret dona, minora daret.

et epigrammatis.

31 Tertia, ut et sequentes aliæ, quædam præcipua Divi Medardi miracula continebat; hæc nimirum, triplicem igneum globum, qui ipso moriente conspectus est, cum hoc hexasticho :

Dum capis exultans cœlestis præmia palmæ,
Corporis emissus carcere, Dive tui.
Ecce globus triplex faciem coalescit in unam.
Igneus, et cœli sidera summa ferit.
Quid tanta hæc tumulo surgunt miracula? victor
Ad superos triplici nobilis hoste redis.

Quarta, Medardi Apotheosin, hac inscriptione.

Ardens evexit ad æthera virtus.

C Sublatis quondam Tyrinthius undique monstris
Visit ab Oeteis regna paterna jugis :
Sic te, tot curas, tot sævi incommoda passum,
Virtus sublimi duxit ad astra, via

Quinta, denique miraculum continebat apium, furem suis aculeis insequentium.

Abstulerant fures alvearia nota Medardo :
Admissam fraudem sedula sensit apis :
Insequitur totis fugientem viribus hostem,
Lancinat et stimulis ora genasque suis.
Casta placent apium castris, ideoque profanas
ferre manus, castæ non potuistis apes.

Demum in ipsius arcus vertice prægrandis aquila visebatur expansis alis, quasi Gildardi Medardi tectura corpus ; vel certe symbolum erat renovati amoris, fœderisque mutui parentis in prolem, et vicissim prolis in parentem, quod et subdita indicabat epigraphe.

Antiqui renovantur amores.

32 *Non videbantur Noviomenses satiari posse, prædicanda et quaquaversum vulganda sua super obtento thesauro lætitia : quapropter ampliorem etiam Relationem scripserunt, quæ a Notariis Apostolicis, ac Reverendissimi Noviomensis Episcopi, aliorumque de* D *clero et populo Noviomensi virorum illustrium chirographis obsignata, in perpetuum sic legeretur ;* Ad majorem Dei gloriam, et honorem Beatissimi Patris Medardi, primi Noviomensis Episcopi et Patroni. Hujus Instrumenti publici tenore omnibus in Christo fidelibus, tam præsentibus quam futuris, sit notum, quod nobis Carolo Fransois et Petro Targny Presbyteris Capellanis Ecclesiæ Cathedralis Beatæ Mariæ Virginis Noviomensis, ac Notariis Apostolicis Noviomi degentibus subsignatis, a parte venerandorum Dominorum Decani, Canonicorum et Capituli dictæ insignis Ecclesiæ Cathedralis Beatæ Mariæ Virginis Noviomensis, novissime talis, quæ sequitur, facta est relatio.

ex ms Deinque scribatur amplior relatio

33 Prælatos videlicet Dominos singulari semper pietatis ac devotionis affectu erga merita et eximiam sanctitatem Beatissimi Medardi, quondam hujus urbis Noviomensis primi Antistitis et Patroni ductos extitisse, præcipue vero a mense Martio nuperrime elapso ; a quo venerabilis vir, Dominus ac Magister Joannes Crochet, Domini nostri Francorum et Navarræ Regis Christianissimi Eleemosynarius et Consiliarius nec non dictæ Cathedralis Noviomensis Canonicus, in dicti Domini nostri Regis Comitatu per Burgundiæ Provinciam nuper ex officio iter agens, dictis Dominis Decano, Canonicis, et Capitulo litteris expressis, renuntiavit, Reliquias sacratissimi corporis dicti Beatissimi Medardi in inclita Ecclesia Abbatiali et Collegiata Sancti Stephani, civitatis Divionensis Lingonensis diœcesis, sub authenticis et probatissimis testimoniis ab antiquo asservari, venerationique publicæ perpetuo exponi ; ipsarumque Reliquiarum partem aliquam, ex promissione sibi a Reverendissimo Domino Cabilonensi Episcopo, dictæ Ecclesiæ Sancti Stephani Abbate et a venerabilibus viris Dominis Decano, Canonicis et Capitulo dictæ Ecclesiæ antea facta, de facili posse obtineri, si procuratorio aliquo aut libello supplici, a dictis Dominis Decano et Canonicis Noviomensibus emanato, fulciretur : ex qua prædictarum litterarum lectione et continentia, tantus de novo in prælatorum Dominorum animis de dicto Beatissimo Medardo conceptus est zelus, ut generali congregatione ea propter inter ipsos die octava Aprilis anni præsentis celebrata, unanimi omnium consensu decretum sit, prælato Crochet, ab ipsa Burgundiæ Provincia regresso, et in urbe Parisiensi pro tunc existenti, rescribi, viceque totius Capitularis Congregationis litteras procuratorias, et libellum supplicem, in finem obtinendæ F alicujus partis dictarum Reliquiarum Sancti Medardi oportere transmitti, prout de facto præfatas litteras procuratorias, Noviomi coram Poignet et Targny Notariis regiis expeditas, dictumque libellum supplicem per Magistrum Nicolaum Souillart dictorum Dominorum scribam ordinarium, de ipsorum mandato subsignatum, sub data Noviomi die septima dictus Aprilis anni prædicti, transmiserunt.

E *totius rei gestæ per missum Divionem Legatum,*

34 Quibus instrumentis sic legitime fundatus et munitus prædictus Crochet legationem ad dictam civitatem Divionensem, pro dictis Reliquiis, tam a præfato illustrissimo Cabilonensi Episcopo, quam a prædictis Dominis Decano et Canonicis dictæ Ecclesiæ sancti Stephani Divionensis, humiliter postulandis et obtinendis, libentissime suscepit ; ipsamque tam felici ac desiderato successu adimplevit, ut ab ipsis respective Dominis, dicto Crochet, pro Capitulo Noviomensi in hac parte stipulanti, insignis pars dictarum Reliquiarum corporis sanctissimi Medardi magnifica liberalitate donata fuerit, fideliter ab ipso in civitatem Noviomensem, pro votis et satisfactione supplicantium, reportanda. Quare præfatus Crochet inde digressus, ad urbem Noviomensem

quomodo is Reliquias obtinuerit.

mensem die Sabbati decima nona mensis Novembris anni prædicti se recepit; dictasque Reliquias in *ex MS* cœnobialem domum Fratrum Minorum sancti Francisci dicti loci secum intulit; ibique existens, præfatos Dominos Decanum, Canonicos, Capitulum dictæ Cathedralis Ecclesiæ de suo ad urbem accessu, et de dictarum Reliquiarum asportatione præmonuit. Quo audito prædicti Domini statim ad ipsarum Reliquiarum receptionem, ornatiori quo potuit fieri *et Noviomum attulerit,* apparatu, sese accinxerunt; ac propterea indicto solenni Sancti Medardi servitio, postera die Dominica hora octava matutina, nobis prædictis Notariis ad sequentia videnda et observanda expresse vocatis, præsentibus, a dicta Cathedrali Ecclesia Noviomensi solennis processio, Reverendissimo in Christo Patre Domino Domino Henrico de Baradat, Episcopo et Comite Noviomensi, Franciæ Pari, Pontificalibus ornamentis induto, et ad dictarum Reliquiarum receptionem faciendam a dictis Dominis Decano et Canonicis rogato, præsente toto Clero, viris nobilibus, civitatis primatibus, frequentiori etiam quam antea visus sit populorum concursu undique assistentibus, ad dictam cœnobialem et conventualem Fratrum Minorum Sancti Francisci Ecclesiam instituta et peracta est.

B 35 Quo pervenientes et illius chorum intrantes, prædictum Crochet ad gradus majoris altaris stantem, stola opertum, et vas quoddam quasi uno cubito longum, ex lamina albiferrea confectum, præ manibus tenentem, invenerunt: cui quidem vasi pendulus erat magnus sigillus ceræ viridis in pyxide etiam albiferrea inclusus, effigiem Divi Stephani repræsentans: ad quem dictum Crochet Domini videlicet Episcopus, Decanus, Thesaurarius, Scholasticus, aliique plures ex senioribus Canonicis dictæ Cathedralis Ecclesiæ, cum dictis viris primatibus ac civitatis magistratibus accedentes, magna hinc inde facta reverentia et consalutatione, cœpit dictus Crochet, alta et intelligibili voce, adjunctis etiam multis de Beatissimo Medardo elegantibus encomiis, totum suæ legationis narrare negotium. Quomodo videlicet ab Illustrissimo et Reverendissimo in Christo Patre Domino D. Jacobo de Nuchezes, Cabilonensi Episcopo, nec non dictæ Abbatialis et Collegiatæ Ecclesiæ Sancti Stephani Divionensis Abbate, et ab ipsis dictæ Ecclesiæ venerabilibus *recognoscendamque exhibuerit;* Decano et Canonicis perbenigne receptus fuisset; quomodo etiam, vice et nomine Dominorum Decani et Canonicorum Noviomensium, oblato supra memorato supplici libello singulari benevolentia annuentes, mox partem Reliquiarum corporis Sancti Medardi, supra omnem spem et votum insignem, ex ejus sacratissima theca extractam a chirurgis, os sinistri femoris vocatam, et in ipso quod præmonstrabat vase inclusam, concessissent; prout tam in Processu verbali, ad hoc ex ordinatione dicti Domini Cabilonensis Episcopi, Dominorumque Decani et Canonicorum Sancti Stephani Divionensis expresse confecto, et ab ipsis, cum utrorumque magnis sigillis ipsi affixis subsignato, sub data Divioni die mensis Julii prima anni prædicti, quam in quadam dictorum Dominorum Decani et Canonicorum conclusione, per Magistrum Ludovicum Brunet ipsorum Secretarium, sub eadem data subsignata ab ipso Crochet exhibitis, et per Magistrum Nicolaum Souillart, Capituli Noviomensis scribam præfatum, publice perlectis, amplissime continetur.

36 Quibus omnibus eo modo per dictum Crochet enarratis, præfatus Dominus Episcopus Noviomensis, tam suo quam dictorum Dominorum Decani, Canonicorum, Nobilium, Optimatum, et totius populi civitatis Noviomensis nomine; dixit, se multum studio et labori dicti Crochet gratulari, suamque in dictis Reliquiis conquirendis et comparandis laudare diligentiam; ipsas interim, præstito prius per dictum Crochet super veritate dictarum Reliquiarum sibi commissarum juramento, de vase quod præ manibus tenebat extrahendas, videndas, et examinandas esse. Quapropter prædictum vas illico super majus altare dictæ conventualis Ecclesiæ a dicto Crochet delatum est, et continuo secato filo sericeo viridi, in quo pendebat antedictus magnus sigillus in pyxide inclusus, per dictum Dominum Episcopum reseratum est; in eoque repertum os sinistri femoris, panno sericeo viridi obvolutum, et in *quod cum fecisset Episcopus,* multis partibus Capituli dictæ Ecclesiæ Sancti Stephani Divionensis parvo sigillo ceræ rubeæ Hispanicæ, conformiter ad tenorem præfatæ conclusionis perlectæ, munitum. Quod quidem os, de dicto panno evolvens dictus Dominus Episcopus, et in manibus accipiens, magna ut par est reverentia deosculatus est; sursumque ipsum elevans, dictis Dominis Decano, Canonicis, viris Ecclesiasticis, Optimatibus, totique populorum dictæ civitatis multitudini præmonstravit, et plerisque osculandum dedit. Quo sic peracto, sonantibus interea organis, et toto musicorum in hymnodiis et canticis jubilante clero, nec non etiam per totam civitatem tormentis bellicis, et aliis in signum lætitiæ concrepantibus bombardis, præfatus Dominus Episcopus prædictam Reliquiam in capsam ligneam, panno serico villoso viridi decoram, et undique textura et fimbriis aureis variegatam, in medio chori dictæ conventualis Ecclesiæ depositam, retulit et reposuit. E

37 Mox iisdem ordine et pompa, quibus ad dictam Ecclesiam processum fuerat, singulis de Clero ac urbis Optimatibus, cereos accensos in manibus gestantibus, præfata Reliquia, sic in capsa composita, in Cathedralem Ecclesiam, per venerabiles viros Dominos Antonium Picard Thesaurarium, et Carolum Bourdin Scholasticum relata est; inque medio navis super mensam decenter præparatam reposita. Ubi decantatis arte musica variis canticis, *ad Cathedralem deferri fecerit* Nobilis vir Dominus ac Magister Robertus de Romain, Dominus temporalis de Fontaine, Presbyter Canonicus Archidiaconus ac dicti Domini Episcopi Noviomensis Generalis Vicarius, de virtutibus et vita Sanctissimi Patris Medardi eruditum sermonem habuit: quo finito et in medium dictæ Cathedralis Ecclesiæ chori reportata prædicta Reliquia, Missa solennis de dicto Beatissimo Medardo, F per dictum Dominum Episcopum pontificali ritu celebrata est. Ad cujus quidem Missæ offertorium, e capsa extracta Reliquia a dicto Domino Episcopo; omnibus, Decano, Canonicis, Capellanis Vicariis, choralibus pueris, ceterisque viris ecclesiasticis, nec non viris nobilibus et civitatis Noviomensis magistratibus ad osculandum porrecta est, statimque in dicta capsa inclusa: Horisque canonicis integre illo die persolutis, in quadam armoria retro majus altare sita, recondita et occlusa est; innuentes ac nihilominus singulos ibi præsentes adhortantes, tam præfatus Dominus Episcopus, quam dicti Decanus et Canonici, quatenus præfata sanctissimi Patris Medardi Reliquia, sic sub tam solenni ritu approbata, postmodum futuris temporibus, a Christi fidelibus debito honore coleretur. De quibus omnibus præfati Venerandi Domini, Decanus et Canonici dictæ Cathedralis Ecclesiæ Noviomensis, a nobis Notariis actum seu processum verbalem fieri et sibi tradi petierunt: quem illis concessimus et tradidimus.

38 Acta fuerunt hæc Noviomi in dictis Fratrum Minorum conventuali Divi Francisci, et Cathedrali Beatæ Mariæ Virginis Noviomensibus Ecclesiis, die

A die vigesima prædicti mensis Novembris anni præsentis millesimi sexcentesimi quinquagesimi, præsentibus Reverendissimo in Christo Patre Domino Domino Henrico de Baradat, Episcopo et Comite Noviomensi, Franciæ Pari; venerabilibus et circumspectis viris Dominis, Nicolao de la Haye Decano, Roberto de Romain Archidiacono, et Vicario generali dicti Domini Episcopi; Antonio Picard Thesaurario, Claudio de Chipre Cantore, Carolo Bourdin Scholastico, Ludovico Flamen, Rodulpho l'Evesque, Antonio Cottel, Guillelmo Vielle, Ludovico Desme, Antonio Blattier, Ludovico le Febure, Presbyteris Canonicis; Nobili viro Domino Claudio de Belloy, Domino temporali de Salancy loci natalis præfati Sancti Medardi, nec non locorum d'Amy et de Belloy, in gnero Senescallo in Picardia provincia, Consiliario Regio atque cubiculi Domini nostri Regis uno ex primoribus ordinariis; nobilibus etiam atque integerrimis viris Dominis, Francisco de Charmolue Præside, locum tenente fori regii Noviomensis in civilibus; Claudio le Blond, locum etiam tenente dicti fori in criminalibus et particularibus, et [illegible] et pro hoc tempore urbis Majore; Philippo Marcotte, Petro Goyer, Balthazare de Fourcroy, Regiis Consiliariis et Assessoribus, Henrico de Sainct-Massent, Ballivo Noviomensi; Antonio de Fourcroy, Dominæ nostræ Francorum Reginæ Consiliario ac prædicti Ballivi Noviomensis locumtenente; Gabriele Beuffrin, præfatorum Dominorum Decani, Canonicorum et Capituli Noviomensis etiam Ballivo; et aliis bonæ [illegible] tam de Clero quam de civibus viris, ob nimiam eorum frequentiam suppressis, hic nobiscum Notariis prædictis [illegible].

HENRICUS Episcopus Noviomensis.

Sequuntur alia chirographa prænominatorum Notariorum Apostolicorum, et [illegible] Capituli Noviomensis, quibus [illegible] Ecclesiæ Cathedralis Beatæ Mariæ Noviomensis, Ecclesiæ Collegiatæ S. Stephani Divionensis, pro S. Medardi [illegible] Reliquias [illegible]

39 Venerabilibus [illegible] viris, Dominis Decano, Canonicis et Capitulo Ecclesiæ Divi Stephani Divionensis, Decanus, Canonici, et Capitulum Ecclesiæ Cathedralis Beatæ Mariæ Noviomensis. Est multa a vobis, eaque maxima [illegible] tempore accepimus beneficia, Viri venerabiles, quæ vix [illegible] [illegible] tione, [illegible] sermone [illegible] possit [illegible] [illegible] [illegible] possessionum [illegible] [illegible] obstricti [illegible] vinculo, Muneris et Amoris. Muneris, [illegible] Reliquiæ [illegible], Amoris, [illegible] consociatione. Muneris, quod ideo gratissimum [illegible], quod ab amore sit profectum, et res sit omnium nobis carissima. Amoris, quod et nobis eo jucundior, quod in vestram nos societatem [illegible], et in omnium partem bonorum adsciscat. Hoc posteriore si devincti sumus, certe sumus priore devicti. Cum enim Parentem liberis, Clientibus Patronum, Clero Præsulem Pastoremque reddideritis, nihil est quod vel pro Parente liberi, vel pro Patrono Clientes, aut pro Pastore ac Præsule Clerus rependat, inferius longe semper erit quidquid conentur rependere, etiamsi vitam expendant. Amorem vero quia datur amore compensare, ne omnino simus aut esse videamur ingrati, amorem offerimus affectu, imo et effectu copiosum, parati etiam in vestra transire pectora, si naturæ leges sinant, vobisque et convivere et commori: qui etiam vos non readamemus, a quibus sic nos amari sentimus, ac etiam in amore prævertimur? At cum solvere, et contractum ex Munere nomen expungere non aliunde suppetat nobis, quam a gratiarum actione et perenni jugique memoria; et illam quam possumus cumulatissimam rependimus, et hanc perpetuam spondemus in omnium nostrum animis perennaturam, et ad posteros æterna serie transituram; apud quos vigebit semper vestri memoria, nullo vel locorum spatio vel intervallo temporum obliteranda: [illegible] liberalitatem non alius quam [illegible] excipiet, imo et ipsa mundi busto superstes ævoque superior futura est.

40 Societatem vero quam nobiscum inire gestistis, et cujus [illegible] publicis [illegible] monumentis a vobis nuper ad nos allatum est, perquam libenti animo suscipimus; æternumque vobiscum firmius fœdus, [illegible] [illegible] et animorum conjunctione, [illegible] indissolubili vinculo caritatis; vosque in partem spiritualium bonorum, [illegible] futura sunt, admittimus: [illegible] [illegible] semper adlatura, ita [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] artifice Amoris manu [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] inter nos sancti fœderis [illegible] adhibemus eum, qui et vobis et nobis [illegible] fuit Medardus; qui vos sempiternum beet, vestræque pietatis fructum suorum meritorum [illegible] cumulet. Valete. Datum Noviomi in nostra Capitulari exedra, sub sigillo Ecclesiæ nostræ, ac Magistri Nicolai Souillart Presbyteri, Notarii nostri ac publici Apostolici chirographo. Anno [illegible] Kalendas Decembr. De mandato præfatorum Venerabilium Dominorum, Decani, Canonicorum, et Capituli Noviomensis Ecclesiæ. Souillart.

§ V. Capella S. Medardi, in Velaunis, anonymis Reliquiis pluribus insignis.

Jacobus [illegible], Prior-major Conventus Dominæ [illegible] [illegible] [illegible] 1421 [illegible] XXIV Junii, [illegible] Capella S. Medardi, super Elaverim, [illegible] S. Medardi Allier, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] *m illabitur. Parochiæ nomen ipse Jacobus scribit* Saint [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Avolus, [illegible] [illegible] [illegible] S. [illegible] [illegible] [illegible] S. Petri. [illegible] *nemmem. Itaq* [illegible]

42 Monstratur deinde, [illegible] quantitas Ossium sanctorum [illegible] [illegible], quæ quatuor grandibus lapideis arcis inclusa sunt; cum ligneo capsa [illegible] [illegible] tecta atque elevata ad dextram lateris altaris, quæ etiam ipsa [illegible] ossibus plena est, ubi inter alia videre est quatuor vel quinque capita, partim integra,

condito ad memoriam desuper instrumento

Aguntur Divionensi Capitulo [illegible]

per Epistolam.

et societas inter utrosque firmatur

In capella S. Medardi ad Elaverim,

sub Parochia Saint [illegible] dicta

monstrantur quatuor arcæ,

A gra, partim fracta in partes, aliaque membra similiter habita; ex quibus clare patet hominum esse interfectorum, ac morte violenta sublatorum. Quæ ad cornu Evangelii consistit area, satis alte supra pavimentum chori eminet, ac nomen S. Medardi præfert, tota fere autem plena est ossibus, magnis ac parvis: interque alia sunt quinque hominum capita virorum aut puerorum, omniaque firmiter clausa et crate ferrea circumsepta, eminente desuper S. Medardi effigie. Ad cornu Epistolæ alia conspicitur sub nomine S. Ferreoli, nescio an Arvernensis, an Vesontionensis. Hæc tumba, supra chori pavimentum elevata, insistit lapidibus quatuor, eodem modo quo altera S. Medardi; sed plenior Reliquiis est quam illa, earumque spectabilior est Maxilla, nullo dentium deficiente integra, cum aliquibus ossibus, etiamnum inter se hærentibus et carne vestitis, supra quam tumbam ne quis possit irreverenter ascendere, peribolo ligneo cingitur.

ex MS

quarum una dicitur S. Medardi,

alia S. Ferreoli,

43 Tumulus qui media templi navi extat, gerit titulum S. Mauritii. Nescio an ei includantur aliquæ Thebæorum Reliquiæ, quarum multas variis in locis haberi constat; is in pavimentum modice deB primitur, et crate ferrea bene circummunitur. Quartus denique, altius terræ immersus, solaque sui medietate ab ea extans, bene clauditur etiam ipse; et lignea crate cinctus, nomen habet S. Caprasii, Martyris Aginnensis, cujus etiam Reliquias aliquas huc allatas, deducta a majoribus traditio habet. Et hic etiam totus impletur ossibus, quemadmodum comperit idem qui præcedentia omnia, D. Henricus de Maupas du Tour Episcopus Podiensis, diœcesim suam hisce nuperis annis visitans. Ad centum autem vel centum viginti passus inde, invenit fontem a S. Ferreola cognominatum; cujus ibidem adstat intra concham statunculus lapideus. Fons ille profundus valde est ac fornice tegitur, estque vulgaris opinio, istic immersam aliquam ipsius Sanctæ Reliquiam; indeque procedere tot curationes miraculosas, quas aquæ hinc sumptæ haustus adfert. Dicitur illa sepulta in aliqua sui nominis ecclesia, in districtu Lemovicensi; sed de translatione corporis ad Velaunos nulla uspiam notitia.

tertia S. Mauritii,

quarta S. Caprasii.

Fons S. Ferreolæ prope abest,

44 *Hactenus Jacobus prælaudatus: qui deinde occasionem investigans tot ibidem collectorum sacrorum ossium, aliud ab incolis exsculpere non potuit: quam* credere ipsos, antiquis temporibus solitos fideles Velaunenses, imminentibus gentilium atque barbaC rorum infestationibus, ad abdita et inaccessa magis loca recipere sese, qualis est, *inquit*, hic S. Medardi D pluribus vallibus cinctus, ac fere in abyssum depressus, circumstantibus undique altissimis rupibus; et quæ plana sunt, occupantibus arborum procerarum silvis. *Tum incidit enumerare* persecutiones, quas passa Aganensis ecclesia est: primum ab Ethnicis, deinde ab Arianis Sabellianisque, ac denique pluries a Saracenis. Religionem vero loci, *inquit*, augustiorem reddit multitudo ex circum vicinis regionibus illuc accurrentium, omnibus diebus Dominicis ac festis, a tempore mediæ Quadragesimæ usque ad omnium Sanctorum, sed præcipue, in Nativitate S. Joannis Baptistæ, festo S. Petri Apostoli, et in Natali S. Medardi; quorum numerus sæpe ad millenarium accedit. Ut taceam Processiones, illuc toto anno duci solitas, ex plus quam duodecim vicinioribus parochiis; idque cum tanta profusione eleemosynarum, ut sufficiant servandis sartis tectis, ecclesiæ ornandæ, alendo Priori ibidem deservienti. Est autem confitentium ibidem et communicantium magnus numerus: qui major etiam foret, si Confessariorum suppeteret copia.

illa plenæ sunt ossibus Martyrum, ut creditur,

et frequens illuc est populi concursus,

45 Nec desunt miracula eaque frequentia; sed, E quod litteris commendata non sunt, præcedentium Priorum incuriæ adscribitur. interim notatum est, omnis generis infirmos illuc deferri, partim jumentis impositos, inter stramineos fasces duos, velut in lecto; alios furculis sub axillaribus nixos, qui propriis pedibus sani regrediuntur; quidam secundo aut tertio; nonnulli post annum suæ devotionis diem; prout placet Deo ad honorem suorum Sanctorum, quorum nomina, licet ignota terris, conscripta tamen tenet liber vitæ. Refrigescens ultimis his seculis caritas, permisit collabi hospitale, quod majorum pietas in conspectu ecclesiæ fundarat pauperibus, cujus nunc solum parietinæ visuntur. *Gaufridus, ad D. Martialis apud Lemovices Monachus et Prior Vosiensis, in Chronico quod a Roberto Rege, id est, ab anno* DCCCLXXXVI, *usque ad* MCLXXXIV *deduxit, quodque Labbe protulit Tom. 2 Novæ Bibliothecæ cap.* 15, *enumerans Sanctos in Episcopatu prælationes,* Beata Ferreola, *inquit*, in ecclesia S. Martini; et B. Dominius, sive Dominicus, in basilica S. Stephani, juxta castrum de Gimel, requiescunt. *Est illud prope Tullense ibidem oppidum, leucis fere quatuordecim ab urbe, unde de hoc et illa notitiam distinctiorem requirimus, saltem dierum quibus coluntur, si quidem is cultus adhuc supersit.* F

sequentibus cohonestatis miraculis.

S. Ferreola et S. Dominius prope Tullum.

DE S. FORTUNATO

EPISCOPO FANENSI IN ITALIA

G. H.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De ejus cultu, et Vita, seculo XII scripta

CIRCA DCXX.

Fanum, *Umbriæ Senonensis urbs antiqua et Episcopalis, in littore maris Adriatici, inter Pisaurum et Senogalliam, ita a priscis creditur appellata, quod præclaro olim Fortunæ templo fuisset nobilitata, unde et* Fanum Fortunæ *etiamnum a viris eruditis solet nominari. Inter hujus urbis Episcopos sunt quatuor, Sanctorum catalogo inscripti, quos ipsa ut suos Protectores et Patronos colit. Duorum memoriam elapsis proximis mensibus celebravimus, scilicet* S. Eusebii XVIII *Aprilis, et* S. Ursi XV *Maji; aliorum duorum Acta habemus, proferenda hoc et sequenti mense, scilicet* S. Paterniani, *primi Episcopi,* XII, *Julii, et* S. Fortunati, *hoc* VIII *Junii.*

Inter 4 Protectores Fanenses S. Fortunatus.

2 *Fuimus nos ibi, anno* MDCLX *cum proficisceremur Romam, humanissime excepti ab Admodum Reverendo Domino Matthæo Galleto, Canonico Pœnitentiario, qui Acta dictorum Sanctorum Potentiani et Fortunati a nobis assignata, sua ipse manu descripsit, ac Romam ad nos curavit deferri cum hoc testimonio:* Nos infrascripti, Joannes Baptista Marcolinus Præpositus Cathedralis Fanensis, Lucas Amianus Canonicus Theologus, et Canonicus Gallettus, attestamur medio

Acta ex Legendario scripta,

A medio juramento, tactis etc., supradictos tractatus de Vita Sanctorum Fortunati et Paterniani, Episcoporum et Protectorum civitatis Fanensis, Latino sermone descriptos, fideliter de verbo ad verbum collectos et extractos ex tabulis publicis, scripturis, ac membranis pergameneis in codice magno manuscripto, ad binas columnas, ac magnis litteris rubeis in qualibet periodo fol. 327, characteris Gothici mixtim et Longobardici, cooperto ex tabellis ligneis pelliculatis nigri coloris; qui asservatur in archivio Cathedralis Ecclesiæ Fanensis: ubi sunt descriptæ Vitæ Sanctorum, quæ antiquitus loco Lectionum legebantur in choro; omissis verbis nonnullis in eo spatio antiquitate corrosis: et affirmamus, ut supra, concordare cum originali, S. Fortunati ad folium 271 a tergo, usque ad folium 277 per totum, et S. Paterniani ad folium 278 usque ad folium 283; ubi sequitur Vita S. Ægidii Abbatis. In quorum fidem.

sub attestatione Capituli.

Ego Joannes Baptista Marcolinus, Præpositus Fanensis, affirmo, ut supra.

Ego Lucas Ammanus, Canonicus Theologus, affirmo, ut supra.

B Ego Matthaeus Gallettus, Canonicus Pœnitentiarius, affirmo, ut supra.

Joannes Baptista Alferius, Dei et Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Fanensis. Universis et singulis notum facimus et attestamur, suprascriptos Nobiles et Admodum Reverendos Dominos, Præpositum Joannem Baptistam Marcolinum, et Canonicos Lucam Ammanum Theologum, et Pœnitentiarium Matthæum Gallettum, Cathedralis Fanensis, fuisse et esse tales, quales se supra fecerunt respective, supradictaque omnia in præsenti quinterno chartæ 39 contenta, scripta et copiata per supradictum Dominum Gallettum, ex libro, modis et formis superius descriptis et designatis, servato in Archivio supradictæ nostræ Cathedralis Ecclesiæ sub tribus clavibus, prout nobis constat. Et propterea supradictis omnibus et propriis eorum manibus subscriptis, plenam et indubitatam fidem fore et esse adhibendam, prout in similibus semper adhibitam fuisse et adhiberi, testor. In quorum fidem etc. Datum ex nostro Palatio Episcopali Fanensi hac die prima 1661.

Ego Joannes Franciscus Thomassinus, Cancellarius.

Et est sigillum Episcopi appositum.

3 *Ferdinandus Ughellus, tomo primo Italiæ sacræ*
C *in Episcopis Fanensibus, statuit,* quintum S. Fortunatum Leoni successisse, circa annum DXC. Hunc narrant, *inquit*, erga Christianos captivos adeo deflagrasse caritate, ut sacris divenditis vasis, illos durissima servitute eximeret: quod sane præclare factum (ut sæpe piis mentibus evenire solet) cum Fortunato venisset in suspicionem, Gregorium Magnum consuluit, an in hujusmodi pios usus sibi liceret vasa sacra distrahere: cumque in facti favorem retulisset responsum, perrexit esse pius, donec ipse corpore, quasi e durissimo carcere exolutus, evolaret ad cœlum VI Idus Junii: cujus sacrum corpus apud Cathedrale templum in arca marmorea asservatur: ubi tanquam Tutelaris ejus civitatis quotannis festa dies concelebratur.

Captivi liberati, venditis sacris vasis

4 *Nos etiam ibidem inter alia annotavimus*, in dicto templo, admodum venusto etiam in frontispicio, præter chorum et crucem, quatuor ad mediam navim intercolumnia numerari; atque in dextro ad chorum sacello post pulchram aram marmoream hanc inscriptionem legi: Aram hanc, sub qua venerab. corpus S. Fortunati, civitatis hujus Antistitis, Patroni meritiss. asservatur, Hector Diotallevius Ariminensis, Episcopus Fani, in ejus honorem Pario marmore ac pretiosis exculptis lapidibus undequaque exornavit, anno Domini MDCXXXVIII. In sinistro ad eumdem chorum sacello sub ara, marmoreo in monumento, conduntur corpora SS. Ursi et Eusebii, Fanensium Episcoporum: super eam vero sunt Reliquiæ variæ... *Invisimus deinde* S. Paterniani templum, in quo corpus ejus quiescit, *ut ad ejus Natalem diem XII Julii poterit indicari.*

Aram marmoream construit anno 1638.

D

AUCTORE G. H.

5 *Addit supra laudatus Ughellus ista:* De B. Fortunati Episcopi vita tractatum edidit Joannes Nonantulanus; quem nos hic, ex antiquissimo codice pergameno augustissimæ Nonantolanæ Abbatiæ descriptum, ad majorem ejusdem Sancti gloriam, damus. *Verum compendium illud solum est Actorum, quæ accepimus ex MSS. Fanensi. Omissæ scilicet ibi sunt longa Præfatio et comparationes, desumptæ ex sacra Scriptura, et adhortatio sub finem de flagellis divinis tolerandis. Præterea, quia Nonantula a S. Anselmo (de quo egimus III Martii) condita est in agro Mutinensi, aliquot dierum itinere ab urbe Fanensi dissita, videtur dictus Joannes, Nonantula quidem oriundus fuisse, sed Fani vixisse: asserit enim num.* 13, se interfuisse spectaculo liquoris manantis ex ossibus S. Fortunati: *et num.* 16 *indicat*, se facie cognitam habere mulierem, a contractione libera- E tam. *Idem in titulo hujus Vitæ appellatur* vir eloquentissimus.

6 *S. Fortunatum creatum Episcopum circa annum* DXC *diximus ex Ughello: at quo anno e vita hac decesserit, non constat; si tamen recte definimus S. Ursum illi successisse anno DCXXV, consequens esse videatur, ut ultra annum DCXX iste vixerit. Vincentius Nolfi, (a cujus familia extat illustre sacellum in Cathedrali Fanensi) edidit anno* MDCXLI *Italica phrasi Vitas quatuor Sanctorum Episcoporum Fanensium, et ad Vitam S. Fortunati prælatur, antiquas memorias per incursionem Barbarorum, Gothorum, et Longobardorum, periisse. Interim describit educationem* Fortunati *sub piis parentibus, eamque ad exemplum virtutum a se descriptarum proponit, sed per multas nimiasque evagationes. Idem, Episcopum asserit creatum anno* DXCII; *vita functum hoc die* VIII *Junii, non addito anno. Addit sacrum corpus extra urbem in ecclesia ipsi dicata, atque inde ad ecclesiam Cathedralem translatum, Petro existente Episcopo Fanensi, non tamen anno* MCXIII *ut apud Ughellum legitur, sed aliquot seculis citius: et forte Petrus iste collocandus est post Amatum, qui ad annum* DCCXLIII *refertur; et ante Joannem, qui ponitur floruisse anno* DCCCLIII. *Nam deinde dicitur num.* 12, anno MCXIII plebs Fanensis pia du- F bitatione perquisivisse, ubi vel quomodo hujus almi Pontificis ossa quiescerent: *quod signum est jam pridem factam fuisse translationem ad Ecclesiam Cathedralem, in qua sub pyramide reperta fuerunt. Imo eodem tempore dicuntur plura patrata miracula, quæ se vidisse confirmabant, qui adhuc tempore scriptoris vivebant: unde colligimus, aliquot elapsis ab illa perquisitione annis Acta fuisse composita, ante seculi* XII *dimidium. Demum S.* Fortunati *meminit Philippus Ferrarius in Catalogo generali, et alio Sanctorum Italiæ, et in Nova Topographia.*

Translationis,

Inventionis Ossium,

et scriptæ Vitæ.

VITA

Auctore Joanne Nonantulano.

Ex MS. Ecclesiæ Fanensis.

PROLOGUS.

Gloriosi Præsulis Fortunati, dilectissimi Fratres, festum venerabile celebrantes, nostri Conditoris laudibus nos oportet insistere: ad cujus redundat honorem, quidquid sanctitati piæ fuerit ac religiose collatum. Etenim testante Prophe-

ta,

A Joanne Nom. ex MS
Psal. 67, 36
Per Sanctos divinitus instructos
Job 9, 9

A ta, in Sanctis suis mirabilem Dominum esse dicimus, quia quidquid recte sapiunt, quidquid laudabiliter operantur, quidquid suaviter in moribus erga proximos redolent, ab illo indeficienti fonte pietatis supernæ percipiunt, qui munera gratiæ spiritualis abundanter omnibus tribuit, et nulli improperat. Ipse enim est, qui juxta beati Job testimonium, facit Arcturum, facit etiam Orionas, et Hyadas, et interiora Austri. Hæc cœlestia sidera, Fratres, humanis visibus subjecta cernuntur : sed quoniam carnales, quique ad cognitionem spiritualium non assurgunt, ex ipsis instruuntur rebus visibilibus quas noverunt. .... Arcturus quippe quoddam cœleste signum est, inter tenebras noctis lucens; quod septem quidem continet stellas, et semper volvitur, sed numquam sentit occasum. Quid ergo per Arcturum, nisi Ecclesia sancta signatur, quæ nimirum tenebras noctis irradiat, dum hujus mundi caliginem sua claritate diverberat, et ignorantiæ cæcitatem a fidelium cordibus procul eliminat : ad quod peragendum septem stellis fulgida redditur, quia dum septemplici munere gratiæ spiritualis instruitur, ad alios illuminandum potens efficitur. Ardet etiam et lucet, quia Conditoris sui

ornata Ecclesia comparatur Arcturo;

B desiderio vehementer exæstuat, et lucem aliis divinæ cognitionis infundit ; quæ quidem semper volvitur, sed nullominus mergitur, quia inter procellas et turbines hujus mundi Ecclesia sancta collidatur, sed numquam a statu sui soliditate dejicitur. Quia enim supra firmam petram solidata consistit, licet flumina violenta conveniant, procellæ tumentes insurgant, ventorum rabies sæva propulset, divelli tamen non poterit, quæ super firmam petram fortis innititur. Ferre ergo debet Arcturum, cum per septiformem sancti Spiritus gratiam in caritate corroboravit Ecclesiam, ad cujus ornatum Orionas et Hyadas decenter apposuit.

Sancti ejus Orionibus,

2 Oriones quippe stellæ sunt, quæ in tempore hiemali apparent, et in suo ortu validas excitant tempestates. Quid igitur per Oriones nisi Sancti designantur, qui in hieme apparent, et tempestates maximas excitant : quia dum fidei gratiam congelatis adhuc prædicavere Gentibus, quorum corda frigore infidelitatis obdurata torpuerant, valida illos tempestas illatæ persecutionis attrivit : sed hiemis asperitate cedente, cum cœli facies serena successit, a radio solis aeris tepefacta temperies fructibus procreandis fomenta ministravit, Hyades fulgentes

et Hyadibus

C apparent, quæ largos imbres effundunt, et ad germinandum terram fertilem reddunt : quia nimirum, postquam crudelitas est sedata Gentilium, postquam mundi principibus, jugo fidei Christianæ suppositis, divinæ caritatis ardorem orbis pacatus accepit ; sancti mox effulsere Doctores : quibus tanto magis licuit imbres doctrinæ spiritualis effundere, quanto liberius eis concessum est in pace recte permanere. Isti itaque sunt Dominicæ vineæ sacræ cultores : isti sunt qui tenera arbusta, in agro plantata Dominico, cœlestibus aquis infundunt : isti sunt qui ad proferendum justitiæ germen, terram alieni cordis fœcundum efficiunt : isti sunt qui ovile Dominicum a lupis insurgentibus protegunt : isti sunt qui venenatis pravitatis hæreticæ jaculis clypeum Catholicæ defensionis opponunt : isti sunt, qui Scripturarum sacra mysteria, densis ad operta figuris, ad cognitionis lucem per seriem expositionum adducunt.

CAPUT I.

Virtutes S. Fortunati verbis Sacræ Scripturæ expositæ.

Inter hos ergo gloriosus Domini Fortunatus, velut lucidum sidus emicuit : cujus vita laudabilibus moribus simul et forma doctrinæ salutis effulsit : cujus fuerat in cogitatione sobrietas, in operatione constantia, in fide soliditas, in spe longanimitas, in caritate perfectio : in exhortando quoque fuerat alacer, in corripiendo severus, in consulendo benignus, in ignoscendo facilis, in irascendo difficilis in operando sollicitus, in docendo assiduus. Constitutus in corpore, corruptionem corporis ignorabat : quia carnis infirma per vigorem spiritus superabat : præter carnem vivebat in carne : sic vivebat in mundo, quasi non esset e mundo. Imo nequaquam erat e mundo : nam si Christi discipulus erat, quod utique erat, profecto ex hoc mundo non erat. An forte contendis Christi discipulos fuisse de mundo? Audi ipsum Christum discipulis suis dicentem ; Si essetis, inquit, de hoc mundo, utique quod suum esset, diligeret mundus. An de hoc mundo B. Paulus Apostolus erat, qui dicebat; Mihi mundus crucifixus est et ego mundo? Nequaquam igitur, beate Fortunate, de hoc mundo fuisti : quia ipsum cum suis pompis et concupiscentiis abnegans, carnem quoque tuam omnino mortificans, nudus nudum Dominum sequens, crucem tuam post Dominum bajulasti. Qui

D

S. Fortunatus, in omni virtute eximius,

quasi absque carne

extra mundum vivens,

Joan. 15, 19

Gal. 6, 14

E enim de hoc mundo est, nequaquam ea, quæ mundi sunt, abjicit; imo nimis cupide amplectitur et diligit : et dum transitoria ludificata mente insequitur, a semper mansuris bonis procul excluditur. Sed tibi nequaquam, excellentissime Præsul, aulæ cœlestis janua clauditur : quia talenta tibi commissa pie dispensans et fideliter augens, dum geminata lucra tuo creditori reportas, Domini tui immarcessibile gaudium feliciter intras.

talenta commissa auxit

4 Nullatenus, inquam, Fortunate sacer, a supernæ patriæ removeris ingressu, quia tum fideliter in terreno tabernaculo militas, in cœlesti monte feliciter religiose quiescis. Sed hic forte quis instat, et quid sit tabernaculum, quis sit mons ille sanctus, æterna felicitate decoratus, interrogat. Hoc tabernaculum, est Christiana militia : mons sanctus, est immarcessibilis gloria vitæ perennis. Sed qui non habitat in tabernaculo, non ascendit in montem ; quia qui non currit stadium, non accipit bravium : qui laboris exercitium recusat in militia, remunerationis donativum non habebit in patria. Sed felix Pontifex iste quem colimus, qui ingressus est sine macula, et est operatus justitiam ; sine macula ingressus est, quia nullam notam delicti criminalis incurrit ; justitiam est operatus, dum quod sibi volunt alteri non negavit, et quod sibi voluit alteri, devotus impendit : sine macula ingressus est, qui nec se nec alterum læsit : justitiam operatus est, qui legis divinæ mandatum devotus implevit : sine macula, inquam, ingressus est, qui lumbos suos, Domino jubente, præcinxit ; justitiam operatus est, qui ardentes lucernas in manibus tenuit. Lumbos namque præcinxit, qui carnis suæ lasciviam per continentiam coarctavit ; ardentes lucernas in manibus gessit, qui proximis suis lucis exempla monstravit : lumbos præcinxit, qui carnem suam cum vitiis et concupiscentiis prorsus extinxit : ardentes lucernas in manibus habuit, qui caritatis fervore semetipsum vehementer accendit : lumbos inquam, præcinxit, qui corporeos sensus ab omni immunditiæ inquinamento compescuit; ardentes lucernas in manibus tulit, qui proximis suis lumen doctrinæ spiritualis ostendit : lumbos præcinxit, qui sibi custodiam assiduæ correctionis adhibuit; ardentes lucernas in manibus tenuit, qui sacræ conversationis exemplis, proximos illuminavit.

terreno tabernaculo ad cælestem montem translatus,

qui sine macula operatus justitiam

F

lumbos præcinxit et lucernas in manibus habuit

5 Unde merito, vir iste sanctissimus inter sexaginta fortissimos computatur, qui (sicut in amoris Cantico legitur) Salomonis lectulum ambiunt ; qui ad

Cant. 3, 7

inter 60 fortes viros ad lectum Salomonis nostri Christi,

ad bella doctissimi, gladios in manibus tenent; et unusquisque, propter timores nocturnos, super femur suum ensem imponit. Quis vero Salomon, qui pacificus dicitur, nisi Dominus Jesus Christus accipitur? qui nimirum est vere pacificus, dum genus humanum proprio sanguine fuso, Deo Patri reconciliavit; et utrumque parietem, e diverso venientem, in se ipso, qui lapis est angularis, circulo fidei et caritatis univit : cujus pacifici lectus sancta Ecclesia vel anima quæque fidelis efficitur, dum a mundanæ solicitudinis strepitu vacua in solo Conditoris sui desiderio pausat; et ut intus Sponsus cœlestis quiescat, cor suum ab omnī seculi cupiditate prorsus emundat. Quid vero per sexaginta fortes, qui hunc lectulum ambiunt, nisi sancti Prædicatores aperte signantur? qui dum sex operibus misericordiæ vigilanter insistunt, dum legis decalogum spiritualiter implent, quasi ad sexagenarium numerum surgunt. Hi profecto Salomonis lectulum ambiunt : quia mentem sanctam, in qua Christus quiescit et habitat, verbis et exemplis instituunt : quibus a mentis aditu venientes hostes abjiciunt, dum ipsam mentem exemplis sustinent et doctrinis erudiunt. Hi tenent gladios, et ad bella doctissimi existunt; quia dum verbum Domini complent, quod

accinctos ense super femur

corde percipiunt; magis ac magis ad spirituale prælium semper instructi, hostem suum diabolum sapientia simul et fortitudine vincunt. Per gladium enim, Domini verbum intelligitur; per manus vero bona, operatio figuratur : de quibus bene adhuc subjungitur ; uniuscujusque ensis super femur suum, propter timores nocturnos. Quid per ensem, nisi rigorem conversationis ; et quid per femur, nisi carnis appetitum accipimus? Electi ergo quique, qui jam ad perfectionem vitæ provecti sunt, semper ensem super femur suum imponunt; qui a rigore destrictæ sibi severitatis adhibitæ, appetitum carnis assidue conterunt; ne hostis, quem in nocte mundi hujus timent, repente veniens, mollem aditum in eis inveniat; et per voluptatis molliciem eo facilius, quo voluptuosiores invenerit, ad graviora perducat. Et tales profecto ad Ecclesiæ regimen deputandi sunt, qui dum semetipsos provida meditatione discutiunt, dum proprios mores severitate rigida comprimant, qualiter subditos corrigant ex semetipsis agnoscunt.

6 Unde lætare, Fanensis Ecclesia, et in laudem tui Conditoris, eo quod tibi talem providit Antistitem, qui donec tibi corporaliter adhæsit in terris, sacris te documentis instruxit, moribus decoravit, virtutibus exornavit; et relicto tandem carnis ergastulo, cum Domini sui gaudium coronatus intravit, a spirituum malignorum incursibus te sanctarum precum potenti brachio protegit. Spiritualibus igitur gaudiis, plebs Fanensis, exulta, tanto munita Patrono : cujus dum sacras Reliquias pio amore veneraris in terris, sanctis ab ipso precibus confoveris in cœlis. Hic orationes tuas, quas ei commendas, intra sacrarium exauditionis divinæ præsentat : hic tibi salutiferos imbres, copiam fructuum, cœli serenitatem, et corporum incolumitatem implorat : hic tibi sinum divinæ misericordiæ aperit, et divinæ pietatis aures, quas peccando concluseras, hic interpellando sacris orationibus referat. Unde, si forte investigare delectat, utrumnam te Patronus tuus, pio amore dilexerit suspice retro transacta miracula, et intuere diligenter, quanta tibi contulerit eximiæ dilectionis insignia.

A spiritibus immundis liberat,

et omnia bona apud Deum impetrat.

CAPUT II.

AUCTORE JOANNE EX MS.

Corpus S. Fortunati miraculose translatum.

Ab Ecclesia ejus extra urbem,

Ut enim reverenda senum testatur auctoritas, ecclesia quondam extra urbem non procul a muris fuerat dedicata, in qua beatissimi Fortunati venerabile corpus honore debito fuerat collocatum. Accidit autem, ut plebs devota fidelium, non longe ab illa quam præfati sumus, ad honorem B. Paterniani ædificaret ecclesiam. Unde factum est, ut populi, semper novitate gaudentes, antiquam negligentes ecclesiam, novam basilicam devotius frequentarent, ibique suæ venerationis vota persolverent. Tandem igitur Petrus Antistes, qui Fanensi Ecclesiæ præerat, instanti populorum supplicatione pulsatus, Abbati, ordinato in B. Paterniani cœnobio, veterem illam concessit ecclesiam, ejusque dominio improvida aliquantulum discretione commisit. Abbas itaque usurpata licentia, cogitans, ne venerabilis illa vetus ecclesia aliquando sibi impedimentum afferret, sacrosanctum corpus B. Fortunati cupiebat auferre, et in nova quam construxerat basilica collocare. Hoc Episcopus cognito, ad prædictam ecclesiam cum suis Clericis properavit ; Abbati præcipiens, ne sanctum corpus audaci temeritate contingeret. Sed imminente populorum frequentia prævaluit Abbatis audacia, et sacro corpore super plaustrum imposito bobusque subjunctis, ad novam basilicam properare conantur. Sed ecce ventus turbinis, e regione prorumpens, tantam densi pulveris nebulam in illorum facies impetus sui vigore contorsit, ut alter alterum non posset aspicere; et ipsi boves in vertiginem ducti, nequaquam valerent ultra procedere. Sed quoniam stultorum superbia contumax, nec etiam flagellis acquiescit, illatis verberibus et stimulis boves urgere, plaustri rotas manibus adjuvare, illisque tertio hanc temeritatem tentantibus labor in nihilum cedere.

ad aliam S. Paterniani,

transferri nulla vi potuit, Corpus

8 Consuluit tandem Episcopus, ut hominum cessante officio, res ista divino committeretur arbitrio. Recedentibus ergo procul hominibus, plaustro subjuncti boves, recto tramite tendunt ad urbem; neque a dextris vel a sinistris ab itinere deviant, donec cum sacro corpore Episcopalem ecclesiam intrant. Frequens adest populorum conventus, lætitiæ voces ad cœlum tolluntur, magnalia divina laudantur . exultant Fanicolæ cives, qui venerandis Reliquiis tanti Pontificis non privantur : sacrum corpus plaustro deponitur, hymnis et laudibus crebrisque vigiliis honoratur : saxea pyramis erigitur, in qua sanctum corpus, cum locello in quo fuerat, honore debito collocatur. Sed eodem tempore quo vetus illa, de qua locuti sumus, B. Fortunati basilica ob populi incuriam fuerat derelicta, sævæ mortalitatis pestis immissa Fanensem populum devastabat : quæ mox receptis sacris in urbe Reliquiis, impetrantibus hujus almi Præsulis meritis sedata quievit : quod ex superni æquitate judicii non dubium est evenisse : ut qui exigente negligentiæ culpa, severæ correctionis flagella pertulerant ; ad debitæ religionis exercitium redeuntes, benignæ consolationis gaudia læta sentirent. Sic Dominus omnipotens errores nostros verbere paterno castigat , et quos per flagella viderit emendatos, æternæ consolationis dono lætificat.

sed bobus plaustri sibi relictis,

portatur ad Cathedralem,

et pestis sedatur.

9 Sed intueri diligentius libet hoc insigne miraculum, cui veterum facta videntur obtulisse præsagium. Nam sicut in Regum reperitur historia, Arca fœderis Domini a Philistæis est capta, et in Azotum translata ; ubi etiam, exigentibus peccatis Israelitici populi, per aliquod tempus mansit. Sed quoniam

1 Reg. 5, et seq [illegible] Arca Dei capta a Philistæis,

Philistæos

AUCTORI JOANNE EX MS.

A Philistæos ultionis divinæ plaga percussit, Arcam Domini diutius violenta dominatione retinere non prævalent. Plaustrum itaque novum faciunt, Arcam fœderis super illud imponunt, boves fœtas illi subjungunt, earum vitulos domi concludunt, nullum qui eas regat ductorem constituunt. Sed plaustro subjunctæ boves recto tramite pergunt, gressus suos ab itinere nullo modo flectant, in Betsamis cum Arca domini veniunt. Sed quid, Fratres, quid per Arcam fœderis, nisi sancta Ecclesia designatur? Ipsa namque est divinæ promissionis pignore fœderata, ipsi divina credita sunt sacramenta, ipsa est dominicæ desponsationis annulo subarrhata, ipsa est quæ Spiritum sanctum in pignus et arrham æternæ hereditatis, ad quam vocatur, accepit. Hanc olim Philistæi captivam duxerunt, dum per hominis primi delictum, dominium super eam maligni spiritus habuere, qui recte per Philistæos signantur: Philistæi quippe, Potione cadentes interpretantur: et maligni spiritus quasi potione superflua ceciderunt, dum nimia contra Dominum superbia tumescentes, de claritate patriæ cœlestis ejecti, ad aeris hujus caliginem corruerunt: qui Arcam Domini captivare conantur, dum locum beatitudinis, quem perdidere, hominibus invidentes; genus humanum, de

id est Ecclesia a dæmonibus oppugnata,

his plaga magna a Christo percussis

B quo ædificanda erat Ecclesia, suggestione pestifera ad delictum traxerunt. Sed tandem unigenitus Dei Filius, sua non deserens, nostra suscipiens; remanens in sinu Patris, egrediens de utero matris; insanabili Philistæos plaga percussit, dum malignos spiritus moriendo contrivit, regnum illorum destruxit, dominium, quod super electos habuerant, omnino delevit. Sicut et per Prophetam dicitur; Tu humiliasti superbum, sicut vulneratum, et in virtute brachii tui dispersisti inimicos tuos. Superbum quippe, o bone Jesu, potenter humiliasti, dum apostatam Angelum, qui ob superbiam dignitatem amisit angelicam, tuis fidelibus subdidisti: ut ejus suggestionis illecebras per vigorem spiritus vincant, eumque ex obsessis corporibus pellant, et ejus calliditatis machinamenta penitus destruant. Tu quoque, fortis et invicte Jesu Christe, diabolum vulnerasti; dum ea, quæ contra te direxerat, in ipsum fortiter jacula retorsisti, et propriis eum telis occumbere præcepisti: suis quippe telis opprimitur, qui ea, quam homini propinaverat, morte perimitur.

Psal. 88, 11

atque per Sanctos pulsis;

C 10 Tandem igitur plaustrum novum erigitur; boves, quæ fœtæ fuerant, subjunguntur, arca superimponitur, et in Bethsames ducitur. Quid per plaustrum novum, nisi novi hominis nova doctrina signatur? Plaustrum quippe quatuor volvitur rotis, et Domini Jesu Christi nova doctrina continetur quatuor Evangeliis. Quatuor enim Evangelia illæ præsignaverant rotæ mirabiles, de quibus Propheta Ezechiel in sua visione sic loquitur; Quocumque ibat spiritus, illuc eunte spiritu ibant: spiritus enim vitæ erat in rotis. Vos quippe, vos Evangelistæ quatuor, istæ rotæ fuistis, qui spiritum vitæ, quem vobis Jesus ab arce Patris infuderat, toto corde sequentes, ea duntaxat nobis credenda misistis, quæ ab ejus magisterio didicistis. Quid vero per boves, quæ plaustrum ducunt, nisi sacri prædicatores congrue figurantur? Bos namque animal est aratris aptum, quod cornua producit, ungulam quoque findit, et ruminat. Sic nimirum doctores sancti, terram alienι cordis prædicationis vomere scindunt; et dum vitiorum spinas extirpant, ad virtutum germina procreanda aptam efficiunt: cornua vero producunt, dum hæreticam pravitatem argumentis catholicis ventilant, dum soliditatem et robur sanctitatis assumunt; quo muniti, occursantibus inimicis, quasi cornibus armata fronte, resistunt. Ungulam quoque findunt et ruminant, dum discretionis modum in om-

plaustro subvecta Evangelico,

Ezech. 1, 20

Prædicatoribus ipsum trahentibus instar boum fœtarum,

D nibus servant, et legis divinæ quam gustavere dulcedinem assidue semper in mentis palato retractant. Qui bene fœtæ etiam dicuntur, quia nimirum hi, qui tantæ perfectionis existunt, nequaquam steriles in Ecclesia permanent; immo dum alios doctrina et exemplis instruunt, multos Domino filios verbo prædicationis gignunt. Sed notandum, quia dum boves plaustro subjunguntur, earum filii domi includuntur: quia nimirum dum perfecti in scientia prædicant; hi qui adhuc in sensu parvuli sunt, qui adhuc doctrinæ alimento indigent, sub disciplinæ magisterio cohibendi sunt; ne forte dum ad alios docendos adhuc docendi prodeunt, semet ipsos perdant, et alios non acquirant. Sed plaustro arca superponitur et in Bethsames reducitur. Bethsames, Domus solis interpretatur, per quam æterna patria figuratur; quam verus justitiæ sol semper illuminat, dum eam suæ claritatis presenti visione lætificat. Percussis ergo Philistæis, arca plaustro superposita bobus trahentibus in Bethsames reducitur: quia nimirum per Christi victoriam superatis malignis spiritibus, sancta Ecclesia, evangelicis sacramentis instructa, per prædicatorum officium ad obtinendam gloriam patriæ cœlestis erigitur, ubi claritatem æterni solis aspiciat, et gaudium perpetuæ felicitatis obtineat.

in Bethsamis, id est patriam æternam ducitur.

11 Sed ecce, dum prolati testimonii sacramentum inquirimus, a te, Beate Fortunate, longe evagati sumus. Sed precamur, ignosce; ad tuum honorem ista prosecuti sumus: ignosce, ut ea quæ de tuis mirabilibus restant, dicere valeamus. Tu quippe, beatissime Præsul, suave Domini jugum sacris cervicibus portans, novo plaustro subjunctus, Fanensem Ecclesiam, instar Arcæ superimpositam, in Bethsames adduxisti; dum eam verbis instruens, et exemplis informans, ad æterni solis contemplandam gloriam sublimasti. Revera, inquam, novo plaustro subjunctus, beate Fortunate, fuisti; dum evangelicis sacramentis instructus, veterem hominem cum suis actibus exuisti; et novum eum, qui secundum Deum creatus est, cum sanctitatis operibus induisti. Novo plaustro subjunctus es: dum carnalem sensum veteris legis a te prorsus excludis, et spiritualem intellectum per gratiam novæ legis assumis. Novo plaustro subjunctus es, dum hujus mundi pressuras pro ovibus tibi commissis pati non renuis, et Domini tui passiones imitando devotus amplecteris. Novo plaustro subjunctus es, qui cum Christo humiliatus in terris, cum ipso exaltaris in cœlis: et quoniam vivens humilitatem spontaneam eligis, jam solutus a corpore ineffabilem gloriam percipis. Sic nimirum, sic bone Jesu, qui tua vestigia sequitur, doctrinis instruitur, exemplis informatur, inter cives angelicos in cœlestibus honoratur et frequenti devotione in terris ab Ecclesiæ filiis celebratur. Qui enim tibi, qui vera vita es, bone Jesu, vivens adhæserit, moriendo nequaquam moritur, imo ad vitam felix introducitur, cum a præsenti vita relinquitur. Electorum quippe vita non deficit, sed augetur, nec occidendo præterit, sed ex ipso occasu principium accipit. [Quid enim]? An mortem incurrisse B. Fortunatus dicendus est, qui æternæ vitæ conjunctus est? qui etsi corporaliter a nobis absens est, per crebra miracula semper nobis præsens est?

E

Sed et Arca ducitur Ecclesia Fanensis, per S. Fortunatum,

quasi novo Spiritus plaustro subjunctum,

F

sicque receptum cœlo.

CAPUT III.

Inventio corporis S. Fortunati. Liquor ex ossibus manans.

Lætare ergo, Fanensis Ecclesia; spirituale gaudium sume: quia nequaquam te Pontifex tuus deseruit: et qui olim te spiritualibus alimentis instituit, etiam nunc præclaris signis illustrare non desinit. Ut, etsi de innumeris, pauca narremus, illud

Coram testibus oculatis,

A illud præcipue notificare curavimus, quod ante paucos annos multorum oculis ostensum innotuit; ut eo verissimum cunctis appareat, quo plures adhuc in carne viventes existunt, qui hoc se vidisse confirmant. Anno itaque ab Incarnatione Domini millesimo centesimo tertio decimo, cum plebs Fanensis pia dubitatione perquireret, ubi vel quomodo hujus almi Pontificis ossa quiescerent; placuit tandem, ut pyramidem illam, confringerent, in qua sacrum corpus cum suo locello contineri majorum relatione didicerant. Igitur pyramis evertitur, saxea arca detegitur, detecta aperitur, venerabilis ille thesaurus, qui quærebatur, intus aspicitur: et quoniam caritas electorum sancta semper societate congaudet, quia nec singularis esse caritas potest; alii duo cum ipso reperti sunt, quorum sacra nomina, supposita scriptura declarat, dum alterum Eusebium, alterum Ursum vocari denuntiat. Et merito tres isti Pontifices uno mausoleo clauduntur, qui eadem fide Trinitatis et Unitatis instructi, eadem Pontificali dignitate sublimes, ejusdem Fanensis Ecclesiæ sacri Rectores, ad eamdem felicitatis perpetuæ gloriam pariter pervenerunt. Sed detectis venerandis Reliquiis, tum vero cerneres nivis candorem in ossibus, ut jam in illis futuræ per resurrectionem glorificationis imaginem præsignares; odoris quippe fragrantia tanta manabit, ut myrrhæ et balsami et omnium unguentorum odoramenta incomparabili suavitate transcenderet. Saxea quoque arca, B. Fortunati sanctificata Reliquiis, contra naturalem soliditatis suæ duritiam sacrum cœpit emanare liquorem, adeo largiter, ut et ipsa tota madesceret, et suppositum pavimentum stillicidiis sacris infunderet.

post inventum an. 1113 corpus,
cum corporibus SS Eusebii et Ursi,
suavem de se odorem spirat:
B
ab eo oleum emanat,

13 Sed sacer ille liquor exceptus a pluribus, diversum diversis est operatus effectum, dum aliis salutem, aliis contulit detrimentum. Etenim spiritualia dona, Paulo testante, aliis vitæ præstant odorem, odorem aliis exhibent mortis: et Dominus Jesus, juxta vaticinium Simeonis, aliis in resurrectionem, in ruinam aliis positus fuit. Et quoniam bonum male accipienti commutatur in malum, Domini Jesu buccella, quæ electos sanctificavit Apostolos, nequam Judam deteriorem fecit, dum ab ipso diabolum non expulit, sed inclusit. Nam, sicut Evangelista testatur, mox ut buccellam Judas accepit, in illum diabolus introivit. Caveas ergo et tu, cujus conscientiam pondus iniquitatis onustat, ne ad spiritualia dona non purificatus accedas: quia dum immundus munda contrectas, benedictio tibi in maledictionem mutatur; et qui aliis vitam conferret, tibi perniciem operatur. Renovatur autem istud annua revolutione miraculum. et dum B. Fortunati festivitas colitur, de saxi duritia liquor ille salutaris egreditur: et, ut plus mireris, in mense Junio cum solis ardor vehementer incanduit, saxum natura rigidum mollitiem accepit; et ne forte hoc naturæ lapidis imputes, mox transeunte festivitate, hoc miraculum desinit. Memini quoque me, licet indignum, huic interfuisse spectaculo; petram totam vidisse madescere; et, dictu mirabile! manna cœleste saxo rigente diffluere. Unde te, Fortunate sacer, toto corde laudamus, qui nos miraculis tantis illustras: quia dum nobis signa exterius exhibes, divinæ cognitionis interius nos luce perfundis. Hoc quippe confirmati miraculo, te veneramur, adscriptum inter senatores aulæ cœlestis. Hinc quæ de te pie dicuntur, vera esse perpendimus: hinc, pulsati Fratrum Fanensium precibus, ad tuas laudes scribendas accessimus. Imo nequaquam nos ista componimus, tua sunt prorsus ista quæ dicimus. Tu scriptor es, ego sum tibi calamus; hos per me characteres signas, per me populis cognoscenda fidelibus tua miracula mandas. Utinam, excellentissime Præsul, me idoneum calamum sacris manibus tuis efficias! Utinam meæ servitutis officium tibi complaceat! Utinam me tua merita protegant, et ad societatem patriæ supernæ perducant, in qua sublimatus exultas.

diversæ in diversis effectus,
2 Cor. 2, 16
Luc. 2, 34
Joan 13, 30
C
miraculo quotannis iterato,
etiam vidente Auctore, indeque moto ad scribendum.
D
AUCTORE JOANNE EX MS.

14 Veneranda sunt, Fratres, superius enarrata miracula, et olim transactis comparanda mysteriis. Nonne huic simile esse videtur divinæ illud virtutis insigne, cum sitienti populo longi itineris labore defesso, Moyse exorante, irriguos fontes petra profudit? Sed intueamur diligentius, Fratres, quid spiritualiter illa petra signaverit, quis ille sitiens populus fuerit, quas aquas ad refocillandum acceperit. Quid vero petra significet, Doctor gentium beatus Paulus insinuat; Petra, inquit, erat Christus. Scilicet de hac petra flumina manant, dum spiritualia ab ipso sacramenta procedunt, a quibus fideles populi poculum salutare percipiunt. Hæc petra, virga lignea bis percussa refertur: quia profecto duo sunt ligna crucis, in qua Dominus Jesus lapis angularis pependit, ubi lancea perfossus aquam et sanguinem simul emisit. Sacra quippe nos aqua regenerat, sanguis redimit, caro immaculata cibando consolidat. Hæc utique tria sunt indivisibilia sacramenta salutis, in quibus Christiana fides roborata consistit, et totius hæreticæ pravitatis et mundanæ sapientiæ machinamenta confringit; Joanne Apostolo testante, qui ait; Omne quod natum est ex Deo, vincit mundum; et hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra. Et quasi ab eo quæreres, unde nostra fides testimonium habeat, mox subsecutus adjunxit: Tria namque sunt, quæ testimonium dant in terra, aqua, sanguis, et caro; et tres sunt qui testimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, et Spiritus. Hæc sunt testimonia tua, bone Jesu, hæc sunt illa flumina salutis, quæ de tua soliditate profundis; his fluentis sanctam Ecclesiam irrigas, his urentem sitim in cordibus fidelium tuorum extinguis, his aquis satietatem perpetuam donas, his vitiorum sterilitatem aufers, et fecunditatem justitiæ præbes. Has aquas, Fanensium turba fidelium, de viva petra tua tibi produxit Antistes, et quod ad eruditionem tuam adhuc tibi visibiliter exhibet, copiosius olim spiritualiter ministravit atque ministrat.

Comparatur hic liquor aquæ ex petra,
Exod. 17, 6
1 Cor. 10, 4
id est ex Christo,
E
1 Joan 5, 4
1 Joan 5, 7
qua aqua S. Fortunatus Fanenses reficit,

15 Et tu quippe cum antiquo populo patrum in Ægypto fuisti, sub Pharaonis dominio gemuisti, Moysem ducem accepisti, rubrum mare transisti; sed quia adhuc per desertum incedis, quia siti deficis, labore tabescis, pro te Moyses orat, aquam tibi de petra producit, et recreationis fomenta largitur. An non in Ægypto eras, cum originalibus compedita criminibus, in tenebris manebas, et divinæ cognitionis luce carebas? Ubi etiam sub Pharaonis dominio nimis oppressa plorabas, dum sub diaboli jugo captiva, corruptionis injunctæ [ærumnas] deflebas. Sed præsto tibi est Moyses, qui te liberat; divina gratia B. Fortunatus tibi providetur Antistes, qui te per veritatis doctrinam ab erroribus ignorantiæ solvit, et dum te ad notitiam tui Conditoris adducit, ab iniqui hostis dominio eripuit. Eo quoque duce rubrum mare transis, dum per ejus doctrinam et ministerium, baptismi lavacrum percipis; quod utique tunc rubrum efficitur, cum roseo sanguine Dominicæ Passionis intingitur. Videas autem, ne adhuc de securitate præsumas. Etenim per desertum incedis, iter tibi est per insidias, per multos labores oportet te redire ad patriam: sed utinam in hoc itinere sitias, ut satietatem beatæ refectionis invenias, illam, inquam, satietatem, quam bonus Jesus sitientibus repromittit: Si quis sitit, inquit, veniat et bibat, et de ventre fluent aquæ vivæ. et alibi. Beati qui esuriunt et sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Hanc beatitudinem votis

F
Fideles Israelitis in Ægypto morantibus comparandos
Joan 7, 38
quos hortatur auctor ut inde potari satagant,

AUCTORE JOANNE EX MS.

A votis omnibus, plebs Fanensis, amplectere: justitiæ sitim vehementer assume, ut ad ejus saturitatem attingas: in te ipsa tabesce, et carnis exiccans humores, a te ipsa penitus defice. Huic tuo desiderio, Moysi vice, Pontifex venerandus Fortunatus occurret; precibus almis tuæ sitis extinguet ardorem; Dominum Jesum vivam petram orando pulsabit, ut tibi fluenta gratiæ spiritualis impendat, quibus satiata pinguescas, et ad gaudium æternæ refectionis attingas. Quoties enim munera supernæ gratiæ percipis, quoties miraculis illustraris, quoties doctrina sacra perfunderis, toties tibi perspicuas aquas petra producit, ut in his munditiæ lavacrum et poculum salutis invenias. Nonne vero limpidissimum te irrigavit gratiæ divinæ fluentum, cum impetrantibus Beati Fortunati meritis, dæmones effugatos, infirmos curatos, claudos erectos vidisti? Unde si te sitis egregia divinæ cognoscendæ virtutis exurit, audi, quod tibi proponimus insigne miraculum, in cujus fonte restinguere poteris desiderii æstuantis incendium.

unde energumeni, ægri, claudi sanitatem ferunt.

CAPUT IV.

B

Contracta et distorta mulier sanata.

Paupercula auctori nota,

Quædam mulier paupercula, quam omnes fere novistis, quam ego quoque facie cognitam habeo, pluribus narrare solebat, quod in noctis visione cognoverat, cujus quidem verba nequaquam ab ejus ore suscepi, sed fideles testes et subsequentia circa ipsam declarata miracula fidem præcedentibus astruunt. Quæ in Urbinati territorio mediocri genere orta, ex altera parte corporis erat invalida, adeo ut digiti retortæ manus, brachio tenaciter adhærentes, adhuc ostendant complexionis ingratæ vestigia; et contractum crus pedem a terra suspenderet ut juxta genitalia applicaret. Cruciabatur itaque urgente inopia, morbo quoque torquebatur apposito. Devotis [ergo] precibus Dominum exorabat, ut mori permitteret, quam totam vivere non sinebat. Adest nox quæ finem curis imponet. Debilis hæc somno resolvitur, devinitus ei consilium salutis recuperandæ tribuitur. Aspiciebat igitur in visione nocturna: videbatur sibi quatenus dum alti fluminis ripam baculo sustentata præcederet, angustum tandem et difficile reperit iter, cujus etiam expediti pericula formidarent; cum a dextris obstantibus rupibus diverticula nulla paterent, a

misere contracta

in somnis sibi visa graviter periclitari,

C sinistris fluvius præcipitanter incederet, ante oculos vehemens præcipitium immineret. Intentabant ei undique omnia mortem: et ut majoris infortunii terror accederet, baculum, quo sustentabatur, delapsum alveus torrentis accepit. Sed circumspiciens quonam modo sublevaret asperos casus; videt ecce duos senes non procul assistere; quorum alterum patrem suum esse cognovit, quem jam defunctum esse meminerat; alterum vero, qui vultus admodum fuerat reverendi, minime cognoscere potuit. Paterna eam sollicitudine pater alloquitur, ne timeat exhortatur, recuperandæ salutis fiduciam præbet, si ad B. Fortunatum, Fanensis ecclesiæ Præsulem, venire festinet.

admonetur accedere:

17 A somnis tandem evigilans mulier, hanc secum visionem sæpe retractans, utpote de salute recuperanda solicita, laborem assumpsit itineris; et baculo sustentante subnixa, Fanensium urbem vix demum fatigata subivit. Quantam tibi gloriam tuus præstat Antistes, plebs intuere Fanensis. A remotis finibus languidus evocat; et cum eos curare in regione propria valeat, te tamen solam suis miraculis illustrare deliberat: ut, sicut in terris vivens cibaria tibi sacræ prædicationis impendit; ita nunc in

Fanum proficiscitur,

D cœlis consistens, laudibus te præclaræ virtutis honoret. Cujus facta dum solerti meditatione considero, alterum Heliseum illum esse perpendo, quem in Samaria commorantem Naaman ille Syrus lepra percussus adivit: et in Jordane fluvio septies Heliseo monente lavatus, munditiam pristinæ sanitatis accepit. Quid rogo, Fratres, quid iste leprosus, nisi genus designat humanum? Quod eo tempore deformem cutis varietatem contraxit, cum innocentiæ et sanctitatis decorem per inobedientiam depravatum amisit, et pollutionis multifariæ sordes per peccatum assumpsit. Sed Heliseo mandante Jordanem ingreditur, septies lavatur, ac tandem mundatur. Jordanis quippe, Descensio dicitur; Syrus vero, Sublimis interpretatur. Heliseus ergo monet, ut Syrus, qui leprosus est, Jordanem ingrediatur; quia sancti prædicatores præcipiunt, ut qui peccati lepra sordescit, sublimitatem mundanæ dignitatis abjiciat, cervicositatem superbiæ comprimat, ab elationis turgidæ fastu omnino descendat, humilitatis lavacrum intret; ubi, cooperante septiformi sancti Spiritus gratia, dealbationem totius sanctitatis assumet.

4 Reg. 5

instar Naaman Syri ad Eliseum pergentis,

atque in Jordane lavari jussi:

18 Et tu igitur, plebs Fanensis, ad tuum Heli-

E seum concurre, ejus monita summa devotione mentis amplectere, quatenus salutarem munditiam valeas obtinere. Et tu siquidem, ut opinor, in Syria forte consistis, aliquando sordida forsitan lepra contingeris; et ideo ad Heliseum propera, Jordanem ingredere, lavare septies, nitidamque cutem [recipe]. In Syria quippe es, dum contra tuum Auctorem elata mente tumescis, dum in tua scientia gloriaris, dum divinæ sapientiæ nullatenus acquiescis. In Syria es, quoties tui Conditoris præcepta contemnis, quoties mundi honoribus delectaris; et quia cum mundo ditescere cupis, Christi paupertatem imitari non appetis. Hinc te lepra turpis invadit; quia mox ut a Christo recedis, qui sibi adhærentes sanctificat, prædo te malignus aggreditur, qui suos imitatores totius iniquitatis contagio sordidat. Sed ne pereas, ne sordibus involuta putrescas, egredere de Syria: omnem depone superbiam, mundi projice dignitates, relinque divitias, honores postpone, ad Heliseum curre, ad Pontificem tuum Fortunatum affectu pii cordis accede; ejus monitis acquiesce, Jordanem humiliata prorsus ingredere; compunctionis et pœnitentiæ lavacro [totam] te, si sanari cupis, asperge: cumque lavata septies fueris, profecto mundaberis: quia in sanctum Spiritum credens, cujus gratia est septiformis; septiformes sordes vitiorum abjicies, et inæstimabilem justitiæ

quo monentur Fanenses,

ut et ipsi a lepra spirituali mundandi.

Ad Patronum suum recurrant,

F candorem percipies. Sicut ergo Naaman ille Syrus ad Heliseum sanandus accessit; sic et tu, quoties peccati morbo deprimeris, auxilium hujus almi Sacerdotis inquire, ad cujus beneficia postulanda debilis etiam et contracta mulier nocturna visione docta pervenit.

sicut mulier illa,

19 Igitur urbem ingressa, B. Fortunati frequentabat oratorium, prece sedula ejus implorabat auxilium, quatenus consequeretur salutis promissæ solatium. Sed ut futurum circa illam miraculum magis celebre fieret, cunctis fere Fanensibus ostiatim victum quærendo prius innotuit, quam fructum optatæ liberationis acceperit. Sed tandem aliquando, cum juxta tumulum B. Fortunati procumbens oraret, magnus eam repente stupor invasit, adeo ut sensu derelicta jaceret, et apertis oculis penitus nil videret. Interim ejus ossa contorta quemdam fragorem emittunt, nervi siccati virescunt; et quos morbus male contraxerat, ad proprios usus virtus divina reformat. Ad se tandem reversa mulier tremebunda surrexit, et utroque pede subnixa, non adhuc se sanam intelligens, baculum quo sustentari consueverat,

quæ ad tumulum Sancti orans,

recipit usum membrorum.

A consueverat, in pavimento quærebat. Quod ut circumstantes aspiciunt, contra morem solitum illam incedere admirantur; quid sibi contigerit; solicita intentione perquirunt. Confitetur illa, quæ circa se divinitus facta cognoverat: in lætitiam mox omnes prorumpunt, divinam omnipotentiam laudant, B. Fortunati merita venerantur. Verumtamen prædicta mulier sine baculo quidem incedit; sed adhuc claudicat: quod ex divina dispensatione arbitror evenisse, ut in altero divinæ munera pietatis intelligat, in altero severitatem adhibitæ correctionis attendat. Etenim Dominus omnipotens pauperes suos pia severitate flagellat, ut eos magis fulgidiores efficiat, quo vehementius in camino mundanæ tribulationis examinat.

Adhortatio ut flagella Dei patienter ferantur.

20 Amplectenda sunt nobis divina flagella hujusmodi et æquanimiter toleranda: quia ab hereditate paterna indignus excluditur, quisquis paterna castigatione commonitus nullatenus emendatur. Ne ergo nos, dilectissimi, ab hereditate sua Pater cælestis excludat; optemus, ut nos per flagella suæ pietatis emendatos efficiat, mentis nostræ duritiam comprimat, carnis nostræ lascivias severitatis suæ mucrone trucidet, et, quod magis mirere, eo clariores per laborum exercitia reddat. Numquidnam D nos, dilectissimi, Paulo Apostolo meliores? numquid David Rege mitissimo sanctiores? numquid Job probatissimo justiores? et unde Paulo Apostolo Angelus sathanæ, stimulus carnis, qui colaphizet apponitur; 2 Cor. 12, 7 pro quo ut ejiciatur, ter Dominum rogat, et non exauditur? imo apposita simili causa ostenditur, cum virtutem in infirmitate perfici, divino ei oraculo dicitur. Propheta quoque David, ut flagellis Psal. 25, 2 corrigeretur orabat: Proba, inquit, Domine, et tenta me: ure renes meos et cor meum. Psal. 117, 18 Et quasi ab eo [quid tentationes sibi] prosint exquireres; in alio Psalmo evidenter insinuat; Castigans, inquit, castigavit me Dominus, et morti non tradidit me. Beatus Job divina voce laudatur, et quod ei similis Job 1, 18. in terra non sit, superna assertione probatur: et tamen filiis orbatur, possessionibus spoliatur, a dignitatibus sublimatus dejicitur, [pessimo] insuper morbo percutitur, et a planta pedis usque ad verticem vulnus aperitur; ut profecto fideles intelligant, in hoc mundo semper esse plorandum: quia, qui hic in lacrymis seminant, illic in gaudio metent; et qui hic euntes deflent, in futuro cum exultatione laborum suorum manipulos colligent.

AUCTORE JOANNE EX MS.

B

E

DE S. MARIO SOLITARIO

MAURIACI IN ARVERNIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

De ejus cultu certo, Actis apocryphis, et incerta ætate.

D. P.

SEC. VI,

In oppido Mauriaco

Qua Durdanius fluvius Lemovices ab Arvernis separat, ad Auzam rivulum, jacet Mauriacum: *in eoque Benedictini Ordinis et reformationis Cluniacensis, cœnobium, quod a Theodechilde, Chlodovei Francorum Regis filia, fundatum creditur, S. Petro dicatum. Oppidum vero ipsum cum titulo Archipresbyteratus, sub diœcesi Claromontana ad plures circum vicos extensi, ad provisionem Episcopi pertinet, qui ecclesiæ ibi Parochiali Curatum imponit. Ad cœnobialem vero ecclesiam corpus* S. Marii, *in eremiticæ suæ exercitationis loco sedecim* C *leucis distante sepulti, transferri curavit* nobilissima quædam femina, nomine Ermengardis, *quod exinde multis ibi miraculis claruit, celebri religione cultum hac* VIII *Junii, non solum istic, sed et per totam Arverniam et Aquitaniam. Dominicus de Jesu, Carmelita Discalceatus, in Vita seu Historia panegyrica hujus Sancti, allegatus a Jacobo Branche inter Vitas Sanctorum Arverniæ, existimat,* Ermengardim *prædictam eam esse,* quæ Stephano, ejus nominis quinto Episcopo Claromontano, in favorem, ecclesiæ Cathedralis, dedit Ecclesiam Silvaniacensem, cum turra * Nohanensi, tempore Philippi Franciæ Regis, circa annum MLX. *Addit idem Branche, quod,* licet Sanctus hic proprium habeat Mauriaci sacellum, tamen Dominica festum præcedente, scrinium ejus efferatur processionaliter in proximum oppido montem, ad duos bellici tormenti jactus distantem, dictum Podium S. Marii; ibique relinquatur totos tres menses, visitandum a frequentia concurrentium illuc vicinorum: quo in monte prædictus Stephanus ecclesiam consecrarit, supra cujus tectum nocte sequenti lux magna effulserat, totam circum illuminans regionem. *Agitur de hoc monte et ecclesia num.* 33 *et* 35, *simulque indicatur, numquam illuc efferri sacrum corpus, pro pluvia vel siccitate impetranda, quin optatus sequatur effectus.*

ab an. circ. 1060 corpus;

* *an* Rohanensi

et Vita in MS vetusto.

2 Vita præfati S. Marii Confessoris, Patroni urbis Mauriacensis, e Latino vetustissimoque quodam membraneo manuscripto monasterii S. Petri ejusdem urbis, atque post Vitam et miracula S. Austremonii, ejusdem S. Marii Acta continente, fideliter et ad verbum descripta, *uti ad calcem apographi legitur, et inter schedas P. Odonis Gissæi reperta, ad nos venit beneficio P. Petri Possini sub hoc titulo,* Incipit Vita S. Marii, Patroni nostri; *qui titulus aliique, Capitibus præfixi singulis, elegantiori notantur rubrica. Sequuntur autem in eodem codice, satis male habito,* Passio SS. Tiburtii et Vincentii, Vitæque Sanctorum Gunidii Episcopi (cujus Reliquias possidet Conventus Mauriacensis) Benedicti, Odonis, Albini. *Hæc autem ideo hic adjungo, ut verosimile faciam, ipsum Mauriacense cœnobium adhuc superesse aut superfuisse, cum ista Odoni Gissæo describebantur, ante medium seculi hujus defuncto, licet in Pullario Beneficiorum et Indicibus Abbatiarum Galliæ nusquam illud nominetur. Ut ut est, velim ab eis qui nunc locum possident de præsenti sacri corporis cultu ac statu distinctius edoceri; tum etiam de prænominatis tribus Sanctis,* Benedicto, Odone, Albino, *quorum ibidem Vitæ haberi dicuntur, sintne vulgo noti,* Benedictus *totius Ordinis Patriarcha,* Odo *Abbas Cluniacensis,* Albinus *Andegavensis Episcopus; an alii nobis forsan ignoti. De primo et tertio egimus in Martio, nec non in Majo de* Aleunno, *alias etiam dicto* Albino; *de* Odone *acturi* XVIII *Novembris.* Gunidii *autem, seu* Quinidii, *Episcopi Vasoniensis, Acta illustravit Bollandus ad diem* XV *Februarii. Scire etiam velim, sintne adhuc in usu* Invitatorium, Antiphonæ, Versus, Responsoria, et Hymni Officii S. Marii,

F

inter Vitas Patronorum

AUCTORE D. P.

A S. Marii, *ad Matutinum, Laudes ac Vesperas, sicut in eodem codice ponuntur ante Vitam; quæque fortassis antiquiora sunt omnia, ipsique scribendæ argumentum subministrarunt: unde ea ipsa valde optamus nancisci.*

Cultus late diffusus,

3 *Non ibi autem consistit Sancti illius cultus; tota enim diœcesi Claromontana Officium de eo fit sub ritu semiduplici, partim hac die, partim præcedenti; uti apparet ex Breviariis Ecclesiæ Claromontanæ et monasterii Casæ-Dei.* Complures per Arverniam et Aquitaniam ecclesiæ pluraque altaria, *inquit Jacobus Branche*, inveniuntur eidem dicata, in quibus per intercessionem illius, multa Deus operatur miracula; puta ecclesia Villæ siccæ, prope Cadurcum; Capella intra ædem Divæ Virginis a Portu, Claromonte, aliaque ibidem S. Petri, in ecclesia S. Juliani Brivatensi, in vico S. Saturnini prope Clarummontem; Massiaci, Orceti, Outablæ prope Issorium; Bonnaguis, prope Usseturn; Fortunis, prope Muratum; Croncæ et Moledis, prope S. Florum; ad S. Bonitum, prope Achonem. Besserus autem pago, qui distat duabus leucis Pebraco, ad VII Jun. concurrunt rustici, sua ei animalia commendaturi, successu optimo, ut ipsemet ex iis intellexi an. MDCXLIII,

per sacella et altaria;

B quando illuc ut minimum duo millia confluxerant; nec probare potui hominum quorumdam secularium cupiditatem, vindicantium sibi bonam partem caseorum, magno tunc numero offerri solitorum; metuique ne iis id male aliquando cedat.

4 *Idem Jacobus Branche, istis sic relatis, ad finem Vitæ Gallicæ, a se post, prædlegatum Carmelitam continuatæ; Latinæ veteris, quam etiam in archivis ecclesiæ Brivatensis servari asserit, auctorem facit* S. Odonem, Abbatem Cluniacensem; *testem nullum nominans, neque animadvertens quod antea dixerat de* Ermengarde, *velut translationis curatrice, seculo* XI *ad medietatem provecto; quodque* S. Odo *obierit anno* DCCCXLII, *uno ut minimum seculo citius. Adde, quod stylus tam verbosus, qualem hic reperio ac potissimum libro primo (qui tamen et secundus ejusdem Auctoris sunt) nequaquam Odonem istum referat, ex suis scriptis satis noscendum. Neque dixerim hunc scripsisse quidpiam, rogatum a Mauriacensibus Monachis, prius forsitan quam transferretur ad ipsos Corpus, in propinquo possidentes et regentes parochiam,* S. Marii *dictam etiam ipsam; nisi Ermengardis alia anterior admittatur, quæ translationem curaverit. Tunc enim facile*

Vitam non scripsit S. Odo Ab. Cluniac.

utpote verbosissimam.

C *concessero ab Odone compositum Officium, quod postea extenderit alius amplissima phrasi, addens ex suo librum secundum de translatione et miraculis posterioribus: maneret tamen difficile captu, quomodo talem auctorem habens, satis habuisset eo innominato polliceri, simpliciter scripturum se Acta Sancti,* prout tradita sunt ab antiquis *et quidem* scriptis, *ut postea innuit seque*... fidem totius historiæ committere eis qui hæc tradiderunt. *Idem autem queritur de uno quopiam recentiorum, quod, antiquis non contentus,* Acta S. Marii tantis superfluitatibus, tantaque mamum impleverit luculenta nugacitate dictorum, ut gravibus quibusque lectoribus sive auditoribus, non solum nauseam atque fastidium, verum etiam (nisi ob Sancti reverentiam) totum pene quod ibi dicitur, contemnendum penitus videretur et abjiciendum.

temporaque et res male confundentem,

5 *Utinam hæc censura non etiam caderet in ipsammet illius Præfationem verbosissimam totumque librum primum: in quo non solum verba, sed res etiam ipsæ tales sunt, ut Henschenius noster dubitaverit, essentne typis evulganda nostris; ipseque Auctor merito caverit fide jubere pro veritate historiæ, a se scribendæ ex antiquis. Quis enim utcumque peritus linguarum ac temporum, sine stomacho legat, quod socius (ut præfertur)* S. *Austremonii, missusque in Galliam Roma Sanctus,* Ermonio *dæmoniaco a se curato et baptizato num.* 11, jussit ut diceretur vocabulo Bernardus; *num.* 12 D *quod cæcus*, Salmana nuncupatus, a Sancto vocatus est in baptismo Barnerus; *quodque* Stennonio *paralytico idem Sanctus num.* 14 gesti in se miraculi publicationem fortiter interdicens; locutioni Teutonicæ assuetum imposuit vocabulum Hilpericus? *S. Gregorius Turonensis, in Arvernia natus et educatus, qui in sua Francorum Historia duorum potissimum Episcopatuum, Turonensis, videlicet et Claromontani, Antistites sibi enumerandos proposuit seriatim; inter hos primum statuit* Austremonium, Decio et Grato Coss. *id est anno* CCL, *missum in Gallias, uti ipse ait lib.* 1 *cap.* 28. *Atqui tota tunc Gallia, unus parens Romanis, Francica et Teutonica ignorabat nomina: quæ etiam inepte finguntur assumi ab homine, qualem tunc* Marium *concipere oporteret, lingua, lege, natione Romano. Quod si ista inepte fingerentur de tali, multo etiam ineptius finguntur de eo, qui* (ut scriptis ab anterioribus traditum, *inquit Auctor Vitæ ipso initio,*) ex illorum collegio fuit discipulorum, qui cum Dominum Jesum præsentem in carne vidissent, primos Apostolorum Petrum et Paulum Romam sunt secuti, ac divinæ prædicationis sub eorum magisterio fideles extitere ministri.

dum Teutonica nomina imputantur socio S. Austremonii,

aut etiam discipulo Christi

E

6 *Joannes Savaro, Præses et Præfectus Arverniæ, vir eruditus deque litteris et patriæ suæ historia optime meritus, de* S Austremonio *scribit in Originibus Urbis Claromontanæ, cum,* postquam annos sex et triginta suæ præfuisset Ecclesiæ, sibi substituisse S. Urbicum, decessisseque ad Iciodorum vicum, et adhuc sex annos superfuisse. *Acta* S. Urbici *dedit Henschenius, docuitque vita functum circa annum* CCCXII; *rursumque die* V *Junii, de successoribus ejus Sanctis* Leogontio *et* Illidio *probavit, ex eorum Actis, seculo* IV *floruisse. Atque hinc porro ex mente Turonensis ad* S. Austremonium, *seculo* III *dimidio advectum, facilis est ascensus; non item ad ætatem Apostolorum; cui qui* S. Austremonium *admovent ex quadam opinatione vulgi, ignotas sibi suarum Ecclesiarum origines cupide ad Apostolos attollentis, enormem coguntur in Episcoporum successionibus admittere hiatum: quod fieri non deberet absque certissimis testimoniis, qualia pro* S. Austremonio *non habentur, nedum pro* S. Mario; *atque adeo vacillet necesse est, quidquid de hoc, ut tali, dicitur toto libro primo Vitæ. Totum tamen contextum hic dare proposui, ut suo quisque rem arbitrio æstimet, tanto liberior futurus, quanto fidelius transcriptam acceperit qualemcumque* S. Marii *Vitam.*

Floruit enim Austremonius seculo 3,

7 *Ego in ea nihil video, in quo possit verosimilis* F *aliqua, de* S. Marii *ætate, conjectura formari, quam ipsa illa Teutonica nomina, quæ alias per summam absurditatem inducta deberemus agnoscere. Quid enim, aliunde habemus, quo ille vehementer suadeatur non esse multo junior* S. *Gregorio Turonensi? qui cum plerorumque Arvernorum Sanctorum Acta suis in libris, de gloria Martyrum et vitis Patrum, insigniter illustrarit;* S. Marii *tamen non meminit. Primi autem, qui de eo scripserunt aliquid, videntur Monachi Mauriacenses fuisse, postquam ipsis fuit loci sepulcralis cura commissa. Liceat ergo opinari mihi, quod sicut a S. Petro missus* S. Austremonius *dicitur, quia missus ab aliquo ejus in Apostolica Sede successore, puta S. Fabiano, initio anni* CCL *vita functo; sic et* S. Marius, *ad reliquias Gentilismi in Arverniæ superioris montanis extirpandas, missus ab aliquo Arvernorum Episcopo, seculo* VI *vel* VII, *Francis jam tota Arvernia dominantibus, dicatur missus a* S. Austremonio, *quia illustrior nullus occurrebat, cujus nomini ea missio adscriberetur, ab hominibus, minime malis, et initia fidei Christianæ apud se posita per* S. Austremonium *agnoscentibus. Ita optime intelligetur, quomodo potuerit* Marius, *conversis baptizatisque a se ponere nomina Teutonica, id est, Francica: si tamen alia nomina illi* unquam

verosimiliter dictus misisse S. Marium sicut ipse missus a S. Petro;

licet in Gallis venerit anno 250,

A *unquam habuerunt, et plus quam a morbis corporis curati fuerunt, nec a nativitate Christiani. Equidem vereor, ut tota tot verbis deprædicata Gentilium conversio, aliud habeat in rei veritate fundamentum; quam quod* S. Marius, nullo adhuc imposito sacræ ordinationis officio, sed pii pectoris compellente devotione, *et simplex Clericus; montanis hominibus, Christianis quidem, sed perquam rudibus instituendis utilem operam navaverit, ex ea quam sibi delegerat solitudine; approbante, aut etiam hortante Claromontano Episcopo, qui et Clericalem tonsuram dederat. Sed hæc per se dijudicet lector; et quantum plus fidei mereantur quæ strictim dicuntur libro 2, quam quæ libro* I *tam prolixe exaggerantur.*

et Marius forte pertineat ad seculum 6 vel 7.

Ejus in loco primæ sepulturæ memoria

8 *Certiora sunt veteris cultus monumenta, in eo ubi Sanctus eremiticam vitam duxit et sepultus fuit loco: quem Jacobus Branche asserit ab ejus ibi spelunca nominari* S. Mary le Creux, *in tabulis ex Arvernorum dialecto,* le Croz, *id est* Cavum S. Marii, *sive ad litteram* S. Marius cavus. *Ibi* erecta super ipsum ecclesia *Parochialis, sub titulo S. Petri,* etiamnum servat arcam corporis ligneam, circulis ferreis circumdatam, unde assumptum fuit transferendum Mauriacum: eademque in valle scaturit fons, ab eodem B Sancto nominatus, ex quo bibentes ægri sanitatem frequenter hauriunt: et ducentis abinde passibus monstratur lapis, unde is populum solebat instruere, dicta Sedes S. Marii: ipsa vero ecclesia plurimum etiam nunc visitatur, absente licet corpore, et multis illustratur miraculis. *Ita Jacobus le Branche, qui non videtur postea magni facere, quod* Marojolium, *ubi Sancti anima visa est, venienti ad sepulturam curandam Episcopo, ferri in cælum, putetur ab aliquibus esse, quod hodie vocatur* Podium S. Marii, *diversum a prædicto, inter civitatem S. Flori et Mauriacum, qui locus abest leucis 8 a loco sepulturæ: estque vero propius, Marojolium haud distare, a parochia* S. Victoris, *si non est ipsamet; siquidem hic ibi dicitur in corpore requiescere num. 19 distatque a Cavo-S. Marii solum leucis duabus. Quod autem prænominatum* Podium *attinet, id quoniam jacet in via Massiaco Mauriacum euntibus, crediderim, transeunte illac corpore; donatum Mauriacensibus fuisse, occasione miraculi, circa mulum in præceps lapsum patrati num. 25: sicut alias sæpe in talibus factum legimus.*

An. 1528.

9 *Hactenus scripseram, quando Mauriaco accepi, editum ante annos* CLX *et amplius Episcopale decretum, de festo Translationis* X *Septembris celebrando, in hæc* C *verba:* Thomas du Prat, miseratione divina Claromontensis Episcopus et Dominus, universis et singulis Christi fidelibus, in eo qui est vera salus, salutem sempiternam. Cura Pastoralis est vigilare super gregem sibi commissum, et illius in omnibus salutem procurare, imo Omnipotenti se tribuere fidelem ministrum, et maxime si ea quæ petuntur animarum salutem concernunt. Considerantes igitur fervorem caritatis devotionemque sinceram subditorum nostrorum, civium et habitatorum villæ Mauriaci, præfatæ nostræ diœcesis, quam habent erga ecclesiam parochialem d. villæ, ubi imago Deiparæ et sacrosanctæ Virginis Mariæ veneratur et decoratur, ob miracula quæ Deus omnipotens, intuitu beatissimæ Virginis, ibidem crebro et de die in diem facere et operari dignatur; nec non et propter corpora Sanctorum Quinidii Episcopi et Marii Confessorum, quæ requiescunt, coluntur, et venerantur devotissime a dictis civibus alia in ecclesia præd. oppidi, videlicet in cœnobio S. Petri Ordinis S. Benedicti. Nos ergo, ex officio nostro optantes, eorum prædictorum subditorum nostrorum devotionem augere, sicut sitimus et desideramus in Domino; concedimus, permittimus, et volumus, quod de cetero annis singulis, eodem in loco, a viris eccle-

Statuit Thomas Episc. ut inter alia quædam festa

siasticis pariter et laicis, fiat et celebretur festum, D prout fieri solitum et de jure statutum in d. nostra diœcesi diebus Dominicis et Festis solennibus, in tota præd. Parochia; scilicet memoria miraculorum intemeratæ Virginis die IX Maji; similiter et festum B. Quinidii, XV Februarii; et ejus Translatio, XXV Septembris; et Translatio S. Marii, Presbyteri et Confessoris X Septembris. Cupientes insuper eorum voluntatem adhuc propensiorem reddere; concedimus in Domino omnibus et singulis, prædictas ecclesias visitantibus, et præfatorum Sanctorum festa diebus superioribus celebrantibus, XL dies Indulgentiarum, quas ab hoc perpetuo statuimus valituras. In quorum omnium et singulorum robur, fidem, et testimonium, has nostras litteras sigilli nostri rotundi appensione jussimus muniri. Datum in domo nostra Episcopali Claromontensi, die V mensis Maji, anno Domini MDXXVIII. *Signatum* G. Dovitre: *et sigillatum infra rubra cera, vincta cordulo rubro serico.*

AUCTORE D. P. *agatur 10 Septembr Translatio S. Marii:*

10 *Miramur hic nihil poni pro* VIII Junii, *qui tamquam* Natalis S. Marii *etiam nunc colitur Officio semiduplici, ut patet ex propriorum diœcesis Claromontanæ festorum indiculo inde nobis transcripto, et Ordine recitandi Officii pro anno* MDCLVI; *quando idem festum, tunc concurrens cum Feria* V *Pentecostalis hebdomadæ, transferri contigit usque in* XIII *Julii, cum addito;* Fuit VIII Junii. *Magis etiam mirum videtur, Translationis festum, cum prærogativa Indulgentiarum tam studiose postulatum a populo, concessumque ab Episcopo, non perennasse ad posteros; sed in dicto Ordine Indiculoque omnino præteriri; fortassis quia in vindemiæ tempus cadens, minus aptum erat ciendo concursui populari. Fuit autem* Episcopus Thomas, *ut hoc obiter dicam, qui Societatem nostram, ex Italia adductam, primus stabiliit in Gallia, jactis trium Collegiorum fundamentis, Billomi in Arvernia et Parisiis in Francia, quod in maximam deinde celebritatem amplitudinemque excrescens, Claromontani Collegii nomen usque ad nostra hæc tempora tenuit; donec suum illud Rex Ludovicus XIV fecit, cœpitque Ludovici Magni vocari; tertium Mauriaci erectum fuit, unde diploma prænotatum accepimus, absque spe inveniendi quæ supra optabamus vetustiora monumenta.*

licet hodiedum solus agatur natalis 8 Junii. E

Quis ille Thomas?

VITA

Ex veteri MS. Mauriacensi.

F

PROLOGUS.

Inter omnes Sanctos, qui post Domini Salvatoris adventum, vel vita, vel prædicatione claruere per mundum, illorum vel maxime apud fideles attollenda sunt merita, per quos fides ipsa toto orbe fundata est, ac propagata. Quamvis enim postea extiterint multi, qui et sanctæ vitæ mirandis exercitiis meritisque magnis, et signorum quoque gratia collata ingentibus enituere miraculis; quidquid tamen istorum obtinuit fides et meritum, totum ad illorum spectat nihilominus meriti supplementum, per quos isti ad gratiam credulitatis, et ad virtutem pervenire potuerunt per fidem operationis. Huc accedit, quod inæstimabiliter fortioris virtutis fuit meritique majoris, quam esse nunc possit, eo tempore agnovisse ac suscepisse credulitatem veræ pietatis, quo nondum tanta fuerat gloria ac virtute comprobata, post illorum etiam ex hac vita discessum, qui ejus agnitores ante fuissent atque cultores. Ea namque, quibus hi post hanc vitam apud Deum se vivere et per illum plurimum se posse demonstrant, indubitanter ac certissime probant, nequaquam illos, dum hic

Inter Sanctos præcipue laudandi,

qui fidem primi annuntiarunt populis,

viverent,

A viverent, in cultu pietatis errasse, ac per hoc imitationem veræ fidei indubitabilem sequentibus effecisse : quod jam temporibus nostris tot et tantis certissimum factum est documentis, ut facilius, etiam nolens quispiam, credere his cogatur, quæ negare non posse convincitur, quam ut credere velit, laboriosius persuadendum cuipiam videatur. At vero primis illis temporibus grandis hinc poterat humanis mentibus nutabilitas dubietatis irrepere ; ne forte illud quod credendum prædicabatur, tale quid dam esset, quod ad tempus aliquod prævalens, postea penitus esse desineret. Sed profecto tanta redundantia inhærebat illis virtus et gratia Spiritus sancti, ut ipsam sinceriter intuentes in fidei prædicatione certitudinem veritatis, nullam in ea recipere possent ambiguitatem dubitationis. Imo vero tantum in eis exuberavit, tantaque illos ejusdem Spiritus abundantia replevit, ut non tantum fortissima fide retinere, verum etiam prædicatione instantissima toto illam satagerent orbe diffundere.

AUCTORE D. P.

illam adhuc recentem probantes miraculis.

2 Jam vero quis digne valeat æstimare, quanta fuerit, quantæque gloriæ, et quanti meriti virtus illa, qua, pro eadem prædicatione per totam mundi B latitudinem disseminanda, nec pericula vel labores asperrimorum expaverunt itinerum, nec universarum angustias indigentiarum, nec barbararum immanes gentium feritates, nec allaturas absque dubio multimodas persecutiones, postremo nec tantorum tam diversa genera tormentorum, et per ipsa tandem illatum crudelissimæ mortis exitium? Quod si aliquando aliquibus horum, in talibus patientis, supernæ pepercit consilium Majestatis ; quis tamen audeat dicere, illos passionum gloria caruisse, quos constat semetipsos ad omnes perferendas passiones, non tradidisse solum, verum etiam quodammodo ingessisse? Talium unum, nobis peculiarem Patronum, Sanctum scilicet Marium, dignatio cœlestis attribuit : ob cujus ingens meritum atque eminentissimam gloriam aliquatenus exprimendam, pauca quædam de viris hujusmodi putavimus in primis generaliter loqui. Nunc ad specialia ipsius ita nobis, pro exilitate sermonis, loquendi sive narrandi videtur intentio dirigenda, ut ea ipsa tamen non aliunde laudanda putentur aut approbanda, quam ex eo ipso quod generalis talium Sanctorum probatur habere laudatio; hoc est, non commentitiis aliquibus aut extrinsecus perquisitis laudationibus, sed ex ipsa C suorum evidenti intimatione gestorum. Jam dudum siquidem nescio quis hujus beatissimi, sicut et plures alii aliorum suscepta narratione gestorum, tantis illam superfluitatibus tantaque inanium opplevit luculenta nugacitate dictorum ; ut gravibus quibusque lectoribus sive auditoribus non solum nauseam pariat atque fastidium, verum etiam (nisi ob Sancti reverentiam) totum pene quod ibi dicitur, contemnendum penitus videatur et abjiciendum. Quapropter his omnibus penitus omissis, gesta beatissimi viri, prout nobis tradita sunt ab antiquis, ita simpliciter ac breviter decrevimus expromenda; ut non tantum sinmet consideratione digna et laudabili, sed moderata commendatione sint vacua. Neque enim aut extra appositis compositionibus debent superflue phalerari, aut proprii internique sui decoris neglecta consideratione, tantæ pulchritudinis admiratione et glorificatione fraudari. Fidem sane totius historiæ, ab anterioribus nobis traditæ, de ipso vel actibus ipsius, illis qui hæc tradidere committimus; tantumque secundum relationem eorum, vel recitamus ejus gesta, vel prædicamus : de magnitudine tamen virtutis meritorumque ipsius nulli penitus ambigendum esse censemus, quam quotidianis satisque mirandis comprobari miraculis videmus.

et multa sua tolerantia,

ut fecit S. Marius ;

cujus Acta nimia verbositate obfuscata,

simplicius dantur, prout habentur antiquitus scripta.

LIBER I APOCRYPHUS

CAPUT I.

Missio viri Apostolici in Arverniam et secessus in locum solitarium.

Beatus igitur Marius, ut scriptis ab anterioribus traditum accepimus, ex illorum collegio fuit discipulorum, qui cum Dominum Jesum præsentem in carne vidissent, primos Apostolorum Petrum et Paulum Romam sunt secuti, ac divinæ prædicationis sub ipsorum magisterio fideles extitere ministri. Unde quatuor ex his Princeps Apostolorum Petrus, electos atque expertæ virtutis testimoniis approbatos, primo ad proximiores direxisse fertur Italiæ fines; postquam ibi sufficienter verbum fidei prædicassent, deinceps ad Gallias usque progressuros, idemque verbum per ipsas disseminaturos *a*. Horum primum nomine Austremonium *b* consecrasse perhibetur Episcopum; comitesque illi attribuisse Necterium *c* Presbyterum, et Diaconum *d* Mammetum, atque Marium, verbi Dei strenuum fidelemque ministrum. Ita nondum alicujus officii Sacerdotalis sublimatione promotus, jam tamen divinæ prædicationis minister Apostolica per Spiritum sanctum electione monstratus est dignus : et qui fines, domos, et possessiones, notos et amicos deserens ac parentes, ad labores Apostolicos in fidei annuntiatione ac testificatione properanter adjuvandos, annuntiando eamdem exteris nationibus fidem, idem quod Apostoli ministerium sortitus est eumdemque laborem; factusque est alienis vir Apostolicæ dignitatis, qui secutus Apostolos alienus fieri non cunctatus est suis.

Discipulus Christi,

a

b

a S. Petro in Gallias missus,

c d

E

cum S. Austremonio,

4 Et illos quidem quos, Ordinum sacrorum gradibus acceptatis, ipsa ordinationis necessitas ad solicitudinem impellebat, injunctæ administrationis non adeo mirum est instantissimos operatores fuisse Dei agriculturæ Deique ædificationis. At iste, nullo adhuc imposito sacræ Ordinationis officio, sed sola pii pectoris compellente devotione, instantissimus nihilominus operator effectus, nonne digne est pro tantæ virtutis gratuita ac spontanea assumptione mirandus? Nam qualiter cum sociis, quibus ab Apostolorum principe comes ac minister fuerat attributus, opus assumptum fuerit executus, historica de illis traditio nobis evidenter ostendit; ubi ea quæ de ipso vel circa ipsum deinceps sunt acta narravit. Et verbis quidem illud ipsum satis astruxit, asserens illum non minus sociis insignem, tam prædicationibus, quam virtutibus atque miraculis, una cum illis totam pene Italiam ad veræ pietatis adduxisse culturam. De moribus quoque ipsius animique virtutibus ac vitæ instructione, præclara retulit multa, quibus appareret, quod ad tantos populos convertendos satis in eo prædicationi congrueret vita. Verum id quod deinceps narratur actum, omnem hac in re attestationem probatur superare verborum. Id autem est, quod sanctus ille Pontifex Austremonius, cum prædictis duobus sociis, Necterio Presbytero Diaconoque Mammeto, remorans adhuc in Italiæ finibus, tertium illum socium, et in prædicationis officio comministrum Marium beatissimum, delegisse dicitur ac judicasse præmittendum *e*, ad insinuandum verbis et virtutibus, fidei et virtutis Christianæ doctrinam gentibus Galliarum. Quod onus ipse, licet maximum, nec expavit, nec recusavit, nec tamquam gravissimum cunctabundus suscipere dubitavit. Nam de hac re a Sancto illo conventus, qualiter illius mandatum acceperit atque susceperit,

licet solum Clericus esset,

F

socius tamen nihilo in fide prædicanda inferior,

ab eis præmittitur in Arverniam.

e

A susceperit, juxta ea qua tradita hinc accepimus, breviter aliqua inserere putavimus.

qui suscepta exhortatione Austremonii

5 Vides, inquit S. Austremonius, O Mari, venerande frater, et dilectissime fili, cum ratione temporis, tum quoque et dignitate operis et utilitate operationis, atque ad ultimum paucitate nos cogi operariorum, ut in agricultura Dominica nulla penitus debeamus torpere desidia: sed totis viribus ita jugiter sancto nobis insistendum est labori, ut si fieri possit nullum momentum temporis, nulla pausationis requies dependatur inutili vacationi. Igitur dum nos in his adhuc finibus remoramur, per te partes orbis occidui claritate sanctæ prædicationis ac lumine veritatis volumus illustrari; ut et pereuntibus populis salus per te conferatur æterna, et tibi per salvationem illorum Domini tui gaudium, atque in regno cœlorum super multa constituaris. Ne verearis hominum ferociam barbarorum, quia missos nos esse nosti a Domino, sicut oves in medio luporum. Sed numquid suos oderat, quos ita mittebat? an non potius quantum diligeret, studebat hinc ostendere, quos et insectatione hostium, patientiæ palmam acquirere, et de ipsorum postmodum subjectione in cœlesti curia volebat sublimiter trium- B phare? Ad hujus igitur remunerationem prælii, ad hujus semper aspice gloriam triumphi; et numquam ad laboris quanticumque, sive tribulationis perpessionem, aut metus aliquid patieris aut tædii. Tum beatissimus Marius, alacer magis ac gaudens, quam dubitans aut pavidus, ad tale beati Pontificis hortamentum hoc modo fertur dedisse responsum: Quam dulcia mihi tua, Beatissime Pater, sunt mandata! quam salutaria videntur tua monita! quantique et opportunitatem afferre meriti comparandi, et beatitudinem præparare præmii consequendi! Agnosco te utilissimum præceptorem, et saluberrimum hortatorem. Par est igitur, ut me promptissimum habeas obauditorem. Vadam lætus et alacer, eroque Deo juvante non piger injuncti a te officii pro toto posse minister. Superest ut me semper indesinentibus tuis orationibus prosequaris, atque a communi omnium nostro Christo Jesu Domino nostro sedulus obtineas votis, ut et laborem congruum suscepto ministerio juvet impendere, et laboris impensionem non inanem aut infructuosam illis circa quas impendetur gentibus existere, tantamque mihi ad passiones universas, pro suo nomine perferendas, dignetur patientiam dare, quæ immanitates omnes valeat superare.

alacriter profectus,

C 6 Ita jam securus et intrepidus, summa etiam cum devotione, ac si nullo monente, proficiscar ultroneus. Quid dicis, vir vere mirabilis ac stupende? Solus veritatis præco ad innumerabilia cultorum falsitatis impugnator non cunctaris accedere? In tot populorum, tanta etiam antiquitate confirmatos errores, non vereris unus omnium eversor insurgere? Hinc certe probatur, quia quantum in te fuit, ad depellendos omnes, non Gallorum tantum, sed totius orbis errores, totum te et modis omnibus atque intimis votis, si res evenire posset, impendere cupivisses. Mirandum jam multum non erit, quod terrifica cuncta facile contempsisti, dum cœlum esse unum optasti ex illis, qui enarraverunt gloriam Dei, atque in omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum. Cum Paulo Apostolo legationem pro Christo fungi concupisti, atque unus esse ex adjutoribus Dei, mysteriorumque ipsius dispensator fidelis, et tam strenuus minister Christi, quo secundum promissionem ipsius illic esse posses honorificante Patre, ubi Filius ipse, cui ministrastis: hac, inquam, tanta non manis, sed veræ magnificentia gloriæ delectatus, acquisitione tantæ sacræque dignitatis studio pietatis illectus, non adeo

et Apostolico plenus spiritu,

mirum si ad hæc obtinenda magnis quantumcumque D laboribus putaveris properandum, nec ab iis ullus te revocaverit metus quorumcumque perpetiendorum. Sapienter igitur atque utiliter inchoandum non recusasti, quod favente Deo fortiter consummasti. Postulatum itaque orationum suffragium mox in præsenti beatus Pontifex abunde studuit impendendum, benedictione solenni pietatis illi prosperitatem itineris, devotionem operationis, instantiam fructumque laboris, ab inimicis tuitionem, patiendi fortitudinem, sustinendi longanimitatem, atque ad ultimum certamini bono et cursui consummato fideique servatæ repositam, a justo judice, justitiæ coronam.

EX MS.

7 Ita profectus, Italiæ finibus transmissis, atque Alpibus superatis, pervenit ad Gallias, verbum disseminans pietatis per quæcumque transibat loca. Hoc modo ipsam quoque Galliam pene pertransiens, Aquitaniæque regionibus appropinquans, in territorium devenit Arvernicum; ubi in quodam ipsarumque confinio patriarum locatus, sol veritatis ab Orientalibus adveniens oris, usque in ipsos limites Occidentalis Oceani porrectis facilius radiis resplenderet; itaque illuminaret innumeras multitudines populorum, antequam eo veniret. Ibi quoque tem- E pore pauco, per totam circumcirca regionem, Evangelicæ prædicationis eadem lux clara diffunditur; verba prædicationis, operum mirandorum signa sequuntur; et quidquid auditum venire posset in dubium, gestis mirabilibus assertum, certissimum comprobatur. Reddebantur namque lumina cæcis, surdis auditio, debilibus membrorum fortitudo vigorque, ægris quibuscumque atque languentibus ad integrum pristina salus; fatigatis ab spiritibus immundis perfecta curatio, nec violentiam aliquam vexandi in eorum sinebantur habere corporibus, in quorum cordibus amittere cogebantur jus improbum pristini dominatus. Ita divinis sagittis atque spiculis prædicando emissis, dum Dei miles invictus coruscantibus se protegit atque effulgurat armis, subactis hostibus universis, satis nobilem de illorum subjectione triumphum regno meruit importare cœlorum. Et ille quidem cœlestis ostensor luminis humilem sibi locum, eoque adhuc tempore, fama satis obscurum, propriæ delegit habitationis: hoc est in quodam viculo, qui vulgari vocabulo dici- F tur Vallis *f* Jornensis.

Arverniamque ingressus,

multa patrat miracula;

in Valle Jornensi cellam sibi locat.

f

8 Ibi igitur quaquaversum verbi seminandi gratia discurrens, locatum sibi habebat hospitiolum, quo rediens privatim secretiusque maneret. Verum nequaquam obscuritate loci luminis claritas obscurati, quin potius claritate luminis obscuritas loci potuit meruitque depelli. Nam, ut de alio quodam Sancto ait quidam, æque sanctus ac doctus, illustratur latibulum, dum limen recluditur. Denique, cum per loca circumquaque sita, perque diversas longius etiam positas regiones, doctrinæ virtutumque, illius splendor effulgeret; sanctitas ac sinceritas vitæ omnibus accedentibus mirabilis videbatur nihilominus resplendere: de qua re multa, ac superabundantius quam necesse est, a quodam relatore actuum vitæque ipsius accepimus dicta, quæ nec omittenda ex toto, nec ex parte maxima putavimus attingenda. Illud quamprimum Apostolicum exemplum imitandum sibi esse congruum duxit et commodum, castigare scilicet et in servitutem redigere proprium corpus, ne aliis prædicans ipse reprobus efficeretur. Abstinentia itaque mirabili pollebat, sed non minus hanc sapienter quam mirabiliter exercebat: ita nempe virtutis hujus ratio semper observanda deposcit, quam Jesus Dominus in Evangelio, breviter quidem, sed pleniter intimavit. Cum enim de Joanne Baptista dixisset; Venit enim Joannes

mira du abstinentia

A Joannes Baptista, non manducans neque bibens; et dicunt, dæmonium habet; ac deinde de se ipso; Venit autem filius hominis manducans et bibens; et dicunt, ecce homo vorax et vini potator, peccatorum amicus et publicanorum; insipientiam talia dicentium his statim pauculis redarguit verbis. Et justificata est, inquit, sapientia a filiis suis: quod tale est, ac si dictum esset, Insipientes quique ac stulti, justitiæ sive injustitiæ meritum non nisi in sola consideratione constituunt vel sumendi cibi vel a cibis abstinendi; dum summam justitiæ palmam illam tribuunt solis, qui eo tantum more quo ipsi solent a corporalibus abstinent cibis; illos vero minus reputant justos, qui cum ceteris utuntur communibus alimentis: at * vero generosi veræ sapientiæ filii totum justitiæ meritum, nec abstinentiæ, nec edulio, sed sapientiæ deferunt soli; qua inter ceteros religiosi cujusque hominis actus, abstinendo quoque, similiter ut edendo, non nisi rationabiliter et jejunatur pariter et manducatur. Sufficiat hæc dixisse paucis de tantæ intimatione virtutis, ne qui eam putent in sola jejunandi diuturnitate, sed in edendi potius moderatione temperamentoque consistere. Vigiliarum etiam laudabili strenuitate, orationum perinde jugi pene continuatione, divinæque B legis assidua meditatione vir beatus, instantissimo sanctæ ac beatæ vitæ studio, memoratur satis insigniter viguisse.

EX MS. vigilusque se exercens:

9 Mores * nihilominus habuisse et castos ad perfectum atque castigatos, et virtutum insuper omnium speciositatibus adornatos, modestiæ lenitate tranquillos, gravitatis honestate compositos, sustinendi longanimitate fundatos, patiendi tolerantia fortes, suavitate benignitatis amabiles, dilectionis erga omnes plenitudine redundantes, caritatis in Dominum ardore ferventes, compatientes universis undecumque tribulatis; pro posse largos, sed ultra largiendi possibilitatem misericordes egenis; pacis semper cupidos atque concordiæ, sive conservandæ sive reparandæ inter quosque mortales; virtuti jugiter studentes utrique; totius ad postremum injustitiæ, et iniquitatis exosos, justitiæ totius et æquitatis atque universæ bonitatis ac benignitatis dulcedine plenos; cunctæ vero malitiæ seu ferociæ vel etiam severitatis nimiæ amaritudine vacuos. Tali sanctæ puritate pariter atque exercitio vitæ, talique morum omnibus florens virtutibus institutione, doctrinam perornans sanctæ prædicationis, adjunctis etiam signorum ac prodigiorum admirabilibus gestis, totam convertisse dicitur ad fidem Dei ac Domini nostri Jesu Christi multitudinem longe lateque circumpositæ gentis. Pensandum igitur est, quanta illi præmia supernæ retributionis tot et tanta merita compararunt sanctæ operationis; quandoquidem, si vitam sine crimine ducens, solummodo injunctum prædicationis officium inculpabiliter exsequeretur, non parum ex hoc et meritum compararet, et assequi præmium crederetur. Rursum, si nullo aut imposito aut executo prædicationis officio, vitam solum gereret tantæ puritatis, tantique acquirendis virtutibus laboris et exercitationis, et hanc, humanis aspectibus devitatis, in conspectu tantum ageret divinitatis, ea quoque sola immensum posset acquirere, meritum cœlitus restituendæ mercedis. Quod si etiam, et nulla exterius absconsione celatis bonis ejus moribus et actis, exemplo tantummodo sui, absque admonitione sed cet aliqua verbi, pigris quibusque excitationem, ac solicitis propriæ salutis meliorandæ semper vitæ cogendique propositi præberet imitationem; hinc quoque non minimam mercedis æternæ mereretur retributionem. Quam ergo ingentia supernorum conquisita illi putamus merita præmiorum, qui tot magnificentiis operum et justificationes et remunerationes unus obtinuit plurimorum.

castus,

misericors,

efficax ad conversionem infidelium,

C

ideoque multiplicitori laude dignus.

D

ANNOTATA D. P.

a *Hic in margine notabatur* Lect. II, *ut appareat pro Officio proprio distinctam in Lectiones Vitam fuisse, idque per totam Octavam: nam infra initio num. 7, notatur in margine* Dominica infra Oct. Lect. I, *ac porro ad asteriscos, paucarum linearum intervallo interponendos,* 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8.

b S. Austremonii *Acta dabuntur* I *Novembris.*

c Necterii, *Branche* Nectarium *appellat, ejusque Vitam tradit sub die* 9 *Decembris.*

d *Neque hic* Mammertus *proprium aliquem cultum habet, sed de eo agit Branche post Vitam S. Marii; additque quod in* Arvernia *superiore, prope oppidum* Salers, *parochia sit* S. Mareti *dicta, quam Joannes Aicelinus Episcopus Claromontanus an.* 1298 *dedit suæ Cathedrali, ubi suspicatur sepultum Sanctum, quem etiam vocat* Mammertum.

e *Idem Branche putat* S. Marium *prius ordinatum fuisse Presbyterum, necessitate id exigente: sed hoc nullus antiquior dixit, solumque ex Hymnis ab eo profertur, quod*

Hic nobilis nobilibus progenitus parentibus, E
Contemptis pompis seculi, vitam suscepit Clerici.

f *Idem locum describit* montosum, qui terminat Vallem Montis-journalis, sitam inter civitatem S. Flori et Mossiacum: ubi, *inquit*, hodie visuntur pagi duo pulchri, ab ejus nomine dicti, S. Mari le Creux, et S. Mary le Plain, *id est* S. Marius, *seu* pagus S. Marii, Cavus et Planus, *a situs diversitate. Prior solum nominatur in topographica Arverniæ tabula ad occiduum latus Massiaci, et æque ac ipsum distans a S. Floro leucis* 4, *in quo mortuum et sepultum Sanctum, idem postea asseverat.* NOT. 6

CAPUT II.

Miracula a vivente patrata: præparatio ad mortem.

Jam vero de miraculis, quæ privatim in loco gessit propriæ habitationis, præter illa scilicet quæ diversis in locis ob salutem populorum, spectantium turbis astantibus egit; nonnulla, satis licet pauca, signantur, et promptæ memoriæ nostræ scripto anteriore sunt tradita: quia nimirum facilius hæc, assignatis etiam curatarum et nominibus et passionibus personarum, a circum manentibus dignosci traditione sequentibus potuerunt *a*; quam illa, quæ inter externos atque externis exhibita, pro sui quoque multiplicitate colligi vix possibilia, multo citius præsentium oblivioni quam posteriorum memoriæ sunt mandata. Hæc ergo ex eis, scripto tradente, ad nostram usque notitiam pervenerunt; hæc nos quoque, non tam pro magnitudine aut numerositate gestorum, quam pro ceterorum habenda certitudine, notitiæ tradimus posterorum.

Pauca distinctius scripta,

F

a

11 Dæmoniacus quidam furiis agitatus, ad beatum deductus virum, ingenti metu præsentiam perhorruit illius; clamantibus statim dæmoniis per os ipsius; Cur, homo Dei; quare, Vir beate, venisti a propriis deturbare nos sedibus? Satis te sanctum, satis norunt omnes, satisque potentem: quid necesse est sentiamus tuam in nos potentiam exercentem? Et si ejicimur, ab æterno saltem nobis interim igne parcatur; cujus sine fine perpetiendi instare et ipse nosti, ac nimium nimiumque propinquare jam tempus. Istas sive istiusmodi voces, ut sæpius sunt auditi gemebundi proclamantes spiritus immundi,

Energumenum a se liberatum,

A immundi, mox a Sancto silere sunt jussi, atque ab obsesso homine tota cum festinatione discedere. Quibus statim abscedentibus, homo corporis liberi sanæque mentis effectus, ad pedes procidit Sancti, fidemque confessus ac fidelitatem professus Christi Jesu Dei et Domini nostri, gratias illi multas pro sui liberatione, ac Sancto per quem liberatus fuerat devotissimus cœpit exolvere. Quem vir beatus, fidei Christianæ regulis diligenter instructum, ac deinde baptismate sacro sanctificatum, jussit ut diceretur vocabulo Bernardus, qui prius appellabatur Ermonius. De implendis quoque Dominicis mandatis, deque actibus bonis fortiter ac jugiter exercendis, et pleniter eruditus et sufficienter admonitus, non vocabulo tantum inani, aut sola fide edoctus est esse Christianus; sed qui vas fuerat antea dæmonum, vas didicit deinceps esse virtutum. Sic enim cum ceteris comministris didicerat probus iste divinæ prædicationis sacramentique minister; sic eos facere docuerat verus ille unusque magister, ut ad Dominum verum quosque conversos, primo fidei doctrina imbutos, ac sic baptismate sacro purificatos, omnia servare docerent, quæcumque ipsis ab B illo mandata fuissent. Proinde, quod de uno isto, de quo supra retulimus, est dictum, id non putamus esse superfluum; quia cum beatus ille Domini dispensator tot et tantas ad Dominum converteret hominum turbas; in hoc uno non negligenter est considerandum, quantum ex ceterorum omnium instructione colligere potuerit ac studuerit fructum: cui Dominicum observanti præceptum non sufficeret ad solam fidei perceptionem aut sacramentorum initiationem sua conversos prædicatione perducere; sed ad totius quoque sanctæ conversationis religiositatem studiosius informare.

baptizat et instruit Marius:

docens eam observare præcepta:

12 Pauco post tempore exacto, transeunte per viam nocturnis tenebris beatissimo viro, cum quidam luminibus orbatus, nesciens quo intrare, domos circumiret loci ipsius, clausasque palpando quiescentium fores, vocibus importunis inquietaret intrinsecus dormientes; impegit fortuitu in Dei hominem, per eamdem (ut dictum est) viam transeuntem. Quem cum, nesciens in quem impegisset, ipsum esse mox didicisset: corruit statim ad pedes illius, atque hoc modo votis illum cœpit implorare supplicibus: Tu es Sancte; tu es ille prædicatus Dei servus ac minister fidelissimus, tu etiam meritis dignis intimus ipsius ac multum familiaris amicus; tuam omnes erga miseros cunctos miseri- C cordiam redundantissimam esse testificantur; tuam ingentem miseris quibuslibet succurrendi potentiam æque fatentur: et mihi ergo potens ipsa succurrat misericordia tua, lumina reformans olim amissa; et post diuturnam nimium tædiosæ cæcitatis noctem, visionis optatæ serum tandem reparans diem. His imploratus Sanctus affectuosis ac supplicibus verbis hominis opis indigi, ipse quoque affectum insumpsit pro eodem Dominum implorandi, ac talibus illi supplicare nihilominus et votis cœpit et verbis. Tuum est, Domine Dominus noster, qui omnium misereris, tuum succurrere universis, cujuscumque opis indigis. A te nobis est totum, si quid boni habemus: a te poscendum necessarium omne, quod indigemus. Tui est ergo muneris, si qua nobis adest, efficacia talis operationis, qua fit in humanis corporibus aliquid reformationis. Tu igitur et formator hominum et reformator, cujus est omnis salus, ac per hoc omnium es salvator; tu suscipe nunc votum meæ precationis, effectumque tribue devotæ supplicationis; atque ita huic homini cæcati vultus repara lumen, ut ipsa corporei reparatio luminis ejusdem illuminet mentem: dum bonitatem atque virtutem tuæ sentiens operationis, et notitiam adeptus fuerit pleniorem tuæ agnitionis et dilectionis tuæ insumpserit ferventiorem, velut tantæ agnitor bonitatis, ardorem. Cumque hujusmodi, etsi non eisdem verbis, flexis ad terram genibus, oculis mentis ac corporis ad cœlum erectis, potentiam exorasset Omnipotentis; facile quod petivit obtinuit; et ita quod petebatur, libentissime impertivit. Si quidem corporis ad integrum luminibus reformatis, tristis sine mora cæcitas depulsa, lux est pro voto jucunda homini restituta; lux quoque interior mentis ita illi est potentia et largitate Divinitatis indulta, ut cum exteriius aut incuria propriæ salutis, aut gentilitatis errore detentus, necdum esset sacrosancti lavacri ablutione mundatus; mox illud expetens devotissimus acciperet, fideique in Dominum et spei ac dilectionis instructione firmatus, Christianitatis insignia non minus vita quam credulitate præferret: qui cum antea esset Salmana *b* nuncupatus, a Sancto vocatus est in baptismo Barnerus.

rogatus a cæco

Deum invocat,

D

ex ms illuminatumque baptizat

13 Nec discredendum, beatum illum Dei dispensatorem aliorum quoque, circa quorum tunc adhuc laborabat salvationem, in eodem facto præoptasse ac procurasse salutem, quam nobis non minimam traditum est subsecutam; cum miro sibi opere agnito, tunc usque incredulorum plurima credidit multitudo; lumenque veræ fidei, ac possibilitatem etiam Dominum ipsum quandoque videndi, innumeris aperuit unius illuminatio cæci. Verum quia, ob istiusmodi facta, undecumque ad eum concurrentibus turbis, in eo loco, ubi sibi mansionem privatæ delegerat habitationis, vacationem jam habere non poterat optatæ quietis, qua soli Deo solus liberius inhæreret, dum corporeis sensibus strepitibus nullis inquietatis, et ob hoc inquietantibus, mundum omnem et cuncta creata libera transcendere mente valeret; hujus rei gratia secretiorem aliquem loculum perquirere cœpit. Itaque..................... In eadem Jornensi, ut dicitur *c*, Valle specum quemdam reperit, quem sibi ad id quod optabat habilem satis esse putavit. In hunc igitur ingressus, solitis vigiliarum orationumque ac jejuniorum studiis absque ulla intermissione manebat intentus: et qui aliorum innumerabilium tantam curam gesserat animarum, æstimari vix potest quantam hic maxime solicitudinem assumpserit sui; eo præcipue, quod ad supremam jam perductus ætatem, instare jam non nesciret beatum sanctis laboribus finem. Ita nempe mos est viris quibusque virtutum, ut quo proximiorem adesse sentirent meriti comparandi terminum, eo solicitius instent ac laboriosius ad illud comparandum. Sed etiam hic diutius latere non potuit: nam lumen tantum, tantis licet illis latebris occultatum, velut per quamdam rimam clarificum satis radium emisit, quo profecto, ubinam lateret, ignaros tandem, vellet, nollet, nosse permisit.

hac notam sui æstimationem declinans,

E

in spelunca se abdit.

14 Denique vir quidam nomine Stennonius, paralysis aliquamdiu infirmitate vexatus, nec parum jam totius corporis dissolutione gravatus, jussione (ut postea retulit) divinæ revelationis admonitus, atque ope ipsius (ut creditur) virtutis adductus, ad specum, quo Marius sanctus latitans morabatur, utcumque devenit. Quo perductus, per fenestellam quamdam curiosius introspexit: ac vidit hominem, vestimentis vilibus indutum, flexis in terram genibus summisque digitis sustentatum, corpore quidem humi acclinem, sed ad cœlos vultum et oculos erigentem, atque ab imo pectore suspiria crebro profunda trahentem; illicoque intellexit, Dei esse hominem illum, quem sibi revelatio cœlestis mandaverat expetendum. Cœpit itaque, stans foris, ostiolum quatere pulsibus crebris, quousque

ad quam accedens paralyticus,

A que ab orationis intentione sancta deductum, quisnam esset demtus perquirentem Sanctum audiret. Tum respondens illi ait, Stennonium vocari, gravi apprehensum infirmitate dure vexari, ad ipsum esse divinæ revelationis jussione transmissum, ut incursæ valetudinis optatum valeret obtinere remedium. Dignaretur ergo sui misereri, et divinæ properaret obsequi voluntati, quæ per illum suæ debilitati monstraverat debere succurri. Ita Sanctus, supernæ revelationis ac jussionis primo percitus auditu, dehinc miserationis compassionisque erga debilem tenerrimo motus affectu; hominem suscipiens, precesque pro eo illi cujus est omnis salus supplices fundens, invalidis continuo membris recuperationem vigoris obtinuit; gelidumque corpus revalescentis, sanguinis per venarum meatus celeri discursu abunde repleri; virumque [vidit] perfectæ redditum sospitati, totis adstare membris protinus validum, quem totis acceperat pene destitutum. Tum gesti miraculi publicationem eidem fortiter interdicens, locutioni Teutonicæ assuetum imposuit illi vocabulum, videlicet Hilpericum; fortassis ut et ignoto in illo ante vigori corpore restituto, et noto cunctis nomine immutato, res posset B utcumque celari; quam satis metuebat, ob subeundam rursus inquietationem frequentantium, publicari. Verum, ne sic quidem celatio ista potuit obtineri: nam et hoc insigni miraculo, quantumlibet ipse occuli vellet, usquequaque celerius diffamato, illud est actum, quod a nobis est similitudine quadam superius intimatum; hoc est facto isto, velut radio foras emisso, ubinam esset lumen occultatum ita repente est ignorantibus manifestatum. Quibus denuo ad eumdem, tamquam bonis filiis ad dulcissimum sæpius recurrentibus Patrem, dilectam Sancto non poterant non obturbare quietem.

Ex his curatur

15 Sed quia beatum illum fidelissimumque operarium suum jam Dominus omnium Deus, digna tantorum laborum suorum mercede, post paululum decreverat remunerandum; idemque Sanctus, corporis fessi deficiente vigore, finem vitæ præsentis sibi sentiebat de proximo affuturum, non putavit ulterius eo modo percurrendum hic, vocationem Domino soli incessabiliter observando; sed implorandam potius libertatem, corruptibilis carnis vinculis disruptis, in cœlis illi perenniter assistendi. Itaque corporis incommodo post modicum tactus, idque causam esse resolutionis ultimæ non ignarus, circummanentes omnes, quos ipse regno acquisive-C rat Christi et Dei, ad se convocatos fecit aggregari. Quos primo de fidei admonens integritate servanda, tum deinde de vita fidei congruente tota bonorum actuum instantia jugiter tenenda, ad postremum de pacis atque concordiæ deque fraternæ dilectionis mutua in invicem et in omnes ferventissima instruens et obsecrans caritate, hujusmodi ad eos sanctæ profudit verba doctrinæ: Optime nostis, fratres et filii, quæ vobis jam olim, de fide credenda et operibus servanda, tradiderim: sic enim nos debere eos instruere communis noster ac vester omniumque Deus et Dominus ipse magister edocuit, ut post perceptam fidei veritatem sacrorumque mysteriorum initiationem, ad omnia sua servanda mandata vigilantia nobis et solicitudo atque instantia numquam desit. Quapropter fidei primitus firmissimum, tamquam et justitiæ totius ac salutis, corde et ore, tenere vos moneo stabiliter fundamentum; super quod virtutum omnium ædificatio stabilita, contra tentationum, contraque vitiorum omnium [violentiam] manere jugiter poterit inconcussa: de qua re satis esse securi Christo pollicente debetis, qui fidei suæ fortitudinem, quam omnium primus Apostolorum confessus fuerat Pe-D trus, nominavit petram, [Super hanc, inquit] ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferi non prævalebunt adversus eam; quæ sunt utique universorum diversa genera tentamentorum, per quæ in fide nutabundi quique atque instabiles facile præcipitantur in infernum. Vos igitur petram hanc, propter quam beatus ille Apostolus Apostolorumque summus a Christo appellatus est Petrus, fortiter amplectentes, de nulla jam sitis vel intrinsecus vel extrinsecus pulsantis inimici impugnatione soliciti; quin (ut Jacobus ait Apostolus) omne gaudium potius existimare debetis, cum in tentationes varias incideritis; etsi, juxta alterius viri sapientis dictum, tamquam aurum Deo deinceps pretiosissimum probati fueritis in camino humiliationis.

Morti appropinquare se videns Sanctus, convocatos fideles monet, stare in fide, et patientia,

Iac. 1, 2

16 In hujusmodi itaque tribulationibus atque adversis, in his diaboli fatigantis incursationibus gravibusque bellis, ea vos spe consolantes et lætabundi, quia nostis, per multas tribulationes oportere vos introire in regnum Dei; illud magis pertimescite, deque eo semper estote soliciti, ne inter vos ipsos fraternam ulla perturbent scandala caritatem; ne invicem provocantes, invicem invidentes, mordeatis et comedatis invicem, atque ita (quod absit) ab invicem consumamini: omne enim regnum in seipso divisum desolabitur, sicut ait Christus Dominus noster, et domus supra domum cadet. Dissidentes E namque ac seipsos alterutrum impugnantes, externus quilibet impugnator tota facilitate dejiciet: at contra, dominicum illud præcipuum unicumque mandatum studiosissima integritate servantes, hoc est invicem diligentes, tamquam scilicet unius cœlestis patris filii ac per hoc omnes invicem fratres, illud dubio procul in vobis implebitur dictum sapientissimi Salomonis, Frater fratrem adjuvans, tamquam civitas munita et fortis: itemque illud, Si prævaluerit quispiam contra unum, duo resistent ei: funiculus triplex difficile rumpitur: ita et contra omnes visibiles atque invisibiles hostes, contraque adversantia cuncta persistetis semper inexpugnabiles; et Dominum qui caritas est, quique Deus est pacis, manentem in vobis habentes, et nullum dissensionis aut discordiæ patiemini malum, et ad omne opus bonum liberi eritis ac prompti exercendum. Hæc vos ideo nunc convocatos maxima curavi solicitudine commonendos, quia vitæ præsentis adest mihi in proximo finis. Idcirco laborem, quem in vobis hactenus expendi, ista consummandum exhortatione curavi; ut et vos in bono perseveretis incepto, et ego pro vobis recipiam [mercedem], quam F de Domini misericordia spero.

caritatemque mutuam tenere,

Mat. 12, 15

Prov. 18, 19

Eccle. 4, 12

17 Ad hoc dictum singultus omnes et gemitus emittentes, amaras universi lacrymas profuderunt, paternitatis illius dulcedinem pariter ac tuitionem se deflebant amittere, et desolatorum pericula pupillorum metuentes conquerebantur incurrere. Quos Sanctus pie redarguens; Cur, inquit, aut pro me dolentes, aut pro vobis adeo metuentes mœstitudini atque tristitiæ ita vos jam nunc cœpistis addicere? Ubi est quod, paulo ante adhortans vos, astruxi; nihil scilicet umquam vobis timendum esse periculi, si piæ fidei soliditate firmati, et sanctæ sitis ad invicem caritatis vinculo colligati? Porro autem de me gaudendum potius quam tristandum est vobis, si tamen vera me caritate diligitis: quandoquidem, sicut de Dei et Domini nostri bonitate clementiaque confido, de tantis tamque diuturnis vitæ istius laboribus atque miseriis ad beatitudinem quandoque perpetuam locumque transeo sempiternæ quietis. De vobis igitur confortamini in Domino et in potentia virtutis ejus; mihi autem et optate et implorate, ut sim tandem unus de beatis illis, qui habitant in superna domo ipsius, quorum unum plenum est

mortem suam lugeri vetat;

est perfectissimum bonum, summum illud, quod est ipse Deus, beatum et beatificum bonum videre, amare, et laudare in secula seculorum. Unum est quod ad præsens rogo faciatis, Dominum scilicet et Patrem meum Austremonium, Arvenorum Episcopum, qui me olim in has partes ante se direxit, ad meam pusillanimitatem properanter venire rogetis; nec dedignetur aut pigritetur hunc quantocius famulum, in supremis constitutum, expetere; ut ministerii a se injuncti, et a me gratia opitulante superna utcumque expleti, retributorum mercedis dignantissimum fore, illuc migranti præsens studeat exorare communem Dominum. Quod ut petivit, ita mox astantium turba fidelium, concito properante nuntio, adimplevit.

et petit S. Austromonium advocari.

ANNOTATA D. P.

a *Hoc ipso supposito, concludo ego ex nominibus Francicis, ad Francorum in Galliis dominantium tempora Sanctum pertinere.*

b Salmana, *Regis Madianitarum nomen, Judicum* 8; *et* Ermonius *a monte*, Ermon *similiter ex Scripturis noto dictus, magnam mihi suspicionem ingerunt, quod tota illa mutatio nominum gratis conficta sit: nec gentiles fuerint, sed Christiani, qui dicuntur sanati: quorum vera ac prima nomina* Bernardus *atque* Barnerus, *sola fuerint memoriæ posterorum tradita. Idem dixerim de mox sequenti* Stennonio, *quem Branche* Stemonium *vocat.*

c *Addit idem Branche, quod* vallis illa tunc porrigebatur ad longitudinem leucarum sedecim; *puta a S. Floro usque Issorium et ultra, Alaunone et Elaveri fluviis intersecta.*

CAPUT III.

Honor a S. Austremonio impensus mortuo: quem Auctor multis laudat et invocat.

Tum forte S. Austremonius digno procurabat obsequio sepulturam cujusdam Beati; nomine *a* Lucii, pro Christo martyrizati: perlato tamen a se hujusmodi nuntio, ceteris omnibus expediri festinanter acceleravit; et assumptis propriis comitibus itineris, sancto Presbytero Necterio atque Mammeto Archidiacono, ad beatum Dei hominem properandi iter assumpsit. Verum cum pervenisset ad locum, quem appellant *b* Marojolum, superno lumine illustratus beatus Pontifex, aspexit et vidit Sancti ipsius animam, vinculis carnis eductam, ad cœli celsa conscendere; arduumque illud intimum ingressu libero penetrare. Unde plurimum illius beatitati congratulans; Dominumque cum sociis multa glorificatione collaudans, ad exhibendas sacro corpori dignas venerandi funeris exequias, id quod restabat itineris cœpti citatis socius hortatus est maturari. Ita perventum est tandem ad specum, ubi Sanctus solitarie vixerat, et in quo tunc corpus ipsius exanime jacebat. Ibi quoque psalmis et hymnis, pro beata illius ad Dominum transmigratione, supernæ Majestati debite persolutis, venerabile corpus solito et digno curatum obsequio, Pontifex beatus novo condidit mausoleo; ubi etiam tanti Patris meritis condignam fabricari jussit *c* ecclesiam, quæ et devotioni satisfaceret fidelium, qui per Sanctum crediderant, populorum; ac posteris omnibus repræsentaret ac testaretur ingentium ipsius apud Deum meritorum magnificentiam.

a Veniens Sanctus, videt mortui animam in cælum ferri

b

et supra corpus jubet ecclesiam fabricari:

c

19 Quin etiam in loco illo Marojolo nuncupato, ubi supra memorata beata illa sibi fuerat visio concessa, qua Marii beatissimi animam intimis gloriæ cœlestis penetralibus vidit illatam; ecclesiam præcepit ac sategit ædificari, eamque Domino in honorem dedicavit Apostolorum principis Petri: ubi etiam nunc sanctus quidam Martyr nomine Victor *d* corpore requiescit. Ita sanctus ille ac beatus Præsul Austremonius, beatissimi illius sui quondam discipuli saluti fidam memoriam, non uno tantum in loco, procuravit habendam: quæ, ubicumque per orbis vastitatem seculis post futuris esset habenda, salutem erat (ut rebus nunc probatur) omnibus [fidem] habentibus præbitura. Credibile namque videtur ob hoc prædictam ecclesiam in loco illo voluisse construi, et nomini principis Apostolorum magistri et sui et Marii beatissimi *e* consecrari, ubi illi gloria animæ beatæ in cœlum conscendentis apparuit; et ut tradita scilicet posteris tantæ memoria visionis, attestatione ecclesiæ mox ibi constructæ roboraretur; et dum ecclesia ipsa Petri esset honori et nomini consecrata, pro tanti discipuli meritis magistri nihilominus tanti pius ibidem cultus celebrior haberetur. Bene siquidem satisque congruenter gloria sibimet utriusque respondet, cum et discipulus, non iste quidem solus, sed non minimus e pluribus, magistri magnificentiam eo protestatur, quod tam idoneum ad tantum ministerium, hoc est ad procurandam diversarum gentium salvationem, tam efficacem opere et doctrina, delegerit ac destinaverit prædicatorem; et ipse non parum gloriæ de tam magnifico probatur obtinere magistro, quem cum Deus et Dominus noster Jesus Christus suimet Vicarium relinquens in terris, pascendis ovibus suis, hoc est regendis universis præfecerit Christianis; ipse illos non mediocriter gloriosos effecit, quos per orbem sui nihilominus vice dirigens, conversis per eos populis tamquam magistros utique præesse donavit.

Item aliam in loco prædictæ visionis, d S. Petro sacram

e

20 Hac igitur et Marius beatus, per illum praemitus favente Deo, gloria præditus, eo sine dubio præstantius effectus est gloriosus, quo plurimum conversione populorum et apud Deum et apud homines probatur esse glorificatus: denique, si illi quam maxime apud homines jam olim gloriosiores sunt habiti, qui terreno alicui regno potuerunt plures subjicere gentes..... exinde namque frequentior de illis est fama cum laude, quæ definitio esse noscitur rei ejus quæ apud homines gloria vel est vel nuncupatur. Neque enim vere et absolute esse dicenda est gloria, quæ non rebus ipsis alicujus veræ virtutis, sed ventosa atque inani fama tantum et laude constat. Humana siquidem potentia vel fortitudo illa virtus vocatur, qua plurimorum multiplicitas populorum humano imperio bellis edomita subjugatur: cum sit apertissime illud omnium primum et maximum superbiæ vitium, quo dominari cupiunt homines hominum, naturæ utique sibi lege consortium: at vero illa vera credenda est libereque dicenda et virtus et gloria, qua subjugantur homines Deo, qua terrena superno et mortalia sempiterno conquiruntur imperio: atque exinde non laus inanis famaque ventosa mortalium comparatur, sed veræ virtutis præpotens efficacia ab ipsa, quæ Deus est, veritate laudatur; nec transitoria pro ipsa, sed perennis remuneratio compensatur. Sed quia vera illa virtus, quæ ab ipsa ut diximus, veritate laudatur, non ipsi soli, sed omnibus constat esse laudabilis agnitoribus et dilectoribus veritatis; pensandum nobis est jam, quantam hoc cuicumque ita Deo militanti pariat gloriam, cujus vere laudabilem beatamque famam boni omnes et Angeli et homines pia congratulatione frequentant. Ad tantam autem gloriam esse provectum non ambigerent, et hunc Dei militem fortissimum Marium beatum [dicerem], etiamsi solummodo homines centum, vel certe mille, aut postremo decem millia hominum, diabolicæ

Laus magna sancti a conversione gentium,

A licæ perditioni vi sanctæ prædicationis ereptos, Christi Domini conquisiisset redemptioni salvandos. Cum vero, juxta ea quæ ab anterioribus tradita, superius sunt relata, non dico homines, sed hominum millia, constet esse innumerabilia, quæ per ipsum regno cœlorum sunt acquisita; æstimationem nostram excedere jam non est dubium, quanta Marium nostrum reputare debeamus cœlo terraque gloria efferendum.

i. e. MS. tanto numero per eum salvatorum,

21 Vere felix operarius, vere beatus, quem et merces jam beatificat operis peracti, et magis magisque beatificatura jugiter accessit merito operis, quamdiu seculum volvitur, jugiter. Quamvis enim per se nil in hac vita, qua jam caruit, possit operari, quo sibi meritum comparet majoris in futura vita præmii consequendi; operatus est tamen dum hic viveret talia, quæ toto tempore seculi hujus, dum semper augmentatum Deo exhibent fructum, quis audeat dicere, non ea proficere in ejus futuræ supremo inducio retributionis augmentum? cujus labore ac studio constat actum, operante scilicet et gratia Dei secum, ut cuncta nunc operentur bona quæ agunt quicumque per ipsum conversi probantur ad Deum. Denique illa Domini repromissio, qua de servo fideli et prudente, conservis cibum congrue B ministrante, novimus dictum, quoniam super omnia bona sua constituet eum; si curiosius, discutiatur et vigilantius intelligatur, hoc ipsum intimare videtur. Si quidem hoc pie creditur atque indubitanter in Ecclesia Catholica prædicatur, prædicatores sanctos, et hoc et in futuro, super illos esse constituendos, quos regno Christi et Dei sua fuerint prædicatione lucrati. Sed hic, super justos licet et bonos, super corruptibiles tamen atque mortales malorumque præsentium multis miseriis redundantes, futurorum vero plenitudinis bonorum adhuc nimis egentes, probantur constituti, ac per hoc super pauca adhuc bona Domini sui: ast ubi in futura illa beata vita omnes omnia possederint bona, quæcumque animi eorum exigit corporisque natura; summoque ipso, quod Deus est bono perfectissime pro suo quique frui cœperint merito; quicumque tunc talibus præfuerint, non utique ad dominationem aliquam super eos exercendam, sed ad congaudendum invicem de bono ab istis caritative impenso, et ab illis obedienter ac fructuose accepto; nonne possunt rectissime dici super omnia Domini sui bona constituti? Quod si dedicere nemo potest, illud jam sine dubio consequens est, ut quanto C majoribus meritis excelluerint subditi, tanto excellentius emineant et talibus prælati. Constat igitur, in augmentum gloriæ talium Prælatorum, augmentata proficere merita simul et præmia subditorum.

unde ingens ei gloria acquisita in cœlo

tamquam fideli et Evangelico servo:

22 Ad hoc ipsum denique spectat illa multiplicatorum remuneratio talentorum, qua boni ac fideles servi intrare jubentur in gaudium Domini sui. Nam cum pios omnes ac justos dubium non sit ad participandum Domini sui gaudium introducendos; sic omnes e contra impios atque iniquos in exteriores tenebras ejiciendos; cur boni lucratores talentorumque multiplicatores speciali remuneratione in illud gaudium jubentur intrare? nisi quia quiddam in eo privatum ac proprium obtinebunt, quod, Sancti licet ac Beati, ceteri non habebunt? Id autem est, quod sicut ipse Deus non de sola sua sibimet beatitate plenissima atque perfectissima gaudet, sed etiam de bonis a se impertitis gaudere, dignatur creaturis suis, sicut sæpe per Prophetas loquitur hoc modo, Gaudebo super vos cum vobis bene fecero; ita et illis, non de ea sola beatitudine donat gaudere, quam sibimet et in seipsis adipiscuntur, verum etiam de ea qua per ipsos alii una cum ipsis beatificantur. Ad tantum ergo tamque intimum D gaudium introductum, ad tantæ gloriæ celsitudinem dum te gaudemus ac prædicamus perductum, nostrarum, Sancte Mari, nimium deprimens pondus releva mœstitiarum; de profundo tantarum nos alleva miseriarum; atque omnibus ablutis tuis meritis et precibus culpis, illam nobis obtine munditiam cordis, qua in æternum summi Dei et Domini nostri valeamus tecum visione beari: et hanc ipsam, quæsumus, dilue primitus culpam, quod nequaquam tua gloria dignis, nec satis tibi gratis fortasse sermonibus, tuos conscribere præsumpsimus actus; nec patiaris insolubile manere delictum, quod non peccandi studio, sed cum imperitia, tum negligentia, aut etiam temeritate dicendi, quod non debuerat forsan dici, constat esse commissum. Fave precamur nostræ erga te devotioni, et indulge ei quæ adhuc inest nobis imperfectioni; quoniam si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir.

qui creditum sibi talentum multiplicarit:

quare eum invocat Auctor.

23 Ecclesiam sane, quam beatus Pontifex Austremonius, ut dictum est superius, in honorem ac memoriam Sancti istius construi præcepit; devotione sumptibusque fidelium celerius extructam, ipse, (ut scripto traditum accepimus) Domino consecravit, donationesque prædiorum *f* multorum, ad eum- E dem locum factas, ob servientium ibidem subsidia Clericorum, auctoritate propria confirmavit. Quod autem non immeritus illi nec indebitus honor talis deferretur in terris, gratum habuit virtus monstrare cœlestis. Et quidem pro tantis beneficiis, ab ipso hic etiam adhuc vivente collatis, omnium hominum maxima veneratione dignissimus erat; et eorum præcipue, quos sanctæ fidei et imbuerat doctrinis et sacramentis initiarat: verum ne post ipsius ab hac vita discessum memoria obsolesceret anteriorum, si hanc jugiter non refricaret exhibitio posteriorum; quantum ad corporalium præbitionem spectat beneficiorum, non minora cœpit hic viventibus prorogare defunctus quam præstiterat et ipse hic nihilominus vivus. Venientes namque ad locum suæ provisum requietioni *g*, ad Ecclesiam suæ dicatam venerationi, imo etiam ubicumque loci pro quibuslibet illum incommoditatibus implorantes, dum celerem consequantur vel visus vel auditus seu ceterorum sensum reformationem, aut membrorum quocumque modo debilitatorum restaurationem, sive pervadentium dæmonum etiam non imploratam F a pervasis evasionem, postremo cujuscumque mœstitudinis atque angustiæ relevationem, virtutis ejus potentiam ire non sinunt in oblivionem Ea tamen quæ per ipsam potentiam fiunt, dum subinde exhibentur et transeunt; nisi litterarum quibusdam quasi vinculis alligata retinentur, fugaci tantum commissa memoriæ celerius elabuntur. Unde quia jam ex his ita sunt elapsa quam plurima, ut ea nulla nobis possit revocare memoria; pauca quædam recentius gesta huic subjuncto altero placet explicare Libello.

Sepultus in sui nominis ecclesia Sanctus, f

g

multis clarescit miraculis.

ANNOTATA D. P.

a Lucium Martyrem *nullum norunt Arverni: Saussayus quidem in Supplemento ex Ecclesiæ Tolosanæ Diptychis ad* 20 *Octobris profert* Sanctos Euticum, Lucium et Marcellianum: *sed hos Nicomedienses esse Martyres, constabit ex Martyrologio Hieronymiano; adeoque illi huc trahi nequeunt. Branche, hac circumstantia dissimulata, dicit Claromonte fuisse Sanctum, cum nuntium accepit.*

b Morogeol, *inquit Branche, una leuca distat a* valle Montis journalis: *nomen in tabula non reperio, sed* Murol, 5 *leucis infra Clarum-montem, unde ad locum*

A *cum mortis* S. Mary le Creux *restant leucæ* 8. *Verum propinquiorem locum credere suaderet mox facta mentio* S. Victoris: *hoc enim nomine dicta parochia, Brivate, non Claromonte, venienti transeunda.*

c *Non hoc licuisset seculo* 3, *persecutione adhuc fervente.*

d *Branche fatetur,* S. Victorem *hunc non aliunde notum esse quam ex hac Vita, et diem cultus ignorari. Quid si prædicta parochia revera corpus ejus habeat æque ac nomen? sed confuderit cum* S. Victore *Massiliensi, iis regionibus notissimo,* 21 *Julii: eoque die suum* Victorem *colendum sibi sumpserit, cujus alias ignorabat Natalem.*

e *Nec hoc cum moribus ejus seculi convenit, quo vixit S. Austremonius:*

f *Uti nec id quod sequitur, de dotatione ecclesiæ etc.*

g *Supponit Branche, id de quo vix potest dubitari, mortui corpus fuisse ab aliquo Episcoporum aliquando elevatum de terra.*

LIBER II

B

Majori certitudine scriptus.

CAPUT I.

Translatio corporis Mauriacum et secuta miracula.

Etiam scribenda Sanctorum miracula post mortem,

Sicut * actus vitæ Sanctorum sequentibus proponuntur ad imitationis exemplum; ita quæ in aliis vel circa alios mira gesserunt, ad testimonium proferuntur virtutis ipsorum; ut quo eminentior atque gloriosior comprobata fuerit eadem virtus, eo devotius imitanda illa qua conquisita est actio judicetur: quod æque sentiendum est, tam de illis, quæ dum hic viverent miranda egerunt, quam de eis, quæ post hujus vitæ cursum, vel per ipsos, vel propter, a Domino fiunt: utraque enim et virtutis magnitudinem testificantur, et ad studium imitationis hortantur; ita beneficia, corporibus collata, optabilius atque utilius beneficium sæpius conferunt animarum. Huc * accedit, quod hæc, dum mentes hominum ad ferventiorem erga Sanctos et amorem incitant et venerationem, succurrentiorem eis dubio procul acquirunt et hic et apud Deum opitulationem. Jam quantum hæc eadem, et ad incredulorum convincendam valeant infidelitatem, et ad roborandam atque augendam proficiant fidelibus fidem; ea quam maxime, quæ, post beatum illorum ab hac vita discessum, obtinentibus ipsis mirabilia fiunt, satis est omnibus diligenter considerantibus manifestatum. Quis enim dubitare jam valeat de beatitudine illius invisibilis vitæ, cum in ea constitutos in hac visibili tanta videat operari? Proinde in his referendis nihil ar....trari debet esse superflui, aut etiam commodi parvi vel profectus exigui; ac propter hoc sicut nobis proficuum videtur non utcumque ea referre, sed arctiori ac durabiliori litterarium memoriæ commendare; ita lecturus vel auditurus quisque onerosa non debebit habere. De * virtutibus igitur, quas Marius gessit, posteaquam hinc ad supernam patriam demigravit, (quia libello superiore utcumque explicuimus actus vitæ sequenti hoc tentamus aliqua vel pauca referre; omissis scilicet antiquioribus universis, longa jam oblivione sepultis; et recentibus tantum, vel quæ nostræ propinquaverunt memoriæ, breviter annotatis.

tamquam beatitudinis obtentæ:

C

25 Atque illud putamus primitus memorandum, quod tunc asseritur gestum, cum corpus illius a loco transferretur, ubi primo fuerat sepultum. Nobilissima quædam femina, nomine Ermengardis, cum ingenti multitudine Militum, locum adiens antiquæ beati corporis tumulationis, videlicet specum illum Vallis-Jornensis, ubi (juxta ea quæ sermone superiori sunt exprompta) ecclesia olim super illum fuerat constructa, asportatum idem corpus a loco ipso, et ubi jam non satis forte digno sibique grato colebatur obsequio; ad quoddam monasterium S. Petri, loco illo situm quem appellant Mauriacum, transvehi fecit, ubi religiosorum digno gratoque excoleretur servitio Monachorum. Verum cum istud iter maturato conficeretur, accidit ut veniretur super altissimam quamdam rupem, quam nuncupant Apionem. Ibi, non tam fortuito casu, quam necessario dispensationis divinæ prospectu, ut et virtus Sancti quanta esset manifestaretur, et eadem translatio sibimet non ingrata comprobaretur; mulus, qui sacratissimum scrinio conditum corpus deferebat, ex eadem rupe delapsus, in profundum ruit, quod subter ipsam mille ferre passuum spatio horribili ruinæ patebat. Quod femina venerabilis cernens, metuque ingenti exterrita, ac mœstitudine luctuosissima comprehensa, mox eumdem Sanctum talibus cœpit compellare sermonibus. Si tu, Beate, ut credimus, Mari, vere Dei Sanctus, vere Dei probaris amicus; pateat nunc quæso, quanta tibi apud illum gratia, quanta tibi ab illo collata sit virtus: ne it rogo talis tuus, qualis esset vilis cujuslibet hominis casus; nec tanti, ut fidimus, tui corporis thesauri dispendium patiamur, quod etiam in hujusmodi periculis nobis præsidio fore pie gratulamur.

D

ex ms ac primo actum in translatione corporis,

cujus rector mulus, in præceps cum scrinio lapsus,

Sancto invocato,

E

26 Inter hæc verba, requisitus in tanto illius profundi præcipitio mulus, ita sanus et illæsus ac toto corpore vigens est repertus, ac si se ipse leniter super plumas cubaturus mollissimas collocasset. Scrinium perinde, quo sacrum corpus erat reconditum, ita sanum et integrum atque in nullo penitus læsum pariter est repertum, ut manifeste probaretur id, quod intus erat, totum conservasse, quod in tantam profunditatem de tantæ altitudinis immensitate corruerat. Tum vero in admirationem metus, in gaudium convertitur felicis feminæ luctus; omnesque, qui aderant, ineffabiliter lætificat ostensa beati Dei Confessoris, hominumque doctoris tam prædicabilis, virtus: quæ utique lætitia multo major gratiorque fuit, ex eventu atque incursione periculi, quam si nihil tale contigisset incurri. Cum enim in virtute Sancti, evectio corporis sui ita ab ipso regi posset atque servari, ut per quælibet præcipitia graderetur; nihil tamen illi periculi saltim metueretur; voluit tamen Deus et periclitationem accidere, et metum mœstitiamque plurimam increscere, ut quo major præcessisset graviorque tristitia, eo nihilominus major succederet gratiorque lætitia; et virtus, quæ vix posset agnosci in aversione seu remotione incurrendi, manifestissime pateret in evasione absque ulla læsione incursi periculi tanti *b*.

salvus cum Reliquiis educitur

F

b

27 Postea vero quam ita translatum est, atque in monasterio supra memorato digna veneratione repositum beatissimi venerabile Confessoris corpus; et in eodem loco, et quocumque alibi ob impendendum opitulationem est delatum, miraculis coruscavit ingentibus: e quibus primum istud commemorandum putamus. Villas ac terras ejusdem monasterii depopulabantur atque etiam auferebant quidam potentes seculi, divini timoris immemores et incuriosi: contra quos quia Monachis humanum deficiebat auxilium, conferre se coacti sunt ad divinum. Itaque S. Marii corpus detulerunt ad villam quamdam Hibernaliam nuncupatam, circa quam sibi seculares illi damna plurima inferebant; ut tanti

Contra populatores elato corpore,

Ex MS quidam ferentibus male dicentes et comminantes percutiuntur cæcitate.

A possessoris illius loci saltim Corporis præsentia territi, ab invasione illius desisterent, atque a solita præsumptione eumdem depopulandi. Verum ex illis unus, nomine Aldebertus, de Castro Sanias nuncupato, ubi hoc factum audivit; qui terreri debuerat præsentia Sancti, e contrario furiosam versus in iram, aggregatis satellitibus suis cum armorum strepitu, contra Monachos advenit; atque objurgationibus ac minis territare, ac deinde assultu terrifico cum lanceis et gladiis cœpit impetere, si forte ita deterritos posset effugare. At in ipso assultu improbo, una universis cæcitare percussis, atque ad terram eorum decidentibus lanceis; famuli Monachorum in eosdem statim irruerunt, ac duris ictibus sacrilegos verberare cœperunt; quousque illi, vellent nollent, humiliati, indulgentiam precarentur, ac peterent pacem: et tam de præteritis male factis, quam de præsenti tanta præsumptione, pollicerentur emendationem. Ita illi, qui superbi venerant, et Dei Sanctique Marii servos territaturi, ablatis etiam sibi pluribus caballis tremebundi redierunt, et pro suis ausibus non immerito duriter verberati.

et qui manum injecerat scrinio, incurabili debilitate punitur.

B 28 Porro in illa clamitatione ac minis, qua Milites contra Monachos fuerant ante jurgati, quidam (ut fertur) nomine Girbaldus, improbe ac scelerate contra scrinium, quo sacrum Corpus habebatur conditum, sacrilegam extenderat manum. Sed is mox, toto corpore debilitatus ac pessime infirmatus, domum quidem utcumque rediit, sed irremediabiliter eadem detentus infirmitate permansit. Venit etiam postea ac plurimis diebus, ante Corporis sacri præsentiam prostratus, sanitatisque remedia petivit; sed ullatenus impetrare nequivit, ac sic ad mortem usque vexatus infirmitate, miseram vitam debita morte finivit. De cujus temeraria nimis offensione, in illa scelerati brachii extensione, non est omittendum, quod a nonnullis fertur auditum, quasi vocem videlicet sonuisse beatissimi Confessoris, ita contra illum sive de illo conquerendo dicentis: Quid me cædis? Quem quidem sacrilega illa extensio non tangebat; sed, sicut Dominus et Deus noster Christus, qui sub præsentia, non jam sacri, sed sacrilegi Pontificis, in ipso suo corpore, quod est caput Ecclesiæ, sine culpa cæsus, verba illa protulit; atque etiam postea, contra persequentem membra sua Saulum, de cælo clamavit; Saule, Saule, quid me persequeris? ita Marius beatus, hominem contra se rabientem, famulosque suos, ac sibi sub uno Domino Deoque conservos, furibundis vocibus et minacibus gladiis impetentem, audiri fecit atque intelligi voluit sese persequentem; qui membra, et per Dei gratiam sibimet conjuncta, et pia devotione subdita atque subjuncta; impia cæsione lædere properabat. C

Sanatur ignis acer, et pedum debilitas

29 Post ista, relato Corpore sacro ad monasterium, locumque suæ requietioni divina dispensatione provisum; homo quidam, arsura pedum comprehensus amborum, illius suffragium in tanta necessitate sibi credidit expetendum. Verum cum ad eumdem locum modo quo poterat deproperaret; antequam illuc perveniret, velut in occursum illi præcucurrit virtus Sancti, et quod ab illo desiderabat expetere, antequam expeteret adimpleto desiderio largissima illius benignitate meruit obtinere. Nam in ipso itinere arsura illa penitus extincta, redditaque sibi est ad integrum suffragio Sancti salus optata. Adolescens autem quidam in eodem monasterio morabatur, qui Dominicus appellabatur. Is cum esset pedum debilitate multatus, prostratus in orationem, et aliquamdiu decubans ante sancti Marii corpus, pedibus restitutis ac reformato gressu, integræ sospitati celeriter est restitutus.

Elato iterum corpore Orcedum, c obmutescit insiliens illi gallus,

D 30 Superius memorata rursus necessitas expoposcit beati Confessoris corpus alio deportari. Namque existentibus plurimis, qui rès Monachorum usquequaque diriperent, pessumdarent, atque vastarent; et e contra ex toto pene deficientibus legalium talibus Rectoribus Potestatum, qui eas ab illis tuerentur atque defenderent, aut etiam qui vel diripi prohiberent vel direpta quæque reddi compellerent; ad indefectivum S. Marii suffragium necessario sæpius erat Monachis recurrendum. Itaque ob istiusmodi causam detulerunt illum aliquando ad quamdam possessionem suam, quam Orcedum c vulgo appellant. Ibi dum divertentibus eis ad ecclesiam, sacri Corporis scrinium illuc esset introducendum; accidit super idem scrinium advolantem consedisse alitem gallum. Sed is mox vocem amisit pariter et volatum: quod factum illud fortassis quadam significatione portendit, superbos quosque ac leves super sancti Marii famulos, imo etiam in uno corpore sub Christo capite membra insurgentes atque insilientes, eosque oppressione improba ac temeraria deprimentes, vocem illam cito amissuros: qua in nocte vitæ præsentis super Dei servos una exultatione grandique voce se efferunt, gaudentes et cantantes, ipsamque pariter levitatem superbi volatus, qua humiles quosque sub se habere atque deprimere, seque super omnes satagunt semper extollere. E

et injuriæ auctor ex equo dejicitur:

Quamvis enim in bonam partem multo aliam habeat gallus gallique cantus significationem, novimus tamen multa per significationem et in bonam et in malam accipi partem. Et certe id quod consecutum est in exhibitione virtutis, quæ nunc narranda suscepta est, nobis satis putamus est intimatum, quod in illo facto diximus significatum; dum in seipso expertus est unus, quod esset ceteris expectandum. Denique post paululum contra Monachos adventantes, illi ipsi sui malefactores cum cœpissent adversus eos eorumque famulos dure jurgari, malaque multa solita superbia minitari; unus ex illis contra ipsos impetu facto, mox de eo in quo sedebat cecidit equo, eodemque equo potius moriente, ipse pedes remansit directus et humiliatus, qui eques fervebat minitans ac superbus; reputandus forsan, quantum ad sensum historicum, inter illos, de quibus sacer Psalmus; Ab increpatione, inquit, tua, Deus Jacob, dormitaverunt qui ascenderunt equos. Ps 75, 7
Qui si forte sua correctu [pœna], didicit non esse confidendum ulterius de operibus malis Deoque rebellibus; congruenter illud potuit dicere propheticum; Super equum non ascendemus, nec dicemus ultra, Dii nostri opera manuum nostrarum. Os 14, 4

alius item punitur d

F Alia vice idem corpus ab eisdem Monachis est delatum in locum suæ possessionis vocabulo Glenadum d. Accidit illic ut quidam rusticus, reverentiæ Sanctis habendæ ac timoris ignarus, deportationem illam sacri Corporis, atque expostulationis exhibendæ illi venerationis, stultis deridere cœpisset ac procacibus verbis; sed hic continuo falce, quam gerebat manu, oculum sibimet evulsit; et quæ S. Mario reventia esset habenda, quodque exhibita illi veneratio non deridenda, sero cognovit.

liberatur energumenus,

31 Homo quidam uxoratus, cum ita esset invadente dæmonio dementatus, ut ipsam uxorem suam rabidis dilacerare morsibus conaretur, ad præsentiam deductus est corporis B. Marii. Ubi dum furiosis huc illucque motibus et actibus debaccharetur, visum est ecclesiæ Custodi durioribus illum alligaminibus debere vinciri, quousque virtute Sancti recuperato sensu, nihil quemquam ultra læsurus, secure posset postea solvi. Sed dedignatus est Sanctus, eum qui sibi curandus esset adductus, non suæ solius potestatis relinqui. Itaque, sub incipientis diei crepusculo, dormientem Custodem ipsum visus est idem

A idem Sanctus verberare per somnum, atque increpitando dicere; eum qui adductus esset, expostulando atque assequendo præsidio divinæ virtutis, humanæ provisionis atque custodiæ non egere præsidiis. Perductus est etiam eo quidam puerulus, sermonis elocutione multatus. Is cujusdam pauperis erat filius, sed ad talem medicum venerat sibi medicaturum, qui pro exhibendo medicinæ beneficio copias non exposceret pecuniarum; quin potius ad eum, qui semper libentius habuit pauperibus humilibusque concurrere, quam humanæ altitudini timorique favere. Itaque non expensa pecunia, sed valentia locutionis accepta, multo utique pretiosiore atque utiliore quam grandis pecunia; qui puerum mœstus adduxerat, lætus recepit; et Deo, et illi tam potenti medico tamque pio debitas agens gratias, propria revisit. Verum non sic dixerim, beatum Confessorem beneplacitum habuisse semperque habere pauperibus humilibusque concurrere, ut dedignetur altis etiam in hoc seculo atque divitibus, si humiliter expetant ac devote, necessaria quæque prorogare beneficia.

mutus loquela donatur.

32 Denique Nobilis quidam, Stephanus vocabulo, de Castro Scurralias e nuncupato, cum febribus laboraret immensis, virtutem supplex et devotus expetiit Marii beati, morbis omnibus cœlitus facileque medentis; ante cujus sacri præsentiam Corporis tota cordis humiliatione prostratus et corporis, optatum cito meruit incursæ valetudinis obtinere remedium. Erat autem (ut traditum accepimus) quamvis habitus laicalis et celsitudinis homo secularis, morum tamen probitate vitæque honestate laudabilis. Et ipse igitur, depositis febribus atque remedio sospitatis accepto, rediit domum, qui præter exteriora munera, multo acceptiora pietatis et devotionis ad sacrum detulerat locum Marii beati requietionis. Alter æque vocabulo Stephanus, sed habitu religiosus, professionis titulo Monachus, diris et ipse febribus apprehensus, ad locum eumdem similem detulit devotionem, parem protulit postulationem; nec dissimilem retulit omni, mala valetudine deposita, sospitatem. Duæ mulieres unam, sed suam singulæ cæcitatem lugentes, illum sibi ad impendendum remedium putaverunt expetendum; qui luce veritatis penitus carentes tot illuminaverat superno lumine gentes. Nec inanis talis earum reputata est fides; nam totius cæcitatis tenebris depulsis, lumen optatum virtute cœlestis obtinuerunt illuminatoris.

Curatur febris violenta una,

alterque.

illuminantur cæcæ 2.

ANNOTATA D. P.

a *Hujus Capitis prior medietas, secundum notas marginales, dividitur in octo Lectiones, nescio an recitandas in die Octavæ ipsius, an vero in proprio Translationis festo, quod etiam fuerit cum Octava celebratum, per quam deinceps cetera legebantur. Initia cujusque Lectionis * notabit.*

b *Si hoc miraculum contigit medio circiter via, ubi Topographia Arvernia notat* Podium S. Marii, *alterum ejusdem nominis notari debuerat circa Mauriacum, ut in Comm. Prævio dictum, ubi tabula solum notat* S. Marii.

c Orcet *prope Clarum-montem Branchi constituit, nec plus quam duabus leucis ipsum removet tabula.*

d Glenat. 8 *leucis in meridiem distans Mauriaco.*

e Scorrailles, *solum 2 leucis removetur ad eamdem partem.*

CAPUT II.

Alia ad S. Marii invocationem miracula.

Corpus illud sacrum, per loca diversa aliquoties jam memoravimus deportatum, nec alicunde absque miraculi exhibitione ad locum suæ requietionis fuisse relatum. De qua re ab anterioribus scripto accepimus traditum memoriæ nostræ, quod nusquam pro aliqua delatum fuerit necessitate, et suo illos quocumque fraudaverit voto, quicumque in eo laboraverint deportando. Denique pro hoc ipso in cujusdam montis excelsi, monasterio proximi, pulcherrimo loco, ecclesia illi ædificata est, et sacrata; in qua solito Corpus sacrum, pro aliqua illuc necessitate delatum, debitis excolatur obsequiis. Itaque si quando nimia cœli serenitas indigentiam necessariarum induxerit pluviarum, cum debita veneratione necessitatique congruis supplicationibus, defertur illuc a Monachis Marii beati venerabile corpus; statimque, noxia siccitate remota, pluvia descendit optata. Item si ingentior noxiarum profusio extiterit pluviarum, pari modo, Corpore sacro pro obtinenda illuc serenitate delato, postulata statim serenitas redit; quæ et Sancti meritum postulantibus prodit, et eam pro qua postulatur periclitantem messium reparat viriditatem.

Ad montem vicinum quoties effertur corpus,

pluvia vel serenitas impetratur:

34 Nec videtur omittendum, quod cum vice quadam illuc esset delatum, mansissetque diebus aliquot non relatum; quidam malæ mentis homines furto illud cogitaverunt inde asportandum. Quod cum perverso corde tractarent, consiliisque sinistris quo id possent actu explere perquirerent; nocturna visione cuidam pauperi cœlitus ostensum est ac præceptum, ut Custodem illius ecclesiæ quantocius monere curaret, quo S. Marii corpus ad monasterium referri sine dilatione satageret. De cujus ille visionis atque præceptionis, aut dubius certitudinis, aut timidus indicationis; prima tali apparitione noluit quidquam illi, cui jussum fuerat, indicare: quapropter opus fuit apparitionis secundæ, sed non similis primæ. Ei namque non jam solummodo monitus, sed pro inobedientiæ culpa digna est pœna multatus. Nam in ea jam visione audivit sibi divinitus dici: Quia præceptioni cœlesti debitam obedientiam denegasti, gravi eris ad præsens addictus debilitati. Quam comminationem sine mora secuta est debilitas comminata: nam pedibus graviter infirmatus, qui jam pene totum gressuum amiserat usum, satis sibi potuit persuasum videri, ne adhuc expectaret tertia visione moneri. Cum autem aliquantum tempus in ea mansisset debilitate, nullum sibi rectius pro recipienda putavit expetenda salute, quam illum, cujus debilitatus fuerat virtutis castigatione. Itaque indulgentiam culpæ relaxationemque vindictæ coram præsenti expostulans Corporis sacri, pristinæ reformari meruit sospitati. Ita Sanctus, cum facile posset secreta virtute furunculos illos ab asportatione sui Corporis prohibere; attestatione quoque miraculi maluit fortasse manifeste monstrare, nullum sibi ad repausandum usque in diem resurrectionis gratiorem esse alium, quam sacri illius monasterii locum; a quo se nullatenus auferendum, et ad quem tam solicite monere curavit citius revehendum.

cumque illi fures imminerent,

quidam id impedire per visum jussus,

moram luit debilitate sua diu

35 Ipsam etiam in illo monte sitam ecclesiam quam sibi gratam duxerit, sub ipso quo consecrata est tempore declaravit. Denique cum eamdem consecrationem exhibiturus venerabilis ac reverendus Stephanus a Arvernensis Episcopus advenisset, atque eum ingenti Cleri Nobiliumque multiplicitate, cumque plebei populi innumerabilitate, ecclesiam ipsam in honorem Beatissimæ Dei genitricis sanctæque

Dedicata ibi ecclesia

EX MS.

A que Confessoris Christi Marii dedicasset; omniaque quæ tanti officii solennitas exposcebat, implesset; sole in occasum ruente, terrisque solitas tenebras inducente, in ecclesia illa claritas cœlestis eminuit lucis; claritasque cœlestium ministrorum tanta coruscatione resplenduit, ut pars maxima circumpositæ regionis miro illo splendore claresceret, et omnes eidem ecclesiæ propius assistentes procul

nocturno lumine illustratur cœlitus:

aufugere nimia sui admiratione compelleret. Cujus ostensione miraculi quid aliud ille Dei confessor eximius intimavit? nisi se, una cum illis jam sibi sociatis spirituum agminibus beatorum, gratum habuisse, ecclesiam sibi constructam atque sacratam invisere; et quanta ipse apud Deum internæ lucis claritate resplenduit, ostenso exterius lumine declarare. Et quis valeat existimare, quanta illi claritate Dei vultus infulgeat, qui luce veritatis ipsius, et per fidem cognitionis, tot illuminavit populos, tot homines illustravit? Jure igitur, post beatam ad superna transmigrationem, in æternum suam demonstrat hominibus exterius lucem, qui eis agnoscendam ac adipiscendam exterius nihilominus demonstravit eamdem.

36 Causa cujusdam extitit aliquando devotionis,
B qua sæpe dictum sacratissimum Corpus beati Confessoris ad monasterium deferretur, quod Bellus-

cæcus illuminatur, b

locus *b* speciali nuncupatione vocatur. Cumque per Dordonium fluvium navigio devehendum navi imponeretur; adveniens illuc quidam luminibus orbatus, divina miseratione et Sancti virtute, ibidem est illuminatus. Dum vero ad prædictum esset monasterium perventum, sacrumque corpus in ecclesia ipsius monasterii susceptione desiderata debitaque veneratione depositum; virtus ibi perlati manifesta facta est thesauri. Nam quidam pedibus

curatur debilis,

debilis, cruribus contractus, tanti hospitis pia visitatione consolatus, gressibus reparatis incolumis est erectus. Apud Senonensem Franciæ civitatem, in monasterio Principis Apostolorum Petri, quod cognomento dicitur Petri-vivi, beati Confessoris Christi Marii agebant aliquando solennem ejusdem monasterii Monachi festivitatem. Quo tempore, cum jam diutius siccitas inimica commoditatem detinuisset imbrium, messiumque ubertas periclitaretur

Senonibus pluvia impetratur,

indigentia diutina pluviarum; ea die pro tanta necessitate Marius sanctus ab illis est devotius imploratus. Nec defuit affectui piæ devotionis optatus exhibitæ implorationis effectus: nam statim die ipsa siccitas diuturna remota, redundansque neces-

prædones arcentur,

C sariarum reducta est copia pluviarum. Eadem quoque ipsa die, ad deprædandas res Monachorum, turma quædam irruerat militum improborum: quorum ductator ac primus, a famulis Monachorum captus est, et in vincula merita conjectus. Sed a Cellerario monasterii famulus in silvam directus, cum esset ibi dæmone se corripiente vexatus, S. Marii servus effectus est, et continuo liberatus.

energumenus liberatur,

37 De regionibus, in quibus ille beatus doctrinam pietatis primus seminavit, cujus seminationis nunc usque fructificans messis, beatos fructus horreis cælestibus mittit; adventantes quidam, tanquam patrem amantissimum specialemque patronum pie revisuri, ac pro sui salvatione debitas eidem gratias acturi; cum ad superius memoratum Mauriacense monasterium pervenissent; quo translatum olim Corpus sacratissimum nossent; atque ab ecclesiæ custode aditum precarentur ad illud sacrarium interius, quo erat repositum venerabile Corpus; nescio qua injuria aut obstinatione custodis nequaquam apertum est illis. Verum ille beatus Pater indulgentissimus, pati non potuit filios pios de sui negata invisione remittere mœstos, quos de ipsorum per se salvatione gratos acceptabat et gratulabundos. Etenim dum ante januam loci cum mu-

Peregrini ab ecclesia exclusi,

neribus astarent precibusque devotis; potentis San- D
cti virtute janua patefacta, liberaque illis est facultas introeundi concessa. Quod factum quantum eis adauxerit erga ipsum sanctæ devotionis affectum, quantamque præstiterit et quam præbuerit prædicandam de tantæ virtutis ostensione lætitiam, multo est intelligere facilius quam dicere. Ita votis adauctis, muneribus oblatis et precibus; qui de præstita sibi salute Patrono proprio gratias venerant relaturi, præstantiorem erga se gratiam redire prædicaturi.

ea ultro aperta admittuntur

Miræ infirmitatis angustia gravissima, hoc est pedum arsura, comprehensus quidam, nomine Robertus, ante præsentiam corporis Marii beati est deductus: quem quanto durior arsuræ illius arctabat angustia, tanto clementissimi Confessoris cœlitus remediantis celerior adfuit medicina. Mox namque pessimus ille ignis, ad cernendum minime visibilis, ad puniendum dire sensibilis, ita in homine illo penitus est extinctus, ut præter eam pedum partem, quæ consumpta jam fuerat, hodieque vir ille superstes ad integrum sospes existat, non minus et nunc ad omnia valens, quam ante morbi illius incursionem ad cuncta valebat. Ejusdem incommodi alter gravatione depressus, eamdem in

curatur ignis sacer uni,

alterique

E sui sanatione, Sancti clementiam expertus est pariter et virtutem: eademque ad omnia valentia roboratus, in servitio monasterii usque nunc strenuus permansit ac devotus.

38 Mulier ex Lemovicensi solo, miserationem deposcens Marii beati, pro reformatione luminum filium adduxerat cæcum; quem die dominico ante Sancti festivitatem, quo solitum est reverendam sacri corporis glebam deportari in illum quem superius memoravimus montem, ille cœlestis illuminator et animarum et corporum, cæcatum filium videntem fideli reddidit matri, qui tot quondam mentibus orbis cæcæ rapuerat infidelitati. Alio tempore mulier alia filium æque parvum, brachiolo debilitatum, ante præsentiam exhibuit Corporis sacri: cumque misericordia illius aliquamdiu postulata nec impetrata, domum desperata rediens, extra loci fines jam fuisset egressa; retro respiciens, et de ipso Confessore beato apud ipsum conquerens; O Sancte, inquit, Mari, quam fida veneram de impetranda super hujus parvuli sanatione misericordia tua, de qua nunc ulterius adipiscenda diffidens redeo mœsta. Hæc ea dicente, puerulus, quem paululum requietura terræ deposuerat, contractum brachiolum ad illam extendere cœpit, restitutum et

illuminatur cæcus.

sanatur debile brachium,

F sanum. Tum vero querimoniam de Sancto lugubrem, in gratiarum, jam illi debitarum, convertit actionem: nec spe resumpta, sed re ipsa quæ sperabatur accepta, quæ redire mœsta cœperat, reditum complevit lætabunda. Vir quidam loci ipsius nihilominus parvulum graviter infirmatum ad eumdem sacrum attulit locum. Qui cum per aliquot dies, non solum remedii nihil acquireret, verum etiam ingravescente quotidie languore deterius semper haberet; quadam nocte ad ipsum tandem perventum est montem. Cum pater, athletum cernens filium, mortique suprema defectione jam proximum; mœstus et ingemens, O sancte Mari, aiebat, non huc ad te filium meum, ad mortem excipiendam, sed ad recuperandam vitam attuleram. Inter hujusmodi verba rursus inspiciens puerum, ante præsentiam jacentem sacrarum Marii reliquiarum, invenit illum aliquantulum respirantem ac melioratum: aliquantulumque spei resumens, atque opem Sancti enixiori devotione deposcens, ita post paululum vitæ restitutum et incolumitati filium recepit; ut facto mane, ante patrem saltitans et jocabundus, cum ipso rediret domum, quando mortuus efferendus expectabatur ad tumulum *c*.

mortuus suscitatur

c

ANNOTATA

A

ANNOTATA D. P.

a *Septem Episcopos* Stephanos *urbs habuit. Primum sec. 7, secundum an. 951, Tertium, Quartum, Quintum sec. 10, Sextum an. 1126, Septimum an. 1165: quare vereor ne gratis hæc dedicatio adscribatur ab auctoribus Gallis* Stephano V, *potius quam alicui successorum duorum.*

b Baulieu *trans Dordonium, 9 leucis infra Mauriacum.*

c *Horum miracula aliqua cum retulisset Branche*, magnum, *inquit*, aliorum numerum refert P. Dominicus Carmelita, *unde expectabo si quæ hic desiderantur. Interim ex Jacobo addam, quod de suo sic profert ille, tamquam testis de visu.* Cum, *inquit* Mauriaci essem in hospitio meo, quæsivi cuinam Sancto dedicata ecclesia loci esset: responsumque mihi est, S. Mario. Rursum interrogavi, num ad ejus invocationem factum miraculum aliquod esset. Respon- D Ex MS sum est. Plura; inter alia autem accidisse unum, cujus signa esset etiamnum in ecclesia videre. Scilicet cum die Sancti festo, Consules civitatis in sella brachiali collocatam imaginem Sancti portarent in processione, secundum consuetudinem; ecce tibi hæretici duo, in via quæ Issorio Montferrandum ducit, per mediam se pompam trajecerunt, non solum absque reverentia ulla, sed etiam irridendo dicentes, O homines insensatos, qui tanto cum honore gestant annosum truncum. Qua blasphemia prolata, continuo utrique pes dexter excidit, tamquam si vi revulsus fuisset a corpore: quare non dubito quin culpam pœnitentes agnoverint. Interim ad memoriam facti uterque pes appensus est dextero brachio imaginis: ubi ego utrumque vidi, et videre potest quiscumque accedere volet ad imaginem, supra majus altare collocatam.

DE S. CHLODULPHO

B

EPISCOPO METENSI AD MOSELLAM

E

COMMENTARIUS PRÆVIUS

§. II.

De cultu, vita, translatione.

CIRCA DCXCII.

Inter Episcopos Ecclesiæ Metensis numerari ultra triginta, qui in antiquis Catalogis et Martyrologiis hujus Ecclesiæ ceu Sancti habiti fuerant, docet Meurissius Episcopus Madaurensis, et hujus Ecclesiæ Suffraganeus, in Præfatione ad Historiam Episcoporum Ecclesiæ Metensis § 6. Ex istis ad hunc VIII Junii colitur S. Chlodulphus, pluribus sacris

Memoria in Fastis.

Fastis inscriptus, et non solum in MSS. Ecclesiæ Metensis, sed etiam in Hildesheimensibus S. Nazarii, et MS. Florario, ubi ista leguntur: Metis depositio B. Chlodulphi, ejusdem urbis Episcopi et Confessoris. *Similia habentur in Martyrologio Bellini de Padua, secundum morem Romanæ curiæ Venetiis anno* 1498 *excuso, quod secuti sunt Grevenus et Molanus in Additionibus ad Usuardum, Maurolycus, Canisius, cum hodierno Martyrologio Romano Galesinius: item et Ferrarius, sed hi duo ad diem* VII. *Nos Prioribus cum Theodoro Rhay inhæremus, licet Meurissius et Saussayus ipsum Sanctum referant* VIII Maji, *ut illa inter* C *Prætermissos diximus. Paulus Warnefridus de Episcopis Metensibus, ista scribit:* Godone de mundo excedente, Chlodulphus, beati Patris Arnulphi genitalis filius: Ansigisi quoque (a quo semen propagatum est regum) germanus, ad Episcopale culmen ob paternæ sanctitatis gloriam trecesimus atque secundus ascendit: de quo nihil ad nos amplius, præter quod a tali radice exortus est, fama perduxit. *Hæc Warnefridus ad Angilramnum Episcopum Metensem, qui dictæ Ecclesiæ præfuit ab anno circiter* DCCLXIX, *usque ad annum* DCCXCIX.

Vita scripta

2 *Postea auctor aliquis, ob sanctitatem vitæ et forte virtutem miraculorum excitatus, res gestas* S. Chlodulphi *collegit, atque hanc quam damus Vitam conscripsit. Hic num. 5 meminit* Pippini Regis, et succedentis prolis, *scilicet Caroli Magni et Ludovici Pii: item num.* 17 *asserit,* S. Chlodulphum sepultum in ecclesia, quæ antea ad sanctos Apostolos dicebatur, jam ad S. Arnulphum vocatur. *Scilicet sub filiis Ludovici Pii, quando in chartis Caroli Calvi inveniuntur* Canonici de monasterio S. Arnulphi, *et a Ludovico Regni Germaniæ, nominantur* Fratres ex cœnobio sanctorum Apostolorum, nec non et beatissimi Confessoris Christi Arnulphi, atavi sui. *Hanc Vitam accepimus descriptam ex vetusto codice Treverensi monasterii Imperialis S. Maximini, collatam cum ea quam Acherius et Mabilio ediderunt Tomo* 2 *de Actis Sanctorum Ordinis S. Benedicti, acceptam ex codice MS. V. C. Andreæ du Chesne.*

edita ex MSS

3 *Inscripserunt hunc eumdem suis Martyrologiis Benedictinis Arnoldus Wion, Dorganius, Menardus, Bucelinus. Verum ex Vita jam citata colligit Mabillonius,* Chlodulphum nusquam Monachum fuisse Eremitamve, sed ex laicali vita ad Episcopalem Sedem assumptum, aut certe id hunc auctori ignotum fuisse: *quod cum aliunde non probetur, recte idem Mabillonius minori solemnitate notavit. Ab his eis illius Vitam addere. Dedimus ad Kalendas Februarii post Vitam S. Sigeberti pag.* 235 *diplomata duo, tam hujus, quam Childerici Regis, pro monasteriis Stabulensi et Malmundariensi concessa, in quibus* Chlodulphus *appellatur* domesticus Regis Sigeberti; *sub quo Rege S. Desiderius, Episcopus Cadurcensium, Epistola* 55 *Tomo* 1 *Andreæ du Chesne Scriptorum historiæ Francorum pag.* 878. Chlodulphum *nominat* Dominum illustrem et virum excellentissimum; *hortaturque ut patris monitus et acta recordetur. Fuit autem* Chlodulphus *proximo quoque tempore, sub eodem Sigeberto Rege, ordinatus Episcopus Metensis: in eoque Episcopatu plenus dierum mortuus est, non autem translatus ad Trevirensem Archiepiscopatum, quod post nonnullos alios Saussayus et Bucelinus, æque ac vitam ejus monasticam, absque ullo fundamento adstruunt. Demum ejusdem farinæ fabulam arbitramur, quod cum Roserio auctore fabuloso dicunt aliqui,* Chlodulphum, *in matrimonio novem procreasse liberos, quia in dicta Vita aut apud antiquos ac domesticos scriptores nullam fieri mentionem conjugii ullius reperimus.*

Non fuit monachus,

sed domesticus S. Sigeberti Regis.

non Archiepiscopus Trevirensis aut conjugatus

4 *Est Layum, celebris locus in Comitatu Calvomontensi, prope capitalem Lotharingiæ Nanceium, quem Udelricus Archiepiscopus Remorum ejusque mater Eva Comitissa obtulerunt S. Arnulpho Metensi. Hujus donationis charta extat apud Sammarthanos in Archiepiscopis Remensibus, et apud Meurissium ad Vitam* S. Chlodulphi. *Ut autem jam indicatum* Layum *magis celebre*

Corpus Layum translatum

Ex MSS

A *celebre redderetur, ac Deo consecraretur; obtinuit dictus Udelricus ab Adalberone Episcopo Metensi, ut corpus* S. Chlodulphi *eo transferretur, atque Prioratus Monachorum, a monasterio S. Arnulphi Metensis dependentium, institueretur: uti factum est anno* DCCCCLIX *die* XI *Decembris: ad quem diem memoria* S. Chlodulphi *celebratur in MS. Florario, et alio MS. Carthusiæ Ultrajectinæ, atque* Translatio *appellatur a Greveno et Canisio. Sed hanc aliqui asserunt factam* VI *Septembris. Saussayus vero ipsam refert ad* XVI *Decembris. Meurissius addit in ea Translatione illustria quædam miracula facta, et caput ejus adservari Metis in ecclesia S. Arnulphi. Nos ea Miracula nancisci optamus, siquidem uspiam scripta extant.*

caput Metis servatum.

VITA

Ex codicibus MSS.

PROLOGUS.

Hortatio ad celebranda festa Sanctorum.

Beati Chlodulphi, Metensis urbis Pontificis gloriosi, depositionem venerabilem annuo recursu commemorantes, Domini gratiam magnificare, collaudare, et benedicere dignissimum decrevimus, et B utillimum judicavimus; simul etiam summa utilitate monemus, ut qui notam semper in nationibus facit virtutem suam, et qui est Deus faciens mirabilia, quique gloriosus est in omnibus Sanctis suis; sicut eisdem Sanctis gloriam contulit sempiternam, sic nobis eorum festa celebrantibus peccatorum omnium conferat veniam, omnes in commune et singuli summa devotione exoremus. Siquidem Sancti, qui laborum multimodorum et propriorum operum felicissima retributione æterna præmia assequuntur, cum Christo Deo in æternum gaudentes regnant; et eidem Christo Domino summo capiti incorporati, devicto mundi principe, devictis cunctis hostibus, stola immortalitatis induti, et laurea perennitatis adornati, coram suo Domino victores semper assistunt, et de præsentia sui Regis continua festivitate lætantur. Ideirco nostra non egent veneratione, nec nostris annuis solennitatibus indigent; sed provisa sunt nostræ infirmitati hæc divina subsidia, ut quotiescumque per tempora revoluta perque assignatos dies Sanctorum merita recordamur, et in recordando dulces venerationis affectus exhibemus; eosdem Sanctos nobis, ad evitanda mala et acquirenda bona, dulces patronos et pios exoratores, apud Deum deo- C rum Dominumque dominorum, mereamur.

CAPUT I.

Illustris prosapia. Institutio. Possessiones.

Natus patre S. Arnulpho

Scripturi aliquid ex B. Chlodulphi gestis, et de tanto viro locuturi, consueto ordine justæ narrationis, quis vel unde fuerit, primum necesse est intimemus: prosapiamque, sic nobilis, sic inclyta, quia præsentibus luculentissime patet, ut futuris etiam aperta sit, justum est ut faciamus. Nam genealogiam paternam *a* B. Arnulphus, hujus sanctæ Metensis Sedis Pontifex, coruscam mirabiliter facit, et decentissimam mirabiliter reddit; dum ejus genitor prædicatur et est, qui ex antiquo Senatorum genere, patre *b* Arnoaldo procreatus, Franciam omnem, imo totam Galliam nobilitate ac decentissima generositate superat, et in superando ingenti gloria famæ suam reddidit et honestam. Arnoaldus, quem diximus, patrem habuit *c* Anspertum; qui ditatus non solum rerum opulentia, verum fratrum dignitate et *d* consociali excellentia gloriosus effulsit. Sanctum namque *e* Agiulfum, Metensium Pontificem, ex filia

a

b avo Arnoaldo

c proavo Ansperto,

d

e

Chlodovei Regis procreatum dicunt: qui Choldoveus, D prædicante S. Remigio Remensium Pontifice, et se et totam Franciam Christianæ religioni primus subdidit, et in honorem debitum decus Ecclesiæ, prout unquam plus potuit, dilatavit et exaltavit. *f* Deotarius Arisidi Pontifex, et *g* Firminus Ucetiæ itidem Pontifex, et Gamardus S. Goerici Præsulis genitor, et Remfridus fratres hujus Ansperti extiterunt. Mater vero Domini et venerabilis Chlodulphi *h*, Doda nuncupata, non minori nobilitate clara refulsit: sed hanc ipsam nobilitatem, morum pietate et animi sanctitate gloriosissime illustravit ac decoravit. Quæ cum viro pudicissime, prout fert mundus, vivens, non patiebatur bonorum exhibitione se imparem fore: et dum B. Arnulphus Pontificali cathedra sublimatus est, ipsa etiam, fervente in ea ignea sancti Spiritus gratia, non solum spirituali veste et velamine induta est, verum etiam apud Treverenses inclusione usque ad diem mortis sese retrusit atque religavit.

fratre S. Agiulfi,

Deotarii, Firmini et Gamardi, Renfridi.

f

g

h

Mater Dona

postea Treviris inclusa obiit.

3 Igitur Chlodulphus, venerabilis indolis puer, ut par erat, et ut nobilium filiis fieri solet, scholis traditur et liberalibus litteris docendus exhibetur: proficiebatque ætate, nec minus vero doctrinæ spiritualis effluentia. In quo parabatur etiam thesaurus desiderabilis, qui requiesceret ejus in ore sapientis; studebantque pii et doctissimi magistri, ut E eorum benignissimus auditor, tempore præfinito effectus paterfamilias, sciret et haberet unde proferret nova et vetera. Hic itaque liberalissimus puer, a pueritia in adolescentiam juventutemque, humanis divinisque rebus et studiis bene adultus, proficiebat; satagebatque solertissime Deo et omnibus bonis hominibus, verbis et factis perfectissime complacere; malis autem favere, et eorum amicitiis vel ad modicum jungi sic effugiebat et renitebatur, sicut pravam vitam et mores prorsus imitari abhorrebat ac despiciebat. Erat ætate et sapientia majoribus subditus, erat æqualibus æquus; erat minoribus benignus et mitis, et mira benevolentia ab omni ordine, sexu et professione, dulcissime amabatur.

Educatus in ætate et doctrina,

4 Cum vero omnipotentis Dei antiqua pietas B. Arnulphi, hujus beati Chlodulphi genitoris cor, ad divina studia, et ad cœlestia opera sua inspiratione intime accendisset, et ferventissime ardere coegisset: actum est, defuncto *i* Papulo Metensium Pontifice, hunc eumdem B. Arnulphum summa instantia a Clero et plebe postulari; et tanta vis in postulando erat, ut *k* Theodericus Rex [ipsum eis concesserit. Nam] licet hunc inter amicos amicissimum et inter F consecretales secretissimum haberet, esset etiam palatii Rector, et audiendorum reddendorumque consiliorum primus auditor, et sapientissimus redditor; vicit tamen nobilissimæ plebis, ut ita dicam, admirabilis improbitas, et inverecunda in rogando constantia: et B. Arnulphus, eruditissimus laicus et sanctissimus Major-domus, derepente Clericus factus, Cathedræ Pontificali votis omnium populorum felicissime ad regendum est elevatus. Dum autem Ordinationis tempus immineret, et fugæ latebrarumque nulla tamen desperatio jam facta fuisset; prædia et supellectiles multarum divitiarum, quas ditissimus possederat, honestissime partitas, multa sanctæ Matri Ecclesiæ contulit, plurima etiam duobus filiis suis Chlodulpho et Anchisæ jure hereditario habenda derelinquit. Qui paterna benedictione donati, in brevi locupletissimi efficiuntur; et totius patriæ principatum post Regem, regio munere gloriosi, gloriosissime assequuntur. Sed beatus Pontifex [cum] quæ vel ex suo retinuerat, vel etiam in archivis sanctæ Ecclesiæ sibi commissæ thesaurorum ac pecuniarum repererat, cuncta usibus pauperum distribuens, bonus fœnerator dispersisset; multa

S. Arnulpho patre ad Episcopatum Metensem electo,

i

k

ex relictis sibi ab eo facultatibus

A multa necessitate coactus, filios adiit; utque sui suisque misererentur, humili prece supplex exposcit. Quia autem Dei prævidentia, et inevitabilis prædestinatio Chlodulphum adhuc dulcissimum, juventutis flore vernantem, suæ sanctæ Ecclesiæ præficiendum decreverat, et plebi Cleroque Metensi ad regendum præficere disposuerat; res quas possidebat, et quas Deo et Christo ejus et filiis spiritalibus postea collaturus erat, ejusdem Dei et Domini nostri Jesu Christi instinctu sibi retinuit, nec patri ex his quæ petierat, multa contulit, verum ad similes usus imposterum eroganda servavit.

solum pauca largitur:

l 5 l Anchises, beati viri junior filius, petitionibus patris in cunctis libentissime assentiens, universa quæ habere videbatur, voluntati ejus tradidit; et nihil de crastino cogitans, pauperem Christum secutus, ut haberet thesaurum in cœlo, manibus patris cuncta quæ habebat vendere et dare pauperibus deliberavit. Quapropter ejusdem piissimi patris, beati videlicet Arnulphi, magnificis benedictionibus ditatus, spirituali ac per hoc prophetali prævisione, quod totam Franciam, imo et totam Galliam, sibi et filiis suis per multas generationum successiones omnipotens Deus collaturus esset, audire promeruit.

liberaliori ejus fratri posteritas gloriosa promittitur.

B Quod et accidit, dum idem Anchises, sicut pater fuerat, Major regiæ domus effectus, ejusdem officii successionem m filio; et post, filii filio dereliquit. Nam Pippinus ex ministerio in Regem totius Galliæ, a beato Papa Stephano consecratus et benedictus, primus ex B. Arnulphi felicissima stirpe, regalibus sceptris seque et n succedentem prolem, felici auspicio et beatis initiis, decoram reddidit et honestam.

m

n

ANNOTATA G. H.

a S. Arnulphus *colitur* 18 *Julii, quo mortuus est circa annum* 640.

b Arnoaldus, *cognomine* Boggisus, *Dux Austrasiæ.*

c Anspertus, *Senator et Dux Austrasiæ.*

d Consocialis *sive uxor censetur* Blithildis *filia Chlotharii I Regis. De quo matrimonio varii longas disputationes scripserunt, in quas non est animus ingredi, aliis pro eo stantibus, aliis ut fabulam rejicientibus*

e *Paulus Warnefridus de Episcopis Metensibus,* Agiulfus, *inquit,* fertur patre ex nobili Senatorum familia ortus, ex Chlodovei Regis Francorum filia

C procreatus. *Apud Meurissium de Episcopis Metensibus dicitur obiisse anno* 593, *die* 22 *Novembris; et in* omnibus antiquis Sanctus appellari.

f Deotarius Arisidum vicum, *in finibus Ruthenorum olim situm, in Episcopatum erectum, et a fratre Agiulfo ordinatus dicitur; cui Mederiens, filius Ansperti, successisse asseritur: at parochia pro Arisidensi Episcopatu, apud Gregorium Turonensis lib.* 5 *cap.* 5.

g S. Firminus *Episc. Uceticensis, vulgo* Usez *in Gallia Narbonensi, colitur* XI *Octobris.*

h Doda, *in Vita S. Arnulphi, sed nomine non indicato, plurimum laudatur. De secessu ejus ad Treviros agit Broverus in Annalibus Trevirensibus lib.* 7 *num.* 38, *sed locum ignorari dolet.*

i *Post* Agiulfum *sederunt* Arnoaldus et Pappulus, *deinde* S. Arnulphus.

k *Loco* Theoderici *apud Mabilionem legitur* Theodebertus, *a fratre Theoderico anno* 612 *occisus, et hic anno sequente profluvio ventris mortuus; his ergo annis esset Episcopus factus Arnulphus, quod ad ejus Vitam examinabitur* 18 *Julii.*

l *Ista etiam refert Paulus Warnefridus.*

m *Intelligit Pippinum Herstallium, et Carolum Martellum.*

n *Scilicet Carolum Magnum, et Ludovicum Pium Imperatores.* D

Ex MSS

CAPUT II.

Vita laicalis et Episcopalis.

Sane ut cœpta prosequar, B. Chlodulphus, dum vixit in seculo, vixit sine querela; quæ sibi fieri nolebat, nulli faciens; quæ sibi volebat fieri, proximo faciens; injuriam fratri non inferens, et illatam sibi patientissime sufferens; fide perfectissimus, spe ad ulteriora, et hæc divina diffusus, dilectione Dei et proximi ferventissimus, visceribus pietatis ad dandas eleemosynas plenissimus. Animum et mentem, in laicali proposito positus, sic informabat, quatenus dum postmodum Dei providentia aliis præesse cogeretur, ipse prius sibi præesse doctus, doctrinæ officium, quod subditorum mentibus erat infusurus, assiduæ operationis studio instructus et attritus, semper doceret exemplo quos instruere compelleretur sermone.

Chlodulphus adhuc virtutibus vacat.

7 Sic multorum annorum temporibus decurrentibus, jam B. Arnulpho hujus sancti viri genitore, post Episcopatus dignitatem, post eremi dulcissimam solitudinem, ad cœlestis patriæ æterna gaudia translato; jam a B. Goerico successore ejus, cœlestium virtutum et omnium Sanctorum societati adjuncto; Domno etiam b Godone Episcopo ad æterna translato; jam tandem hic, in omnium virtutum gymnasio, nobilissime assuetus et bonæ actionis scholis decentissime informatus atque eruditus, qui interim aliis bene subesse noverat, ad Pontificium erectus, deinceps subditus diligentissime præesse, et commissos honestissime regere cœpit. Nam, ut ordine rem referam, dum B. Godo Præsul ex hujus mortalitatis incolatu transisset, et Deo omnibusque Sanctis felicissime conjunctus esset; plebs et clerus cœpit quærere precibus et vocibus Patrem et Pastorem; et rogabant regiam dignitatem, quo B. Chlodulphum, nobilitate et sanctitate insignem, sibi dare dignaretur Antistitem. Nam multos ex genere ipsius, generositate in tota Francia primos, sanctitatis et virtutum ac miraculorum gloria celeberrimos, per multos annorum cursus, huic sanctæ civitati præfuisse et profuisse commemorabant; et laudibus dignissimis, quibus viribus poterant, ad æthera usque efferebant. Regia vero majestas, videns populi fidem ac devotionem, perpendens etiam ad hæc virum satis idoneum; accersitum, ut curam regendarum animarum susciperet, commonet: utque utilitati Fratrum communi dare administrationem non denegaret, ex parte Dei et ex sua auctoritate imperat. Ille reniti cupiens, sed omnino non prævalens, baculum et officium Pastoralitatis suscepit; et votis populorum Pontifex factus, Cathedræ Sacerdotali supersedere compellitur. Dantur voces in altum, laus, decus et honor Deo cantatur; felicem se omnis sexus et ætas profitetur, dum Sanctis invicem succedentibus animarum quotidiana lucra cumulantur, diaboli æterna detrimenta providentur et procurantur. Felicia tempora, felicesque dies sibi adfore plebs fidelis acclamat, et beatam se pro tanti Pastoris successione testatur: dum ejus pio exemplo ad bene agendum informatur, verbo et prædicatione eruditur, benedictionibus jucundatur, virtutum insigniis roboratur

E a

b

Sedi Metensi præficitur,

F

magno omnium gaudio;

8 Igitur B. Chlodulphus ordinatus Pontifex, non immemor commissi officii, cœpit circuire datum Episcopatum, ut quæ corrigenda erant corrigeret, et quæ confirmanda erant confirmaret, bona patrociniis et dignis favoribus attolleret, mala justa censura resecaret: sicque Deo et Christo ejus annuente,

ex MSS. ex perfecto la co

nuente, in brevi apicem perfectionis obtinuit, ut omnium bonorum felicissimo applausu, justus atque perfecte omnino diceretur et esset. Nam in laicali proposito constitutus, dum viveret sine querela, et esset verus Dei cultor, haberetque pacem cum omnibus hominibus; neque defenderet se, sed daret semper locum iræ, esurientem et sitientem inimicum cibans et potans; nec vellet unquam vinci a malo, sed vincere semper in bono malum: postquam Pontificale conscendit solium, hæc omnia parvissima deputans, cœpit demum, Christo Deo præsule, novus homo fieri, et ex bonis ad meliora proficere: et qui in activæ vitæ palæstra bene pugnare consueverat, jam in contemplativæ vitæ dulcedine, se ipsum fortissime atterens, orationum jugi instantia, lectionis et sacræ meditationis continua vigilantia, noctu et interdiu, horis et momentis omnibus cœlum depulsans, quia necdum corporis præsentia poterat, conversatione et morum probitate avidissima in cœlestibus habitabat. Et quia erat parentibus non solum nobilibus, verum etiam sanctissimis procreatus; sanctitatem quidem priorum imitari, nobilitatem vero carnalem virtute animi et mentis vigore superare ac transcendere vivacissime procurabat: sic-

factus sanctissimus Antistes.

B que divino fretus auxilio, ad divina opera exequenda sese probabilissimum reddebat; ut non solum sibi prodesset, verum subditis et cunctis se cernentibus specimen pietatis effectus, imitabilem atque sequendam vitam suam præstaret. Quid ultra? Fide perfectus, spe credulus, caritate dulcissimus, pietate insignis, sermone ad utilia promptissimus, ad vana dicenda rarissimus, vel etiam nullus, castitate continentissimus, eleemosynis largissimus, vitæ innocentia probatissimus, erat Christi bonus odor in omni loco, cujus nomen erat diffusum unguentum, flagrans aromatibus et odoramentis optimis; qui cum sancta Ecclesia, sponsa Sponsi cœlestis, vere dicebat; Trahe me post te, curremus in odorem unguentorum tuorum.

Cant. 1.

ANNOTATA G. H.

a S. Arnulpho *ad eremum decedenti successit* S. Goericus, *qui corpus S. Arnulphi transtulit e Vosago Metas, colitur* 19 *Septemb.*

b *De* S. Godone *aliqua observatu digna dedimus* 8 *Maji, quo colitur, ac diximus videri obiisse circa annum* 650, *cui successit* S. Chlodulphus.

C

CAPUT III.

Acta S. Chlodulphi cum S. Trudone.

Sane ut dicta et præconia, quæ de Sancto protulimus, vera esse comprobemus; gesta aliqua in medio deportavimus, ut sapiens auditor [magna] ex parvis conjicere et ex aliquibus bonis multa optima compensare valeat. Igitur temporibus *a* Childerici Regis Francorum, hoc eodem sancto viro civitati Metensium præsidente, et super custodiam commissi gregis ferventissime vigilante, erat in partibus Hasbaniæ vir magnæ nobilitatis et præcipuæ sanctitatis *b*, Trudo nominatus, qui ab ipsis infantiæ piissimis rudimentis omnipotenti Deo, prout ferebat tenera ætas, servire incipiens, etiam paupertatis summus appetitor, facultates et possessiones, quibus ditissime abundabat, Christo Deo tradere concupiscebat; et eumdem Christum Deum et Dominum nostrum nudus nudum sequi desiderabat. Cujus benignissimo desiderio et affectui justissimo Divina bonitas, more consueto, ut effectum daret, illico affuit · et ordine, quo dicemus, quod pia mente conceperat, ut inspiraret, auxilium consiliumque

a

S. Trudo b

contulit. Erat in Tungrensi urbe *c* Remaclus dignissimus Pontifex, cui iste puer S. Trudo dulcissimo copulabatur affectu, cui etiam, quod ei gratia Spiritus sancti inspirare dignata est, et quia bonum heredem Jesum Christum Dominum Dei filium habere deliberasset, cuncta ordine pandit. Sanctus Sacerdos Remaclus, quia sibi et suæ Ecclesiæ, quæcumque conferre potuisset, justo et bono ingenio, ut conferret, rectum decerneret; et quia hujus sancti viri [bona] in suæ civitatis diœcesi et vicino constituta erant; cœpit Deum precibus continuis exorare, ut, qui B. Trudonis menti devotionem et animi benignam intentionem cuncta relinquere et pauperibus erogare inspiravit, suæ Ecclesiæ filiis hæc tradere et thesaurum in cœlis ob hoc adipisci beatum virum, donaret. Sec quia non est in homine via ejus; et non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei; aliter quam beatus Sacerdos æstimaverat, res hæc processit, aliasque sese protendit. Nam dum beatus Trudo totum se et cuncta sua Deo devovisset, sed quo se verteret, et cui Sanctorum sejungeret, certum non haberet; continuis precibus continuisque lamentis cœlos et cœlestia depulsans, Deum rogabat, ut per aliquem Sanctorum suorum, quid se vellet agere, edoceret; et quo se et sua subdere disponeret, palam facere dignaretur. Et quia multum valet deprecatio justi assidua, non diu voti sui efficacia frustratus; sed bonæ voluntatis compos effectus, quadam noctium post longum vigiliarum et orationum consuetum laborem, Angelica meruit visitatione consolari, et quæ sibi erant facienda plenissime instrui. Orationes, inquit, tuæ et eleemosynæ, dilectissime frater Trudo, ut bonus odor, et ut felicia aromata ante conspectum summæ Divinitatis ascenderunt: ego vero, cœlestis militiæ consors, a Deo huc missus sum, quæ tibi facienda sunt nuntiare. Adimplevit Deus et Christus ejus, votum atque desiderium tuum, et quæ assiduis precibus postulasti, pius auditor perficiet, dabitque tibi sapientiam et notitiam litterarum; nec soli tibi, verum etiam multis aliis, ad divina mandata implenda, sapiens doctor effectus, prodesse poteris. Surge ergo et vade ad B. Remaclum Tungrensis Ecclesiæ Pontificem; adest enim in proxima villa, quæ Septemburias dicitur; et quæcumque jusserit, implere festina: revelat enim ei divina pietas, quæ tibi sunt facienda: erit enim tecum Deus omnipotens, et custodiet te in omnibus ad quæ perrexeris.

D

ad S. Remaclum;

c

optantem ejus bona suæ Ecclesiæ tribui,

E

Angelica visitatione missus

10 Evigilans vir beatus, et multum secum demirans, quam cito poterat, sumptis secum duobus pueris, ad beatum virum ire properat: sed antequam veniret, beatus Pontifex suos occurrere, et summa devotione sanctum juvenem deducere jubet. Qui deductus, dum se pedibus sancti Pontificis prosternere vult; exurgit sanctus Pontifex, et in amplexus ruens, oculos et vultus dulci osculo demulcet, et inter osculandum, utrimque satis lacrymatum est. Post multum vero lacrymarum et fletuum imbrem, quo in invicem se perfuderunt, et dum vix a singultibus cessatum est, sanctus Pontifex; Ad quod, inquit, venisti, fili, ut dicas; non necesse habes: mysteria enim revelans Deus, quæ mente geris et quæ tibi sunt facienda, mihi Sanctorum minimo revelare dignatus est. Perge, fili, perge ad B. Chlodulphum Metensis urbis Pontificem gloriosum, et ejus nutu atque dispositione, cuncta, quæ in his partibus prædiorum et facultatum possidere videris, Deo et S. Stephano Protomartyri tradere festina: et fac eum tuarum terrenarum rerum heredem, quo tu in æternæ felicitatis gaudio meritorum illius ac virtutum felix ac perpetuus heres effici merearis. Traditis vero facultatibus et rebus ac possessionibus,

F

jubetur bona sua S. Chlodulpho offerre,

A possessionibus, per manus S. Chlodulphi Pontificis, Deo et Protomartyri, testamento ex eisdem rebus effecto, munificentiam ejusdem venerabilis Pontificis humillime aggredere; et ut tibi magistrum, qui te sacris imbuat litteris providere dignetur, obnixe deposce; et dabit tibi supernæ Divinitatis antiqua bonitas gratiam, non solum in conspectu sacratissimi Pontificis, verum etiam coram omnibus Deum timentibus: iterque tuum et vota tua, et quæcumque in pueritia ex tunc ad divinum servitium peragendum facere disposueras, et votis te astrinxeras, prosperanda noveris, et passimus affectibus tuis effectus salutares securos, me prædicante, volo ut certissime credas: ea enim loquor, quæ mihi exiguo Deus et Spiritus sanctus revelare dignatus est.

ac Metas discedit

11 B. Trudo hæc audiens, simul et multis benedictionibus Pontificis confirmatus, domum redit, et sumptus itineri necessarios parat: pecuniamque, qua satis ex nobilissimis et ditissimis parentibus abundabat, secum assumens, Metim usque ire properat; Dominoque Deo, qui diligit mansuetos in judicio, et docet mites vias suas, faciente, prospera velocitate et veloci prosperitate, quo tendebat pervenit. Ingressus autem sæpe memoratam et sui memoratu sæpe memorandam urbem Metensem, nusquam declinans, recto gressu Ecclesiam B. Stephani Protomartyris, quæ est caput totius civitatis et Episcopatus, cum devotione summæ humilitatis et pietatis intrat; querelamque et rem pro qua venerat, Deo et S. Stephano, lacrymarum multis imbribus et pectoris multis tunsionibus, prostratus depromit. Quid amplius? Diu oratum est, diu lacrymatum est, diu frons terræ, pectori manus [oppressa est]: et post hæc ab oratione vir beatus, non semel aut bis, sed frequentius, salutaris signo Crucis sese muniens, exsurrexit. Huic rei quidam venerabilis ejusdem Ecclesiæ sacer provisor, quem Custodem vel Thesaurarium vocabant, intererat: qui devotionem sancti viri tam ingentem maxime stupore admirans, exurgenti ab oratione manus dat; et quis esset, aut unde esset, aut quo tenderet, aut quare veniret, summo studio sciscitatur. Huic responsum est a Trudone, se honestis parentibus natum in Hasbania: Metim usque properare, salutem animæ summa intentione quærere. Hæc autem Angelicis oraculis, et B. Remacli Tungrensium Pontificis jussionibus esse aggressum: S. Chlodulphi Sacerdotis vero præsentiæ ut inferri et deduci mereatur, summa devotione et piissimo affectu se velle; et cujus rei causa advenerat, gloriosissimo Pontifici suggerere, animo sibi esse profitetur. Nulla mora fuit: vir venerabilis et custos thesaurorum Ecclesiasticorum B. Chlodulpho Præsuli audita enarrat; et quod tantus ac talis vir, ex peregrinis partibus adveniens, Pontificali dignitate sese præsentari obnixe postulat, refert.

precibus in ecclesia S. Stephani fusis,

a Custode petit accessum ad S. Chlodulphum:

C

12 B. Chlodulphus ad divina summa devotione paratus, nullam moram in sancto viro accersendo fieri passus est: verum eidem, qui sibi hæc nuntiaverat, beatum virum, summo honore et summa devotione, ad se deducere et sibi præsentare imperat. Nuntius quam citius valuit, et quam devotius potuit, pii Patris Domini videlicet Chlodulphi jussionibus obtemperans, juvenem præsentiæ sancti Pontificis repræsentat; et eum esse, de quo dixerat, humiliter suggerit. Cui Sacerdos venerabilis Chlodulphus, jam plenus lacrymarum, jam plenus singultuum, reverentissime assurgens, et in oscula dulcia ruens; postquam diu lacrymatum est, postquam uberes fletus longissime effusi sunt, sibi considere virum fecit; et quæ causa sui adventus sit, percunctatur. Nulla dilatio fit in referendo: verum rem cunctam ordine narrans, ut voti sui compos effici mereatur, gestibus quibus unquam potest efflagitat. S. Chlodulphus Sacerdos hæc piis auribus hauriens, et in gratiarum actionibus, et in Dei omnipotentis laudibus agendis totus conversus, et ut, qui secum aderant idem facerent, adhortatus: iterum ad beatum virum sese convertens, ut ejus desiderii efficaciam summa et individua Trinitas condonaret, iterum iterumque rogabat. Quia vero id tempus et hora monebat, et jam diei magna pars processerat; itur ad prandium; et inter prandendum, divina verbi semina venerandus heros in hæc terræ sulcis, videlicet piis auribus, et pio cordi sancti juvenis Trudonis, seminare non desistebat. Multa de mundi contemptu, plurima de vitæ æternæ appetitu, quanta gaudia bonorum, quantæ sint pœnæ malorum; quid pro peccatoribus et impiis convertendis Salvator noster ex sinu Patris, et ex summa arce cælorum [descenderit], ibi manens, et ad nos veniens; ut nos ad agnitionem Divinitatis reduceret, magna pietate facundissimus Pontifex edocebat. Miscetur cibus, qui non perit, sed qui permanet in vitam æternam; quem Pater Deus fidelibus suis semper subministrat, et calix inebrians, qui sic præclarus est, cibo et potus sustentabiles. [illegible] B. beatus juvenis animæ sagina refectum esse dicebat, quam corpus fuerit opulentia carnium epularumque exsatiatum. Quid immoror? finitur dies, nox sequens transit. Die vero altera illucescente, quia mens justi et perfecti viri crepusculum nescit, sed semper Spiritus sancti dulci fervore fervescit; adest summo diluculo præ foribus venerabilis Trudo, et continuo intromissus, magistrum divinarum Scripturarum expetit: et evocatur is, qui pridie illum sancto Pontifici præsentaverat, quia erat illius artis peritissimus, et multa bonitate conspicuus, suscipit commendatum, aggrediens opus honestissimum. Dum magister fidelissime, et sine aliqua invidia, injuncta exequitur, discipulus autem, ingenii et memoriæ Dei gratia concedente capacissimus efficitur, in brevi notitia divinarum Scripturarum imbuitur; et quod ad divina mysteria, et ad sacros usus peragendos pertinet, plenissime instruitur et edocetur.

D

ex quo benigne excipitur:

E

scientiis variis excolitur,

13 Sane quia in hac vita mortali sine subsidio corporis anima subsistere nequit, B. Chlodulphus Pontifex, dum spiritalia subministrat, corporis etiam subsidiis et necessitati multo studio providere procurans, accersit rerum suarum œconomo, ut tanto viro, seriisque et æquis, maxima diligentia et summa cura, quæque erant necessaria, uti sibimet ipsi ministrare maxime habebat, vivacissime imperat. Suscepit quidem mandatum ille: sed quia animalis homo ea quæ Dei sunt non percipit, sed sola carnalia et caduca diligit; hominem et servum Dei ignorans, cœpit invidere, quidquid usibus sancti viri dare compellebatur; et inter quotidianas querimonias quadam dierum hoc male fictionis eloquium sibi impingere, miser infelixque, non timuit: Dentium dolorem, inquit, ante non patiar, quam iste alienigena vel solius Psalterii notitiam ad plenum apprehenderit. Dei autem antiqua bonitas, qui novit purgare vitia, et novit complere justa desideria; dedit B. Trudoni facilitatem optimi sensus, et boni ingenii grandem efficaciam; ita ut ante anni circulum, non modo Psalterii perfectam scientiam, verum reliquarum sanctarum Scripturarum non mediocrem plenitudinem felix hauserit. Finitur annus, et B. Trudo Psalterium plene novit; et ecce infelicem œconomum ultio, suo modo omnine imprecata, subsequitur. Nam dolor dentium fortissimus sic miserum invasit, ut in brevi vis ægritudinis vitam animamque ab eo extorqueret;

cui œconomus necessaria invitus ministrat,

F

et male sibi precatus, morte punitur

sicque

A sicque impletum est illud rusticum proverbium, Stultum est flere malum servum ex donis boni Domini.

Ex Ms.

14 Igitur dum B. Trudo, ad quod venerat, plene consecutus fuisset, et litteris bene instructus esset, et moribus; dumque res et facultates, et quidquid prædiorum, quorum non modica copia erat, possidere videbatur, Deo et S. Stephano et B. Chlodulpho Pontifici sub fortissimis testamentis tradidisset, jam tandem missionem petens, ejusdem venerabilis Pontificis Chlodulphi benedictionem et commeatum expostulat, et ad sua quam citissime festinat; et ut, quæ olim mente disposuerat, sancti desiderii pro voto ardens, opere implere potuisset, omnino satagebat. Quid deinceps B. Trudo egerit, quanto animi fervore monasterium et reliqua servorum Dei habitacula construxerit, et ad Deo serviendum sanctos viros aggregaverit; quisque cursus vitæ ejus fuerit; quam sancte, quam juste, quam pie vixerit; qui nosse desiderat, ad libellum sanctorum gestorum ejus recurrat, et ibi cuncta honestissime descripta reperiet.

Trudo possessiones S. Stephano offert

et in Hasbaniam redit

B

ANNOTATA G. H.

a Childericus *Rex Austrasiorum factus est circa annum* 659. *Ejus tempore S. Trudo adhuc vixit Metis, non eo venit.*

b *Colitur* S. Trudo 23 *Novembris, ex cujus Vita sequentia sunt desumpta.*

c S. Remaclus *fuit* Episcopus Trajectensis, *ab anno* 650 *ad* 660 *: sed quando hic auctor scripsit, Episcopi residebant Leodii, et resumpserunt nomen Tungrensis, ut alibi clare demonstramus. Colitur* S. Remaclus 3 *Septembris.*

d *In Vita S. Trudonis* Septimburias.

e S. Trudo *a Grammatica per reliquas liberales artes progressus, anno sexto Episcopatus S. Remacli sacræ Scripturæ studium arripuit: in quo optatum assecutus profectum, in Clerum assumitur: et per gradus Ecclesiasticos promotus, ordinatur Sacerdos: dein ad S. Remaclum anno Episcopatus ejus remissus, decimo in diœcesi illius verbum Dei evangelizavit. Quæ ex Chronico Trudonensi constant.*

CAPUT IV.

C ***Aliæ S. Chlodulphi virtutes, Obitus, Sepultura.***

Nos vero quantulacumque Patris nostri et Pontificis Chlodulphi gesta scribere aggressi, quantæ humilitatis extiterit, quamque vile mancipium sese adjudicaverit, paucis referemus, et ad imitandum fidelibus Christianis proponemus. Certe vitam felicis patroni nostri et patris sui sanctissimi, videlicet Arnulphi, item B. Chlodulphus *a* describere fecit: in qua quid egerit, quid meruerit, quid assecutus [sit]; quam largus erga pauperes, quam parcus sibi, quam devotus in omnibus divinis cultibus extiterit, prout potuit scriptor describere studuit. Cui libello etiam B. Chlodulphus *b* inserere jussit, quod tempore quodam, dum in pauperum usibus B. Arnulphus sua vel quæ sanctæ Ecclesiæ fuerant cuncta expendisset; hunc Chlodulphum primum adiit, et ut sui pauperumque Christi necessitatibus succurreret, multa prece deposcit; is vero denegavit, vel juventute suadente, vel (quod magis credibile est) divina præscientia prævidente, B. Chlodulphum ad similes usus natum et prædestinatum; videlicet eidem sanctæ Ecclesiæ postmodum præficiendum, et quæ paravisset, itidem Christi pauperibus, viduis et

S. Arnulphi Vitam curat conscribi

a

b

eique suam erga ipsum parcitatem inseri.

D orphanis et peregrinis ac Deo servientibus distributurum: qui nisi esset mirifica humilitatis virtute præditus, et nisi vituperatione hominum magis gauderet quam delectaretur popularibus extolli favoribus; non solum juberet: verum, ne de se talia scriberentur, summo conamine inhiberet.

16 Nam sanctus Episcopus, quanta eleemosynarum largitate, quanta pietatis ope erga indigenas et advenas, sine aliqua personarum acceptione, effluxerit, dum ipse secretissimum esse omnino optabat; omnis ordo, omnis sexus, omnisque professio passim resonabat. O quanta sollicitudo, quanta cura, quantumque desiderium viro huic sanctissimo inerat, creditis ovibus divina et humana, domi forisque, noctu et interdiu utilia ministrare, et morum ac corporum infirmitatibus dulcissime continueque adesse; illud implens; Omnipotenti te tribue, et conclude eleemosynam in sinu pauperis, et ipsa orabit pro te; nam ut aqua ignem, sic eleemosyna extinguit peccatum. Nam, quod rarum est, in resecandis vitiis, severitas et pietas in mentis ejus sacrario, eo pacis amore inter se confœderabantur, ut protestatur Rex et Psalmista David, in mentibus Sanctorum obviare sibi misericordiam et veritatem et osculari pacem et justitiam, quæ subditos verbo docebat, operatione et operis exhibitione prius implere studebat; imitans illum de quo Scriptura testatur; quia cœpit, inquiens, Jesus facere et docere. Gaudebat cum gaudentibus, flebat cum flentibus. Non alta sapiebat, sed humilibus consentiebat. Quæ sunt Cæsaris Cæsari, et quæ sunt Dei Deo reddebat, dum regalia negotia et palatinas curas cum fratre Anchisa, ad celebrandas vigilias animarum commissarum et gregis commissi, prævidens et procurans, intentissimus et utrarumque rerum peritissimus, sic hoc officium implebat, acsi de altero ad eum nihil attineret. Felices dies, felicia tempora, quæ tanto Pastore gubernari disponique meruerunt! Felix populus, qui hujus institutis et monitis ad cœlicas aulas indies plus plusque provehebatur!

Eleemosynis dandis deditus,

Eccle. 29

aliis virtutibus fulget:

Ps. 18, 16

E

Act. 1

17 His igitur hujusmodique gymnasiis cœlestique palæstra per multa annorum spatia Deo omnipotenti deserviens, tactus infirmitatis molestia, ad diem pervenit ultimum. Et, licet corpus languoris molestia gravissime premeretur, spiritus tamen Deo et Creatori suo, ad id bene doctus et institutus, servire non desistebat. Oculi cœlo semper et cœlestibus intenti, manus itidem ad Deum et ad divina continue erectæ, mens et vox precibus quibus poterat animam suam Angelis et Archangelis, et omnium Sanctorum agminibus [commendabat, et] ut sibi suffragio essent, studiosissime invitabat. Anima siquidem viri sanctissimi ad æterna gaudia et ad præmia sempiterna perveniente, et spiritu ejus summis spiritibus consociato, discipulorum mœsta et luctuosa turba, quæ non solum ex tota urbe, verum ex agris villisque clamosis vocibus undecumque irruperat, corpori sanctissimo debitas excubias exsolvit; feretroque impositum, ad ecclesiam, quæ antea ad sanctos Apostolos dicebatur, nunc autem S. Arnulphi sanctissimo corpore insignis, ad S. Arnulphum vocatur, intra Meridiem et Orientem sitam, deferunt; et ut devotius poterant sepulturæ tradunt, et per dies triginta, animam spiritumque ejus Missarum solenniis, orationibus continuis, vigiliis et psalmodiis continuis, fidelissimus populus Deo omnipotenti commendare studuerunt.

æger, Deo vacat:

F

mortuus, in ecclesia S. Arnulphi sepelitur

18 Quia autem plenus dierum, virtutum atque sanctitatis fuerit et, quia non sit revocatus in dimidio dierum suorum, hinc liquide clarescit; dum recurrentes ad Metensium Pontificum catalogum, invenimus B. Arnulphum, jam in perfecta ætate, promotum votis populorum, et ad Episcopatum magis

A gis raptum quam electum, in quo sedit *c* annis quindecim; cui succedens sanctus Goericus rexit Ecclesiam annis decem et septem, cui item venerabilis Godo subsecutus, regimen Præsidatus administravit annis octo. Hinc viro is, de quo in præsentiarum nobis sermo est, Chlodulphus beatissimus successit; et infulas Sacerdotii felicissime, dum adornatur, adornans, rexit Ecclesiam annis quadraginta duobus. Poterat autem esse annorum triginta, dum pater ejus Dominus Arnulphus ad Pontificium sublimatus est: sicque hinc inde colligentes, æstimamus dies ejusdem Domni Chlodulphi Pontificis venerandi *d* centum fuisse annorum, gratias agentes Deo Patri et Filio et Spiritui sancto, viventi et regnanti ante omnia tempora, et nunc et in omnia futura secula seculorum. Amen.

c Ratio temporis

d

ANNOTATA G. H.

a *Auctor Vitæ S. Arnulphi eam ita concludit.* Ecce reverentissime Domine, Chlodulphe Pontifex, habeto conscriptam, quam poposcisti Vitam et genitoris tui gesta; juste quippe et perfecte censuisti, ut cujus tenes Sedem, crebro relegas et Acta. D

EX MS.

b *Verum se[illegible] modo non sunt in dicta Vita, sed leguntur apud Paulum Warnefridum.*

c *Hos annos ita ordinamus, ut S. Arnulphus præfuerit ab anno* 611 *aut potius* 612, *usque ad annum* 626; *inde S. Goericus, usque ad annum* 642, *ac postea S. Godo, usque ad annum* 650: *denique S. Chlodulphus usque ad annum* 692; *cui successit S. Landericus, eique subrogatus S. Abbo anno* 697, *mortuus anno* 707, *ut ad hujus Vitam dicimus* 15, *et ad Vitam illius* 17 *Aprilis.*

d *Si subsisteret hic calculus, fuisset S. Chlodulphus centum duodecim annorum. Quid si dicatur fuisse* 30 *annorum, cum S. Arnulphus reliquit Episcopatum? ita pervenisset ad ætatem nonaginta septem annorum, creatus Episcopus anno suo quinto et quinquagesimo. Judicio Lectoris hæc relinquimus.*

B

DE S. EUSTADIOLA

ABBATISSA BITURICENSI IN GALLIA

E

G. H.

Commentariolus Prævius, de cultu et vita.

Sec. VII

F*loruit hæc sanctissima Abbatissa seculo Christi septimo, potissimum temporibus S. Sulpitii Pii, Archiepiscopi Bituricensis, mortui circa annum* DCXLVII, XVII *Januarii (ad quem diem hujus Acta illustravimus) et Wlfeodi ejus successoris: in hujus autem elogio, quod inseritur Historiæ Archiepiscoporum Bituricensium auctore monacho Sansulpitiano conscriptæ, tomo primo Novæ bibliothecæ Labbe pag.* 55 *hæc referuntur*: Beato Wlfeodo Bituricensem Ecclesiam cum laude egregia gubernante S. Eustadiola, nobilissima quondam matrona, ob opinionem eximiæ sanctitatis celebris habebatur Bituris. Hæc namque femina memorabilis, gloriosissimo Patriarcha Sulpitio adhuc in humanis agente, jamque Dagoberto Magno regnante, Ecclesiam Medii-Monasterii, amplitudine et facie perspicuam, intra ejusdem Bituricæ civitatis mœnia extruxerat; atque ibidem ipsa, consentiente filio suo Theodaldo, viro multa probitate conspicuo, monasterium devotarum Virginum instituit. Quibus sese Abbatissam et Matrem exhibens, eas ad seculi contemptum, ad formidandum damnatorum supplicia, ad [illegible] æternæ vitæ præmia, denique ad Christum unice amandum, monitis et exemplis jugiter inducebat. Siquidem eadem venerabilis matrona, instar beatissimæ Annæ, quæ (ut refert Lucas Evangelista) non discedebat de templo, jejuniis et obsecrationibus serviens Deo nocte ac die; jejuniis, vigiliis, sacris meditationibus, orationibus, et aliis spiritualibus exercitiis omne tempus vitæ suæ expendens, tandem feliciter consummato hujus mortalis vitæ agone, sexto Idus Junii ad præmium beatitudinis æternæ ab Angelis perducta est. Cujus sanctum corpus pia fidelium devotio humandum duxit ad Ecclesiam Prioratus divi Pauli Apostoli, prope et extra muros Bituricæ civitatis: ubi usque in hodiernum diem generalis resurrectionis gloriam expectans, in laudem Domini nostri Jesu Christi multis coruscat miraculis. *Hæc ibi. In antiquo Martyrologio Abbatiæ S. Laurentii Bituricensis, apud Philippum Labbe in Hagiologio Franco-Galliæ præsertim Aquitaniæ, ad dictum sextum Idus Junii ista leguntur*: Bituricas S. Stadiolæ Virginis, id est, *inquit Labbe*, sanctimonialis: *et ita* Scariola Virgo *appellatur in nonnullis Martyrologiis* VI *Junii. Saussayus, in Martyrologio Gallicano, memoriam ejus a sexto Idus Junii transtulit ad sextum Idus Maii: ubi ista scribit*: Bituricis S. Eustadiolæ Deo sacratæ Virginis, fundatricis Medii-Monasterii ac primæ ejusdem Abbatissæ: quæ cum diu ibi pietatis monitis, relictis suis Virginibus perfectæ sanctitatis exemplis, immaculatam animam Deo reddidit, honorificoque funere a Rochone Archiepiscopo Bituricensi, in æde S. Pauli Virginum Christi paranymphi, sepulta est. *Hæc Saussayus, qui si Acta S. Eustadiolæ vidisset, aliud protulisset elogium, neque* Eustadiam *appellasset* Virginem, *sed* Viduam *Deo sacratam; [illegible] eamdem [illegible] x Maji [illegible] potuit exemplo Hadriani Menardi, quem in hic secutus est, non [illegible] in ipsi Benedictinis Ordinis Sanctis adscribendo, quod [illegible] in suo Menologio. Si [illegible] Rochone [illegible] R[illegible] quem hic anno* DCXCVI *suscepit*, Eustadiola *vixerit, [illegible] Sanctorale [illegible] Martyrologiis, Colonie [illegible] Lovaniensibus [illegible], atque Franciæ MS [illegible] VI, ut [illegible]. Vetus [illegible] Codex MS. Ecclesiæ [illegible] Medii Monasterii [illegible] Bituricensi, [illegible] tomo* 2 *Novæ bibliothecæ pag.* 376 *et sequentibus, quam hic damus.*

Elogium ex Patriarchio Bituricensi.

C

F

Obitus 8 Junii

Vita ex MS.

VITA

Ex editione Philippi Labbe S. J.

Fuit in urbe Biturigensium illustrissima quædam femina, nomine Eustadiola, tempore quo venerabilis Pontifex Sulpitius Biturigensem optime gubernabat Ecclesiam. Hæc autem femina, etiam in seculari adhuc habitu, religiosam ducebat vitam; orta clarissimis parentibus, ac secundum seculi dignitatem, nobilitate Senatoria florentibus; et, quod his est nobilius

Sanctorum de [illegible] propria.

EX EDIT. P. LABBE.

A nobilius, sic Catholica pollebat doctrina, ut nullus eam hæreticus valeret seducere. Nobilis erat fide, et nobilior opere; seculi dignitate inter suos cives clara, et in divinorum munerum gratia pretiosa.

2 Igitur cum a flore suæ infantiæ esset litteris sacris instituta exercitio disciplinarum, erudiebatur religiosis moribus, et in cunctis erat subjecta parentibus. Crescente vero ætate et gratia prudentiæ, erga illam omnium affectus crescebat. Itaque parentes ejus, timentes ne forte recedentibus illis de mundo, heres succederet extraneus; cœperunt eam exhortari ac ei imperare, ut ad propagandum genus illorum nuberet, ingerentes ei dictum illud Apostoli : Si nupserit virgo, non peccabit. Erant enim opulentissimis valde possessionibus, atque facultatibus per Galliarum et Aquitaniæ fines nimium dilatati. Tandem ergo persuaserunt filiæ suæ, donec ipsa parentibus esset viro legitimo sociata. Cumque juxta suos natales sortita esset honorabile connubium et torum immaculatum, atque genuisset unum solummodo filium, nomine Tetradium; vir ejus, finem vitæ præsentis faciens, migravit a seculo.

nuptui tradita parit Tetradium
1 Cor. 7, 28

3 Nobilis autem puella, cum morte viri sui fuisset viduata, et ferventer nimis cuperetur ad iterandum thalamum, et opes et ætas eam vocarent: elegit magis spiritalibus nuptiis copulari Deo, in quibus a luctu incipitur, sed ad gaudia sempiterna pervenitur, quam carnalibus nuptiis subjici, quæ a lætitia semper incipiunt, et ad finem cum luctu pertingunt. Soluta enim a lege viri, maluit Apostoli consilium sequi, dicentis; Beatior erit si sic permanserit, secundum meum consilium. Afflata ergo Spiritu sancto, ut sine mundi sollicitudine esset et tota Christo militaret, abjecto seculari habitu, sic in omnibus semetipsam omnipotentis Dei servitio mancipavit, ut propter Evangelium omnia sua relinqueret, ut Dominus ait : Si vis perfectus esse; vade et vende omnia quæ habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in cœlo, et veni sequere me. Pauperibus enim propter Salvatoris præceptum dedit res suas; sed præcipue pauperibus Deo servientibus. Nam imprimis domos, quas intra mœnia Biturigæ civitatis possidebat, in honore S. Mariæ semper Virginis, vel beatæ Martyris Eugeniæ, Basilicis dedicari fecit, et ex abundantia thesaurorum suorum, ex vasis aureis et argenteis; margaritis et gemmis, atque variis generibus adornavit ecclesias, faciendo cruces, candelabra, calices, et reliqua vasa sacro mysterio congrua; sed et lectros ac turres construendo. Vestimenta quoque sacra dedit; et altaria palliis pretiosis, quæ manu propria cum suis puellis opere elegantissimo polivit, cum fresiis aureis, et pro mictoriis, ac parietes cortinis ornavit. Sed et monasterium atque cœnobium dignum ædificavit sibi suisque puellis; et ex feminarum sexu, juxta normam Regulæ parataram vivere, magnum ibi fecit agmen; quæ ad exemplum B. Eustadiolæ sua omnia relinquentes, et se Deo plenissima voluntate voventes, propositum servare castitatis, et adornari studuere virtutibus ceteris.

at mortuo marito vidua, B
1 Cor. 7, 40
Matth. 19, 21
construit et ornat ecclesias, C
cum cœnobio Virginum

4 Igitur cum S. Eustadiola memoratum monasterium consummasset; omnes suas villas ac facultates ita per testamentum, juxta legem seculi et canonicam institutionem, ibidem delegavit atque dicavit, ut ea numquam ulterius jure hereditario deinceps vel ipsa vel aliquis possideret, sed illa esset una ex iis quæ per ejus exemplum semetipsas voverent Christo. Plurimæ vero puellæ, harum exemplo ad cœlestem patriam anhelantes, respuerunt carnales sponsos, ut cœlestem et immortalem sponsum invenire mererentur. Gaudebat monasterii Mater Eustadiola de sancto studio filiarum. Quis autem dicere valeat, quanta humilitate ipsa se dejecit, vel quanta se abstinentia maceravit, aut quantæ caritatis quantæque bonitatis extitit? Per septuaginta annorum spatia, nec quadrupedum nec avium carnes aliquis in cibum sumpsit. Si inter potentes seculi aliosve orta esset altercatio vel odium, sic suis locutionibus, si prope; vel litteris, si procul essent, eos pacificabat, ut numquam ulterius ad pristina redirent scandala. Sed et plurimas sanitates per ejus orationem Dominus operatus est, ita ut etiam ex aqua, de qua manus aut faciem lavabat, et cæci visum reciperent, et ab aliis languoribus variis plurimi sanarentur.

D
70 annis ab esu carnis abstinet
cæcum illuminat:

5 Quodam tempore tanta erat siccitas, ut cœlum putaretur quasi æreum, et terra velut ferrea. Eustadiola autem Dei famula, dum more solito gratia orationum ad Basilicam B. Pauli Apostoli juxta muros exterius portam, in qua delectabatur nocte ac die in oratione atque lectione meditari, quadam die pergeret; suggerente sibi sancto Spiritu, blandis sermonibus sanctas Sorores, quas in suum habebat obsequium, admonuit dicens; Filiæ dilectissimæ, deprecemur passim Dominum misericordiam et veniam pro peccatis; ac supplices et cum lacrymis fundamus preces, ut nobis dare pluviam dignetur. Completa vero oratione, dum ad suum reverteretur cœnobium, et a supradicta basilica B. Pauli cum processione fuisset egressa; statim cœperunt sonare tonitrua, micare fulgura, et nubes densissimæ terram operire Biturigam : moxque tanta adfuit inundatio pluviarum, ut venerabilis Mater, cum suis Sanctimonialibus, arrepta fuga, veloci cursu, cum summa festinatione ad suum monasterium pervenit. Vestes autem earum sic fuerunt madefactæ, ac si in gurgitem magnum fuissent demissæ.

in summa siccitate pluviam impetrat:
E

6 Ipsa autem, inter cetera pietatis opera, pedes hospitibus lavabat et crine tergebat; orationesque tantas indesinenter die noctuque cum lacrymis Domino fundebat, ut recte cum Propheta dicere posset, Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte. Erat fide plena, caritate succensa; affabilis alloquio, amabilis aspectu ; prudentia prædita, temperantia clara, interna fortitudine firma, censura justitiæ stabilis, longanimitate larga, patientia robusta, humilitate mansueta, itaque eam cum omnium harum virtutum gemmis decor sapientiæ adornabat, ut secundum Apostoli sermo illius semper esset sale conditus. Multorum pauperum consolatrix, peregrinorum cum humilitate susceptrix, esurientes reficiens, nudos vestiens, pupillis viduisque subveniens; sed non valet os humanum per singula bonitatem ejus omnem disserere.

Psal. 41, 4
in omni virtute excellit:
Coloss. 4, 6
F

7 Jamque tempus erat ut habitaculum suæ carnis relinqueret (nonaginta enim annorum ætatem et amplius habebat) et ad cœlestem patriam migraret. Illuc igitur per opera bona festinans cum esset senex ac plena dierum, et ætatis suæ tempora consummato splendore meritorum illustrasset; cognovit horam exitus sui propinquare : et bona conscientia eam exhilarante, parata erat pulsanti Domino confestim aperire; ac Deo ex mente gratias agens, et velut hospes novus alienum habitaculum relinquens, et ad propria vadens, cum ipsarum actione gratiarum beatum exhalavit spiritum : qui Angelorum sociatus choris cœlestia regna petivit, ubi inter ignitos lapides in cœlestis Regis ornamento coruscat.

nonagenaria obit :

8 Igitur ex omni latere urbis innumerabilium populorum undique caterva confluxit; cumque omnium esset infinitus animi mœror, Clericorum interruptis singultibus acediosa lamentatio spiritales hymnos canere vix sinebat. Interea ventum est ad basilicam S. Pauli, quam ipsa dudum summo construxerat nisu : ubi miro decore sepulta, cum glo-

cum magno luctu sepelitur.

rioso

A rioso triumpho tempus resurrectionis expectat. Religiosus autem Bituricæ urbis Pontifex, Rocco nomine, qui enutritus in aula Regis fuerat, et in obsequio funeris B. Eustadiolæ præsens aderat, testabatur, se numquam vidisse tam immensum fletum, vel in obitu alicujus in ecclesia religiosi, vel in fine cujuslibet Regiæ potestatis. Unde patet hæc Dei famula, quam utilis, quam benefica fuit semper omnibus, quæ sic amabatur et plangebatur ab omnibus. Lugebant absentem, quam non amiserant, sed præmiserant; sed repente variis infirmitatibus salutem reddendo se prodidit esse præsentem, dum per Dei gratiam frequenter ad suum venerabile sepulcrum multis virtutibus miraculorum, ut sol quidam, ipsa resplenduit: quorum pauca strictim memoriæ volumus, ut ex his intelligatur similium gestorum innumerabilis copia.

Illuminantur 2 cæci oleo lampadis;

9 Erat Presbyter, Leudebodus nomine, cæcitate percussus; cui tanta fides inerat, ut non dubitaret, quod si paucitatem pulveris, quem super tumulum B. Eustadiolæ posset invenire, mixtam oleo de lampade, quæ ante sepulcrum illius erat, posuisset super oculos suos, sicut in nocte per Angelum ei fuerat nuntiatum, cælestem consecuturus medicinam foret. B Quod cum fecisset, victis tenebris lumen recepit oculorum. Sed et homo quidam de Pictaviensi urbe, Prætextatus nomine, cum ad sacrum tumulum propinquasset, fundens orationem Domino et liquore sancto fuisset perunctus; invocato Christi et B. Eustadiolæ nomine, confestim lumen recepit.

D 10 Nec non et quidam, nomine Theoderamnus, dum contractus pedibus, et plantis ad nates hærentibus, a proximis in vehiculo deportatus esset ad venerabilem tumulum; invocato Salvatoris nomine et B. Eustadiolæ, sic gressuum adeptus est restitutionem, ut sanus et incolumis ad suum rediret habitaculum. Quædam etiam femina, nomine Leomchildis, dum claudis pedibus et brachiis contractis, ante ejus sepulcrum fuisset deportata, mox recepta sanitate mirabiliter ad sua propria remeavit. Alia quoque femina nomine Bona, cum esset cæcitate percussa, ad ejus tumulum est deducta: et cum a Presbytero, cui officium erat, ex oleo lampadis illius peruncta fuisset, recuperavit lumen, et ad domum gaudens remeavit.

EX EDIT. P. LABB. sanantur totidem contracti, et alia cæca

11 Sed talium signorum multiplicitas numerum excessit: tot enim et tanta hujusmodi facta sunt sanitatum beneficia, ut si scriberentur per singula, multa complere possent volumina. Sed et usque hodie tot ibi frequenter sanantur ægroti, ut evidentibus signis B. Eustadiola demonstret, se cum Christo vivere et plurimum apud eum posse. Quæ et pro nobis semper pietate sua dignetur intercedere, ut nos de præsenti seculo nequam erepti, gaudio E justorum cum ea mereamur interesse. Quod nobis misericorditer concedat Jesus Christus Dominus noster, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

Invocatur a scriptore

DE S. NAUCRATO SEU NAUCRATIO

PRÆPOSITO STUDITARUM CONSTANTINOPOLI

COMMENTARIUS HISTORICUS

G. H.

Quo fundamento censeatur hoc die relatus in Synaxario.

AN. DCCCXLVIII

Cultus apud Græcos

Græci in MSS. Menæis, quæ Divione apud Petrum Franciscum Chifletium reperimus, celebrant hoc VIII *Junii memoriam* Sancti Naucratii, *quem asserunt* vitam in pace finivisse, C *et hos versus addunt, cum allusione ad etymon nominis, a navigandi peritia sumpti.*

[illegible]
[illegible]
Enavigata Naucratius terra, Deo
Commendat, animæ gubernatori, ratem.

Videtur fuisse Studita CP

2 *Si conjecturæ locus foret, crederem hunc S.* Naucratium, *esse* Naucratium *virum illustrem, qui inter Studitas Constantinopoli* [illegible]*, S. Theodori Studitæ discipulus, ac S. Nicolai condiscipulus, in cujus Vita a nobis ad* IV *Februarii illustrata, cap.* 2 *n.* 12 *quam plurimi illustres viri qui in dicto monasterio florebant cum ipso Nicolao, videlicet* S. Theodorus, ejusque frater Josephus, postea Archiepiscopus Thessalonicensium, Quin et Timotheus, Athanasius quoque et Naucratius. Quos enim mores conjungunt, locus quoque in unum cogit. Locus enim in moribus laudatur, vicissimque mores in loco amant laudem habere. *Plurimis Naucratio scriptis epistolis S. Theodorus Studita, ex quibus scimus, eum variis carceribus probatum, atque illustrem pro orthodoxa fide Christi, extitisse Confessorem: in epistola autem ad prænominatum Athanasium, ista leguntur.* Cur Naucratius et Arsenius fratres arcta custodia hucusque detinentur, parique modo Basilius et Gregorius, [illegible] Cur Stephanus, ille virtutis amans Præpositus, cum [illegible] quinquaginta sex ex [illegible] monasterio, postquam [illegible] et decem, et cum eo qui Episcopus ante fuerat Mœchi-Synodum, tamquam Evangelii infractricem, anathemate damnasset?

in exilium missus,

3 *De Naucratii* [illegible]*, et Præfectura Studitarum* [illegible]*, in dicta Vita S. Nicolai Studitæ cap. 7 num. 36, ista leguntur:* [illegible] Theophilus Imperator jam diem obiisset, [illegible] ac Christi amans uxor ejus Theodora, cum filio Michaele admodum juvene, Romani Imperii [illegible] suscepisset, impiusque Joannes, cum [illegible] sortitus esset; magnusque Methodius Ecclesiæ gubernacula Pontifex obtinuisset; a Deo [illegible] habuit Orthodoxiæ celebritas, [illegible] orbis jam fines serenitas haberet. [illegible] Pater noster ac Christi famulus Naucratius, ab exilio rediens, venit Byzantium; [illegible] multo cum honore ab Imperatrice ipsoque Patriarcha susceptus vir inclytus, eorum rogatu sacræ Fratrum sodalitatis, in unum tunc congregatæ, in venerabilissimo Studii monasterio Præfecturam suscepit: quam quidem magnus Theodorus, multis [illegible] laboribus enutriens adaugensque, ad millenarium fere numerum provexerat. Eratque rursus novo vigore

[illegible] reversus, [illegible] Præpositus Studitarum

B

vigore vegetum Christi illud ovile, velut cuidam Paradiso simile, multas virtutum rosas ac spiritus suaveolentiam adspectare volentibus præstans... Per id tempus illustris quoque ac lætitiæ plena Translatio contigit Confessoris ac sancti Patris nostri Theodori, ab insula Principe ad nostrum hoc monasterium, providente piissima Augusta, ac magno Pontifice universoque Ecclesiæ cœtu concurrente: fuitque gloriose depositus vicesimo sexto Januarii, juxta inclitum ac afflatum a Deo ejus avunculum Platonem, una cum fratre ac Episcopo Joseph, a dextris ad Orientalem partem delubri sancti Præcursoris: quo utique loco victoriosorum Martyrum Reliquiæ conditæ sunt.

Translatio S. Theodori Stud.

4 Methodio autem pietatis defensore ac præcone ad beatam illam sortem commigrante, cum Ignatius Pontificalis apicis gubernacula suscepisset; admirabilis ille, multisque certaminum coronis revera inclitus Naucratius, decima octava Aprilis mensis in idipsum soporatus est, obdormivitque, successorem suum relinquens beatum Confessorem, ac multa passum Patrem nostrum Nicolaum. *Hæc ibi ac deinde relato* S. Nicolai *exilio et reditu ad regimen monasterii, miraculis et morte, ista de ejus sepultura adduntur.* Porro ejus *Nicolai*, compunctum, plurimaque certaminum gloria inclitum tabernaculum, una cum B. Naucratio depositum est ad dextram partem, in gloriosissimo ac sacro Martyrum sacello, quod a dextris delubri Præcursoris situm est: quo in loco sancti Patris nostri Theodori præclarissimus ac venerabilissimus et honorabilis loculus constitutus est.

obitus 18 Aprilis,

sepultus cum aliis Sanctis,

5 *Hæc ibi, ex quibus omnibus colligimus videri* Naucratium, Præpositum Studitarum, *Constantinopoli Sanctorum veneratione dignum habitum, sed quod non reperiamus nomen ejus sacris Fastis inscriptum, ad dictum* XVIII *Aprilis, quo in Christo obdormivit, inter Prætermissos duntaxat eum retulimus: nunc autem existimamus, eo quod dictus dies aut Paschali tempore aut veneratione aliorum Sanctorum esset impeditus, vel quod hoc die* VIII *Junii sit facta aliqua Reliquiarum elevatio, vel ex alia denique quacumque causa, diem istum cultui ipsius seu annuæ commemorationi delectum. Versus supra relati indicant aliquam ejus in gubernandis subditis præcellentiam: et qui cum* Naucratio *in dextra parte sacelli sepulti referuntur, omnes suum proprium cultum habent; ut* S. Nicolaus, *successor ejus,* IV *Februarii;* Theodorus *decessor,* XII *Novembris;* Plato *Hegumenus et Archimandrita Saccudeorum,* IV *Aprilis; et* Josephus *Archiepiscopus Thessalonicensium* XIV *et* XV *Julii: qui autem* Naucratium *ab exilio revertentem susceperunt,* Theodora Imperatrix, *et* Methodius Patriarcha, *illa quidem relata a nobis est ad diem* XI *Februarii; iste infra,* XIV *hujus Junii, referetur. Imo qui supra indicantur cum ipso exules,* Athanasius *et* Timotheus, *non videntur annuæ commemorationis inter Sanctos honore caruisse: nam ad diem* XXII *Februarii egimus de quodam* Athanasio, *nihil tamen de Studitis cogitantes; et* Timotheus *aliquis relatus a nobis fuit Kalendis Februarii, idem fortassis qui supra laudatur.*

et videtur coli 8 Junii,

sicut et Socii suis quoque diebus.

6 Naucratius *autem ab exilio reversus anno* DCCCXLII *illoque vel sequenti creatus Præpositus Studitarum, in ea dignitate vitam explevit anno* DCCCXLVIII.

tempus vitæ.

DE SANCTO WILLIELMO

ARCHIEPISCOPO EBORACENSI IN ANGLIA

COMMENTARIUS HISTORICUS

D. P.

§. I. De antiquioribus ac fere coævis Auctoribus Actorum.

Cum ante accessum Patris Godefridi Henschenii ad hanc tam vasti operis molitionem, eidem applicatus a Superioribus solus Bollandus, primos Januarii, utcumque consarcinatos, dies cœpisset prælo dare; consilium ejus erat, diebus singulis referre singula singulorum Sanctorum festa. Ita ibi notantur, Octavæ SS. Stephani, Joannis Evangelistæ, et Innocentium: item I Januarii, Canonizatio S. Osmundi Episcopi Sarisburiensis; die II, Inventio capitis S. Vedasti aliarumque Reliquiarum Atrebati in Belgio; die III, Inventio S. Quintini apud Veromanduos, et Relatio capitis S. Jacobi Apostoli ad monasterium S. Vedasti. Similiter ergo referendæ erant solemnes Sanctorum Translationes, quarum annua festivitas agi vel acta fuisse inveniretur; nisi superveniens Henschenius suasisset, ista omnia notare inter Prætermissos, et integrum de unoquoque Sancto omnique ejus cultu tractationem reservare, ad præcipuum cujusque diem. Id ubi placuit, sepositum fuit quidquid hujus generis præparaverat Bollandus, unde inter Prætermissos VIII Januarii; hoc solum nunc legitur de Sancto prætitulato, S. Guilielmi, Archiepiscopi Eboracensis, translatæ hoc die Reliquiæ anno MCCLXXXV, ideoque hic ejus adscriptum Martyrologio Anglicano et Ferrarii Catalogo nomen. Colitur VIII Junii

Bollandus ... Januarii

2 *Ita sepositum reperio Commentariolum* de Translatione S. Wilhelmi: *qui ne paucis totus absolveretur lineis, quando præter duas istas auctoritates nihil de Wilhelmo suppeteret, visum fuit Bollando, ex Anglicana historia Nicolai Harpsfeldii, seculo sequenti exeunte collecta editaque Duaci anno* 1622, *transcribere vitæ mortisque compendium, sicut illud refertur ab eodem, seculo* XII *cap.* 11, *ad aliquam scilicet hujus viri notitiam; et ex seculo* XIII *capite* 26, *unam alteramve lineam de Translatione. Necdum scilicet antiquior Auctor ullus Bollando in manus venerat. Venit tamen, priusquam ad* VIII *Januarii procederet impressio,* Nova legenda Angliæ, *Londini edita anno* 1516, *ex autographo collectoris Joannis Capgravii, Monachi Augustiniani, anno* MCCCCLXIV *vita functi; unde sine dubio accipere maluisset compendium aliud, verbis brevius, sed rebus prolixius: venerunt et Guilielmi Neubrigensis, de rebus Anglicis sui temporis, libri quinque, ipso quo* S. Wilhelmus *evixit seculo* XII *ad finem vergente scripti; et sparsam veneni Sancto præbiti suspicionem refellentis, testimonio domesticorum, desuper a se studiose requisitorum.*

parat compendium Vitæ ex Harpsfeldio

postea accepit Legendam Capgravii,

et fere coævi Neubrigensis historiam Angliæ

3 *Hæc Bollando et Henschenio subsidia aderant, eo tempore quo dabatur ad prælum* VIII *dies Januarii, haud dubie adhibenda tunc omnia, nisi mutata consilia suasissent totam de* Wilhelmo *tractationem differre in mensem Junium. Interim vero prodierunt Londini* Historiæ Anglicanæ Scriptores antiqui X; *quorum secundus,* Joannes Prior Hagustaldensis, *sui temporis historiam texuit, ab anno scilicet* MCXXX, *usque ad* LIII.

accessit inter X Scriptores antiquos

Dic

A *Dico* LIII, *non* LIV, *ut habent edita, post annum* MCXL *sequentium annorum numeros uno plus quam par est augentia. Erroris occasionem librarius dedit, quod de Turstino Archiepiscopo, cujus mortem eo anno retulerat Joannes, cœptam ejus historiam prosequens, caput a Concilio Remensi, in quo Turstini electio fuerat confirmata; scripsitque*, Anno MCXIX Calixtus Papa Concilium Remis celebravit XIII Kalend. Novembris. *Indubitabilis est hic annus ex ipsis Concilii Actis. Interim Librarius, novum hic annum inchoari ratus, nec considerans quam longe Calixti Pontificatus præcesserit obitum Turstini, ista scripsit*, Anno MCXLI Calixtus Papa, *deinceps vero cetera omnia de Turstino, usque ad sequentem annum, qui incipit*, Post mortem Turstini; *quem cum debuisset prætitulare*, Anno MCXLI, *prætitulavit* MCXLII; *et sic consequentur omnia, usque ad* MCLIII, *quem prætitulavit* MCLIV. *Sed Librarii turpissimum errorem, ut alia intermedia taceam, convincit hujusmodi finis anni istius;* Obiit Eugenius Papa, successit ei Anastasius vir grandævus. Bernardus quoque Abbas Claræ-vallis, quem unctio Spiritus docuit de omnibus, defunctus est. Henricus etiam Archiepiscopus Eboracensis, apud Beverlacum, pridie idus Octobris, obiit. *Constat autem duos priores obiisse anno* MCLIII, Eugenium VIII *Julii*, Bernardum XXI *Augusti: ne autem de* Henrico *forsan aliquis dubitet, faciet mors successoris, obita sequentis anni Junio, hac* VIII *die. Fuit interim hoc notandum, ne Lector*, Willielmi *historiam inventurus a Joanne tam præclare deductam, miretur; primo, quod in numerandis annis uno semper ab editis differam; deinde, quod nihil ex ipso habeam de reditu ad Archiepiscopatum, unde fuerat dejectus; et in quem fuit ab Anastasio, Eugenii successore, repositus: nihil etiam de morte, quam sanctissime obiit sex mensibus ante Anastasium Papam, ipso anno* MCLIV *die* XI *Decembris extinctum.*

coævus Jo Hagustaldensis, sed in numero annorum vitiatus a librariis, usque ad an. 1153,

4 *Porro, in referendo* Willielmi *fine, deficientis coævi scriptoris vicem supplebit, ætatæ proximus*, Joannes Bromton, Abbas Jornalensis, *inter prædictos* X *Scriptores sextus: cujus Chronicon ad annum usque* MCXCVIII *pertingit: item* Gervasius Monachus Dorobernensis, *in ordine prædictorum Scriptorum septimus, qui ab anno* MCXXII *sumpto initio, Chronicon reliquit deductum usque ad seculi ejusdem annum* XCIX; *quo etiam tempore scribere desiit* Neubrigensis *præcitatus. His tribus, ac pariter primo, subnixus* Thomas Stubs Dominicanus, *seculo* XIV *describens* Actus Pontificum Eboracensium, *agit* de Henrico Murdak *et* de Sancto Wilhelmo.

C *Eosdem omnino Auctores habuit is, qui Vitam composuit, inscriptam Legendæ Sanctorum Angliæ, sub nomine Joannis Capgravii editæ; quæ, quia brevis et clara est, digna mihi videtur prius legi, quam Syllogem Actorum ex supradictis Auctoribus compaginare aggrediar. In scribendo autem nomine, quod Neubrigensi et Harpsfeldio Guilielmus est, Capgravio Willelmus, sequar ceterorum consonam pluralitatem, notando* Willielmus.

item duo ejusdem seculi alii et unus seculi 14

§. II. Vita ex Legenda Joannis Capgravii.

Beatus Willielmus, præclaris natalium titulis insignitus, ex patre Herberto strenuissimo Comite, et matre Emma sorore Regis Anglorum Stephani, originem traxit. Verum ne sola parentum generositas vitæ ejus seriem titulis decoraret, evolutis annorum circulis, cum ætas tenera discretionis regimine solidari cœpit, omni morum honestate pollebat. Crescentibus tandem virtutis et sanctitatis ejus meritis, Eboracensis Thesaurarius effectus, opes suas inter manus egenorum transire coegit, nullum thesaurum pretiosiorem existimans, quam penuriam patientibus subvenire. Defuncto tandem *a* Turstino

Regio genere editus, fit Thesaurarius Eboracensis,

a

D Archiepiscopo Eboracensi, vir summæ mansuetudinis, pietatis, et caritatis eligitur. Sed livor edax et amor dominandi quemdam ejusdem Ecclesiæ Archidiaconum in regionem dissimilitudinis adeo attraxit, ut inter eligentes dissidium excitans, a saniori parte Electum impediret. Licet enim in electione, ejus laudum præconia clerus acclamans et plebs applaudens, illum justitiæ et morum amatorem præcipuum testarentur; negotium tamen suspenditur, ad Apostolicæ Sedis examen provocatum, Summus autem Pontifex Cisterciensis Ordinis *b* Eugenius, non vitio personæ, sed suæ voluntatis *c* arbitrio, electionem ejus cassavit; et Henricum Murdach, prædicti Ordinis Professorem, Eboracensis Ecclesiæ Pastorem ordinavit.

AUCTORE D. P.

deinde eligitur Archiepiscopus;

b

c

6 Venenosis vir Dei Willielmus detrahentium morsibus laceratus, pro consolatione patientiam habuit; variosque eventus constantia superans animi sui, ad Henricum Wintoniensem Episcopum, patruum suum, accessit: a quo benigne susceptus, ad ejus obsequia omnem familiam suam assignavit. Sed vir Dei pompam seculi abhorrens, in quodam Episcopi manso solitudinem affectans, mansit; et commissorum suorum pœnitudinem gerere, et ultrices pœnarum flammas lacrymarum ubertate restinguere curavit. Erat enim vita ejus in summo silentio, moresque tranquilli; nec vox vana aut otiosus sermo ejus intentionem a divina contemplatione impedire potuerunt. Augebant ardorem devotionis considerata damnatorum supplicia, beatorumque præmia; et quam grave sit, in extrema veritati one Deum videre et perdere, a memoria non recessit; pauca, sed debita, indulgens naturæ; nulla, gulæ. Et si quando generositatis eminentia visitantium turbas offerret etiam invito, in ipsarum aspectu tam honorabilis, et lætus, et gratiæ plenus apparuit, ut eum aliquid angelicum habere ipsa visio indicaret.

ab Eugenio 3 depositus ut vitio creatus,

E

vivit solitarius pientissime.

7 Mors tandem, summi Pontificis Eugenii, et Archiepiscopi Henrici, in uno eodemque *d* die, vitam violenter abrupit: quæ Spiritu sancto revelante B. Willielmo revelata sunt. Cum autem illis diebus quædam calcaria mirabilis sculpturæ Wintoniensi Episcopo a transmarinis partibus fuissent transmissa, ea vultu hilari viro Dei obtulit. Quibus inspectis, per ordinem ei aperuit, qualiter prædicti Patre, uno eodemque die, in diversis terrarum locis, in fata decesserunt: adjiciens quod Cardinalis ille *e*, qui suæ Electionis præcipuus defensor exstiterat, felicibus auspiciis elevatus, Apostolicæ dignitatis culmen ascendit. Venerabilis summus Pontifex, veritatis amator, Eboracensis Ecclesiæ Canonicis, B. Willielmum iterum eligentibus, electionem confirmavit, et consecrationis *f* ei munus impendit.

d

et absentia divinitus cognoscit.

e

F

f

8 Rediens igitur vir Dei, cum per pontem urbis Eboraci transitum faceret, populi sequentis ponderositate rupto ponte, magna plebis pars in aquæ *g* profundum cecidit: sed a sancto Episcopo facto Crucis signo, et oratione fusa, ab omni periculo incolumis et illæsa ad terram evasit. Elapsis post hæc aliquot *h* annis, plenus bonis operibus, eleemosynis, jejuniis, vigiliis; et omni sanctitate Deo placens, a seculo ad Deum migravit sexto Idus Junii. Post obitum vero ejus puellam quamdam, a nativitate cæcam, illuminavit: contractis tres gressibus restituit, surdo auditum præbuit, hydropicum sanavit, paralyticum et leprosum optatæ saluti reddidit, mortuum resuscitavit; et usque in hodiernum diem, in loco requietis ejus, omnipotens Dominus precibus ejus et meritis miracula ostendit.

atque iterum electus.

g

h

multitudinem e flumine pontem salvat.

mortuus miraculis claret.

9 Anno autem Domini millesimo ducentesimo octuagesimo

A octuagesimo tertio *i*, transacta sunt cum magno honore ossa ejus, et in scrinio pretioso collocata. *Hæc ille, et sequentibus confirmando, prius tamen in nonnullis corrigenda illustrandave, per Annotationes subjectas.*

Auctore d... corpus transfertur.

ANNOTATA.

a *Obiit* Turstinus *anno* 1140 *die* 5 *Februarii.*

b *Ordinatus* Eugenius *est an.* 1145; *ante quem sederant alii, coram quibus causa Eboracensis ventilata etiam fuit ut infra videbitur* Innocentius II, *defunctus anno* 1143; Cælestinus II, *quinque solum mensium Pontifex; et* Lucius II, *post undecimum Sedis mensem defunctus.*

c *Non prorsus ex suo arbitrio egisse Pontificem vere Sanctissimum (quod et post mortem miracula testantur, cauta in nostro ad Majum Propylæo) sed apparente causa rationabili motum, agnoscit Bromptonus, cum ait processisse ex zelo,* ut præsumitur pio, *eoque impulsorem habuisse S. Bernardum, constat ex Epistolis ejus.*

d *Satis fuerat dixisse,* uno eodemque anno, *nam* Eugenius *obiit* 8 *Julii,* Henricus 14 *Octobris, eumque sua nihilominus sanctitas dignum eo gradu probavit: ad eumdem tamen errorem prævenit Gervasius.*

B

e Conradus, *Cardinalis et Episcopus Sabinensis, dictus* Anastasius IV, *coronatus* 12 *Julii* 1153.

f Pallii munus *accipere debuit, jam pridem enim ordinatus* Willielmus *erat, scilicet an.* 1143.

g *Pontem hunc, seu potius locum in quo pons est, Saxonibus* Kirkby *vocitatum scribit Cambdenus: ab hoc autem eventu Normannice nuncupatum* Pont-freit *i. Pontem fractum. Instratum ille Uro flumine, Saxonibus Ousa dicto, unde* Eburaci *nomen haud inepte derivatur, quasi* supra Urum.

h *Imo diebus dumtaxat. Decepisse auctorem videtur Ordinatio Episcopalis, annis* XI *ante mortem suscepta.*

i *Lege,* quinto, *unde Harpsfeldius;* post annos, *inquit,* centum triginta et unum; *qui, additi, ad* 1154, *faciunt* 1285.

§ III. Electio Willielmi controversa, examinatur Romæ, probatur in Anglia: et Electus ordinatur.

C Anno MCXLI, post mortem Thurstini Archiepiscopi, Clerici Eboracenses, secundum desideria cordis sui, varia et vaga sententia circumacti fuerant toto anno, super electione facienda. Elegerant autem, persuadente Legato, Henrico Wintoniæ, nepotem Regis Stephani, Henricum de Coilli: qui quia præfuit Abbatiæ Cadomensi, noluit Dominus Apostolicus eum præfici Archiepiscopatui, nisi renuntiaret priori honori. Mense Januario iterum de electione tractantes, in personam Willelmi Thesaurarii plurimi consenserunt. *Addit Bromptonus:* Iste autem B. Willielmus ex spectabili prosapia Regis Stephani ortus, præclaris natalium titulis fuerat insignitus: erat enim filius Herberti Comitis, viri potentissimi: *et Neubrigensis;* Vir plane secundum carnem nobilis, et morum ingenua lenitate amabilis. *Thomas vero Stubs;* Ex Emma sorore Regis progenitus; vir quidem genere nobilis, sed morum excellentia, et vita mundissima incomparabiliter insignis. *Et* profecto, *inquit Bromton,* ne, dum parvulus esset, ignobilitatis turpitudinem teneræ medullæ prælibarent, moralis pædagogi pedibus est additus; et cum litterarum laurea refloreret, liberalibus imbuitur disciplinis. His et aliis divinæ gratiæ donis pensatis, Thesaurarius Ecclesiæ Eboracensis effectus,

Canonici, cassata prima electione sua,

petunt Willelmum Regis nepotem,

virum optimum,

doctum, liberalem in pauperes.

propriis opes inter manus postulantium opem transire coegit, nullum thesaurum pretiosiorem reputans quam patentibus penuriam subvenire. D

11 *Deinde nulla facta moræ mentione,* Inter hæc, *inquit idem Bromton,* Archipræsule Eboracensi Thurstino in fata decedente, Canonici singuli Willelmum præferunt, tam pro honestate morum quam excellentia meritorum. *Verum quod dicit a singulis prælatum, mox temperat cum addit*. Sed livor edax, et impetuosus amor dominandi, quemdam ejusdem Ecclesiæ Archilevitam adeo traxit in regionem dissimilitudinis, ut inter eligentes excitaverit dissidium, a saniori parte impediens electum; licet de ejus electione Clerus et Plebs laudum præconia acclamassent. Suspenditur igitur causa, ad examen Sedis Apostolicæ provocata. *Hæc ille, verbis ut apparet fere iisdem, postea in Vitam apud Capgravium translatis; quod et in sequentibus usu venire observasse. Verum Brompton, longioris temporis, et apud plures Pontifices Acta transiliens, causam videtur omnem tote ad eum deferre, a quo fuit decisa,* Eugenium *Non ita Hagustaldensis: sed eamdem causam per gradus suos accurate deducit hoc modo.*

Opponunt et se aliqui

12 Interfuit Willielmus, Comes Eboracensis, sollicitus super promotione ejus. Apparuit autem hora E eadem super eos in aere magnum signum Crucis, per longitudinem et latitudinem ecclesiæ S. Petri protensum. Adversatus est electioni huic Walterus, Lundoniensis Archidiaconus, cum sociis suis Archidiaconibus; quem proficiscentem ad Regem idem Comes interceperat, et in castro suo de Bihan incluserat. *Habes (nisi fallor) principium et causam accusationis, contra electionem objectæ; quasi Comes iste, ex voluntate Regis,* Willelmum *commendasset, impedisset que prædictum Archidiaconum ne posset commendationem, quasi electionis libertati adversantem, reddere irritam: quod ex sequentibus clarius fiet.* Perductum itaque Electum ad Lincolniam Rex libenter suscepit, et in terris et possessionibus Eboracensibus confirmavit. *Hoc vero Gervasius Dorobernensis sic explicat:* Rex autem Stephanus dedit Archiepiscopatum Eboracensis Ecclesiæ cuidam Clerico, nomine Willelmo, quibusdam Clericis ejusdem Ecclesiæ consentientibus, aliis vero (ut audebant) reclamantibus.

ab Archidiac. Ebor. suscitati

quia Rex dicitur electionem mandasse,

13 *Ergo eodem anno* MCXLI *adhuc currente (sicut ex Hagustaldensi habetur)* Henricus Episcopus Wintoniæ, Legatus, ad audientiam Domini Apostolici direxit Willelmum, Electum Eboracensem. Interpellabant enim eum Willelmus Abbas Rievallensis, F et Ricardus Abbas de Fontibus secundus, Cuthberthus Prior de Giseburn, Wallevus Prior de Kirkaham, et Rodbertus Hospitalis, quod pecuniaria sponsione ambierit ad honorem hunc. Rodbertus quoque Bisech Prior Hagustaldensis, audita electione ejus, statim domum suam exposuit et Fratres; et sub Bernardo Abbate Claræ-vallis Monachum se contradidit; *ne scilicet eum cogeretur habere Archiepiscopum, quem ex tali, licet falsa, accusatione credebat Simoniaca labe infectum. Hunc ipsum* S. Bernardum *capit adversarium experiri* Willelmus: *unde demum sub Eugenio III, Bernardi discipulo, deponi eum contigit, ut infra videbimus; nunc litem Romæ inchoatam prosequor ex Hagustaldensi, ad annum* MCXLII, *sic scribente.*

aut etiam pecunia impetrasse:

quod et S. Bernardus credidit,

14 His diebus Willelmi Electi Eboracensis causa audita est, in consistorio Papæ Innocentii. Affuit et Magister Walterus Lundoniensis Archidiaconus, præ manibus gestans allegationes Abbatum et Priorum scriptas in eum. Tandem datum est præceptum, ut in Dominica tertia Quadragesimæ sequenti anno, super quæstione hac, et qui adfuerant tunc et qui abfuerant, illuc concurrerent. Anno *ergo* MCXLIII,

et Innocentius 2 adducta ad se causa,

A MCXLIII, secundum tenorem præcepti Apostolici, Willielmus Abbas Rievallensis, Richardus Abbas secundus de Fontibus, Cuthberthus Prior Giseburne, Wallevus Prior de Kirkaham, et Robertus Hospitalis Romæ convenerunt, cum quibus Walterus Lundoniensis Archidiaconus, et Willielmus Cantor Eboracensis. Astitit et Willielmus Electum cum suis coadjutoribus: adversus quem coram Apostolico processerunt in causam hi qui eum appellaverant. Summa vero querelæ eorum in hoc niti videbatur; quod Willielmus Comes Eboracensis, in Capitulo Eboracensi præcepit ex ore Regis, hunc Willielmum eligi. Idcirco decrevit Apostolicus, ut, si Decanus Eboracensis Willielmus juraret, hoc Regis præceptum ad Capitulum per Comitem nequaquam perlatum, hunc ad consecrandum solenniter posse admitti; si tamen et ipse pro se fidem daret, datione pecuniæ hunc honorem se non appetisse. Impetratum etiam fuit, vice Decani aliam approbatam personam ad sacramentum posse substitui.....

juramento Decani Eborac purgari jussit:

quod illo se excusante,

15 *Sic* Willielmus, a transmarina regressus profectione, mense Septembris apud Wintoniam, secundum Apostolici decretum, Legati constitit judicio, considentibus Cleri Angliæ nobilibus. Instabat pro eo multitudinis desiderium, non tam deposcentis, quam exigentis eum consecrari. Non apparuit ibi quisquam, qui adversus eum mutire præsumeret. Mandatus ad hunc Conventum Willielmus, Episcopus Dunelmensis, directo responsali excusavit se. Vice ejus surrexerunt Radulphus Nuel, Episcopus de Orcadis; Severinus, Abbas Eboracensis; et Benedictus, Abbas de Witebi, satisfacturi cum Electo et pro Electo. Consecratus est itaque a Legato, scilicet Henrico Episcopo Wintoniensi; VI Kalendas Octobris, Willielmus Archiepiscopus Eboracensis, multis collætantibus super ejus promotione. *Gervasius Dorobernensis id sequius interpretatus, tamquam Cantuariensis Archiepiscopi jus eo facta invasisset Legatus; cum, inquit, sicut supra dictum est factæ electioni Theobaldus Archiepiscopus Cantuariensis* non consentiret, Henricus frater Regis, Wintoniensis Episcopus et Apostolicæ Sedis Legatus, præsumptuosa semper magnanimitate famam colligens, prædictum Electum apud Wintoniam consecravit.

B *fecerunt alii;*

et sic ordinatus Willielmus fuit a patruo suo Winton. Ep.

§. IV. S. Bernardi, apud Cœlestinum II et Eugenium III, graves contra ordinationem Willielmi querelæ.

C

Abiit itaque novus consecratus Eboracum, et vix duobus annis in pace sedit, *teste eodem Gervasio*. Hoc *autem eodem anno inquit Hagustaldensis,* Obiit Papa Innocentius, XXIV *Septembris: et nulla interjecta mora,* substitutus est pro eo Cœlestinus, vir grandævus; *eodemque ipso die ordinatus Romæ, quo* Willielmus *in Anglia, ubi scilicet nihildum sciebatur de Pontificatus mutatione. Hæc autem ubi innotuit S. Bernardo, simul et ordinatio* Willielmi; *excitatus est ejus ferventissimus zelus, ut contra hanc, quam illegitimam credebat, novo Pontifici scriberet, nec non Episcopis Cardinalibus Curiæ suas Epistolas, quæ in ordine Epistolarum ejus censentur CCXXXV et V. Et primam quidem sic orditur:* Oportet vos, secundum justitiam quæ ex lege est, suscitare semen fratris vestri defuncti: quod digne adimplebitis, si Papæ Innocentii, cui in hereditate Domini successistis, et defenditis bene gesta, et minus adimpleta perficitis. Præ manibus est in quo id liceat experiri. Causam Eboracensis Ecclesiæ per eum fuisse decisam, quis nescit? At quomodo executioni mandatum sit, quod egressum est de labiis tanti viri, utinam nesciretur!.... Cum in multis accusaretur is, qui sibi vindicare electionem in præfata Ecclesia impie cupiebat; tandem omnis controversia ad testimonium viri illustris, Willielmi ipsius Ecclesiæ tunc Decani, conticescere jussa est; ut nisi capitulum intrusionis, quod huic inter cetera impegebatur, ille propriæ manus juramento amoveret: suis omnino conatibus tanta frustraretur ambitio.... Non causamur sententiæ remissionem: neque enim profuit adversario etsi largior indulgentia, qui ne ipsum quod ultro spoponderat implere prævaluit: nam de quo præsumere visus est defecit ei, ne sibi ipsi deficeret pejerans..... Quid ergo? Ille non juravit, et iste Episcopus est.

Novo Pontifici Cœlestino 2 queritur Bernardus,

contra sententiam de testibus ordinatum Willielmum,

D

17 *Equidem non definierim, an illum a jurando absterruerit conscientia sua, an alia causa aliqua: unum dicere me posse credo, si electionem* Willielmi *vere præcessit illud quod accusabatur præceptum Regis, ignarum prorsus fuisse Electum: excusabilem etiam fuisse, tam ipsum, quam Synodum Anglicanam, quæ electionem probavit; quando, ut supra dixit Hagustaldensis,* impetratum erat, vice Decani, *vel impediti vel recusantis,* aliam approbatam personam ad sacramentum posse substitui: *pro uno autem Decano, tunc Episcopo, indeque forsan excusationem sumente; surrexit Episcopus alius et Abbates duo, satisfacturi pro Electo. Hujus etiam virtutem et mores ignorasse Bernardus debuit, nec nisi ex adversariorum relatu cognovisse eum, quem repræsentat cum titulis;* Servi nequam; Turpis infamisque personæ; Publice infamati, nec purgati, imo et convicti. *Neque his contentus;* Ego dico, *inquit,* et confessum: nam qui, ut judicium evaderet, ultro elegit ad testimonium Willielmi Decani confugere; illo sibi deficiente quid nisi suo judicio a causa decidit, ore proprio condemnatus? *Perpetuo ejusque factam exaggerans Bernardus, ac denique miserabiliter queritur, quod eum non* Abbatibus illis, quos ad ea usandum *Willielmum* vocatos Apostolica Romana traxit; sed et aliis quampluribus ex illo Episcopatu viris religiosis, sinistre ob hunc, et Sacramenta ac sepulturam ab homine his intruso, primo quidem per Regem, deinde per Legatum, qui illum in sanctuarium Dei, contra jus fasque, contra mandatum summi Pontificis, in injuriam summæ Sedis et totius Romanæ Curiæ, cum non potuit per ostium, fodit argenteo, ut aiunt, sarculo, unde impudenter intrusit.

idque cum magna acerbitate verborum

E

adversus ordinatum et ordinatorem;

18 *Nihilo levior, licet brevior, est Epistola ad Episcopos Cardinales; ubi videtur etiam mentionem cujusdam Pontificii rescripti his verbis:* Quid enim de eo dicam, quod occultas et vere tenebrosas litteras habuisse se gloriatur Willielmus iste? utinam a principibus tenebrarum, non a Principibus Apostolorum. *Tale rescriptum non potuit aliud esse, profecto, quam etiam eo, quo dixit Hagustaldensis concessum, ut vice Decani substitui ad sacramentum decendum posset alia persona idonea. Illud autem concedendi causa rationabilis fuisse Innocentio potuit; quod defensores electionis non diffiterentur quidem, missum a Rege Comitem, Capitulo que commendasse personam* Willielmi; *sed negarent imperasse electionem absoluto mandato, suadentes a plerisque intellecto ut fieri, quantumcumque exigentibus terminis istis forte Comes fuerit. At, in ita controversia tota recidebat ad merum scrupulum, per partes ab utraque, pro sua quaque conscientia, in elementis inserta, suis quisque occupata præjudiciis, et admiscentis diversorum relationem ac depositionem, illa præjudicia roborantibus: inter quæ cum forte timeretur ne hæsitaret Decanus, providendum fuerit pro illa tum, ut idonea qualibet persona sufficeret ad electionem purgandam. Plurima in Sanctorum Actis historiæque ecclesiasticæ occurrunt litigiorum ejusmodi inter viros etiam sanctissimos exempla; imprimis celebris illa inter*

a quibus protestata videtur tam Apostolicum subreptionis esse

F

quod tamen erat onabile fuisse videtur:

Novo Pontifici Cœlestino 2 queritur Bernardus,

A *AUCTORE D. P.*

ter Sanctos Leonem et Hilarium Arelatensem controversia a nobis exposita in Appendice ad v Maji; in quibus aliud medium non invenius, quam excusare partis utriusque conscientiam, secundum quam agentes singulæ, coram Deo fuerint immunes a culpa.

interim negatur a Cœlestino Pallium,

19 *Sic tamen præoccupato per S. Bernardum Cœlestino Papa*, cum Willielmus, *ut scribit Neubrigensis, consecratione, ut dictum est Wintoniæ accepta*, Responsales idoneos, pro petendo solenniter Pallio, ad Sedem Apostolicam direxisset; emergentibus adversariis et multa contra eum proponentibus, negatum est; jussusque ad eamdem Sedem in propria persona accedere; et pro semetipso, tamquam ætatem habens allegare.... Interim, *inquit ad annum* MCLIV *Hagustaldensis*, Cœlestinus Papa obiit *die* VIII *Martii*; cui Lucius successit, *die* XII *ejusdem Martii ordinatus*, non adeo austerum spiritum animi gerens: in conspectu cujus Henricus Episcopus *Wintoniensis*, Willielmi *patruus et ordinator*, gratiam reperit... Legato tamen nomen et officium non obtinuit: *sed nepotis sui causam efficaciter egit. Nam anno* MCXLV Hicmarus *(aliis* Ymarus) Episcopus Cardinalis *Tusculanus, ex Cluniacensibus ab Innocentio II assumptus*, directus ab Apostolico Lucio, Legatus venit in Angliam, habens Pallium Willielmo Archiepiscopo destinatum; *postquam scilicet, ut scribit Thomas Stubs*, lite in Curia Romana sub Papa Innocentio II, Cœlestino II, et Lucio II, per annos quinque... debito processu currente, nihil inventum est, quod Consecrationem deberet elongare. Moram autem fecit per negligentiam idem Willielmus occurrere ei, circa alia minus necessaria occupatus. Fuerat enim filius Herberti Wintoniensis, enutritus semper in deliciis et divitiis, et raro labori assuetus; benignitate tamen animi innocentis et liberalitate plebi valde carus.

quod tandem mittit Lucius II.

B

§. V. Instante apud Eugenium III Bernardo, deponitur ab Archiepiscopatu Willielmus, eique substituitur Henricus Abbas Fontanus, Sancti discipulus.

Creato Eugenio III differtur traditio Pallii:

Obiit itaque Lucius Papa, *inquit Hagustaldensis*, XIII *Februarii*, rexitque Apostolicam Sedem Eugenius, Abbas observationis Cisterciensis, prius vocatus Bernardus, *ordinatusque* XVIII *Februarii*. Defunctus est etiam Willielmus, primus Abbas Rievallensis.... defunctus est et Ricardus, secundus Abbas de Fontibus; transtulitque ad regimen illius loci Bernardus Abbas Claræ-vallis Henricum Murdac, Abbatem *(lege*, Monachum) Clarævallis, excellentia quidem generis, sed potius excellentem frugalitate conversationis; ante Monachatum, sub venerabili Archiepiscopo Turstino, tam in Eboracensi Ecclesia quam in circumjacenti Provincia, ex dono parentum, honoribus et divitiis locupletatum. Resumpta itaque confidentia; convenerunt qui adversati fuerunt Willielmo Archiepiscopo, et cum eo iste Henricus, plurimum præsumens sibi de gratia Apostolici. Quibus instantibus in appellatione adversus eumdem Archiepiscopum Eboraci, Hicmarus revocatus Romam rediit, Palliumque reportavit.

C

et Bernardus suas querelas resumit,

21 Anno MCXLVI, Willielmus Archiepiscopus Eboracensis Apostolicum Eugenium adiit, officii sui plenitudinem, id est Pallium, postulaturus. Adstipulabantur ei instanter suffragia Romani Senatus: scripsit vero adversus eum Bernardus Abbas Claræ-vallis, cui Apostolicus quasi peccatum ariolandi putavit repugnare, et quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere. *Extant epistolæ ejus binæ, numero* CCXXXVIII *et* IX, *potentissimæ omnino et vehementissimæ. Prior sic incipit.* Importunus sum, sed habeo excusationem: Eugenii Apostolatus excusat me. Aiunt, non vos esse Papam, sed me et undique ad me confluunt, qui habent negotia... Et nunc est etiam alia excusatio, non minus idonea, quia causa honestissima est. Contra idolum illud Eboracense iterato stylus dirigitur, ea scilicet necessitate, quod sæpe a nobis hoc telo impetitum, necdum confossum est..... Solius Romani Pontificis noscitur esse, peremptoriam dare sententiam ad depositionem Episcoporum.... Solus proinde, si dicere audeam, in culpa es, si culpa non feritur, quæ ferienda est; et ea impetu, quo fuerit ferienda: quo autem impetu, non dico ferienda, sed fulminanda fuerit prædicti Eboracensis culpa, vestræ conscientiæ derelinquo. Ceterum quod factum non est, vobis credimus reservatum; ut in eo experiatur Ecclesia Dei, cui ipso auctore præestis, fervorem zeli vestri, potentiam brachii vestri, et animi sapientiam; et timeat omnis populus Sacerdotem Domini, audiens, sapientiam Dei esse in illo, ad faciendum judicium.

D

Willielmum deponi postulans:

22 *Quid faceret, sic constrictus, et tantum non adjuratus, a suo quondam Abbate, Eugenius?* Fuit, *inquit Hagustaldensis*, in augustia animi positus, dum, frustrata Romanorum sententia, Abbatis consulto præfert satisfacere. *Elegit ergo eamdem, quam Innocentius, causa decidendæ rationem*, et præcipit tandem eumdem Willielmum ab officio Episcopatus cessare; donec Willielmus Episcopus Dunelmi, Decanus quondam Eboracensis, secundum decretum Innocentii Papæ, huic controversiæ sacramento suo finem daret. *Ita definivisse se, cum rescripsisset Bernardo Eugenius, et Dunelmensis a Pontifice requisitus adjuratusque veritatem palam edicere, contra Eboracensem videretur rescripsisse; urget Bernardus secunda Epistola: et*, Quousque, *inquit*, sarmento inutili occupatur tellus, suffocatur fructus? Et certe tempus putationis advenit. Siquidem homo pacis ejus, in quo speravit, quod se purgare deberet, non purgatione, sed amputatione opus esse testatur. Extant denique litteræ ipsius de eo ad Apostolicæ Sedis Legatum, in quibus manifestam ejus asserit intrusionem, electionem negat. Ita ergo quem sibi paraverat defensorem, accusatorem sustinet... Quanam via procedendum sit ad ejus dejectionem (neque enim una esse videtur, non est meum dictare vobis. Nec multum nostra interest, in quam partem arbor infructuosa cadat, dummodo cadat..... Ubi asserit se habuisse clandestinas litteras exsecrationis suæ, aut verum est, aut falsum quod loquitur. Si verum est, reus est furti, et summi Pontificis criminati... sed absit ut tanta de tali viro credatur duplicitas, quanta ab isto ei imponitur. Nempe Innocentius hic erat; cui si pro se respondere liceret, procul dubio diceret huic: Quia ego palam in te dedi sententiam, et in occulto locutus sum nihil.

E *ille iterum jubet citari Episc. Dunelmensem, qu. Decanum Eborac.*

quo intrusionem agnoscente,

F

recedit in Siciliam Willielmus:

23 Videns ergo Willielmus *(ut cum Hagustaldensi progrediar)* conatus suos nequaquam prosperari; *cum litteræ, quas pro se allegabat, obreptionis et subreptionis arguerentur; et Dunelmensis causam, cui prius se patronum obtulerat, palam desereret, ne dicam proderet; Roma discedens*, ad Rogerium, Regem Siciliæ, cognatum suum divertit; et cum Rodberto, Cancellario ejusdem Regis oriundo de Anglia, scilicet in Salesberia, plurimis diebus commoratus est. *Tunc* afflictione ejusdem Willielmi permoti Milites quidam, consanguinei ejus, quamdam possessionem Monachorum de Fontibus, cum copiis opum, quæ ibi congestæ conservabantur, incenderunt. Facta est super hoc querela coram Apostolico, qui plurimum voluit posse manus in eumdem Willielmum injicere

ubi data ab aliis novæ offensæ causa irritatus Eugenius,

A injicere et ulcisci. *Atque hoc est quod Neubrigensis ait,* causis ingravescentibus atque invalescentibus adversariis, Papam Eugenium contra Willielmum, sive per veritatem, sive per subreptionem, implacabiliter irritatum *fuisse.*

Remis anno 1147 electionem cassat,

24 Anno MCXLVII, *secundum Gallos et Anglos, adhuc currente usque ad Pascha, celebrandum die* XI *Aprilis, secundum hodiernum usum, jam inchoato* XLVIII; Eugenius Papa, *sicut scribit Gervasius Dorobernensis,* a Roma recedens pervenit in Franciam, ut Cisalpinorum Præsulum concilium celebraret. Convocati sunt itaque ex mandato Domini Papæ Præsules et Prælati, ut eidem Remis occurrerent; et in media Quadragesima celebravit Eugenius Papa Concilium magnum Remis..... Adstiterunt in hoc Concilio Clerici Eboracensis Ecclesiæ, una cum Henrico Murdac, tunc temporis Abbate de Fontibus, accusantes Willielmum Eboracensem Archiepiscopum, et dicentes, eum neque canonice electum, neque legitime consecratum, sed auctoritate regia intrusum: tandemque præfatus Willielmus convictus et depositus est. Alberico Hostiensi Episcopo pronuntiante sententiam, et dicente: Decernimus auctoritate Apostolica, Willielmum Eboracensem Archiepiscopum, a Pontificatu deponendum, eo quod Stephanus Rex Angliæ, ante canonicam electionem, eum nominavit. Cum igitur Dominus Papa Eugenius beatum Willielmum, Eboracensem Archiepiscopum, minori parte Cardinalium sibi consentiente, propria voluntate, ut prædictum est, deposuisset *(prosequor reliqua verbis Hagustaldensis)* directa epistola ad Willielmum Episcopum Dunelmi et Capitulum Eboracense, infra dies quadraginta acceptæ Epistolæ, in locum ejus virum litteratum, discretum, religiosum eligendum decrevit.... Secundum Apostolicum *hoc* decretum, in suburbiüm de Richemund apud ecclesiam S. Martini, in Vigilia S. Jacobi Apostoli; convenerunt majores Cleri Eboracensis Ecclesiæ et Diœceseos, de electione Archiepiscopi tractaturi; *et (ut cum Gervasio paucis absolvam)* elegerunt Archiepiscopum, pars Capituli major D. Hilarium Cicestriensium Episcopum; pars altera Henricum Murdac, Abbatem de Fontibus. Prædictus autem Papa Eugenius, cum utraque electio sequenti hieme ei fuisset Autissiodori præsentata, electionem prædicti Henrici Murdac confirmavit; et alteram, cum plurima tamen personæ commendatione, cassavit; et ipsum Henricum propriis manibus consecravit.

B

aliumque substitui jubet.

Eligitur autem Henricus,

C 25 *Addit Hagustaldensis, factum id esse* apud civitatem Treviris, in Octavis S. Andreæ, Dominica secunda Adventus Domini: *de Willielmo autem præmiserat, quod eum* de Sicilia reversum Henricus Episcopus Wintoniæ ad se tulit, eique non nisi quasi Archiepiscopo officiosissime quotidianum ministerium prærogavit. Qui in toto tempore humiliationis suæ, non protulit murmur, non querimoniam; sed corde tacito mens sibi conscia conservavit patientiam. Adversus æmulos non oblocutus est, imo ab obloquentibus animum et auditum avertit. Nullus ex sociis adeo frequens et continuus assedit lectioni, institit orationi: totus enim immutatus est in virum alterum. *Hactenus Hagustaldensis de* B. Willelmo, *nec amplius quidquam; utpote reliquam scriptionem impendens referendis actis sub Archiepiscopo* Henrico, *viro etiam sanctissimo, eamque finiens cum ejus Sanctorumque Bernardi et Eugenii mortibus, anno ut dixi* MCLIII, *non* LIV *secutis.*

et Treveris a Papa consecratur.

D

§. VI. Mortuis adversariis et Henrico Archiepiscopo, iterum eligitur a Capitulo, et a Pontifice Anastasio confirmatur Willielmus.

AUCTORE D. P.

Dum depositus Willielmus solitarie vivit,

H*agustaldensi deficienti succedens Joannes Bromton, narrata breviter depositione* Willielmi, *vitam ejus sic prosequitur.* Vir Dei Willielmus, patientiam super hoc habens, ad Henricum Wintoniensem Episcopum patruum suum accessit: qui ei mansionum suarum obtulit optionem, ad ejus obsequium universam clientelam volens inclinare. Sed Dei electus tanta refutans, in quodam manerio dicti Præsulis in solitudine mansit: cupiens ibidem commissorum gerere pœnitentiam; et ultrices pœnas flammarum, ubertate restinguere lacrymarum. Post hæc mors, cujus sententia dives et pauper ad paria judicantur, in uno eodemque (ut fertur) die Papæ Eugenio, et Archipræsuli suo Henrico vitam violenter abrupit: Cardinalis vero ille, qui prius electionis viri Dei Willielmi præcipuus defensor extiterat, felicibus auspiciis elevatus, Apostolicæ dignitatis culmen ascendit, Anastasius vocatus. Qui de prædecessoris sui sententia dolens, erga Dei electum Willielmum sententiam suam non mutavit, sed tamquam veritatis zelator, Canonicis Eboracensis Ecclesiæ, pro majori et digniori parte illum Willielmum iterum eligentibus, electionem confirmavit. *Hactenus Bromtonus, nescio tamen quo rumore abreptus, ut eodem die crederet mortuos* Eugenium *Papam et* Henricum *Archiepiscopum. Intercesserunt enim, ut supra dixi, tres omnino menses. Nam de* Eugenio *ejus Epitaphium dicit, quod*

E

moriuntur Eugenius et Henricus,

non quidem eodem die, sed brevi intervallo,

Eripuit solenne jubar mundique decorem
Julius octavum sole ferente diem.

De Henrico *autem irrefragabilis testis Hagustaldensis, in ejus morte scriptionem finiens, asseverat, quod* apud Beverlacum pridie idus Octobris obiit.

27 *Sed, quia* Eugenii *mors Tiburi accidit, sepultura ejus ad S. Petrum fortassis ad* XIII *Octobris dilata sit, eoque die anniversarium ejus in ipsius Basilicæ Necrologio adscriptum: quod ansam errori isti dederit. Unde conceptum, optime corrigit Neubrigensis, et reliquam historiam prosequitur, haud paulo distinctius, lib* II *cap* 26; *agens* de institutione Hugonis Dunelmensis Episcopi, et restitutione Guillelmi Eboracensis. *Profectus erat ille Romam in Comitatu majorum et Electoribus suis, et Responsalis, ab Henrico Archiepiscopo electionem improbante missi.* Sed venerabili Eugenio, *inquit Neubrigensis*, ex hac luce paulo ante subtracto, invenerunt Anastasium Sedi Apostolicæ præsidentem, *et coronatum* XII *Julii.* Tres quippe viri venerabiles, et in vita sua amicissimi, tempore illo decedentes, in morte quoque brevibus intervallis separati sunt; Eugenius Papa Romanus, Bernardus Clarævallensis Abbas, Henricus Eboracensis Archiepiscopus: e quibus Eugenio et Bernardo prius absumptis *hic autem obiit* XX *Augusti* Henricus e vestigio, *id est, non totis duobus mensibus post*, secutus est. Vulgato autem duorum transitu, tertio adhuc superstite, Guillelmus olim Eboracensis, qui Wintoniæ morabatur, spe recuperationis concepta (nam primus eum deposuerat, secundus ut deponeretur egerat, tertius ei successerat) Sedem Apostolicam celeriter adiit: et judicium non accusans, misericordiam humiliter postulavit. Et ecce certus de transitu Eboracensis Archiepiscopi nuntius superveniens, verecundissimas ejus preces multum adjuvit.

uti et S. Bernardus,

F

interim Willielmus, Romam profectus,

28 *Iidem nuntii, qui Henrici mortem Romæ nuntiaverunt, videntur mihi secum reduxisse in Angliam itineribus*

EX MS. OFFICIO

A Prælatis *a* Eboracensis Ecclesiæ, nec non a Canonicis, ac ceteris Clericis ac Laicis desiderio ardenti affectabatur. Sed licet omnium desiderium ad hoc esset directum; non tamen omnibus est concessum, tantam sancti Patris gloriam cernere, aut opus ita gloriosum ac magnificum inchoare.

L. II

tandem Synonymus successor,

37 At ubi venit plenitudo temporis, quo Deus in sui secreti sinu Sanctum suum decreverat sublimare; erexit in Archipræsulem Eboracensem Venerabilem patrem Willielmum, qui prius per multa tempora in eadem Cancellariæ officio fungebatur, cujus ministerio gloriosi Confessoris sui corporis translationem præordinaverat consummare. Nec vacare creditur a mysterio, quod Antistes Willielmus Willielmi corpus transferret. Sed hoc ad præsens valentibus et volentibus mystica reserare relicto, nobis liceat cogitare; quod dicti Præsulis meritis et affectu singulari, quem ad S. Willielmum gerebat, est adscribendum, quod aliis prætermissis opus tam sanctum et sublime eidem fuerat reservatum.

L. III.

adjuvante Electo Dunelmensi,

38 Anno igitur ab Incarnatione Domini millesimo ducentesimo octogesimo tertio, et præfati Patris Willielmi anno tertio, nobili viro Antonio B Bek, electo ad regimen Episcopatus Dunelmensis, cum esset electio ejus confirmata; Archiepiscopus et Electus, eodem spiritu (ut pie credi poterit) inspirati, ad hoc vota sua unanimiter direxerunt, ut translatio S. Willielmi et consecratio ipsius Electi concurrerent: et eodem die celebrarentur; ut sancti Patris translatio, procurante Electo, celebrior fieret; et ipsius Electi consecratio, S. Willielmi precibus, pro cujus translatione zelabat, finem felicem ac exitum optabilem obtineret. Firmato itaque proposito invitantur Illustris Rex Angliæ Edwardus, ac serenissima Regina Elienora, nec non et Magnates terræ Angliæ, tam personæ ecclesiasticæ quam seculares; ut tantæ solennitati, ad honorem Sancti et intercessionem Electi, cum devotione debita suam præsentiam exhiberent. Licet autem crederetur a multis, quod aeris intemperies, quæ post tropicum hiemale solet ingruere; et maxima Regis et Baronum occupatio circa dispositionem Walliæ, quæ illis temporibus de novo fuerat acquisita; ipsius Regis et Procerum adventum impedirent: ex insperato tamen est Regi cœlitus inspiratum, ut firmo proposito tantæ solennitati interesset. Cum autem in tam sancto proposito permaneret; accidit ut C quadam die in eminentem locum ascenderet; et cum esset in loci cacumine, lapso pede ab alto cecidit: unde et ab omnibus assistentibus, nec mirum stupefactis, confractus et quassatus in corpore putabatur. Statim vero Rex ipse, absque omni læsione consurgens, Deo omnipotenti et S. Willielmo gratias egit; casum suum inimico humani generis imputans; et salvationem suam meritis gloriosi Confessoris, quem honorare disposuerat, constanter adscribens. Ex eo autem die ad honorandum S. Willielmum tanto desiderio est accensus; ut quam citius iter arriperet, et ad civitatem Eboracensem de die in diem solicitus properaret.

et jubente Rege Edwardo

miraculose servato,

L. IV

b

primo elevatum sit clam de sepulcro corpus,

39 Appropinquante vero tempore quo sanctum corpus debuit sublimari; prævenit diem ipsum Venerabilis Pater Willielmus Archiepiscopus Eboracensis, nec non et Menevensis *b* Episcopus, frater Electi Dunelmensis, similiter et idem Electus: et intempestæ noctis silentio intrantes ecclesiam, Decano comitante et Canonicis, Litanias concinunt, orationes fundunt; et ad tumbam S. Willielmi, ejus implorantes auxilium, humiliter se prosternunt. Tandem ab oratione surgentes, amoto lapide sarcophago superposito, reperiunt sancti Pontificis corpus, sacris vestibus, in quibus sepultum fuerat, multipliciter involutum: ipsæ autem sacræ vestes D olei pinguedine, quod de sancti Patris corpore resudaverat, et aspectu et tactu cernebantur infusæ. Amotis igitur Patena et Calice, qui juxta corpus in sepulcro fuerant collocati; Archiepiscopus et Episcopus præfati, una cum aliis qui meritis præcellere credebantur, incipientes a capite, sacras Reliquias cum reverentia et devotione debita convolventes, in quadam capsula locaverunt: et ad locum secretum et securum cum summa devotione in humeris suis portantes, sigillis appositis et vigilanti custodia deputata, cum maturitate debita recesserunt. Mane autem facto redeuntes, clara luce sacras Sancti Reliquias, quas prius involverant evolventes, et cum exacta reverentia pertractantes; ipsas vestes sacras, in quibus gloriosi Confessoris corpus involutum fuerat, in partem ponebant; ea vero quæ ad corporis substantiam pertinebant, in capsula ad hoc diligentius præparata devotissime collocabant, signantes capsam et custodiam adhibentes.

et in aliam capsam translatum.

ANNOTATA D. P.

a *Fuerunt post* Rogerum, *S. Willielmi successorem, usque ad* Willielmum *auctorem Translationis;* E Walterus Gray, *anno* 1216 *ab Ecclesia Wigorniensi ad Eboracensem traductus:* Sewallus, *et Decano factus Archiepiscopus anno* 1256; Godefridus, *similiter a Decanatu assumptus an.* 1258; *et* Walterus Giffard, *ab Episcopatu Bathoniensi et Wellensi an.* 1265 *evocatus.*

b *Supra nominatus* Thomas, *de quo Franc. Godwinus de Præsulibus Angliæ, pag.* 610. *dicitque electum an.* 1280 *rexisse annis* 13.

§. IX. Ipsius Translationis solennitas, eamque secuta miracula.

L. V.

Pridie festi sub officio dormiens quidam,

H*actenus quatuor primæ Lectiones, aliæ quinque sic continuantur.* Sequenti vero die, dum Matutinæ de S. Willielmi translatione solenniter cantarentur; ut celebrior esset solennitas, Deus omnipotens Sanctum suum miraculo mirificavit insigni. Dormientibus siquidem in ambone quibusdam Canonicorum servientibus, qui cum dominis suis ad ecclesiam venerant; unus ibidem quiescentium, caput suum, super basim pulpito in quo legi solet Evangelium, reclinavit. Et ecce, dum tertia Lectio legeretur, per impulsum fortuitum, lapis columnaris F non modici ponderis, super caput quiescentis cecidit; ita quod caput ipsius inter lapidem cadentem et basim jacebat compressum. Quod videntes qui præsentes fuerant; accurrebant, ut lapidem erigerent, putantes caput ipsius irreparabiliter fuisse confractum. Surgens vero ille qui dormierat, nihil mali sentiebat; tenam *a* autem suam quam habebat in capite dissolvens, advertit eam ex utraque parte capitis a superiori lapide et inferiori corrosam, et quasi dentibus mordicitam: ita ut omnibus aspicientibus luculentius appareret, opus divinum esse, quod sic confracta tena ex utraque parte, et capite intercluso, evasit illæsus. Attendens ergo præfatus serviens, se a tanto periculo liberatum, Deo et B. Willielmo gratias egit; cujus meritis non immerito credidit se a tanto discrimine evasisse.

servatur a lapso in caput saxo

a

L. VI

ipso die mane, in celebri conventu

41 Sequente vero die, circa Horam primam, convenientibus ad ecclesiam Prælatis, qui ad solennitatem venerant, præsentibus etiam Rege ac Regina, et maxima comitiva Comitum et Baronum, proposito prius verbo Dei per Venerabilem Patrem Willielmum tunc Archipræsulem; Rex ipse, una cum Episcopis qui aderant, sanctæ Reliquiæ capsam, in

A in qua erant sanctæ Reliquiæ, cum summa devotione et reverentia, in humeris suis circa partem unam chori, ad locum ubi nunc corpus Sancti requiescit, non sine magna pressura solenniter bajulabant : non enim valebant in corpus ecclesiæ cum sanctis Reliquiis præ multitudine hominum descendere ; quamvis Regis stratilates *b* ad præparandum viam pro viribus niterentur. Sic igitur S. Willielmi corpus, cum gaudio et solennitate qua decuit, ab imo in altum, a communi loco in chorum, Domino disponente venerabiliter est translatum. Translationis autem officio jam completo, Archiepiscopus consecationis mysteria solenniter peragebat. Quilibet autem Episcopus, qui huic solennitati interfuit, cum essent undecim, præter Archiepiscopum ipsum, quadraginta dies, omnibus vere contritis et confessis, Dominica proxima post Epiphaniam, Ecclesiam Eboracensem in honore Translationis S. Willielmi visitantibus, de pœnitentia pro peccatis suis agenda, assentiente et ratificante Metropolitano, misericorditer relaxabant *c*.

b — *et succollante Rege defertur ad locum præparatum corpus ;*

Indulgentiæ ab Episcopis conceduntur, — *c*

42 Non multum autem temporis effluxerat, post translationem sic factam ; quin Deus cœli, sanctum suum Willielmum toti provinciæ reverendum, et ab ipso remedium in tribulationibus et angustiis requi- B rendum esse, multis miraculis declarabat. Hujus autem temporis miracula, multa prætermissa sunt, quia non sunt Ecclesiæ et ministris ejus solenniter et certitudinaliter, propter eorum qui ea viderant ignorantiam et negligentiam, nuntiata : multa vero quæ nuntiabantur, et certa fuerant, non sunt memoriæ commendata, nec in scripturam redacta ; aliqua autem, quæ ita publice prædicata sunt, quod latere non poterant, ad honorem S. Willielmi et perpetuam memoriam, continuo subjunguntur. Quadam die Dominica *d* ante Ascensionem, proxima post translationem (ut prædictum est) consummatam, mulier quædam in civitate Eboracensi, in quodam batello *e* in aqua, quæ Wse vulgariter nominatur, more solito fluctanti, filiam suam jam triennem tenuit ; et dum ad alia casualiter intenderet, ipsius filia de batello cecidit ; et per præfatum fluvium rapta, sub quinque navibus, quasi usque ad aquæ medium, nunc huc nunc illuc fluctuando, aquæ fluentis impetu ferebatur. Quod videns mulier, cœpit lamentabiliter ruere, miserabiliter clamare, et adjutorium invocare. Accurrunt igitur qui prope erant ; in batellis se recipientes, ad relevationem puellæ pro viribus navigabant : quam tandem apprehen- C dentes ; cum quasi ad tractum arcus, a loco in quo cecidit, fuisset violentia fluminis elongata ; navigio consequentes, ad terram protinus reduxerunt. Mater vero filiam suam apprehendens, et in ipsa sensum vel motum cognoscere non prævalens, fructu ventris se privatam lacrymabiliter querebatur.

L. VII sequuntur multa miracula. — *d* — *e* — *Puella submersa in flumine*

43 Adfuit ad clamorem multitudo vicinorum, multipliciter experientium, si forte aliquis eorum in puella posset animadvertere aliquod signum vitæ : cumque ab omnibus mortua putaretur ; quærunt *f* Coronatorem, ut officium suum, sicut moris est circa submersos in aqua, circa puellam mortuam exerceret. Unus autem assistentium ab aliis excitatus, ad honorem S. Willielmi unum denarium super corpus puellæ *g* plicare cœpit, ut S. Willielmus sacris suis precibus matris mœstitiæ mederetur. Mater etiam ipsa, ex hoc concepta spe de adjutorio S. Willielmi, accepta filia sua inter brachia, ipsam ad feretrum S. Willielmi cœpit celeriter deportare. Et factum est Domini adjuvante clementia, antequam perveniret ad locum intentum, cœpit puella se movere, et viva veraciter apparere : divinaque dispensatione sic actum est, ut cum appropinquaret ad locum intentum, spiritus vitales et animales in tantum reviviscerent, quod cum ad feretrum S. Willielmi mater cum filia pervenisset ; stare poterat, quæ mortua putabatur : et infra breve tempus, matre ibidem devote orante, filia viva, sana, et alacris est inventa. Mater autem nimium consolatione repleta, ipsius S. Willielmi servitio filiam devovit ; et ad propria, post publicationem tanti beneficii, per S. Willielmi suffragia a Deo percepti, cum puero *h* remeavit.

f — *ad votum matris revivscit.* — *g*

D — EX MS. OFFICIO — *h*

44 Erat etiam circa tempus translationis S. Willielmi, quod quidam Religiosus, de Ordine militiæ Templi Jerosolymitani, habens tibiam unam, virtute sensibili ac vitali a multo tempore destitutam in tantum, ut illa pars corporis aresceret, et animali operatione sensibiliter privaretur. Qui cum audisset, quod per S. Willielmi suffragia, jam de novo translati, multis infirmis sanitas redderetur ; devotionem suam ad Sanctum dirigens, de sanitate per ipsum obtinenda spem firmam concepit. Cœpit igitur infirmorum more membra sua languida *i* mensurare, atque ad honorem Sancti luminare præparare, prout fieri assolet ex ipsa mensura. Statim vero absque moræ dispendio, virtute Spiritus sancti, cujus gratia molimina tarda non novit, restitutus est plenariæ sanitati. Ipse vero se salvatum sentiens, gratus tanti beneficii, statim miraculum publicavit, ad ho- E norem et laudem S. Willielmi ; et in testimonium miraculi, tibiam ceream et pedem, sub sigillo suo, ad feretrum S. Willielmi transmisit.

L. VIII — *Templarii Equitis arida tibia sanantur :* — *i* — *k*

45 Accidit etiam ad laudem istius gloriosi Confessoris, quod quidam contractus a nativitate, cum esset quasi tredecim annorum, ad tumbam, in qua S. Willielmi corpus ante translationem requievit, est a suis parentibus deportatus. Cumque uno die in Processione solenni sancti Confessoris corpus portaretur ; contigit, ut cum Processio cum sanctis Reliquiis in ecclesiam esset reversa, dum adhuc staret Processio inter tumbam et ostium, cantica laudis solito more decantans ; contractus, qui juxta tumbam dormierat, ad strepitum eorum, qui in Processione fuerant, excitatus, nervorum in se rectificationem et directionem sentiens, propria virtute surrexit : et qui sine adjutorio ad locum non venerat, adjutorium ad motum et gressum amplius non requirens, sanus abiit ; Deo et S. Willielmo, prout ætas illa permisit, gratiarum referens actiones.

item puer contractus,

46 Anno autem secundo translationis ipsius Sancti, quædam mulier de Villa fatigata, quantum ad sensus exteriores, cum quiesceret ; in sopore apparuerunt ei S. Joannes *l* Beverlaci, et S. Willielmus, sicut postea eadem mulier vivæ vocis oraculo referebat. Ipsamque Beatus Willielmus manu sua utraque tetigit, ipso facto signans ad ipsius adjutorium se venisse : quid autem ei dixerit, forte quia non totam visionem mente tenuerat, nullatenus explicabat. Cum autem expergefacta fuisset ; ingenti est accensa desiderio, S. Willielmum peregre visitare. Cumque loqui non posset, cœpit nutibus et signis desiderium animi sui aliis ostendere insolito more : propter quod quidam circumstantes, nutus ejus nullatenus intelligentes, ipsam mente alienatam existere judicabant. Tandem vero post multas insinuationes et . . . . ejus desiderium divinantes, quod ad S. Willielmum, jam de novo translatum, voluntatem direxerat, cognoverunt. Adduxerunt igitur ipsam ad feretrum S. Willielmi jam per tres dies, et ibi quiescere permiserunt. Hora vero quasi tertia, cum Missa celebraretur, in choro parumper dormivit : et cum incepisset Sacerdos Angelorum Canticum, videlicet Gloria in excelsis Deo, excitata surrexit, et solutum est vinculum linguæ suæ, cœpitque dicere ; Sancte Willielme, miserere : gratias ago tibi, quia per tua suffragia usus linguæ, quem perdidi,

L. IX — *l* — *mulieri mutæ, post visionem Sancti,*

A perdidi, est mihi a Domino restitutus. Cœpitque adstantibus recitare; qualiter in eodem loco, statim antequam surgeret, S. Willielmus eam visitaverat; et capiti suo manum supponens, eam erexit; et sic per ipsum expergefacta, sana surrexit, beneficio linguæ plenarie restituto. Eadem etiam mulier, coram multis de ecclesia circumstantibus et aliis, principium infirmitatis suæ, et finem plenarie recitavit: nec non et qualiter S. Joannem et S. Willielmum prius in somnis viderat, et quomodo spem recuperandæ conceperat sanitatis. Oratione vero ab ipsa et adstantibus ad Deum et sanctum Willielmum effusa, ad parentes suos cum gaudio remeavit.

EX MS OFFICIO. *loquela redditur,*

ANNOTATA. D. P.

a Tena *idem quod* Tenia: *ubi Conqius annotat, quod sicut in Concilio Londinen. anni* 1268 *cap.* 5 *cavetur, ne Clerici nisi in itinere audeant publice portare* infulas, quas vulgo Coifas vocant; *sic in Provinciali Cantuarien. lib.* 3 *tit.* 1 *agatur* contra Clericos portantes infulas aut tena coram Prælatis etc. *at idem sit* Tena, *quod* Coifa, *pileolus lineus.*

b Στρατηλάτης Dux militiæ, *hic videtur pro* Satellite *poni.*

B

c *Hic ante Lect.* VII *notabatur, legendum Evangelium secundum Lucam,* Nolite timere pusillus grex: *et nihilominus, juxta veterem usum festorum in ecclesiis pluribus, continuabantur Lectiones cœptæ historiæ.*

d *Pascha anni* 1284 *celebratum fuit* 9 *Aprilis: atque adeo* Dominica ante Ascensionem, *fuit* 14 *Maji.* D

e Batellus, *cymba, unde Francis* Bateau; *diminutivum a voce* Batus, *Anglis* Boate, *quod Belgis* Boot *dicitur.*

f Coronator, *inquit in Glossario Spelmannus,* apud nos Coronæ Officialis pervetustus est, ad tuendam pacem ac dignitatem regiam, in quovis Comitatu populi suffragiis constitutus: *moris autem Anglis et Belgis est, inventa cadavera non sepeliri nisi a Magistratu inspecta, ne forte non casu, sed voluntarie, cædes patrata sit.*

g *Ad solennem sponsionem* plicari denarium, *etiam hodiedum usus obtinet in Belgio, apud eos qui mutuo sibi matrimonium clam spondent: qui etiam eum inter se dividunt, suam quique partem donec jungantur servantes, in pignus.*

h *Anglis* Childe, *Belgis* Kint.

i *Hunc quoque ritum in utraque Britannia frequentissimum probabunt miracula SS. Thomæ Herefordiensis et Caroli Blesensis* 2 *Octob. et* 28 *Septemb. Quin etiam die* 6 *Junii ad Miracula B. Bertrandi Aquileiensis, notavimus alios sepulcra Sanctorum cingere.*

k Puer *hic dicitur citra differentiam sexus, sicut* infans *Latine, Græce* παιδίον. *Erasa hic aliqua vel extrita, legi non potuerunt; utinam aliunde suppleantur.* E

l S. Joannis Beverlacensis *Acta dedimus* 7 *Maji.*

DE B. JOANNE RAYNUTII,

MONACHO BENEDICTINO, TUDERTI IN UMBRIA.

Reliquiæ inventæ; cultus probatus.

C. J.

ANNO MCCCXXX

Reliquiæ B. Joannis

Memoria hujusce B. Joannis, *qui a Patre* Raynutius, *a patria* Tudertinus, *a misericordia in pauperes* Eleemosynarius *cognominatur, celebrior facta est ab anno* MDLXVIII; *quo sacræ ipsius exuviæ, per spiritus malignos indicatæ, a Tudertibus quæsitæ ac inventæ, ab Episcopo eorum Angelo Cæsio translatæ, atque in capsa marmorea repositæ fuerunt. Narrat hæc pauculis Joannes Baptista Possevinus, in libro de Sanctis ac Beatis Tudertibus, impresso Perusii anno* MDXCVII, *et dedicato supra dicto* C *Episcopo, sic fere pag.* 116 *et* 117 *Italice scribens. Solebant Sacerdotes e corporibus dæmoniacorum per adjurationes ecclesiasticas exire nequam hospites, in Sacello (nisi cryptam malis appellare) sub altari principe ecclesiæ S. Margaretæ, quæ non procul extra muros civitatis Tudertinæ sita est. Erat autem memoria, aut potius traditio quædam, a majoribus ad posteros transmissa, quod istic loci quiesceret Corpus Sancti alicujus: sic tamen ut nihil de Sancto illo determinate sciretur, nisi quod malignus Spiritus per os energumeni ediderat; quiescere ibi Corpus* B. Joannis Eleemosynarii. *Hanc ob rem fodere istic cœperunt, atque invenerunt die* III *Septembris anni* MDLXVIII, *capsam marmoream, in eaque ossa* B. Joannis, *clarissime, indicata per adjunctam laminam plumbeam, hisce ipsis insculptam verbis.* Hoc est Corpus Beati Joannis Raynutii de Tuderto, sepulti in monasterio S. Margaretæ de Tuderto, qui transiit ex hoc mundo ad Patrem anno Domini MCCCXXX, die VIII Junii.

per dæmonem indicatæ, reperiuntur an. 1568,

cum titulo Beati,

2 *Credibile est, laminam prædictam sarcophago impositam fuisse una cum sacro Corpore, statim a morte* Joannis, *ita suadente ac persuadente fama virtutum atque miraculorum ejus, quæ de ipso narrari plurima, testatur citatus Possevinus, quamvis nullum ipse referat. Observo enim, sub tempus quo obiit* Joannes, *civitates integras sine ullo scrupulo solitas gentilibus suis, qui cum laude sanctimoniæ vixerant, adscribere statim a morte titulum* Beati, Sanctive; *imo etiam monumentum aliquod cum ejusmodi titulo posteritati relinquere, ut ne memoria eorum excideret lapsu temporis. Nec longius a Tuderto quærendum exemplum, quam inde abest Burgum sancti Sepulcri: ubi in templo Patrum Franciscanorum quiescit integer adhuc, carneque ac pelle vestitus, B. Raynerius; quem similiter ipso quo decessit tempore honorarunt cives sui sanctitatis titulo ac monumento; quod ipse anno* MDCLXXXV *coram inspexi et examinavi. Monumentum autem illud est ara grandis, et super extensus lapis solidus, peramplus, circum cujus extimum marginem majusculis antiquæ formæ incisa legitur hæc inscriptio:* Anno Domini MCCCIV, in festo omnium Sanctorum, Sanctus Raynerius migravit ad Dominum, quo anno hoc altare Commune Burgi fieri fecit ad honorem Dei et dicti Sancti Raynerii. F

verosimiliter statim a morte dato;

uti datus est B. Raynario Burgensi,

3 *Sed ad* Joannem *redeamus, aliaque sanctitatis ejus indicia ex Possevino proferamus. In ecclesia supramemorata S. Margaretæ, videre est imaginem ejus, more Monachi depictam sine diademate, sed cum radiis quibusdam in capite; qualiter depingi solent Beati, per canonizationem solennem in Sanctos nondum relati. Ad hæc impositas humeris portat crumenas septem, cum gestu distribuentis eleemosynam pauperibus circum appictis; ut scias cur* Eleemosynarius *appellatus sit. Simulque intelligas picturam istam esse posteriorem inventione prænarrata: quare nec curavimus eam hic exprimere, uti alias curassemus. Insuper subscripsit sanctitati ejus Illustrissimus Dominus Angelus Cesius, Episcopus Tudertinus, quando anno* MDLXVIII *die* III *Septembris,*

B. Joannes olim pictus cum radiis;

A *Septembris, ut diximus, inventas in capsa marmorea venustissime facta sacras* Joannis *Reliquias, publice populo monstravit venerandas; in eademque capsa dein repositas condidit denuo sub altari, unde fuerant extractæ. Denique adducit Jacobillus ex Missali antiquo MS.* quod in ecclesia S. Joannis Tudertini (*ita appellat*) *servatur, verba, antiquitatem venerationis* B. Joanni *olim impensæ, abunde probantia :* Die VIII Junii MCCCXXX obiit B. Joannes Tudertinus apud monasterium S. Margaretæ, extra portam Tuderti, et ibi sepultus est.

Ossa ejus exposita venerationi;

titulus Beati in Missali appositus,

4 *Annotat porro Jacobillus nonnulla de monasterio S. Margaretæ, ejusque mutatione varia. Nempe illud, atque aliud S. Bartholomæo sacrum, olim membra fuisse celebris monasterii S. Pauli, extra muros Romanos siti; uti ipse testatur legi in Brevi aliquo Innocentii Papæ III, anno* MCCIV *directi ad Abbatem ac monasterium ejusdem S. Pauli. Quia vero monasterium S. Margaretæ, extra civitatem positum, periclitabatur tempore belli, unitum fuit cum monasterio S. Georgii intra muros; ac deinde utrumque, una cum monasteriis S. Bartholomæi, et S. Catharinæ, in unum coierunt, cum monasterio S. Benigni Presbyteri ac Martyris Tudertini; id quod pridem ædificatum fuerat ab ipso* B. Joanne *sub regula Ordinis sui. Contigit autem* B *quinque isthæc monasteria coalescere in unum S. Benigni anno* MCCCCX : *quod tamen ipsum non diu tenuit,* D *sed eversum quoque Moniales suas in urbem immisit; ubi comparatis aliquot ædibus, exædificarunt monasterium novum, in eoque incluserunt locum, qui vulgo audiebat* Militaris; *unde et novum monasterium nomen traxit, appellatumque est* Militare, *imposita ei coronide anno* MCCCCLXXX; *militatque Deo sub Regula S. Benedicti.*

Monasterium S. Margaretæ unitur aliis

AUCTORE C. J.

5 *Destructis quæ diximus monasteriis, destructa etiam fuere eorum templa, unum si excipias S. Margaretæ; quod præsentia sua et protectione a ruinis servasse videri potest* B. Joannes, *hujus solius Reliquiæ ibi remanserunt : nam alias omnes, quas idem Beatus (uti legitur in codice antiquo monasterii Militaris) portavit plurimos e Palæstina, quo religionis causa trajecerat, in eademque ecclesia condiderat, secum transtulerunt Moniales, atque hodiedum venerantur in monasterio suo Militari. Ex hisce, credo, principiis colligit Jacobillus,* B. Joannem *e monasterio S. Pauli prope Romam (ubi eum primitus monasticam vitam professum, ait) transiisse in Terram sanctam; visitatisque ibidem locis sacris, redivisse in Italiam, ac monasterio S. Margaretæ a Moderatoribus suis præpositum, eidem Reliquias comportatas donasse : de quibus si quid amplius doceamur, poterimus agere suo cujusque Sancti die.* E

et destruitur excepto templo.

NONA DIES JUNII

SANCTI QUI QUINTO IDUS JUNII COLUNTUR.

Sanctus Primus,
S. Felicianus,
Martyres Romani, via Nomentana.

S. Pelagia Virgo, Martyr Antiochiæ in Syria.

S. Alexander Martyr, Episcopus Prusæ in Bithynia.

Sanctæ tres Virgines, Martyres ex insula Chio.

S. Vincentius, Martyr Aginnensis in Aquitania.

S. Maximus Presbyter, Mart. Alexandriæ.

S. Diomedes,
S. Amantius,
S. Mucianus,
S. Alexander,
S. Januarius,
Martyres Nicææ in Bithynia.

Sancti quindecim milites, Martyres Romæ.

S. Orestes,
S. Diomedes,
S. Rhodon,
Martyres a Græcis honorati.

S. Ananias,
S. Codratus,
Martyres apud eosdem Græcos.

S. Thecla,
S. Mariamna,
S. Martha,
S. Maria,
S. Enneim,
Virgines Canonicæ, Martyres in Perside, sub Sapore Rege.

S. Faustus Martyr Romæ.

S. Julianus Monachus circa Edessam in Mesopotamia.

S. Trojecia Virgo, Ruthenis et Pictavis in Gallia.

S. Florentius,
S. Vindemialis,
Episcopi Afri, Tarvisii in Italia.

S. Columba Abbas, Scotorum et Pictorum Apostolus.

S. Baitheneus, Abbas in Hibernia.

S. Lupus,
S. Adeleida,
Conjuges, Bergomi in Italia.

S. Cyrus, à Græcis honoratus.

S. Maximianus, Episcopus Syracusanus in Sicilia.

S. Cumianus, Episcopus Scotus, Bobii in Italia.

S. Georgius Sacerdos, Monachus Vabrensis in Aquitania.

S. Richardus, Episcopus Andriensis in Apulia.

B. Jolus sive Giolus, Eremita, Cellani in Umbria.

B. Silvester, Monachus Camaldulensis Florentiæ.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI

Opera R. P. Godefridi Henschenii, piæ memoriæ, nisi aliud indicent litteræ appositæ margini.

Sancti Antonii veneratio sacrorum pignorum, in monasterio Lezatensi prope Tolosam, *memoratur apud Saussayum in Supplemento Martyrologii Gallicani. Guilielmus Catellus, lib.* 3 *Langedocii pag.* 477, *ex Chronico Comitum Furensium scribit,* anno 1107 a Rogerio Comite fuisse ad Capellam Deiparæ Virginis Montgausianam translata corpora S. Antonii Lezatensis *et aliorum. Sammarthani Tomo* 4 *pag.* 564 *describunt* Lezatense cœnobium: *quod, sacratissimo corpore* S. Antonii de Ægypto Abbatis nobilitatum volunt Breviaria Cluniacense et Tarbiense. *S. Antonii Magni corpus adservari in ejus Archicœnobio in diœcesi Viennensi ostendimus ad ejus Vitam. Si proferrentur Acta translationis, posset forsan aliquo indicio colligi, cujus Sancti id corpus sit censendum.*

S. Cyrillus Episcopus Alexandrinus, *colitur a Græcis in Menæis et Menologio; item in Kalendariis Copticis et Æthiopicis; nec non Hagiologio Metrico Anonymi Habessini, necdum edito, et usui futuro ubi Acta dedimus* xxviii Januarii.

SS. Patricii, Brigidæ, et Columbæ Abbatis inventio corporum *contigit hoc die, quo de S. Columba agimus. At de* S. Brigida, *in cujus Actis hæc inventio habetur, egimus* i Februarii. *et de* S. Patricio xvii Martii.

S. Prochorus Diaconus, *indicatur in MS. Adone Reginæ Sueciæ. De eo, cum Martyrologio Romano et aliis, egimus* ix Aprilis.

Bartholomæus de Cerveriis, Ordinis Prædicatorum Martyr Savigliani in Pedemontio, *indicatur in Anno sancto ejusdem Ordinis. Nos Acta martyrii dedimus* xxi Aprilis.

SS. Alexander Miles et Antonina Virgo, Martyres, *referuntur in MSS. Menologio Basilii Imperatoris et Synaxario Ecclesiæ Constantinopolitanæ: itemque in Figurato Moschorum Kalendario, ipsorumque Synaxariis. Acta martyrii dedimus, quando Latini eos colunt,* iii Maji.

Joannes Anglus, ex Abbate de Fontibus Episcopus Eliensis anno 1220 creatus, *cum titulo* piæ memoriæ *a Chalemoto inter Cistercienses indicatur. Franc. Godwinus, in opere de Antistibus Angliæ pag.* 312, *parcus alias Sanctorum laudator,* virum *appellat* ob egregiam pietatem apud Historicos percelebrem; *sed decessisse ait* 1226 vi Maji.

B. Andreæ de Pischeria, *Ordinis Prædicatorum, Translatio apud Morbitium Vallis Tellinæ oppidum, facta anno* mdclxvi, *inscripta est Martyrologio Comensi. De illo egimus* xix Maji.

Sifardus,

Sifardus, Monachus Besuensis, a Danis interfectus, refertur a Bucelino: de eo aliisque tunc occisis egimus inter Prætermissos xxi Maji.

D. P. SS. Sisinius, Martyrius, et Alexander Martyres, inscripti sunt nonnullis Kalendariis. Eorum dies natalis, quando de iis egimus, censetur xxix Maji.

Vincentius, Episcopus Toletanus, post Menaviensis, auctoritate Dextri et Juliani Petri proponitur in Martyrologio Hispanico Tamayi; sed id, ut figmentum, est a nobis
D. P. rejectum ad Acta S. Vincentii, Episcopi et Martyris Mevaniæ in Umbria, vi Junii.

Tagmo, ex Capellano S. Henrici Imp. Archiepiscopus Magdeburgensis, defunctus anno 1012, fortassis ut Sanctus olim habitus fuit. Sed quidquid de eo dici posset ex Dithmaro ejus coævo jam habet lector, inter Analecta Norbertina num. 76 et seqq. vi Junii.

Anna a S. Bartholomæo Teresianarum fundatrix Antuerpiæ, male relata ad hunc diem in Acie bene Ordinata, obiit, ubi inter Prætermissos de ea, xii Junii.

S. Landericus Episcopus indicatur in MS. Florario. Videtur esse Parisiensis, referendus x Junii.

S. Wilhelmus Episcopus indicatur in MSS. Pragensi et Florario. Videtur esse Eboracensis, de quo egimus die præcedenti viii Junii.

D. P. SS. Valerius et Dionysius Martyres referuntur in Kalendariis antiquorum Breviariorum et Missalium Mediolanensium, omissi in recentioribus, cum quibus et nos omittimus eos, dum major lux accesserit. Dedimus 6 Maji ultra 80 Martyres Mediolanenses,
Jul. 7. suis nominibus expressos, ita forsan alibi hosce reperiemus.

SS. Asimus et Parilius, primi duo Curiensium in Helvetia Episcopi, huic diei adscribuntur in Helvetia sacra Mureri, allegato Petro Cratepolio. Primus proltre laudatur ab hoc in libro de Electoribus ecclesiasticis Germaniæ pag. 176, diciturque anno 452 interfuisse Concilio, quod Leo Pontifex celebravit; ubi intelligitur Chalcedonense, præcedenti anno celebratum hortatu Leonis; sed cui, præter Apostolicæ Sedis Legatos tres, ab ecclesia Latina adfuit nullus. Additur porro, quod tandem moriens Parilio Ecclesiam suam commendavit. Hunc Mirerus continuo facit Episcopum Curiensem secundum: de primo autem addit, quod in Mediolanensi quodam Concilio Abundantius Chumensis Episcopus ejus vice subscripsit, hac formula: In omnibus suprascriptis pro me, et pro absente sancto Fratre meo Asimone Episcopo Ecclesiæ Curiensis primæ Rhetiæ, consensi. Nescio ex quibus Actis sumpta hæc sint, in novissima certe Conciliorum editione, per secula xvi nusquam vel Asimi vel Asimonis Episcopi nomen, pro quacumque Ecclesia, vel Sedulo apparet: nusquam etiam Abundantius Chumensis; et inter Episcopos, vel Cumanos vel Comenses, nullus invenitur Abundantius. Restat igitur ut ex ipsamet Curiensi Ecclesia, de Cultu utriusque prænominati, certius et distinctius doceamur.

Arcotamia, vidua in Phocensi Galliæ provincia, ab Ennodio laudata, ut Sancta inscripta est sacro Gynæceo Arturi, quam necdum in ullis Fastis reperimus.

S. Comus Abbas, Regii in Maria insula castri, refertur a Camerario et Dempstero in Menologio Scotico.

Colmanus inscriptus est Catalogo Sanctorum Hibernorum, ab Henrico Fitz Simon edito. Sed inter Colmanos seu Colmannos quis distinguet, cum nihil additur?

Ermengardis, Comitissa Britanniæ, a S. Bernardo edocta, cum titulo Beatæ inter Cistercienses censetur ab Henriquez et Chalemoto, et in Gynæceo Arturi. Saussayus seorsim Piis adscribit.

Arnulphus de Felsera Conversus in cœnobio Flandriæ Ninivensi, opificio Sutor Ordinis Præmonstratensis, cœlestem in terris vitam agens, et caritatis operibus mirifice intentus, diutini laboris sui dignam mercedem accepturus, migravit ad Dominum. Ita Joannes Chrysostomus Vander Sterre in Natalibus Sanctorum Ordinis Præmonstratensis, usque citatis Joannes le Paige lib. 2 Bibliothecæ Præmonstratensis pag. 515; et ambo Beatum more suo appellant. Fuimus aliquando in dicto Ninivensi cœnobio, at nihil de aliquo cultu intelleximus.

Raymirus seu Rinierus aut Rainerus Fagiani, Pecrusinus Ordinis Minorum, fundator variarum Confraternitatum, cum titulo Beati refertur a Masino in Bononia perlustrata, et Jacobillo de Sanctis et Beatis Umbriæ. Ejus obitus indicatur a Wadingho ad annum 1261 num. 11, et Haroldo num. 4. et dicitur pius et zelantissimus prædicator, sed absque titulo Beati.

Femina aliqua, ut Beata Anonyma, cujus animam in cœlum deferri ab Angelis vidit S. Columba Abbas, refertur in Gynæceo Arturi, de quo agitur infra in Vita S. Columbæ. num. 89.

Joannes, Abbas Grandis-Patri Ordinis Cisterciensis in Comitatu Namurcensi, cum titulo Beati refertur ab Henriquez Fisen in Floribus Leodiensibus elogium habet, sed absque Beati titulo, Saussayus Piis adscribit.

Onuphrius, primus Abbas Generalis Cœlestinorum, ut Beatus cum elogio indicatur a Bucelino, citante inter alios Menardum: sed is in secunda Appendice habet, quod dies obitus ignoretur. Utroque citato refertur in Martyrol. Comensi Aloysii de Tattis.

Jacobus de Camerata in Hetruria an. 1525 | ut Beati D. P.
Joan. a S. Maria Mart. Mexici 1580 | Ordinis
Catharina Manrique in Hispania 1535 | Minorum
referuntur ab Arturo.

Josephus Anchieta, Societatis Jesu Presbyter, passim Brasiliæ Apostolus, et Thaumaturgus nuncupatus in ea gente, cujus conversioni totos 44 annos impendit; obiit hoc die 1597. Extat Vita Latine, Hispanice, Gallice edita; prolixius etiam Lusitanice per Simonem de Vasconcellos, ex documentis et processibus authenticis pro Canonizatione. Nos omnibus abstinemus, propositum habentes de hominibus Societatis nostræ, quantavis sanctitate et miraculorum evidentia claris, omnino non agere; nisi postquam fuerint solenni Apostolicæ Sedis decreto Sanctorum aut Beatorum Albo adscripti: licet ex ejusdem Sedis tacito saltem consensu, Ordinariorumque tolerantia manifesta ac diuturna, iis ubi sepulti habentur locis, honores obtineant: quos si alterius Ordinis Religiosi haberent, omnino eorum Vitam insereremus Actis nostris, saltem cum titulo Venerabilis.

Vener. Virgo Marina de Escobar, Valli-soleti defuncta anno 1633, tam mirabili in Vita atque post D. P.
mortem fama sanctitatis inclaruit, ut de ipsa canonizanda Romæ pridem agatur. Vitam scribere cœperat, dum illa adhuc viveret, magnæ vir sanctitatis Ludovicus de Ponte, quam deinde ex Processibus pertexuit, et in magni operis formam extendit is, qui Ludovico in gubernanda illius conscientia successerat, Michael Orenia; a quo etiam habemus penes nos epitomen MS. ejusdem Vitæ. Unum hic addiderim, institutam ab ea Congregationem Sanctimonialium Brigittinarum, sub Regula eidem Sanctæ olim a Christo dictata, et deinde ipsi Marinæ divinitus tradita, cum aliqua mutatione, qualem loci ac temporis ratio exigebant: quam Regulam Urbanus VIII approbavit, per Bullam anno 1629 datam.

SS. Basilides, Getulius, Amantius, Zacharias, Censurius, Oliva Virgo referuntur in variis MSS. et
hoc

loco Getulii *legitur etiam* Gentilis *apud Grevenum et alios. Pertinent hi ad varias classes Martyrum, quas proferemus sequenti die* x Junii.

S. Landericus Episcopus, *indicatur in MS. Florario : videtur esse Parisiensis, referendus* x Junii.

S. Eskilli, Episcopi et Martyris, Translatio *inscripta est Florario MS. et Auctario Greveni ad Usuardum, nec non apud Canisium. Natalis est* xii Junii.

Fortunatus Episcopus Neapolitanus, *inscriptus est Catalogo Sanctorum Italiæ, diciturque S. Gregorius plures ad eum epistolas scripsisse. Is ab aliis non habetur* Sanctus, *sed* Fortunatus *Senior, qui sub Constantio floruit, et colitur* xiv Junii.

B. Joanna, Regiensis Carmelitana, *in Vinea Carmeli et Acie bene Ordinata coli dicitur hoc die, sed per errorem unius litteræ, ut apparet ex Novo Ordinis istius speculo, ubi Vita ejus refertur ad diem* ix Julii.

S. Hildulphus, Episcopus Trevirensis, *inscriptus est Florario MS. et additionibus ad Grevenum. Alius* xi Julii.

NOT. 8. S. Liborius, Episcopus Cenomanensis, *indicatur a Ferrario et Saussayo in Supplemento Martyrologii Gall. Dies natalis est* xxiii Julii.

S. Michaelis Archangeli celebritas in Sosthenio, suburbio Constantinopolitano, *indicatur in MS. Synaxario Ecclesiæ Constantinopolitanæ et alio Mediolanensi; diciturque* festum secundum *in Kalendario Arabico Seldeni. Poterit de eo agi in illius festo* xxix Septembris.

S. Dionysii, Episcopi Parisiensis, et sociorum Eleutherii et Rustici memoria, ob detecta corpora *celebratur in MS. Usuardo Reginæ Sueciæ et a Saussayo. De eo agendum* ix Octobris,

Menæ Patris *festum indicatur in Kalendario Arabico, a Seldeno in Synedriis veterum Hebræorum edito, et* Encenia ædis ejus in Marjur, *inter Habessinos a potenti Rege structæ, in Hagiologio metrico. Videtur* S. Mennas celebris Martyr *indicari, qui colitur* xi Novembris. D. P.

S. Edmundi, Episcopi Cantuariensis, Translatio *celebratur in Breviario Sarisburiensi, et MS. Florario, atque Martyrologio Coloniæ et Lubecæ anno* 1490 *excuso, item apud Grevenum, Canisium et Ferrarium. Dies ejus natalis est* xvi Novembris.

DE SS. PRIMO ET FELICIANO

MARTYRIBUS ROMANIS VIA NOMENTANA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

G. H.

§. I. De eorum Actis et Reliquiis.

SUB DIOCLETIAN.

Inter illustriores Martyres Romanos, qui in persecutione Diocletiani et Maximiani, post plurima tolerata tormenta, passi sunt, merito censentur SS. Primus et Felicianus, *et ipsi cives Romani. Acta martyrii dedit Laurentius Surius, sed uti præfatur* mutata phrasi et aliquanto brevius descripta. *Nos ea reperimus in quam plurimis vetustis codicibus MSS. ex quibus duos penes nos habemus, et alterum quidem charactere antiquissimo exaratum. Habemus præterea eadem Acta ex codicibus MSS. Ecclesiæ Cathedralis Audomaropolitanæ in Artesia, Trevirensi monasterii S. Maximini, Rebdorffensi Canonicorum Regularium in diœcesi Eichstettensi, Ultrajectino S. Salvatoris, Parcensi apud Lovanium, et triplici Reginæ Sueciæ. Eadem in Cæsaris-insula ad Rhenum, Capuæ et Neapoli in Campania, tum etiam Romæ in Bibliothecis Vallicellensi, Lateranensi et Vaticana extant, suntque etiam in tomo* 2 *Bonini Mombritii. Magnus ubique ad stuporem est consensus, si aliquot minutiæ nullius fere momenti excipiantur. Interim non placent Joanni Hesselio; forsan quia utrique Imperatori dicuntur præsentati Sancti, quod uni tribuendum. Neque nos credimus ea esse primæ notæ atque ex Proconsularibus Actis desumpta: sed diu post exornata rhetorico stylo, et circumstantiis sermonum ultro citroque habitorum, fortassis etiam variarum pœnarum: scripta tamen putamus diu ante corporum translationem.*

Acta martyrii dantur ex vetustis MSS.

C

2 *Ipsis antiquis Actis innituntur Martyrologia, et quod habemus, antiquissimum S. Hieronymi Epternacense apographum, ita hunc* ix *diem auspicatur :* v Idus Junii. Romæ Primi et Feliciani. *In pervetusto MS. Reginæ Sueciæ, a Luca Holstenio in Animadversis ad Martyrologium Romanum æstimato, apponitur* via Nomentana. *In apographo Corbeiensi Parisiis excuso ita habetur :* Nomentana civitate, passio SS. Primi et Feliciani, Martyrum. *Fuisse illos* jussu Imperatorum traditos Promoto Præsidi civitatis Nomentanæ *habent Acta num.* 3. Nomentanam civitatem *appellari hoc tempore* Lamentanam *et* ex veteris Numenti, oppidi Sabinorum, ruinis instauratum fuisse, nec procul inde Viam Numentanam in Salariam incidere, *accurate docet Athanasius Kircherus in suo Latio pag.* 221; *cui consentit in his Actis notata distantia* xiii *milliarium ab urbe Roma. Ibi ergo* ad arcus Numentanos, juxta (*alias* intra) Arenarium *sepultis, et* cum persecutio Paganorum cessasset, Christiani ibidem basilicam ad honorem Primi et Feliciani construxerunt. *Et ita finiunt Acta, cum consensu antiquorum Fastorum.*

Cultus ex antiquis Fastis.

3 *Anastasius Bibliothecarius, in Vita Theodori Pontificis Romani, cum Paulum Constantinopolitanum Episcopum ac Pyrrhum, in hæresin Monothelitarum relapsos, atque a Theodoro condemnatos (quod factum traditur anno* DCXLVIII) *indicasset; ista subjungit.* Eodem tempore revelata sunt corpora sanctorum Martyrum Primi et Feliciani, quæ erant in Arenario sepulta via Nomentana, et adducta sunt in urbem Romam. Quæ et recondita sunt in basilica B. Stephani Protomartyris in Cœlio monte, ubi et dona obtulit, gabathas aureas tres, tabulas ex argento ante confessionem, arcus argenteos duos. *Hinc Baronius, in Notis ad hanc diem, ista habet :* In eadem antiqua S. Stephani Protomartyris memoria, in Cœlio monte posita, adhuc extant vetustissimæ ipsorum sacræ imagines, musivo opere intextæ, ubi et eorum corpora fuerunt recondita, *quam quidem ob causam in Martyrologiis variorum, post hanc translationem scriptis, natalitius eorumdem Martyrum dies apud Montem Cœlium describitur. Ita Usuardus,* v Idus Junii, *inquit,* Romæ in Cœlio-monte SS. Primi et Feliciani, sub Diocletiano et Maximiano Imperatoribus. Hi gloriosissimi Martyres, longævam in Domino vitam ducentes, et nunc simul paria, nunc sigillatim diversa et exquisita ferentes tormenta, tandem felicis pugnæ cursum gladio animadversi

F

Translatio ad ecclesiam S. Stephani in Cœlio monte

A versi consummarunt. *Additur in Martyrologio Romano.* A Promoto Præside Nomentano. *Eodem modo hunc diem auspicantur Ado et Notkerus, qui longissimum ex ipsis Actis attexunt elogium : et hos sequuntur passim recentiores.*

Reliquiæ Legioni ad lacum Verbanum.

4 *Non extare hoc tempore Romæ ullas notabiles Reliquias* SS. Primi et Feliciani, *colligimus ex Indice Reliquiarum, per Octaviam Pancirolum edito in Thesauro abscondito urbis Romæ, ubi nihil de illis, ne quidem in ecclesia S. Stephani in Cœlio monte, jam Rotunda, de qua agit ille regione 2 ecclesia 5. Est locus, ad sinistrum latus laci Verbani, nunc Majoris,* Legiunas dictus; *quem Paulus Morigia in Historia dicti laci describit cap.* 23, *asseritque,* corpus S. Primi *et* Reliquias S. Feliciani depositas fuisse, in ecclesia S. Primo dicata, easque a Sergio Papa secundo donatas fuisse, *cujus translationis monumentum Galesinius in Notis ad hunc diem asserit ita legi :* Hic S. Primi Martyris corpus, venerandum in Christo, humatum quiescit : quod Deo dignus Papa Sergius Junior Eremberto illustri viro concessit ab urbe Roma, cum hymnis ac laudibus, spiritualibusque canticis, cum esset translatum ; quem inter Sanctos ejus spiritus teneat primatum, in multis signis est

B declaratum. Reconditum est corpus B. Primi Martyris cum Reliquiis S Feliciani anno Incarnationis Domini nostri Jesu Christi DCCCVI, Kalendis Augusti, Indictione VIII. Ordinante Domino Angilberto Archiepiscopo anno XXIII. Passio Sanctorum VI Idus Junii. *Idem monumentum exhibet Bonaventura Castilionæus, de Gallorum Insubrum antiquis Sedibus in Italia illustrata columna* 373, *sed* Indictionem IX. *Quia vero Sergius secundus sedit a die* XXVII *Januarii anni* DCCCXLIV *ad alterum* XXVII *Januarii anni* DCCCXLVII, *legendum arbitramur* anno DCCCXLVI, Indictione IX, Angilberti Archiepiscopi anno XXIII, *quia Archiepiscopatum Mediolanensem auspicatus probatur an.* DCCCXXIV. *In eodem qualicumque monumento iterum aberratur, dum* passio Sanctorum VI Idus Junii, *loco* V Idus Junii, *adscribitur. Perperam etiam, in Appendice ad tomum* X *Annalium Ecclesiasticorum, transfertur eadem res ad Sergium Papam tertium, quia sedit ab anno* V *ad* XII *post nongentesimum, quia tunc apud Mediolanenses non* Angilbertus, *sed* Acho *vel* Atho *Episcopatum tenuit prout videre est in nostra de Archiepiscopis istis Exegesi ante tomum 7 Maji. Deinde* Sergius Junior *solet appellari,* secundus, *non* tertius. *Quia vero Castilionæus asserit,* ex oppiduli Legiuni ruinarum reliquiis, quanta olim ejus fuerit

C amplitudo, facile dignosci: *quæ ruinæ forsitan factæ sunt, quando Fridericus Barbarossa anno* MCLXI *Mediolanum evertit, ut latius ad Vitam S. Galdini* XVIII *Aprilis deduximus fieri potest, ut ista occasione fuerint alio transvectæ Reliquiæ prædictæ.*

Papiæ,

5 *Jacobus Gualla, lib. 5 Sanctuarii Papiæ cap.* 20, *Acta Martyrii* SS. Primi *et* Feliciani *deducit, eosque* fratres *appellat et* corpora Ticinum delata *asserit. Capite autem præcedenti agit de Ecclesia S. Agathæ, ibidem a Partharito Rege Longobardorum condita, addens, ipsam esse* venerandis Divorum Martyrum Primi et Feliciani Reliquiis decoratam. *Antea vero, nempe lib. 4 cap.* 14, *dixerat, inter* Reliquias, anno MDIV in ecclesia S. Petri in Cœlo-aureo inventas, fuisse aliquas SS Primi et Feliciani. *Aliquas etiam horum* in pago Quadringento agri Alexandrini in area marmorea asservari, *annotat Ferrarius ad elogium horum Sanctorum. Idem in Catalogo Generali indicat, quod* Tuscanæ in Hetruria *colatur die* IV Martii Translatio SS. Cornelii et Pontiani Pontificum, Primi, Feliciani, et aliorum Martyrum, *de qua cum nihil addat in Notis, neque aliquid legerimus alibi, expectanda nobis ulterior instructio de ipsarum Reliquiarum qualitate ac quantitate, deque tempore et*

Quadringenti,

auctore donationis factæ isti ecclesiæ, quæ vulgo Tusca- D
nellæ *nomen habet, inter Orvietum et Castrum, sicut inter Prætermissos diximus.*

MAGIORE D P. Tuscanellæ

6 *Celebramus hoc die martyrium S. Vincentii Aginnensis in Aquitania ; ubi etiam martyrium passus est S. Caprasius* XX *Octobris : in cujus ecclesia ibidem asservantur* Reliquiæ corporum SS. Primi et Feliciani, *non tamen capitis : indeque fuit occasio arrepta dicendi, hos Martyres ibidem una cum Caprasio fuisse coronatos ; estque illud Actis nonnullis S. Caprasii insertum. Quod tamen non reperitur in accuratioribus Actis, qualia extant apud Labbeum in Appendice ad Tomum 2 Novæ Bibliothecæ ; nec etiam in ullis Martyrologiis antiquis, in quibus celebratur memoria S. Caprasii, et quidem cum pleniore elogio, sed absque ulla mentione horum Martyrum. Novum non est quod per errorem dicuntur ibi passi Martyres, ubi eorum extant Reliquiæ. Exempla sæpius occurrunt in hoc nostro opere. Unum profero ex Gregorio Turonensi lib.* I *Miraculorum cap.* 47, *ubi,* SS. Nazarium et Celsum apud Ebredunum Gallarum urbem passos, lectio certaminis narrat, et ipsa corpora fuisse sepulta ; *cum certum sit, illos Mediolani, gladio fuisse sublatos, uti* XXVIII *Julii dicendum. In Martyrologio Gallicano Saussayi ad diem secundum Junii adjungun-* E
tur S. Vincentio SS. Primus et Felicianus, *quasi simul passi essent, quod ad Acta S. Vincentii Aginnensis hoc* IX *Junii rejecimus ; quoad usque viri apud Aginnenses eruditi certiora nobis subministrent documenta, pro separandis suis Sanctis ab his quos hic proferimus, cum Actis S. Caprasii ad diem* XX *Octobris elucidanda. Interim nihil causæ videmus, ob quam Saussayus potuerit eos referre ad 2 Junii, sicut fecit, et inter Prætermissos tunc diximus. Inter Reliquias (quæ cum corpore S. Rigoberti, Archiepiscopi Remensis, enumerantur* IV *Januarii in historia Translationis cap.* 4, *anno* DCCCXCIV *ad Veromanduos translatæ, et ad caput ejus positæ etiam recensentur aliquæ* Sanctorum Primi et Feliciani Martyrum.

Aginni in ecclesia S Caprasii,

apud Veromanduos

7 *Mosinus in Roma perlustrata, ad hunc* IX *Junii asserit,* S. Felicianum *coli in variis Ecclesiis, et Reliquias Romæ haberi ; scilicet apud Sanctimoniales S. Ludovici in via Pratella, ob corpus alicujus* S. Feliciani *anno* MDCXXII *cum facultate Gregorii XV acceptum : item in Ecclesia Scretiarum ; quia ibi sit* Caput S. Feliciani *Martyris, ex cœmeterio S. Cyriacæ anno* MDCLX *obtentum. Aliquas etiam Reliquias esse ait in ecclesia S. Columbani Patrum infirmis servientium, uti etiam in ecclesia Omnium Sanctorum, sed istorum nihil credimus ad hos, de quibus nunc agi-* F
mus, Sanctos pertinere. Plures eo nomine passi Romæ fuerint ; pluribus etiam idem nomen impositum fuerit ab erudératoribus sacrorum corporum, qui Martyrum esse credebantur, nullum autem nominis indicium præferebant : qualibus nomen aliquod dari ad arbitrium Vicarii Pontificii, ipsa ad cultum publicum auferri permittentis, usus obtinuit.

Reliquiæ S. Feliciani Romæ.

8 *Ita* S. Primi Martyris, Romæ passi, corpus in cœmeterio Cyriacæ sepultum, anno MDCLXVII delatum est in diœcesim Comensem ad pagum Campum-Dulcenum in valle S. Jacobi, *et memoria inscripta Martyrologio Comensi Primi Aloysii de Tattis ; qui tamen prudenter monet, hunc* Primum *non censendum fratrem* S. Feliciani, *quod idem de aliis sub utroque nomine Reliquiis apud varios dicendum est : nam etiam Collegium nostrum Monasteriense in Westphalia, aliquas sub nominibus* SS. Primi *et* Feliciani *Reliquias habet, et Tuscanellæ in Hetruria iidem nominantur inter Sanctos, de quorum ad ecclesiam S. Mariæ Majoris translatione ibidem fit Officium Duplex die* IV Martii.

S. Primi apud Comenses

et alibi utriusque

§ II

A

D. P.

§. II De eorumdem Sanctorum Corporibus, Lithopoli in Carniolia.

In Carnioliæ oppido Stain,

Joannes Ludovicus Schonlebius, Carnioliæ inferioris Archidiaconus, hujusce operis nostri studiosissimus, sæpius nobis scripsit de utriusque Sancti corporibus, in sua provincia pridem honoratis, in ecclesia olim S. Radegundi dicata, nunc vero utriusque Sancti nomen ferente prope oppidum Stain, *quod* Lithopolim *eruditi appellant. Postremæ illius litteræ tenorem hunc referunt :* Solicito documenta de corporibus SS. Primi et Feliciani Martyrum, quæ in Carniolia servari dicuntur ; et quidem in loco solis tribus milliaribus distante ab hac quam incolo urbe Labacensi. Habent illa Patres Franciscani in Stain seu Lithopolitani, prope quos in edito monte est ecclesia, hodie SS. Primi et Feliciani dicta, ex quo horum illuc allata fuerunt corpora ; quæ inde in oppidum translata sunt, modica dumtaxat parte relicta in monte,

creduntur haberi corpora,

propter Turcarum incursiones et hæreticorum insolentias. Habitat ubi ut plurimum Provincialis Franciscanorum, cujus Secretarius mihi familiaris

B

primus diebus illuc excurret, et requisita documenta adferet : *Ita ille die* VII *Julii, Labaco anno* MDCLXXXI : *sed hic ! cito post extinctus, transmittere non potuit, si quid accepit.*

10 *Edidit tamen idem Schonlebius, eodem adhuc anno,* Carnioliam antiquam et novam, *sive* Inclyti Ducatus Carnioliæ Annales sacroprophanos. ab Orbe condito ad nostram usque ætatem, *cujus Tomo* I *parte* 3 *ad annum* DCCCLXXIV *pag.* 517 *hæc habere scribitur,...* Eodem anno Abrahamus Pritingensis Episcopus, in exilium pulsus ab Ottone Imperatore,

anno 874 allata ;

quod cum Henrico Bavaro, fasces Imperii prensante, conspirasset, in Carinthiam fugit ; ubi ad lacum Weresee fundavit Collegiatam Ecclesiam, cum Decano et quinque Canonicis, sacram ædem SS. Primo et Feliciano Martyribus dedicavit, illatis eorum lipsanis, quæ nunc in Carniolia Lithopoli apud Patres Franciscanos sub Altari summo asservantur : quomodo vero et quando huc translata sint, nondum deprehendi. In ejus ædis cœmeterio nostra ætate, cujusdam pridem defuncti sejunctum a reliquis ossibus cranium, omnique tenore naturali destitutum, ex sese candidum lilium protulit, quod una cum lilio in ædis sacrario hodieque levatur. *Ei miraculo simile jam vidimus, in Addendis ad* XVI *Maji*

C

Tomo 7 *pag.* 791 ; *ubi repræsentatur. incorruptum*

craniumque adhuc anno 1689

adhuc corpus B. Francisci Senensis cum lilio ex ore, Mariano nomine per folia inscripto. Postquam autem ista Schonlebius scripserat, anno scilicet MDCLXXXIX *Chronicam Carnioliæ patria lingua Germanica edidit Joannes Weichardus Valvasor, et pag.* 810 *ait, sarcophagum qui Sanctorum ossa nunc continet, sub altari aspiciendum offerri per ferreas crates : deinde pag.* 811 *ait, leuca una a civitate inter nivosos montes ceteris eminentiorem unum numerare ecclesias quatuor ; quarum prima sit* SS. Primi et Feliciani, *secunda S. Radegundis, tertia S. Laurentii, quarta iterum* SS. Primi et Feliciani ; *atque in hac remanere etiamnum scrinolum, continens partem aliquam dictarum Reliquiarum.*

11 *Hæc quando et quomodo fuerit ab aliis partibus*

nam cum a Franciscanis ea reposceren- tur,

separata, docebit pariter nobis missum Instrumentum. Nos Fr. Nardus a Monopoli, Dei et Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Ansariensis, S. Cæs. Majestatis Concionator et Consiliarius, Præpositus Lansbronensis, Canonicus Olommensis, Parochus Gurgfeldensis, per Styriam et Carinthiam cum omnimoda auctoritate Visitator delegatus Apostolicus et Patriarchalis. Nemo est qui nesciat, Martyrum victorias et glorias ab hoc divino consilio a populis D

frequentari, ut illis debitus honor dicetur ; ille vero debitus est, qui in Dei gloriam totus cadit : inde enim nos hortatur David ; laudate Dominum in Sanctis ejus ; ob id custodit Dominus ossa eorum, ne unum ex his conteratur, ut mirabilis in Sanctis suis appareat, atque uti par est a nobis glorificetur.

ferenda in montem ad propriam Sanctorum ecclesiam.

Quapropter cum discrimen aliquod inter Camnicenses et Fratres Minores de Observantia nuncupatos, circa Sanctorum Martyrum Primi et Feliciani corpora obortum sit, ubinam asservari debeant ; num in dictorum Fratrum templo, ubi nunc a plurimis annis quiescunt ; an vero supra montem procul, in ecclesia ad ipsorum sanctorum honorem constructa ; Nos, primum ducti, quod in civitate, ob vicinitatem longeque minores temporum molestias ; majores fiant populorum concursus ad templum Fratrum Minorum de Observantia, ubi propitiatoris Christi Dei ac Domini nostri præsentia ; ubi divina Officia sacraque celebrantur, cantantur ; ubi Sacramentum administratur, frequentantur conciones, et processiones : ad quam quidem rationem unice ac primum aspiciendum est, ut sanctæ Ecclesiæ usu, sanctorumque Patrum et Doctorum testimoniis monemur : accedente, quod cum custo- E

Visitator Chorepiscopus an 1628

dia sit adhibenda circa totum thesaurum (deprædari enim vult, qui thesaurum publice portat in via) nec hostium, nec furum, nec solitudinis periculis exponendus est ; exemploque edocti sumus, cum ob invadentium Turcarum metum, communi populorum voto de deserto ad habitationem translatus est, ubi nunc dicti Fratres sanctarum Reliquiarum, ecclesiæ, altarium, non tantum cultui, verum etiam sedulæ custodiæ operam dabunt, civesque cum illis : demum, quia melior est conditio possidentis, præsertim Reliquiarum sanctarum, ut totius Christiani orbis, consuetudo et exempla suppetunt, bonaque fide Fratres in dictæ ecclesiæ, sibi cum annexis collatæ, possessionem ingressi sunt : atque ob eas causas, aliasque nobis notas, de pleno judicio sanoque consilio, nullo particularium affectu, sed justitiæ et religionis (cujus species est Sanctorum cultus) zelo ducti, sanctorum Martyrum dictorum depositum ecclesiæ Fratrum adjudicamus, ibique asservari mandamus ac pronuntiamus, sub duplici clavi, quarum unam civitas, alteram Fratres habeant.

Fratribus relinquenda statuerat,

12 Verumenimvero, cum populorum devotionem erga ecclesiam supra montem multi contestentur, et allegent quod in dictorum Sanctorum hono- F

remissis ad montem duabus particulis.

rem fuerit ædificata, quodque si deleretur corruet ; ad majorem Sanctorum honorem, populi devotionem, meritique incrementum insigne, ex utroque corpore Ossis frustum honorifice ac processionaliter eo transferatur, et asservetur sub duplici itidem clavi, quarum unam Parochus, alteram Civitas teneat. Atque ita Camnik civitas, ut Sion erit ; ponetur in eo murus et ante murale : duplici civitatis et camporum protectione gaudebit ; intus et extra spiritus pascua inveniet : in inferiori ecclesia peccatis debiles sanabuntur, ut virtutibus procedentibus ascendere possint in montem. Nostri hujus decreti authenticam copiam partibus communicari volumus, originali apud Parochum diligenter servato. In fidem etc. Datum Labaci die prima Februarii anno a virgineo partu MDCXXVIII. *Et subscriptum erat ;* Fr. Cæsar Episc. Ans. Visitator Apost. et Patriarchalis. *Ita ecgraphum, nobis ex Carniolia missum, ubi*

Visitatoris illius nomen et titulus,

Visitatoris nomen, *initio* Nardus, *in fine* Cæsar *scriptum, suspicionem nobis injicit, neutrum locum integrum esse, sed* Cæsnardum *vocandum. Nec accuratius videtur dici* Episcopus Ansariensis, *pro* Ansamensis : *cum* Anserium *nuspiam ullum esse vel fuisse sciatur,*

A *sciatur*, Ansamum Mœsiæ secundæ urbs *ex veteris Imperii notitia monstratur ab Ortelio : unde titulus iste sumi potuit, ut passim sumi solent ex Partibus infidelium quos dari mos est ejusmodi Episcopis, in Majorum Episcoporum subsidium ordinatis, quemadmodum iste ordinatus videtur in subsidium Patriarchæ Aquileiensis, ad remotiores Ecclesias visitandas. Denique lubet hic a Carnis quærere, quomodo civitas vulgo dicta* Stain *generali nomine, Arcemque vel lapidem significante, hic vocetur* Camnik, *an forte antiquius illud ac proprium nomen quod Visitatoris istius tempore scioli affectarint, usitatiori contempto ?*

Stain etiam Camnik dictum.

ACTA

Ex variis antiquis Codicibus MSS.

Incitantibus idololatris,

Tempore Diocletiani et Maximiani Imperatorum, sæva fuerat Christianis orta tempestas, ut quicumque inventus fuisset hujus viæ sectator, et idolis consentire noluisset, diversis ac variis suppliciis puniretur. Igitur sancti viri, Primus et Felicianus, in fide Christi perdurantes, a templorum Pontificibus incusati sunt Diocletiano et Maximiano, dicen-
B tibus : Dii nobis dare responsa contemnunt, dicentes ; Nisi Primum et Felicianum sacrificare compellatis, nulla vos beneficia consequi poteritis. Succurrite itaque nobis et Imperio vestro, ne pereamus. Tunc Diocletianus *a* et Maximianus jusserunt militibus, ut inquirentes eos diligentius, comprehenderent : erant enim cives Romani. Cumque inquirerentur, comprehensi sunt a militibus : qui ducentes eos ad Imperatores, ferro vinctos jusserunt eos in carcere recludi. Cumque pro Christi nomine vincti fuissent, adfuit eis Angelus *b* Domini, qui eos consoleretur ; et absolvit eos a vinculis, quibus constricti erant. Et dixerunt beati Martyres : Te benedicimus, Domine Deus noster ; quia consolatus es nos servos tuos, et dissolvisti vincula nostra per Angelum tuum, quemadmodum et Beato Petro Apostolo tuo. Et te petimus, Domine Jesu Christe, ut ab ejus meritis non nos facias esse alienos.

a jussu Imperatorum vincti,

ab Angelo confortantur : b

2 Post aliquos vero dies, jusserunt eos Imperatores suis aspectibus repræsentari. Cumque intromissi fuissent beati Martyres Primus et Felicianus, ex Officio dictum est : Adstant. Et dixerunt eis Imperatores : Vos estis, qui jussa nostra contemnitis,
C et pro nihilo computatis ? Sancti Martyres dixerunt : Et pro nihilo computavimus semper. Imperatores dixerunt : Patienter ferimus injurias vestras : sacrificate Deo Herculi et Jovi, et nolite perdere vestri generis dignitatem. Beati Martyres dixerunt : Nos Deo hostiam placationis et laudis offerimus in odorem suavitatis ; et non consentimus operibus tenebrarum ; quorum vos participes estis. Imperatores dixerunt : Accedite et sacrificate Deo Herculi et Jovi invictissimis : sin alias, fortiter vos carnifices laniabunt. Beati Martyres dixerunt : Tormenta pro Christi nomine pati non timemus, ut ad martyrii coronam pervenire possimus : sed et libenter hæc amplectimur, ut promissionum ejus participes esse mereamur. Imperatores dixerunt : Cessent verba, et diis impendite libamina, et ad auxilium vestrum eos invocate. Sancti Martyres Primus et Felicianus dixerunt : Miramur impudentiam vestram. Quomodo ergo possimus lapides et ligna ad auxilium nostrum invocare, qui in tantis miseriis sunt redacti, ut nisi ab hominibus auxilientur, et nisi ferro et plumbo fuerint strictius confixi, nullo modo stare possunt ; et nisi a canibus custodiantur, a furibus nocte rapiuntur. Et ista scientes, ut quid cæci estis ? Tunc indignati sunt Diocletianus et Maximianus, et

Herculi et Jovi sacrificare renuunt,

parati martyrium pati :

D jusserunt militibus, ut ducerent eos ad fanum Herculis ; et, si sacrificare noluissent, fortiter eos pœnis affligerent. Et accipientes eos milites, duxerunt secundum jussionem Imperatorum ad fanum Herculis. Et cum nulla possent ratione eos movere, sed pro Christi nomine optarent magis mori quam vivere : extenderunt eos milites, et virgis fortiter mactaverunt, dicentes eis : Quare non obeditis decretis Imperatorum, et sacrificatis diis omnipotentibus ? Martyres dixerunt, Imperatori cælesti obedire debemus, qui potestatem habet, et corpus et animam perdere in gehennam. Imperatores vestros terrenos, qui colunt simulacra vana et inania, gehenna ignis inextinguibilis suscipiet.

ex MSS. virgis cæduntur :

3 Cumque milites Imperatoribus nuntiassent quæ gesta sunt ; irati valde jusserunt eos tradi Promoto Præsidi civitatis Numentanæ, ut eos fortiter laniaret : et, si diis libamina ponere noluissent, eos interficere jussit. Et accipientes eos milites, duxerunt in via, quæ dicitur Numentana, milliario tertiodecimo, ferro vinctos : et miserunt eos in carcere juxta forum civitatis. Beati vero Martyres Primus et Felicianus ab oratione et hymnis non cessabant ; psallentes Domino et dicentes : Propter honorem nominis tui, Domine, libera nos ; et propitius esto E
peccatis nostris, propter nomen tuum ; ne quando dicant gentes, Ubi est Deus eorum ? Quotidie vero ab Angelo Domini refocillabantur, et benedicebant Dominum. Post multum vero temporis, jussit sibi Promotus Præses in foro civitatis Numentanæ tribunal præparari : et sedens pro tribunali, dixit : Intromittantur personæ. Cumque intromissi fuissent sancti Primus et Felicianus, dixit ad eos Præses : Secundum præceptum Dominorum nostrorum Principum sacrificate diis, quos magnos esse divinitas dictavit. Sancti Martyres dixerunt : Noli dicere Dominorum, sed dic, Impiorum, qui interficiunt in Christo credentes, et colunt lapides et ligna. Quomodo autem vobis dii vestri beneficia præstare possunt, qui loquentibus non loquuntur, videntes non vident, nec aliquando visuri erunt ?

Numentum abducti,

ab Angelo refocillantur :

4 Audiens hæc Præses, jussit eos ab invicem separari, æstimans eos per pœnam posse mutari a consensu eorum, et sic sacrificarent. Et separato B. Primo, dicit Præses B. Feliciano ; Consule senectuti tuæ, et sacrifica invictissimo Deo Jovi, secundum jussionem Dominorum nostrorum. Respondit F
B. Felicianus : Consulet Dominus Deus meus senectuti meæ, qui me ex juventute mea in fide sui nominis custodivit, et deinceps custodire dignetur. Nam minæ tuæ terrorem mihi possunt inferre terrenum, sensum vero meum nullo modo possunt immutare. Iratus vero Præses : jussit eum fortiter cum plumbatis tundi. Postea vero erecto, dixit ei : Ut quid non deponis istam insaniam pectoris tui, et eligis dies bonos et jucundos, et non tormentis diversis corpus tuum macerare ? B. Felicianus ait : Ego jam sum octoginta annorum, et sunt anni triginta ex quo agnovi veritatem Dei, et elegi bene vivere in Christo, qui de manibus tuæ crudelitatis me liberabit. Et cum multa his similia dixisset, jussit eum Præses ad stipitem ligari, et acutos clavos in manibus ejus ac pedibus figi præcepit. Et dicebat ei Præses insanus ; Tamdiu fixus stabis, quamdiu diis immortalibus debitum reddas officium. Ad hæc S. Felicianus, fixus in Domini amore, læto canitie vultu, pendens in ligno, psallebat Domino, dicens : In Domino sperabo, non timebo quid faciat mihi homo. Dicit ei Præses, Miser, depone hanc vanitatem mentis tuæ, et nega te esse Christianum, et libera te a cruciatibus diversis, qui tibi præparantur. Cui respondit S. Felicianus, dicens ; Infelix homo ac miserrime omnium, Creatorem meum denegabo

S. Felicianus separatur a Primo,

plumbatis cerberatur :

clavis manus et pedes perforatur :

A negabo, qui fecit cœlum et terram, mare et omnia quæ in eis sunt? Et quomodo hunc possum negare, et adorare deos truncos et vanos? Tunc furore repletus Præses, jussit eum diu torqueri. Sanctus vero Felicianus dixit : Gratias tibi ago, Domine Jesu Christe, unigenite fili Dei vivi et veri, quia merui computari modo in eorum societate, qui pro nomine tuo ad martyrii coronam pervenerunt. Iratus vero Præses, jussit eum tribus diebus et tribus noctibus in ipso ligno manere, et neque aquam, neque panem ei ministrari, dicens; Vel sic deficiet. Cumque completi fuissent tres dies et tres noctes, et S. Felicianus permaneret in Dei laudibus satiatus cibo cœlesti, dicebat : Adjutor meus esto, ne derelinquas me, neque despicias me, Deus salutaris meus. Præses vero, furore repletus, jussit eum flagellis cædi, et sic de stipite deponi, et in custodiam recludi; et jussit ut nullus ad eum penitus ingrederetur.

ad stipitem ligatus triduo sine cibo manet,

flagellis cæsus carceri includitur.

5 Alia vero die, jussit sibi B. Primum præsentari. Cumque adductus fuisset, dixit ei Promotus Præses : Ecce frater *c* tuus, jam consentiens Imperatorum decretis, sacrificans diis omnipotentibus, modo est amicus Augustorum, et Dominus intra palatium. Unde tu, si similiter consenseris, et sacrificaveris diis invictissimis; eritis ambo Augustorum B amici. Respondit S. Primus? Quamvis sis filius diaboli, tamen prænuntias quod frater meus consenserit Imperatori cœlesti, et non hominibus vanissimis, qui spem suam in Domino ponere noluerunt, et ideo in exterminium erit anima eorum, et in interitum : et nunc quasi tu suadendo, ficta, et non vera meditaris : nihil enim ignorare possunt ii qui Spiritum sanctum accipiunt. Nam B. Felicianus, quem tu suppliciis fatigasti, et eum a proposito suo mutare non potuisti, in custodia eum esse fecisti : ille autem pro nomine Domini, quasi in paradiso, ita lætatur. Verumtamen quantascumque illi pœnas et verbera intulisti, hodie mihi per Angelum Domini nuntiata sunt : unde non mereor ut a passione ejus separer. Tunc jussit eum validissimis fustibus cædi, quousque sacrificiis consentiret. Cumque cæderetur, respondit B. Primus : Etsi corpus meum in potestate habes, animam autem meam non habet in potestatem nisi solus Deus. Iterum dixit ei Præses : Accede et sacrifica diis. S. Primus dixit : Tu sacrifica diis tuis, et omnes adsistentes tibi : ego autem sacrificabo Deo meo sacrificium et hostiam placationis. Dixit iterum Præses militibus, ut lampadibus latera ejus exurerentur. Cumque levassent C eum in equuleum, et lampadibus corpus ejus exurerent; psallebat beatus ac gloriosus Martyr Christi Primus, dicens : Igne nos examinasti, sicut examinatur argentum; et non moriar, sed vivam, et narrabo opera Domini. Et benedico te, Domine Jesu Christe, quia in te confidens nihil sentio, quæ mihi ministri diaboli intulerunt. Et dum hæc audisset Præses quia nihil sensisset, dixit ad suos : Puto dii virtutes suas ostenderunt hominibus, aut per maleficia superat hic omnia. Ad hæc S. Primus dixit : Præsumis maleficiis imputare, quæ Christus ad laudem sui nominis servis suis conferre dignatus est? Et jussit eum deponi de equuleo, et præcepit conflari plumbum, et extensum eum in lecto, bulliens in ore ejus fundi præcepit, ut omnia interiora ejus consumerentur : et S. Felicianum adesse præcepit, ut quasi territus passione ejus, sacrificiis consentiret. Cumque extensus esset B. Primus, quasi aquam frigidissimam plumbum bibit, quod ei fuderunt : et psallebat Domino et dicebat : Ecce quam bonum et quam jucundum habitare fratres in unum. Et iterum : Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel et favum ori meo.

c
S. Primus Præsidi, de S. Feliciano perverso, non credit,

fustibus cæditur,

lampadibus exuritur,

nihil sentiens

bulliens plumbum

ut aquam bibit.

6 Et dicebat B. Primus Præsidi : Ecce non est separatus a me, de quo promittebas, et dicebas mihi, D quia diis vestris mortalibus consentiret. Hic autem, [adstat] confidens in Domino, [quia] ipse nos liberabit de omnibus pœnis, pro cujus nomine hæc patimur : quia omnia, quæ videntur, ad tempus sunt; quæ autem præparavit Deus his qui diligunt eum, æterna sunt. Ecce adunati facti sumus in gloriam redemptionis : nulla nos inimicus fraude decipiet, nec aliqua nobis tenebrarum caligo [Christum] subripiet. Dicit ei Præses; Sacrificate diis, et libamina ponite : nam ferarum vos faciam morsibus cruciari. Beati Martyres dixerunt : Audi nos, et intellige, et redi a dæmonibus mortuis et perituris, et crede in Deum vivum et verum, in Jesum Christum filium ejus, ut salvetur anima tua. Tunc Præses, accensus furore, dixit Feliciano : Quid in insania perduras, sicut et hic perditus? Accede et sacrifica. S. Felicianus dixit : Non est enim perditus : sed si acquiescis verbis ejus, mereberis introire in potentias Domini : sed quia te obduravit pater tuus diabolus introitum habebis in ignem æternum. Cumque in angustia animi positus esset Præses, jussit eos ad amphitheatrum duci, quod est juxta forum civitatis Numentanæ : et sedens pro tribunali, jussit ad eos dimitti duos leones ingentes, quorum rugitus omnis populus civitatis Numentanæ expavescebat. Cumque E dimissi fuissent, corruentes cum impetu, ad pedes ipsorum se volvere cœperunt; et quasi pater filium post multum tempus videns; ita cum omni gaudio et mansuetudine congratulabantur eis, et ad vestigia eorum se volvebant. Cumque recessissent leones, jussit ad eos ursos ferocissimos dimitti : qui et ipsi pariter cum dimissi fuissent, deposita omni sævitia, quasi agni blandientes effecti sunt, et ipsi volvere se cœperunt ad vestigia sanctorum Martyrum. Et dixerunt beati Martyres : Præses iniquitatis, ecce feræ cognoscunt Creatorem suum; et vos cæci corde perduratis, et non cognoscitis, Deum, qui vos ad imaginem suam creare dignatus est. Tunc populi fremitus inter se dabant, et infinitos clamores ad cœlum; et crediderunt in Domino plusquam mille *d* quingenti viri cum omnibus suis. Convenerat autem multitudo vicinarum civitatum ad spectaculum quasi duodecim millia, exceptis pueris et mulieribus.

Ambo conjuncti monent Præsidem.

Ad eos immissi leones

et ursi mansuescunt:

quo cum conversi essent 1500,
d

7 Videns autem Præses, quia non potuit eos superare, et quia multi crediderunt per eos Domino, jussit eos capitalem subire sententiam. Cumque ejecti fuissent extra amphitheatrum, ibidem juxta de- F collati sunt, et corpora eorum projecerunt inhumata canibus. Sed non fera, neque avis, neque musca corpora eorum tangere potuit. Nocte vero a Christianis fidelibus rapta sunt corpora, et portaverunt ea ad Arcus Numentanos intra arenarium; et ibi fecerunt planctum magnum, et involventes ea in sindone nova cum aromatibus, juxta arenarium posuerunt; et in hymnis ac psalmis per triginta dies ac noctes in Dei nomine *e* perdurabant; ubi multa beneficia exuberant usque in præsentem diem. Et si quis ægrotorum ibidem perductus fuisset; liberabatur, a quacumque infirmitate detentus esset. Quod etiam et nunc facere Christum, nullus ambigat usque in hodiernum diem. Et dum post aliquantos annos cessasset persecutio Paganorum; multi Christiani, in honorem beatorum Martyrum Primi et Feliciani, basilicam in nomine ipsorum *f* construxerunt, sperantes se misericordiam consequi in nomine Domini nostri Jesu Christi : est autem basilica eorum ab urbe Roma *g* milliario quartodecimo. Quorum natalis est v Idus Junii, regnante Domino nostro, cui est honor et gloria, in secula seculorum. Amen.

et sepulti clarent miraculis:

e

f
ac basilica constructa honorantur.
g

ANNOTATA

A

ANNOTATA D. P.

a *Verosimile est, uni tantum eorum præsentatos Sanctos; nominari tamen ambos, quia utroque Christianos persequente, res acta est.*

b *Angelica hæc præsentia plerumque in Actis, diu post martyria scriptis, invenitur: nec dubito quin ea, æque ac verba utrimque habita, sint ad arbitrium Auctoris composita.*

c Fratres, *non solum spiritu, sed etiam carne germanos fuisse Sanctos, satis est verosimile: quia tamen id in principio expresse non dicitur, neque nos in titulo id posuimus.* D

d *Credo numerum certum pro incerto poni.*

e *Non est valde verosimile, id eis, fervente quam maxime persecutione, licuisse.*

f *Constantinus Magnus cum Licinio fecit Christianis potestatem ecclesias ædificandi et exornandi Martyrum monumenta, anno* 312.

g *Ex eo quod nulla hic fiat mentio revelatorum ac translatorum, corporum merito infertur, Acta hæc diu antea fuisse composita, puta in confinio seculi* 7 *vel* 8.

DE S. PELAGIA VIRG. MART.

ANTIOCHIÆ IN SYRIA.

COMMENTARIUS HISTORICUS

C. J.

§. I. Memoria et cultus ex Martyrologio Romano, Menæis Græcorum, Menologio, S. Ambrosio, et aliis.

B

INITIO SEC. IV.

Memoria apud Latinos 9 Jun.

Heri meminimus, inter Prætermissos, de S. Pelagia: *hodie, id est* IX *Junii, loco ipsam suo referimus cum Martyrologio Romano, sic legente:* Apud Antiochiam S. Pelagiæ, Virginis et Martyris, quam sancti Ambrosius et Joannes Chrysostomus magnis efferunt laudibus. *Eamdem celebrant Menæa Græcorum, tum Sirmundi MSS. quam impressa Venetiis. In illis quidem legimus:* Καὶ τῆς ἁγίας Πελαγίας· ἥτις διὰ τὸ μὴ διαφθαρῆναι αὐτήν, ἐρρίφη πρὸς γῆν ἐκ τοῦ ὕψους. Ταύτην καὶ ὁ ἐν ἁγίοις Ἰωάννης Χρυσόστομος ἐγκωμίοις ἐτίμησεν. Et S. Pelagiæ, quæ ut ne violaretur, e sublimi præceps ruit in terram: cujus et S. Joannes Chrysostomus laudator extitit. *In Menæis vero:* Die IX Junii *ad* X *refert Sirletus in Menologio, minus recte* sanctæ Martyris Pelagiæ Antiochenæ; quæ cum accusata esset apud Præsidem suæque metueret virginitati, Deum precata est; ac decenter cooperta, summam domum, in qua jussu Præsidis detinebatur, conscendit; seque inde præcipitans, animam suam Deo reddidit. Venerabilis Joannes Chrysostomus encomiis ipsam celebravit, tum propter illibatam C ejus castimoniam, tum propter exercitationem virtutis admirandam.

in Menæis etiam 8 Oct.

2 *Eadem Menæa die* VIII *Octobris tres* Pelagias *distinguentes, primam appellant* sanctam Matrem nostram; *estque famosa illa peccatrix, quæ vulgo* Pœnitens *audit, refereturque a nobis* VIII *Octobris. Alterum nominant* sanctam Martyrem, *estque* Tarsensis, *de qua nos* IV *Maji. Tertiam indigitant* sanctam Virginem, *debetque una et eadem esse cum hac nostra* Antiochena; *uti etiam ex addito Elogio colligitur, quamvis in illo non appelletur* Martyr; *imo violenta morte non occidisse insinuetur; illum enim defectum supplent adjuncti duo versus, qui ad præcipitium ejus non obscure alludunt:*

Κρημνοῦ φυγοῦσα κρημνὸν αἰσχύνης μέγαν.
Κρημνοῖς τὸν ἐχθρὸν ἐκφυγῆς Πελαγία.
Dum præcipitio corporis, præcipitium
Majus fugis pudoris, minimeum probe,
Pelagia virgo casta, præcipitas tuum.

et in Menologio Basilii

Similiter tres distinguit Pelagias *Menologium MS. percantiquum, quod Basilii Imperatoris jussu conscriptum putatur; sed* Tarsensem *assignat diei* VII *Octobris, reliquas duas octavæ. Elogium quod de* Antiochena Virgine *contextum dat, convenit fere cum Menæis impressis: adjunxit tamen Imperatorem, sub quo* vixerit, Numerianum; *a Menæis aliisque Martyrologiis, quod sciam omnibus, rectius prætermissum. Et vero per errorem librarii id hic factum suspicor, qui Numerianum elogio hujus* Pelagiæ Martyris *inseruit; cum proxime* Pelagiæ Pœnitentis, *ubi prætermittitur, inseri debuisset, quemadmodum ibi id inserunt Menæa quamquam neque hoc recte: cum sub Numeriano non vixerit* Pœnitens Pelagia, *uti diu falso putatum fuit, et videbitur* VIII *Octobris, in* Martyre Antiochena *nullum Imperatorem, nullum tempus mortis indicantia. Sed ipsum elogium accipe:*

E

cum hoc elogio.

3 Ἡ ἁγία Πελαγία ὑπῆρχεν ἐπὶ Νουμεριανοῦ τοῦ Βασιλέως, ἀπὸ Ἀντιοχείας τῆς Συρίας, γένους ἐνδόξου. Μαθὼν δὲ ὁ Ἄρχων τῆς πόλεως, ὅτι χριστιανή ἐστιν, ἀπέστειλε στρατιώτας τοῦ κρατῆσαι αὐτήν. Οἱ δὲ ἀπελθόντες, περιεκύκλωσαν τὸν οἶκον αὐτῆς, βουλόμενοι τοῦ κρατῆσαι αὐτήν. Μαθοῦσα δὲ τοῦτο ἡ Ἁγία, παρεκάλεσε μικρὸν περιμεῖναι, ἕως ἂν ἐνδυσαμένη κατέλθῃ· τῶν δὲ πεισθέντων ἐπὶ τῇ ὑποσχέσει, ἐκείνη στραφεῖσα πρὸς ἀνατολὰς ἐν τῷ τόπῳ ἐν ᾧ εἰώθει προσεύχεσθαι, ἀνατείνασα τὰς χεῖρας καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἄρασα εἰς τὸν οὐρανόν, προσηύξατο ἐπὶ πολὺ πρὸς Θεόν, μὴ παραδοθῆναι τοῖς στρατιώταις, ἀλλὰ πρὸ τοῦ κρατηθῆναι πρὸς αὐτὸν ἀπελθεῖν ἁγνὴν καὶ καθαράν· καὶ ταῦτα εἰποῦσα καὶ σεμνῶς περιστείλασα ἑαυτήν, παρέδωκε τὸ πνεῦμα τῷ Κυρίῳ. Μαθὼν δὲ ταῦτα ὁ Ἄρχων, μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ ἐξεπλάγη καὶ ἐθαύμασεν. F

4 Temporibus Numeriani Imperatoris floruit S. Pelagia Antiochiæ Syriæ, genere illustris: quam cum Præses istius civitatis inaudisset religione Christianam esse, milites misit ipsam capturos: qui abeuntes circumdederunt domum ejus. Quod ubi sancta Virgo animadvertit, paululum ut expectarent rogavit, donec induta descenderet: illisque consentientibus et promissione fisis, vertit se ad orientem, illo ipso in loco quo solita erat orationes suas Deo offerre; manibusque et oculis in cœlum sublatis, diutius Deum precata est, ut ne militibus traderetur; sed prius ad ipsum hinc abiret casta et immaculata, quam comprehenderetur. Atque hæc cum dixisset, seque decenter ornasset, spiritum Deo reddidit. His autem auditis, obstupuit cum suis Præses, et miratus est.

5 *Sed cum in premissis allegentur sancti Doctores, Ambrosius atque Chrysostomus, qui S. Pelagiam laudaverint; ipsos, ut vetustissimos auctores, loquentes audiamus. Ambrosius, de vera libertate ac servitute* ad

AUCTORE C. J.

A *ad Simplicianum (quod opusculum, nisi Epistolam appellare malis, in editione Coloniensi anni* 1616 *Tomo* 2 *pag.* 407; *in Parisiensi vero anni* 1586, *Tomo* 4 *col.* 937 *reperire est) sic ait :* Quid sublimius S. Pelagia? quæ vallata a persecutoribus, priusquam tamen in eorum conspectum veniret, aiebat ; Volens morior, nemo me continget manu, nemo oculo protervo violabit virginem. Mecum feram pudorem, mecum incolumem verecundiam. Nullum prædones lucrum suæ capient insolentiæ. Pelagia Christum sequetur : libertatem nemo auferet : nemo captivam videbit liberam fidem, insignemque pudicitiam et prosapiam prudentiæ. Quod servum est, hic manebit, nullos in usus debitum. Magna igitur piæ virginitatis libertas, quæ septa agminibus persecutorum, inter maxima pericula integritatis et vitæ, nequaquam inclinata est. *Id quod probare illic intendit Ambrosius, veram scilicet libertatem in virtute ac sapientia positam esse.*

Ejusdem apud Ambrosium laus,

6 *Sed accuratius etiam tractat de eadem Sancta libro* 3 *de Virginibus : ubi quæstionem proponit,* Quid super eorum meritis existimandum sit, qui se præcipitavere ex alto, vel in fluvium demersere, ne in persecutorum inciderent manus ; cum Scriptura B divina vim sibi Christianum prohibeat inferre? *Propositam autem quæstionem resolvit, atque exemplo* S. Pelagiæ *probat, tales virgines tuendæ castitatis amore laudabiliter sibi mortem intulisse, et martyrii* gloriam obtinuisse ; *sic respondens :* De Virginibus quidem, in necessitate custodiæ constitutis, enodem habemus assertionem; cum martyrii extet exemplum. S. Pelagia apud Antiochiam quondam fuit, annorum fere quindecim, soror virginum, et ipsa virgo. Hæc primo domi classico persecutionis inclusa, cum se a prædonibus fidei vel pudoris circumsederi videret, absente matre et sororibus, vacua præsidio, sed Deo plenior ; Quid agimus, inquit, nisi prospicias, captiva virginitas? Et votum est et metus est mori : quia mors non excipitur, sed adsciscitur. Moriamur scilicet, vel si nolunt licere : moriamur. Deus remedio non offenditur, et facinus fides ablevat. Certe si vim ipsam nominis cogitemus, quæ vis voluntaria? Illa magis est vis, mori velle nec posse. Nec difficultatem veremur. Quis enim est qui vult mori et non possit ; cum sint ad mortem tam proclives viæ? Jam enim sacrilegas aras præcipitata subvertam, et accensos focos cruore restinguam. Non timeo, ne dextera deficiens non peragat ictum, nec pectus se C dolori subducat : nullum peccatum carni relinquam, nec verebor ne desit gladius. Possumus mori nostris armis, possumus mori sine carnificis beneficio.

et vita compendio descripta,

7 Matris in gremio fertur ornasse caput, nuptialem induisse vestem, ut non ad mortem ire diceres, sed ad sponsum. Ast ubi detestandi persecutores ereptam sibi viderunt prædam pudoris, matrem et sorores cœperunt quærere. Verum illæ spirituali volatu jam campum castitatis tenebant, cum subito hinc persecutoribus imminentibus, inde torrente fluvio exclusæ a fuga, inclusæ ad coronam ; Quid veremur? inquiunt. Ecce aqua, quis nos baptizari prohibet? Et hoc baptisma est, quo peccata donantur, regna quæruntur : et hoc baptisma est, post quod nemo delinquit. Excipiat nos aqua, quæ regenerare consuevit : excipiat nos aqua, quæ virgines facit : excipiat nos aqua, quæ cœlos aperit, infirmos tegit, mortem abscondit, martyres reddit. Te rerum conditor precamur, Deus : ne exanimata spiritu corpora vel unda dispergat ; ne mors separet funera, quarum vitam non separavit affectus : sed sit una constantia, una mors, una etiam sepultura.

cum vita matris ac sororum,

8 Hæc effatæ et suspensæ paululum, incincto sinu, quo pudorem tegerent, nec gressum impedi- D rent ; consertis manibus tamquam choros ducerent, in medium progrediuntur alveum; ubi unda torrentior, ubi profundum abruptius, eo vestigia dirigentes. Nulla pedem retulit, nulla suspendit incessum, nulla tentavit ubi gressum figeret; anxiæ cum terra occurreret, offensæ vado, lætæ profundo. Videres piam matrem stringentem nodo manus, gaudere de pignore, timere de casu, ne sibi filias vel fluctus auferret. Has tibi, inquit, hostias, Christe, immolo, præsules castitatis, duces itineris, comites passionis. Sed quis jure miretur tantam viventibus fuisse constantiam, cum etiam defunctæ immobilem stationem corporum vindicaverint? Non cadavera unda nudavit, non rapidi cursus flumine volutarunt : quin etiam sancta mater, licet sensu carens pietatis, tamen adhuc servabat amplexum, et religiosum quem strinxerat nodum nec morte laxabat; ut quæ religioni debitum solverat, pietate herede moreretur *(ita legendum puto, pro* mereretur) nam quas ad martyrium junxerat, usque ad tumulum vindicabat.

quæ fluvio se mergunt pudicitiæ causa,

9 *Hactenus Ambrosius, satis, ut solet, eloquenter, tum de* Pelagia, *tum de* matre *ejus ac* sororibus; *quæ simul sub aspectum posuisse, deinceps juverit. Nec minus juverit adduxisse huc pauca, quæ Chrysostomus habet oratione in sanctum Martyrem Ignatium, quam postridie festi* S. Pelagiæ *recitavit, cujusque sub* E *exordium sic ætatem Sanctæ indicat :* Heri puella, plane adolescens et virgo, beata Martyr Pelagia, magna cum lætitia convivium *(ita festivitatem ejus appellat)* nobis apposuit : hodie celebritatem illius beatus hic ac generosus Martyr Ignatius vicissim excepit. *Juverit denique ex Vita S. Luciani, quam* VII *Januarii illustravimus, et ab antiquo Auctore anonymo scriptam diximus, quamque* germanam et scriptorum perpetua memoria commendatam, *ait Baronius ad an.* CCCXI *num.* 3; *juverit, inquam, illa inde decerpere quæ huc spectant, et num.* 10 *(ubi de discipulis, qui ad S. Lucianum Nicomediam venerant sic leguntur :* Aiunt autem Pelagiam quoque fuisse ex ejus discipulis ; quæ Antiochiæ Syriæ vixit : quæ etiam dicitur seipsam e tecto altissimo dejecisse, cum accessissent qui eam erant comprehensuri, timens ne abominandum quid per vim sustineret (erat enim virgo) et eo modo esse mortuam : quam etiam in hodiernum usque diem honorant tamquam Martyrem, qui sunt Martyrum amantes.

Mentio Pelagiæ apud Chrysostomum,

et in Vita S. Luciani

§. II. *A quibus ejusdem nominis distincta, a quibus indistincta Pelagia nostra. Quædam de matre ejus ac sororibus.* F

Ut *cœptam num.* 2 *distinctionem* trium sanctarum Pelagiarum *prosequamur porro, loquendum nobis est cum Episcopo Veronensi Aloysio Lipomanno, in sua, ad duas S. Joannis Chrysostomi de* S. Pelagiæ *laudibus orationes, Præfatione; ubi sic orditur :* Arbitror te, optime lector, pro certo habiturum, aliam esse Pelagiam, cujus Vita jam præmissa est, *Tarsensem nempe, de qua nos egimus* IV *Maji;* et aliam, quam deinceps duabus orationibus divinus Pater Joannes Chrysostomus suavi suo eloquio ornaturus est. Prior enim Pelagia in judicium coram Diocletiano Imperatore, matre infideli prodente, adducta est, ac bove æneo incenso combusta : *adde, id factum esse Tarsi in Cilicia, unde et* Tarsensis *appellatur.* Secunda vero hæc Antiochena virgo, christiana matre orta, in judicium non est adducta, nec igne absumpta, sed se ex alto præcipitem dedit, atque ex eo consummata est, *idque Antiochiæ, non Tarsi.* Ex quo etiam admoneris, tertiam illam Pelagiam Antiochenam;... quæ prius meretrix, mox ad Dominum conversa,

Pelagiæ distinguuntur tres

a Lipomanno

A conversa, singulare cunctis peccatoribus, pœnitentiæ præbuit exemplum, aliam omnino ab his duabus esse, quæ virgines extitisse leguntur, licet una ex eis etiam Antiochena fuerit.

et Galesinio:

11 *Suffragatur Lipomanno Galesinius in suis ad Martyrologium Notationibus die* IV *Maji (ubi de S. Pelagia Tarsensi,) atque ait :* Tres numerantur Pelagiæ : una Tarsensis, de qua hodie (IV *Maji*,... altera Pœnitens, VIII Idus Octobris; tertia Antiochena, V Idus Junii, de qua Mediolani fit VIII Idus Octobris, quo die Græci item celebrant trium harum martyrium, *seu obitum potius. Atque hæc ad distinctionem trium illarum convincendam satis sunto; ut nihil de diversis diebus dicam, quibus apud Latinos singulæ coluntur, ac Martyrologio Romano inscribuntur; die* IV *Maji*, Tarsensis; IX *Junii*, Antiochena Virgo Martyr; VIII *Octobris*, Antiochena pœnitens. *Sed quartam addere videtur Baronius, in Notationibus ad Martyrologium* IX *Junii; illam scilicet, quam Græci* VIII *Octobris cum* Tarsensi *et* Pœnitente *simul proponunt, atque* Antiochenam *appellant; quamque nos inde etiam cum suo elogio produximus supra num.* 2 *et* 3. *et putamus ab hodierna Antiochena indistinctam, uti*
B *ibidem cœpimus monstrare ex versibus, adjunctis elogio quod Menæa iidem habent, manifeste alludentibus ad præcipitationem, qua interiit. Sed cur distinctos opinatur Baronius?* In eodem Menologio, octavo Idus Octobris agunt Græci, *inquit*, de alia Pelagia Antiochena, quæ, antequam teneretur a persecutoribus, orans ne dispendium pateretur virginitatis, in pace quievit.

12 Aliam *vocat ab illa quæ hodie colitur: non alio, puto, nixus fundamento, quam quod existimet* in pace quievisse : *aliud enim nihil allegat discriminis : imo fatetur, quod* in Martyrologio de una eademque Pelagia Ambrosius et Chrysostomus æque citentur, quodque conveniant in Martyris nomine et loco; nimirum, quod Pelagia, nomine; et patria fuerit Antiochena; quod insuper, ne jacturam pateretur virginitatis, mortem voluntariam oppetierit. *Nihil ergo diversitatis est, nisi quod altera* in pace quievit, *ut putat Baronius : sed non id putat Ambrosius, non Chrysostomus, non Menæa Græcorum ipsa aut Menologia. Præcipitio interiisse suam, luculenter affirmat Chrysostomus; ut infra patebit. Idem de sua sopponit Ambrosius num.* 6 *a nobis productus, cum ita loquentem facit, mori paratam, ut castitati suæ consuleret :* Jam sacrilegas aras præcipitata subvertam, et accensos focos cruore restinguam; *quod non sonat,* in
C pace quievisse. *Et pergit :* Non timeo, ne dextera deficiens non peragat ictum, nec pectus se dolori subducat... nec verebor, ne desit gladius. *Quare? Quia* possumus mori nostris armis, possumus mori sine carnificis beneficio, *per præcipitium nempe voluntarium. Menæa ipsa et Menologia aliud non habent de morte ejus, quam quod* spiritum Deo tradidit, παρέδωκε τὸ πνεῦμα τῷ Κυρίῳ; *sic ut præscindant a modo quo tradiderit, violentusne ille fuerit, an non. At in adjunctis versibus mortem violentam, et quidem per præcipitium accersitam, innuunt eadem Menæa, ut num.* 2 *diximus.*

a quo et Ambrosius non recte intellectus.

13 *Sed pergit Baronius, loco citato ad* IX *Junii :* Verum inter se discrepant, *quod ad Pelagiam facit,* Ambrosius et Chrysostomus; dum Ambrosius eam una cum matre et sorore fluvio mersam testatur; Chrysostomus autem e sublimi tecto se dedisse præcipitem dicit. Quid ad hæc dicamus, non habemus. *Ita ille. Sed habemus nos quod dicamus; mersam quidem Pelagiæ matrem flumine ex Ambrosio constare, et mersam cum filiabus saltem duabus; sed illæ fuerunt diversæ a* Pelagia; *quam idem Ambrosius jam ante sibi mortem intulisse* sine gladio *et* sine carnificis beneficio *indicat, quam* detestandi persecutores, ereptam sibi videntes prædam pudoris, matrem et sorores *ejus*, cœperunt quærere. Ereptam *sibi videbant* D

AUCTORE C. J.

prædam pudoris Pelagiam, *quam imprimis quærebant. Sed quomodo* ereptam? *Non aquis aut flumine, ad quæ tantum confugisse mater et sorores leguntur, non ipsa : imo ipsa jam* erepta *noscebatur satellitum potestati, alio modo mortua. Mater igitur sola, cum aliis filiabus, juxta Ambrosium, dicenda est fugisse ad fluvium; eoque prohibita longius procedere, instantibus a tergo hostibus, maluisse aquis se committere quam militibus, et salvo pudore mortem oppetere, quam illo perdito protrahere vitam longiorem. Imo ipse etiam Baronius debet Ambrosium aliter intellexisse in Annalibus, quam in Martyrologio explicat. Ad annum quippe* CCCIX *citato Ambrosii de* Pelagia *textu, continuo subjungit num.* XV *textum Eusebii, ejusque verba de necatis voluntario præcipitio, intelligi vult de* Pelagia *Ambrosiana.*

14 *Sed dubium hic movere nonnemo possit, num re ipsa innotuerit Eusebio* Pelagia *nostra, de ejusque matre ac sororibus ab eodem agatur, quando ita loquitur de Christianis, Antiochiæ propter religionem varie cruciatis, libro* VIII *Historiæ Ecclesiasticæ cap.* XXIV, *juxta Christophorsoni, at cap.* XII *juxta Valesii divisionem :* Jam vero quæ apud Antiochiam gesta E

Mater et filiæ apud Eusebium aquis mersæ,

sunt, quid opus est in memoriam revocare? Ubi alii craticulis impositi.... alii dexteras suas in ignem immittere maluerunt, quam impia libamenta contingere. Ex quibus nonnulli periculum vitantes, priusquam caperentur et in insidiatorum manus inciderent; e sublimibus tabulatis præcipites se dederunt; propter impiorum malitiam mortem lucro deputantes. Quædam etiam sanctissima femina et animi fortitudine admirabilis; opibus ac splendore generis, bonaque imprimis fama Antiochiæ percelebris, quæ duas filias virgines, corporis forma et ætatis flore præstantes, Christianæ religionis præceptis instituerat; cum plurimi, stimulante ipsos invidia, earum latebras curiosius investigarent; deinde comperto eas apud exteros degere; omni studio atque opera Antiochiam eas evocassent, postquam mulier sese ac filias in militum laqueos incidisse sensit, ad inopiam consilii redacta, filias allocuta est, et quanta ipsis mala a militibus imminerent exposuit : omnium vero malorum gravissimum ac maxime intolerabile esse stuprum, cujus minas ne auditu quidem sustinere, sibi ipsi ac filiabus fas esset. Ad hæc, animam servituti et obsequio dæmonum mancipare omni morte exitioque pejus esse, cum dixisset; unicum adversus hæc omnia remedium esse admonuit; si ad opem Christi confugerent. His dictis idem omnes consilium amplexæ, F
cum ad medium itineris pervenissent, facultatem a militibus petunt, ut tantisper de via deflectere sibi liceret. Quo impetrato, compositis honeste ac decenter vestibus, in præter fluentem fluvium se conjecerunt. *Hactenus Eusebius ex editione Valesii.*

15 *Cedrenus in Compendio has facit uxorem et filias S.* Adanci, *seu* Adauci, *anno* XI *persecutionis Diocletianæ passi in Phrygia. Sed cum Adaucus, natione Italus, in Phrygia passus sit, quid uxori ac filiabus ejus cum Antiochia? Neque vero siluisset Eusebius tam arctum sanguinis vinculum, si tale inter ipsos intercessisset; præsertim cum non multis versibus interjectis de Adauco et matre cum filiabus agat; imo tam expresse distinguit inter se loca, ubi singuli passi sunt, ut nihilo majorem inter hos, quam inter illa connexionem innuere videatur. Baronius ad annum* 309 *num.* 15 *aliter sentit, in eamque inclinat sententiam, ut hanc Eusebii narrationem intelligendam putet de iisdem* Pelagiæ *sororibus ac matre, de quibus Ambrosium loquentem audivimus* § 1; *quamquam enim circumstantiæ perquam diversæ referantur, referuntur tamen utrobique genus et finis mortis eadem; quod*

non sunt S. Adauci uxor et filiæ;

nempe

AUCTORE C. J.

sed Pelagiæ potius mater et sorores.

A *nempe fluvio se sua sponte merserint, idque ne pudicitiæ jacturam facerent. Hoc ipsum confirmatur ex verbis, quæ Eusebius proxime præmittit narrationi suæ de matre ac filiabus; quando ait, nonnullos Antiochiæ,* priusquam caperentur et in insidiatorum manus inciderent, sublimibus tabulatis præcipites se dedisse. *Quibus verbis, teste Baronio,* Eusebius plane noscitur signasse Pelagiam, *paucis usus verbis, quasi putaret factum Virginis, tam admirabile et passim notum, pluribus explicari non debere. Est qui suspicatur, de his matre ac sororibus* S. Pelagiæ, *agi a Chrysostomo sub nominibus* Domninæ, Berenices ac Prosdoces, *Homilia* LI *apud Frontonem libro* III. *Est iterum, qui fieri posse putat, quod Martyrologium Romanum* XIX *Octobris, ubi* Antiochiæ sanctorum Martyrum Beronici, Pelagiæ virginis, et aliorum quadraginta novem *passionem notat, de* Pelagia *nostra ejusque matre ac sororibus intelligi debeat. Sed Chrysostomi orationes de* Pelagia, *aliaque de* Domnina et filiabus *nimis disparata inter se exprimunt loca et circumstantias. Martyrologium vero numerum majorem assignat Martyrum, quam ut* Pelagiæ *nostræ conveniat. Quare de his pluribus agere nunc nihil attinet: attinebit forte ad* XIX *Octobris.*

B

§. III. *Pelagia Antiochena Virgo, an sit Martyr?*

Qui se ipsos perimunt, plerique nefarii.

G*eorgius Cedrenus, in suo historiarum Compendio, loquens de matre ac filiabus, quæ ut pudicitiæ suæ consulerent, sese in aquas præcipitarunt, ait:* Quæstionem esse, sintne eæ Martyribus annumerandæ. *Eadem quæstio institui potest de* Pelagia, *quæ se præcipitavit; eadem de aliis Christianis feminis, quæ aliis modis vitam sibi ademerunt potius, quam peccatum quodvis committerent, aut pudicitiæ jacturam paterentur. Fatendum quidem est, quod actio istiusmodi, qua sibi quis mortem sponte infert, si in seipsa considerata fuerit, non modo non digna martyrii nomine, sed impia nefariaque dici debeat. Fatendum insuper, quod plerumque in eadem impietatis culpa judicandus sit esse, quisquis seipsum interimat, vel ut miserias præsentis vitæ evadat, vel ut ad feliciorem statum transeat, vel ut commissum olim peccatum in se vindicet, vel ut instans ejus periculum evitet, vel denique ut vim pudori suo ne patiatur inferri. Omnia quippe mala ista, quæ morte declinare cupit, minora sunt, quam ut tanto impendio fugiantur: bona vero quæ consequi stulte intendit, tantum abest ut consequi illa via possit, ut æter-*

C *num miser perditurus sit.*

Nonnulli laudati a Gentilibus,

17 *Quid ergo? an nullus se laudabiliter possit occidere, aut occiderit unquam? Laudatur in historiis Romanis Lucretia, nota matrona, quæ violatam pudicitiam sua morte expiavit: laudatur in iisdem Uticensis Cato, cujus* clarissimi excessus Utica, *ait Valerius Maximus,* monumentum est, in qua ex fortissimis ejus vulneribus, *manu propria inflictis ac iteratis,* plus gloriæ quam sanguinis emanavit. *Sed hæc gentilium laus est, nequaquam laudanda Christianis. Laudatur ab his apud Nicolaum Olaum in historia Attilæ, matrona Aquileiensis. Digna nomine, genere nobilis, religione clara, admirabilis pudicitia, venustate perquam decora: quæ cum, occupata civitate sua, audiret Hunnos in obvios quosque ferro, in feminas vero pulcritudine præstantes libidine sævire, in superiorem ædium suarum partem conscendit, statuens mori potius quam vim pati; cumque re ipsa illam sibi parari a milite quopiam, forma ejus capto, videret, in subjectum Natizontem fluvium sese præcipitem dedit. Laudantur similiter apud Procopium, de bello Persico lib.* 2 *cap.* 8 *(ubi de occupata per Chosroem Antiochia)* geminæ illustrium istius civitatis civium uxores, quas ferunt urbe egressas, cum in manus hostium (quos

alii etiam a Christianis,

jam ubique circumcursantes videbant) venturas se intelligerent, et ab iis metuerent turpem in corpora sua vim, ad fluvium Orontem cucurrisse, vultus obnupsisse flammeolis, et in profluentem præcipites periisse. D

18 *Laudantur illæ quidem, ut Christianæ et amantes pudoris; sed an et laudandæ sunt ob incursam sponte mortem, ne libidinem incurrerent ac peccato consentirent? Non sane laudandas ideo, sed summo dedecore dignas censet Augustinus; cum ad similem quæstionem respondet, lib.* 1 *de Civit. cap.* 25. Si detestabile facinus et damnabile scelus est, etiam seipsum hominem occidere, sicut veritas manifesta proclamat; quis ita desipiat, ut dicat: jam nunc peccemus, ne postea forte peccemus? jam nunc perpetremus homicidium, ne forte postea incidamus in adulterium? Nonne, si tantum dominatur iniquitas, ut non innocentia, sed potius peccata eligantur, satius est incertum de futuro adulterium, quam certum de præsenti homicidium? Nonne satius est flagitium committere, quod pœnitendo sanetur: quam tale facinus, ubi locus salubris pœnitentiæ non relinquitur? *Et Cap. sequenti sub finem:* Hoc dicimus, hoc asserimus, hoc modis omnibus approbamus; neminem spontaneam mor- E tem sibi inferre debere, velut fugiendo molestias temporales, ne incidat in perpetuas. Neminem propter aliena peccata; ne hoc ipso incipiat habere gravissimum proprium, quem non polluebat alienum. Neminem propter sua peccata præterita; propter quæ magis hac vita opus est, ut possint pœnitendo sanari. Neminem velut desiderio vitæ melioris; quæ post mortem speratur; quia reos suæ mortis, melior post mortem vita non suscipit. *Neminem item posse, propter declinationem peccati instantis; probat toto capite* 17.

sed non a S Augustino

19 *Nihilominus, salva magni Doctoris, quem et favere nobis mox videbimus, auctoritate hac; aio, laudabilem esse* Pelagiam *nostram, et ob amorem castitatis, et ob mortem ipsam, amore ejus per præcipitium quæsitam ac inventam, atque hanc martyrii nomine decorandam. Potest id ostendi ex pluribus Tabulis ecclesiasticis, quæ summam hac in re fidem obtinere debent. Quotquot enim vidi, vidi autem Græcas et Arabo-Ægyptias, et Latinas fere omnes hoc die* Martyrem *faciunt* Pelagiam *expressis terminis; uti docent citata* §. 1 *verba ex Martyrologio Romano, Menæis Græcorum, et Vita S. Luciani: nec non e Sanctis Patribus; Chrysostomo, qui ipsam* beatam Martyrem *vocat; et Ambrosio, qui in ipsa* martyrii extare exemplum *affirmat.* Martyrem *similiter expresse appellant Vita Sanctorum non ita pridem editæ Venetiis, lingua nunc Græcis vulgari, sub hoc titulo,* Μηνὶ Ἰουνίῳ ἐννάτῃ, τῆς ἁγίας μάρτυρος Πελαγίας, τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ. Mensis Junii die IX, sanctæ Martyris Pelagiæ Antiochenæ. *Item Molanus in Auctario Usuardi:* S. Pelagiæ, Virginis et Martyris Antiochenæ, quæ se ex tecto præcipitavit, ne in illusorum manus incideret. *Similia habet Canisius in Martyrologio Germanico. Denique tabulæ Arabo-Ægyptiæ satis exprimunt Martyrium ejus, cum inquiunt;* Certamen S. Pelagiæ Antiochenæ.

imo et Martyres aliqui appellati

a Martyrologiis et SS. Patribus:

F

nempe Pelagia

20 *Eodem modo* Sanctas ac Martyres *facit Ambrosius* matrem ac sorores Pelagiæ, *cum descripta illarum morte, ait;* sanctam matrem, licet sensu carentem pietatis, tamen adhuc servasse amplexum *filiarum*... nam quas ad martyrium junxerat, usque ad tumulum vendicabat. *Quid de sanctissima virgine* Apollonia, *quæ omnium scriptis ac linguis prædicatur Martyr, nonne se ipsa interemit et sponte sua in ignem insiliens? Et cur interemit?* Ne impia *cum impiis* verba proferret. *Testatur enim Martyrologium Romanum de ipsa* IX *Februarii, quod* cum persecutores

mater ac sorores ejus,

et S. Apollonia

A res, constructo ac succenso rogo, comminarentur vivam se eam incensuros, nisi cum eis impia verba proferret; illa paululum intra semetipsam deliberans, repente se de manibus impiorum proripuit; et in ignem, quem paraverant, majori sancti Spiritus flamma intus accensa, sponte prosilivit. *Occidit igitur se* Apollonia; *occiderunt et* Pelagia, materque ac sorores *ejus: occidit se illa, ne impia verba proferens peccaret; occiderunt se istæ, ne libidini corpus exponentes, pudicitiam perderent ac peccato consentirent: mors* Apolloniæ *proponebatur, sed intra minas adhuc stabat persecutorum; proponebatur et* Pelagiæ *ac sociabus, post violata earum corpora haud dubie inferenda. Quamobrem cum paria inter ipsas fuerint pleraque omnia; dicendum, pari quoque Spiritu intus motas, mortem per se ipsas anticipasse, ut periculo peccandi se subducerent, et castæ ad castissimum sponsum citius advolarent. Utque illud fecit Apollonia,* majori Spiritus sancti flamma intus accensa, *quam erat externa rogi; ita debet etiam in* Pelagia *idem Spiritus sanctus singulari modo operatus esse; cum eque hanc atque illam Martyribus sanctis annumeret Ecclesia.*

21 *Quid ad hæc Augustinus? Negantem supra audivimus, cuiquam licere quavis de causa sibi mortem* B *inferre. An igitur ab Ecclesia dissentiat, mortem* Apolloniæ Pelagiæque *laudibus prosequente? Absit: imo consentit: cum cap. 16 de Civit. admittit,* sanctas feminas tempore persecutionis, ut insectatores suæ pudicitiæ devitarent, in rapturum atque necaturum se flumen projecisse, eoque modo defunctas esse: earumque martyria in Catholica Ecclesia veneratione celeberrima frequentari: *non obscure indicans, aut Eusebianam Sophroniam, aut Ambrosianam matrem cum suis filiabus. Addit quidem Augustinus, quod* de his nihil temere audeat judicare, *nemo* [*quo*] *titulo ac modo colantur ac Martyres sint: esse enim Martyres atque coli negare non audet. Mox autem in modum inquirens, sermonem sic prosequitur:* Utrum enim Ecclesiæ, aliquibus fide dignis testificantibus, ut earum memoriam sic honoret, divina persuaserit auctoritas, nescio: et fieri potest, ut ita sit. Quid si enim hoc fecerunt, non humanitus deceptæ, sed divinitus jussæ; nec errantes, sed obedientes; sicut de Sampsone aliud nobis fas non est credere? Cum autem Deus jubet, seque jubere sine ullis ambagibus intimat, quis obedientiam in crimen vocet? quis obsequium pietatis accuset?

quod non negat etiam Augustinus

sed excusat, divino nutu factum esse,

22 *Atque ita dum admittit magnus Doctor, esse nonnullos martyrii gloria decoros, qui se ipsos peremerunt,* C *consentit in eo Ecclesiæ placitis; et dum explicat, quo movente se peremerint, extraordinarium et caelitus inspiratum assignat modum, de quo supra non disputabat. Monet interea, nulli temere imitandum paucorum, qui ab Ecclesia laudantur, exemplum; quia ipsi cum laude fecerunt, quod aliis crimini decernetur:* quemadmodum non ideo sine scelere facit, quisquis Deo immolare filium decreverit, quia hoc Abraham etiam laudabiliter fecit. *Et porro explicans, quomodo ab aliquibus, per sancti Spiritus instinctum, non modo licite, sed etiam laudabilissime agatur, quod aliis omnino illicitum est; pulchre profert exemplum militis,* qui cum obediens potestati, sub qua legitime constitutus est, hominem occidit, nulla civitatis suæ lege reus est homicidii; imo nisi fecerit, reus est imperii deserti atque contempti. Quod si sua sponte atque auctoritate fecisset, in crimen effusi humani sanguinis incidisset. Itaque unde punitur, si fecerit, injussus; inde punietur, nisi fecerit, jussus. Quod si ita est, jubente Imperatore; quanto magis jubente Creatore? *Hactenus Augustinus de licito et non licito suicidio; et nos de suicidarum martyrio; secuti loquendi modum Historico-Ecclesiasticum et antiquorum Patrum; parum pensi habentes, quid de illo subtilius nunc non male disputent Theologi.*

et nulli temere imitandum,

quamvis laudabiliter fiat jubente Deo

D

§. IV. *Pelagiæ ætas. Martyrii tempus. An templum Constantinopoli? Acta.*

Non *multum operæ in assignanda ætate, qua obiit* Pelagia, *ponendum erit; multum erit in determinando æræ Christianæ anno. Ætate enim* puellam *vocat Chrysostomus,* plane adolescentem: *et distinctius Ambrosius,* quindecim fere annorum *ait fuisse, cum quæsita a militibus, per mortem effugit eorum manus. At quoto Christi anno? Silent hic Martyrologia. Nam quod inter omnia solum Basilii Menologium asserit,* temporibus Numeriani fuisse Pelagiam, *factum errore librarii putarimus supra num. 2. Neque enim sub ipso, ad annum CCLXXXIV cæso, potest nata fuisse* Pelagia, puella plane adolescens, et annorum fere quindecim *cum obiit. Obiit autem verosimillime post seculi* IV *annum* III; *tum quod illo anno Diocletiani severissima, et ante illud tempus nusquam visa, publicata sunt edicta adversus Christianos, eorum templa ac libros; tum quod inter Martyres Antiochenos, post publicationem edicti passos, ipsa quoque enumeretur, aut saltem tacito nomine innuatur ab Eusebio, uti supra cum Baronio opinati sumus; tum denique quod in Vita S. Luciani nominatim dicatur* Pelagia *et ejus discipulis fuisse. Lucianus autem a nobis statuitur, in Commentario ad Vitam,* VII *Januarii illustratam, martyrium passus anno* CCCXI.

Annos 15 nata

obiit initio seculi IV,

E

24 *Quid si circiter hunc ipsum annum* Pelagiam *oppetiisse mortem dicamus, et quidem post Lucianum? Quamvis enim oppetiisse possit ante ipsum, et tamen ex ejus discipulis fuisse, quod Vita tantum asserit; nihilominus probabilior videtur in tanta opinio post ipsum obiisse, propterea quod reliqui omnes ejus discipuli, qui in Vita Luciani num. 10 enumerantur, superstites martyrio magistri sui: cur non et Pelagia? cur ipsa sola, si jam mortua, inter vivos recenseatur? Supervixisse autem reliquos, manifeste commonstrat auctor Vitæ, cum ait, aliquos ad ipsum Nicomediam, quo vocatus in quæstionem fuerat Antiochia, venisse; alios non venisse; et ex horum numero fuisse* Eustolam, Dorotheam, et Severum. *Tum addit:* Aiunt autem Pelagiam quoque fuisse ex ejus discipulis, quæ Antiochiæ Syriæ vixit. *Supervixerit igitur et ipsa Luciano, sed non multum; cum uno anno post cessaverit omnino persecutio, sublatis tyrannis, et Constantino Magno, fere solo, rerum potiunte.*

et forte anno ejus II

25 *Baronius in Notis Martyrologii ad* V *Junii ait,* fuisse non tantum Antiochiæ, sed et Constantinopoli celebrem memoriam S. Pelagiæ; ejusque egregiam basilicam, impium Constantinum Copronymum, demolitum esse, ut testatur Cedrenus in Compendio. *Inspexi curiosus Cedrenum, an Pelagiæ huic nostræ potius, quam alteri cuivis templum assereret Constantinopoli, nec aliud reperi apud ipsum, quam quod Constantini Patriarchæ cadaver projectum sit in locum, qui vocatur* Pelagium, ἔνθα πρῶτον ὑπῆρχεν ὁ τῆς ἁγίας Πελαγίας ναὸς, ὃν ὁ θεομισὴς καταλύσας, καὶ τόπον καταδίκων ποιήσας, ubi prius fuerat S. Pelagiæ templum, quod invisus Deo *Constantinus Copronymus* demolitus, locum sepeliendis capite damnatis attribuerat. *Nihil hic de* Pelagia nostra *potissimum, imo ne quidem de* Pelagia Martyre. *Ut nihil hinc pro illa, qua de agimus, Virgine Martyre concludi possit potiori jure, quam pro* Tarsensi *aut* Pœnitente.

Templum Pelagiæ obiectum CP.

26 *Sed penitus paulo inspicere hoc templum lubet, quod alius non S. Pelagiæ, sed S. Pelagii appellatum reperio. De eodem quippe* Pelagio *agens Zonaras:* ὅπου, *inquit,* τέμενος ἦν τοῦ μάρτυρος Πελαγίου, ὃ καθελὼν ὁ ἀσεβὴς, καὶ βόθρον ὀρύξας βαθύτατον, ἐκεῖ τοὺς καταδίκους ῥιπτεῖσθαι προσέταξε. Ubi templum fuerat Martyris Pelagii, quod destruens impius *Constantinus Copronymus*

quod alius S. Pelagii vocatum

AUCTORE C. J.

A *Copronymus*, profundum ibidem puteum effodi jussit, in eumque morte damnatos abjici. *Hæc Zonaras libro* 15, *ubi de S. Stephano juniore, qui sub Copronymo necatus fuit. In ejusdem Vita MS.* XXVIII *Novembris illustranda, vocatur similiter* ὁ τοῦ ἁγίου μάρτυρος Πελαγίου ναὸς Sancti Martyris Pelagii templum, *diciturque ruinæ proximum fuisse, cum illud Imperator iconomachus everti jussit. Habemus igitur, idem templum ab aliis* S. Pelagiæ, *ab aliis* S. Pelagio *tribui: habemus insuper, et hanc et illum,* Martyrem *appellari ab omnibus, præterquam a Cedreno: sed vix habemus, quo sententias illorum Auctorum conciliemus, aut utri Sanctorum præ altero sacrum fuisse dicamus templum illud.*

27 *Agit de eodem templo in sua Constantinopoli Christiana Dominus du Cange lib.* IV *num.* XXVI, *et* S. Pelagiæ Martyri *attribuit. Sed postea illustrans Zonaram, et libro ejus* XV *num.* VII *legens locum, a nobis superiori numero prolatum, ubi templum illud* S. Pelagii Martyris *appellatur, hærere animo, ac difficultatem diversarum sententiarum notare cœpit: putat tamen,* nodum solvisse scriptorem Vitæ MS. S. Pelagiæ Antiochenæ, *seu Pœnitentis;* cui hæc fuit dicata ædes, *ut vult ipse:* Nam, *ait,* eadem est sancta Pelagia cum sancto Pelagio. Quippe eadem Pelagia, ex insigni scorto in sanctam Monastriam B mutata, monasterium hominum virili habitu et eunuchi specie ingressa, ac Pelagii assumpto nomine, vitam in eo sancte exegit, sexu post illius obitum duntaxat deprehenso. *Recte quidem hæc. Et dicatam quoque ... ædem et fuisse Constantinopoli, recte asseruerit; si quo modo* Martyrem *appellari* Pelagium, *seu* Pelagium *illum posse ostenderet. Quod cum ostensum non sit, nec videam quo pacto ostendi possit; aliud excogitandum est, ad conciliandos textus diversos, assignandusque* Martyr, *cui templum dicatum fuerit.*

tribuitur a Cangio Pelagiæ pœnitenti,

28 *Constat ex Commentariis nostris ad Vitam* Pelagiæ Tarsensis *die* IV *Maji: ipsam Constantinopoli aliis homonymis notiorem, templum nomini suo dicatum obtinuisse Peræ trans sinum; verosimiliter, ut iidem opinamur, exædificatum propter allatas eo Reliquias Sanctæ. Cum vero interjectu sinus prohiberentur Constantinopolitani, pro libitu et commodo suo, eo accurrere, ac vota sua sanctæ Martyri solvere; fieri potuit, ut aliud eidem templum in ipsa civitate sua moliti sint, quod diuturno tempore collapsum, Imperator Copronymus æquaverit solo, et locum in cœmeterium morte multatorum converterit.* Martyrem *enim invenire oportet, cui templum illud attribuamus: pro* Antiochena C *autem* Martyre Pelagia *nullum nobis suppetit argumentum aut conjectura; sed nec pro alia quavis ejusdem nominis, præter* Tarsensem, *quamvis et pro illa sat levis sit, quam attulimus, conjectura.*

rectius tribuendum Tarsensi,

29 *At,* S. Pelagii *vocatur templum illud Zonaræ aliisque. Nullum equidem reperio in Oriente* S. Pelagium, *de quo suspicari possim Constantinopoli templum habuisse. Laudatur quidem in Martyrologio Romano* XXV *Martii* S. Pelagius, *Episcopus Laodiceæ,* quod ob fidem Catholicam tempore Valentis exilium et alia passus sit, *sed tamen* quievit in Domino, *et nusquam inter Martyres annumeratur, ut in nostris de ipso Commentariis ad dictum diem videre est. Si tamen Martyrem velis dici posse, ob exilium et ærumnas toleratas; nondum adscripseris ei templum, quin continuo audias, quod objectum nobis modo est: cum idem templum etiam* S. Pelagiæ *vocetur, cur* S. Pelagio *potissimum adscribis? Fuerit igitur templum illud, a Copronymo eversum,* Pelagiæ *potius quam* Pelagii; Martyris *potius quam* Pœnitentis; *et* Tarsensis *potius quam* Antiochenæ, *aut cujusvis alterius. Quod autem* Pelagii *vocetur nonnullis, factum esse potest ex eo quod locus tempore illorum* τὰ Πελαγίου *appellatus sit: unde opinati fuerint, templum quoque,* D *quod ante ibidem extitisse sciebatur,* τοῦ ἁγίου Πελαγίου *potius quam* τῆς ἁγίας Πελαγίας *fuisse.*

Pelagio tributum

forte per errorem tantum.

30 *Sed de triciis istiusmodi, non magni momenti, sit satis: duas quibus* S. Pelagiam *nostram laudavit Chrysostomus, adhuc Presbyter Antiochenus, producamus Orationes: quas edidit pridem Latine Aloysius Lipomannus, Tomo* VII *de Vitis Sanctorum, et ex illo Surius die* IX *Junii. Earum primam eamque prolixiorem edidit postea, etiam Latino-Græce, Fronto Ducæus noster, atque in Notis, illam se promere* e duobus MSS. Christianissimi Regis Henrici IV, in quorum altero adscriptus margini fuit dies Octobris VIII, hoc pacto Μηνὶ Ὀκτωβρίῳ η': *qua die etiam in Menologio inscriptam, supra monuimus. In altero hæc fuit inscriptio,* Ἐγκώμιον εἰς τὴν ἁγίαν παρθένον μάρτυρα Πελαγίαν, τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ. Laudatio S. Pelagiæ Virginis Martyris Antiochenæ. *Hanc eamdem Laudationem,, cum Græce jam legi possit apud Frontonem, Latine tantum hic edimus; adjicientes alteram ejusdem Chrysostomi de eadem Laudationem, utramque e Surii editione.*

Orationes duæ S. Chrysostomi de S. Pelagia

dantur Latine tantum,

31 *Edimus autem illas hoc potius die* IX *Junii, cum plerisque Græcorum Latinorumque fastis, quam* VIII *Octobris; licet Græcis tum iteretur* Pelagiæ *memoria, in Menæis et Menologio, Latinisque etiam celebretur in* E *ecclesia Mediolanensi, ut Galesinius supra num.* 11 *testatur, et Breviaria Mediolanensia docent: nempe impressum Venetiis* MDXXXIX; *et* S. Caroli Cardinalis Archiepiscopi jussu editum; et nunc postremo recognitum *Mediolani* MDCXXXV, *utrumque juxta ritum Ambrosianum: idem docent* Lectiones, a S. Sede Apostolica approbatæ ad illorum usum, qui in ecclesia Mediolanensi Romano ritu utuntur, *editæ Mediolani* MDLXII. *Primum hoc notatum Breviarium,* VIII *die Octobris, tres habet Lectiones proprias de* S. Pelagia, *sed quæ admodum aberrant a veritate historiæ nostræ. Hinc illæ postea eliminatæ sunt, successitque pro tribus una duntaxat propria eaque desumpta e* S. Ambrosio, *prout a nobis num.* 5 *producta est, ut nunc in Breviariis ecclesiæ Mediolanensis, tam Romani quam Ambrosiani ritus, legitur.*

et 9 Junii potius cum plerisque,

quam 8 Octobris cum Mediolan.

qui repudiant nunc Lectiones ejus antiquas,

32 *Atque ex his notare juvat, quam non temere damnandi sint illi, qui receptas olim in ecclesiasticis tabulis Historias subinde nunc reprobant et falsitatis erroresque arguunt, ratione nixi, cum id publica auctoritate noscantur fecisse Ecclesiæ ipsæ, in rebus ac traditionibus suis, quarum alioquin tenacissimæ sunt pleræque nationes. Lectiones Breviarii istius, tametsi perperam applicatæ fuerint* Pelagiæ, *habent nihilominus in veritate fundamentum: decerptæque sunt e S. Ambrosio, lib.* 2 *de Virginibus sub finem; ubi de Virgine Christi sponsa, ad lupanar damnata, et Milite, illam inde mutatis vestibus dimittente, agit, neutrius expresso nomine, sed tantum loco* Antiochia *indicato: quod scientibus,* Pelagiam *quoque Antiochenam, et castitatis servantissimam fuisse, videri potest sufficisse, ut Ambrosianam illam Historiam imprudenter huic applicarent. Nos illam de* SS. Didymo *ac* Theodora, *aut de* SS. Alexandro *ac* Antonina, *hic* XXVIII *Aprilis et* III *Maji illustratis, intellectam a S. Ambrosio putamus; nisi opinari malis simile par Antiochiæ quoque certasse. Sed lectiones ipsas ne omnino pereant accipe.* F

a veritate alienas,

33 I Antiochiæ nativitas S. Pelagiæ Virginis et Martyris. Hæc sacra Virgo, cum diebus ac noctibus orationibus vacaret, urgente persecutionis procella, ab apparitoribus rapta, in medium producitur, et libera voce se Christi ancillam profitetur. Jubent continuo iniquitatis judices, Virginem Christi aut sacrificare aut lupanari prostitui. Confidens in Deum Virgo, idolorum spretis libaminibus, lupanar introducitur: et dum fusis lacrymis divinum imploraret auxilium; ecce

uti hic legere est.

A ecce vir miles, specie terribilis, irrupit in cubiculum, in quo Virgo orabat.

II. Suspicata itaque Virgo, hostem introisse, contremuit. Cui miles : Ne quæso paveas, soror : frater huc intravi, salvare animam tuam. Vestimenta mutemus : conveniunt mihi tua, et mea tibi. Sume habitum, qui abscondat Virginem ; trade qui consacret me Martyrem. Paratus sum mori, ut Virgo conservetur. Mutato igitur habitu, sub militari chlamyde, puella de lupanari evolat, multis extra certantibus, quis primus ingrediens ovem Christi contaminaret.

III. Unus autem ceteris audacior, introgressus exclamat : O mirum ! Puella ingressa est : vir videtur. Recedamus hinc, ne et nos mutemur. Currunt tamen omnes : rapitur miles sub veste feminea; et Christum confitens ad supplicii locum deducitur. Fertur quoque puellam illo cucurrisse, et cum suo vade de nece certasse. Dicebat miles, Ego jussus sum occidi ; te autem absolvit, quando me tenuit. At illa : Non ego te vadem mortis elegi, sed prædem pudoris optavi. Horum denique piam controversiam impiorum gladius diremit : ambo etenim gloriosa morte martyrium consummaverunt. *Sed hæc*
B *veritati minus consona, ab ipsa Mediolanensi Ecclesia, ut diximus, jam reprobata sunt. Vera accipe e duabus Chrysostomi Orationibus.*

ORATIO I

S. Joannis Chrysostomi, Presb. Antiocheni, dein Episcopi Constantinopolitani.

De S. Pelagia Virg. ac Mart.

Devicta per Christum morte

Laudetur et summis præconiis celebretur Deus, quod mulieres etiam ipsæ, quin etiam puellæ, mortem contemnant ac derideant ; virginesque, admodum adolescentes et nuptiarum expertes, ultro inferorum stimulos invadant, neque ob id tamen aliquid grave patiantur. Omnia hæc bona per Christum ipsum, e Virgine genitum, nobis allata sunt ; quandoquidem, post partum illum et ortum maxime admirabilem, mortis vires dissolutæ sunt, et diaboli potentia ita enervata est, ut non a viris solum, sed ab ipsis etiam mulieribus contemnatur ; neque mulieribus tantum, sed vel ipsis puellis ludibrio sit. Quemadmodum enim optimus aliquis pastor, cum leonem pecora ipsa et gregem totum vastantem ce-
C perit, et ipsius dentes evulserit, atque ungues secuerit, jubamque totonderit ; talem reddit, quem vel pastorum pueri contemnant ac derideant, puellisque deinceps illudendum tradit : ita et Christus ipse, cum mortem, naturæ nostræ antea horribilem, et totum genus humanum perterrefacientem, expugnaverit, et omnem ejus timorem dissolverit ; eam virginibus etiam ipsis illudendam tradidit.

illam ultro oppetit Pelagia, pudicitiæ causa.

2 Quamobrem et beata virgo Pelagia, tanta cum voluptate ad mortem cucurrit, ut neque carnificum manus expectarit, neque in judicium ingressa fuerit; sed proprii animi studio, et summa alacritate, illorum sævitiam anteverterit. Parata erat ad cruciatus, tormentaque, et omne suppliciorum genus perferendum : sed metuebat tamen, ne virginitatis coronam perderet. Hinc autem discas, impiorum hominum intemperantiam, Pelagiæ virgini timorem attulisse, quod ab intemperata illorum hominum injuria virgo se submovit ac præripuit. Id quod e marium numero nemo antea facere aggressus fuit : omnes enim ad judicium accesserant, et illic fortitudinem suam ostenderant. At mulieres ipsæ, propter naturæ suæ conditionem, ad injuriam accipiendam paratiorem, talem mortis rationem sibi excogitarunt : nam si licuisset et virginitatem ad finem usque servare, et D
martyrii coronam percipere, ad judicium Virgo cogitavit, dimidiatæ coronæ compotem factam abire, cum utriusque victoriæ palmam assequi liceret : ob idque noluit in judicium accedere, ac intemperantium hominum ad spectaculum proponi, atque procacibus oculis sui aspectus voluptatem præbere, et sanctum illud corpus injuriæ subjicere; sed ex thalamo et mulierum conclavi, ad alterum thalamum, hoc est, in cœlum ipsum ascendit.

EX S. JO- CHRYSOS

magis laudanda quam si per tormenta oppetiisset.

3 Magnum quidem est, carnifices ipsos circumstantes, et hominis alicujus latera fodientes ridere : sed nihilo minus, quam illud, hoc est. Quorum latera fodiuntur, eorum sensus præ tormentorum varietate consumitur ; ut mors ipsa non amplius terribilis, sed liberatio quædam, et urgentium malorum remissio videatur. Pelagia vero, cum nihil tale adhuc passa esset, et corpus integrum atque intactum haberet, neque dolorem aliquem sentiret ; forti quadam excelsi animi magnitudine certe illi opus fuit, ut ex hac vita morte violenta seipsam ejiceret. Quamobrem cum illorum tolerantiam admiraris, hujus etiam, quam diximus, fortitudinem admirare : cum illorum patientiam obstupescis, et hujus generosam mentem obstupesce, quod talem mortem subire ausa fuerit. Noli rem hanc simpliciter prætereas ; sed cogita, quomodo par est teneram illam E
virginem, quæ nihil aliud noverat nisi virginalem aulam, illo tempore affectam fuisse ; cum milites repente irruentes, et ad fores ipsas stantes vidit, qui ad judicium illam vocabant, et per forum pro talibus tantisque rebus pertrahere volebant. Non pater intus erat, non mater, non nutrix, non ancilla, non denique vicinus aliquis aut amicus præsto erat : sed sola a carnificibus illis comprehensa est. Quod enim exire, et carnificibus illis ac militibus respondere, quod os erigere et vocem emittere, quod eos aspicere, quod denique consistere et respirare potuerit, hoc certe tale ac tantum est, ut nemo possit non illud admirari atque obstupescere. Non hæc naturæ humanæ facta : sed Dei, majorem partem conferentis, auxilio id fiebat. At ipsa tamen otiosa non erat : sed a seipsa promptum et generosum animum, voluntatem, propositum, studium et alacritatem afferebat. Divina igitur ope ac benevolentia factum est, ut hæc omnia ad eventum perlata sint. Itaque ipsam et admirari, et beatam dicere merito debemus : beatam, quod Dei præsidium atque opem habuerit ; admirabilem, quod tantam animi alacritatem ostenderit.

Ad carnificum conspectum intrepida,

4 Quis enim non jure obstupescat, audiens illam F
temporis momento tale propositum iniisse, confirmasse, et ad exitum contulisse? Scitis enim omnes vos, quemadmodum post multa, sæpe ac multo tempore cogitata, cum occasio ipsa rei conatum a nobis exigit, si vel paululum timoris mentem nostram corripuerit, formidine repente perculsi consilia omnia effundimus. At vero illa, momento temporis, consilium ita horribile ac formidolosum inire, decernere, et reipsa perficere potuit. Non præsentium virorum terror, non temporis celeritas, non sua ipsius, cui tot insidiæ paratæ fuerant, solitudo, non quia intra domum sola comprehensa fuerat, non aliæ denique res beatam illam Virginem perturbarunt : sed ita secure et præsenti animo omnia faciebat, ut si amici et noti aliqui homines illic præsto essent. Idque jure optimo : non enim erat intus sola, sed consiliarium habebat Jesum ipsum. Ille Virgini præsto erat ; ille ipsius mentem et cor excitabat ; ille animum confirmabat ; solus, inquam, ille metum omnem ejiciebat. Hæc autem non simpliciter Jesus faciebat, sed quoniam Martyr ipsa illius auxilio se dignam ante præbuerat.

consilium in arena capit oppetendæ mortis, et exequitur,

A

Ex S. Jo. Chrysos. delusis militibus,

5 E domo igitur egressa, petiit a militibus, ut sibi liceret redire intro, et vestem mutare. Ingressa vero intro, vestem mutavit, incorruptam pro corrupta; et pro fragili et caduca, stabilem ac sempiternam. Ego vero præter ea, quæ dicta sunt, et illud miror; quomodo milites illi gratiam, quam Pelagia virgo petierat, concesserunt : quomodo mulier viros decepit : quomodo nihil eorum, quæ futura erant, illi suspicati sunt : quomodo ejus dolum non animadverterunt. Neque enim est, quod aliquis dicat, neminem unquam tale quippiam fecisse. Multæ enim fortasse se præcipitarunt, et in mare seipsas injecerunt, pectusque suum gladio trajecerunt, et laqueis colla inseruerunt (nam multa hujusmodi temporibus illis acciderant) sed Deus ipse militum illorum corda excæcavit, ut Virginis Pelagiæ dolum non animadverterent. Quamobrem e mediis retibus Virgo avolavit : et sicut cerva, cum evadit venatorum manus, in quas inciderat, ad alicujus montis verticem, venatorum pedibus et telorum jactibus inaccessum, statim confugit, ac deinde a cursu desistit, e loco illo sine timore aliquo eos despiciens, a quibus antea insidiæ parabantur : ita et Virgo illa, cum in ipsas venatorum manus incidisset, et

B

parietibus ipsis, velut quibusdam retibus, comprehensa esset ; cucurrit, non in montis verticem, sed in ipsum cœli fastigium, quo nulla erat ipsis accedendi facultas : deinde illinc vacuis manibus eos revertentes aspiciens, gaudebat, cum infideles homines redargutos, et multo rubore adspersos videret.

cum confusione redeuntibus ad Judicem,

6 Cogita quale illud fuit, sedente Judice, adstantibus carnificibus, paratis tormentis, universa multitudine collecta, cum milites ipsi expectarentur, qui Pelagiam adducerent; omnesque præ voluptate gestirent, et tamquam ebrii essent, prædam in manibus se habere sperantes; tunc illos ipsos, qui ejus rei causa missi fuerant, vultu in terram demisso redeuntes videre, factumque illud narrantes audire. Quantum dedecus, quantum mœrorem ac probrum omnibus impiis illis tunc fuisse, par est? Qua tristitia, quo vultu, et rubore perfusos milites illos rediisse, credimus; qui reipsa didicerant, se non cum hominibus, sed cum Deo bellum gerere? Joseph, quo tempore a domina sua insidiis petebatur, vestem impuris ac scelestis barbaræ mulieris manibus detentam reliquit, et nudus exiit. Pelagia vero, neque corpus suum ab intemperatis illis hominibus tangi passa est ; sed cum anima ipsa corpore denudata in cœlum ascendisset, et sanctam suam carnem apud

C

hostes reliquisset, ita dubios et perplexos adversarios reddidit, ut nescirent quid agerent : neque enim habebant, quid reliquiis illis deinceps facerent. Talia sunt perfecta Dei opera, rerum desperationem ad multam facilitatem, sibique adversantium res, quæ videntur facillimæ, ad extremam desperationem transferentis.

7 Quid enim difficultate illa majus, in quam puella tunc inciderat? Quid facilitate illarum, quas milites tunc tractabant, planius videri poterat? Habebant puellam intus solam comprehensam, domo ipsa velut carcere quodam conclusam, et tamen

in quo mira Dei virtus eluxit,

redierunt, prædam non assecuti. Contra puella ipsa, cum omnibus auxiliis atque adjutoribus deserta esset, neque ullam evadendi viam haberet, sed prope illarum ferarum manus se positam videret; ex ipsis faucibus, ut aliquis diceret, abrepta, omnium insidias diffugit, et milites ac judices principesque illos superavit; idque eo tempore, quo omnes se illius victores futuros, sperabant. Postea vero, quam puella ipsa mortua est, tunc in majorem desperationem inciderunt, ut discerent Martyrum mortem, Martyrum esse victoriam. Hoc perinde fuit, acsi,

D

undarum impetu ad ipsum portus aditum irruente, navigium merce copiosa et margaritis pretiosis refertum, cum jamjam ab illa ipsa fluctuatione submergendum esse videretur, periculum mox diffugiens, ab ipso aquarum impetu impulsum, quam celerrime ad portum transmissum esset. Sic militum illorum invasio ac terror, cum omnibus undis formidolosior incidisset, fecit, ut multo celerius puella festinaret ad cœlum ascendere : quæque navim ipsam submersura videbatur unda, illa salvam ad tranquillum portum transmisit : ac deinde corpus illud, omni fulgore splendidius, ex alto deferebatur, diabolum id videntem feriens. Non enim ita fulgur, e cœlis demissum, nobis terribile videri solet, ut Martyris corpus, fulgure gravius, dæmonum turmas tunc perterrefecit.

8 Sed ut discas non sine divina providentia id factum fuisse, hoc præcipue licet aperte intelligere, ex ipsius Virginis proposito et prompto animo; quodque milites illi Virginis dolum non considerarint, sed quod illa petierat, libenter concesserint; quod denique ad exitum res ipsa perducta sit. Licet etiam nihilominus et ex ipsa mortis ratione hoc intelligere.

ac providentia,

E

Multi enim e sublimi tecto dejecti, nihil mali passi sunt : alii vero, quibus corporis membra læsa et mutilata fuerint, post casum ipsum multo tempore superfuerunt. At in Virgine nihil tale Deus ipse fieri permisit : sed statim jussit animam corpus relinquere, eamque ipse accepit : quippe quæ, quantum satis fuit, certaverat, et rem omnem impleverat : non enim mors illa ejusmodi casus, naturam, sed Dei jussionem, consecuta est. Jacebat igitur corpus illud, non in lecto aliquo, sed in solo. Nec propterea tamen honoris expers erat, quia in solo ipso jacebat : sed solum ipsum ex eo fuit honoratum, quod corpus illud tam gloriosum excepit : quin imo quia in terra jacebat, eo ipso corpus illud erat honoratius. Hujusmodi enim sunt injuriæ, quæ propter Christum accipiuntur, ut honoris cumulum nobis afferant. Jacebat igitur in solo ipso, et angusto quodam loco : sed Angeli Pelagiæ corpus circumdabant, et Archangeli omnes honorabant : Christus denique ipse præsens erat. Nam si domini mortuos servos aliquos nobiliores ad sepulturam deducunt, neque id erubescunt : multo magis Christus ipse Virginem, quæ ejus causa libenter animam emiserat, et tantum periculum susceperat, præsentia sua honorare non recusavit. Jacebat itaque illa, et epitaphium habebat martyrium quod susceperat, confessionis ornatu decora; et veste, omni regali purpura pretiosiore induta. Erat autem vestis illa du-

etiam cadaver virginis honore afficientis.

F

plex, una virginitatis, altera martyrii. His funebribus donis ornata Virgo hæc, ad tribunal Christi assistit.

9 Talem habitum et nos viventes ac mortui nobis ipsis parare studeamus; illud scientes, quod qui auratis vestibus corpus suum exornaverit, nullam ex ea re mortuo homini utilitatem attulerit; quinetiam multorum invidiam et reprehensionem excitaverit : quippe qui, neque in morte, ambitiosus et falsæ gloriæ appetens, esse desierit : at si virtute se ornarit, multos etiam post mortem sui laudatores habebit. Etenim ipsis etiam regalibus aulis apud omnes homines splendidius erit sepulcrum illud, ubi corpus jacuerit, quod cum virtute ac pietate vixerit. Hujus rei vos ipsi testes estis, qui divitum monumenta, quamvis aureis vestibus contecta, tamquam speluncas quasdam prætereuntes; ad sanctam hanc Virginem, multo cum studio et animi alacritate, accurritis : quoniam, cum martyrio, confessione et virginitate, multæ et aureæ vestis loco, funus suum ornarit, hinc postea discessit. Hanc igitur pro viribus et nos imitemur. Contempsit illa vitam hanc : contemnamus

Exhortatio ad animam virtutibus ornandam,

A contemnamus et nos delicias, irrideamus sumptuosos apparatus, abstineamus a crapula et ebrietate, fugiamus voracitatem.

ad festum Pelagiæ digne celebrandum,

10 Non temere hæc nunc dico, sed quoniam multos video, postquam concio hæc dimissa fuerit, ad ebrietatem, ad cauponas et mensas illas, quæ sunt in hospitiis publicis, et ad alia inhonesta opera statim reversuros. Quamobrem precor vos et hortor, ut semper sanctam hanc Virginem in memoria et mente habeatis, neque concionem hanc celebrem dedecoretis; non denique fiduciam nostram, ex hoc die festo ad nos proficiscentem, imminuatis. Etenim non temere cum Gentilibus disserentes hujus diei festi celebritate gloriamur; eamque objicientes, erubescere illos facimus, cum dicimus, quemadmodum urbem integram ac totam, tantumque populum puella una mortua singulis annis ad se attrahit, idque post tam multos annos, neque tempus ullum honoris hujus seriem interrupit. Verum si senserint, quæ in hac celebritate committuntur, majore laudationum parte privati erimus. Hæc enim multitudo, quæ nunc præsens est, si bene ordinata ad nos accedere posthac studuerit, ea res maximo nobis B erit ornamento: at si cum segnitie et negligentia multa hic aderit, probrum et accusationem nobis ea res afferet.

ad incumbendum proximorum correctioni

11 Ut igitur vestra multitudine, charissimi auditores, nos exultare possimus, eodem recto ordine domum revertamini, quo par est eos redire, qui cum talibus Martyribus versati; nam si quis non ita domum redierit, non solum nihil profecerit, verum etiam periculum maximum sibi attraxerit. Scio vos hoc morbo non laborare: sed non satis hoc vobis est ad excusationem, nisi et fratres ipsos, inhoneste se gerentes, ad modestiam maximam, et ad convenientem et compositum statum redigatis. Honorasti Martyrem præsentia tua? eamdem illam et proximorum tuorum emendatione honora. Si enim videris inordinatum risum, atque inhonestum cursum, et illiberalem incessum, indecentemque habitum et figuram; accede, et illos ipsos, qui talia committunt, acerbo et terribili vultu intuere. At contemnent illi, et irridebunt potius. Sume tecum duos vel tres fratres, vel plures, ut qui hæc facit, multitudine ipsa præsente correctus, modestior fiat. Quod si neque sic illorum amentiam represseris, eos ipsos ad Sacerdotes deferas. Sod vix fieri potest, ut ad eam impudentiam illi devenerint, ut si reprehensi ac rogati fuerint, non cedant, verecundentur, et ab inor- C dinata et ludicra chorea se retrahant. Quod si decem, si tres, si duos, si unum tantum lucrifeceris; multam utilitatem tibi comparaveris.

ad honeste per vias incedendum,

12 At multa est viæ longitudo. Longitudinem hanc ad eos quos supra diximus, colligendos sponte subeamus. Multo thuris vapore viam implemus. Honestum quidem hoc est. Verum non tantum via ipsa honesta apparuerit, si, vaporis atque odorum instrumentis per illam totam dispositis, aerem ipsum odoris suavitate perfuderis; quantum si omnes, qui hodie per illam ipsam viam incedunt, Martyris certamina inter se narrantes domum redeant, linguas ipsas singuli pro vaporis instrumento exercentes. An non videtis, cum Imperator in urbem ingreditur, quam composite atque ordinate milites ipsi, ordine utrinque disposito, armati incedunt: vicissim se hortantes, ut quieto et sedato ac reverenti gradu procedant, quo iis, qui eos spectant, compositi et spectatu digni videantur? Illos igitur imitemur: nam et nos Imperatorem deducimus, non corporeum aliquem, aut terrenum, sed Angelorum Dominum. Atque ita ingrediamur, nos mutuo hortantes ad concinne atque ordinate progrediendum, ut non multitudine solum, verum etiam ordine ipso spectatoribus stuporem afferamus. Maxime quidem. Quamvis enim D nemo præsens esset, quamvis soli per viam incederemus, neque sic tamen immodestos nos esse oporteret; divinos illos oculos metuentes, qui semper patent, et ubique præsentes sunt, omniaque intuentur.

EX S. JOAN. CHRYSOS.

scandalaque ibidem vitanda.

13 Nunc vero etiam illud considerate, multos hæreticos hic esse inter nos commistos, qui si vos ita saltantes, ridentes, vociferantes et ebrios viderint, summe nos condemnantes discedent. Quod si aliquis uni alicui homini scandalum afferens, inevitabiles pœnas dabit; nos, qui tam multis scandalum afferimus, quam pœnas daturos putas? Sed prohibeat illud Deus, ut post hos sermones, et hanc admonitionem, aliquis iis vitiis obnoxius inveniatur. Nam si antehac, qui hujusmodi facinora committere audebant, venia digni non erant; post consilium atque increpationem hanc, pœna ipsa multo gravior erit et inevitabilior; tam iis qui hæc faciunt, quam qui fieri vident et contemnunt. Ut igitur et illos pœna liberetis, et vobis copiosiorem mercedem comparare possitis, fratrum nostrorum curam suscipite: ad ea, quæ dicta sunt colligenda atque enarranda eos impellite, ut per totam viam hæc meditantes, et E iis, qui domi remanserunt, mensæ hujus reliquias afferentes, illustre convivium etiam illis habeatis. Ita enim et hujus diei festi gustum maximum percipiemus, et sanctam Martyrem ad majorem benevolentiam provocabimus, vero honore illam prosequentes: quæ majorem etiam voluptatem capiet, si fructum aliquem et utilitatem animas juvantem adepti redierimus, quam si huc venerimus, et postea tumultuari simus. Faxit Deus, hujus sanctæ Virginis, et eorum qui similiter certaverunt, orationibus ac precibus, et ut hæc, et alia quæ dicta sunt, diligenter memoria teneatis; et ut ad opus ipsum omnia conferentes, in omnibus ad finem usque Deo ipsi grati simus: cui gloria sit et imperium, nunc et semper, et in secula seculorum, Amen.

ORATIO II

Ejusdem de eadem.

Diabolus victus

Majore quidem theatro sancta Virgo Pelagia digna esset: magna enim hujus puellæ certamina extiterunt, ob idque copiosiorem theatri frequentiam requirunt. At satis illi tamen est Christus, qui solus pro omni ornamento hujus Virginis panegyrim ac celebritatem præsens exornat: quo F enim loco Christus adest, illic omnium Angelorum chorus præsto est. Et omnes quidem Martyres sua corpora cruciatibus fortiora præstiterunt, ob idque magnum quoddam theatrum adversus diabolum sibi paraverunt; cum incorporeos spiritus corpore ipso superaverint, et carnem suam cum ferro contendentem fortiter exhibuerint. Cum vero etiam puellas ipsas video, pro Christo crucifixo mori gestientes; tunc diaboli temeritatem magis rideo, qui cum permulta vaticinandi loca sibi excogitaverit, quasi res futuras in illis ipsis prænuntiaturus esset, non illud prævideri ac vaticinatus sit, quantum dedecus, quovis risu dignum, hodierno die passurus esset.

et delusus a puella,

2 Quid enim magis ridendum aliquis diceret, quam quod hodie passus est diabolus? Qui licet Virginem irretitam haberet, a præda tamen ipsa excidit; et puellam, quam apprehendit, tenere non potuit; quasi umbram, non Virginem apprehendisset. Nam cum illa simplicitatem columbæ cum serpentis prudentia conjunctam haberet, ut columba quidem simplex comprehensa est, sed ut prudens

A serpens diffugit: quamvis enim esset comprehensa, de victoria tamen non desperavit; neque animo aut consilio capta fuit, licet corpore detenta esset; sed artem quamdam atque consilium excogitavit, quo eorum, a quibus comprehensa fuerat, temeritatem eluderet, et eos tanquam stupidos redderet.

EX S. JOA. CHRYSOS.

3 Sed quidnam hoc fuit? Se consilium mutasse puella simulavit: idque ut credibile videretur, quamvis in tantæ fluctuationis et naufragii periculo constituta esset, vultu tamen ipso hilaritatem præferebat. Figmento igitur illo milites capti, et puellæ hilaritate decepti, humanius in illam se gerere cœperunt. Quæ cum ab ipsis petiisset, ut tamdiu liceret abesse, quoad ornatum sponsæ convenientem sibi indueret; eundi potestatem milites ei concesserunt; quippe qui ea re non solum illi Virgini gratum facturi essent, sed futurum etiam cogitabant, ut a judice ipso magis laudarentur, si puellam veste ornatam duxissent. Illa vero consilii sui compos facta, statim se veste induit, quæ vere decora est. Cum enim animi fortitudine, et resurrectionis spe multa se induisset atque corroborasset, ad ipsius tecti fastigium cucurrit, et illinc seipsam præcipitem dedit. B Itaque palæstræ genus illud exegit, quod, ut magnum quidpiam, aliquando diabolus Domino ipsi proponere ausus fuerat, cum dixit; Si filius Dei est mitte te deorsum.

insidiatores pudicitiæ

per præcipitium effugiente;

4 Hujus puellæ fidem et animi magnitudinem valde obstupesco. Quid enim tunc alia virgo secum ipsa non cogitasset? Dixisset quidem: Do meipsam ex hoc loco præcipitem, cum id facere eo ipso coacta sim, quod stuprum metuo. Laudabile est propositum, modo casum ipsum mors consequatur: quamvis enim in me mortuam hostes debacchati fuerint, id tamen ego non sentiam, meque insciente hoc facient. At si in terram collisæ, corporis membra perfracta fuerint, anima vero in membris permanserit; corporis turpitudinem moleste ferens ac dolens, tunc nihilominus ad Judicem ducta, ea patiar, quæ semper timui: tradent enim stupro corpus ipsum membris læsum, ac me violatam dimittent: sicque duplicem feram calamitatem, tum corporeis membris læsa, tum virginitate spoliata. Hæc satis quidem fuissent, ut aliam puellam perturbarent. At illa ita confisa est, quasi finis ipsius sponsorem aliquem haberet: ob idque prompto animo ad eum casum D festinavit.

animo sibi præsentissima,

5 Itaque puellæ et virginis fortitudine atque animo illo victus es, diabole. Quæ enim Domino ipsi olim proposuisti, ad ea puella quædam ejus famula te provocavit; et ad tecti fastigium accurrens, illinc seipsam jaculata est: cumque a Judice vocata esset, tibi, qui hoc suggessisti, non obtemperavit, neque subdolam pugnam subiit: novit enim versutas cogitationes tuas, cum sæpe virgines ipsas ad Judices, tanquam ad flagella excipienda, vocare soleas, postea vero sine pugna iis, qui pugnam subierunt, acerbius detentas ejicis. At si vere ad pugnam vel ad stadia puellam provocas, congredere nunc cum illa, e tecto se dejiciente, eamque illinc decidentem sustine: audeas contra illam stare, et palæstram experiri. Excita quamcumque velis astutiam. Habes terram pro pugnæ campo: urge nunc gladios ipsos, ut mortem inferas: substerne interficiendis hominibus dura cædis instrumenta: para decedenti puellæ confractionem. Omnes enim quantumvis abstrusas atque abditas artes tuas, velut infirmissimas, illa superavit; quodque majus est, neque illud a Deo exegit, quod scriptum est; Angelis tuis manda de me, Domine, ne unquam offendam ad lapidem corpus meum; sed id petiit, ut animæ præciperet, post casum ipsum e corpore discedere. E

et diabolo ipsi insultante

6 O puellam, genere quidem et sexu feminam, animo autem ipso marem! O virginem duobus nominibus extollendam, quod in Virginum grege, et Martyrum choro numerata sis! O puellam, ita continentem, ut neque aspectu quidem ipso fruendi facultatem intemperato Judici præbueris. Hujus igitur puellæ temperantiam et nos imitemur, et contra voluptates ipsas victoriæ trophæa erigamus: incontinentiæ atque intemperantiæ impetum frangamus, et animum ipsum ad pietatem servandam corroboremus: judices ipsos a tentationibus submoveamus, et cum opportunum est, non abjectos, sed audaces nos præstemus: denique membra nostra, quæ sunt super terram, mortificemus, ut Dominus ipse hoc humile corpus nostrum tale reddat, et in eam conditionem transferat, ut corporis sui formam cum eo communicet: cui sit gloria et imperium in secula. Amen.

ac virginitatis martyrii que laudem merente.

C

DE S. ALEXANDRO MARTYRE

F

EPISCOPO PRUSÆ IN BITHYNIA.

G. H.

Ex Synaxariis Græcorum MSS.

Prusa, *celeberrima olim urbs Bythiniæ et Episcopalis, apud Montis Olympi radices, profert et hoc die* IX *Junii et sequenti duos suos Episcopos Christi Martyres*, Alexandrum *scilicet* et Timotheum. *Hunc constat sub Juliano apostata occisum, ut sequenti die dicetur; at quo tempore* S. Alexander *martyrio coronatus fuerit, non potuimus investigando assequi. Illustris nihilominus ejus memoria celebratur in antiquo MS. Græco Synaxario Ecclesiæ Constantinopolitanæ, ad usum nostrum alias concesso a Patribus nostris Parisiensibus Collegii Claromontani, in quo ista leguntur:* Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, Ἄθλησις τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος, Ἀλεξάνδρου, Ἐπισκόπου Πρύσης· Eadem die IX Junii, certamen sancti Hieromartyris Alexandri, Episcopi Prusæ. *Ejusdem memoriam reperimus Mediolani in Bibliotheca Ambrosiana in libro, O littera et numero* 148 *signato: item Parisiis in MSS. Menæis Cardinalis Mazarini, et Patrum Ordinis S. Dominici Congregationis S. Ludovici, atque etiam Divione in Collegio Societatis Jesu apud Petrum Franciscum Chiffletium: in quo exemplari additur, quod* ξίφει τελειοῦται, gladio consummatur*: hi quoque apponuntur versus:*

Πανευπρεπὴς σοι κόσμος ἱεροσύνης
Ὁ λαμπρὸς ἆθλος, Ἀλέξανδρε, τοῦ ξίφους.
Ornatus ingens Sacerdotii tibi est,
Gladius agonem finiens, Alexander.

DE

DE SANCTIS TRIBUS VIRGINIBUS

MARTYRIBUS EX INSULA CHIO.

Ex MS. Synaxario Divionensi.

G. H.

Chios *est magna insula Asiæ, in mari Ægeo et Icario prope Ioniam, de qua pluribus actum est die* XV *Maji, ad vitam S. Isidori, ibidem sub Decio martyrio coronati. Hinc adductæ dicuntur, sed non additur quo,* tres *pariter* Virgines, et gladio interemptæ, *dum in supra citato MS. Synaxario, Divione a nobis reperto, sic legitur,* Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ. Eadem *hac* die IX *Junii,* αἱ ἅγιαι Μάρτυρες, αἱ ἀπὸ Χίου, καὶ παρθένοι, ξίφει τελειοῦνται. Sanctæ Martyres ex Chio, eæque Virgines gladio perimuntur. *Ubi præpositio* ἀπὸ *patriam videtur denotare, non solum locum ubi captæ et unde abductæ ad supplicium sunt. In eodem MS. adduntur hi versus:*

Ἐστιμμίσαντο τῇ χρόᾳ τῶν αἱμάτων
Νύμφαι Θεοῦ τρεῖς, ἃς ἀνεῖλε τὸ ξίφος.
Divinitatis tres sponsas cruor pinxit,
Colore roseo, qui dedit gladius neci.

DE SANCTO VINCENTIO

B

MARTYRE AGINNENSI IN AQUITANIA.

E

COMMENTARIUS PRÆVIUS

De Actis antiquis et cultu, variisque circa personam et reliquias controversiis.

G. H.

SUB DIOCLET.

Neque S. Caprasii discipulus,

Aginnum *sive* Agennum, *olim urbium Aquitaniæ princeps habita fuit, nunc inter præclaras ejus regionis civitates adhuc censetur, sita prope dexteram Garumnæ fluminis ripam, ubi Æquiranum amnem recipit, estque supra Burdegalam, a qua circiter viginti leucis Gallicis distat, vulgo* Agen *dicta. Primus hujus urbis Episcopus habetur passim* S. Caprasius, *ejusque discipulus* S. Vincentius Levita et Martyr, *de quo* illud *apud Sammarthanos* ex ejus Proprio: B. Vincentius eodem ordine fuit ordinatus ab ipso B. Caprasio, quo B. Stephanus ab Apostolorum Principe B. Petro. *Imo et* B. Vincentius *a Saussayo, et forsan ab aliis recentioribus pluribus, etiam S. Caprasii in Episcopatu habetur successor. Verum cum Gregorio Turonensi et antiquis Lectionibus Ecclesiæ Aginnensis infra proferendis,* B. Vincentium *solum* Levitam *agnoscimus, a quocumque Episcopo, qui ignoretur, ordinatum,*

neque Episcopus videtur fuisse;

Nam S. Caprasium, nobilissimi Fausti filium, et juvenem decoratissimum, *ac* Christi Martyrem, *nominant MSS. antiqua. Acta quoque et apud Surium* XX *Octobris, et apud Labbeum in Appendice ad Tomum 2 Novæ Bibliothecæ, et apud Bellovacensem lib. 12 cap. 135 extant, nulla dignitatis Episcopalis aut alterius sacri Ordinis suscepti mentione. Consentiunt autem illis omnia passim Martyrologia, tam manu exarata quam typis excusa, etiam sub nominibus Usuardi, Adonis et aliorum, cum Martyrologio Romano ad diem* XX *Octobris, quod tunc latius erit discutiendum.*

et prior illo passus:

Antonius Dadinus de Alteserra, lib. 4 Rerum Aquitanicarum cap. 17 asserit, sub Diocletiano anno Christi CCCLXXXII (*forte* CCLXXXXII *legendum*) Vincentium Diaconum Aginnensem capite truncatum: *at* S. Caprasium, nobilem adolescentem Aginnensem, anno CCCIII cæso capite martyrii lauream adeptum. *Seposito ergo* S. Caprasio, *Acta* S. Vincentii *proferimus.*

inscribitur antiquis Fastis.

2 *In pervetusto Martyrologio Flori, quod cum genuino Martyrologio Bedæ ante Tomum 2 Aprilis edidimus, ista ad hunc* IX *Junii leguntur:* Aginno, passio S. Vincentii Martyris, qui Leviticæ stolæ candore micans, pro amore Christi martyrium adeptus, magnis sæpissime virtutibus fulget: *atque hæc ex libro Miraculorum Gregorii Turonensis desumpta sunt. Usuardus ista solum habet:* In Galliis civitate Agenno, passio B. Vincentii, Levitæ et Martyris. *Ado et Notherus aliique addunt,* loco Pompejaco; *quo scilicet corpus delatum fuisse infra in Actis dicitur. Consentiunt passim alia Martyrologia cum Romano.*

Dantur Acta passionis ex MSS.

3 Historiam passionis ab incolis retineri, *asserit jam citatus Gregorius Turonensis, quam scriptam circa annum* CCCXI, *post corporis revelationem translationemque, sed hactenus desideratam, nacti sumus, ex insigni MS. pergameno Passionali cœnobii Bodecensis Canonicorum Regularium S. Augustini in Westphalia, a Joanne Gamansio ibidem descriptam; et contulimus cum altera Vita, quam ante descripseramus, ex Codice MS. Ultrajectino Ecclesiæ S. Salvatoris, sed contractam.*

F

et lectionibus propriis.

Si quis tamen velit primaria Acta fuisse longe pleniora, unde alia quædam accepta in antiquis Lectionibus inveniantur, nolumus ea de re controvertere; et ideo illas ipsas Lectiones e Gallia submissas subjungimus iis quæ damus Actis: ipsas enim etiam habuit Saussayus, easque in Supplemento Martyrologii Gallicani more suo amplificavit, tacite sic rejiciens, quæ ante ad hunc IX *Junii ediderat. Ibi indicatur translatum esse corpus ad Conchense monasterium, cujus in prioribus Actis nulla fit mentio; uti nec Ecclesiæ ad ejus honorem Pompejaci erectæ.*

constructio basilicæ ex Fortunato:

Leontium Archiepiscopum Burdegalensem condidisse, et exornasse aliquas S. Vincentii basilicas, testatur Fortunatus, auctor illi coævus lib. 1 Carminum Poemate 8 et 9: quod utrumque infra damus. Aliqua Ecclesia S. Vincentii *anno* DLXXXV *illustrata fuit cælesti visione, cum eam milites violassent in civili bello, quod Gunthramnus susceperat ad persequendum Gundebadum, qui se Chlotharii filium fingebat, et Burdegala Convenas fugerat.*

et poema in violatores ejus

Rem gestam Gregorius tunc Episcopus Turonensis describit, lib. 1 de Gloria Martyrum cap. 105, et lib. 8 Historiæ Francorum cap. 35. Quæ etiam loca constituimus addere, ut lector omnia sub unum quasi conspectum habeat.

4

A

AUCTORE G. H.

Memoria 6 Novemb.

4 *Sammarthani in Episcopis Aginnensibus, ubi de S. Caprasio pag.* 86 *et* 87, *inter multa de* S. Vincentio *etiam dicunt sequentia.* Plurimæ religionis est, Aginnensem populum, anniversaria pompa, die sexto Novembris, *in montem vicinum; ecclesiamque ibi erectam* conscendere cum suo Magistratu; quem noxis ritu per confessionem expiatum, cœlesti pane illic refici, institutum est; ut scilicet sospitali huic Divo gratulentur, quod ejus beneficio pestilentia abierit anno MDCXXIX. Variæ per hanc diœcesim reperiuntur ædes, hujus Martyris memoriæ consecratæ; sed insignis in Manso Aginnensi (*vulgo* le Mas de l'Agenois) quod oppidum ad Condomiensem nunc diœcesim pertinet, ubi et Collegium Canonicorum. *Hæc Sammarthani, reliqua commodius infra ad Acta notantur.*

pestis sublata: variæ ejus ecclesiæ.

5 *Saussayus, ut supra indicavimus, longa elogia* S. Vincentii *habet, tum in ipso Martyrologio Gallicano, tum in Supplemento ad hunc* IX *Junii, ac præterea ad diem secundum Junii ista scribit:* Agenni, natalis sanctorum Martyrum Vincentii, Primi et Feliciani; quorum egregia pietas et fides, tormentis et sanguine profuso magnifice declarata, mortem eorum et apud Deum pretiosam, et coram hominibus gloriosam eorumdem memoriam reddidit. *Hæc ibi, phrasi omnibus Martyribus communi, conjungendo disparatissima inter se, eaque ab hoc* IX *Junii ad diem secundum perperam transferendo. In apographo Martyrologii Hieronymiani Blumiano ad hunc diem, ista leguntur:* In Gallia Pompejæ Martyris. *et in apographo Lucensi:* In Gallia Popejæ, Primi et Feliciani. *Pro quibus nimium intricatis aliquanto distinctius in apographo Corbeiensi Parisiis excuso sic habetur:* In Gallia Pompejaci passio S. Vincentii Martyris. Nomentana civitate passio SS. Primi et Feliciani Martyrum. *Sunt ergo distincti loco,* Primus et Felicianus *Martyres Romani, via Nomentana sepulti, uti latius in eorum Actis hoc ipso die dicitur, et* S. Vincentius, *passus Aginni, atque translatus Pompejacum. Et forsan ex simili errore* SS. Primus et Felicianus Fratres, *visis tormentis illatis S. Caprasio, de quo supra actum, se huic adjunxisse Aginni, et martyrio coronati dicuntur in Actis SS. Caprasii et Fidei, relatis a Surio ad diem* XX *Octobris et apud Labbeum in Nova Bibliotheca Tomo* 2 *pag.* 530. *Sed magis probatur quæ in Appendice dicti Tomi 2 alia habetur* Passio S. Caprasii, *sine mentione S. Fidei, aut SS. Primi et Feliciani Martyrum. Habemus et nos MSS. Acta Martyrii SS. Caprasii et Fidei, absque ulla* SS. Primi et Feliciani *notitia, uti et alia MSS. S. Fidei absque mentione S. Caprasii et SS. Primi et Feliciani. Antiquiora denique Martyrologia solum referunt S. Caprasium ad diem* XX *Octobris, quando poterit hæc controversia definiri.*

Non sunt illi jungendi S. Primus et Felician.

B

C

6 *Alia quæstio hic suboritur, de* translato corpore S. Vincentii ad monasterium Conchense, *uti hisce nudis verbis infra in secundis Actis dicitur. Quod sub hac amplificatione refertur a Saussayo in Supplemento:* Divinitus factum est, ut sacræ ejus exuviæ, de Pompejacensi ecclesia ad monasterium sancti Salvatoris, Conchense dictum, nunc collegium secularium Canonicorum in diœcesi Ruthenensi, transferrentur una cum S. Fidis inclitæ Martyris (quæ Vincentium ipsumque ejus consecratorem Caprasium in pugna fidei puella fortis præcesserat) pretiosis pignoribus: ubi etiamnum in magna reverentia conservantur. *Hæc Saussayus, multa coacervans, quæ ex jam dictis satis corruunt: nulla enim invenitur societas fuisse* S. Vincentio *cum S. Caprasio et S. Fide: imo singuli seorsum videntur collocandi, ac forsan diversis temporibus martyrio coronati; quorum primus diu ante alios ab Altaserra collocatur S. Vincentius. Quod autem potissimum huc spectat, non sunt ejus Reliquiæ, ad cœnobium Conchense una cum S. Fidis pretiosis pignoribus translatæ: hæc enim fuerunt quadam furtiva industria ab Aronisdo Monacho Conchensi e propria ecclesia sublata, et Conchas circa annum* DCCCXC *devecta, cum loco Caroli Simplicis, regno Franciæ præesset Odo Aquitanus: uti accurate indicant Acta Translationis quæ habemus et soluta et stricta oratione conscripta;* unde et S. Fidis de Conchis monasterium nuncupari *docent Sammarthani. Nulla interim ibi fit mentio Reliquiarum* S. Vincentii, *ibidem asservatarum, aut eo translatarum; quare de illis optaremus diligentius inquiri, et admoneri.*

An Reliquiæ Conchas translatæ.

D

7 *Colitur idem* S. Vincentius Martyr *etiam in Archiepiscopali Poloniæ Ecclesia Gnesnensi Officio trium Lectionum, et in Episcopali Cracoviensi Ecclesia fit Commemoratio ejusdem, sed die sexta Junii uti discimus ex accurato Catalogo e Polonia ad nos misso: sed quæ hujus cultus occasio fuerit, non divinamus; veremur autem, ne corpus aliquod sub eo nomine illuc Roma allatum sit, et hic ex Gallia perperam assumptus.*

Cultus in Polonia 6 Junii

ACTA MARTYRII

Ex MSS. Bodecensi et Ultrajectino.

E

In Aginnensis quondam urbis territorio, regione *a* Metensium, quæ una est de nobilioribus civitatibus Galliæ, sacrilega Paganorum turba solito more convenerat, ceremonias non veræ religionis, sed falsæ seductionis exercere in templo, diis suis consecrato. Quo videlicet inhabitantes dæmones, fallacia sua, convenientis ibidem vulgi mentes oculorumque acies fallebant; ut putaret se plebs illa miserabilis aliquid operis divini in simultatibus ludentis diaboli intueri. Nam per ejusdem templi fores, quasi ad nutum alicujus inibi constituti numinis, aut ut verum dixerim, inhabitantis dæmonis *b*, rota flammis circumsepta, solita erat prorumpere; et a summo collis vertice in præterfluentis amnis gurgitem, in præceps deorsum propere devoluta, percurrere; rursusque a flumine ad ædem templi devio rotatu, vana vomens incendia, remeare. Hæc autem omnia fallacissimus ille et invidus bonorum omnium diabolus ideo faciebat, ut persuaderet miseris hujusmodi phantasmate, quatenus crederent eum esse quod non erat.

a

Præstigias dæmonis in rota ignea, deorsum et sursum voluta,

b

2 Ad memoratum itaque delubrum, uti jam enarrare cœpimus, Præses antedictæ urbis cum multa plebium turba convenerat, et ad progredientis rotæ igneum gyrum ingentis populi sollicitudo pendebat. Inter quas populorum catervas S. Vincentius, decus Martyrum mox futurus, ut credendum est, miseratione Dei, ne populi diutius illuderentur, exhibitus, et nulli antea incolarum cognitus, celeri, quantum rei exitus docet, martyrio coronandus advenit; et quænam hæc populi esset celebritas, solicitus Dei cultor agnovit. Nec eum doli latere diaboli potuere; qui erat verus Dei famulus et fidelis cultor Domini nostri Jesu Christi. Prorumpenti ergo de templo huic fraudulento diabolicæ machinationis operi, Athleta Christi elevata sursum dextera signum Crucis opposuit; atque illico omnis diabolici phantasmatis illusio, facto signaculo veræ Deitatis evanuit, et numquam inibi fallacia nequissimi deceptoris mentes hominum in posterum seducere tentavit.

S. Vincentius signo Crucis evertit:

F

3 Attonitus est Præses ad potentiam Numinis illius, cujus virtute perspicit vacuata Dei sui incendia; et signaculo veri Numinis extinctam religionem suam subito deplorat et irrisam. Exagitatus itaque furiis, sanctum Dei famulum catenarum vinculis præcepit implicari, et vinctum Dei hominem

A nem ad templi Dei sui aditum jubet usque perduci; sperans pœnis Martyrem Christi vincere, vel de numinis sui destructione dignam ultionem reddere. Tunc insania perfidi hostis cœpit debacchando furere; nam diabolus, de fano suo extrusus, habitaculum sibi elegit in Præside; justoque Dei judicio id actum est, ut S. Vincentius, glorioso martyrio coronatus, celerius migraret ad cœlum; et Præses, agitante diabolo supplicium accepturus sempiternum, præceps descenderet in infernum. A lictoribus igitur ad quæstionem Præsidis vir beatus, supplicus innocens mancipandus, attrahitur: a quo Præses furibundus, satellitibus iniquis circumseptus, nomen illico, patriam, genusque perquirit. Cui nihil vir inclitus respondens, nisi tantum se servum Christi, et Vincentium c nomine, profitetur.

captus,

et quæstioni subjectus, fidem Christi profitetur:

4 Cumque invictissimus Christi testis sæpius interrogatus, nihil aliud, nisi servum se Christi et Vincentium nomine, respondisset; commotus nimio furore Præses, despici se ab eo [ratus], elevatus solio, furibundus exclamat; et post hæc defossis in humum satis alte tripartitis d sudibus, Sanctum Dei jubet extendi. Adhibitis ergo hinc inde verberibus, B cum teneram corporis cutem crudelis lacerator scinderet, et hominem Dei ad nullam mœstitiam permovere posset; ipse etiam auctor sceleris et illator suppliciorum exhorruit, sanctumque virum duci ad locum haud longe remotum a templo præcepit. Absolutis itaque a patibulo membris, laceratus quidem, sed spiritu alacri robustus; cum ad assignatum locum ducentes celerior anteiret, et segniores se prodeuntes lætus increparet, propter spem victoriæ et martyrii coronam sibi jam de proximo paratam; Præsidem, illaturum membris quietem potius quam mortem, triumphum magis quam interitum, lætus expectat. Præses post paululum, eo sævior quo ille hilarior videbatur, ad constitutum locum diabolo comitante subsequitur. Adest apparator mortis, hominem Dei percussurus. Attollit cervicem Martyr intrepidus, et cadenti deorsum gladio, gloriosioris vitæ beatitudinem deferenti, sine cunctatione collum extendit. Fit beati capitis pretiosa desectio: Dei servi spiritus post triumphum, cœli conscendit ad præmium.

c

extensus crudeliter cæditur

d

et capite plectitur

5 Corpus juxta solitum telluris sortitur e hiatum, ad tempus quidem pro confessione nominis Christi depositum, sed in æternæ vitæ gaudio cum gloria resumendum. Quæ omnia probabiliter gesta, et diruta C nunc dæmonis templa, et erecta in melius Martyris tecta testantur. denique ex eo tempore numquam aut sacrilegi Paganorum cultus, aut dæmoniorum phantasmata in loco illo paruerunt: tantum beneficii, per effusionem sacri cruoris et interventum beati Martyris, Christus Dominus contulit in partibus illis. Latuerunt autem sancti Martyris membra per ter dena aut eo amplius lustra f; quo tanti temporis emenso intervallo, cuidam boni operis Christiano beatus Martyr Vincentius in somnis apparuit: et locum sepulturæ ipsius manifesta indicatione detegens, ut corpus suum ad locum alium nomine g Pompejacum, quinque ferme millibus a Nemeto constitutum, transferretur, edixit. Sancti igitur et religiosi viri, Pompejacensis loci Presbyteri, relatione hujus revelationis edocti, ad indicatum locum cum grandi fide ac reverentia convenerunt: et sagacius inquirentes, quod revelatum fuerat, post tanti temporis spatia, reperiunt; sancti Martyris corpus illæsum, post tanta supplicia, tantique temporis intervalla, nullo tabo lividum, nullis compagibus dissolutum, nullis vermium morsibus exaratum. Ad electum ergo Martyris locum, juxta præfatæ revelationis admonitum, effossa a fidelibus B. Vincentii Christi Athletæ membra gestantur; et Pompejaco,

e

Corpus humi depositum,

f

post 150 circiter annos repertum illæsum,

g

in complacito sibi solo, venerabiliter uti dignum D erat, tumulantur. Factumque est, divina annuente clementia, ut neutro loco beneficia beati Martyris deessent; altero, pretiosi corporis præsentia dotato; altero, miraculorum et virtutum exhibitione decorato. Credimus enim providam humanarum necessitatum Dei providentiam, ideo beati hujus Martyris membra in Pompejacensis soli gremio voluisse locari, ut magnum quid incolis beneficii tribueret præsentia tanti tumuli. Oremus ergo Dominum Deum nostrum, ut qui Martyribus suis tanta tribuere pro nominis sui confessione dignatur, nos quoque peccatores misericordiæ suæ expertes non patiatur: præstante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

ex MSS

Pompejacum transfertur.

ANNOTATA G. H.

a *Ita constanter MSS. Suspicor tamen* Nemetensium, *ex infra scripto* Nometo; *seu etiam* Vernemetensium *legendum, ex secundo Poemate Fortunati, quod inscribitur de* Basilica S. Vincentii Vernemetis: *quamquam hic quoque* Metenses *vere dictos aliquos, æque ac in Lotharingia eos qui et* Mediomatrices, *colligi datur ex oppidi* Mezin, *Aginno septem leucis distante ad Occidentem, quod a* Mettis *seu* Medus, *ita dictum videtur; sicut vulgo appellatur* le Messin *Mediomatricum jam dictorum regio.* E

b *Sammarthani hanc illusionem ita describunt.* Exoriri videbatur rota, et ex templi penetralibus emicare in aerem, ac sublime ferri inflammata..... Rem miram ignaro rudique populo faciebat, quod rota scintillantibus ac flammeis orbibus volutaretur, ac dissilientibus omnem in partem fragmentis, cum fragore dissoluta perrumperetur, et in flumen Garumnam præcipitare fragmenta omnia uno puncto temporis cernerentur. At tunc multo majores plausus movebantur, cum ex undis emergens quasi redivina rota, eadem qua ante fulgoris pompa, iisdemque flammarum præstigiis, qua via et quo venerat modo, in eadem adyta templi, ex quibus primum eruperat, se conditum ibat. *Quæ arbitramur eleganti oratoris calamo ita exornata atque amplificata.*

c *Forte legendum hic est infra,* Nominati.

d *Scilicet duobus ad utramque manum et uno ad pedes.*

e *Id est,* sepulcrum. F

f *Ergo circa an.* 440, *si vere sub Diocletiano passus Vincentius est.*

g Pompejacum, *an jam in Registro beneficiorum diœcesis Aginnensis appellatur* parochia S. Vincentii, *cujus Patronus est Abbas Clarmacensis, relinquo istic decidendum, et nobis indicandum.*

h *Ita MS. Ultrajectinum: in Bodecensi iterum* Metensi *legitur, quod jam dixi oppidum* Mezin *posse credi: in Lectionibus infra legitur* Reonemense.

ALIA ACTA MARTYRII

Ex antiquis Lectionibus Ecclesiæ Aginnensis.

Beatissimus Vincentius, Levita Agennensis; ut a Patribus traditur reique declarat eventus; quadam die, dum pro more suo intentus esset in cœlum, confestim Angelicam promeruit admonitionem, quatenus ad martyrii palmam festinaret intrepidus. Itaque non immemor factus tantæ admonitionis, munitus undique vexillo sanctæ Crucis, velut alter Elias quo vocat eum Spiritus, adire deliberat quantocius. Tandem solicitus adeo suæ vocationis, ut erat

Angelico monitu

EX MSS.

a Christum prædicans

A erat totus in Deo positus, non longo post temporis intervallo, quoddam Agennensium oppidum invisit festinus, quod *a* Velanum agris Reonemensis ruris dicebat antiquitas. Cumque ibi in Sancto prædicationis munere consisteret, idolorumque cultores a variis superstitionibus retraheret; tentus ab apparitoribus, quasi auctor sceleris, catenarum vinculis atrociter implicatur; atque ad Præsidis audientiam innocens suppliciis mancipandus adductus, tribunali ejus satellitibus undique septus statuitur.

Præsidi sistitur:

Quem videns Præses, confestim eum verbis compellat amaris. Tunc es, inquiens, ille scelestissimus, qui nostrorum deorum culturam abominaris, et eorum potentiam quibus nescio incantationibus ad nihilum redigere conaris? Aut sacrificiis quibusque amaritudinem offensæ Majestatis dulcare contende; aut pœnarum inauditis generibus te procul dubio attrectandum crede.

ad quæsita se Christi famulum et Levitam ait:

2 Quod B. Vincentius audiens, nullum super his responsum illi dare voluit; sed Christum tacito corde precabatur, ut sibi in omnibus auxiliari dignetur. Cumque sic faceret, et nec de his, quibus percunctabatur cuipiam verbum faceret; subinde Præses notitiam nominis, et patriæ ac generis exquirit relicto cultu Christianæ religionis; ut his cognitis, B possent deinceps secretum ejus noscere dulcibus verbis. Cujus verba athleta Christi despiciens, genus ac patriam, quod sibi superfluum videbatur postponens; se Vincentium nomine, etsi indignum Christi tamen famulum ac Levitam esse, conspectu omnium nullo metu territus non cessat clamare. Præses vero nimium commotus, se ab eo non ambigens, surrexit e tribunali, atque cum maxima indignatione circumstantibus ait: Quid hunc adduxistis sacrilegum? Intelligo equidem virum non esse sani capitis, quoniam noluit dare responsum interrogantibus. Et quia genus servorum suppliciis emendatur, adigatur tormentis, ut sic quiescat ab insania mentis. Tripartitis itaque sudibus in terram, defossis hinc inde verberibus contunditur, flagellatur, cutis rumpitur, sanguis effunditur, caro per frusta ungulis discerpitur; sed mirum in modum in magis magisque lætus efficitur; et ut sævius agatur, alacer hortatur.

3 Cumque torvus lanista lacerando deficeret, virumque Dei nulla mœstitia afficerent, qui nihil aliud nisi Christum corde ac voce habebat; torqueri eum Præses diutius jubet; ut vel sic Christum, etsi non negando, taceret. Ergo ut vidit B. Vincentium jam C jamque finire stadium, ac labilis vitæ propemodum terminare cursum; præcepit a sudibus eum solvi, et ad delubrum duci, quatenus vel aris thus adolens sacrificando, deorum injuriam Præsidisque iram placaret, aut gladio vitam finiret.

templum et idola precibus dejicit:

Cum autem nec prece nec pretio assensum daret, nec visione tormentorum animum flecteret, solvitur a patibulo, membris pridem etsi laceris, spiritu tamen alacer ac robustus. Nec solum divino spiritu confortatus sacrificare contempsit, verum et templum cum idolis præceps orando dedit. Proinde data sententia, ducitur B. Vincentius ad victimam; sed facta oratione, signo Christi munitus, tanto amplius lætus, quanto per coronam victoriæ, quæ imminebat, ad Christum properabat intrepidus. Ad destinatum autem locum Præses cum suis satellitibus advolat, ut vel ejus morte exsatiatus, et injuriam deorum vindicaret, et suæ vesaniæ finem faceret.

b capite plectitur

Adest lictor qui eum percuteret, adeo torvis ac minacibus membris, ut solo ictu *b* imminentis gladii, vitæ cursum terminaret. Hortatur futurus Martyr lictorem, ut feriat, cujus spes ac spiritus corona jam dudum potitus erat: sicque B. Vincentii capitis gloriosa desectio, inclitum Levitam insignemque Martyrem reddidit cœlo.

Corpus post 150 annos revelatur: c

4 B. Vincentii Agennensis Martyris, post multa D tormentorum supplicia, præciso tandem capite; Christiani perpauci, qui tunc temporis ibidem aderant, corpus illius colligentes, metu Gentilium, altius maluerunt *c* terræ scrobibus condere, quam cunctis irreligiose evidenter ostendere. Quod quidem per dena eoque amplius lustra Fideles etiam latuit, ut ne quis vel qualis meriti, vel ubi esset, solicitus fieret indagator, sed nec investigare curaret. Peractis vero tot annorum spatiis, non est passus Deus Martyrem suum sic latere ulterius, quatenus lucerna, multis adeo lucem datura, in domo Dei esset exposita. Quemdam igitur bonæ opinionis virum, non adeo in longinquo positum, admonuit; et locum beatæ sepulturæ et Martyris nomen edocuit.

reperitur incorruptum,

5 Itaque ut certior de visione fieret, nec ut solet, quid inde dubitaret; totius seriem martyrii, ipsis seculis inauditam, curavit sibi texere manifesta indagatione. Factus ergo compos tantæ visionis, ne quid temere ageret, prius intra se deliberat, quod postmodum faciat. Castrum quod ab incolis Pompejacum dicitur, fere quinis millibus a Reonemense separatum, expetiit; ac Clericis, inibi Deo servientibus, quid sibi fuerat revelatum exposuit. E Pompejacenses, Deique Presbyteri tantæ revelationis compotes facti, inæstimabili gaudio jucundati, accelerare festinant quæ audita didicerant. Itaque ut ad indicatum perveniunt locum, a Domino quærendum indicant suffragium, quatenus qui extitit incitator, fieri dignaretur et ostensor. Primo vigiliis, jejuniis, et orationibus incumbunt, et postmodum fide et devotione locum sepulturæ perquirunt. Effossa tellure, quæ humatis corporibus superducitur, divino tandem indicio, quo patent omnia, corpus Martyris inveniunt; adeo incorruptum post tanta supplicia, post tanta temporis intervalla, ut nulla tabe luridum, nullis vermium morsibus attractum, nullis etiam compagibus dissolutum videretur, acsi eodem die sepulturæ esset illatum.

transfertur Pompejacum, inde Conchas.

6 Inventum itaque corpus Martyris, e sepulcro levatur: ac multis populorum turbis comitantibus, quas ibidem convocarat dies festus, ad destinatum locum, Pompejacum scilicet, ut vir Dei monuerat, usque gestatur; et condigno honore, immensis cum laudibus, tumulatur. Post multa vero annorum curricula ab eodem loco elevatum, et divino nutu in F collegium *d* Conchense translatum, cum maxima illic reverentia veneratur. Quamvis autem idem locus, ipsius pretiosissimi corporis præsentia ditatus, meritisque sanctificatus, innumeris virtutibus glorificetur: non tamen loculum prioris sepulturæ privatum sua benedictione credimus: quem præsentia tumuli miraculis pridie effulgere cernimus.

ANNOTATA G. H.

a *Saussayus* Velaunum agrum Reonemensis ruris *appellat. Verum* Velaunorum *urbs est* Podium, *vulgo* Le Puy en Villay, *procul inde in Aquitania prima situm.*

b *Erat scriptum* munimentis, *sed absque sensu, forte errore amanuensis, et posuimus* imminentis.

c *Sammarthani tradunt,* sacras ipsius Reliquias in montem furtim abreptas fuisse, et sepultura locatas in spelunca: *in qua fertur delituisse,* quam in templum et piorum ars concinnavit, et religio consecravit..... ut qui locus viventem obtexerat, mortuum illustraret, clarumque prodigiis exhiberet, non plebeiæ tantum multitudini, sed proceribus etiam atque principibus, quos certa in memoria est, Galliarum Reginam jugum montis superasse, tam sanctas constat

A constat custoditas fuisse Reliquias; donec tandem Conchas translatæ sunt.

d *De Conchensi monasterio supra actum.*

HISTORIA ECCLESIÆ

Ex Venantii Fortunati lib. I *Carminum.*

POEMA VIII.

Tempore vita brevis, meritis fit longior almis,
 Angustosque dies tendit honore fides.
Post finem sine fine manet mens debita Christo,
 Linquens turbam hominum stat sociata Deo.
Hac ope suffultus Vincentius extat in ævum,
 Gloria martyrii cujus optima viret :

Genus martyrii,

Vertice succiso rapuit qui ex morte triumphum,
 Et nova de terris proles ad astra volat.
Credidit unde necem, Sancto dedit hostis honorem,
 Percussorque magis morte perenne jacet.
Vicerat ille miser, hunc si jugulare nequisset :
 Nam abstulit unde caput, contulit inde polum.
Hujus amore novo pia vota Leontius explens,
 Quo sacra membra jacent, stannea tecta dedit.

ecclesia ornata.

B Et licet eniteat meritis venerabile templum,
 Attamen ornatum præbuit iste suum.
Præmia succedant, operanti longa salutis
 Hujus ut obsequiis culmina sancta juvent.

Habuit Ecclesia Burdegalensis duos consequenter Leontios, virtute et factis claros : quorum unus alteri successit anno circiter DXLI, *et hic est de quo agitur, defunctus haud diu post* DLXIII. *Carolus le Cointe utrumque dicit ut Sanctum coli. Primum,* XXI *Augusti; Secundum,* XV *Novembris; sed Hieronymus Lopez, illius Ecclesiæ Canonicus Theologalis, negat ullum talis cultus extare vestigium in antiquis novisque fastis.*

POEMA IX.

De basilica S. Vincentii Vernemetis.

Cultoris Domini toto sonus exit orbe,
 Nec locus est ubi se gloria celsa neget.
Sed cujus meritum scimus percurrere mundum,
 Hujus ubique viri surgere templa docet.
Ecce beata nitent Vincenti culmina, summi,
 Munere martyrii, qui colit astra poli.
Promptus amore pio, quæ Papa Leontius olim
 Condidit, eximio consolidata loco,

Ecclesia condita

Nomine Vernemetis voluit vocitare vetustas,
C Quod quasi fanum ingens Gallica lingua refert.
Auspicii præmissa fides erat ante futura,
 Ut modo celsa domus staret honore Dei.
Hic etiam Sanctus, Domini suffultus amore,
 Virtutis summæ signa tremenda dedit.

et dicata.

Nam cum templa Dei Præsul de more dicavit,
 Martyris adventu dæmonis ira fugit :

* *al.* parte

Redditur incolumis quidam de * peste maligna;
 Cui vidisse Pii templa, medela fuit.

Miracula

Emicat aula potens, divino plena sereno,
 Ut merito placeat hic habitare Duo.
Nunc specie suadente loci ac virtutis honore,
 Evocat huc populos, hinc decus, inde salus,
Qui plebem accendit venerandæ conditor * arcæ,
 Talibus officiis præmia justa metet.

**al.* arcis

3 *Cardinalis Baronius, in suis ad hunc* IX *Junii Notis, asserit,* de hujus *S. Vincentii* basilica, et miraculis ibi factis, scripsisse Venantium Fortunatum elegans epigramma, extans lib. I Carminum. *Ast hujus Sancti immemor, inter tot diversa studia, cum ad annum* 542 *num.* 6 *retulisset* Reliquias S. Vincentii Cæsaraugustani Martyris *(ut die* XXII *Januarii deduximus) a Chlothario et Childeberto Regibus in Gallias portatas, erectamque illi Parisiis basilicam, addit,* non Parisiis tantum, sed pluribus Galliarum

alibi a S. Vincentio Cæsaraugustano non distinctus :

D civitatibus, celebrem S. Vincentii fuisse memoriam, ejusque sacras Reliquias honore cultas claruisse miraculis, *quod postea anno* 560 *num.* 15 *applicat eidem S. Vincentio, et ipsum secundum poema Fortunati integrum refert. Hinc forsan arrepta occasio apud recentiores Hispanos, asserendi* S. Vincentium Agennensem, *a S. Valerio Cæsaraugustano Episcopo prædicationis causa Cæsaraugusta in Gallias missum, et ibi martyrio coronatum, ejusque corpus fuisse e Gallia in Hispaniam ad urbem Valentiam allatum, ac postea ad Castrense Galliæ cœnobium translatum. Quæ omnia magna cum rerum omnium confusione ad hunc diem refert Tamayus Salazar in Martyrologio Hispanico, auctoritate potissimum Helecæ poetæ, cujus carmina creduntur nuper composita. Reliquias; Castrum delatas, esse* S. Vincentii Cæsaraugustani *late ex Aimoino, et carmine et prosa, deduximus* XXII *Januarii, neque Lubet hisce fabulosis narratiunculis refutandis diutius inhærere.*

Ex MSS

4 *Sed revertamur ad ceteras* ecclesias S. Vincentii *quas a* Leontio Papa *aut conditas* et dedicatas, *aut* ornatas, *dixit supra Venantius Fortunatus. Fuit enim Leontius iste secundus, totus in ecclesiis Sanctorum construendis, restaurandis et exornandis : et hoc de basilicis SS. Martini, Nazarii et Dionysii Martyrum,* E *Bibiani et Eutropii Episcoporum Santonensium, atque Deiparæ Virginis, idem Fortunatus qui tum florebat, testatur libro* I *Carminum, Poemate* 6, *et* 10, *ac sequentibus usque ad finem libri, ubi passim de Leontio agit. At quo loco fuerint* basilicæ S. Vincentii *suprascriptæ, non facile definiri potest; quia in Registro beneficiorum diœcesis Burdegalensis indicantur duodecim aut etiam plures parochiæ, sub isto nomine dicatæ : inter quas in Archipresbyteratu regionis inter duo maria seu flumina, Garumnam et Dordonam sitæ, sunt quatuor parochiæ* S. Vincentii, *cognominatæ* de Floyraco, du Prat, de Carignan, du Moulon, *unde facile alia aliqua potuit ad* Garumnam *fuisse, altera e* 10 Vernemetis, haud procul Burdegala constructa *dicitur a Cointio ad an.* 562 *num.* 20, *sed qua de causa aut conjectura id definiat non explicat, et nos de eo nomine haud paulo aliam conjecturam supra formavimus.*

et Cæsaraugustæ vixisse fingitur.

Variæ hujus Sancti ecclesiæ

MIRACULUM

Pœnæ in violantes Ecclesiam illatæ.

Auctore Gregorio Turonensi.

F

Ad Galliarum Martyres recurramus. Vincentius, Agennensis urbis et ipse Martyr (cujus passionis historia ab incolis retinetur) Leviticæ stolæ candore in Ecclesia Christi micans, magnis sæpissime virtutibus fulget : in pervasoribus rerum suarum plerumque ultor severus existit. Tempore autem illo, quo contra Gundebadum commotus exercitus, ad Conveniensem urbem directus est; ab hujus hostilitatis multitudine basilica ejus vallatur tota. Erat enim in ea plebs omnia rerum suarum præsidia habens, confidensque de reverentia Martyris, quod nullus ea præsumptione temeraria auderet attingere : et obseratis ostiis se ab intus cum rebus incluserat. Circumdantes autem hostes, cum aditum, per quem ingrederentur, invenire non possent; ignem ostiis ædis subjiciunt; quem diu multumque succendentes, non apprehendebant valvæ; donec impulsu securium comminutis, ingressi sunt, diripientes res, populumque inclusum in ore gladii trucidantes. Sed non diu hæc res remansit inulta : nam alii a dæmone correpti, nonnulli in flumine Garumnæ necati, multi etiam a frigore occupati, diversis in partibus diversorum morborum genere vexabantur. Nam vidi ex eis multos in Turonico territorio, qui in hoc fuerant mixti

Lib. 1 Miraculorum cap. 105 narratur

quomodo irrumpentes in ecclesiam

A mixti scelere, graviter trucidari, et usque ad vitæ præsentis amissionem intolerabilium dolorum cruciatu torqueri. Multi enim ex his confitebantur, se judicio Dei ob injuriam Martyris fuisse morti pessimæ destinatos. Ecce quantum Deus præstat Martyribus suis : ecce qualibus eosdem laudibus Christus Dominus, bellorum fidelium inspector, honorat : ecce quantum ipsius nominis dignitas Christiani, si non Gentilium more aut inhiemus cupiditati, aut luxuriæ serviamus. *Hæc Gregorius Turonensis de Gloria Martyrum : quæ idem nonnullis circumstantiis additis ita describit lib. 7 Historiæ Francorum cap.* 35.

AUCT. GREGORIO TURONENSI

2 Audierant eo tempore Duces Gunthramni Regis, Gundobaldum ultra Garonnam in littore residere, cum ingenti hostium multitudine : ipsosque thesauros, quos Regunthis tulerat, secum retinere. Tunc impetu facto, cum equis Garonnam nando transiere, nonnullis de exercitu in amne demersis. Reliqui in littus egressi, requirentes Gundobaldum, invenerunt camelos cum ingenti pondere auri atque argenti, sive equos, quos fessos per vias reliquerat. Audientes deinceps eos infra muros urbis Convenicæ commorari, relictis plaustris ac diversis impe-B dimentis cum populo minore, robustiores viri ipsum, sicut jam Garonnam transierant, insequi destinant. Quibus properantibus venerunt ad basilicam S. Vincentii, quæ est juxta terminum Agennensis urbis, ubi ipse Martyr pro Christi nomine agonem dicitur consummasse, inveneruntque eem refertam diversis thesauris incolarum. Erat enim spes incolis, non esse a Christianis tanti Martyris basilicam violandam, cujus ostia summo studio obserata erant. Nec mora : appropinquans exercitus, cum reserare templi valvas non valeret, ignem accendit ; consumptisque ostiis, omnem substantiam cunctamque supellectilem, quam in ea invenire potuerunt, cum sacris ministeriis abstulerunt. Sed multos ibi ultio divina conterruit. Nam plerisque manus divinitus urebantur, emittentes fumum magnum, sicut ex incendio surgere solet. Nonnulli arrepti a dæmone, per energiam debacchantes, Martyrem declamabant. Plurimi vero, semoti a seditione, propriis se jaculis sauciabant. Reliquum vero vulgus in ante non sine grandi metu progressum est.... Nonnulli autem ab exercitu, quos fortior avaritiæ aculeus terebrabat, longius evagantes, perimebantur ab incolis. *Hæc Gregorius Turonensis, quem audacter, sed falso arguit*

juxta terminum Agennensis urbis,

Josephus Scaliger, patria Aginnensis, si Brictio et D *aliis creditur. Hic libro 6 de Emendatione temporum, typis Roverianis anno* 1629 *recuso, pag.* 618. Hujus Vincentii Aginnensis, *inquit*, basilica erat non longe Lugduno Convenarum ad Vallem Caprariam, cujus basilicæ etiam hic auctor meminit lib. 1 Miraculorum cap. 101. Vallis Capraria distat Aginno plusquam itinere quatridui. At Gregorius perperam interpretatur fuisse juxta terminum Aginnensis urbis.... Quare mire alucinatur noster Gregorius. *Sic Scaliger : sed ipsummet alucinari ostendit* 1 *Fronto Ducæus in epistola ad Rosweydum nostrum, quam adhuc servamus. Ejus, dictum locum illustrantis, hæc verba sunt :* Familiaris est sermonis, terminos, non urbium pomœria vel amburbalia spatia, sed ipsos nominari districtus. Unde convincimus erroris Scaligerum, qui S. Vincentii Aginnensis historiam perperam intellexit; et quia turpiter alucinatus est, Gregorium existimavit alucinari. Et tamen fuit nimis credulus Scaligero Browerus, cum scripsit sibi hærere aquam, quia basilicam Gregorius ait fuisse juxta terminum Aginnensis urbis, quod de Martyre, non de basilica dictum oportuit. Cur enim, quæso, dictum oportuit de Martyre et non de basilica? Quia F somniavit Scaliger, scriptorem, quem legerat Gregorius, scripsisse, milites irrupissse in basilicam S. Vincentii, sitam ad urbem Convenarum, qui Martyr juxta terminum urbis Aginnensis dicitur martyrium Consummasse. Unde illud ἐξυντυχεῖτο Scaliger? Dicit Gregorius, Gunthramni milites, cum ad Convenas pergerent, trajecisse Garumnam, ac deinde S. Vincentii basilicam illis occurrisse ; hanc deprædatos, esse mox a Deo punitos ; reliquum vulgus, quod iram divinam evasit, non sine grandi metu progressum esse, ac dein ad Convenas conventum esse. Non ergo necesse est, inde intelligamus basilicam S. Vincentii, propinquam Lugduno Convenarum : potuit enim statim, trajecto Garumna circa portum Alinzomæ, cujus meminit Paulinus, hoc est post septem leucas, occurrere S. Vincentii basilica, quæ totidem leucis Aginno distat (nunc dicitur Gallice, le Mas d'Agennoy, Mansus Agennensis, oppidum illud in quo Reliquiæ S. Vincentii servabantur usque ad tempora bellorum civilium) ac deinde milites ad Convenas perrexerunt. Lege, relege historiam : plane alucinatum esse Scaligerum fateberis. *Hæc Fronto Ducæus, cui subscribimus.*

in quo Gregorium arguens Scaliger

ipsemet hallucinatus probatur.

C

DE SANCTO MAXIMO PRESBYTERO

F

MARTYRE ALEXANDRIÆ.

G. H.

Ex vetustis Martyrologiis.

Celebris est memoria hujus Sancti Martyris in pluribus Fastis : sed dolendum, quod in illis solis et absque ullis Actis martyrii : ab aliis vero hujus nominis Martyribus inde tantum distinguimus illum, quod fuerit Presbyter, *et* Alexandriæ *sit passus. Illum referunt quatuor Martyrologii Hieronymiani apographa, his verbis :* In Alexandria, Maximi Presbyteri. *In tribus apographis adjunguntur quinque Martyres, sed quos Nicææ coronatos mox referimus. Eumdem, sed nullo verbo addito, referunt antiqua MSS. Richenoviense, Rhinoviense, Trevirense S. Maximini, Leodiensia S. Lamberti et S. Laurentii, Bruxellense S. Gudilæ, Reginæ Sueciæ ab Holstenio vulgatum, MS. Florarium, et alia ; uti etiam, sed pala stra omissa, MSS. Pragense, Augustanum, Parisiense Labbei, Grevenus denique in Auctario Usuardi : sed semper in omnibus eum* Presbyterum *fuisse indicatur.*

A D

DE SANCTIS DIOMEDE, AMANTIO,

MUCIANO, ALEXANDRO, JANUARIO,

MARTYRIBUS NICÆÆ IN BITHYNIA.

G. H.

Antiquissimum Martyrologii Hieronymiani apographum monasterii Epternacensis, relato in Alexandria Maximo Presbytero, *ista subjungit :* In Nicæa civitate, Diomedis, Amanti, Muciani, Alexandri : *quibus* Januarius *additur in tribus aliis apographis, ubi Amanuensium oscitantia fuerunt omissa ista verba*, in Nicæa civitate. *Omnia optime distinguuntur in MS. Martyrologio Reginæ Sueciæ, per Holstenium vulgato, in quo ista leguntur :* In Alexandria natalis S. Maximi Presbyteri. In Nicæa civitate natalis S. Diomedis, cum aliis quatuor : *quorum nomina expressimus. Eodem modo ab aliis distinguuntur in MSS. Bruxellensi S. Gudilæ,* B *Medicæo et Strozziano apud Florentinos, ubi ita legitur :* In Nicæa civitate, Dionysii, Amantii, Motiani et Januarii, *omisso* Alexandro. *Et qui loco* Mutianus, *hic scribitur* Motianus, *etiam* Modianus *et* Monanus *alibi nominatur. In Vaticano Ecclesiæ S. Petri, alioque Bibliothecæ Vaticanæ num.* 1449, *et Ultrajectino Ecclesiæ Collegiatæ S. Mariæ, nec non apud Usuardum, Bellinum et alios, de primo Martyre ista habentur;* Nicææ natalis S. Diomedis. *Hujus, omissa palæstra, mentio fit in MS. Pragensi, uti* Alexandri et Januarii *in altero Vaticano S. Petri, Leodiensi S. Laurentii ac Trevirensi S. Maximini. Nomen* Amantis, *sive* Amandi, *loco* Amantii *et* Januarii, *legitur in MS. Barberiniano, et solum* Januarii *in MS. Casinensi et Altempsiano. Atque hæc ex variis MSS. Sed et iis usus Maurolycus, ista scribit;* Nicææ, Sanctorum Diomedis, Amaranthi, Motiani, et Januarii Martyrum. *Quibus similia leguntur apud Felicium et Galesinium, sed hic loco* Motiani *habet nomen* Montiani, *et apud eosdem* Amaranthus *est, qui aliis* Amantius. E *Ex his omnibus ita deductis, stabilitur antiqua lectio, de corona martyrii, eisdem* Nicææ in Bithynia *collata.*

DE SANCTIS QUINDECIM MILITIBUS

MARTYRIBUS ROMÆ.

Ex eodem et MS. Cardin. Francisci Barberini.

G. H.

Martyrologium MS. quod Romæ reperimus in Bibliotheca Eminentissimi Cardinalis Barberini, hos SS. Martyres nobis ita repræsentat. Romæ passio sanctorum militum, numero quindecim. *Quo itidem eodem numero referuntur in apographis Martyrologii Hieronymiani, Lucensi et Blumiano; item in MSS. Trevirensi S. Maximini, Leodiensibus S. Lamberti et S. Laurentii et MS. Florario atque in Martyrologio Notkeri excuso ex MS. Bibliothecæ S. Galli inter antiquas Lectiones Canisii. In apographo Corbeiensi solum censentur* milites tredecim. *Reliqua cum eorum nominibus latent.*

DE SS. ORESTE, DIOMEDE, ET RHODONE,

C

MARTYRIBUS APUD GRÆCOS.

F

Ex Synaxariis MSS.

G. H.

Illustre MS. Synaxarium Græcum Ecclesiæ Constantinopolitanæ, quod pertinet ad Collegium Claromontanum Societatis Jesu Parisiis, hunc diem IX *Junii auspicatur ab hisce tribus Martyribus; sed dolendum, quod nullum illorum elogium, sicuti aliorum ibidem adjungatur. Verba sunt ista .* Die IX ejusdem mensis Junii, certamen sanctorum Martyrum Orestis, Diomedis, et Rhodonis. *Eadem leguntur in MSS. Menæis Græcis, quæ ipsi reperimus in monasterio Cryptæ-Ferratæ in Latio, Parisiis in Bibliotheca Cardinalis Mazarini et Patrum Ordinis S. Dominici Congregationis S. Ludovici, et Taurini in Bibliotheca Ducis Sabaudiæ. Est aliquis* Rhodon Martyr, *a nobis ex MSS. Latinis relatus* III *Januarii. At varii Martyres, nomine* Orestis *et* Diomedis, *reperiuntur in Fastis, tam Latinis quam Græcis; sed nusquam hi tres aut duo illorum conjunguntur.*

DE SS. ANANIA ET CODRATO

MARTYRIBUS APUD GRÆCOS.

G. H.

Ex iisdem Synaxariis MSS.

Quod nos Divione in collegio Societatis Jesu ***reperimus apud Petrum Franciscum Chiffletium*** *Synaxarium, exhibet sæpe illustres Sanctos, alibi non satis cognitos, atque inter illos ad hunc* IX *Junii* Sanctum Martyrem Ananiam gladio occisum, *ubi hi subduntur versus.*

Τὴν γλῶσσαν εἶχεν ὡς σπάθην κατὰ πλάνης,
Ἀνανίας ὁ Μάρτυς, ὃν κτείνει σπάθη.
Martyr Ananias, ense qui mortem tulit;
Habuit errores contra, linguam pro ense.

Sunt varii Sancti, Ananiæ *nomine insigniti, a quibus facta disquisitione hunc arbitramur diversum esse. His positis adjunctum illi socium suppeditant MS. Synaxarium Ecclesiæ Constantinopolitanæ, imo et MSS. Menæa Mazarini, et Patrum Dominicanorum Congregationis S. Ludovici Parisiis, in quibus indicatur* ἄθλησις τῶν ἁγίων Μαρτύρων Ἀνανίου καὶ Κοδράτου: Certamen Sanctorum Martyrum Ananiæ et Codrati. *Eosdem omissa voce* ἄθλησις *habet Synaxarium nostri Collegii Parisiensis. Martyrologium quod ex Arabo-Ægyptiaco Latinum fecit Gratia Simonius Maronita, postea Tripolitanus in Syria Archiepiscopus; et nobis* ***Roma transmisit Athanasius Kircherus, etiam ad hunc*** *diem* IX *Junii refert eorumdem nomina. Quis autem fuerit error, contra quem* Ananias *gladio linguæ certarit, an Idololatriæ, quæ passim in ejusmodi versibus venit nomine* Πλάνης; *an Hæreseos, quæ ipsa merus error est; non divinamus.*

DE QUINQUE VIRGINIBUS CANONICIS

THECLA, MARIAMNA, MARTHA, MARIA, ENNEIM,

MARTYRIBUS IN PERSIDE.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

De earum conditione, actis, ætate.

Sec. IV.

Erant hæ in matricula ecclesiæ ministrorum scriptæ,

Quæ sit fueritque prima origo et definita notio harum vocum, Canonicus *et* Canonica, *inter personas ecclesiasticas apud Latinos, varii varie disputant; præ ceteris erudite argumentum hoc ventilat Nicolaus Desnos, in libro cui titulus* Canonicus Secularis et Regularis. *Apud Græcos ea res controversiam non habet: ex pluribus enim auctoritatibus, quas in Glossario infimæ ac mediæ Græcitatis collegit doctissimus Cangius, apparet quod* Κανὼν τῆς ἐκκλησίας, *idem sit, quod Latinis* Matricula ecclesiæ *cujusque, continens descripta nomina personarum sexus utriusque, ipsius Ecclesiæ ministerio deputatarum, et de proventibus illius sustentari solitarum. Ita, ut prætercam Concilii Nicæni Canonem* 19, *S. Athanasium in Vita S. Antonii, et S. Epiphanium in Hæresi Meletianorum, aliosque; atque de mulieribus hic solum agam; illis quos modo nominavi Patribus proximi ævi scriptor Socrates, lib.* 1 *cap.* 17, *in sermonem adducit* τὰς παρθένους, τὰς ἀναγεγραμμένας ἐν τῷ τῶν ἐκκλησιῶν κανόνι; Virgines, ecclesiarum Canoni inscriptas: *et tales fuerunt ad quas extant Epistolæ S. Basilii,* 300 *et* 302; *prima quidem toti earum Collegio scripta, postquam ipsi nuntiaverat Bosporius Episcopus, deposuisse illas susceptam de ejus fide suspicionem; altera* Theodoræ Canonicæ *nominatim, cui et pluries scripsisse se indicat, et optat* consummationem propositi illius boni, ad quod anhelabat.... *et* actu respondere pollicitationibus *suis;* ***postquam elegerit*** institutum vivendi secundum regulam Evangelicam, et usque in minimis et minutissimis illam observare, nec quidquam eorum præterire quæ scripta ibi sunt; *ubi porro idem Sanctus minutim explicat, quæ* ad Evangelicæ vitæ professionem spectant; *omnia (ut quidem puto) ad vitam* Canonicarum *referenda.*

earumque institutum perfectionis magnæ;

pro etiam in Persidem propagato,

2 *Nec in solo Orientali Imperio hæsit earum institutum, usque in Persidem illud sese extendit; ubi Christiana fides haud mediocres progressus fecerat, quippe proseminata eo tempore, quo sub Diocletiano et Maximiniano eorumque decessoribus tyrannis, gravissimis ea jactabatur procellis apud Romanos; et e contrario, apud hos quietem nacta aliquam, regnante Magno Constantino, persecutionem crudelissimam sustinere cœpit, sub Sapore ejus nominis II. Etenim circa annum Christi* CCCXXVI, *ut scribit Theophanes,* Judæi apud ipsum criminati sunt Symeonem Ctisiphontis, et alterum Seleuciæ Archiepiscopum, ceu Romanorum amicos, quasi res Persicas eis revelarent; unde horrenda persecutione commota, plurimi pro Christo martyrii corona fuerunt decorati; inter quos Usthazanes Saporis pædagogus, et Symeon Archiepiscopus; et, præter alios plures, centum Clerici et Episcopi, et alia innumera multitudo, una die martyrii palmam adepti sunt. Ab eodem insuper infidelissimo Sapore, in præcipuis urbibus, nobilissimi quique ad decem et octo millia, cruciatibus horrendis et ab humana penitus alienis natura, Martyres fuerint effecti. *Sic etiam circa annum* CCCXLIII, *idem* pristinis sceleribus hoc adjecit, ut subditos Christianos dire persequeretur. *Regnavit ille usque ad annum* CCCLXXX, *totis septuaginta annis potitus imperio: fortassis tamen emollitus nonnihil, quando Nisibim urbem jam tertium aggressus obsidere, ingentem divinitus perpessus est cladem, ab iisdem aquis, quibus evertere urbem putaverat; magisque etiam perterritus visione, qua suis ipse oculis,* Angelum, splendido amictum ordinatu, in parte murorum stantem, et Constantium Imperatorem manu tenentem conspexit *anno* CCCLI; *unde* et mortem minatus est Magis, *consilii tam violenti auctoribus.*

et Sapore sub medium seculi 4

Christianos vexante,

per ministerium Magorum suorum,

A 3 *Penes hos præcipuam extinquendorum Christianorum fuisse solicitudinem, exercendorumque contra eos judiciorum potestatem, tum ex aliis plurium Actis hoc in opere deductis patet, tum potissimum ex Actis* **S. Syræ** XVIII *Maji illustratis. Nunc autem prodeunt* quinque Virgines Canonicæ, *prædicta Saporis persecutione coronatæ, eo modo, quem præter morem prolixe, nobis describit Synaxarium MS. nostri Parisiis Collegii, primum hactenus, et unicum, in quo earum et nomina et passionem reperimus, sub hoc titulo:* Μνήμη τῶν ἁγίων πέντε Κανονικῶν, ὑπὸ τοῦ Πρεσβυτέρου αὐτῶν ἀποτμηθεισῶν, Θέκλης, Μαριάμνης, Μάρθας, Μαρίας καὶ Ἐννεείμ. Memoria Sanctarum quinque Canonicarum, a Presbytero suo decollatarum, Theclæ, Mariamnæ, Marthæ, Mariæ, et Enneim.

inveniuntur passæ quinque Canonicæ:

4 *Fuit Martyrium istud tam celebre inter Græcos, ut ejus notitia per illos transierit ad Ruthenos ac Moscos, quorum Synaxario anni* 1679 *inscribuntur* Thecla, Martha et Maria, *sed veluti passæ sub Diocletiano, et quidem anno* CCCXV, *cum ille ante annos decem imperium abdicarit, licet privatus supervixerit ad annum istius seculi* XVI. *Eadem notitia per Alexandrinos, Ægyptios, Nubiam et Habassiam penetrarit,* B *sed ad alium prorsus diem, scilicet* XXX *mensis Tuba, qui respondet diei* XXV *Januarii nostri: nam in Hagiologio eorum Metrico, jam sæpius laudato, sic invocantur* Pax sacris, Mariæ et Marthæ, Theclæ et Abiæ atque Ancillæ ejus, quæ nihil indignatæ aut tergiversantes, propter transeuntes divisæ, ac simul necatæ sunt gladio Presbyteri sui (*qui infra in Actis vocatur* Paulus) *et* Mehronis, *qui forte Archimagus est, infra Narsas dictus. Hæc autem cum sequentibus Actis bene conveniunt, et ea quadamtenus supplent; sed cum aliqua in nominibus varietate; dum pro* Mariamna, Abia *scribitur; et ultimæ* Enneim *tacetur nomen; conditio ancillaris, aliis ignorata exprimitur. Quis scit an Reliquiæ earum ex Perside Alexandriam translatæ non fuerint, idque die* XXX *mensis Tuba, qua coluntur Habessinis? ac deinde translatæ non sint, saltem pars, Constantinopolim?* D

etiam Moschis

et Habessinis notæ sed his ad 25 Januar.

5 *Hæc porro in memoriam mihi revocant alias* quinque Canonicas, *quarum Menæa excusa ad* XXII *Martii prolixam absque titulo narrationem texunt; ad diem autem* XXII. *memoriam notant absque passione, ab Henschenio, ad dictam diem de SS. Callinica et Basilissa agente, num. 3 jure magno rejectam, ut incredibilibus refertam fabulis, quarum caput* Drosis *sive* Drosela, *filia Trajani Imperatoris, apud ipsas clam effecta Christiana: cui commento occasionem fortassis dederunt Persicæ istæ quinque, nullo ex capite suspectabiles nobis. Harum ergo certamen hic accipe, velut circa medietatem seculi* IV *consummatum.* E

veriori historia quam aliarum 5,

22 Martii prætermissarum

ACTA EX SYNAXARIO MS.

Ἐν ταῖς ἡμέραις Σαβώρ τοῦ Βασιλέως Περσῶν, πλησίον τῆς κώμης Ἀσάτης ἦν Πρεσβύτερος, Παῦλος τοὔνομα, πλούτῳ κομῶν, καὶ ἔχων μετ' ἑαυτοῦ πέντε Κανονικὰς παρθένους. Αὗται οὖν τῇ αἴγλῃ τῶν ἀρετῶν κατελάμποντο καὶ ἐλαμπρύνοντο· ἱερουργοῦντος δὲ τοῦ Παύλου καὶ συμψάλλοντος αὐταῖς, καὶ τὰ διδόμενα θησαυρίζοντος, εἰργάζοντο νύκτας καὶ ἡμέρας τὰς τοῦ Θεοῦ ἐντολάς. Ὁ δὲ μισόκαλλος διάβολος, μὴ φέρων τὴν κατὰ τὸν Θεὸν αὐτῶν προκοπὴν ἐπιδιδοῦσαν ὁσημέραι καθ' ἑκάστην, καὶ τοῖς κρείττοσιν ἐπεκτεινομένην, τί μηχανᾶται καὶ ποιεῖ;

In diebus Saporis Regis Persarum, juxta vicum Asa, erat Presbyter quidam Paulus nomine, opibus affluens, et apud se habens Canonicas quinque Virgines. Hæ ergo, cum miro virtutum splendore fulgerent (sacra ipsis ministrante atque cum eisdem psallente Paulo, thesaurum vero sibi colligente ex iis quæ donabantur) perseverabant ipsæ, noctes ac dies Dei præcepta adimplentes. Talem earum indies manifestiorem et semper ad anteriora extentum profectum cum ferre non valeret omnis boni inimicus diabolus, quid fecit et machinatus est?

sub Paulo divite Presbytero sancte viventibus 5 Virginibus;

2 Παρασκευάζει μηνυθῆναι διά τινος Ναρσῇ, τῷ Ἀρχιμάγῳ τοῦ Βασιλέως Περσῶν, ὅτι ἐστὶ Πρεσβύτερός τις Χριστιανός, πλούτῳ πολλῷ κομῶν· καὶ εἰ βούλει ἀποκερδῆσαι τὸν πλοῦτον αὐτοῦ, παράστησον μετὰ τῶν Παρθένων, ὧν ἔχει μεθ' ἑαυτοῦ· κἀκείνων τὴν πίστιν αὐτῶν μὴ ἀρνησαμένων ἀποκερδάνεις τὸν ἅπαντα πλοῦτον, C αὐτῶν, κατασφάξας αὐτούς. Ὁ δὲ εὐθέως παρέστησεν αὐτὸν, μετὰ τῶν παρθένων καὶ πάντων τῶν πραγμάτων. Τότε εἰσελθόντος τοῦ Σατανᾶ ἐν τῇ καρδίᾳ τοῦ Πρεσβυτέρου, εἰπεῖν πρὸς τὸν Ἄρχοντα, Ἵνα τί ἔλαβες τὰ χρήματα ἡμῶν, μηδὲν σοι κακῶς διαπραξαμένων· καὶ τὸν ἀποκριθῆναι καὶ εἰπεῖν· Διὰ τὸ εἶναί σε Χριστιανὸν, καὶ μὴ φυλάττειν τὰ προστάγματα τοῦ Βασιλέως. Καὶ ὁ Παῦλος, Καὶ τί μοι προστάττεις ἵνα ποιήσω; Εἰς τὸν ἥλιον, εἶπε προσκυνήσας καὶ φαγὼν αἷμα, λάβε τὰ σὰ, πορεύθητι οἴκαδε. Τότε ὁ ἄθλιος περιστραφεὶς, καὶ ἰδὼν τὰ χρήματα χαμαὶ κείμενα, φησί· Ποιῶ πάντα ὅσα ἂν εἴπῃς μοι· καὶ προσκυνήσας τῷ ἡλίῳ, καὶ φαγὼν αἷμα τῶν θυσιῶν, καὶ πιὼν ἐξ αὐτοῦ, ἔλαβεν τὰ ἴδια.

2 Procurat, ut a quodam indicaretur Narsæ, Archimago Regis Persarum, ac diceretur ei; Quidam est quidam Presbyter Christianus, perquam opulentus; cujus facultates lucrari si vis; jube eum sisti, cum iis quas secum habet Virginibus: ipsis autem non dentibus fidem suam ejurare, possidebis omnes eorum divitias. Statim igitur mandavit illum sibi præsentari, cum Virginibus et facultatibus omnibus. Satanas autem ingressurus cor Presbyteri, fecit eum Præsidi dicere; Quare accipis bona nostra, qui nihil tibi mali fecimus? illum vero respondere; Quia Christianus es, et mandata regia non observas. Tum Paulus: Ecquid ergo mandas ut faciam? Ubi Solem, inquit ille; adoraveris, et sanguinem comederis, tolle quæ tua sunt, ac domum abi. Miser autem conversus, et opes suas super terram expositas intuens; Facio, inquit, quæcumque jusseris: et mox Solem adoravit, comedit sanguinem sacrificiorum ex eisque bibit, et sumpsit quæ ante habuerat propria.

delatus iste pecuniarum causa, F

ut eas servet, fidem ejurat:

3 Ὡς δὲ ὁ Ἀρχίμαγος ἐξέπεσε τοῦ σκοποῦ, Πεῖσον, φησι, καὶ τὰς κατὰ σὲ Παρθένους ποιῆσαι ὃ σὺ πεποίηκας, καὶ λαβεῖν αὐτὰς· καὶ τότε λαβόντες τὸν πλοῦτον ὑμῶν, πορεύεσθε ὅπου θέλετε καὶ βούλεσθε. Τότε ὁ Παῦλος προσελθὼν ταῖς Παρθένοις, φησίν· Ὁ Ἄρχων, λαβὼν τὰ χρήματα ἡμῶν, παρέστησε καὶ ὑμᾶς ποιῆσαι τὸ θέλημα τοῦ Βασιλέως, προτρέπων καὶ οὕτως ἀποστρέψειν πάντα πρὸς ἡμᾶς. Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ ἔφαγον τὸ αἷμα καὶ ἔπιον, καὶ τῷ ἡλίῳ καὶ τῷ πυρὶ προσεκύνησα, καὶ προτρέπεται καὶ ὑμᾶς τοῦτο ποιῆσαι, καὶ λαβεῖν τὰ ἡμέτερα, καὶ ἀπελθεῖν οἴκαδε. Αἱ δὲ παρθένοι, πρότερον ἐμπτύσασαι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, ὡς ἐκ συνθήματος εἶπον·

3 Archimagus vero, spe sua deturbatum se videns; Persuade, inquit, etiam iis quæ apud te sunt Virginibus, ut et ipsæ facientes quod tu fecisti; vires suscipiant; et tunc accipientes quæ vestra sunt, abite quocumque volueritis. Tunc Paulus Virgines accedens, ait: Dicit Præses, qui pecunias nostras accepit, Venite etiam vos ad faciendam Regis voluntatem, pollicens quod ita redditurus nobis sit omnia nostra. Ecce autem ego sanguinem comedi et bibi, Solemque et Ignem adoravi; hortatur vero etiam vos idem facere, ut nostra recipiamus ac redeamus domum. Ast Virgines, velut ex composito, prius

quod etiam Virginibus suadere jussus

EX MS. SYNAX. cum indeque ratione rejicitur;

prius in ejus vultum conspuentes, dixerunt : Quia omnino id ausus es facere, atque ea de re nos etiam alloqui ; ecce apparuisti alter Judas. Ille propter pecunias proprium dominum et magistrum tradens, nec illas lucratus est, et seipsum strangulavit : eccum vero etiam tu, propter pecunias animam tuam occidisti, miser, et secundus Judas : neque in mentem tibi venit Dives ille, qui habens multas opes dixit : Anima mea, habes bona plurima, comede, bibe, jucundare ; ut propterea audivit : Stulte hac nocte repetunt animam tuam a te, et quæ parasti cujus erunt ? Igitur dicimus tibi, coram Deo adstantes, quia utriusque et Judæ et Divitis fortuna te manet, atque hoc dicto iterum in faciem ejus, velut apostatæ, despuerunt.

quare virgis diu cæsæ

4 Tunc ex mandato Archimagi diu multumque vapulaverunt : dum autem virgis cædebantur, dicebant : Dominum nostrum Jesum Christum adoramus, et mandatis regiis non obedimus. Fac quod libitum tibi fuerit. Archimagus interim, omnino intendens quomodo pecunias Pauli suas faceret, pronuntiavit sententiam, ut ipse manu sua Virginum capita amputaret ; sive enim hoc
B ille facere detrectaret, sive mandatum exequeretur, et ipsis et Paulo sublatis de medio, cuncta in suam devenirent potestatem. Miser autem ille rursum conversus, et pecunias intuens; Quæcumque jusseris, inquit, facio : arreptoque gladio ingressus est ad sanctas Virgines. Hæ vero viso illo consternatæ, una pariter voce ad ipsum dixerunt : O Miserande ! Pastor noster cum sis, tamquam rabidus atque agrestis lupus contra gregem tuum venis? Hoccine est sacrosanctum corpus et sanguis, quæ de manu tua accipimus ? scito, quod gladius quidem ille, quem nobis infliges, æterna nobis vita est ; tu vero, sicut jam prædiximus tibi, animam tuam perdes simul cum pecunia, brevi per laquei funem abiturus ad condiscipulum tuum Judam. Hæc et alia quædam dixerunt, deinde orantes capite plexæ ab illo sunt.

jubetur ipsemet decollare;

qua ipsum instar Judæ strangulandum prædicunt,

5 Tunc Archimagus ad eum inquit : Scito, Paule, quod in nullo hominum conspexerim tantam generositatem ac promptitudinem animi, quanta te video pollere ; propterea non licet mihi absque Rege dimittere te : futurum est enim ut, me ipsi nuntiante quæ acta sunt, ad magnam te evehat dignitatem. Nunc igitur nobiscum jucundare, manens in proximo nobis cubiculo : mane autem referam Regi de te. Respondit vero ille miserandus : Fiat sicut jubes. Nocte autem mittens Archimagus famulos
C suos, præcipit illis, ut Pauli collo loqueum innecterent, itaque eum suffocarent. Ipse vero mane ingressus et suspensum reperiens, damnavit eum veluti qui seipsum suspendio necaverit, et auferre jussit, atque canibus devorandum projici. Ita ille violenta morte animam evomuit ; et Archimago pecunias ejus lucrato, ac Paulo miserrimum exitum sortito, finem habuerunt quæ de illo prædixerant mulieres sanctæ.

prout Archimagi

avari jussu factum eadem nocte.

Ὅτι ὅλως ἐτόλμησας τοῦτο ποιῆσαι καὶ πρὸς ἡμᾶς εἰπεῖν D ἰδοὺ καὶ δεύτερος Ἰούδας ἀπεφάνθης. Ἐκεῖνος διὰ χρήματα παραδοὺς τὸν ἴδιον Δεσπότην ἡμῶν καὶ διδάσκαλον, καὶ ταῦτα μὴ κερδήσας ἐπνίξατο ἑαυτόν. Ἰδοὺ καὶ σὺ, ἄθλιε, ὁ δεύτερος Ἰούδας, διὰ τὰ χρήματα ἀπώλεσάς σου τὴν ψυχήν· καὶ οὐδὲ εἰς ἔννοιαν ἦλθες τὸ Πλουσίου ἐκείνου, τοῦ ἔχοντος χρήματα πολλὰ καὶ λέγοντος· Ψυχὴ, ἔχεις πολλὰ ἀγαθά· φάγε, πίε, εὐφραίνου· καὶ διὰ τοῦτο ἤκουσεν, Ἄφρον, ταύτῃ τῇ νυκτὶ τὴν ψυχὴν ἀπαιτοῦσιν ἀπὸ σοῦ, ἃ δὲ ἡτοίμασας, τίνι ἔσται; Λέγομεν οὖν σοι, ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ἱσταμέναι, ὅτι ἀμφότερα τοῦ τε Πλουσίου καὶ τοῦ Ἰούδα ἐπί σοι πληρωθήσονται· καὶ πάλιν κατέπτυσαν αὐτοῦ τὸ πρόσωπον, ὡς ἀποστάτου.

4 Τότε προστάξει τοῦ Ἀρχιμάγου ἐτύφθησαν ἐπὶ πολλαῖς ὥραις· τυπτόμεναι δὲ διὰ ῥάβδων, Ἡμεῖς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν προσκυνοῦμεν, ἔλεγον, τοῖς δὲ προστάγμασι τοῦ Βασιλέως οὐχ ὑπακούομεν, καὶ ὃ θέλεις ποίει. Καὶ ὁ Ἀρχίμαγος πάντα τρόπον μηχανώμενος ἀποκερδᾶναι τὰ τοῦ Παύλου χρήματα, ἀπεφήνατο, διὰ χειρὸς Παύλου τὰς κεφαλὰς τῶν Παρθένων ἀποτμηθῆναι, σκοπήσας ὡς οὐ πεισθήσεται ὁ Παῦλος τοῦτο ποιῆσαι, καὶ τούτου γενομένου ἀποκερδανεῖ πάντως τὰ χρήματα, E συναιρεθέντος καὶ τοῦ Παύλου ταῖς ἁγίαις Παρθένοις. Ὁ δὲ ἄθλιος ἐκεῖνος τοῦτο ἀκούσας καὶ αὖθις περιστραφεὶς, καὶ ἰδὼν τὰ χρήματα, Ποιῶ εἶπεν πάντα ὅσα προσέταξας· καὶ λαβὼν τὸ ξίφος πλησίον τῶν Παρθένων ἀφίκετο. Αἱ δὲ Ἅγιαι, ἰδοῦσαι αὐτὸν, ἐδάκρυσαν, καὶ μιᾷ φωνῇ λέγουσιν πρὸς αὐτόν· Ἄθλιε, ποιμὴν ὢν ἐξῆλθες κατὰ τῆς ποίμνης σου, ὡς ἄγριος καὶ ἄγριος λύκος, ἀποκτεῖναι ἡμᾶς; τοῦτο ἐστι τὸ ἅγιον σῶμα καὶ αἷμα, ὃ παρὰ τῶν χειρῶν σου ἐλαμβάνομεν; Γνῶθι ὅτι τὸ παρὰ σοῦ ξίφος ζωὴ αἰώνιος ἡμῖν ἐστι· καὶ ἡμεῖς μὲν ἀπερχόμεθα πρὸς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, σὺ δὲ, καθὼς προείπομεν, τὴν ψυχήν σου ἀπολέσεις σὺν τῷ πλούτῳ· τάχιον δὲ τῷ τῆς ἀγχόνης σχοινίῳ πορεύσῃ πρὸς τὸν συσχολόν σου Ἰούδαν. Ταῦτα καὶ ἕτερα τινὰ διεξήλθοσαν, καὶ προσευξάμεναι ἀπετμήθησαν τὰς κεφαλὰς αὐτῶν δι' αὐτοῦ.

5 Τότε ὁ Ἀρχίμαγος λέγει πρὸς αὐτόν· Γνῶθι, ὦ Παῦλε, ὅτι ἐν οὐδενὶ τῶν ἀνθρώπων τεθέαμαι τὴν προσοῦσάν σοι εὐφυΐαν καὶ ἐπιτηδειότητα, διὰ τοῦτο ἄνευ τοῦ Βασιλέως ἀπολῦσαι σε οὐ δύναμαι, ὅτι ἀναμαθὼν αὐτὸς τὰ περὶ σοῦ δι' ἐμοῦ ἀπαγγέλλοντος, εἰς μεγάλην σε τιμὴν ἀποκαταστήσει. Νῦν οὖν εὐφράνθητι μεθ' ἡμῶν, μένων ἐν τῷ κελλίῳ πλησίον ἡμῶν, καὶ πρωΐας ἀναφέρομεν τὰ περί σου τῷ Βασιλεῖ. Ὁ δὲ ἄθλιος ἀπεκρίνατο, Γενέσθω ὡς κελεύεις. Καὶ τῇ νυκτὶ ἀποστείλας ὁ Ἀρχίμαγος τοὺς δούλους αὐτοῦ, σχοινίῳ περιπλέξαι τὸν τράχηλον F τοῦ Παύλου προσέταξε, καὶ οὕτως ἀποπνίξαι. Καὶ πρωΐας εἰσελθὼν, ὡς εὗρεν αὐτὸν κρεμάμενον, κατεδίκασεν ὡς ἑαυτὸν κρεμάσαντα, καὶ προσέταξε κατασυρῆναι καὶ ῥιφῆναι τοῖς κυσὶ βοράν· καὶ οὗτος οὕτω βιαίως τὴν ψυχὴν ἀπέρρηξε καὶ τοῦ Ἀρχιμάγου τὰ χρήματα ἀποκερδήσαντος, ἔλαβε πέρας καὶ τὰ προειρημένα παρὰ τῶν ἁγίων γυναικῶν, τοῦ ἀθλιωτάτου Παύλου ὑποστάντος τὸν θάνατον.

DE

DE SANCTO FAUSTO

MARTYRE ROMÆ.

Ex Martyrologiis, Florentiæ scriptis et excusis.

D. P.

SUB JULIANO.

Inter alia quamplurima Martyrologia variarum Ecclesiarum, quæ collegimus, reperimus Florentiæ duo MSS. alterum in Bibliotheca Laurentiana Magni Ducis Medicei, in pergameno exaratum; alterum in Bibliotheca Illustrissimi Caroli Strozzii, Senatoris Florentini; in qua etiam asservabatur Martyrologium Florentiæ excusum anno MDCCCLXXXVI *per Franciscum de Bonacursis Presbyterum: et ex hisce tribus Martyrologiis, ad hanc diem nonam Junii, ista reperta descripsimus:* Romæ passio Sancti Fausti Martyris, qui sub Juliano Imperatore passus est. *Cujus sacra memoria cum ibidem, et sine dubio aliis etiam in ecclesiis, lecta fuerit; etiam hoc in opere referenda venit, ut detur occasio aliis ulterius ejus venerationem promovendi, si forte ejus ibi Reliquiæ fuerint in veneratione aut etiam ecclesia erecta.*

DE S. JULIANO MONACHO

CIRCA EDESSAM IN MESOPOTAMIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

Sanctus hic Julianus ab illo, qui a Græcis XVIII Octobris colitur, verosimiliter non distinguendus.

B

CIRCA CCCLXX

Vitam scripsit S. Ephrem Syrus,

Edessenus Diaconus S. Ephrem, cujus Acta Bollandus illustravit ad Kalendas Februarias, amicitiam cum variis Sanctis suæ præsertim regionis coluit, quorum ipse primo nostro Continuatori diligentissimo occasionem dedit, texendi Paragraphum V *Commentarii Prævii; ubi primo, ex Sozomeno lib.* 3 *cap.* 13, *hæc verba producit:* Per idem tempus circa Edessam Julianus accuratissimum genus disciplinæ monasticæ exercuit: qui, velut corporis expers, talem vitæ institutionem ac modum secutus est, ut carne carere, atque ex ossibus solum et cute constare videretur. Quare Ephrem, scriptor Syrus, tractatum de ejus vita contexuit. *Eadem fere, sed alia phrasi, dicit Nicephorus lib.* 9 *cap.* 15. *Tractatus istius initium, ex lingua Syriaca in qua sola Sanctus scripsit, licet Græcum tandem miraculo ediscens, Græce redditum invenit Gerardus Vossius, atque inter reliqua ipsius opera Latine edidit; nos Græcum et quidem integrum, hactenus frustra optamus; eo quo quod invenimus editum cogimur esse contenti. Id autem hoc die damus, non quia Græci, in Menæis vel Synaxariis suis vel Orientalium scriptorum aliquis, ita faciendum ostenderit; sed quia id fecit Cardinalis Baronius, usus facultate, qua alios plures Orientales, a Sanctitate commendatos, inscripsit Romano Martyrologio; in quo præsens dies, sterilior ceteris, visus est aliquo augmento egere: quare eumdem sic conclusit.* Edessæ in Syria S. Juliani Monachi, cujus præclara gesta S. Ephrem Diaconus scripsit: *quo exemplo Carthusiani Colonienses, tertiam Surianæ collectionis auctioremque editionem moliti, prædictum* de S. Juliano *fragmentum a Gerardo Vossio Tungrensi præposito Latine redditum acceperunt, Sanctorumque Vitis inseruerunt.*

quare Romano Martyrologio adscriptus est,

C

9 Junii ad arbitrium lecto.

2 *Colunt* S. Julianum *Græci ad* XVII *Januarii, et cum pleniori elogio ad* XVIII *Octobris, quem ad eum diem etiam Romano Martyrologio, adscriptum invenimus præeunte Sirleti Menologio, his verbis:* In Mesopotamia, ad ripam Euphratis, S. Juliani Eremitæ. *Est autem urbs Mesopotamiæ* Edessa *ad prædictum fluvium. Convenit igitur exercitationis locus, convenit etiam tempus vitæ. Hic enim Juliani Apostatæ interitum dicitur ex revelatione præscivisse, qui interitus ad annum* CCCLXIII *protenditur. Ephrem autem, ejus, de quo hodie agitur, familiaris et contubernalis, vixit usque ad annum* CCCLXXVIII. *Quamquam vero præter hæc una communia habeant Acta, quæ hic et iste de perfectione; nihil tamen habent, quod maxime repugnet diversos esse suadeant. Fieri enim potest, ut qui, de interiori eremo* adeunda, ad investigandos viros contemplativos, *consilium petens num.* 6, *audivit, quia* Satius est quietam vitam ducere, et in quiete perfectionem quærere, quam levium atque instabilium rerum causa eremum circumire. *Fieri, inquam, potest, ut idem curiositatis patrem ergo nequaquam ex illa sua egressus consilio salubri parens; aliis tamen justissimisque de causis, et discipulos multos suo exemplo attraxerit, ad cellas ipsi vicinas construendas, et in Montem Sinai excurrerit, ad ecclesiam ibi fabricandam; et anno* CCCLXXII, *pulso jam secundum S. Meletio Antiocheno, ad Ecclesiam illam solandam accersitus fuerit, et Cyrum similiter, ad compescendam Ariani istic Episcopi vesaniam; ad Regiam quoque ipsam aliquando profectus, ac denique ad priorem juxta Euphratem reversus palæstram, vitam ibi sancte consummaverit, ipso quo colitur die* XVIII *Octobris.*

Habent alias Græci 18 Octob. S. Julianum,

pro eodem [illegible]

ex quo multa narrant,

F

[illegible]

3 *Nihil ergo repugnat, quominus unius ejusdemque Ephremiani Tractatus pars sint, tam quæ de initio conversationis Latina dedit Vossius, quam quæ de reliquæ vitæ actis Græce referuntur in Menæis: salvo, quod servilis in seculo conditionis Menæa non meminerint; a qua initium sumunt ea quæ nunc damus, tamquam diversa ab actis ejus, qui ad Euphratem monasticam auspicatus, ubi et finivit[1] prædicta omnia per varia Syriæ vicinæ loca egisse narratur. In hoc tamen reverentia Romani Martyrologii magis duci me fateor, quam solida ulla ratione: propensior alias ad unum eumdemque statuendum, qui hodie Latinis proponitur, quique a Græcis colitur in Octobri. Quamquam enim num.* 5 *narretur, quomodo post* XXV *annos exercitationis suæ obierit* Julianus; *atque Ephrem, ejus societate privatum se doluerit; apparet tamen ex sequentibus, plura adhuc alia hunc de illo narranda habuisse, quæ*

quin ejusdem de eodem dicta sint,

quorum in operibus extat initium

A *si ad nos pervenissent integra, fortassis continerent omnia quæ narrantur in Menæis. Quod ut facilius dijudicet lector, congruum duximus, ipsa quoque ex Octobri sumpta huc transferre, ne bis agendum sit de* Juliano, *verosimiliter eodem.*

VITÆ ITIUM

Ex fragmento S. Ephrem Syri, Interprete Gerardo Vossio.

Primum servus, ab hero Gentili;

Optimus hic atque fortissimus inter pietatis pugiles, servus adhuc sub dominis secularibus cum esset, antea quidem, sicut ipse nobis postea enarravit, vitam multa intemperantia atque lascivia peregerat; tandem autem ad agnitionem veritatis deveniens, optime vitam suam traduxit: ac multa a propriis dominis in civitate Heliopoli *a* apud Libanum passus est; quippe qui cum idololatrarum furore atque insania participabant. Ceterum defuncto jam ejus hero, vitæ priori renuntians, effectus est Monachus.

tum Monachus, a negligentioribus multa patitur.

Dominum autem Deum tota anima ac corde diligebat, ita ut in omni pene virtutum genere se exercuerit, perfeceritque. Magnam enim possedit compunctionem, et humilitatem eximiam: non tamen, ut quidam post vitæ abdicationem atque secessum facere solent, qui negligentiæ ac otio contemptionique mandatorum Dei sese tradiderunt; lumbisque B suis haudquaquam per continentiam præcinctis, in abyssum malorum suas ipsi animas defixerunt; ita ut aliqui nec de rebus quidem ad suum institutum salutemque pertinentibus instrui se sinant; sed eas etiam respuere propter suas concupiscentias non dubitarunt; soloque pietatis atque religionis habitu amicti, seipsos domicilium phalangis dæmonum effecerunt. *b* Negligens quoque in iis quibus residebam locis, quidam erat Monachus, qui filium valde parvum habebat, et hunc tamquam inobedientem atque immorigerum in sacrificium dæmoni propter suam avaritiam offerre non verebatur: verum divino auxilio assumptus præservatusque est puer. Cum enim deduxisset eum miser et ignavus homo in quemdam subterraneum locum, ubi multum auri putabatur reconditum ab iis qui sacra sepulcra parabant; dæmon conspecto Crucis signo, quo puer amictus ac consignatus erat, non est ausus ei nocere: nam cum analabo *c* adduxerat eum vir ille, quem patrem hic appellare piget pudetque. Sic igi-

Horum unus filium diabolo oblaturus,

C tur re explorata, et ex eventu cognita, surgens abstulit a puero analabum. Rursusque vox ex locis abditis atque secretioribus audita est, cum omnino consecratus is sit Deo, frustra mali quid contra ipsum tentari. Puer igitur admirabiliter liberatus ac conservatus, enarravit quæ successerant omnia; simulque quomodo a Domino nostro Jesu Christo assumptus, protectusque esset. Celebris quippe de eo increbuerat sermo ac rumor; ita ut etiam concilium a sanctis Patribus, occasione rei quæ acciderat, colligeretur. *d*

Crucis signo impeditur.

Ipse Sanctus, Ephræmo familiaris,

2 Beatus vero Julianus, mortificans in se mundanas concupiscentias, quantum monastica vivendi exigebat ratio, in sua residebat cella: prope autem ejusdem cellam etiam mea sita erat: nam ejusdem eramus *e* Congregationis ambo. Accedebat igitur is ad cellam meam, et ego vicissim ibam ad ipsum; proficiebam enim ex colloquio ac conversatione viri mirabarque cum viderem tantam in homine barbaro cognitionem, quippe ex partibus occidentalibus oriundo; glorificabamque Deum, qui non vult quemquam perire, sed omnibus per pœnitentiam ignoscere, et illius dicti Evangelici recordatus sum: Amen dico vobis, quod multi ab Oriente et Occidente venient, et recumbent cum Abraham, et Isaac, D et Jacob in regno cœlorum; filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores, ibi erit fletus et stridor dentium. Mar. 8, 11 Suspiransque dixi: Libera nos, Domine, a tenebris exterioribus et fletu illo ac stridore dentium: et memento nostri in beneplacito populi tui, visita nos in salutari tuo; ad videndum in bonitate electorum tuorum, ad lætandum in lætitia gentis tuæ, ut lauderis cum hereditate tua. Memento nostri, Domine, sicut meministi latronis cum veneris in regnum tuum: et corpora nostra, ex monumentis cum gloria resuscita, dignosque nos raptu justorum redde in nubibus; ut et nos modicam hereditatem montis sancti tui, precibus Sanctorum tuorum, accipiamus. Amen.

multa compunctionis,

3 Beatus ergo Julianus, corpore quidem erat robustus, sed nimio labore atque exercitatione conficiebatur, Patrum vestigiis insistendo. Illitteratus autem cum esset, addiscere conabatur. Hic pietatem atque religionem colens, cellam habebat, in qua per se quietam atque tranquillam vitam ducebat, et cubile tenebat: sed cum illi non sufficeret angustia cubiculi, intus sibi illud in modum sepulchri ædificavit; angustissimum quoque ejus ingressum reddens, per quem cum introiret, in eo, velut in monumento aliquo orabat, lugens ac plorans. Operabatur autem et propriis manibus carbasa ac vela E navium. Compunctionem porro et planctum amabat, si quis etiam alius: ita ut prætereuntes cellam ipsius, vocem ploratus ejus audirent. Ejulabat enim, sicut solent qui filium aut filiolam sepeliunt unigenam, revocantque cum cantu: sua quippe peccata ipse sibi ante oculos constituens, anxie dies noctesque deflebat; ipsasque noctes brevissimo somno transigebat: cura siquidem retributionis, ipsum serio excitabat. Quam multas porro tentationes atque tribulationes sustinuerit, propter negligentiores Fratres, dici non potest: cunctas vero eas, per humilitatem et patientiam, absque detrimento præteribat.

Judicium jugi memoria tractat:

4 Valde quoque erat pacificus, temperans ac continens, tolerans et constans, mansuetus et clemens, pius atque religiosus, et voluntariæ paupertatis amator. Qui enim cum pecuniis in eremo residet, omni in loco ingemiscet, ac contremiscet, et ad extremum inventio ac præda maleficis erit: qui vero inopia laborat, insidiis carebit. Quin et impiger, et ad opera extraordinaria promptus et expeditus hic vir beatus erat, et a maledicentia convitioque omni alienus: humilis quoque in sermone, in opere, in vestitu, in F ingressu atque incessu. Neque enim ut ego et mei similes pigri, in negligentia suos percurrit dies sed in omni compunctione dies vitæ suæ perfecit. Et quemadmodum qui carcerali detinentur custodia, dum coram tribunali Judicis producendi sunt, præ timore et angore plorant: sic et beatus Julianus assidue tremendi tribunalis Christi recordabatur: quare et continenter flebat, judicium futurum cogitans. Ubi autem compunctio, et lacrymæ, et humilitas; ibi nequaquam instabilitas, et quæcumque res perversa ac improba regnat; sed optimus ordo viget ac disciplina, et omnis res bona: ubi vero ista non adsunt, multum a scopo, qui quæritur, aberratur. Evitabat is quoque colloquia atque commercia mulierum, occasiones omnes inanium voluptatum amputans. Quando vero pulsus ad Synaxim audiebatur, ante omnes alios Fratres occurrere contendebat. Sic vero in Synaxi consistebat, absque ulla oculorum distractione, quasi jam ipsi tribunali Domini nostri Jesu Christi assisteret.

et copiosis lacrymis

5 Quodam autem die ad ipsum dixi: Quis, obsecro, hosce libros corrumpit? quippe in quibus, ubi scriptum erat Deus, aut Dominus, aut Jesus Christus, vel Salvator, litterarum elementa deleta reperiuntur?

A periuntur? Beatus vero ad me: Nihil, inquit, a te penitus abscondam. Fornicatrix mulier ad Salvatorem accedens, lacrymis pedes ipsius rigavit, et capillis capitis sui abstersit; et ego ubicumque nomen Dei mei scriptum comperio, lacrymis meis rigo; ut et ego remissionem ab eo peccatorum accipiam. Ego vero gratiose ad eum dixi: Deus, qui benignus est et misericors, bonum illud tuum suscipiat propositum; verumtamen libris parcas, obsecro. At ille dixit: Non irrigatur cor meum, nisi plorem coram Domino Deo meo. Ardenter porro in religione se gessit atque exercuit, ultra viginti quinque *f* annos: et interea moritur in Domino, in obedientia et persecutione, quam passus est, dignus æterna factus beatitudine. Beati enim (inquit Christus in Evangelio) pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam: quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Meis sane oculis excidunt lacrymæ, super disjunctione ac separatione viri istius.

sacra nomina in libris rigat:

f mortem ejus luget Ephrem

6 Narravit Beatus hic cuidam aliquando Fratri, dicens. Frater quidam in interiorem ingredi vult eremum, ut ibi viros contemplativos investiget: consilium igitur mihi suggere propter Dominum, B expeditne ut cum isto isthuc vadam, an non? Frater autem sciens operarium eum esse, dixit ad ipsum: Satius est quietam vitam ducere, et in quiete perfectionem quærere: nam de parvis et levibus atque instabilibus rebus inquirere*e*, et illarum causa eremum circumire, minime necessarium est. Dixitque vicissim Beatus: Quid est perfectio? et, Quæ sunt res illæ exiguæ et instabiles? Ad quem Frater: Perfectio est, cujusvis sermonis et omnis actionis finis: nam scriptum est, Finis verbi *g*, omne ausculta: Deum time, et mandata ejus observa. quæ enim accidunt unicuique nostrum in hoc seculo, sive tristia ac gravia, sive bona et læta, finem habent, quapropter etiam a tempore consumuntur atque delentur; at quæ post vitæ hujus exitum remanent, æterna sunt et immortalia. Diem ergo judicii et retributionis in mente habeamus, ut voluntas nostra perfecta sit in Domino. Nam sicut duobus aliquibus accidit in longinquam regionem peregrinantibus, quorum alter tædio itineris affectus incipiat interrogare adventantes, quidnam sibi obviam reperturi sint quod viam indicet? illi autem responderint; viam asperam: et rursus interrogat; Post asperam viam, quidnam? illi vero, postea terram revirescentem, dixerint eis C apparituram: ceterum itineris ejus comes, cernens ipsum ita enixe ac studiose de via percontari, ait ad eum. Desine, o comes, adeo curiose de via inquirere, quam pertransituri sumus instar velocissimi cursoris. Nam viæ similis est humana vita; et D ideo magis consideranda nobis sunt, non quæ in itinere occurrunt, sed quæ post viam confectam nobis eventura sunt. Quæramus ergo, quomodo in requie nos oporteat versari, ac demorari in regione illa, in qua perpetuo habitaturi simus post hujus vitæ viæque finem, ubi nimirum requies nobis in illo erit seculo; tum etiam, ubi portio nostra futura sit, in profundo, an in excelso; in requie, an in doloribus; in tenebris, aut in luce; in igne, aut in refrigerio. Ista spiritus noster æstimet ac pervestiget, et os loquatur. Ab ejusmodi cura atque sollicitudine non recedat cor nostrum, quamdiu in caduca ac momentanea hac versamur vita; illosque, qui a tali nos cogitatione ac cura avertere et impedire volunt, tamquam deceptores et perditores nostros contemnamus *h*.

et narrat quod consilium ipsi datum sit.

g

AUCT. S. EPHREM

h

ANNOTATA D. P.

a Heliopolis *Edessa distat totius Syriæ interjectu, leucis plus quam centum: de ea pluribus actum 1 Martii, ante Acta S. Eudociæ, ubi fertur conversæ, et martyrium passæ.*

b *Locum hunc in Græco suspectum sibi de mendo esse, notavit in margine Vossius: ipse ergo per conjecturam claram sensum fecit.* E

c Analabus, *Latinis* Scapulare, *quamdam crucis formam habebat antiquitus, et etiamnum habet apud Minimos S. Francisci de Paula, humeros cum parte brachiorum tegens, atque ante pectus et ad dorsum defluens: unde Dorotheus Monachus, apud Vossium in Notis*, Analabus, *inquit*, in modum crucis ponitur super humeros: significat enim symbolum Crucis, quam nostris humeris jugiter portare debemus. *Hic autem fere solus amictus constituebat parvum habitum Monachorum, et solus pueris ac tironibus dabatur.*

d *Septimum § de vitæ monasticæ commendatione, ut qui nihil ad Julianum faceret, expunxi, in Vossio Surioque legendum; potuit etiam omitti [illegible], nisi [illegible] ad [illegible] sufficisset.*

e *Hoc refert quamdam Lauræ formam, sub uno scilicet Præside, ad Euphratem fuisse; de Lauris enim, earumque a Cœnobiis [illegible] Commentario ante Acta S. Euthym. 20 Jan. num. 1*

f *Ergo vixerat Monachus [illegible], post annum* 350, *aut* 345.

g *Ita Septuaginta; ubi vulgata*: Finem loquendi pariter omnes audiamus.

h *Sequitur apud Vossium gravis adhortatio ad diligentiam in bonis operibus, alienam prorsus [illegible]; [illegible] multa [illegible], qui [illegible] possunt, ea efficere non mancipantibus.* F

ALIA EJUSDEM AUT ALTERIUS

ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ ΤΟΥ ΕΝ ΤΩ ΕΥΦΡΑΤΗ.

S. P. N. Juliani ad Euphratem.

D. P.

Ex Menæis Græcorum XVIII *Octobris.*

Οὗτος ὁ ἐν Ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν Ἰουλιανὸς, ἀποταξάμενος τὸν κόσμον, ἀπῆλθεν ἐν ταῖς ὄχθαις τοῦ Εὐφράτου ποταμοῦ· καὶ εὑρὼν ἐκεῖσε σπήλαιον, τὸν μονάστην ἐν τούτῳ διῆγε βίον. Τοῦτον πολλοὶ ζηλώσαντες προσεφοίτησαν τῷ σμικροτάτῳ σπηλαίῳ, καὶ καλύβας πηξάμενοι κυκλόθεν, μέχρι τῶν ἑκατὸν ἐγένοντο, σιτιζόμενοι τὰ παραπλήσια τῷ διδασκάλῳ.

2 Οὗτος ὁ θαυμάσιος καὶ δράκοντα ἀπέκτεινε, καὶ

Sanctus hic Pater noster Julianus, mundo renuntians, venit ad ripas Euphratis fluminis; ibique speluncam reperiens, monasticam sub ea vitam instituit. Hunc multi cupientes imitari, ad parvulam illam specum affluxerunt, tuguriaque in circuitu ejus exstruentes, facti sunt usque centum, iisdem quibus Magister victitantes.

In spelunca ad Euphratem se exercenti

plures se jungunt.

2 Hic admirabilis etiam draconem interfecit, et in

A in loco inaquoso fecit scaturire fontem. Hic etiam in Sinai montem profectus, in petra, in qua Legislator Moyses Deum vidit, quantum videri potest, ecclesiam struxit, quæ hodiedum permanet. Quin etiam, cum impii atque apostatæ Juliani reditum ex Perside multi formidarent; ipsumque, ut quem verum Dei famulum esse noverant, deprecarentur; usque in decimam diem orationem suam sanctam ad Deum prorogans, audivit, Non propter te tantum, sed et propter aliorum multorum continuatas totis noctibus preces, impius et inquinatissimus Julianus occidetur.

In ven. miraculis clarus

ecclesiam in Sinai struit,

et Juliani Imp. mortem prænoscit

3 Post aliquod autem tempus, cum beatissimus Meletius esset Antiochia ejectus, virum hunc sanctum aliqui advocaverunt, orationis, solatii, atque consilii causa. Ipse vero consensit; et vadens, hospitatus per viam est apud feminam Christi amantem. Ibi dum invitatus pranderet, contigit septennem puerum, quem prædicta mulier habebat unigenitum, instruenda mensa occupari, et paulum quid ex oculis abeuntem cadere in puteum. Id licet nosset venerabilis matrona, nihil tamen commota est animo; sed puteum diligenter claudens, magnanimiter ministrare pergebat; Sanctumque de puero requirentem fallebat, morbum qui acciderat, B prætexens. Cum autem ille instantius rogaret, ut juberetur ad mensam accedere puer, suscipiendæ benedictionis causa; innotuit tandem quod factum erat. Statim ergo de mensa surgens ille, et putei operculum avellens, ut puerum vidit in aquis saltabundum, et velut manu ludentem, jussit eum a præsentium aliquo inde educi. Quo facto, interrogatus puer, dixit, nihil mali se passum, elevante se ac sustinente qui secum versabatur ac ludebat sene.

Antiochiam proficiscenti,

ministrans mulier, filium ex puteo

illæsum recipit:

4 Ingressus porro Antiochiam, recepit se ad speluncam, in qua olim sanctus Apostolus Paulus occultabatur. Cumque multitudo non minima populi illuc confluxisset, utilitatis et benedictionis causa; jacebat ipse febri calentissima correptus, vix leviter anhelans ac pene sine spiritu. Instantibus nihilominus iis qui aderant, dicentibusque multo plures expectare foris, benedictionis illius indigos, respondit; Siquidem conducibilis nobis sanitas est, indulgeat eam Dominus omnium: facta autem oratione semetipse excitavit ab ardentissima illa febri, propter utilitatem multitudinis. Sancto autem suum iter ad palatium prosequente et abeunte, quidam C humi stratus adrepens, et villos pallii ejus contingens, statim surrexit, eumque sequebatur, sicut ille olim claudus Joannem ac Petrum.

æger ipse, ad aliorum votum

sanitatem sua recuperat;

infirmum erigit;

5 Neque hoc solum populo profuit, sed etiam multos in fide orthodoxa firmavit: deinde ad exercitationis suæ palæstram revertens, per Cyri urbem transitum habuit. Cyropolitani autem apprehenderunt Sanctum ad suum solatium, dicentes, Asterium quemdam loco Episcopi nostri expectamus, hominem truculentum et perniciosum; metuimusque, ne quibusdam sermonibus dolosis nos subvertat garrula ejus lingua: mane ergo nobiscum: et, si quid potes, adjuva nos. Ille vero mansit, et paucis ad se venire permissis, totam noctem precando insumpsit, illumque divina ultione necavit, unius dumtaxat diei vitam ei reliquam inter cruciatus indulgens. Denique reversus ad discipulos suos, cum iisque emigravit.

Pseudo-episcopum

oratione enecat:

et ad suos regressus moritur

ὕδωρ ἐν γῇ ἀνύδρῳ βλύσαι πεποίηκεν. Οὗτος καὶ εἰς τὸ D Σίναιον ὄρος ἐλθὼν, ἐν τῇ πέτρα, ἐν ᾗ Μωσῆς ὁ Νομοθέτης τὸν Θεὸν εἶδε, ὡς ἦν δυνατὸν, ἰδεῖν, ἐκκλησίαν ᾠκοδόμησε, καὶ μέχρι τοῦ νῦν περίεστιν. Ἀλλὰ καὶ τὴν τοῦ δυσσεβοῦς καὶ ἀποστάτου Ἰουλιανοῦ ὑποστροφὴν ἀπὸ τῶν Περσῶν πολλοὶ δεδοιότες, ἐπεὶ παρεκάλουν, γινώσκοντες αὐτὸν τοῦ Θεοῦ δοῦλον γνήσιον, ἐπὶ δεκάτην ἡμέραν τὴν πρὸς Θεὸν αὐτοῦ ἁγίαν προσευχὴν ἐπεκτείνας· Οὐ μόνον διὰ σὲ, ἤκουσεν, ἀλλὰ καὶ δι᾽ ἑτέρων πολλῶν παννυχοὺς παρακλήσεις, ὁ μιαρὸς καὶ δυσσεβὴς Ἰουλιανὸς ἀποσφάττεται.

3 Μετὰ δὲ χρόνους τινὰς, τοῦ μακαρίου Μελετίου ἐξ Ἀντιοχείας διωχθέντος, παρεκαλέσαντο τινες τὸν Μακάριον τοῦτον, εὐχῆς καὶ παρακλήσεως καὶ παρηγορίας πολλῶν ἕνεκα· καὶ συνθέμενος καὶ ἀπερχόμενος, προσεδέχθη ἐν ὁδῷ παρὰ γυναικὸς φιλοθέου· καὶ ἐπεὶ παρακληθέντος εἰς δεῖπνον τοῦ Ἁγίου, ὅπερ εἶχε ἑπταετὲς παιδίον ἡ γυνὴ μονογενὲς, ἐν τῇ τραπέζῃ ἀσχολούμενον, μικρὸν ἐξ ὀφθαλμῶν παρελθὸν συνέβη πεσεῖν ἐν τῷ φρέατι· ἡ τιμία γυνὴ, μηδὲν τὸ παράπαν ἀλλοιωθεῖσα, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ φρέαρ σκεπεύσασα, μεγαλοψύχως διηκόνει· καὶ τὸν Ἅγιον τὸ παιδίον ἐπιζητοῦντα παρεκρούσατο, διὰ νόσον ἐπισυμβᾶσαν. Τοῦδε ἐπιμελῶς τὸ παιδίον ἐπιζητοῦντος ἐπὶ τῆς τραπέζης ἐλθεῖν, καὶ εὐλογίας ἀπελαῦσαι, E γνωστὸν ἐγένετο τὸ πραχθέν. Εὐθέως δὲ τῶν τραπέζης ἐξαναστὰς, καὶ τὸ κάλυμμα τοῦ φρέατος ἀπορρίψας ὡς εἶδε τὸ παιδίον ἀλλόμενον ἐν τοῖς ὕδασιν ὑγιὲς, καὶ οἷα παίζοντι τῇ χειρὶ προσεοικὸς, ἀχθῆναι τοῦτο διά τινος τῶν παρευρεθέντων κελεύει· καὶ τούτου γενομένου, τὸ παιδίον ἐρωτώμενον οὐδέν τι δεινὸν παθεῖν ἔφασκε, διὰ τὸ κουφίζεσθαι καὶ ἀνέχεσθαι ἐπὶ τοῦ προσομιλοῦντον αὐτῷ καὶ προσπαίζοντος γέροντος.

4 Ἀφικνόμενος δὲ εἰς Ἀντιοχείαν, κατήχθη εἰς τὸ σπήλαιον, ἐν ᾧ ὁ ἅγιος Ἀπόστολος Παῦλος ποτε ἐναπεκρύπτετο. Καὶ πλήθους οὐκ ὀλίγου συρρεύοντος πρὸς τὸ σπήλαιον, χάριν τῆς ἐκ τοῦ Ἁγίου ὠφελείας καὶ εὐλογίας, λαύρῳ πυρετῷ συσχεθεὶς οὗτος, ἔκειτο ἀδρανές τε πνέων καὶ σχεδὸν ἄπνους. Ὡς δὲ οἱ περὶ αὐτὸν ὤχλουν, πολλοὺς εἶναι τοὺς ἔξωθεν προσμένοντας λέγοντες, καὶ ἐπιδεομένους τῆς εὐλογίας, Ἐὰν συμφέρει ἡμῖν ἡ ὑγεία, ἀπεκρίνατο, δώῃ ταύτην πάντων ὁ Κύριος· καὶ προσευξάμενος ἀνέστησεν αὐτὸς ἑαυτὸν ἐκ τοῦ λαυροτάτου πυρετοῦ, διὰ τὴν τοῦ πλήθους ὠφέλειαν. Ὁδεύοντος δὲ αὐτοῦ ποτε, καὶ ἐπὶ τὰ βασίλεια ἀπερχομένου, τὶς κατακείμενος ὢν, προσεγγίσας τῇ σισύρᾳ αὐτοῦ, εὐθέως ἀνέστη, ἀκολουθῶν F αὐτῷ, ὡς πάλαι ὁ χωλὸς τῷ Πέτρῳ καὶ Ἰωάννῃ.

5 Καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν ὀρθόδοξον πίστιν ὑποστηρίξας [πολλοὺς], ὑπέστρεψεν ἐπὶ τὴν ἀσκητικὴν αὐτοῦ παλαίστραν, διὰ τῆς Κύρου πορείαν ποιούμενος. Οἱ δὲ τῆς πόλεως Κύρου κρατήσαντες τὸν Ἅγιον εἰς παράκλησιν, ἔλεγον· Τοῦ Θεοῦ δοῦλε, Ἀστέριόν τινα ἀντὶ τοῦ Ἐπισκόπου ἡμῶν προσδοκῶμεν, δυσμενῆ καὶ ὀλέθριον· πρόσμεινον μεθ᾽ ἡμῶν καὶ βοήθησον εἴτι δύναται, μή ποτε τῇ στωμύλῳ αὐτοῦ γλώσσῃ αὐτὸς ἐν λόγοις τισὶ διατρέψῃ ἡμᾶς. Ὁ δὲ προσμείνας καὶ εὐχὴν παννύχιον ὀλίγων συνελθόντων ἐκτελέσας, θεηλάτῳ ὀργῇ τοῦτον ἀπέκτεινε, μιᾶς καὶ μόνης ἡμέρας ζωὴν ἐπώδυνον ἐάσας τούτῳ· Ὑποστρέψας δὲ πρὸς τοὺς μαθητὰς, καὶ χρόνους ἱκανοὺς διαρκέσας σὺν αὐτοῖς, πρὸς Κύριον ἐξεδήμησον.

DE S. TROIECIA VIRGINE
RUTHENIS ET PICTAVIS IN GALLIA
SYLLOGE HISTORICA

D. P.

De ejus cultu utroque loco, et cultus diebus, ætate ac nomine.

SEC. IV.

In propriis Ruthen. relata hodie,

Proprium Ecclesiæ Ruthenensis de Sanctis, studio Ludovici Abelly Episcopi concinnatum, et successoris Gabrielis de Voyer, notato ad diem IX *Junii nomine* S. Trojeciæ Virginis, *hæc addit :* Semiduplex. Omnia de Communi IX Lectionum, et Commemoratio Sanctorum Primi et Feliciani. *Nomen illud vulgo* S. Trieze, *vel* Triaise *pronuntiatur et scribitur, quod utrumque in pronuntiatione eodem recidit; sed prior scriptio nativa magis videtur Claudio Castellano Canonico Parisino, qui primus eum nobis pro hac die suggessit. Fortassis nomen ab origine Græcum (ut multa hujus generis inter* B *Gallo-Romanos erant, post Catholicam Religionem susceptam) primo fuit* Trisagia, *id est* Ter-Sancta; *vel* Trisæbia *id* Ter-Veneranda, *unde vulgaria istæc nomina manserint : pro quibus, ex cultiori postea Gallicismo, solito vocalem secundam, scilicet* e, *concurrentem cum una liquidarum, mutare in diphthongum* oi, *atque* Tres, Trois; Lex, Loix; Me, Moy *pronuntiare; maluerint aliqui substituere* Trojeciam; *fortasse etiam a veteri* Troia *repetitum nomen videri volentes, uti factum in* Trecis, *antiquius* Tricassibus, *vulgo* Troyes. *Ut ut est : nomen nunc placet usurpare, quomodo in divinorum Officiorum ordine, atque adeo in Collecta sub Sacris legitur.*

nomine forsan a Trisagia vel Trisagia detorto:

2 *Philippus Ferrarius, in Catalogo Generali Sanctorum qui in Romano Martyrologio non sunt, ad diem præcedentem ipsam retulit, nescio qua de causa, et scripsit :* Apud Ruthenos. Trojeriæ Virginis, *in Annotatis vero subdit, ita se habere* ex Tabulis et Monumentis ecclesiæ Ruthenensis. *Quo tamen parum moveor; tam enim facile illi fuit in numerali littera errare, quam manifeste erravit in Alphabetaria; et* 8 *pro* 9 *legere, sicut legerat* r *pro* c; *et hujusmodi errores non rari apud Auctorem illum sunt. Gratias interim ei debemus pro aliquanto pleniori notitia : dum ex iisdem monumentis docet, quod* in æde S. Stephani C condita est. *Ita autem nunc Cathedralis ibidem nominatur, olim ut ferunt S. Mariæ nomen sortita. Amplius est, quod idem Ferrarius in Actis ejus, quæ hactenus nulla videre potuimus, habet his verbis :* Ea ex Pictavis oriunda, *cum* peregrinationem ecclesiarum susceptisset, tandem ad Ruthenensem urbem veniens *ea vulgo* Rodes *dicitur* ibi vitam plane Angelicam duxit; claraque miraculis in multa senectute quievit, uti monumenta MSS prædicta habent. *Hæc cum legisset Saussayus, de die nihil hæsitans quin Ferrarium sequeretur, litterarum tamen errorem correxit in Supplemento sui Martyrologii, atque* Trojeciam *scripsit : exempliique, in nomine et in die, sequacem habuit Arturum a monasterio, in Gynæceo sacro.*

minus bene ab aliis ad diem 8 ponitur,

cum elogio ex Ferrario,

3 *Item Saussayus, brevem, sed substantiæ plenam Ferrarii Annotatiunculam, longo verborum fluxu in hunc modum extendit.* Apud Ruthenos in Aquitania S. Trojeciæ Virginis, quæ ex Pictavis pauperibus orta parentibus, mundum, mente ad cœlestia erecta, a pueritia contempsit, seque carne et spiritu Christo Domino in perpetuum dedicavit; quem ut ubique, omni alio nexu quam ejus amoris expedita, sincerius ac securius coleret; celebrium Aquitaniæ ecclesiarum peregrinatione suscepta, in his omnibus quos invisit sacris locis, suæ in eum devotionis pios ardores edidit. Cum autem, eodem fervore incensa, Ruthenam ad ecclesiam S. Stephani pervenisset, longissima pœnitentia exacta, vitam Angelicæ puritatis æmulam felici consummatione absolvit; quin exuta carnis sarcina, quam ægre semper circumgesserat, animam cupidam conspectui Domini, imo Sponsi dilectissimi, ad beatam ejusdem emisit fruitionem, mentiumque supernarum felicissimam societatem. Fulsit, tam ante quam post mortem, innumeris divinæ virtutis insignibus; ob quæ signa gloriæ, sacratissima ejus pignora, in basilica S. Stephani condita, ab incolis, qui patrocinia ejus non inaniter E ambiunt, ingenti cum honore conservantur.

per Saussayum in plura extenso

4 *Hæc ille, pluribus quidem verbis, ut dixi, utens, sed ad historiam, addens nihil, quam quod* pauperibus orta parentibus; *id quod nec omisit Arturus; et quod* humili loco nata *sit dixit, mutata dumtaxat phrasi. Fortassis ad hitamentum hoc Saussayus eo intendit, ut illam distingueret* a Triasia, *cui ad* XVI *Augusti hoc elogium texuerat.* Pictavis Natalis S. Triasiæ, Virginis reclusæ, quæ a S. Hilario edocta, abjectis seculi pompis et deliciis, virginitatem suam Regi æterno consecravit : atque in cellula sese toto vitæ decursu continuit. Postquam autem præclaris omnium virtutum ornamentis dotata consenuit, in religiosa statione purum Deo spiritum reddidit, magnisque meritorum clarificationibus post cœlestem excessum insignita est. *Non ideo tamen fiet ut diversam credam. Apparet enim quod Saussayus, aliud nihil præ oculis habuerit, quam Gallicam quamdam instructionem, Pictavis sibi missam, ubi* Sainte Triaise *scribebatur. Et hæc quidem primis annis a S. Hilario (qui anno* CCCLXVII *e vivis abiit, ad votum virginitatis recepta, aliquantis forsan reclusa vixerit; vel potius Pictavensis ecclesiæ ministerio deputata, juxta eam cum aliis habitaverit : sed perinde defuncta sit; quod* F *tamen e memoria exciderat Pictaviensium, ideoque credita sit perpetuo in sua patria reclusa vixisse. Ast ibi* Troecia *in sacris dicebatur, non* Triasia, *uti patet ex Litaniis Pictonicis, ab Henrico Ludovico Castaneo de Rochepozay primum vulgatis; et ex indice ecclesiarum diœcesis Pictavensis, post Episcopos ejusdem urbis a Joanne Besbio erudite illustratos subtexto.*

qui de suo addit, humilitatem natalium.

distinxitque ab ea, quæ 16 Augusti colitur Pictavis.

5 *Dixerim ergo, non duas illas, sed unam esse,* S. Hilarii *discipulam; quod et vetustas nominis, et Pictonum traditio verisimile facit : quæ ipsam etiam seculo* IV *absque [illegible] defunctam vero apud Ruthenos hoc* IX *Junii, [illegible] miraculis inclaruisse credit, motos Pictones, ut suæ olim civis Reliquias aliquas ex Aquitania [illegible]; quarum translatio celebrata sit* XVI *Augusti, incertum quo seculo; causam quæ dederit nominandæ ab eadem Sancta ecclesia, in quam relatæ fuerant, quamquam ne deo nunc loco superstit quidquam, quod ego quidem cognoverim, hæreticis in sacra omnia utrobique bacchatis seculo superiori. De ecclesia quod dixi, patet ex Notis ad Litanias Pictonicas, anno* MDCXLI, *sive editionis quartæ; ubi, sumptis e Saussayo verbis dicitur, quod* a S. Hilario edocta, abjectis seculi pompis, toto vitæ decursu, in cellula, sibi

nobis tamen eadem esse videtur.

quæ etiam in patria ecclesiam nacta sit translata illuc aliqua Reliquia.

A sibi a præfato Præsule assignata, sese religiose continuit; *additurque*, Ubi nunc ecclesia Parochialis intra Pictavensem urbem cernitur, Sanctæ Troeciæ nomine conspicua. D

DE SANCTIS EPISCOPIS AFRIS

FLORENTIO ET VINDEMIALE

TARVISII IN ITALIA

D. P.

SYLLOGE. De eorum Episcopatibus, fugæ vel exilii tempore, ac cultu.

CIRCA AN. D.

Dies ex Ferrario.

Tarvisinam *sub Republica Veneta ditionem*, Taurisai *videtur adscripsisse Plinius; quorum in sui nominis Metropoli Cathedralis ecclesia, S. Joanni Baptistæ dicata, compluribus ditatur Reliquiis Sanctorum, quos Carmine haud ineleganti enumerat Bartholomæus Burchelati, uti legere est in Italia sacra Ferdinandi Ughelli tom.* 5 *col.* 466. *Ibi inter ceteros appellantur, ut Urbi a se dilectæ adsint,*

B Vindemialis item, Florentius et Chilianus.

De Chiliano, *quis sit, et quando colendus, cupio a Tarvisinis doceri. Aliis duobus diem hunc* nonum Junii *assignat in suo ad Catalogum Sanctorum Italiæ alphabetico Indice Philippus Ferrarius; addito quod* corpora *habeantur* in ecclesia Cathedrali; *de ipsis tamen toto illo libro nusquam agit, sive propter expectationem ulterioris notitiæ, sive per oblivionem. Gaudemus saltem diem nosse, et notitiæ huic addimus verba Ughelli, de iisdem in Tarvisinis Episcopis ita scribentis:*

Cultus ex Ughello probatur

2 Tertius *urbis Episcopus*, Titianus, floruit circa annum CCCC nostræ salutis: cujus temporibus ex Africa Tarvisium venerunt sancti Episcopi et Confessores Florentius et Vindemialis, qui Carthaginensi Concilio contra Arianos interfuerunt; ibidemque Tarvisii sanctissime defunctos apud S. Joannem Baptistam Episcopus Titianus sepelivit, prope Cathedralem, marmorea arca tegente, ubi scriptum legitur; Reliquiæ Sanctorum Confessorum atque Episcoporum Florentii et Vindemialis. *Eam arcam nunc intra ecclesiam haberi, illuc translatam ab Episcopo Rothari sub annum* MXX, *scribit prælaudatus Ughellus, fortassis ex Historia Tarvisina Joannis Bonifacii lib.* 1 *pag.* 37; *ubi hic dicit, sepulcrum eo-* C *rum esse intra capellam iis dicatam atque recenti memoria eleganter ornatam, munificentia Bonacorsi Bombene, Canonici ac Nobilis Tarvisini: in extimo autem nunc ecclesiæ S. Joannis Baptistæ perseverare eorumdem Sanctorum antiquitus sculptas effigies in viva petra: quas si nanciscar aliquando delineatas, curabo æri incidendas.*

et Victore Viten. persecutionis tempus

3 *Victor Vitensis (uti Chiffletio operum editori placet non Uticensis, Episcopus, lib.* 4 *de persecutione Africana, profert* Nomina Episcoporum Catholicorum diversarum Provinciarum, qui Carthaginem ex præcepto Regali venerunt pro reddenda ratione fidei, die Kalendas Februarias, anno VIII Regis-Hunerici. *Annum* VI *legit Sirmondus in notitia Episcopatuum Africæ, ex eoque Labbeus tom.* 4 *Conciliorum, atque hunc secutus Schelstratius: sed si anno Christi* CCCCLXXVI *regnare Hunnericus cœpit, ut vult in Epitome Chronologica Labbeus; profecto sibi contradicit, cum persecutionem ab eo suscitatam ad* CCCCLXXXIV *usque differt: hic enim secundum ipsummet fuit Hunnerici* VIII *annus: quod si etiam citius in regnum inducatur, anticipandus etiam annus erit. Ibi inter* nomina Episcoporum Provinciæ Proconsularis, *cujus Caput ipsamet Carthago*, vel qui in exilium missi sunt *occurrunt* Florentii duo, Uticensis et Seminensis, *ambo* in Corsicam *relegati. Inter Episcopos autem* Byzacenæ Provinciæ, *habetur* Vindemialis Capsensis: *cui licet nihil adscribatur, credibile tamen est, hunc quoque, uti et alios plures, fuisse ex numero illorum qui in ipsa persecutione non* perierunt, *sed* permanserunt CCCLXXVIII, *quorum* XLVI *fuerunt in* Corsicam relegati. E

et nomen ecclesiæ

4 *Ex illis autem vel relegatis vel ultro fugitivis plurimi in Italiam transgressi, ibique sancte mortui, variis coluntur diebus: neque aptius ullum occurrit tempus, quam Hunnerici persecutio, ad quos Tarvisinorum istorum advenarum vel fugam vel exilium referamus. Nam circa annum* CCCC, *quo Titianum vixisse asserit Ughellus, ejusmodi occasionem nullam offert Africa; diceremque* 500, *non* 400, *scribere illum voluisse, nisi Episcoporum reliquorum Chronologia pariformiter procederet, sed nullis auctoritatibus firmata; quare nihil verebor ipsum* Titianum *(si ita nominabatur revera is, qui advenas Afros excepit, et tumulavit post* Jucundum *et* Helviandum *collocare, nec tamen* Quintum *audebo numerare. Quis enim non videat inter* Joannem, *qui primus occurrere dicitur pro anno* CCCXX, *usque ad* Felicem, *qui eamdem Ecclesiam anno* DLXVIII *administravit, plures quam quatuor Episcopos mediasse? adeoque inter* Helviandum, *qui anno* CCCCLIV *urbem Attilæ tradidit, itaque excidium ejus evasit, et* Felicem *prædictum toto sæculo posteriorem, plures quam unum* Titianum *ponendos. Nescio etiam quodnam* Carthaginense contra Arianos Concilium *invenerit Ughellus: nam quæ sub finem quarti sæculi istic habita Concilia sunt, aut Donatistarum schisma spectarunt, aut ecclesiasticam disciplinam, nec adsunt Episcoporum subscriptiones, inter quas reperta nomina* Florentii *et* Vindemialis, *causam dederint ita sentiendi.* F

eos vel non excepit et sepelivit Titianus,

vel sedit circa annum, non 400, *sed* 500.

5 *Joannes Bonifacius, supra nominato loco, scribit ad annum* 394, *quod ambo in Corsica obierint, ac primus quidem, idque statim a suo illuc appulsu,* Florentius; Vindemialis *vero aliquamdiu post; cum prius insulares illos, dæmonem sub specie serpentis grandioris adorantes, a superstitione tam fœda abduxisset, serpente occiso: Rotharium vero Episcopum sepultorum ibidem corpora inde advexisse Tarvisium. Unde aliud non possum judicare, quam ex Africa in Corsicam transgressos Sanctos pro certo teneri, quomodo vero Tarvisii sint corpora ignorari. Serpens autem a* Vindemiali *occisus, aliud non fuerit quam victoria ejus de hæresi Ariana.*

alius, non vivos sed mortuos Tarvisium allatos, dicit.

DE SANCTO COLUMBA

PRESBYTERO ABBATE,

IN IONA SCOTIÆ INSULA.

F. B.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

§. 1. *De Iona insula, monasterio Hiensi, et cultu Sancti.*

ANNO DXCVII

In Iona insula sepultus S. Columba:

IOna *insula, adjacens Mulæ, quæ una est ex Ebudis, seu Hebridibus, venerabili Bedæ* Hii *nuncupata, aliis* Hya, Hu, Hoia, Ithe, I, Eo, *etc. nunc a sancto incola suoque Apostolo* Columba, *vulgo nominatur* Collumb-kill, *id est* Cella Columbæ *: quia scilicet in ea cellam seu monasterium idem Sanctus exstruxit ; quod celeberrimum evasit inter omnia monasteria hodiernæ Scotiæ ; propter monasticæ disciplinæ severitatem, et Monachorum sanctitatem : hujus præsertim, primi sui Abbatis et Patroni, qui ibi excessit e* B *vivis et sepulcrum sortitus est ad multos annos. De eo ita cecinit Walfridus Strabus in Vita S. Blathmaci, quam dedimus* XIX *Januarii.*

Insula Pictorum quædam monstratur in oris,
Fluctivago suspensa salo, cognominis Eo,
Qua sanctus Domini requiescit carne Columba.

ubi non recte affirmantur monasteria fuisse

2 *Negat tamen Hector Boetius, primum Abbatem Hyensis insulæ* S. Columbam *fuisse : asseritque, in prædicta insula monasteria exstitisse, antequam Sanctus ille nasceretur : ita enim scribit de tempore, quo Maximus Romanorum Legatus, gentes Scotorum extra fines Britanniæ propulsavit, lib.* 6 *Hist. Scotorum pag.* **110** : Exulabant per idem tempus, Christi Sacerdotes ac Monachi, quicumque Scotici erant nominis : quorum magna pars in Hebrides delata, in Jona Insula sacrum constituere cœnobium : multis veræ pietati deditis ad hanc nostram usque ætatem insigne : dubium, an viris, an feminis, sanctitate plus pollentibus ; nam secretis ædibus religiosam colebant vitam. Multa exinde per secula celebrius auctum est hoc cœnobium ; cum modicis primum fuisset cœptum initiis ; et piorum numero et prædiis ad sumptus collatis, et multorum postea Regum donariis, effectum parvo post tempore commune C Scotorum Regum cœmeterium. *Et rursus ad Fergussium II, quem ipse regni Scotorum primum restauratorem facit, alii primum conditorem ;* Restituit, *inquit fol.* **119**, Fergussius, templa diruta, aut populi defectu neglecta ; sacris Ministris, ad Dei cultum, Sacerdotiis donatis. Qui exularant Monachos reduces, mira caritate amplexus, ut populum vera imbuerint pietate, structis ad id patrio ritu cellulis, quibusdam ad vitæ necessaria prædiis donavit. Jonæ Abbatiam condidit, ubi Scotorum Regum deinceps voluit esse sepulcrum. *Ven. Beda lib.* 1 *Hist. Eccles. gentis Anglor. cap.* 9, *narrat, anno Domini* CCCLXXVII, *Maximum in Britannia Imperatorem factum, aut potius usurpatorem Imperii, in Galliam transiisse ; ab eoque Gratianum Augustum per insidias interfectum ; sed quod in Scotos Pictosve Britannia ejecerit, non meminit. Et postea cap.* 12 *affirmat, Brittonibus contra Pictos et Scotos Romanis fuisse subventum, illosque Britannia ejectos : ubi rursus nulla mentio de Maximo. Proferat igitur Hector Boetius, si sibi credi velit, auctores assertorum suorum testes idoneos : timeo enim ut meliores adferre possit, quam sint Acta S. Ursulæ, quæ videtur ante oculos habuisse, cum paginam* **122** *scriberet. Quoad initia Hyensis monasterii, contra ipsum diserte affirmat Beda, verbis §.* 2 *num.* 10 *citandis ; quod S.* Columba *gentem Pictorum verbo et exemplo ad Christi fidem converterit ; et insulam Hyensem ab iis in possessionem acceperit, ad condendum inibi monasterium. Et expressius lib.* 5 *cap.* 10 ; Erat autem Columba primus Doctor fidei Christianæ transmontanis Pictis ad Aquilonem, primusque fundator monasterii, quod in Hii insula, multis diu Scottorum Pictorumque populis venerabile, mansit. *Præterea auctores reliquos a Colgano allatos, quia hi omnes Beda posteriores, ex eo potuerunt hausisse quod narrarunt.* E

ante ejus adventum;

3 *Aliud testimonium affert Colganus ex Vita secunda a se edita, quam a Cumineo Abbate Hiensi putat esse conscriptam ; ubi sic habetur :* Postquam vir sanctus, ad ea quæ quondam mente proposuerat implenda, ad peregrinationis videlicet propositum et ad convertendos ad fidem Pictos, opportunum tempus adesse videret ; patriam suam reliquit, et ad insulam Jonam, quæ in septemtrionali Oceano inter Hiberniam et Britanniam sita est, prospero cursu navigavit : ibique nobilissimum construens monasterium, candidos Monachorum greges salutiferis doctrinæ alimentis pavit. *Verum cum manifestum sit (ut ostendam § seq. num.* 12) *eam S. Cuminei non esse ; parum aut nihil ad hanc rem conferre potest. Plus fortasse probaret, quod narrat idem Boetius lib.* 9 *fol.* **167**, *his verbis :* Anno, qui hunc fuerat secutus, Columba Aidanum, Conrani Regis filium (quem Eugenii insidias declinantem, in Hiberniam cum matre secessisse, supra diximus) Convalli Regis jussu secum ducens, ut avito regno præficeretur, in Albionem est reversus. Vix Columba e navi in Albionum littus descenderat ; cum ei nuntiatur, Convallum, decimo regni sui anno, qui erat a Christi natali quingentesimus septuagesimus octavus, F diem obiisse : et jam tum ejus funus in Jonam, ut Regum monumentis conderetur lugubri pompa cum ingenti omnium mœrore efferri. Ad quem nuntium Columba extemplo in Jonam, ut amici Regis funeralibus interesset, trajecit. Cumque parentando pio Regi extrema reddens obsequia, religiosis cum viris perseveraret ; Kynnatillus, Convalli frater, in Argadia dictis comitiis populi suffragio Rex est designatus. Ad hæc nihil motum Columbam, inceptum iter prosecutum, Kynnatillus Rex in Albionem adventantem, præter omnium opinionem, mira excepit benevolentia. Sed et Aidanum placide complexus, admirantibus cunctis, jubet bono esse animo ; fore dictitans, ut brevi avito regno potiretur, ex eoque nascerentur, qui Scoticam gentem olim multis levarent incommodis. *Sane si tempore S. Columbæ, Regum Scotorum monumentum in Jona fuerit ; credibile foret et monasterium fuisse, antequam Sanctus eo appelleret. Sed illud quis nobis affirmet ? tacentibus Adamnano et Beda, quorum primus aliud omnino narrat de Aidani coronatione num.* 86 ; *alter non obscure aliud indicat, dum vocat Columbam* primum Doctorem fidei

aut etiam sepulcra Regum Scotiæ,

sicut post ea fuerunt

A fidei, primumque fundatorem monasterii in Hiensi

AUCTORE F. D. insula. *Quapropter quidquid a Boetio et Buccanano narratur de Regum Scotiæ, Hiberniæ et Normanniæ tumultis, ad tempora posteriora pertinet, de quo extat Sancti prophetia, referente Adamnano num.* 99. Huic loco, *inquit S. Columba*, quamlibet angusto et vili, non tantum Scotorum Reges cum populis; sed etiam barbararum et exterarum gentium regnatores, cum plebibus sibi subjectis, grandem et non mediocrem conferent honorem: a Sanctis quoque aliarum Ecclesiarum, non mediocris veneratio ei conferetur. *Subdit Odonellus:* Quod veridici Christi prognostæ vaticinium secula posteriora viderunt efficaciter adimpletum. Fuit enim postea tantus illi exhibitus honor ac veneratio; ut non solum plerique Scotorum Albiensium, aliquot universæ Hiberniæ, et diversi exterarum gentium Reges, sepulturam ibi deligentes, in eo fuerint tumulati; sed et ipsum monasterium, omnia cœnobia, a D. Columbæ discipulis et successoribus erecta, habuerit sibi subjecta; et Caput amplissimæ olim Columbinæ Congregationis extiterit: et (quod magis mirandum, et longe inusitatius est) ipsi Episcopi provinciæ, in qua jacet, ordine inusitato, debuerint loci illius Abbati sub-

B esse; ad exemplum primi Fundatoris, qui non Episcopus, sed Abbas extiterat. *Ad posteriora tempora pariter spectat, quod Joannes Fordunus narrat, in Scotichronico, et auctores supra nominati:* Duo monasteria, *inquit*, sunt fundata, unum nigrorum Monachorum, aliud sanctarum Monialium Ordinis S. Augustini, rochetum deferentium; et ibi est refugium; *id est asylum*. Monasterium vero Monachorum usque ad tempus Regis Malcomi, viri S. Margaretæ, fuit locus sepulturæ et Sedes Regalis, quasi omnium Regum Scotiæ et Pictiniæ. *Pauci tamen videntur ibi habitasse.*

Ionam a quibus acceperit S. Columba.

4 *Hoc quoque inter Hibernos disceptatur auctores; an insulam illam a Pictis acceperit* S. Columba, *an vero a Conallo Comgelli filio, Dalriedinorum seu Scottorum Albiensium Rege. Si antiquitatem spectes, affirmabis primum; quia id asserunt Beda, Wigorniensis et Walfridus Strabus; si situm loci consideres, loqueris forsitan et senties cum Ussero pag.* 703. Quamquam, cum situm, *inquit*, insulæ attentius considero, a Britonum et Pictorum finibus longius remotum, atque Mulæ et Colvansæ Hebridianorum insulis (quæ sunt Adamnani Malea et Colosus) proxime propinquum; eo inclinat animus, ut Tigernaci et Ultoniensium Annalium collectoris, sententiam magis

C approbandam existimem; qui a Conallo Comgalli filio Rege Dalriedæ, insulam Iæ (sic enim eam vocant) Columbæ-cilli oblatam fuisse tradiderunt; Conallo videlicet (ut eum Frondonus etiam appellat) sive Convallo illo, de cujus religione mira sunt, quæ memoriæ sunt prodita.

Cultus ejus ex Martyrologiis,

5 *Hæc est illa insula, vita, miraculis, reliquiis, et cultu* S. Columbæ *celeberrima. Festum ejus celebratur hac* IX *Junii. Ita ad eumdem diem Usuardus*, In Scotia B. Columbæ, Presbyteri et Confessoris, magnæ et admirandæ virtutis viri. *Martyrologium Romanum;* In Scotia S. Columbæ Presbyteri et Confessoris. *Item Notkerus: quem volo hic ad longum referre, ut Lector ad manum habeat antiquissimum forsan virtutum* S. Columbæ *compendium; si Acta per Adamnanum scripta excipiantur.* In Scotia insula Hiberniæ, depositio S. Columbæ, cognomento

ac nominatim Notkeri,

apud suos Columb kille, eo quod multarum cellarum, id est monasteriorum vel ecclesiarum, institutor, fundator, et rector extiterit; adeo ut Abbas monasterii, cui novissime præfuit, et ubi requiescit; contra morem Ecclesiasticum, Primas omnium Hiberniensium habeatur Episcoporum. Nec immerito: quia idem Sanctus, per inhabitationem sancti Spiritus, nulli post Apostolos et mirabilem Martinum, D

in prophetia, doctrina, et miraculorum ostensione, atque angelica frequentatione videatur secundus: quod vel ex his paucissimis sentiscere licet. Cum sederet in quadam insula scribens, et in alia domus altissima ædificaretur, et quidam de culmine ejusdem enormis fabricæ ad terram corruere cœpisset; in ipso subitanei casus periculo, dixit Angelo Dei sibi assistenti; Auxiliare, auxiliare. Et ecce in ipsius monumenti atomo, ita ruenti homini subventum est ab Angelo, quasi non scriptori, sed fabro semper adesset. Cum gravis infirmitas, imo lues et pestilentia intolerabilis, universum pene populum devastaret, benedixit lapidem de littoreis saxis, et ubicumque præcepit in aquam mitti, atque ipsa aqua infirmantes potari vel aspergi: qui in aquam missus, et contra naturam suam in modum spumæ supernatans, et hoc modo divinam se benedictionem percepisse contestans, omnes morbos medicando sanificans, super aurum et omnes gemmas pretiosas ac super omnia medicamenta fuit saluberrimus. Et ad augmentum miraculi, a nullo per id temporis morituro, licet diligentissime custoditus et cautissime requisitus, unquam poterat inveniri.

ubi laudatur ut clarus miraculis,

E

6 Hoc uno de multimoda sanatione commemorato, alterum, de multiplici in penuria subventione, libet ad memoriam revocare: ut prudens lector, ex his duobus, et tacita discat æstimare. Cuidam pauperculo, omnibus rebus indigo, contulit in vera Sanctus ex eo, quod ab eo silvis et aquis jussit infigi: quod cum faceret, ita dives effectus est; ut et domus ejus eamdem abundantiam non caperet; et uxor ejus, terrestres delicias cum marinis fastidiens, veru in perniciem sui, a viro fecisset incidi. Doctrina vero beatus Columba cum omnes anteriores adæquaret, in hoc transcendere non injuria censetur, quod per tres dies ultimos commemorationis in terra, cuncta ei revelata sunt sacræ Scripturæ sacramenta, omnibus retro mortalibus aut penitus occulta, aut certe juxta Apostolum, per speculum et in ænigmate, comperta, imo requirenda atque enucleanda proposita: quæ propter absentiam Baithenei, familiarissimi videlicet illius discipuli, imo propter indignitatem generis humani, litteris non sunt attitulata. Porro prophetiæ dono ita mortales omnes præponderavit, ut et præsentia ceteris abscondita, et absentia, non solum vicina, sed et longe posita, sed et præterita et futura, in uno inevitabilis oculi ictu deprehenderet. Vas ante eum, pro solemni benedictione, lacte plenum oblatum est: quod cum benedixisset, et vasculum ilico crepuisset, increpuit ministrum, cur non ante infusionem, per signum sanctæ Crucis, antiquo hosti locum in eo permanendi interdixisset. Item lactis similitudinem, ex tauri testiculis expressam, in propriam, id est sanguinis, eminus benedicendo, convertit naturam. Regum vicinorum bella et præscivit, et aliquando compescuit: aliquando vero justiores causas habentibus favit; injustiores vero, divinæ justitiæ conjunctus, non adjuvando despexit. Subversionem quoque civitatis, quæ nunc Nova dicitur, in Italia, in subitaneo stupore, terræ hiatu, imo cœlestis iræ respectu subversam conspexit; et aliis, ecstasim ejus mirantibus, id ipsum nuntiavit. Sed et hoc prædixit, quod Gallici nautæ, sicut et factum est, eamdem rem ipso anno in Scotia relaturi essent.

intelligentia Scripturarum,

1 Cor. 13

F

et Prophetiæ dono.

7 Die quoque ultimo vitæ mortalis, id est sabbato, cum Psalmum trigesimum tertium usque ad eum versum perduxisset in scribendo; Inquirentes autem Dominum non deficient omni bono; astantibus inquit, Quod reliquum est Baitheneus scribat; ut videlicet, qui in regimine Fratrum ei successurus erat, non solum docendo, sed et scribendo, discipulos

A pulos ad se vocare deberet; Venite, filii, audite me, timorem Domini docebo vos. Et addit: Hæc dies in Scriptura sacra Sabbatum, id est requies appellatur, in qua mihi requies æterna paratur. Ecce enim hac nocte Resurrectionis Dominicæ, vado ad Dominum Jesum Christum, magnæ resurrectionis auctorem. Et hoc scitote, quia per tres continuos dies, mare clausum nimia tempestate tenebitur; ut exequiæ meæ non a vulgaribus turbis superstitiose, sed a sanctis Fratribus meis religiose celebrentur. Qui cum plurimos discipulos, socios sanctitatis suæ, pares habuisset; unum tamen, Comgellum scilicet, Latine Fausti nomine illustrem, præceptorem beatissimi Columbani, Magistri Domini et Patris nostri Galli, virtutum ac meritorum suorum, quasi unicum, exemplo Isaac, reliquit heredem. *Hactenus Notkerus: sed pace tanti viri, inquit Colganus, non recte vocavit ipsum aut ejus successorem*, Primatem omnium Hiberniensium Episcoporum, *cum ejus successor solum inter Episcopos Provinciæ illius, in qua obiit, seu Scotiæ Albionensis, principatum seu præcedentiam habuerit. Sunt et alia in hoc Notkeri contextu, quæ explicatione opus haberent: verum id fiet commodius ad acta per Adamnanum conscripta. Meminerunt*

Laus ex aliis quoque Mon.

B *et alia de cultu ejusdem sancti Martyrologia. Salisburiense*: In Scotia festum S. Columbæ, Presbyteri et Confessoris, singularis mirificæque virtutis viri. *Martyrologium a Carthusianis Coloniæ auctum*; In Scotia S. Columbæ, Presbyteri et Confessoris, magnæ et admirandæ virtutis viri. *Petrus Galesinius*, In Scotia S. Columbæ, Presbyteri et Confessoris, admirandarum virtutum Christianarum et divina vivendi ratione præclari. *At ne pluribus verbis eadem plerumque sonantibus inhæream, ipsius cum laude nona Junii meminerunt in suis Catalogis, Fe-cius, Canisius, Molanus, Arnoldus Wion, Dorganius, Hugo Menardus, David Camerarius, Thomas Dempsterus, Martyrologium Anglicanum; et ex Hibernicis, Marianus Gormanus, Cathaldus Maguir, Calendarium Cassellense, et Martyrologium Tamlactense ac Dungallense, in quorum ultimo legitur*: S. Columbakille, filius Fethlemidii, Abbas nigrorum Monachorum, in monasterio Dorensi in Hibernia, et Hiensi in Albione.

8 *Hæc omnia Martyrologia memoriam ejus referunt nona Junii, qua die et obiit ipse, et festum ejus celebratum fuit, usque ad annum* MCLXXXV. *Tunc ob Translationem SS. Patricii, Brigidæ, et Columbæ*, auctoritate, *quemadmodum inquit Colganus*, Pontificia,

C *die nona Junii celebrari cœptam*, natale ipsius festum translatum *fuit* in diem sequentem; *non post* IX Junii, *ut* alicubi inadvertenter *dixerat idem Colganus; sed ut postea corrigi jussit*, diem Octavarum *dictæ Translationis, id est* XVII *Junii: quemadmodum* habetur in Officio Translationis trium prædictorum Sanctorum, *apud ipsum cum jam dicta correctione legendo, ante Acta S. Patricii. Nos de ea Translatione egimus, et Lectiones Officii istius dedimus* I *Februarii, ante Acta S. Brigidæ* § X. *Verum, cum illa contigerit, ut diximus anno* MCLXXXV, *adeoque sex pene seculis post mortem* S. Columbæ, *mirari quis posset, cur primum festum jussum sit cedere Translationi. An quia trium præcipuorum Hiberniæ Sanctorum simultanea ea festivitas erat, eoque solennissima, et cuivis particulari festo præferenda? an vero, quia ante id tempus necdum invaluerat pro tota Hibernia usus celebrandi Natalem* S. Columbæ, *per solam Jonam insulam et monasteria ei subjecta receptum? Non hoc, sed primum potius sonare videntur verba Officii tunc instituti, quæ sunt hujusmodi*: Tempore vero Translationis eorum, in dicta ecclesia præsidebant cum dicto Legato *(scilicet Joanne tit. S. Stephani in Cœlio-monte Presbytero Cardinali)* quindecim Episcopi, cum Ab-

Translatio Reliquiarum 9 Junii.

et festi in 17 ejusdem

batibus, Præpositis, Decanis, Archidiaconibus, D Prioribus, aliisque viris Orthodoxis quamplurimis; statuentes diem Translationis dictorum Sanctorum, ab universis Christi fidelibus per Hiberniam constitutis, IV Idus Junii *(corrigendum putamus, et V Idus legendum)* per singulos annos celebrari, transferentes festum S. Columbæ in crastinum Octavarum Reliquiarum istarum. *Ubi notat Colganus, rarum esse privilegium, quod* Translatio *aliqua celebrari jubeatur* cum Octava. *Noto et ego, ideo electam videri* IX *Junii, quia is anno* MCLXXXV *Dominicus fuerit, tali actioni opportunus. Quo tempore autem, et quomodo* S. Columbæ *Reliquiæ ad Cathedralem Dunensem translatæ primum fuerint, ex insula Jona et monasterio, in quo obiit, primumque corpore requievit, vide* § IX *ad Acta S. Brigidæ* I *Februarii.*

AUCTORE I. B.

9 *Est et aliud* S. Columbæ *festum, inquit Colganus, in Appendice quarta ad hæc Acta cap.* 4, *nempe* VII *Decembris; ut colligitur ex Mariano Gormano, qui ad eumdem diem sic habet*: Nativitas S. Columbæ, immaculati et præclari. *Verum, cum non soleat Nativitas sanctorum festive celebrari, præterquam B. Mariæ Virginis et S. Joannis Baptistæ, quia horum, et non aliorum Nativitas, sancta et immaculata ab omni peccato extitit; credo eum hoc potius memoriæ causa a Gormano inscriptum Martyrologio fuisse, quam venerationis. Neque solum diversis diebus colitur* S. Columba, *sed etiam varie appellatur nomine: videlicet* Columba, Columbus, *atque hinc deducto nomine* Columbanus; *ut Ninnianus a Ninne*, Columbcellus *seu* Columkillus, *quia nempe multarum cellarum, vel ut Jocelinus in Vita S. Patricii ait, centum curam sustinebat: quo nomine passim ab aliis* Columbis *et* Columbanis *distinguitur.*

Nativitas 7 Decemb.

E

nomen varie scriptum.

§ II. *De variis, qui de S. Columba scripserunt, Auctoribus.*

Inter eos, qui de S. Columba *in scriptis suis meminerunt, primus mihi memorandus venit S. Beda. Quamvis enim plurimi, de sancto illo Scotorum sive Pictorum Apostolo, scripsisse ferantur, etiam oculati testes, quorum et quorumdam scripta præ oculis habuit, tamen præ reliquis producendum existimo; tum quia jam superiori paragrapho, ad probandam nostram sententiam, quædam ejus verba adduximus, tum ob ingentem Historiæ Ecclesiasticæ notitiam; tametsi non uno in loco fateatur, parum admodum de virtutibus et miraculis S. Columbæ ad se fuisse compertum. Itaque sic loquitur lib.* 5 *Historiæ Ecclesiasticæ gentis Anglorum, cap.* 10. Erat autem Columba primus Doctor fidei Christianæ transmontanis Pictis ad Aquilonem, primusque fundator monasterii, quod in Hii insula multis diu Scottorum Pictorumque populis venerabile mansit. Qui videlicet Columba, nunc a nonnullis composito a Cella et Columba nomine, Columcelli vocatur. *Idem pluribus de eo agit lib.* 3 *cap.* 4. Siquidem, inquit, anno Incarnationis Dominicæ quingentesimo sexagesimo quinto, quo tempore gubernaculum Romani Imperii post Justinianum Justinus minor accepit, venit de Hibernia Presbyter et Abbas, habitu et vita Monachi insignis, nomine Columban, Britanniam; prædicaturus verbum Dei Provinciis septemtrionalium Pictorum, hoc est, eis quæ arduis atque horrentibus montium jugis ab australibus eorum sunt regionibus sequestratæ..... Venit autem in Britanniam Columban, regnante Pictis Bridio, filio Meilochon, Rege potentissimo, nono anno regni ejus; gentemque illam verbo et exemplo, ad fidem Christi convertit; unde et præfatam insulam ab eis in possessionem Monasterii faciendi accepit. Neque enim magna est, sed quasi

Venerab. Beda meminit

F

de adventu Sancti in Britanniam

familiarum

AUCTORE F. B.

familiarum quinque, juxta æstimationem Anglorum; quam successores ejus usque hodie tenent, ubi et ipse sepultus est, cum esset annorum septuaginta septem; post annos circiter triginta et duos, ex quo ipse Britanniam prædicaturus adiit. *Juvat hic interjicere verba Jacobi Usseri de Primordiis Britan. Eccl. pag.* 21, *ut intelligas quid sit* Familia, juxta æstimationem Anglorum : Dicitur autem *inquit, hic,* Hida, tanta terræ portio, quanta ad familiam alendam sufficiat (unde, quod Beda in Ecclesiastica Historia familiam vocat, Saxonicus illius interpres Hydelanden vertit) vel quanta unico per annum coli possit aratro; quemadmodum tum ex Dunstani charta anno DCCCCLXIII data : in qua terræ partem concedit septem aratrorum, quod Angelice dicitur septem Hidas. *Vide Cangium in verbis* Familia *et* Hida. *Prosequitur Beda.* Fecerat autem, priusquam Britanniam veniret, monasterium nobile in Hibernia, quod a copia roborum Dearmach lingua Scottorum, hoc est Campus roborum, cognominatur. Ex quo utroque monasterio, plurima exinde monasteria, per discipulos ejus, et in Britannia et in Hibernia, propagata sunt : in quibus omnibus idem monasterium insulanum, in quo ipse requiescit corpore, principatum tenet. Habere autem solet ipsa insula Rectorem semper Abbatem Presbyterum, cujus juri et omnis Provincia, et ipsi etiam Episcopi, ordine inusitato, debeant esse subjecti : juxta exemplum primi Doctoris illius, qui non Episcopus, sed Presbyter exstitit et Monachus : de cujus vita et verbis, nonnulla a discipulis ejus feruntur scripta haberi. Verum qualiscumque fuerit ipse, nos hoc de illo certum tenemus, quod reliquit successores, magna continentia, ac divino amore, regularique institutione insignes. *Hactenus Beda.*

monasteriis per eum constructis, et discipulis:

11 *Itaque seculi octavi initio, cum Beda scripsit; credebantur quidam, ex discipulis et successoribus, Abbatis sui et Magistri Acta litteris tradidisse. Hos quindecim numero, ex variis auctoribus collectos, ordine temporis quoad potuit servato, usque ad Adamnanum, enumerat Colganus, in Appendice* 3 *ad Vitam* S. Columbæ, *quos apud ipsum facile inveniet, quisquis illorum curiosus fuerit : nihil enim hic attinet referre singulos; cum de illis hoc solum certi supersit, quod dicantur scripsisse. Si tamen credimus, Acta ab Adamnano conscripta, sine interpolatione edita esse, ut omnino apparet credibile; dubium nullum esse potest, quin revera seculo septimo reperta fuerint quorumdam exemplaria, quæ sibi visa testatur Adamnanus. Utinam ea modo superessent, simul cum eodem Auctore fidem factura tot tantisque mirabilibus, quot et quanta de hoc Sancto narrantur : id enim præstare non possunt, qui post Adamnanum scripserunt, Notkerus, Symeon Scotus, Joannes Tinmuthensis, et Joannes Capgravius. Siquidem hi ex eodem fonte, Adamnano scilicet, aut Breviariis, illo nequaquam antiquioribus, hauserunt.*

quorum de Magistro suo scripta perierunt.

12 *R. P. Joannes Colganus, in Conventu FF. Minorum Hibernorum strictioris observantiæ Lovanii S. Theologiæ Lector jubilatus, idemque in patriis historiis actisque Sanctorum eruditissimus, sæpius hic nominandus : duas, quin potius tres,* S. Columbæ *Vitas edidit, quas ab antiquissimis auctoribus primum conscriptas existimavit. Priorem desumpsit ex Belfortii ad Surium Supplemento, quod eodem teste manuscriptum exstitit in bibliotheca Auberti Miræi Antuerpiæ, et Bollando nostro commodatum sæpius allegamus; eamque attribuit auctori antiquissimo, qui ante reliquos omnes scripserit, sed* Anonymo. *Alteram ex MS. Salmanticensi nostro eruit, attribuitque Cumineo Albo, Abbati Hiensi, tamquam vix dimidio a morte Sancti transacto seculo exaratam : idque duabus potissimum de causis. Prima, quod in Codice Salmanticensi MS. nomen* Cuminei *præfigatur; et quod, teste Adamnano, Cumineus de* S. Columba *librum unum scripserit. Altera, quod auctor indicet, se Monachum Hiensem fuisse, et vixisse circa annum* DCL, *quæ duo cum in* Cumineum *cadant, non levi argumento sunt, eidem Vitam hanc recte adscribi. Verum auctorem Monachum Hiensem fuisse, et vixisse circa annum* DCL, *qua ratione ostenditur? Nempe; quod* S. Columbam *vocet* Patronum. *Est vero is novæ et antiquæ Scotiæ communis Patronus : potuit igitur Patronum vocare scriptor, qui Monachus Hiensis non fuerit. Nec magis circa annum* DCL *vixisse convincitur ex verbis illis;* Ut a quibusdam, qui tunc præsentes fuerant, didicimus, *in obitu videlicet S. Abbatis : non etiam ex his,* Quod nobis ab expertis traditum est. *Nam eodem modo loquitur Adamnanus, narrans* S. Columbæ *obitum : qui tamen ultra annum* DCLXXXX *floruit. Verba, quæ Colganus pro firmanda istorum Actorum antiquitate adducit, mihi potius suspicionem injiciunt, merum illa Adamnani compendium esse; quandoquidem in iisdem circumstantiis, ipsius Adamnani verbis utatur.*

Colganus Vitam unam Cumineo attribuit,

13 *Ut autem clarius pateat, non recte monumentum hoc qualecumque,* Cuminei *Abbatis censeri; consideret lector, Vitam hanc, non esse, unam in duas partes divisam; secundæ vero partis initium deesse, quod existimavit Colganus : sed Vitas duas, omnino integras, a diverso auctore conscriptas, quarum secunda sit acephala. Quomodo enim, si ejusdem Vitæ partes essent duæ, narrato et satis fuse descripto felicissimo sancti Abbatis obitu : in secunda, vix interjectis aliquot miraculis, additisque paucis circumstantiis, eadem de morte narratio resumeretur? Quod si persuasum fuerit, non esse unam Vitam, sed duas; apparebit satis, neutram recte posse* Cumineo *adscribi. Non priorem, cui tamen ejus nomen præfixum reperitur in codice Salmanticensi : quia vitæ Cuminianæ locum integrum citat Adamnanus, qui in hac non reperitur. Objecerat id sibi Colganus, objectumque facile solverat; dicendo, locum hunc ab Adamnano exscriptum, in perdito folio periisse; revera enim deest unum, forsitan etiam alterum, in MS. Salmanticensi. Verum responsio hæc; si diversa sint Acta, ut esse ostenduntur, valere non potest. Neque enim prior Vita ea est quam scripsit* Cumineus; *cum hæc integra habeatur, et tamen ab ea absit requisitus locus. Quin, si recte ejus initium considerem, videtur primum exarata, cum jam Hibernos Hagiographos incessisset religio, Sanctos suæ nationis omnes, ad S. Patricii affinitatem vel consanguinitatem adducendi. Sed neque secunda Vita, seu ejus fragmentum* Cumineo *potest attribui, magis quam quævis alia; cum et titulus desit, et locus ab Adamnano relatus.*

non recte.

14 *Magnus Odonellus, Tirconalliæ Princeps, digna præclaro genere in Sanctum patriæ tutelarem pietate, Acta* S. Columbæ *labore non parvo Hibernice conscripsit, colligens ea partim ex Adamnano diversisque Vitæ ejusdem Scriptoribus, partim ex aliorum Sanctorum Actis, aliisque antiquis historiis et monumentis. Edidit autem ea libro tripartito, anno Christi* MDXX, *ut ipse in Præfatione testatur. Verum quod pluribus contigisse videtur, qui Hibernorum Sanctorum Acta colligenda susceperunt, plus diligentiæ impendit ut inveniret multa, quam industriæ ut ex multis seligeret vera, aut saltem minus de falsitate suspecta; dumque promiscue omnia, quasi æque probata, congessit in unum, nihil inter auctores ex quibus desumpta sunt distinguens, admirandam quidem composuit historiam, sed creditu difficilem. Ipsius Colgani, qui Latine reddidit edidítque, audiamus judicium, in talibus credendis non usque adeo scrupulosi :* O Donellus, *inquit,* opus suum divisit in tres partes. Prima refert, quæ S. Columba gessit usque ad ejus peregrinationem in Britanniam, quæ plerumque erant ab Adamnano omissa, et ex parte diverso ordine relata; in secunda, quæ in Britannia, ante ejus reditum in Hiberniam

Vita per Odonellum

berniam ad comitia Drunchettensia, gessisse videbatur; in tertia, quæ in istis comitiis, et postea toto reliquo vitæ decursu, per eum Dominus dignatus est operari. Nos vero, Auctoris vestigia prementes, idem opus in totidem partes seu tres libros distinguendum et transferendum censuimus, in hoc solum ab eo differentes, ut quædam quæ parte prima vel secunda refert, spectata ejus mente et rerum gestarum ordine, ad secundam vel tertiam partem seu librum transtulerimus; item quod nonnulla, hinc inde ab ipso relata, tamquam ex monumentis vel apographis, vel ex rerum forte vere gestarum nimia exaggeratione speciem fabulæ præseferentibus, consulte omittenda duxerimus. Inter hæc fuere, quæ de Morgano heroe mira referuntur; item illa longa et multis capitibus fuse descripta historia, quæ Scachran Chlereach Choloimchille, id est, Errores seu erratici circuitus Clericorum Columbæ-kille inscribitur; et nonnulla alia ejusdem farinæ. Licet enim probe sciamus, Auctorem hujus Vitæ nihil inseruisse, nisi quod ex aliis Historiis fideliter desumpserit; et illam præsertim narrationem, quæ de erroribus seu erraticis peregrinationibus Monachorum S. Columbæ agit; esse tantæ antiquitatis, ut non solum vetustis scriptoribus fuerit cognita, sed et pervetusto stylo, et opere distincto dudum composita; tamen quia nobis apparent, vel exegetum, vel librariorum (qui miris mirabiliora immiscuerunt) licentiis et commentis esse ita depravata, ut non solum fabularum speciem præferant, sed ex parte fabulas admixtas habeant; hic consulto omisimus; ne quæ succreverunt zizania et lolia, tritici puram alias collectionem, vel suspectam vel ingratam redderent. *Ita Colganus, prudenti usus consilio. Potuisset tamen eodem jure prætermittere plura,* quæ videntur ex monumentis apocryphis descripta, aut fabulosis circumstantiis ita immutata, ut fidem nullam mereantur, *præsertim tacente Adamnano. Nihil hic attinet referre singula, ne tædium creetur legentibus: si quis curiosus fuerit fabellarum, quæ absurditate placeant sua, Vitam ab Odonello conscriptam, quinto loco inveniet apud Colganum. Monitum etiam Lectorem velim; cum abunde continget a me quædam ex Odonello referri: id non fieri nisi ubi ea narrat, quæ aliunde verosimilia probantur, vel eo certe referuntur animo, ut fabulositas ostendatur.*

fabulosa judicatur.

15 *Expediamus paucis reliqua, quæ de* S. Columba *edidit Colganus. Quoniam maxima fuit* S. Columbæ *cum aliis ejusdem nationis Sanctis familiaritas et consuetudo (nam, præter ordinariam, quam Spiritus sanctus cordibus inserere solet caritatem; eorum multi discipuli ejus fuerunt, alii eodem tempore variis monasteriis præpositi Abbates, quidam Ecclesiarum Episcopi: unde accidit, ut vix ulla reperiatur Sancti alicujus synchroni Vita, in qua non hujus aliquod memorabile factum commemoretur. Ea omnia in prima parte Appendicis secundæ collecta exhibet Colganus: nobis sufficiet id hoc loco indicasse: nam molem horum Actorum illis, rursus imprimendis, augere, opus prorsus esset inutile; cum alia satis multa hic daturi simus, quibus virtutes et gesta hujus Sancti explicanda exornandaque sint: alias eadem more nostro daremus. Ceterum quisquis hæc in Colgani Sanctorum Triade leget, meminerit, non omnes Sanctorum Vitas ibidem relatas ejusdem esse auctoritatis. Quantæ vero sint, inquirendum erit, suo quoque die, aut in opere nostro, aut apud eumdem Colganum. Hic vero aliud adjunxit diligentiæ argumentum, ejusdem Appendicis parte secunda, colligens ex variis Auctoribus Martyrologiisque quidquid de laudibus* S. Columbæ *reperire potuit, quo nihil omisit eorum quæ ad honorem sancti spectarent, facilemque nobis viam stravit ad cultum antiquum probandum confirmandumque, quod jam præstitimus paragrapho precedenti. Invenies insuper apud eumdem, in Appendice prima, Officium Ecclesiasticum istius Sancti, prout anno* MDCXX *Parisiis est impressum; et Appendice tertia, parte secunda, titulos scriptorum, hymnosque integros, qui per* S. Columbam *creduntur compositi. Denique longum Catalogum illustrium virorum, qui in Hiensi insula aliisque monasteriis, ab illius Abbate dependentibus, cum magna virtutis laude vixerunt.*

Collecta a Colgano, etiam omittuntur

16 *Revertor (unde initio num.* 12 *digressus sum) ad Acta* S. Columbæ, *primo loco edita in Triade Sanctorum. Ab antiquo omnino Auctore ea conscripta existimat, qui edidit, Colganus; quamvis certo definire non audeat, quis sit ex numero eorum, quos in Appendice* 3 *enumerat; hoc tantum sibi fixum firmumque habens, a scriptore omnino synchrono et teste oculato esse exarata. Ducitur vero ad hoc asserendum, duobus potissimum argumentis: primum est, quod more antiquorum* Hiberniam *vocet* Scotiam, et Hibernos, Scotos. *Verum iisdem quoque nominibus utitur Adamnanus, qui tamen synchronus non est. Alterum, quod, si post Adamnanum scripsisset, plura videatur scripturus fuisse; habuisset enim amplissimam scribendi materiam. Sed neque illa deesse potuit, si tam antiquus et ætate proximus fuerit. credoque plura scripturum fuisse, sive post, sive ante Adamnanum scripserit; nisi maluisset tantum selectiora quædam, per modum compendii, scribere. Neutrum itaque argumentum satis concludit, Vitam hanc Adamnano anteriorem esse. Accedit, quod miraculum de veru, feras, pisces et aves ultro capiente, num.* 67 *relatum; et quædam alia, usque adeo conveniant cum narratione Adamnani; ut hunc ex illo, aut illum ex hoc scripsisse verosimillimum evadat: quin et verba plane eadem, iisdem quandoque locis, in utroque reperiuntur, ut sunt hæc;* locus vero Angelicæ conductionis, Collis illius Angelorum usque hodie dicitur..... in lecto residit pernox, pro stramine nudam petram, pro pulvillo habens lapidem, qui usque hodie, quasi quidam juxta ejus sepulcrum titulus stat monumenti. *Quæ verba* usque hodie *formidinem merito injicere deberent, de prætensa scriptoris antiquitate: non enim, vulgari et communi usu, eorum esse solent, qui de rebus suo tempore gestis narrationem instituunt.*

Prior Vita ab eodem edita.

17 *Ob has rationes, si antiquiorem hunc Adamnano Auctorem credere voluerimus; facile persuaderi mihi sinam, ipsum esse* Cumineum, *in gubernatione monasterii Hiensis Adamnani antecessorem; cum certum sit, eodem Adamnano teste, Cumineum de gestis S. Columbæ scripisse, et Adamnanum illius scriptis usum fuisse, licet eum ex iis interdum in suam historiam transferens; qui frustra in Vita duplici, secundo loco edita, requisitus a Colgano, ideoque periisse assertus, in hac reperitur. Et potuit sane* Cumineus, *sexaginta circiter annis post* S. Columbæ *obitum scribens, verba hæc* usque hodie *usurpare. His de causis, cum statuissem unam ex vitis brevioribus, Actis Adamnani prolixioribus præmittere, hanc aliis prætuli: persuasus præterea judicio Eruditissimi P. Mabillonii; qui inter Acta Sanctorum Ordinis S. Benedicti seculo primo, eamdem Vitam tamquam a Cumineo Albo conscriptam edidit, ex MS. Compendiensis monasterii, solum in aliquibus loquendi formulis diversam ab ea, quam hic dabimus ex Belfortio editam a Colgano: ubi enim hic habet:* pro pulvillo habens lapidem, qui usque hodie quasi quidam juxta ejus sepulcrum titulus stat monumenti: *ille scripsit,* quasi quidam titulus monumenti perdurat, *et his similia, quæ in Annotatis paucis indicabo: ex quibus interim mihi recte inferre videor, librarium qui Compendiensem codicem scripsit, recentiorem latinæque linguæ nonnihil studiosiorem fuisse, quam illum cujus exemplar nactus est Belfortius, quodque hic subjicitur; dilatis tantisper aliis, quæ prolixiori*

et forsan a Cumineo scripta, hic datur

A *prolixiori Vitæ per Adamnanum scriptæ aptius præmittuntur.*

VITA BREVIOR

Auctore forsan Cumineo Albo, Hiensi Abbate.

Ex Belfortii Manuscripto.

CAPUT I.

Nativitas Sancti, et miracula aliquot ab eo patrata.

a Futura Columbæ sanctitas revelatur matri,

Sanctissimus igitur Columba, *a* Scotorum natione oriundus, tale habuit nativitatis exordium. Angelus Domini genitrici ejus in somnis, quadam nocte inter conceptum et partum apparens, quasi quoddam miræ pulchritudinis peplum, diversis floribus adornatum, detulit, ipsumque paulo post reposcens abstulit, atque elevatum et extensum vacuo aere dimisit. Illa proinde tristis effecta; Cur, ait, tam cito lætificum abstrahis palleum? At ille; Quia, inquit, B tam magnifici est honoris, ut diutius apud te retineri non possit. Quibus dictis, peplum mulier paulatim a se elongari volando videbat, camporum latitudinem in majus crescendo excedere, montesque et saltus majori sui mensura superare: tum deinde hujusmodi vocem intelligit, Mulier noli tristari; filium quippe editura es, qui innumerabilium dux animarum, quasi unus inter Prophetas Dei connumerabitur. *et magistro.* Post editam quoque prolem, beati pueri nutritor, spectabilis vitæ Presbyter, Missa finita ad hospitium reversus, totam suam domum invenit clara luce irradiatam, globumque igneum super faciem puerili dormientis stantem: quo viso statim intremuit, et prostrato in terram corpore miratus, sancti Spiritus gratiam super eum cœlitus effusam intellexit.

b Angelos habet Comites,

2 Quodam tempore vir sanctus, sanctum Episcopum *b* Finnianum, suum magistrum, juvenis senem, adiit. Cumque appropinquaret; ille Angelum pariter, ejus comitem itineris, vidit, et adstantibus Fratribus intimavit. Ecce, inquiens, videte sanctum advenientem Columbam, qui meruit sui comitem habere Angelum Domini. Iisdem diebus, cum commilitonibus discipulis, ad Britanniam transnavigavit. C Quo cum pervenisset, et quadam die solenni, cum ipso magistro et Episcopo Finniano Missarum celebrante, vinum ad sacrificii mysteria complenda non inveniretur; de isto defectu ministros altaris inter se conquerentes Sanctus audiens, ad fontem *c aquam vertit in vinum,* pergit cum urceo, ut ad sacræ Eucharistiæ ministeria aquam fontanam Diaconus hauriret. Qua hausta, ministris ait, Habetis ergo vinum, quod Dominus ad sua misit peragenda mysteria. Hoc cognito, sanctus Episcopus cum ministris eximias Deo retulit gratias: ipse vero Beatus juvenis, non sibimet, sed S. Finniano adscribebat.

Aidanum Regem ordinat et prophetat.

3 Alio quoque tempore, in Hinba commorans insula, quadam nocte, per extasim mentis raptus, Angelum Domini ad se missum vidit; præ manibus vitreum ordinationis Regum habentem librum: quo de manu Angeli accepto, legere cœpit. Sed secundum mandatum Angeli, Aidanum in Regem ordinare recusans (magis enim fratrem ejus diligebat) subito de manu Angeli percussus flagello est, cujus livoris vestigium in ejus latere, diebus omnibus suæ permansit vitæ. Hoc quoque intulit verbum Angelus: Pro certo scias, me a Deo missum, ut Aidanum in Regem ordines: quod si nolis, percutiam te iterato. Cum itaque per tres continuas noctes, eadem commendasset Angelus de Aidani D ordinatione; Sanctus Dei ad Jonam transnavigavit insulam, ibique Aidanum in Regem, manuum impositione ordinavit. Inter Ordinationis quoque verba, de filiis, et nepotibus, pronepotibusque ejus, futura prophetavit, inferens hæc verba: *d* Indubitanter crede, o Aidane, quod nullus adversariorum tibi poterit resistere, donec prius fraudem agas in me et in posteros meos. His ipsis verbis alloquere filios tuos, ne regnum perdant: quod si non obaudierint; flagellum, quod tui causa ab Angelo sustinui, in eos retorquebitur. Quod ita evenit mandatum viri Dei transgredientibus. *d*

e Morientis animum,

4 Item alio tempore, dum Sanctus in Jona insula moraretur, quidam de suis *e* bonæ memoriæ Monachus Brito, ad extrema perductus est: quem cum sub hora exitus visitasset vir Dei, et paulisper ejus assistens lectulo ei benedixisset; ocius egreditur, nolens videre morientem. *f* Cum ille paulo post de medio factus esset; vir sanctus in platea sui monasterii deambulans, intentis cœlo oculis stabat stupefactus. Tantæ admirationis causam interrogare ausus est unus e Fratribus, qui solum tum aderat: cui Sanctus ait: Nunc sanctos Angelos contra adversarias potestates belligerantes vidi: Christoque E gratias ago, quia victores sancti Angeli, animam hujus peregrini cœlo receperunt: sed hoc sacramentum, dum advixero, nemini quæso reveles. *f*

E obsistentibus in cœlum, dæmonibus, deferri videt,

Quodam item die, summo mane suum advocat ministrum *g* Diermitium, inquiens ei: Sacræ Eucharistiæ ministeria celeriter præparentur: hodie enim B. Brendani natalis est dies. *g item beati Brendani,* Inquirenti ministro cur talia præciperet, cum nullum a Scotia nuntium de ejus obitu præcessisset; tandem ait Sanctus; Obsequere jussioni meæ; hac enim præterita nocte, vidi subito apertum cœlum, Angelorumque choros S. Brendani animæ descendere obvios: quorum luminosa claritate totus eadem hora illustratus est mundus. Alia etiam die, dum Fratres ad opera manuum exituri essent; Sanctus e contra die illa præcepit otiari, sacræque oblationis obsequia parari, et aliquam prandioli abjectionem fieri; se etiam ait oportere Eucharistiæ mysteria, celebrare, pro anima sancta, quæ ipsa nocte inter Angelos vecta fuisset. Fratres obsequuntur; et ad ecclesiam, quasi solenni die, *h* Abbate cum sancto pergunt: et inter sacra sacrificii mysteria, ait Sanctus: Hodie pro S. Columbano Episcopo decantandum est. *h et S. Columbani Episcopi.* Tunc ergo intellexere Fratres, quod Columbanus Episcopus Lageniensis, carus Columbæ amicus, ad Dominum emigrasset. F Et post aliquod intervallum temporis, quidam de Lagenia commeantes provincia, et nocte eadem obiisse nuntiant Episcopum, qua Sanctus dixit.

contra Dæmones pugnat, volentes nocere monasterio:

5 Interea remotiorem ab hominibus locum, aptumque orationi, quæsivit in saltibus: ubi dum aliquando oraret, subito vidit contra se nigerrimam dæmonum aciem, cum ferreis præliari verubus: qui, sicuti Sancto viro per spiritum revelatum erat, monasterium invadere, et multos Fratres volebant suis telis trucidare. Ipse ergo contra eos dimicabat; et ita majori diei parte utrimque dimicatum est; nec innumeri contra unum prævaluerunt: imo et Angeli tandem adfuere, quorum timore dæmones cessere loco, ut postea ipse Fratribus intimavit. Dum in tugurio suo vir Domini scribens sederet, subito immutatur illi facies, et hanc puro de pectore promit vocem: Auxiliare, auxiliare. Duo autem Fratres ad januam stantes, subitæ vocis interrogabant causam. Quibus hoc dedit Vir sanctus responsum; Angelo Domini, qui nunc inter vos stabat, jussi, ut cuidam ex Fratribus, lapso de culmine domus quæ fabricatur, subveniret. Hocque consequenter Sanctus intulit: Valde mirabilis et pene indicibilis

A indicibilis est Angelica pernicitas *i* : ille enim cœlicola, tantis interjacentibus terris et aquis, viro labenti subveniens quasi in ictu oculi priusquam terram tangeret, eum sublevavit; et ne ullam fracturam sentiret, effecit. Uno dierum Fratribus congregatis, sanctus Dei Columba: Hodie in Occidentalem campum nostræ insulæ solus ire cupio; nemo me sequatur. Quibus obsecundantibus, solus (uti voluit) egreditur. Sed Frater quidam, alia means via, occultavit se in montis vertice; explorare cupiens, quod et vidit, non sine permissu Dei, Sanctum suum mirificantis. Nam in monte stantem, et expansis manibus ad cœlum orantem, oculosque in altum levantem vidit: et ecce (mirum dictu!) Angeli celerrime advolantes, Sanctum virum orantem circumstare cœperunt, albatis vestibus induti; mixtisque cum eo colloquiis, quasi exploratorem persentientes, ad summa remearunt. Tunc ipse Beatus monasterio se reddidit, et collectis Fratribus transgressorem quæsivit, cum non mediocri objurgatione. Ille ergo sibi conscius, reum se esse confitetur, veniamque flexis precatur genibus. Cui Sanctus cum grandi comminatur severitate, ne cui hominum in vita dicat, quod vidit. *k* Paret quidem Frater; sed, post B ejus obitum, factum istud Fratribus cum grandi intimavit protestatione. Locus vero Angelicæ conditionis, colliculus Angelorum usque hodie dicitur.

Angelum in labentis auxilium mittit : i h

cum aliis Angelis in oratione versatur, k

6 Cum de Scotia *l* Patres quatuor visitationis gratia, S. Columbam adiissent, in Himba insula commorantem; uno eodemque consensu Sanctum celebrare mysteria precibus invitarunt: quod et fecit Sanctus quadam die Dominica. Post Evangelii vero recitationem, viderunt globum igneum de vertice S. Columbæ, ante altare stantis, et sacram oblationem consecrantis, tam diu ardere, et instar columnæ alicujus ascendere, donec eadem perficerentur sacrosancta mysteria. Alio etiam tempore, illo commorante in eadem insula, sancti Spiritus gratia, super eum abunde et incomparabiliter effusa, per triduum mirabiliter sic mansit: ut per tres dies totidemque noctes, intra obseratam et cœlesti lumine repletam domum manens, nullum ad se permitteret accedere, non manducans interea neque bibens. De qua domo immensæ claritatis radii, per rimulas valvarum et clavium foramina erumpentes, noctu visebantur: carminaque spiritulia, et ante inaudita decantari ab eo audiebantur. Sed et multa alia (ut postea coram omnibus professus est) obscura Scripturarum et ignorata hominibus mysteria, C discere meruit eo loci.

l Sacrificans, luce cœlesti honoratur,

et alias per triduum orans.

7 Quodam tempore venit ad eum quidam plebeus pauperrimus, conquerens, quod, unde uxorem et parvulos exhiberet, non habebat. Cui compatiens Dei servus; Miselle, ait, homuncio, de vicina silva tolle contulum, et ad me ocius defer. Quod cum ille fecisset, Sanctus contulum acceptum in veru exacuit propria manu; et cum benedixisset, inopi dedit, dicens; Hoc veru diligenter custodi, quod nec homini, nec pecori nocebit, sed tantum feris et piscibus: et quamdiu hoc habueris, non deerit tibi omnino cervina caro. Quo ille audito, lætus domum revertitur. Cumque veru in remotis terræ infixisset locis, vicina transacta nocte, perrexit visum, et cervum ingentem transfixum invenit. Quid multis? Tota domus ejus ferinis carnibus victitabat. Sed persuasa a diabolo fatua ejus uxor, post non multos dies; Tolle, inquit, veru de terra, poterit enim quispiam hominum aut domesticorum perire in eo: sicque ego et tu cum liberis nostris captivi ducemur, aut servituti subjiciemur. Cui maritus: Non ita, inquit, fiet: nam sanctus Dei hoc interminatus est, nulli hominum nociturum nec pecori. Verumtamen consentiens tandem uxori, tulit de terra veru, et intra domum secus parietem posuit: in quo mox incidens D canis domesticus ejus, disperiit. Ad hæc uxor ejus: Unus, ait, filiorum tuorum incidet in sudem, et peribit. Propter quod ille veru amovens, in silvam reportat, et densis infigit dumis, ut nullum læderet. Sed postera die reversus, capream in illud incidisse reperit. Inde quoque illud amovens, sub aquis abscondit et infixit. Sed alia reversus die, esocem in eo invenit ingentem, quem vix solus portare potuit. Tunc etiam veru supra tectum suum infixit, in quod corvus volans lapsus, interiit. Quo facto, depravatus ipse uxoris consilio, veru de tecto ablatum, et in plures partes concisum, igni tradidit. Et statim pauper factus est, ac deinceps planxit hoc, reliquis diebus vitæ suæ mendicans.

Pauperi mirabiliter subvenit ;

qui suasu uxoris,

Ex MS.

sancti beneficium irritum faciens,

rursus fit pauper.

8 Quadam hiemali nocte S. Servanus *m*, orationis studio ecclesiam ingressus, orabat: post quem nesciens Columba pro eadem causa ingreditur: simulque cum eo aurea lux de cœlo descendens, totam replet ecclesiam: sed et exedræ illius separatum conclave, ubi Servanus latitabat, cœleste illud lumen formidabili repleverat timore: et sicut nullus meridianum solem potest irreverberatis oculis intueri, sic nec illam claritatem sustinere Servanus potuit; imo fulminali splendore viso, nihil in eo virtutis remansit. Sanctus vero Columba, post non prolixam orationem egreditur; Servanumque, ad se crastina die advocatum, his compellat affatibus consolatoriis; Hac præterita nocte in conspectu Dei placuisti, filiole, oculos ad terram deprimendo, timore lucis: nam si non ita fecisses, oculi tui obcæcarentur visa luce *n*. E

m Ipse cœlesti lumine circumdatur

n

ANNOTATA F. B.

Hic ea solum annotare volui, quæ hanc Vitam spectant, ejusque a Compendiensi MS. per Mabillonem edito diversitatem: cetera, quæ pertinent ad S. Columbæ historiam, dabuntur inferius ad acta per Adamnanum scripta.

a *MS. Compendiense habet*, Sanctorum.

b *Idem*, Finnianum; *sed Adamnanus*, Findbarrum *vocat, alii* Finniam, *de quo latius infra.*

c *Colganus, pro*, quo cum, *legendum monet*, quo antequam: *nam miraculum hoc non est factum post transitum Sancti in Britanniam, quo Abbas existens profectus est; sed cum Diaconus adhuc juvenis, magistro suo a sacris ministraret in Hibernia. Consideret hunc locum lector; aut enim valde mendose conscriptus est ab utrasque MS Compendiensis et Belfortii lucubrario: aut merito dubitabitur, an error hic in Comnenum, qui auctor prætenditur, cadere potuerit. Et ut pro*, quo cum, *legeris*, quo antequam, *vix omnem anachronismi suspicionem tolles. Siquidem enim verba ista*, iisdem diebus Sanctus cum duodecim commilitonibus discipulis ad Britanniam transnavigavit, *ad præcedens miraculum pertineant; ut nempe S. Columba dicendus sit visitasse S. Finnianum, iisdem diebus quibus profectus est in Britanniam; quomodo dicitur adiisse senem ipse juvenis, qui jam quadragesimum secundum annum ætatis excesserat? Sin eadem verba spectant velis ad sequens miraculum, ut dicatur ivisse in Britanniam Sanctus, statim postquam aquam mutasset in vinum: patet anachronismus: miraculum enim istud patravit juvenis, existens Diaconus; in Britanniam vero profectus est Sacerdos et Abbas, ætate quadragenario major. Usserus tamen de Eccless. Britt. Primordiis pag.* 1112. *ad similem quæstionem de S. Gilda respondet, juvenes vocari ab Hibernis scriptoribus viros* 40 *annorum, idque probat ex Adamnano infra num.* 85. *Forsitan Hiberni, uti amarunt diminutiva in nominibus, ita et diminuere gaudebant in hominibus ætatem,* F

EX MS.

A *appellando juvenes, qui erant quadragenarii. Attamen ut dixi, suspicio anachronismi non tollitur.*

d *Hic locus est, quem Adamnanus ex Cumineo in suam historiam transtulit, sicut et alia plura.*

e *Compendiense MS.* quidam bonorum actuum Monachus.

f Qui eodem momento de medio factus est.

g *Minus recte* Diormitium.

h Abbate cum sancto pergunt.

i *Ista verba interjicit,* fulgureæ (ut æstimo) celeritati parilis; *ex Adamnano forsan desumpta*

k Paruit interim *etc.*

l Quatuor Fratres.

m Fernaus.

n *Addit,* sed dum vixero stude hanc celare visionem.

CAPUT II.

Mortem suam Sanctus prænoscit divinitus, eamque pie obit.

Dum vir Dei in Jona moraretur insula, quadam sancta die facies ejus subita hilaritate *a* alluruit, et B oculis in cœlum levatis valde lætificabatur, ac paulo post tristabatur. Duo autem Fratres ad januam stabant: quibus de hac re inquirentibus; Ite, inquit, in pace: non dicam *b*. Cum ei pro re indicanda molesti essent; Si celaveritis, ait; prodam: quia vos amo. Illis fidem dantibus, sic proloquitur: Nunc meæ in Britannia peregrinationis ter deni complentur anni: petivi autem a Domino, ut in fine trigesimi hujus anni dissolverer, et cum ipso essem: et hæc fuit causa lætitiæ, super qua *c* me molestastis. Angelos etiam sanctos vidi, egressuros de cœlo obvios; sed ecce procul subito retardati, propius accedere non permissi *d* sunt; quia Dominus, quod mihi roganti donavit in hac die fieri, multarum Ecclesiarum orationes pro me audiens, cito mutavit: *e* sicque a Domino donatum est, ut quatuor ab hoc [die] addantur anni, quibus mihi in carne manendum est; iisque terminatis, subita emigratione ad Dominum lætus transibo. *f* Hæc igitur recordatio causa mihi mœstitiæ fuit. Secundum hæc ergo verba, vir Domini quatuor postea in carne mansit annis: quibus transactis, quadam mensis Maji die, senio fessus, plaustroque vectus, pergit ad visitandos operarios Fratres; ad quos ita exorsus est: In solennitate Paschali, nuper Aprili *g* peracto mense, C desiderio desideravi migrare ad Christum; sed ne vobis lætitiæ festivitas in tristitiam verteretur, diem obitus paulo diutius protelare malui. His ita dictis, valde tristati sunt Fratres. Sanctus autem Columba sedens, ut erat in vehiculo, conversa facie ad Orientem, insulæ et insulanis benedixit habitatoribus. Ex qua die vipera nulla homini vel pecori nociva fuit. Post benedictionis verba Sanctus ad suum revertitur monasterium; paucisque elapsis diebus, dum Missarum solennia ex more Dominica celebrarentur die; subito elevatis sursum oculis, facies ejus florido rubore perfusa videtur; nempe eadem hora Angelum Domini supra volitantem solus vidit intra ipsius oratorii parietes. Cum præsentes lætitiæ causam inquirerent, hoc eis responsum dedit; Mira est Angelicæ naturæ subtilitas: ecce enim Angelus Domini, pro cujusdam Deo cari depositione missus, nos desuper intra ecclesiam aspiciens et benedicens, rursumque per *h* parustitiam ecclesiæ reversus, nulla solis *i* exitus reliquit vestigia. Hoc Sanctus, seipsum significans, aiebat: quod tamen tum temporis Fratres ignorabant, sciverunt autem postea.

Quadriennio differtur ejus mors, ob preces discipulorum,

et iterum ipsemet differt ob solennitatem Paschalem.

Serpentes benedictione fugat

Ab Angelo de instanti morte monetur:

10 Vir itaque sanctus, in fine ejusdem hebdomadæ, hoc est die Sabbati, ministro suo Diermitio, D clam consequenter sic profatur; In sacris voluminibus dies hæc, Sabbatum nuncupatur; quod interpretatur, Requies. Et vere mihi Sabbatum est, quia vitæ mihi ultima dies est, in qua, post laborum meorum molestias, sabbatizo: et hac sequenti Dominica nocte, patrum viam ingrediar. Jam enim Christus meus me invitat, et sic mihi ab ipso revelatum est. Minister hinc contristatur, et a Patre consolatur. Tum Sanctus inde egrediens, in montem monasterio supereminentem ascendit: et in vertice ejus paulisper stans, suo benedixit cœnobio et habitantibus in eo, præsentibus et futuris; multa prophetans de eis, quæ posteris diebus impleta sunt. Post hæc descendens de monte, ad monasterium reversus est; et sedebat in cella, Psalterium scribens. Cumque ad illum trigesimi tertii Psalmi versiculum pervenisset, ubi scribitur, Inquirentes autem Dominum non deficient omni bono; ait in fine paginæ; Cessandum est: quæ vero sequuntur *k* Baitheneus scribat. Et bene profecto convenit sancto decessori novissimus, quem scripsit, versiculus; successori vero, id est secundo filiorum spiritualium Patri, æque congruenter, sequens; Venite filii, audite me, E timorem Domini docebo vos. Hic nempe (sicut decessor, cui numquam bona æterna deficient, commendaverat) non solum docendo, sed etiam scribendo suscepit. Post hæc, ad celebrandam vespertinam Dominicæ noctis Missam, ingreditur ecclesiam *l*: qua consummata, ad hospitium reversus, in lecto resedit pernox; pro stramine nudam petram, pro pulvillo habens lapidem, qui usque hodie quasi quidam juxta ejus sepulcrum titulus stat monumenti. Ibidem ergo residens, novissima filiis commendavit verba, dicens; Mutuam inter vos, et non fictam, habete caritatem cum pace: *m* sic enim Dominus auxiliabitur, et ego cum ipso manens, pro vobis interpellabo, ut vobis temporalia et æterna proveniant bona: et hic paulisper conticuit. Media vero nocte sonante campana, festinus surgit, ad ecclesiam ocyor ceteris currens: et solus introgressus, juxta altare, flexis in orationem genibus, incumbit.

11 Diermitius autem minister tardius prosecutus, *n* totam intrinsecus ecclesiam Angelica luce erga Sanctum repleri eminus videt. Quo appropinquante ad januam, lux visa ocyus abscessit: *o* eam vero et alii ex Fratribus eminus viderunt. Diermitius ergo ecclesiam intrans, flebili ingeminat voce; Ubi est Pater? Et nondum allatis Fratrum lucernis, per F tenebras palpans, Sanctum ante altare recumbentem invenit. Quem paululum erigens, et juxta sedens, sanctum in suo gremio posuit caput: *p* ceteri accurrentes Fratres plangere cœperunt. Sanctus autem, necdum egrediente anima, apertis rursum oculis, huc inde circumspiciebat læta facie, sanctos scilicet obvios intuens Angelos. *q* Tum Diermitius sancti dexteram sublevat, ad benedicendum Fratribus: ipseque Pater in quantum poterat suam simul movebat manum: et post sanctam benedictionem taliter significatam, continuo spiritum exhalavit, facie rubente et mirum in modum exhilarata, ut non quasi mortua *r*, sed dormientis esse videretur. Post sanctæ egressum animæ, hymnis matutinis terminatis, sacrum corpus de ecclesia ad hospitium cum canora Fratrum psalmodia reportatur, et ternis diebus totidemque noctibus, *s* horribiles exequiæ explentur. Post hæc Sancti corpus, mundis sindonibus involutum, debita humatur cum veneratione, æternali resurrecturum claritudine. Unus enim aliquando Fratrum ad Sanctum ait: Totus Britanniarum populus ad tuas conveniet exequias post obitum tuum. Cui respondens; Non, ait, ita fiet: nam promiscuum vulgus non aderit: mei solummodo familiares Monachi

eamque ministro suo revelat

ecclesiam Noctu ad properans.

et ante altare procumbens moritur.

Prophetia ejus de exequiis completur:

A nachi mea sepulcralia complebunt. Quod et factum est : nam per tres illos exequiales dies et noctes, grandis sine pluvia facta est *t* venenosa tempestas, qua prohibente, nulla potuit navicula transfretare. Post sepulturam vero Sancti, tempestate sedata, totum tranquillatum est æquor.

12 Perpendat itaque lector quanti, qualisque ante Deum meriti fuerit in *u* Ecclesiis, quem ita signorum prærogativa mirificavit in terris *x*. Nam in carne vivens, Angelos vidit, tempestates sedavit, et maria tranquillavit; ecclesiam sibi non apertam, salva sera sine clave sæpius reseravit, sola Dominicæ Crucis impressa effigie. Post genuflexionem quoque et orationem surgens, in nomine Domini mortuum cujusdam plebei filium suscitavit, et post celebratas exequias patri et matri reddidit *y*. Lapis etiam ab eo aqua intinctus, mirum in modum contra naturam lapidis in aquis supernatat, quasi pomum vel nux, nec potuit ejus benedictione submergi. De quo insuper quidam ægrotus natante bibens lapide, a vicina morte rediit, integramque carnis recuperavit salutem. Qui denique lapis, postea in thesauro Regis reconditus, multas in populo sani- B tates effecit in digito Dei, quo benedictus erat, per manum viri Dei Columbæ. Silvam aliquando ingressus, miræ magnitudinis apro obviat, quem forte venatici insequebantur canes : quo viso, restitit Sanctus; et sancta elevata manu, Ulterius, inquit, procedere noli, sed hic morere; et mortuus est. Quinque etiam cujusdam mendici vaccculas benedixit, et in centenarium et quinarium procedere jussit numerum, eratque in filiis et nepotibus ejus hæc florida benedictio, et crevit homo ac ditatus ultra modum est.

u / *x* *recensentur aliquot per eum patrata miracula,* / *y*

13 Justorum animas ab Angelis in cælum ferri, et e contra reproborum ad infernum pertrahi a dæmonibus, sæpenumero vidit. Oswaldum Regem, in procinctu belli castrametatum, et in papilione supra pulvillum dormientem, allocutus est, et ad bellum procedere jussit. Processit, et secuta est victoria, reversusque, postea totius Britanniæ Imperator ordinatus a Deo; et tota incredula gens baptizata est : Nam usque ad id temporis tota illa Saxonia gentilitatis tenebris obscurata est, excepto Rege Oswaldo et duodecim viris, qui cum eo inter Scotos exulantes baptizati sunt. Totum etiam mundum velut sub uno solis radio collectum, sinu mentis mirabiliter laxato, manifestum perspiciens speculabatur. Quodam item die repente suo ministro dixit; C Pulsa campanam; cujus sonitu Fratres incitati, ad ecclesiam properant. Quibus Sanctus : Pro Aidano, ait, et populo ejus orate : hac enim hora ineunt bellum. Et post intervallum egressus, cœloque intendens, ait. Nunc barbari in fugam vertuntur. Aidanoque victoria cessit : sed et de numero exercitus interfectorum, trecentorum et trium virorum, prophetiæ spiritu narravit.

etiam post mortem :

14 Post mortem viri Dei valde grandis facta est verno tempore siccitas. Fratres autem, [contra] imminentem plagam, candidam beati viri tunicam, qua in hora exitus sui indutus erat, levaverunt in aere, et ter excusserunt, ac libros ipsius stylo descriptos legerunt. Mirum dictu! eadem die pluvia vehemens facta est, die noctuque descendens, et valde lætas eodem anno produxit segetes. Cum etiam aliquando molestaretur Fratrum constipatione, quidam vali le despectus vultu et habitu puer clam retro accessit, ut vel illius amphibali fimbriam, ipso nesciente, tangeret : quod tamen Sanctum non latuit : nam post se manum extendens, cervicem pueri tenuit. Cui tremefacto ait Sanctus : Aperi os, et porrige linguam. Quod cum puer faceret, Sanctus ei extensa benedixit manu; et astantibus dixit : Hic puer, nunc despicabilis vobis, ab hac hora nominabitur in tota Scotia, sapientia, eloquentia, bonis moribus, virtutum ubertate. Quod ita juxta Sancti sui prophetiam Dominus complevit, ad laudem et gloriam nominis sui. D

per libros ejus et tunicam pluvia impetratur

EX MSS.

ANNOTATA F. B.

a *Compendiense :* effloruit.

b Qui cum ei nimium pro hac re indicanda molesti essent.

c *Ibidem omittitur pronomen,* me. d *Item,* sunt.

e Quibus scilicet ecclesiis sic a Domino donatum est : *et eadem verba habet Adamnanus.*

f *Omittitur ;* Hæc igitur recordatio causa mihi mœstitiæ fuit.

g *Melius,* peracta.

h Parusticiam, *Mabilio legendum monet,* posticiam : *vide infra ad Adamnanum.*

i *Compendiense et Adamnanus melius,* talis.

k *Idem Comp.* Barthaneo, quæ sequuntur perscribenda.

l *Et hæc Adamnani fere verbis :* post talem igitur terminatæ paginæ versum perscriptum, sanctam E ecclesiam ingreditur.

m *Comp.* Dominus autem confortator bonorum vobis auxiliabitur.

n Prosecutus eodem momento, eminus totam ecclesiam, Angelica luce intrinsecus repletam vidit.

o Eadem lux ocius recessit, prius tamen a Fratribus visa nonnullis.

p Patrem mori cernentes, quem viventem dilexerant, morientem haud modice plangebant.

q Diormitius vero, ut Fratres benediceret, elevata illius dextera admonuit; sed et ipse Pater sanctus illi annuens, in quantum poterat, simul manum levabat.

r *Melius ;* mortui ; *ut continuat com.* dormientis.

s Onorabiles. t Ventosa. u In excelsis, *forsan legendum,* in Cœlis.

x *Comp. addit :* Et post Apostolos donativum suæ gratiæ contradidit, namque in carne ut Angelus vivens *etc.*

y *Idem, hoc miraculum sic exprimit :* Lapis etiam ab eo aqua intinctus, mirum in modum contra naturam, aquis supernatat, nec sancti viri benedictio ullatenus potuit submergi.

z *Idem, hæc omisit usque ad ista verba,* totum etiam mundum *etc.* F

AD VITAM PROLIXIOREM

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§. *I. De hujus Vitæ auctore Adamnano, ejusque scriptis.*

A*cta* S. Columbæ, *ceteris omnibus prolixiora et magis authentica, scripsit* Adamnanus *vel* Adoamnanus, *quibusdam* Adamannus ; *nonus post ipsum Hiensis monasterii Abbas, et Primas totius insulæ ab ipsa dependentium Ecclesiarum. Hunc nonnulli recentiores, eumdem esse credunt, cujus ad meliorem vitam conversio, insignisque pænitentia cum dono prophetiæ, narratur a Venerabili Beda lib. 4 Hist. cap 25, et colitur a prædecessoribus nostris* XXXI *Januarii, quo colitur pænitens iste* Adamnanus. *Sed Dempsterum aliosque gravissime exerrasse, ostendit Colganus, ex Martyrologiis aliisque ad istam diem : mihi sufficiens negandi argumentum super visum est, Venerabilis Bedæ silentium. Qui enim fieri posset, ut cum Auctor hic lib. 5 cap. 16 et 22, in quæstione de Paschate et Tonsura Clericali,* Adamnani *Abbatis Hiensis laudatissimam faceret*

Adamnanus Abbas Hiensis,

A *faceret mentionem, ne verbo quidem alterutro indicaret* AUCTORE F. B. *loco, eumdem ipsum esse, cujus lib. 4 narrasset admirabilem sanctitatem?*

2 *At quamvis a sancto illo Pœnitente et Monacho sit alius, non ideo minoris, imo potius majoris est auctoritatis. Siquidem* Adamnanus Abbas *inter Sanctos relatus in Martyrologio Anglicano* 11 *Septembris,* qui laudatur a Beda, *interque viros sua gentis et ætatis maxime conspicuos, a venerabili Beda numeratur: qui ita de eo loquitur lib. 5 cap.* 16. Adamnan, Presbyter et Abbas Monachorum, qui erant in insula Hy, cum, legationis gratia missus a sua gente, venisset ad Aldfridum Regem Anglorum; et aliquamdiu in ea provincia moratus, videret ritus Ecclesiæ Canonicos; sed et a pluribus, qui erant eruditiores, esset solerter admonitus, ne contra universalem Ecclesiæ morem, vel in observantia Paschali, vel in aliis quibusque decretis, cum suis paucissimis et in extremo mundi angulo positis, vivere præsumeret; mutatus mente est: ita ut ea, quæ viderat et audierat in Ecclesiis Anglorum, suæ suorumque consuetudini libentissime præferret. Erat enim vir bonus et sapiens, et scientia Scripturarum nobilissime instructus. Qui cum
B domum rediisset, curavit suos, qui erant in Hy, quive eidem erant subditi monasterio, ad eum, quem cognoverat, quemque ipse toto ex corde susceperat, veritatis callem perducere; nec valuit. Navigavit itaque Hiberniam: et prædicans eis, ac modesta exhortatione declarans legitimum Paschæ tempus, plurimos eorum et pene omnes, qui ab Hiensium erant dominio liberi, ab errore avito correctos, ad unitatem reduxit catholicam, ac legitimum Paschæ tempus observare perdocuit. ut legitime Paschatis defensor acerrimus; Qui cum celebrato in Hibernia catholico Pascha, ad suam insulam revertisset; suoque monasterio catholicam temporis Paschalis observantiam instantissime prædicaret, nec tamen perficere quod conabatur posset; contigit eum, ante expletum anni circulum, migrasse de seculo; divina utique gratia disponente, ut vir, unitatis et pacis studiosissimus, ante ad vitam raperetur æternam; quam, redeunte tempore Paschali, graviorem cum eis, qui eum ad veritatem sequi nolebant, cogeretur habere discordiam. librum de locis Sanctis conscripsit, Scripsit idem vir de locis sanctis librum, legentibus multis utillimum, cujus auctor erat docendo ac dictando Galliarum Episcopus Arculphus, qui locorum gratia sanctorum venerat Hierosolymam..... Porrexit autem librum hunc Adamnanus Aldfrido Regi, ac per ejus est largitionem etiam minoribus ad legendum
C contraditus. Scriptor quoque ipse, multis ab eo muneribus donatus, in patriam remissus est.

3 *Ex hac Bedæ narratione, uti colligimus quam eruditus, quam prudens, quam veritatis amans, quam prompti ad omnia, quæ meliora certioraque viderentur animi fuerit hic Adamnanus; ita etiam quæstionem movere quis posset, quomodo Beda ignoraverit,* Acta S. Columbæ *ab eo fuisse conscripta, quod tamen ignorasse videtur, ex constanti de iis silentio, etiam ubi dicit, discipulos* S. Columbæ *quædam de eo scripsisse; quomodo item ipse Adamnanus librum de locis sanctis Alfrido Regi obtulerit, non autem libros de gestis* S. Columbæ *pariter a se conscriptos. Hæc, inquam, formidare facerent aliquem, ne vita* S. Columbæ *tantum auctorem falso titulo mentiatur. Sed formidinem omnem tollet ipse Adamnanus; qui num.* 82 *in fine libri secundi, meritis* S. Columbæ *adscribit, quod in utraque legatione Anglica, ad Egfridum nempe et Aldfridum Reges, grassante per regiones istas pestilentia,* et Acta S. Columbæ ultimis vitæ annis. *incolumis evaserit: adeoque mirum non est, Vitam* S. Columbæ *neque ab auctore fuisse oblatam Aldfrido Regi, neque innotuisse Bedæ: quandoquidem constet Adamnanum, post primam legationem Anglicam, de virtutibus et miraculis* S. Columbæ *scripsisse, quæ in*

D *aliorum scriptis invenerat, et per totam vitam suam a senioribus audierat. Uti enim ex Bedæ narratione superius relata patet, cum Adamnanus ex Anglia in Ionam insulam domum rediisset, prima cura ejus erat, suos subditos ad legitimum celebrandum Pascha adducere; sed cum fructu exceptato se frustrari videret; iter in Hiberniam instituit circa annum* DCXCVII, *ut Usserus existimat in Primordiis Eccles. Britt. pag.* 1168; *adscribendum est, fructum amplissimum collegit peregre, quod non licuerat domi, omnibus pene Hiberniæ Ecclesiis ad legitimum Pascha traductis: nec ante annum* DCCIV *videtur revertisse ad Hiensem insulam, in sua perseverantia persistentem. Credibile est autem eum, dum pio labori in reducendis Hibernis errantibus vacaret, Acta* S. Columbæ *litteris mandasse: videatur ejus Præfationem primam;* Beati nostri Patroni, Christo suffragante, vitam descripturus, Fratrum flagitationibus obsecundare volens; *dici potest, Fratres, quorum rogatu scripsisse se ait, Hibernos fuisse Monachos, qui erant in Dearmach monasteriisque ab eo dependentibus. Æquum sane erat ut ipsos eo beneficio donaret, jam ad legitimum Pascha traductos: nec minus conveniebat eamdem id rogare ab iis, qui Patronum ipsum* S. Columbam *venerabantur, et tamen res ejus, in Britannia præsertim* E *gestas, obscurius cognoscebant. Potuit etiam, quod rogatus fuerat in Hibernia prædicans, post suum inde reditum fecisse in ipsa insula Iona, quinque illis aut quatuor mensibus quibus ibi vixit, defunctus ipso anno* DCCIV.

4 *Acta, sic ab Adamnano conscripta, reperta fuerunt in monasterio Windbergensi in Bavaria, et ab Henrico Canisio edita Ingolstadii anno* 1604, e tribus in codicibus reperta, *rursusque ex Canisio, a Thoma Messingamo, in Florilegio Sanctorum Hiberniæ, Parisiis anno* 1624, *sed mutila, ut in MS. reperiebantur. Aliud exemplar in monasterio Augiæ-divitis invenit, nobisque et Colgano communicavit, R. P. Stephanus Vitus Societatis nostræ, edidítque ille in Triade sanctorum Hiberniæ, quarto loco inter diversa* S. Columbæ *Acta. Censet vero Colganus, exemplar codicis Augiensis adeo ve-* ex quorum uno, ipsius forsan Dorbenei autographo, *tustum et tanta fide ac integritate exaratum, ut, nisi in Germania esset repertum, ipsum videri merito posset, quod Dorbeneus, S. Adamnani discipulus et successor, propria manu descripsit. Confirmare id possent hæc in fine verba:* Obsecro eos, quicumque voluerint hos describere libellos, imo potius adjuro per Christum judicem seculorum, ut postquam diligenter descri-
F pserint, conferant et emendent cum omni diligentia, ad exemplar unde traxerunt, et hanc quoque adjurationem hoc in loco subscribant. Quicumque hos virtutum libellos Columbæ legent, pro me Dorbeneo Dominum deprecentur, ut vitam post mortem æternam possideam. *Verum, ut liber in Germania inventus sit, non admodum me movet, quo minus credam ipsum esse Dorbenei autographum: cur enim idem ille codex, ob hæreticorum persecutiones aliaque ex* ceterisque prælato, ea dabuntur. *causa, in Germaniam transferri minus potuit, quam ejus ecgraphum? patet vero factum esse alterutrum.*

5 *Ceterum hoc exemplar Augiæ-divitis, aliis a Canisio et Messingamo editis, etiam ideo præferendum; quod sit magis integrum, et Windbergense MS. videatur ex hoc desumptum, pluribus rebus, tædio forsitan vocum barbaricarum vel librarii incuria, prætermissis. At ne inusitata, quæ hic narrantur, quædam quemquam offendant; sciendum, non tam scripsisse Auctorem quæ vidit, quam quæ post centum circiter annos de* S. Columba *narrari audivit, ab ejus discipulorum discipulis; qui quamvis, teste venerabili Beda,* magna continentia et divino amore regularique institutione essent insignes, *eodem tamen affirmante,* barbari *erant* et rustici; *ac propterea nil mirum, si inter narrandum, forsitan præter rei veritatem aliqua auxerint, aut miris*

A ris circumstantiis adornarint. Quænam vero præcise sint hujusmodi, difficile sit affirmare de singulis : tu, lector, judicio tuo utere.

§. II. *Schismatis Scotici circa observationem Paschatis, a S. Columba prædicti causæ, progressus, ac finis.*

Elucidatur error Scotorum,

Antequam progrediamur ad alia, digrediendum est ad celebrem illam quæstionem, de Scotorum errore circa tempus legitimum celebrandi Paschatis : quandoquidem de eo in hac S. Columbæ aliisque Sanctorum Hibernorum vitis subinde fiat mentio. Argumentum hoc fuse et erudite tractavit Jacobus Usserius de Primordiis Ecclesiarum Britannicarum cap. 17 pag. 925 : *sed non ea, qua par erat, in Romanæ Ecclesiæ ritus reverentia. De eodem scripsit Ægidius Bucherius Societatis Jesu, capite* **10** *erudissimi commentarii sui in Paschalem canonem Victorii, aliique. Tum etiam prædecessores nostri Tomo* III *Februarii mensis, die* XVIII, *ad Vitam sancti Colmani Episcopi Lindisfarnensis* §. 2. *Istis quæ a prædecessoribus meis ibidem dicta sunt, visum est adjicere nonnulla, Corollarii loco aut elucidationis gratia. Omnis vero hæc disputatio ad* B *tria potissimum revocatur : primum, quis fuerit error Scotorum in celebrando Paschate; secundum, unde ortum, quem progressum, et finem habuerit; tertium, cujus peccati rei fuerint, qui huic errori tenacius quam par erat adhæserunt. Primum ut elucidetur, liceat ex toto Bucherii commentario aliorumque scriptis quædam paucis colligere, quæ ad rem nostram spectant, pariterque ipsi pluribus elucidant et probant. [illegible] Ecclesiæ Apostoli a Christo instituti, cum, Judæorum Sabbato abrogato, Dominicam Christianis deinceps religiosius observandam sanxerunt; atque ita, Paschate Judæorum abolito, sequentem post istud Dominicam tanta solemnitate coluerunt. Hoc Petrus Romæ, hoc Marcus Alexandriæ, hoc reliqui per orbem Apostoli fidelibus a se conversis tradiderunt; excepto forsan Joanne, qui dicitur permisisse Ecclesiis Asiæ, ut Pascha, luna decimaquarta, in quamcumque diem incidente, celebrarent. Huic ritus tam præcipui diversitati opposuit se seculo Christi secundo Victor Pontifex, nec tamen inducere omnes potuit ad Pascha, uniformiter cum reliquis Ecclesiis, in Dominica celebrandum; donec seculo demum quarto in Nicæno Concilio error omnino sublatus est; ut testantur Epistolæ Constantini Imperatoris ad Ecclesias, et Concilii ad Alexandrinam;*

qui contra statuta Apostolorum

et Nicænæ Synodi,

C *quæ declarant, Romanam ceterasque orbis Ecclesias de Paschali solennitate cum Alexandrinis consentire, et Asianas deinceps consensuras : nempe omnes, quod unanimiter in Dominica post decimam quartam lunam, non in ipsa luna decima quarta, Pascha celebraturi essent. Ita quod ab Apostolis traditum fuerat, omnes Ecclesiæ receperunt : atque id confirmat responsum Acesii Episcopi Novatianorum apud Socratem lib.* 1 *cap.* 10, *qui interrogatus a Constantino, num ipse fidei et definitioni de festo Paschæ consentiret, respondit :* Nihil novi, o Imperator, a Concilio definitum est; sic enim olim ab initio, et ab ipsis Apostolorum temporibus, tum Fidei definitionem, tum Festi Paschalis tempus traditum accepi.

Pascha luna 14 in Dominicam cadente celebrabant

7 *Ab hac Nicæni Constitutione deflectebant Scoti, quod sanctum Pascha luna decima quarta celebrarent, si forte hæc in Dominicam caderet ; cum eo casu lunam vigesimam primam expectare debuissent; non autem in eo, quod luna decima quarta celebrarent, in quamcumque hebdomadæ diem incidente, cum Judæis et Asiaticis. Testatur hoc Venerabilis Beda lib.* 3 *cap.* 4 Paschæ diem, non semper in luna decima quarta cum Judæis, ut quidam rebantur; sed in die quidem Dominica, alia tamen quam decebat hebdomada, celebrabant. Sciebant enim, ut Christiani, Resurrectionem Dominicam, quæ prima Sabbati facta est, prima Sabbati semper esse celebrandam; D sed, ut barbari et rustici, quando eadem prima Sabbati, quæ nunc Dominica dies nuncupatur, veniret, minime didicerant. *Et rursus lib.* 3 *cap.* 25 *in Synodo Pharensi, idem Beda Wilfridum, contra Colmanum et ritum Scotorum, ita inducit disserentem :* Constat vos, Colmane, neque Joannis, ut autumatis, exempla sectari; neque Petri, cujus traditioni scientes contradicitis, neque Legi, neque Evangelio in observatione vestri Paschæ congruere. Joannes enim, ad legis Mosaicæ decreta tempus Paschale custodiens, nil de prima Sabbati curabat : quod vos non facitis, qui non nisi prima Sabbati Pascha celebratis. Petrus a decima quinta luna usque ad vigesimam primam diem, Paschæ Dominicum celebrabat, quod vos non facitis, qui a decima quarta usque ad vigesimam lunam, diem Dominicum Paschæ observatis : ita ut tertia decima luna ad vesperam, sæpius Pascha incipiatis : cujus neque Lex ullam fecit mentionem, neque auctor ac dator Evangelii Dominus in ea, sed in quarta decima luna vel vetus Pascha manducavit ad vesperam, vel novi testamenti Sacramenta in commemorationem suæ Passionis Ecclesiæ celebranda tradidit. Item lunam E vigesimam primam, quam Lex maxime celebrandam commendavit, a celebratione vestri Paschæ funditus eliminatis : sicque, ut dixi, in celebratione summæ festivitatis, neque Joanni, neque Asiaticis, neque Petro, *neque Romanis*, neque Legi, neque Evangelio concordatis. *His [illegible]*

8 *[illegible] Romanos, Alexandrinos, [illegible] Dominicam ab Apostolis institutam [illegible] quoque constare videtur, nullum Cyclum aut calculandi rationem, ab eis præscriptum, [illegible] Dominica [illegible] in Nicæna fuit Synodo, ut verisimilius contra alios, multis ostendit Bucherius cap.* 3 *et* 11, *hoc solum ab ea sancitum, ut Pascha in die Dominica post decimam quartam lunam, non in ipsa decima quarta luna celebraretur. De Cyclo autem, quo hæc Dominica invenienda foret, nihil determinatum, nihil universali Ecclesiæ præscriptum fuit.* Ut tamen sacrosancta Synodus erroris occasionem auferret, omnem eam curam Alexandrino Episcopo delegaverat ; quoniam apud Ægyptios, hujus supputationis antiquitus tradita esse videbatur peritia; per quam quoto annis singulis dies prædictæ solennitatis eveniret, Sedi Apostolicæ indicaretur : ut hujus scriptis ad longinquiores Ecclesias indicium generaliter perveniret. *Ita sanctus Leo Epistola* 64 *ad Martianum Augustum. Cum igitur nullum cyclum Paschalem præscripsisset Nicænum; licitum sibi et fas esse existimarunt nonnulli, si aliquem eligerent : ex tamen alios produit, qui non subinde errore foret, aut saltem aliquos dissidii causam non præberet : in quo Romanos Pontifices, nominatim S. Leo, Alexandrinum aliosque Episcopos consuluisse reperitur. Donec tandem Alexandrinus Canon, (ea forsan ratione quod Episcopo Alexandrino a Nicæna Synodo cura demandata esset, Paschalis Dominicæ designandæ) ceteris omnibus prælatus, per omnes Ecclesias seculo Christi sexto paulatim receptus est.*

Nullo dum Cyclo Paschali præscripto,

Alexandrinus [illegible] receptus est.

9 *Interim dum hæc aguntur, primis Ecclesiæ seculis, præsertim persecutionum tempore, non alio usi fuerant fideles, quam Judaico octoginta quatuor annorum Cyclo : qui cum ab ipso patientis Christi tempore in designandis lunæ phænomenis erraret, paulatim eo devenerat, ut ante æquinoctium Pascha subinde celebrandum notaret. Verum Latini, etiam post Nicænum, non ipsum propterea abrogandum censuerunt; sed potius emendandum, et ad rectam normam reducendum.*

Prius Judaico Scotorum usi fuerant Latini.

AUCTORE F. B.

A *cendam. Atque hoc non semel, sed sæpius factum, cum aliquis in eo error adverteretur. Itaque anno Christi* CCCCXXXI, *quo Palladius a Cælestino Papa ad Scotos in Christum credentes ordinatus, et primus Episcopus missus est, erat Cycli annus* L, *quem Prosper quintum vocat, quemque ab anno Christi* CCCLXXXII *deduxerant, denuo castigatum. Hunc ergo idem Palladius* ***ejusque discipuli, et, qui ipsi mortuo post unum circiter annum successit, S. Patricius, Hiberniæ intulerunt;*** *nec alio usi videntur eorum successores, quam Cyclo isto* LXXXIV *annorum : qui, ut habemus ex Paschasini Lilybetani Episcopi ad Leonem epistola, scripta anno* CCCCXLIV, Romana supputatio *passim dicebatur; neque adeo a Cæli motibus deflectebat, anno post ultimam* ***correctionem dumtaxat quinquagesimo. Sequenti vero*** *seculo, quo S. Columba floruit, decursis ambabus Cycli istius integris periodis et amplius, duobus diebus lunationes astronomicas, et fere tribus Alexandrinas prævertebat : cujus erroris tamen aut nulla ratio habita videtur, tum quia nondum de Paschate suo Hiberni didicerant dubitare, tum quia homines isti pene extra orbem positi, ignorabantur ab aliis in errore versari.* *De ipso* S. Columba *difficultas est aliqua : cujus Actis num. 8 dicitur : Iisdem diebus, quibus in Cloniensi* B *Cœnobio Sanctus hospitabatur,* revelante prophetavit spiritu, hoc est de illa, quæ post dies multos, ob diversitatem Paschalis festi, orta est inter Scotiæ Ecclesias discordia. ***Utinam pluribus narrasset Adamnanus,*** *quid Sanctus de ista discordia prophetaverit. Nam quid potuit de ista discordia prophetare; cujus causa futurus esset error, in quo ipse etiam versabatur, si errorem suum ipse ignoraverit? Si vero non ignora*-***verit, quomodo potuit in eo inculpabiliter perseverare,*** *et exemplo suo causam præbere schismati? Respondendum videtur, nihil ipsi a S. Spiritu revelatum fuisse,* ***præter schisma futurum, ejusque causam, diversitatem scilicet Paschalis festi : sed utra pars in eo erraret, voluerit Deus Sanctum latere; ut Scoti, non per privatas revelationes; sed per Ecclesiasticos canones sacros*** *ritus et cæremonias discerent.*

quem correctum Hiberniæ intulerunt ejus Apostoli,

sed vitiosus paulatim apparuit,

10 ***Septimo deinde seculo ultra medietatem provecto, error magis apparere cœpit; postquam decursa adhuc una periodo, dies tres cælestis lunæ ætatem Alexandrini*** *vero solidos quatuor prævertebant : ad quod etiam sæpe contingebat, ut toto octiduo Paschalem Dominicam præ*-***venirent. Bucherius etenim, collato Hibernorum cyclo cum Alexandrino canone, dicit, ab anno*** DCXLII ***ad*** DCLXIV *decies quater, annorum viginti trium spatio* ***Scotos octiduo Pascha commune prævenisse; itaque rite*** C ***scripsisse Bedam lib. 3 cap. 25,*** Nonnumquam illis temporibus contigisse, ut bis in anno uno Pascha celebraretur : et cum Rex Oswinus Pascha Dominicum, solutis jejuniis, faceret *ritu Scotorum*; tunc Regina Eanfled cum suis, persistens adhuc in jejunio, *ritu vetum Romanum*, diem Palmarum celebraret. *Hanc porro diversitatem ex Cyclo* LXXXIV *annorum sumpsisse originem, Beda lib. 5 Cap. 22 testatur cum ait; ad diversitatem tam tollendam,* jussos esse ad transcribendum, discendum, et observandum circulos Paschæ decennovennales, obliteratis per omnia erroneis octoginta quatuor annorum. *Quomodo vero* ***eo paulatim deventum sit dicamus.***

ex cujus vitiis Scotorum error,

paulatim extinctus opera S. Augustini,

11 *Vix autem vita quidem e vivis decesserat* S. Columba, *cum in Angliam appulit S. Augustinus in fine sexti seculi; Alexandrino Canone paulatim in omnes Ecclesias jam inducto : isque advertens Britannorum circa Paschæ celebrationem errorem, frustra tentavit eos in rectam viam reducere. Verum cum magis magisque Catholicæ Religionis cultus a S. Augustino* ***ejusque successoribus per Britanniam propagaretur,*** *eodem etiam incremento innotescebat, ritus celebrandi Paschalis in Hibernia non convenire reliquis per orbem Ecclesiis. Quapropter Honorius Pontifex, ut Beda nar*-*rat Hist. Eccles. lib. 2 cap.* 19, ***Hibernos hortatus*** D *est*, ne paucitatem suam, in extremis terræ finibus constitutam, sapientiorem antiquis sive modernis, quæ per orbem erant Christi Ecclesiis æstimarent; neve contra Paschales computos, et decreta Synodalium totius orbis Pontificum, aliud Pascha celebrarent. *Scripsit item Joannes IV, anno sexcentesimo quadragesimo electus Pontifex, ante consecrationem susceptam, vehementer eorum errorem redarguens.* ***Porro Honorii Pontificis monita irrita omnino non*** *fuere, affirmante Beda lib. 3 cap. 3 cap. 3* : Gentes Scotorum, quæ in Australibus Hiberniæ insulæ partibus morabantur, ad admonitionem Apostolicæ Sedis Antistitis Pascha Canonico ritu observare didicisse.

Honorii, et Joannis P.

Oswini Regis,

12 ***Maxime tamen ad errorem tollendum contulit*** *Synodus Farensis, sic dicta a loco, qui in Eboracensium septentrionalium littore, situs est,* Strenesch dech *dictus, id est, sinus Phari; hodie* Whitby, *vel* Whitbaye, *hoc est* Albus-sinus, *nominatus. Ibi Rex Oswinus, qui regnare cœpit anno* DCXLII, *conventum habuit Scotorum, et eorum qui Paschalem Canonem Alexandrinum observabant, anno* DCLXIV. *Pro Scotis venit* ***Colmanus Episcopus Lindisfarnensis, cum Clericis*** *suis; pro legitimo Paschate Agilbertus Episcopus, cum* ***Agathone, Wilfrido, Romano Presbyteris; et Jacobo*** *Diacono. Rationes pro utraque sententia, hinc inde al*- E ***latas, refert Beda lib. 3 cap. 25, et nos ad Acta S.*** *Colmani* XVIII *Februarii. Bucherius existimat, neu*-***trum decertantium, sive qui Catholicum, sive qui Scoticum*** *Pascha defendebant, in sua causa satis instructos fuisse. Ego vero disseptationem istam considerans,* ***argumentum Wilfridi satis firmum et concludens elicere videor. quod erat hujusmodi. Cyclus, designans Pascha celebrandum luna decima quarta, erroneus est : atqui Cyclus*** LXXXIV ***annorum designat Pascha cele*** *brandum luna decima quarta; ergo Cyclus iste vitiosus* ***est. Negabat primam propositionem Colmanus, multis*** *contendens, Joannem Evangelistam aliosque Sanctos,* ***luna decima quarta Pascha celebrasse : quod operose refutandum fuit Wilfrido, ad veritatem contra Colmanum stabiliendam. Hic, si quid evincere voluisset, negare*** *debebat Cyclum, quem Scoti sequebantur, ei lunam decimam quartam unquam retrahere Paschalem solennitatem : at frustra negasset, cælo errorem demon*-***strante. Etenim alterum sustinere volens Colmanus*** *nempe licitum esse in luna decima quarta, ut tali habita, si in Dominicam incideret, Pascha celebrare* ***auctoritate S. Petri et universalis Ecclesiæ, et senten****tia Regis, non tantum victus, sed obrutus est.* F

Wilfridi Presb.

13 ***Hoc facto Episcopus Ceddus, cum pluribus aliis qui colloquio interfuerant, ad legitimum Pascha reducti*** *sunt. Colmanus vero*, videns doctrinam suam spretam, sectamque esse despectam; assumptis his qui se sequi voluerunt, in Scotiam regressus est : tractaturus cum suis, quid de his facere deberet... suscepit *autem* pro illo Episcopatum.... famulus Christi Tuda, *Catholicam temporis Paschalis regulam observans. Ita Beda lib.* 3 *cap.* 26. *In fine seculi septimi venit in Angliam Adamnanus, Abbas Hiensis, ut dictum est num.* 2 *: ubi veritatem edoctus, reversus in* ***Scotiam, plurimos ex iis ad Catholicum ritum traduxit.*** *Ultimæ denique errantium Reliquiæ, quæ adhuc in* ***pluribus Columbensium monasteriis supererant, sublatæ sunt per Naitanum Regem Pictorum. Hic quippe ve****ritatem edoctus, ut habet Beda Hist. lib. 5 cap.* 22, *per Epistolam Ceolfridi Abbatis, et per eumdem admo*-***nitus ut regia auctoritate inveteratum errorem, qui*** *scandali causa non levis erat, tolleret; statim id exequenti mandavit. Accessit prius zelus et prudentia S. Egberti Episcopi; qui divino monitu in insulam Hien*-***sem missus est, cum iter in Frisiam pararet, fidem an****nuntiaturus istis gentibus. Rem ut gesta est narravit* Beda

Ceddi Ep.

Tudæ Ep.

Naitani Regis,

et Egberti Episcopi.

A *Beda Hist. lib. 5 cap. 10; et nos ad Acta S. Boisili Tomo 2 Januarii, §. 3 pag. 541.*

Errantes Scoti, initio insontes,

14 *Ultimo loco quæritur: quam culpam incurrerint Scoti, alia quam oportebat Dominica Pascha celebrantes. Quo ad S. Columbam aliosque Sanctos, qui inter primos floruerunt, certum est, eos omni culpa vacasse; utpote Paschales circulos, quos bona fide a majoribus acceperant, sequebantur: atque ita excusat illos Beda, et apud eumdem Wilfridus, ut dictum est ad Acta S. Colmani* XVIII *Februarii num. 16, aliique omnes. Verum illi, qui post adventum S. Augustini in Britanniam, tam errorem suum, quam praxim universalis Ecclesiæ scire potuerunt; non omnino inculpabiles fuere, neque pertinaciæ nota eximendi sunt; viri ceteroquin sancti, magnis virtutibus conspicui, et miraculis post mortem clari. Quia tamen ritum solum, et non fidem spectabat error, non censentur graviter deliquisse.*

deinde culpabiles,

Majori interim Colmanus reprehensione dignus videri potest, qui, etiam post conventum Farensem, in errore suo perstitit. Hienses autem Monachi neque adhuc per Adamnanum persuasi sunt, ut a sua pertinacia discederent: ut de talibus merito intelligatur, reprehensio Joannis IV Pontificis, ad Episcopos et Doctores Scottorum, apud Bedam Historiæ lib. 2 cap. 19. Reperi-

postea pertinaces;

B mus quosdam Provinciæ vestræ, contra orthodoxam fidem novam ex veteri hæresim renovare conantes, Pascha nostrum in quo immolatus est Christus, nebulosa caligine refutantes, et quarta decima luna cum Hebræis celebrare nitentes. *Non tamen hæc verba tam rigorose, ut Usserius existimavit, accipienda sunt. Nec enim hæreseos, prout nunc accipitur, Scotos accusat Pontifex; sed eorum dumtaxat pertinaciam graviter perstringit, qua recusabant se, quoad ritum celebrandi Paschatis, conformare praxi universalis Ecclesiæ, monente præsertim et hortante Pontifice. Per veterem autem hæresim intelligenda videtur, non Quarta-decimanorum Hæreticorum, sed similis suæ Asiaticorum pertinacia; qua et hi, Romano Pontifice nequidquam reclamante, in errore suo perstiterunt. Et recte horum pertinacia illis objicitur, qui similibus Asiaticorum argumentis, imo eorumdem exemplo, errorem suum tuerentur. A Quarta-decimanorum vero hæresi longe aberant Scoti, qui nec cum ipsis in dogmate convenirent; nec auctoritate ipsorum, nec argumentis uterentur, ad errorem suum probandum.*

non tamen Hæretici fuerunt

§ III *De tempore obitus S. Columbæ, ceteraque vitæ ejus chronotaxi.*

C **O***rdinaturus tempora hujus sancti Abbatis et Apostoli, adverto, ad unum caput reduci omnia, quæ Colganus disputat per quatuor. Quærit enim primo, quotannis vixerit; secundo, quo anno mortuus sit; tertio, quo anno venerit in Britanniam; quarto, quot annis peregrinatus fuerit in istis regionibus. Omnia, inquam, hæc ad unam reducuntur quæstionem; quo anno nempe obierit Sanctus: hoc ubi satis certo definitum fuerit, reliqua necessario consequentur. Vixit enim, ut ipsemet Sanctus testatur, in Britannia triginta quatuor annis, et mensibus circiter duobus: quia triginta compleverat, cum jam ab Angelis sibi apparentibus deducendus esset ad Dominum: sed ii precibus discipulorum ejus retardati, in hoc exilio mœstum reliquerunt, reversuri post annos quatuor, ad suscipiendam ejus animam, et in cælos evehendam: quatuor autem isti anni transacti erant, circa festum Paschæ, quod mense Aprili celebratum fuit: cum vero lætitiam festi nollet turbare luctu mortis suæ, ad duos circiter menses eamdem distulit, nempe usque ad no*nam Junii; *sepultusque est, ut inquit Beda lib. 3 cap. 4*, cum esset annorum septuaginta septem. *Patet itaque hoc unum inquirendum, quo anno Sanctus obierit, ut clara fiant omnia. Verum hoc opus, hic labor est. Quamvis enim duo certo explorata credat Colganus;*

Chronotaxis tota pendet ab anno mortis,

qui ostenditur fuisse,

nempe, illo anno Pascha celebratum fuisse mense D *Aprili, diemque sacri obitus Sabbatum fuisse, quod incidebat in* nonam Junii; *difficultas est, ut annus reperiatur, quo Paschalis solennitas in Aprilem, et* nona Junii *in Sabbatum incidebat. Ad hanc quæstionem, historicorum opiniones quatuor, a nobis expendendas, profert Colganus: quintam enim, quæ Dempsteri est, nihil moror, utpote nullo antiquitatis testimonio suffultam, qua asseritur, Sanctum anno sexcentesimo sexto obiisse.*

AUCTORE F. B.

non 606,

16 *Prima est quatuor Magistrorum, qui in Annalibus ad annum Christi quingentesimum nonagesimum secundum, ita loquuntur:* Hoc anno, Aidi filii Anmirii Regis Hiberniæ vigesimo quinto, Columba filius Fedlemidi, Apostolus Albaniæ, id est Scotiæ Albiensis, præcipuus post S. Patricium præco veritatis, et seminator Religionis in universa fere Hibernia, obiit in sua insula Hiensi, in Albania, anno suæ peregrinationis trigesimo quinto *hoc est* in Sabbato die nono Junii, nocte Dominica; cum esset annorum septuaginta septem. *Favet huic sententiæ, quod illo anno, cyclo lunæ 4, solis 13, littera Dominicali* F. E, *Pascha celebratum fuerit sexta Aprilis. Verum* nona Junii *tunc non erat Sabbatum, sed dies lunæ. Sententia secunda est Matthæi Westmonasteriensis.* Anno gratiæ, *inquit*, quingentesimo nonagesimo octavo, S. Columbanus, Doctor Scotorum et Pictorum, obiit; qui posteris multa sanctitatis documenta reliquit. *Similiter Sigebertus in Chronico ad eumdem annum ait:* S. Columbanus Abbas et Presbyter, Doctor Scotorum, obiit. *At illo anno, neque Pascha mense Aprili celebratum est, neque* nona Junii *Sabbatum erat, quippe Cyclo lunæ* 10, *solis* 19, *littera Dominicali* E, *Pascha fuit trigesima Martii;* nona Junii, *dies lunæ. Tertia conjectura est Hermanni Contracti et Tigernachi veteris Chronographi, ut eum vocat Colganus in Annalibus Cluanensibus, apud Usserium de Primordiis Ecclesiarum Britannicarum; qua asseritur Sanctus anno quingentesimo nonagesimo sexto obiisse. Huic adhæret Colganus, quia eo anno, Cyclo lunæ 8, solis 17, littera Dominicali* A G, *Pascha celebratum fuit vigesima secunda Aprilis,* nona vero Junii *erat Vigilia Pentecostes.*

aut 592.

E

non 598,

vel 596,

17 *Præ his tamen sententia mihi placet decima, quæ est Usseri et Waræi, quam etiam probabilem fatetur Colganus;* Columbam *scilicet anno quingentesimo nonagesimo septimo, quo, Cyclo lunæ 9, solis 18, littera Dominicali* F, *Pascha celebratum est* XIV *Aprilis, migrasse ad Dominum. Objicitur contra hanc opinionem, anno* DXCVII nonam Junii, *non Sabbatum, sed Dominicam fuisse. Sed hoc ut prima fronte videtur argumentum evidentius; re tamen bene examinata, nullius, aut saltem levioris momenti apparebit. Si enim considerentur singula, quæ in obitu Sancti acta sunt; verosimile fiet, eum non Sabbato, sed Dominica, post mediam noctem jam tum inchoata, animam exhalasse. Ita quippe loquitur Adamnanus:* Tum proinde media nocte pulsata, personante clocka, festinus surgens ad ecclesiam pergit; citiorque ceteris currens, solus introgressus, juxta altare flexis in oratione genibus recumbit. *Narrat deinde, quod Diormitius illum subsecutus, extrema illi impenderit obsequia: ipseque Sanctus, omnibus jam congregatis benedicens, animam reddiderit Creatori. Sane si media nocte dumtaxat, et non ante, datum fuit signum conveniendi ad ecclesiam; patet, Sanctum post mediam noctem obiisse; quarta enim horæ parte, ut minimum, post datum ad orationem signum, supervixit. Sin ante mediam noctem pulsatum fuisse velis, ut ad initium proxime Dominicæ Officium inchoaretur; nihilominus verosimile erit, eum qui præsentibus omnibus suis discipulis obiit, non ante mediam noctem expirasse. At, inquies, quo pacto dicere tunc Sanctus potuit, mortem suam prænuntians;*

F

sed 597

Cum Sanctus obierit, in Dominica, non in Sabbato

Hæc

A Hæc in sacris voluminibus dies Sabbatum nuncupatur, quod interpretatur requies : et vere mihi est Sabbatum hæc hodierna ; quia hujus præsentis laboriosæ vitæ ultima est, in qua post meas laborationum molestias, sabbatizo : et hac sequenti media venerabili Dominica nocte, secundum eloquia Scripturarum, Patrum gradiar viam. *Quomodo, inquam, Sancto hæc dies Sabbatum erat, si Dominica, et non Sabbato, moriens quieverit? Id ipsemet Sanctus explicat ;* Quia, *inquit*, hujus præsentis vitæ ultima est ; *et exigua sequentis diei particula pro nihilo reputatur. Patet vero claudicare similitudinem etiam hanc de die Sabbati ; alias debuisset pridie vesperi, aut saltem ipso die labores finiisse, non media nocte, transacto jam Sabbato, quod finitur ad Vesperam. Etenim satis significat se non Sabbato, sed Dominica nocte moriturum :* Hac sequenti, *inquiens,* media venerabili Dominica nocte. Patrum gradiar viam. *Corruit igitur id, quod maximum suæ chronotaxeos Colganus putaverat fulcimentum.*

AUCTORE F. B.

18 *Accedit alterum inconveniens in sententia Colgani. Siquidem anno quingentesimo nonagesimo sexto, quo mortuum beatum virum statuit,* nona Junii *Sabbatum quidem erat, sed etiam Vigilia Pentecostes.* B *Quæro igitur a Colgano, an verosimile sit, Sanctum, qui diem morti suæ, quem voluit, elegit ; eamque distulerat, ne lætitiam Paschalem tristitia mortis suæ turbaret ; voluisse mœsto funere contristare suorum animos, ipso Pentecostes festo, quando profusis gaudiis, ob adventum S. Spiritus,* totus in orbe terrarum mundus exultat. *Quæro, inquam, an verosimile sit, Sanctum, si in Vigilia Pentecostes aut ipso die decessurus erat ; cum mortem suam pridie prædiceret, sermonis initium a Sabbato tantum capturum fuisse, et non potius a tam solemni festivitate, cujus ne verbo quidem meminit. Attente etiam considerentur verba hæc,* In Paschali (*inquit*) solemnitate, nuper Aprili peracto mense, desiderio desideravi ad Christum Dominum, sicut mihi concessum erat, si maluissem, emigrare : sed ne vobis lætitiæ festivitas in tristitiam verteretur, diem meæ de mundo emigrationis paulo diutius protelari malui : *nempe usque ad finem temporis Paschalis, quod Sabbato post Dominicam Pentecostes, juxta Ecclesiæ antiquam consuetudinem terminatur ; alioqui non erat, cur in nonam Junii obitum differret ; cum Paschalis præcipua solemnitas octiduo finiatur. Quid, quod hæc omnia etiam concludant in Cyclis Scotorum erroneis? Nam, si anno* DXCVII, *Pascha commune toti Ecclesiæ non habuerint, sed septimana* C *una prævenerint, eadem differentia nihil obstante, manet integra ratio, cui alias præposita chronotaxis innititur ; Pascha scilicet celebratum fuisse mense Aprili; ac Sanctum obiisse nocte inter Sabbatum et Dominicam, in* nonam Junii *incidentem, finita jam Paschali et Pentecostali lætitia. Nunc reliqua vitæ ejus tempora ordinemus.*

multo minus in vigilia Pentecostes,

uti ex prophetia colligitur

19 *Prodiit itaque in lucem sanctus infans, lumine veræ fidei et virtutum exemplis illustraturus utramque Scotiam, anno* DXX *currente : si enim cum Germano, ut diximus in Commentario Prævio ad Acta Ivernica num. 9, natum esse* VII *Decembris ; sin minus, initio anni* DXXI : *erat enim annorum septuaginta sex et paucorum mensium, cum sanctis suis laboribus finem imponeret* nona Junii, *anno quingentesimo nonagesimo septimo. Prælium Culedrebtinæ, quod occasionem Sancto præbuit in Britanniam transeundi, commissum est anno* DLXI, *ut insinuarimus ad Acta S. Patricii, duobus annis antequam S.* Columba *intraret Hiensem insulam. Anno ergo* DLXIII *idem Sanctus in Britanniam venit, cum esset annorum* XLII. *Deinde, transactis triginta quatuor et duobus mensibus, convertendo Britannos, fundandoque per eas regiones monasteria, mortuus est anno* DXCVII, *mense Junio,* cum esset annorum, *inquit Beda,* septuaginta septem, *septimo* D *nempe jam duobus, ut mininum, mensibus inchoato.*

Natus est ergo 520,

in Britanniam venit 563

20 *Quid huic chronotaxi repugnare possit non video ; præter auctoritatem Bedæ, asserentis Hist. lib.* 3 *cap.* 4, *quod* S. Columba, anno Dominicæ incarnationis quingentesimo sexagesimo quinto, venit Britanniam, prædicaturus verbum Dei provinciis septemtrionalium Pictorum.... *quodque* sepultus est post annos circiter triginta duos, ex quo ipse Britanniam prædicaturus adiit. *Verumtamen, quamvis magni æstimanda sit venerabilis Historici auctoritas ; nequaquam tamen in hoc casu audeo eum Adamnano præferre, cui directe repugnat. Huic enim, in iis quæ* S. Columbam *spectant, credi potius debet, utpote magis versato : præsertim cum ipse Beda fateri videatur, se non ex certa scientia, sed tantum ex conjectura loqui, tempus prædicationis definiens* annos circiter triginta duos. *Nec mirum, si circa adventum* S. Columbæ *in Britanniam ad duos annos exerraverit : id enim videtur hausisse, aut ex tempore conversionis gentis istius, aut ex fundatione Hiensis monasterii. Quid autem miri, si Fundatio Hiensis monasterii et plena gentis conversio, Apostoli adventum duobus annis subsecuta sit? Accedit quod idem venerabilis Auctor parum perspecta universim habuerit Acta* S. Columbæ, *ut fatetur ipse his* C *verbis :* de cujus (*Columbæ*) vita et verbis nonnulla a discipulis ejus feruntur scripta haberi. Verum qualiscumque fuerit ipse ; nos hoc de illo certum tenemus, quod reliquit successores *etc.*

quamvis aliter sentiat Beda.

§. IV. *De adventu S. Columbæ in Britanniam, et peregrinationum ejus causa.*

R*estat modo, ut quantum fieri potest inquiramus (parum enim certi reperiri potest) quæ causa fuerit, ob quam* S. Columba *reliquerit Hiberniam, ubi jam monasteria extruxerat ; aditurus Britanniam, et vitam docturus inter infideles, et barbaros infidelibus pejores. Causam hujus peregrinationis, fabulæ simillimam, primum habeas verbis Odonelli, in Vita* 5 *apud Colganum, libri* 2 *initio.* Porro Columbam his aliisque arcanis favoribus et prærogativis magnificatum, signis et prodigiis inclitum, multis variisque laboribus, quos in restaurandis ecclesiis, excitandis monasteriis, reformandisque tum Cleri, tum populi moribus exantlarat, gloriose perfunctum ; placuit Christo ipsum Hibernis, vel quia tanti viri conversatione indigni, vel verius quia alii magis indigi erant, subducere, et gentium conversioni destinare. Quare ne ab ea solicitudine suscipienda, vel amor B patriæ retardaret nativi soli amantissimum, vel amicorum importunitas retraheret invitum ; divina providentia, quæ in sua dispositione non fallitur, ea evenire permisit, quæ sancto viro sic peregre proficiscendi necessitatem imponerent ; ut et patientiæ meritum cumularent, et omnem nectendi moras prætextum abrumperent, ceteraque impedimenta superarent. Cum enim aliquando S. Finnenum in ecclesia de Dromfiuan invisisset, ab eoque sacrum quemdam codicem commodato accepisset, cœpit librum, quia multum arriserat, totum, inscio Finneno describere ; quare in ejus loci ecclesia, a finito Missarum sacrificio, perdius et pernox hærebat ; ut remotior a strepitu conspectuque aliorum, qui fortassis impedimento essent, cœptum opus maturius absolveret. Placuit Deo ea sancti viri elucubratio ; ac proinde, aliam ad propulsandas noctis tenebras lampadem non habenti, per noctes singulas cœleste lumen suppeditabat, quod dextera scribentis manus e quinque digitis, velut quintuplici face, luculentissimum diffundebat. Sic favente cœlo, et excubante Columba, liber jam pene totus exscriptus erat. *Mirum! Sed mirum magis est, Monachum et Abbatem*

Causa peregrinationis Britannicæ,

fabulosa in Odonello

quasi Sanctus librum commodato acceptum clam exscribens.

non

A *non invenisse locum, quo posset in cella aut domuncula sua, remotis aliis testibus, libro describendo vacare; ut ideo oportuerit noctu diuque manere in ecclesia, loco orationi potius destinato. Mirum, non fuisse in monasterio, imo nec in ecclesia, lampadem aut candelam, quam liceret Abbati de nocte accendere.*

cœlesti lumine adjutus sit;

22 *Pergit Odonellus*: Intempesta nocte, quidam a S. Finneno submissus, qui codicem repeteret; ad ecclesiam, in qua S. Columba pervigilabat, advenit: qui insuetum splendorem, per valvarum rimas erumpentem, admiratus; suspenso gradu propius accessit; admotoque ad januæ fissuram oculo, rimari cœpit, quid intus agebatur. Videns virum sanctum exscribendo codici intentum, et cœlesti lumine, e propriis digitis mirabiliter emicante, circumfusum, totus religione perculsus expavit: et non ausus subinde, aut ostium pulsare, aut scribentis interturbare quietem; ausus tamen est, curiosior, quam par erat, talis prodigii spectator et contemplator existere. Verum quantumcumqne ille silenter explorabat, oculatissimum excubitorem Columbam advertit, et plane offendit; indigne ferentem, se a quopiam, veluti furtive et latenter, observari. Quare ut curiosus explorator propria experientia disceret,

punitoque miraculi exploratore,

B arcana servorum Dei solatia non esse temere perscrutanda, grus quædam cicurata, quæ in ecclesia erat, incauti hominis oculum impacto rostro effodit, pendulumque ad genas reliquit. Ille mox unde venerat regressus, et mira quæ vidit, et damna quæ retulit, exposuit S. Finneno: qui extra pendentem famuli oculum, Cruce primum signavit, mox propria sede collocatum pristinæ sanitati extemplo restituit. Ceterum indigne tulit irrogatam sibi duplicem injuriam, aliam in nuntio exoculato, alteram in codice clandestine et sine suo assensu descripto. Dissimulata tamen priori, quam curiosa forte nuntii temeritas videri posset promerita, de posteriori Columbam convenit, et expostulat. *Juvaret hic scire causam tantæ festinationis, ob quam necessarium fuerit, nuntium de nocte adire* S. Columbam, *non expectata sequenti die, quæ negotiis agendis esset aptior. Nec minus ridicula est indignatio S. Finneni, ob exscriptum e inscio codicem. Sane si bonus esset, non erat cur ægre ferret, etiam se inscio describi; sed gaudere potius debuisset, quod ita descriptus, ad Dei gloriam et animarum lucrum, in plurium manibus posset versari: nisi credere malis, Sanctum hunc tam stolidi capitis fuisse, quam nunc fortasse sunt aliqui, qui putant libris suis rarioribus æstimationis discedere aliquid, si*

lis inter Sanctos exorta,

C *per descriptionem vel impressionem, publici juris fiant.*

23 Sanctus autem Columba, magis actori, quam actioni, quæ nullam æquitatis speciem prætendebat, deferre volens, respondit; se, si quam irrogarat injuriam, aut damnum intulerat, ad arbitrium Diermitii filii Kerbhalli, Regis Hiberniæ, plene resarciturum. De eo arbitrio, cum inter utrumque convenisset, Temoriam Regis civitatem una perrexerunt. Ubi coram Rege causam prior exorsus S. Finnenus; Ex nostro, inquit, codice, æquissime Rex, Columba me inscio alterum exscripsit; utri nostrum transumptus liber debeatur, litigamus, et litis arbitrum te delegimus. Ego autem ea ratione mihimet adscribendum contendo, quod mei codicis veluti partus quidam sit, et fructus me inconsulto demessus: ille si quid pro se juris habeat, alleget. Ad hæc Columba; Fateor, inquit, librum, de quo controvertitur, ex Finneni codice exscriptum: sed per me, meaque industria, labore, vigiliis, exscriptus est; et ea cautela exscriptus, ut proprius Finneni liber, in nullo factus sit ea exscriptione deterior; eo fine, ut quæ præclara in alieno codice repereram, securius ad meum usum reconderem, et commodius in alios ad Dei Gloriam derivarem.

et coram Diermitio Rege Hiberniæ fuerit agitata:

Proinde nec me Finneno injurium, nec restitutioni D obnoxium, nec culpæ cujusquam in hac parte reum agnosco; ut qui sine cujusquam damno, multorum consului spiritali commodo, quod nemo debuit aut juste potuit impedire. Causa utrimque audita, Rex, seu partium rationes male pensans, seu in alteram privato affectu magis propendens, pro Finneno sententiam pronuntiat; et sententiam ipse Hibernico versu, abinde in hunc usque diem inter Hibernos famoso, in hunc modum expressit: Le gach boin a boinin, le gach leabhar a leabhran, id est: Buculus est matris, libri suus esto libellus. Datam a Rege sententiam, ut absonam et aperte iniquam, S. Columba justa censura palam taxavit, simul prædicens, tantam arbitrii obliquitatem non diu abituram inultam. *Quis credat, Sanctos adeo pronos ad lites et jurgia, ut ob libellum unum interpellare velint judicium Regium? Quis credat, S. Columbam, qui injuste in se latam excommunicationis sententiam (ut alibi videbimus) æquo et submisso animo tulit; Regis injustitiam palam arguisse, vindictam etiam divinam minitando, ob rem tam modicam sibi adjudicatam? Tantæne animis cœlestibus iræ?*

AUCTORE F. B.

qui causam S. Columbæ adjudicarit,

24 Interea, *inquit Odonellus*, Curnanus, Aidi Regis Connaciæ filius, qui tum apud Diermitium obses E erat, in civitatis pomœrio inter alios adolescentes pila ludebat: ortaque ex lusu contentione, Regii œconomi filium, baculo in capite percussum, interimit; ac cædis pœnam, aut certe Regis iram deflectens, ad S. Columbam, veluti tutissimum asylum (cui propter ecclesiasticæ immunitatis privilegium, et sanctitatis prærogativam, a nomine putarat illatum iri violentiam) quantocius confugit. Sed nec sic effugit impotentem Regis iram: quæ nihil ecclesiasticæ immunitatis contemplatione, nihil sanctissimi Præsulis reverentia, nihil Regii ad descentis commiseratione mitescens, usque adeo desævit; ut nobilem obsidem, ab obnitentis Columbæ sinu umbraque avelli fecerit, et morte protinus mulctari. Ægre tulit vir Sanctus repetitam injuriam, ægrius admodum Ecclesiasticæ immunitatis præjudicium; unde, seu prophetico spiritu futura prædicens, seu justitiæ zelo commeritam ultionem intentans; Ego, inquit ad Regem, expostulabo cum fratribus et cognatis meis iniquum arbitrium suum, et contemptam in me temeratamque Ecclesiæ immunitatem: et audient profecto æquis auribus querelam meam, sentient injuriam, et si non meam, at certe Dei atque Ecclesiæ causam, ducto in te exercitu, vindicabunt.

confugientem ad ejus tutelam interfecerit,

F 25 Hæc dixit, et Rege minas, re quidem metuente, verbis autem spernente, Regia aula et civitate cum suis lætanter excessit, et in S. Boetii monasterio ea nocte substitit: ubi ab amicis præmonitus est, in monte Bregh, per quem sequenti die iter facturus erat, insidias ei a Rege Diermitio et suis parari, ne qua illi ad suos cognatos via pateret. Quare, ut postera dies illuxit, propositum iter prosecuturus, solus et sejunctus a sociis, quos aliam viam carpere jussit, montem conscendit; ac, quemadmodum socii, divinis canticis intentus, secure ac æmulis invisus percurrit. Eo igitur periculo cum omni sua comitiva liberatus, brevi in Ultoniam penetravit; ubi tum ejus cognatio, familiis et ditionibus bifariam divisa, sed animis unita, late dominabatur. Familiarum alteri, quæ a Conallo conditore Kine-Conaill, id est stirps Conalli, dicitur, Princeps erat id temporis Anmireus, Sethnæ filius, ipsius Columbæ patruelis: alteram vero, quæ ab Eugenio Conalli fratre propagata, Kinel Eoguin, id est stirps Eugenii appellatur, duo filii Murchertacii, Fergussius et Domnaldus, communi imperio regebant. Hi ergo utriusque familiæ viri principes S. Columbæ justam de inquo

cum indignatione abeunti insidias struxerit;

Sanctus vero cognatos suos ad ultionem excitarit,

AUCTORE F. B.

cum Rege Connaciæ;

A iniquo Rege querelam excepere, et regiam temeritatem ulturi, militem conscribunt, in Connaciam ducunt, adscitoque in auxilium Aido Rege Connaciæ, in ultionem necis filii prono Diermitio, cum suis copiis occurrenti, prælium indicunt, in eo loco, qui Culdremnhi dicitur. Columba autem, qui cum suorum copiis præsto fuerat, diem ineundi prælii jejunio et oratione prævertit; Deum afflicte rogans, ut Regiæ insolentiæ vindicibus, sine suorum damno, annuat victoriam. Sic oranti spectabilis factus Angelus Domini nuntiat impetrasse quidem quod petebat; et unum tantummodo e suorum copiis, qui fluvium, utrasque copia dividentem, temere trajiceret, casurum.

et dum utrimque orante Sancto, pugnatum

26 Porro cum in designatum conflictui locum utrinque ventum erat, et cœptum hinc inde dimicari; S. Finnenus, a Rege advocatus, pone Regias copias orationi se dedit; easdem sanctæ Crucis signo incessanter muniens, et Deo obnixe recommendans. Ex adverso autem S. Columba retro suos, in eo loco, qui ab eventu Suidhe Cholvim-Chille, id est Sessio Columbæ-kille, deinceps appellatus est, jugi oratione et Crucis signatione, Principum sui causa belligerantium causam Deo commendabat. B Utroque interea exercitu prælium conserente, acriter utrimque dimicatum est: et, licet a parte Regis plurimi ceciderint, neutra pars in fugam inclinat, quamdiu viri sancti in oratione perseverant. Advertens vero S. Columba magnam fieri stragem adversi exercitus,

victusque Diermitius esset,

divinitus instigatus, mittit nuntium ad S. Finnenum, nuntians ei victoriam suis partibus esse divinitus concessam; et rogans, ut ipse munimine suarum precum desinat eam retardare, cum majori Regii exercitus dispendio: fore enim, ut si preces continuando pergat apud Deum instare, Regis exercitus virilius resistat, diutius resistendo conflictum protrahat, et cum majori clade victoriam moretur certo eripiendam. Sanctus autem Finnenus, probe sciens numquam Columbam in mendacio deprehensum, credidit ejus verbo, et annuit postulato: statimque Regius miles fusus fugatusque victoriam fecit utrimque feliciorem. Ceciderunt nihilominus in eo prælio, quod vulgo prælium Culdreinnense dicitur, ex Regio milite tria millia virorum; ex adversa vero parte tantum unus, qui præfixos pugnæ limites temere transiliit. Ceterum S. Columba cum victo Rege pacem iniri fecit, et rem totam utrimque composuit. Liber autem, qui S. Finneno perperam a Rege adjudicatus, belli occasio fuit, S. Columbæ C remansit; et tamquam celebrius monumentum, in

composuerit pacem retento sibi libro,

Tirconallia argenteo involucro obductus asservatur, et Cathach, id est præliator, vulgo appellatur: fertque traditio, quod si circa illius patriæ exercitum, antequam hostem adoriantur, tertio cum debita reverentia circumducatur; eveniat ut victoriam reportet. *Codicem aliquem S. Columbæ, quoniam in plures conscripsit, extitisse in Tirconallia, argenteo inclusum involucro, credo asserenti Odonello, ejusdem olim Regionis Principi. Nec mirum, si libro illi, ad bellum justum, ob honorem et intercessionem S. Columbæ, per exercitum circumlato, adscribatur concessa victoria: sed an olim pro eodem codice Reges ad arma convolarint, merito dubitamus, testemque requirimus idoneum. Pergit interim Odonellus.*

sed exilium ipse sibi prædixerit,

27 Causa, ut dictum est, cum Diermitio Rege composita, S. Columba ad suos cognatos; Mihi, inquit, juxta quod ab Angelo præmonitus sum, ex Hibernia migrandum est, et dum vixero exulandum, quod mei causa plurimi per vos extincti sint, tum in hoc ultimo prælio, tum etiam in præliis de Cuifedha et Cuilrathain olim initis; in quorum altero, Colmanum magnum, filium Diermitii, quia Cuannum filium Colmani, filii Buadoni, filii Ninnedii, Regis Hiberni, mea protectione innixum, in loco qui Laman-eich dicitur interemerat, fudistis; in altero, D Fiacujum filium Boadani, suosque confœderatos, nepotes Roderici. Ceterum cum illata Regi Diermitio clades paulo post ad aures Sanctorum Hiberniæ pervenit, Columbam, quod tantæ cladi vel auctor vel occasio fuisset, taxabant: ac æquum esse communi consilio censuerunt, ut factum suum, temeritatis speciem præferens, solenni pœnitentia ad S. Molassii arbitrium expiaret. Quorum censuræ et directioni vir sanctus, jam ante quæ inde sibi superventura erant cœlitus edoctus; humiliter morem gerens, S. Molassium convenit, eiquem factum suum, quam potuit exaggerando retexuit, rogans ut qua placeret pœnitentia damnaret, obsecuturum. Sanctus vero Molassius, non tam culpæ gravitatem, quæ forte nulla fuit, quam divinæ voluntatis beneplacitum pensans, illi injungit; ut terra et cognatione sua egressus, reliquam deinceps vitam in extera regione exul traducat, ubi plures Christo adjungeret, quam sui occasione bello perierunt. Vir sanctus de ea occasione vehementer mœstus; Quod indictum est, inquit ad Molassium, fiet.

quod ei a S. Molassio pro pœnitentia impositum sit.

E 28 *Eamdem fere migrationis causam, quoad rem ipsam, aliis fabulosis ornatam circumstantiis, profert Usserus de Brit. Eccles. primordiis pag.* 922; quam *inquit,* Anonymus vitæ S. Columbæ scriptor, ex Adamnano fusius explicat. *Si quis curiosus est, illam apud Usserum legat, qui narrationem istam communicatam sibi a R. P. Vito Societatis nostræ accepit. Desideratur in edito Adamnani opere, neque ego credidero hujus esse, quamvis forte alicubi repertum ejus nomen præse tulerit: sufficiat ipsum Usseri testimonium pag.* 904 *ita scribentis:* Hoc prælium, quod poetica magis quam historica fide habetur hic descriptum, est Culedreibnense illud, quod altero ante relictam a Columba Hiberniam anno, id est DLXI gestum fuisse, ex Adamnano declaravimus; *uti et nos ad Acta S. Patricii Commentarii prævii paragrapho quinto. Ut enim certum est, in Odonelli et Pseudo-Adamnani narratione, fabulosis circumstantiis omnia esse obscurata; ita dubitari nequit, quin Culedreibnense prælium, inter Diermitium et Conallios famosum fuerit et cruentum; et verosimiliter causam aliquam* S. Columbæ *præbuerit transnavigandi in Britanniam. Eam vero liceat per conjecturam dicere, non aliam fuisse, quam quod ipse ex eadem cum victoribus esset familia, sive suos precibus juverit in bello justo, sive id fecisse solummodo creditus sit, atque ob id (ut plerumque evenire solet) indignationem Regis procerumque, et* F *Ecclesiasticorum his faventium incurrerit: qui coacta Synodo, in eum anathema pronuntiare decreverint; ita ut hoc audiens, merito potuerit exclamare S. Gildas:* O quam stultum est genus vestrum, nihil prudenter intelligens! *ut exclamasse fertur in Pseudo-Adamnano.*

Aliud commentum profert Usserus.

Verosimilior peregrinationis causa,

29 *Cum igitur* S. Columba, *inter reliquos Conallios, passim tantarum cædium reus, ore populi nihil distinguentis divulgaretur; et videret, se omnium contemptui et odio expositum, parum inter proximos fructus spiritualis posse colligere, consilium inierit ad aliam gentem transeundi, ut Regis aliorumque invidiam declinaret, et majori cum fructu saluti aliorum incumberet. Antequam tamen abiret, credo contigisse illud, quod Adamnanus narrat num.* 85; *nempe, quod cum veniret Sanctus ad Synodum congregatam, quæ in se excommunicationis tulerat sententiam; in ejus comitatu apparuerunt Angeli, propterea que Brendanus Abbas pacis osculo eum salutarit. Qui reprehensus a reliquis, quod excommunicato pacem daret; visionem Angelorum, qua Sancti declarabatur innocentia, omnibus palam enarravit: et ita incondemnatus discessit, Synodo nequaquam ausa condemnare, quem cœlum absolverat.*

sumetur ex invidia apud victos conflata Sancto,

et anathemate per Synodum decreto,

Neque

A *Neque hæc sententia videtur in eum ferenda fuisse, ut reum tantarum cædium in prælio Culdrebnensi; sed potius pro aliis criminibus ab hostibus ejus confictis, aut iniqua interpretatione exaggeratis. Ita enim loquitur Adamnanus :* Cum pro quibusdam venialibus et

contra innoxium, vel ob levem culpam.

tum excusabilibus causis, sanctus excommunicaretur Columba. *Atque inde forsitan originem sumpserit fabella, qua posterioribus scriptoribus Hibernis placuit affirmare, Sancto in pœnam eam peregrinationem impositam fuisse : quod revera falsitatis videtur convinci. Si enim, ut ait Adamnanus, post apparitionem Angelorum, agnitamque innocentiam, Synodus eum excommunicare ausa non est; quo pacto decreverit talem ei pœnitentiam imponendam, qua sanctum virum a se repellerent? etiamsi tunc in usu fuerit Hibernis, pro criminibus aliquibus similes per totam vitam peregrinationes imponere, ut ipse fecit S. Columba apud Adamnanum num.* 21. *Itaque mihi verosimilius apparet, ut initio dicebam, Sanctum, ad declinandam in se concitatam invidiam, spontaneum exilium elegisse; forsitan divino monitu, ut ait Odonellus, et sanctorum virorum consilio, inter quos fuisse potest S. Molassius; divina hoc ita disponente providentia, quo majori cum fructu Christiana fides, simul cum vita monastica, propagaretur.*

B

VITA PROLIXIOR

Auctore S. Adamnano Abbate.

Ex membranis Augiæ divitis in Germania.

PRÆFATIO DUPLEX.

a Vera se Scripturum spondet Adamnanus, stylo quamvis inculto,

Beati nostri Patroni, Christo suffragante, Vitam descripturus, Fratrum *a* flagitationibus obsecundare volens, in primis eamdem lecturos quosque admonere procurabo, ut fidem adhibeant compertis; et res magis quam verba perpendant, quæ, ut æstimo, inculta et vilia esse videntur; meminerintque, regnum Dei, non in eloquentiæ exuberantia, sed in fidei florulentia constare : et nec ob aliqua Scoticæ, vilis videlicet linguæ, aut nomina anomala, aut gentium obscura, locorumve vocabula (quæ, ut puto, inter alias *b* externarum gentium diversas vilescunt linguas) utilium et non sine divina opitulatione gestarum despiciant rerum pronuntiationem. Sed et hoc admonendum putavimus, quod de beatæ memoriæ viro plura studio brevitatis, etiam memoriæ digna a nobis sint prætermissa : et quasi pauca de

plurimis brevitatis studio prætermissis. c

C plurimis, ob evitandum fastidium Lectorum, sint exarata *c*. Et hoc, ut arbitror, quisque hæc lecturus forte annotabit, quod minima de maximis per populos fama, de eodem beato viro divulgata, disperserit, ad horum etiam paucorum comparationem, quæ nunc breviter exarare disponimus. Hinc post hanc primam præfatiunculam, de nostri vocamine Præsulis, in exordio secundæ, Deo auxiliante, intimare exordiar.

d Nominis dignitas

2 Vir *d* erat vitæ venerabilis et beatæ memoriæ, Monasteriorum pater et fundator, cum Jona Propheta homonymon sortitus nomen : nam licet diverso trium diversarum sono linguarum, unam tamen eamdemque rem significat hoc, quod Hebraice dicitur Jona, Græcitas vero Peristera vocitat, et latina lingua Columba nuncupatur. Tale tantumque vocabulum, homini Dei esse non sine divina inditum providentia creditur : nam et juxta Evangeliorum fidem, Spiritus sanctus super unigenitum æterni Patris descendisse monstratur in forma illius aviculæ, quæ columba dicitur : unde plerumque in sacrosanctis libris mystice Spiritum sanctum significare dignoscitur. Proinde et Salvator in Evangelio suis præcipit discipulis, ut columbarum in corde puro insertam simplicitatem continerent : columba D etenim simplex et innocens est avis. Hoc itaque vocamine et homo simplex innocensque nuncupari debuit, qui in se columbinis moribus Spiritui sancto hospitium præbuit : cui non inconvenienter congruit illud, quod in Proverbiis scriptum est; Melius est nomen bonum, quam divitiæ multæ. Hic igitur noster Præsul non immerito, non solum a diebus infantiæ hoc vocabulo, Deo donante, adornatus et propriæ ditatus est; sed etiam præmissis multorum cyclis annorum, ante suæ nativitatis diem cuidam Christi militi, Spiritu sancto revelante, quasi filius repromissionis mirabili prophetatione nominatus est. Nam quidam proselytus Brito, homo sanctus, S. Patricii Episcopi discipulus, Mauctaneus *e* nomine, ita de nostro prophetavit Patrono, sicut nobis ab antiquis traditum expertis compertum habetur. In novissimis, ait, seculi temporibus, filius nasciturus est, cujus nomen Columba, per omnes insularum Oceani provincias divulgabitur notum, novissimaque orbis tempora clare illustrabit. Mei et ipsius duorum monasteriolorum agelluli, unius sepiculæ intervallo disterminabuntur : homo valde Deo carus, et grandis coram ipso meriti. Hujus igitur nostri Columbæ Vitam describens, in primis brevi sermonis textu, in quantum valuero, strictim comprehendam, et ante lectoris oculos sanctam ejus conversationem pariter exponam. Sed et de miraculis ejus succincte quædam, quasi legentibus avide prægustanda, ponam; quæ tamen inferius, per tres divisa libros, plenius explicabuntur : quorum primus, propheticas revelationes; secundus vero, divinas per ipsum virtutes effectas; tertius, Angelicas apparitiones continebit, et quasdam super hominem Dei cœlestis claritudinis manifestationes. Nemo itaque me de hoc tam prædicabili viro, aut mentitum æstimet, aut quasi quædam dubia vel incerta scripturum; sed ea quæ majorum fideliumque virorum, tradita expertorum, congrua relatione narrantium, et sine ulla ambiguitate exaratorum sciat; et vel ex his, quæ ante nos inserta paginis reperire potuimus, vel ex his quæ auditu ab expertis quibusdam fidelibus antiquis, sine ulla dubitatione narrantibus, diligentius sciscitantes, didicimus.

A. ADAMNANO EX MS.

Prov. 22, 1

e et S. Moctei de Columba vaticinium.

E

Acta in tres libros divisa.

3 Sanctus igitur Columba nobilibus fuerat oriundus genitalibus, patrem *f* habens Fedilmitum, filium Fergusi : matrem vero Ethneam nomine, cujus pater Latine Filius-navis dici potest, Scotica vero lingua Mac nave. Hic anno secundo post Culedrehtine *g* bellum, ætatis vero suæ XLII, de Scotia *h* ad Britanniam pro Christo peregrinari *i* volens, enavigavit. Qui et a puero, Christiano deditus tirocinio et sapientiæ studiis, integritatem corporis et animæ puritatem Deo donante custodiens, quamvis in terra positus, cœlestibus se aptum moribus ostendebat. Erat enim aspectu Angelicus, sermone nitidus, opere sanctus, ingenio optimus, consilio magnus, per annos XXXIV insulanus miles *k* conversatus. Nullum etiam unius horæ intervallum transire poterat, quo non aut orationi aut lectioni, vel scriptioni, vel etiam alicui operationi incumberet; jejunationum quoque et vigiliarum indefessis laboribus, sine ulla intermissione, die noctuque ita occupatus, ut supra humanam possibilitatem uniuscujusque pondus specialis videretur operis. Et inter hæc omnibus carus, hilarem semper faciem ostendens, sancto Spiritus sancti gaudio intimis lætificabatur præcordiis.

f F *Illustres Sancti natales, et virtutes. g h i*

k

ANNOTATA F. B.

a *De Fratribus, quorum rogatu scripserit Adamnanus.*

A *nus, vide quæ diximus in Comment. prævio num.* 3 *sub finem.*

AUCTORE F. B.

b *Ex hoc loco colligere liceat, Adamnanum ea intentione scripsisse, ut libros suos de gestis S. Columbæ, non Hibernis modo, sed exteris etiam nationibus communicaret, præsertim Anglis; quibus quam grata essent quæcumque scripta, fuerat expertus in libris suis de locis sanctis: verum id morte præventus perficere ipse non potuit, unde factum, ut Venerabilis Beda vitam, S. Columbæ ad Adamnano scriptam ignoraverit.*

c *MSS. exemplaria pro,* exarata; *et infra,* exarare; caraxata *habent et* caraxare; *verbum, quo etiam alibi usum fuisse constat Adamnanum aliosque, eodem illo et anterioribus seculis, teste Cangio in Glossario. Quapropter quicumque,* caraxata *et* caraxare *expunctis, substituit* exarata *et* exarare, *voluit plus quam oportebat sapere.*

d *Hinc inchoatur Præfatio secunda, hoc titulo in MS. Windbergensi præfixo:* Incipit Præfatio secunda. *Sed in MS. Augiæ divitis paulo aliter:* in Nomine Jesu Christi secunda Præfatio; *cum in eodem exemplari primæ Præfationi præpositus esset hic titulus;* in Nomine Jesu Christi orditur Præfatio. B *At in Windbergensi primæ Præfationi præfigitur titulus, qui Auctoris primi esse non potest, nempe hic:* Incipit prima Præfatio, Apologiaque Adamnani Abbatis sancti scriptoris. *Quis enim scriptum sanctum vocet?*

e *Sanctum hunc Præsulem,* Mocteum *etiam seu* Mochteum *appellari, notat Colganus. De illo inter Prætermissos egerunt prædecessores mei 24 Martii; justisque de causis in* 19 *Augusti rejecerunt, quando forsitan poterit hujus prophetiæ veritas illustrari. Interim indicasse sufficiat, monasteria utrique Sancto dicata et sibi adeo propinqua non inveniri a Colgano in tota Hibernia Scotiave: neque adeo spes est a me inveniri posse. At cur necesse sit? cum de monasteriis non agat Prophetia; sed de monasteriorum agellis. Quid autem vetat monasteria, longo ab invicem intervallo dissita, agros habere propinquos?*

f *De patre ac matre avisque* S. Columbæ *credimus Adamnano; de reliquis progenitoribus cognatisque, quos assignat Sanctilogium Genealogicum apud Colganum, fides sit penes lectorem. Juvat tamen attexere, quæ notat Usserius de Primord. Eccles. Britt. pag.* 689. Fergussius, pater Fedlimidii, non recte putatur Fergussius fuisse Erci filius, qui Scotiæ Regibus dedit originem. Fergussius enim, S. Columbæ
C avus, ut ex Hibernicis libri Ballimotensis Sliguntini genealogus didicimus, filius Conalli fuit, filii Nelli Naigiallach: a quo Conallo, non autem a Conallo filio ejus, majore natu Fergussii fratre, totus ille Ultoniæ tractus nomen accepisse existimatur, qui Giraldo Cambrensi (ut videtur) Kenel-Cunilla; nobis hodie Tirconela *appellatur.*

g *De bello* Cule-Drebtino *diximus in Comment. prævio num.* 37.

h *Patria Hibernum fuisse, ostendit Usserus ex Officio ejus Ecclesiastico, in quo sic canitur.*

Felix Hibernia Columbam genuit,
Qui de prosapia Regali claruit:
Sed morum gratia magis emicuit.
Relinquens patriam caram Hiberniam,
Per Christi gratiam venit ad Scotiam.

Verum tam certum id est, ut probari non debeat: quod si deberet, parum momenti adferrent hi versiculi recentius compositi.

i Peregrinari *dicebantur pro Christo Monachi, qui ad aliam insulam fidem Christi annuntiari barbaris rudibusve se conferebant: sed et omnes qui deserta patria vitam monasticam profitebantur, ut sæpius in hujus vitæ decursu licebit advertere: imo simpliciter peregrinationem pro vita monastica dici, ostendit Cangius in Glossario.* D

k Insulanus miles, *id est, Monachus in insula Hiensi: eo quod vita religiosa, quædam spiritualis sit militia super terram.*

MONITIUNCULA.

Post præfationem sequuntur in MS. Augiæ divitis omnes tituli capitulorum libri primi: forte non a primo Auctore eo modo collecti, sed a descriptore aliquo: cumque illi ad singula Capitula iterum describendi recurrerent; mox istius laboris eum pœnituit, et ante secundum ac tertium librum omisit. Nos, quandoquidem (ut solemus) Actorum Capita aliter omnino divisuri sumus, ad cujusque libri initium titulos et divisionem capitulorum, prout in MS. habentur referemus, et deinde in margine cujusque Capitis initium assignabimus. Ceterum, quia sæpe titulus cum Capitulo ita cohæret, ut sine illo hoc intelligi nequeat, quidquid necessario ad clariorem intelligentiam ex illis repetendum erit, notis hisce [ ] includetur.

PRIMI LIBRI CAPITULATIONES.

De virtutum miraculis brevis enarratio. E

ii De S. Finteno Abbate, Tailchani filio, quomodo de ipso S. Columba prophetaverit.

iii De Erneneo, Filio Crasenii, prophetia ejus.

iv De adventu Cainnichi, quomodo prænuntiavit.

v De periculo S. Colmani, gente Mocusailni, S. Columbæ revelato.

vi De Cormaco, nepote Lethani, prophetationes.

vii De bellorum fragoribus, longe commissorum, prophetatio.

viii De bello Miathorum.

ix De filiis Aidani Regis, S. Columbæ prophetia.

x De Domnallio, filio Aidi.

xi De Schandlano, Filio Colmani.

xii De duobus aliis regnatoribus (qui duo nepotes Muredachi vocitabantur, Baisanus filius Maic-Erce, et Eochodius filius Domnaill) prophetatio.

xiii De Oengussio, filio Aidi Commani, prophetia.

xiv Prophetia beati viri de filio Dermitii Regis, qui Aidus-slane lingua nominatus est Scotica.

xv De Rege Roderco, filio Tothail, qui in petra Cloithe regnavit.

xvi De duobus pueris, quorum, juxta verbum Sancti, unus in fine hebdomadis obiit.

xvii De Colcio Aido, Draignichi filio, a nepotibus Techurech orto, et de quodam occulto matris ejus peccato, prophetia Sancti. I

xviii De Laifrano hortulario, homine sancto.

xix De ceto magno, quomodo Sanctus prophetavit.

xx De quodam Baitano, qui cum ceteris ad maritimum navigavit desertum.

xxi De Nemano quodam, ficto pœnitente; qui postea, secundum verbum Sancti, carnem equæ furtivæ comedit.

xxii De infelici quodam, qui cum genitrice peccavit.

xxiii De I vocali littera, quæ una Psalterio defuit.

xxiiii De libro, in hydriam cadente.

xxv De corniculo atramenti inclinato.

xxvi De adventu alicujus Aidani, qui jejunium solvit.

xxvii De aliquo miserabili viro, qui ad fretum clamabat, mox morituro.

xxviii De Romani juris civitate, igne sulphureo cœlitus prolapso combusta.

xxix De Laifrano, filio Feradachi, quomodo Monachos probavit in labore.

xxx De Fechno Sapiente, quomodo pœnitens, ad S. Columbam, ab eo prænuntiatus, venit.

xxxi

A XXXI De Cailtano ejus Monacho, sancti prophetatio viri.
XXXII De duobus peregrinis Fratribus.
XXXIII De quodam Art-Brenano sene, quem in Scia Insula baptizavit.
XXXIV De navicula, noctu transmutata; juxta stagnum Lochdiæ.
XXXV De Gallano, filio Fachni, quem dæmones rapuere.
XXXVI Beati prophetia viri de Findchano Presbytero, illius monasterii fundatore, quod Scotice Ardchain nuncupatur, in Etichaterra.
XXXVII De quodam sancti solamine Spiritus, Monachis in via laboriosis misso.
XXXVIII De Lugidio claudo.
XXXIX De Nemano, filio Guithrighe.
XL De Presbytero, qui erat in Triota.
XLI De Erco furunculo.
XLII De Cronano poeta.
XLIII De Rodano filio Aidi, filii Colceni; et de Colmano Cane, filio Aileni, prophetia sancti.
XLIV De Cronano Episcopo.
XLV De Ernano Presbytero, sancti prophetia viri.
XLVI De alicujus plebei familiola, sancti prophetia viri.
B XLVII De quodam plebeio, Gereo nomine, filio Aidani, sancti prophetia viri.
XLVIII De alia etiam re qualibet minore, sancti jucunda præscientia et prophetatio viri.
XLIX De bello, quod in munitione Cethirini post multa commissum est tempora: et de quodam fonticulo, ejusdem terræ proximo.
L De diversorum discretione xeniorum, sancto revelata viro diali gratia.

LIBER I

De Propheticis revelationibus.

CAPUT I.

Miraculorum S. Columbæ compendium.

CAPUT I. *a* *S. Columba,*

Vir itaque *a* venerandus, qualia virtutum documenta dederit, in hujus libelli primordiis, secundum nostram in præmissa superius promissiunculam, breviter erunt demonstranda. Diversorum namque infestationes membrorum perpessos homines, in nomine Domini Jesu Christi, virtute orationum, sanavit; C dæmonumque infestas ipse unus homo, et innumeras contra se belligerantes catervas, oculis corporalibus visas, et incipientes mortiferos super ejus cœnobialem cœtum inferre morbos, hac nostra de insula retrotrusas primaria *b*, Deo auxiliante repulit. Bestiarum furiosam rabiem, partim mortificatione, partim forti repulsione, Christo adjuvante, compescuit. Tumoresque quoque fluctuum, instar montium aliquando in magna tempestate consurgentium, ipso ocyus orante, sedati humiliatique sunt: navisque ipsius, in qua et ipse casu navigabat tunc temporis, facta tranquillitate, portum appulsa est optatum. In regione Pictorum aliquantis diebus manens, inde reversus *c* ut Magos confunderet, contra flatus contrarios ponti erexit velum; et ita veloci cursu ejus navicula enatans festinabat, acsi secundum habuisset ventum. Aliis quoque temporibus, venti navigantibus contrarii, in secundos ipso orante conversi sunt. In eadem supra memorata regione, lapidem de flumine candidum detulit, quem ad aliquas profuturum benedixit sanitates. Qui lapis, contra naturam, in aqua intinctus quasi pomum supernatavit. Hoc divinum miraculum coram Brudeo *d* Rege et familiaribus ejus factum est. In eadem itidem provincia, plebei credentis mortuum puerum suscitavit, quod est majoris miraculi, vivumque et incolumem patri et matri assignavit. D

dæmonibus,

animantibus, *b* *ventis et mari imperat*

c

lapidem benedictione miraculosum reddit,

d

AUCTORE ADAMNANO

2 Alio item tempore, idem vir beatus, juvenis Diaconus, in Hibernia apud Findbarrum *e* Sanctum Episcopum commanens; cum ad sacrosancta mysteria necessarium defuisset vinum, virtute orationis, aquam puram in verum vertit vinum. Sed et cœlestis ingens claritudinis lumen, et in noctis tenebris et in luce diei, super eum aliquando, quibusdam ex Fratribus, diversis et separatis vicibus, apparuit effusum. Sanctorum quoque Angelorum dulces et suavissimas frequentationes luminosas habere meruit. Quorundam justorum animas crebro ab Angelis ad summa cœlorum vehi, sancto revelante Spiritu videbat: sed et reproborum alias ad inferna a dæmonibus rapi, sæpe numero aspiciebat. Plurimorum, adhuc in carne mortali conversantium, futura plerumque prænuntiabat merita, aliorum læta, aliorum tristia. In bellorum quoque terrificis fragoribus, hoc a Deo virtute orationum impetravit, ut alii reges victi, et alii regnatores efficerentur victores. Hoc tale privilegium, non tantum in hac præsenti vita conversanti, sed etiam post ejus ex carne transitum, quasi cuidam victoriali fortissimoque propugnatori, a Deo omnium Sanctorum condonatum est honorificatore. E

e *pluribus claret miraculis*

victoriam Regibus impetrat

3 Hujus talis honorificentiæ, viro honorabili ab Omnipotente cœlitus collatæ, etiam nunc proferemus exemplum; quod *f* Oswaldo regnatori Saxonico, pridie quam contra Cathonem Britonum Regem fortissimum præliaretur, ostensum erat. Nam cum idem Oswaldus Rex esset in procinctu belli, castra metatus quadam die in suo papilione, supra pulvillum dormiens, S. Columbam in visu videt, forma coruscantem angelica; cujus alta proceritas vertice nubes tangere videbatur. Qui scilicet Beatus, suum Regi proprium revelans nomen, in medio castrorum stans, eadem castra, excepta quadam parva extremitate, sua protegebat fulgida veste; et hæc confirmatoria contulit verba, eadem scilicet quæ Dominus ad Josue, ante transitum Jordanis, mortuo Moyse prolocutus est, dicens; Confortare et age viriliter; ecce ero tecum etc. Sanctus itaque Columba, hæc ad Regem in visu loquens, addit: Hac sequenti nocte de castris ad bellum procede; sic enim mihi Dominus donavit, ut hostes in fugam vertantur tui; et Cathon tuus inimicus in manus tradatur tuas, et post bellum victor revertaris, et feliciter regnes. Post hæc verba experrectus Rex, Senatui congregato hanc enarravit visionem; qua confortati omnes, totus populus promittit se, post reversionem de bello crediturum, et baptismum suscepturum. Nam usque in id temporis tota illa Saxonia gentilitatis et ignorantiæ tenebris obscurata erat, excepto ipso Rege Oswaldo, cum duodecim viris; qui cum eo, Scotos inter exulante, baptizati sunt. Quid plura? Eadem subsecuta nocte, Oswaldus Rex, sicuti in visu edoctus fuerat, de castris ad bellum, cum admodum pauciore exercitu, contra millia numerosa progreditur: cui a Domino, sicut ei promissum est, felix et facilis est concessa victoria. Et Rege trucidato Cathone, victor post bellum reversus, postea totius Britanniæ Imperator a Deo ordinatus est. Hanc *h* mihi Adamnano narrationem, meus Decessor, noster Abbas Failbeus, indubitanter enarravit, qui se ab ore ipsius Oswaldi Regis, Segineo Abbati eamdem enuntiantis visionem, audisse protestatus est.

victoriam de hoste promittit,

F

plura de eo *h*

4 Sed et hoc etiam non prætereundum videtur quod ejusdem beati viri per quædam Scoticæ linguæ carmina, laudem ipsius et nominis commendationem, quidam, quamlibet scelerati laicæ conversationis homines et sanguinarii, ea nocte qua eadem decantavera-

tavera

VETUSTE ADAMN: Hymnus ad laudem ejus compositus pie cantantes mortis periculo liberat.

A taverant cantica, de manibus eorum, qui eamdem eorumdem Cantorum domum circumsteterant, sint liberati i; qui flammas inter et gladios et lanceas incolumes evasere; mirumque in modum paucis ex ipsis, qui easdem Sancti viri commemorationes, quasi parvi pendentes, canere noluerunt, in illo æmulorum impetu soli disperierant. Hujus miraculi testes, non duo aut tres, juxta legem; sed etiam centeni aut eo amplius, adhiberi potuere. Non tantum in uno aut loco, aut tempore, hoc idem contigisse comprobatur; sed etiam diversis locis et temporibus in Scotia et in Britannia, simili tamen et modo et causa liberationis, factum fuisse, sine ulla ambiguitate exploratum est. Hæc ab expertis uniuscujusque regionis, ubicumque res eadem simili contigit miraculo, indubitanter didicimus. Sed, ut ad propositum redeamus, inter ea miracula, quæ idem vir Domini in carne mortali conversans Deo donante perfecerat; ab annis juvenilibus, cœpit etiam prophetiæ spiritu pollere, ventura prædicere, præsentibus absentia nuntiare: quia quamvis absens corpore, præsens tamen spiritu, longe acta prævidere poterat. Nam, juxta Pauli vocem, qui adhæret Domino unus spiritus est. Unde et idem vir Domini B sanctus Columba; sicut et ipse quibusdam paucis Fratribus, de re eadem aliquando percunctantibus, non negavit; in aliquantis dialis gratiæ speculationibus totum etiam mundum, veluti uno solis radio collectum, sinu mentis mirabiliter laxato, manifestatum perspiciens speculabatur. Hæc de sancti viri hic ideo enarrata sunt virtutibus, ut avidior lector breviter perscripta, quasi dulciores quasdam prægustet dapes: quæ tamen plenius in tribus inferius libris, Domino auxiliante, enarrabuntur. Nunc mihi non indecenter videtur, beati viri, licet præpostero ordine, prophetationes effari, quas de sanctis quibusdam et illustribus viris, diversis prolocutus est temporibus.

ANNOTATA F. B.

a *Totum hoc Caput prætermissum est in exemplari Windbergensi.*

b Insula primaria *Hiensis est, in qua Sanctus primarium suum monasterium construxit, et sanctitate maxime claruit. Particula vero,* huc, *innuit, Sanctum tunc in Iona fuisse, cum hoc Caput et duplex exordium reliquis jam scriptis præponeret, si cetera in Hibernia* C *scripserit.*

c *Nempe in Ionam Insulam, ex qua identidem in regionem Pictorum excurrebat ad munus Apostolicum.*

d Bridium, *filium Meilochon, vocat Beda, cujus anno nono Columba in Britanniam venit. Regnare is ergo cœperit juxta Bedam anno* 55. *Verum cum nos contra Bedam sentiamus, Sanctum duobus annis citius Britanniam adiisse; oportet hoc contigisse anno prædicti Regis septimo. Plura de illo agit Usserius pag.* 692, *ubi nonnullorum errores refutat.*

e *Idem hic est, qui* Finnianus *et* Finnia *alibi vocatur: de eo agit Colganus* 18 *Martii, putatque eumdem esse S. Fridianum seu Frigidianum Ep. Lucensem. At prædecessores mei, eadem die inter Prætermissos, nihil cunctantur eos distinguere, quod fusius disputandum relinquo ad* 10 *Septemb. aut* 18 *Novemb. Idem Colganus Vita* 2 *in Vitam primam, dicit, S. Columbam duos Finnianos habuisse magistros; unum, de quo modo egimus; alterum, qui cognominatur de Cluain-Eraird seu Clunardensis, cujus vitam dedit* 23 *Februarii.*

f *Hanc victoriam fusius descriptam vide in Alfordi Annalibus ad annum* 635, *et apud Bedam lib.* 3 *cap.* 1 *et* 2, *qui eam virtuti sanctæ Crucis adscribunt: verum unum miraculum alteri non repugnat, et hoc loco (ne quis silentium de Cruce objiciat) quod alios latebat,* D *narratur; quod publicum et omnibus erat notissimum, omittitur.*

g *A Beda et Wigorniensi in Chronico, ad annum* 634, Ceduall *vocatur.*

h *Obtigit hæc victoria Oswaldo anno* 635, *non multis annis ante vel post Adamnani nativitatem; post mortem S. Columbæ anno* 38; *cum Falbeus (qui juxta quatuor Magistros anno* 677 *obiit) ætate floreret: Segineus vero Abbas erat, quando Rex Oswaldus, ex Hyensi insula, fidei Magistros, qui Northumbros instruerent postulavit; et Aidanum Episcopum Hyensem Monachum impetravit. Cui in Angliam abeunti forsitan Segineus Abbas, cum Socio suo et successore Falbeo, sejunxerit; ut Regi Oswaldo, quem fidem edoctam ipse aut decessor suus baptizaverat, victoriam adeo præclaram, novumque regnum gratularetur: eaque occasione hoc S. Columbæ miraculum Oswaldus Segineo narraverit. Quin piissimum Regem. sæpius cum Monachis Hyensibus, a quibus fidei Christianæ principia didicerat, familiariter de rebus sacris contulisse, dubium esse non potest.*

i *Hinc credo ortam fabellam, quam Odonellus refert lib.* 3 *de gestis S. Columbæ num.* 8 *et* 9 *apud Colganum pag.* 432.

CAPUT II. E

Duæ illustriores prophetiæ, absentia revelata.

CAP. II a Fintenus adolescens pius,

Sanctus Fintenus *a*, qui postea per universas Scotorum Ecclesias valde noscibilis habitus est, a puerili ætate integritatem carnis et animæ, Deo adjuvante custodiens, studiis dialis sophiæ deditus, hoc propositum in annis juventutis conversatus in corde habuit, ut nostrum S. Columbam, Hiberniam deserens, peregrinaturus adiret. Eodem æstuans desiderio ad quemdam vadit seniorem sibi amicum, in sua gente prudentissimum venerandumque Clericum, qui Scotice vocitabatur Columb-crag *b*, ut ab eo, quasi prudente, aliquod audiret consilium. Cui cum suos denudaret cogitatus, hoc ab eo responsum accepit; Tuum, ut æstimo, a Deo inspiratum devotumque desiderium, quis prohibere potest, ne ad sanctum Columbam transnavigare debeas? Eadem hora casu duo adveniunt Monachi S. Columbæ, qui de sua interrogati deambulatione; Nuper, aiunt, de F Britannia remigantes, hodie a Roboreto Calgachi *c* venimus. Sospes anne est, ait Columb-crag, vester Columba sanctus Pater? Qui valde illacrymati, cum magno dixerunt mœrore, Vere salvus est noster ille Patronus, qui his diebus nuper ad Christum commigravit. Quibus auditis Finten, et Columba, et omnes qui ibidem inerant, prostratis in terram vultibus, amare flevere. Fintenus consequenter percunctatur dicens; Quem post se successorem reliquit? Baitheneum, aiunt, suum alumnum. Omnibus clamitantibus, Dignum et debitum; Columba ad Fintenum inquit, Qui ad hæc, Fintene, facies? Qui respondens ait; Si Dominus permiserit, ad Baitheneum virum sanctum et sapientem enavigabo, et si me susceperit, ipsum Abbatem habebo. Tum deinde supra memoratum Columbam osculatus, et ei valedicens, navigationem præparat; et sine morula ulla transnavigans, Ionam devenit insulam. Et necdum, in id temporis usque, nomen ejus in his locis erat notum: unde et imprimis, quasi quidam ignotus hospes, hospitaliter susceptus est.

c Monachus peri volens successorem adit:

6 Alia die nuntium ad Baitheneum misit, ejus allocutionem facie ad faciem habere volens. Qui, ut erat affabilis et peregrinis appetibilis, jubet ad se adduci. Qui statim adductus, primo (ut conveniebat) flexis

A flexis genibus in terram se prostravit; jussusque a sancto Seniore, surgit; et residens, interrogatur a Baitheneo adhuc inscio, de gente et provincia, nomineque et conversatione, et pro qua causa inierit navigationis laborem? Qui ita interrogatus, omnia per ordinem enarrans, ut susciperetur, humiliter expostulat. Cui sanctus Senior, his ab hospite auditis, simulque hunc esse virum cognosceus, de quo pridem aliquando S. Columba prophetice vaticinatus est; Gratias, ait, Deo meo agere debeo quidem in tuo adventu, fili; sed hoc indubitanter scito, quod noster Monachus non eris. Hoc audiens hospes, valde constristatus, infit; Forsitan ego indignus, tuus non mereor fieri Monachus? Senior consequenter inquit: Non quod, ut dicis, indignus esses,

ex quo Sancti de se vaticinium intelligens,

hoc dixi; sed quamvis maluissem, te apud me retinere, mandatum tamen S. Columbæ mei decessoris profanare non possum, per quem Spiritus sanctus de te prophetavit. Alia namque die, mihi soli seorsim sic prophetico profatus ore, inter cetera dixit: Hæc mea, o Baithenee, intentius debes audire verba: Statim namque post meum, de hoc ad Christum seculo, expectatum et valde desideratum transitum, quidam de Scotia Frater, qui nunc bene juvenilem

B bonis moribus regens ætatem sacræ lectionis studiis satis imbuitur, nomine Fintenus [gente *d* Moc cu moje, cujus pater Tailchanus vocatur]; ad te, inquam, perveniens, humiliter expostulabit; ut ipsum suscipiens inter ceteros adnumeres Monachos: sed hoc ei in Dei præscientia prædestinatum non est,

d

Abbas futurus,

ut ipse alicujus Abbatis Monachus fieret; sed ut Monachorum Abbas et animarum dux, ad cœleste regnum olim electus a Deo est. Noles itaque hunc memoratum virum, in his nostris apud te retinere insulis, ne et Dei voluntati contraire videaris: sed, hæc ei intimans verba, ad Scotiam in pace remittas, ut in Lageniensium vicinis mari finibus monasterium construat; et ibidem Christi ovium pascens gregem, innumeras ad patriam animas cœlestem perducat. Hæc audiens sanctus junior, Christo, lacrymas fundens, agit gratias, inquiens; Secundum S. Columbæ prophetiam fiat mihi, et mirabilem præscientiam. His denique diebus verbis Sanctorum obtemperans, et a Baitheneo accipiens benedictionem, in pace ad Scotiam transnavigavit. Hæc mihi quodam narrante religioso sene Presbytero, Christi milite, Oisseneo *e* nomine, Ernani filio, gente

in Hiberniam redit;

e

C Mocu-Niethcorb, indubitanter didici; qui se omnia supra memorata verba, cujusdem ab ore S. Finteni, filii Tailchani, audisse testatus est, ipsius Monachus.

III. 7 Alio in tempore vir beatus, in mediterranea Hiberniæ parte, monasterium, quod Scotice dicitur Dair-mag *f*, divino fundans nutu, per aliquot demoratus menses; libuit animo visitare Fratres, qui in *g* Clonensi S. Cerani *h* cœnobio commanebant. Audito que ejus accessu, universi undique ab agellulis monasterio vicinis, cum his qui ibidem inventi sunt congregati, cum omni alacritate suum consequentes Abbatem Alitherum *i*, Sancto Columbæ quasi Angelo Domini obviam egressi vallum monasterii, unanimiter pergunt: humiliatisque in terram vultibus eo viso, cum omni reverentia exosculatus ab iis est; hymnisque et laudibus resonantes, honorifice ad ecclesiam perducunt; quamdamque de lignis pyramidem *k* erga Sanctum deambulantem contingentes, a quatuor viris æque ambulantibus supportari fecerunt; ne videlicet sanctus senior Columba, ejusdem Fratrum multitudinis constipatione, molestaretur.

f

in Monasterio Campi roboris honorifice suscipitur.

g h

i

k

8 Eadem hora quidam valde despectus, vultu et habitu, puer familiaris, et necdum senioribus placens, retro in quantum valuit se occultans, accessit; ut videlicet illius amphibali *l* fimbriam, quo Beatus induebatur, occulte, et (si fieri posset) ipso nesciente et non sentiente tangeret. Sed hoc tamen Sanctum non latuit: nam quod corporalibus oculis retro se actum intueri non potuit, spiritualibus respexit. Unde subito restitit, et post se extendens manum, cervicem pueri tenet; ipsumque trahens, ante faciem suam statuit. Omnibusque qui ibidem circumstabant, dicentibus; Dimitte, quare hunc infelicem et juniorem retines puerum? Sanctus e contra, hæc puro pectore verba depromit prophetica; Sinite, Fratres, sinite modo. Ad puerum vero tremefactum dicit, O fili, aperi os, et porrige linguam. Jussus tum puer, cum ingenti tremore aperiens os, linguam porrexit; quam Sanctus, sanctam extendens manum, diligenter benedicens, ita prophetice profatur, dicens; Hic puer, quamvis vobis nunc despicabilis et valde vilis videatur, nemo tamen ob id ipsum despiciat: ab hac enim hora, non solum vobis non displicebit, sed valde placebit, bonisque moribus et animæ virtutibus paulatim de die in diem crescet: sapientia quoque et prudentia magis ac magis in eo ab hac die augebitur, et in hac vestra congregatione grandis est futurus profectus: lingua quoque ejus salubri et doctrina et eloquentia a Deo donabitur. Hic erat *m* Erneneus,

D

AUCTORE ADAMN.

l

Prophetat de S. Erneneo,

m

E filius Cresceni, postea per omnes Scotiæ Ecclesias famosus et valde notissimus: qui hæc omnia suprascripta verba Segineo Abbati de se prophetata enarraverat, meo decessore Falbeo intentius audiente, qui et ipse cum Segineo præsens inerat, cujus revelatione et ego ipse cognovi hæc eadem, quæ enarravi. Sed et multa alia, iisdem diebus quibus in Clonensi cœnobio Sanctus hospitabatur, revelante prophetavit sancto Spiritu: hoc est *n*, de illa quæ post dies multos, ob diversitatem Paschalis festi, orta est inter Scotiæ Ecclesias discordia; et de quibusdam Angelicis frequentationibus sibi manifestatis, quibus quædam intra ejusdem cœnobii septa ab Angelis tunc temporis frequentabantur loca.

postea celeberrimo per totum Scotiam;

n

9 Alio in tempore, cum in Jona insula, die fragosæ tempestatis et intolerabilis undarum magnitudinis, sedens in domo Sanctus, et Fratribus præcipiens diceret; Præparate ocius hospitium, aquamque ad lavandos hospitum pedes exhaurite; quidam ex ipsis Fratribus consequenter, Quis, ait, hac die, valde ventosa et nimis periculosa, licet breve fretum, prospere transnavigare potest? Quo audito, Sanctus sic profatur; Cuidam sancto et electo homini, qui ad nos ante vesperam perveniet, Omnipotens tranquillitatem quamlibet in tempestate donavit. Et ecce eadem die aliquamdiu expectata navis, in qua Sanctus inerat Cainechus *o*, juxta Sancti prophetationem pervenit. Cui Sanctus cum Fratribus obviam venit, et ab eo honorifice et hospitaliter susceptus est. Illi vero nautæ, qui cum Cainecho inerant, interrogati a Fratribus de qualitate navigationis; sic retulerunt, sicuti S. Columba prius de tempestate et tranquillitate pariter, Deo donante, in eodem mari et iisdem horis mirabili divisione prædixerat; et tempestatem eminus visam non sensisse, professi sunt.

de adventu Cainachi, tempestuoso die placide ust;

F

o

10 Alia itidem die S. Columba, in sua commanens matrice ecclesia, repente in hanc subridens erupit vocem, dicens; Columbanus *p* filius Beognai, ad nos transnavigare incipiens, nunc in undosis charybdis Brecani *q* æstibus valde periclitatur; ambasque ad cœlum, in prora sedens, palmas elevat: turbatum quoque et tam formidabile pelagus benedicit: quem tamen Dominus sic terret, non ut navis naufragio, in qua ipse residet, et undis obruatur; sed potius ad orandum intentius suscitetur, ut ad nos, Deo propitio,

V

p

de Columbano in mari periclitante;

q

AUCTORE ADAMN.

A pitio, post transvadatum perveniat periculum. * Alio quoque in tempore, de Cormaco *r*, nepote Lethani, viro utique sancto, qui tribus non minus vicibus eremum in *s* Oceano laboriose quæsivit, nec tamen invenit; S. Columba ita prophetizans ait; Hodie iterum Cormac, desertum reperire cupiens, enavigare incipit ab illa regione, quæ ultra Modam *t* fluvium sita *u*, Eirros domnoun dicitur: nec tamen etiam hac vice quod quærit inveniet; et non ob aliam ejus culpam, nisi quod alicujus religiosi Abbatis Monachum, ipso non permittente, discessorem secum non recte comitari, navigio susceperit.

VI. *de Cormaco, navigationis suæ finem non assecuturo;*

VII. *de eventu pugnæ,*

11 Post bellum Cule-Drebene, sicuti nobis traditum est, duobus transactis annis (quo tempore vir beatus de Scotia peregrinaturus primitus enavigavit) quadam die, hoc est, eadem hora, qua in Scotia commissum est bellum, quod Scotice dicitur Monamoire *x*; idem homo Dei, coram Canallo *y* Rege filio Comgill in Britannia conversatus, per omnia enarravit, tam de bello commisso, quam etiam de illis Regibus, quibus Dominus de inimicis victoriam condonarit; quorum propria vocabula *z*, Ainmerius filius Setni, et duo filii Maic-Ercæ, Donallus et Fergus. Sed et de Rege Cruithniorum *α*, qui Echodius- B Laib vocabatur, quemadmodum victus currui insidens evaserit; similiter Sanctus prophetizavit. * Alio in tempore, hoc est, post multos a supra memorato bello annorum transcursus, cum esset vir Sanctus in Jona insula; subito dicit ad suum ministratorem Diermitium; Cloccam *β* pulsa. Cujus sonitu Fratres incitati ad ecclesiam, ipso Sancto Præsule præeunte, ocius currunt. Ad quos ibidem flexis genibus infit: Nunc intente pro hoc populo et Aidano *γ* Rege Dominum oremus: hac enim hora ineunt bellum. Et post modicum intervallum egressus oratorium, respiciens in cælum, inquit: Nunc barbari in fugam vertuntur; Aidanoque, quamlibet infelix, tamen concessa victoria est. Sed et de numero de exercitu Aidani interfectorum, trecentorum et trium virorum, vir beatus prophetice enarravit.

VIII. *et Aidani Regis eventa victoria,*

de Regis filius successore, futuro.

12 Alio in tempore ante supradictum bellum, Sanctus Aidanum Regem interrogat de regni successore. Illo se respondente nescire, quis esset de tribus filiis suis regnaturus, Arthurius, an Eochodius Find, an Domangarthus; Sanctus consequenter hoc profatur modo; Nullus ex his tribus erit regnator; nam in bellis cadent ab inimicis trucidandi. Sed C nunc, si alios juniores habes, ad me veniant; et quem ex eis elegerit Dominus Regem, subito super meum irruet gremium. Quibus accitis secundum verbum Sancti, Eochodius Buidhe adveniens, in sinu ejus recubuit: statimque Sanctus eum osculatus benedixit, et ad patrem ait; Hic est superstes, et Rex post te regnaturus, et filii ejus post eum regnabunt. Sic omnia post suis temporibus plene adimpleta sunt. Nam Arthurius et Eochodius Find, non longo post temporis intervallo, Miaterum superius memorato in bello trucidati sunt. Domangarthus vero in Saxonia *δ* bellica in strage, interfectus est, Eochodius autem Buidhe post patrem in regnum successit.

ANNOTATA F. B.

a *Colitur sanctus hic* Fintenus 21 *Octobris teste Colgano, qua die de illo erit agendum.*

b Columb Crag, *id est,* Columba cognomento Crag, *forsitan* 22 *Septembris de eo agetur inter Prætermissos.*

c Roboretum Calgache, *prius S. Columbæ celebre monasterium, nunc civitas nobilis in Ultonia ad septemtrionem et Sedes Episcopalis.* Doriam *vocat Colganus, alii* Deriam, *Hiberni* Derry. *De anno fundationis ejus agit Usserus in Indice Chronolog. anno* 546.

d *Pio*, gente Moc eu Moje, *Colganus legendum* D *putat*, genitrice de Moc-umaine: nam, *inquit*, Mater hujus S. Finteni fuit de stirpe Maine seu Manii, filii Nielli magni Regis Hiberniæ, quæ stirps Maccamaine, id est progenies Manii dicebatur. *Ego similibus, quæ identidem occurrunt, immorandum non existimo: si enim ejusmodi Sancti publicum in Ecclesia cultum obtinuerunt, commodius ad ipsorum natales explicabitur; sin minus, ad Historiam elucidandam aut confirmandam parum conferent, leves plerumque, conjecturæ.*

e *Hunc* Ossineum, *affirmat Colganus, coli in ecclesia Tengamensi* 19 *Julii, cui præfuit cum triginta monachis; citatque Martyrologia Tamlactense et Dungallense.*

f *Illud ipsum monasterium est, de quo Venerabilis Beda lib.* 3 *cap.* 4 *ait;* Monasterium nobile in Hibernia, quod a copia roborum Dear-mach *(rectius Dairmagh,* lingua Scotorum, hoc est Campus-roborum cognominatur. *Situm est, inquit Colganus, in Midia australi tractu Lageniæ, adeoque diversum ab eo, quod supra vocatum est* Roboretum Calgache *in Ultonia. Usserus pag.* 690 *pluribus de hoc monasterio disserit, et refutat Cambdenum, qui putavit per* Dearmach *Armacham designari.*

g Clonense *illud* Cœnobium *in Occidentali Midia est ad Sinannam fluvium, fundatum a S. Cerano seu Kierano, et Hibernis* Cluain-mucnois *dicitur, teste Colgano.* E

h *De* S. Cerano *seu* Kierano *agetur* 9 *Septemb. quo obiit.*

i Altherus *Abbas juxta Quatuor-Magistros, Annalium Hibernicorum scriptores, præfuit monasterio de Cluain-mucnois, ab anno* 589 *ad annum* 595: *adeoque non ita S. Columba triginta quatuor annis versatus fuit in Britannia, quin subinde reviserit Hiberniam.*

k *Ad eum modum, quo nos umbella seu baldachino utimur in Processionibus, causa venerationis erga SS. Sacramentum, atque ad arcendam turbam, pluviam, et solis ardorem.*

l Amphibalus, *byrrus villosus, caput et totum corpus circumtegens, quo Monachi passim utebantur: vide Cangium.*

m *Quamvis hic* Erneneus, filius Cresceni, *dicatur* per omnes Scotiæ Ecclesias famosus *futurus* et valde notissimus, *et revera talis fuerit; Colganus tamen satis divinare nequit, an iis is qui* 4 *Junii, an vero alius qui* 18 *Augusti colitur juxta Mrol. Tamlactense.* F Sigineus *autem, Abbas erat Hiensis, cum S. Aidanus Episcopus anno* 2 *S. Oswaldi Regis, Christi* 635, *destinatus est in Britanniam, teste Beda lib.* 3 *cap.* 5: *putaturque obiisse an.* 651: *colitur vero juxta Tamlactense Mrol.* 12 *Augusti.*

n *Vide Comment. prævium num.* 23.

o S. Cainechum XI *Octob. coli asserit Colganus.*

p Columbanus *hic, alibi* Colmanellus *vocatur. De eo acturus fuerat Colganus* 26 *Septemb. Ipsum hoc loco adi, si placet, capis.*

q *Charibdis hæc, Hibernice* Coire Brekain *dicta, in faucibus Oceani, inter Ultoniam et Scotiam Albiensem, ubi vorticosum illud mare in sinum de Loch-Feabhuil magno impetu influit.*

r S. Cormacus Abbas *Dormagensis*, 21 *Junii colitur, juxta Tamlactense Martyrologium aliosque.*

s Eremum in oceano quærere *intelligo eum, qui insulam quamdam incultam et aptam solitudini inquirit.*

t *Fluvius Connaciæ celebris, vulgo* Muaidh, *nobis latine* Moadus *sive* Muadus *appellatus.*

u *Regio Occidentalis Connaciæ, vulgo* Irros-Chlann-Domnain *appellata.* Cirros *habet Windbergense MS.*

x

A x *Prælium, sic dictum a loco in quo commissum est, qui Hibernice teste Colgano vocatur* Moin mor de Dore-Lothuir, *in finibus aquilonaris Ultoniæ. Contigit juxta Usserum et nos an.* 563.

y *Alii* Congallum *aut* Convallum *nominant. Hujus pietatem multis describit Hector Boetius de rebus Scotorum fol.* 166 *num.* 40.

z Donallus *et* Fergus *aut* Fergussius *in Hibernia, seu potius Midia, regnarunt anno* 565 *: vocantur vero filii* Mac Ercæ, *id est, Nepotes Ercæ, quia pater eorum Murchertachus filius erat Ercæ; Ainmireus autem, filius Setnæ, regnum triennale sequenti anno* 566, *mortuis duobus prioribus, inchoavit. Quia tamen hic primus nominatur inter eos, quibus Dominus concessit victoriam, quamvis nondum Rex esset Midiæ, qui Reges Hiberniæ passim vocabantur; suspicor eum tum temporis Regem Ultoniæ fuisse, in cujus finibus gestum est bellum, Regibus Midiæ ei suppetias ferentibus. Vide quæ dicta sunt ad Acta S. Patricii* 15 *Martii comm. prævio num.* 34 *et* 36, *et Colganum in hunc locum, si plura cupis.*

α *Regem hunc Cruithenorum Pictorum interpretatur Colganus: verum Brudius tunc Pictos regebat. Oportet*
B *igitur hunc Regulum fuisse civitatis cujusdam aut tractus in vel circa Ultoniam, eorum qui sequenti capite lit.* x *Cruthini vocantur, et a Pictis genus duxisse. Cetera quæ de hac pugna et his Regibus quærit disputatque Colganus, apud ipsum lege si lubeat.*

β Clocca *campana, Belgis etiam* Klocke. *Vide Cangium, De* Dermitio *autem vide infra num.* 14.

γ *Hæc* Aidani *Regis Scotorum Albiensium victoria, quandonam relata sit, diversa variorum est sententia. Colganus adhæret Ussero, qui pag.* 709 *existimat prælium hoc fuisse Leitredense, anno* DXC *commissum, juxta Annales Ultonienses. Sed cur id* Miatorum *vocetur ab Adamnano, nullibi produnt scriptores Hiberni, et ego divinandum relinquo. Forsitan non fuit eo prælio superatus Rex Saxonum Occidentalium, ut existimare videntur Usserus aliique; sed rebelles aliquot barbari, qui simile nomen sibi assumpserant. Sane videtur Adamnanus numero sequenti,* bellum Miatorum *a bello Saxonico distinguere.*

δ *Forsitan sexto post obitum S. Columbæ anno, Christi* 603, *cum Rex Aidanus, contra Ædilfridum Nordanhumbrorum Regem exercitum ducens, ab eo victus fugatusque est, ut narrat Beda lib.* 1 *cap.* 34.

ε *Obiit* Aidanus *Rex anno* 2 *post bellum* Deghsastan, *ætatis fere octogesimo. Nec tamen eidem immediate suc*-
C *cessit filius* Eochodius-Buidhe, *alias* Eugenius, *sed post breve imperium Kennethi-ker, filii Conal, ut habent in suo Scoti-Chronico Fordonius atque Georgius Buchananus, ex eisque Usserus.*

CAPUT III.

De Regibus Prophetat, absentia narrat, occulta peccata revelat S. Columba.

x **D**omnallus *a*, filius Aidi, adhuc puer ad S. Columbam in Dorso-Cete *b* per nutritores adductus est: quem intuens percunctatur, inquiens; Cujus filius hic, quem adduxistis? Illis respondentibus, Hic est Domnallus, filius Aidi qui ad te ideo perductus est, ut tua redeat benedictione ditatus. Quem cum Sanctus benedixisset, continuo ait; Hic, et super omnes suos fratres superstes erit, et Rex valde famosus; nec unquam in manus inimicorum tradetur, sed morte placida in senectute, et intra domum suam, coram amicorum familiarium turba, super suum morietur lectum. Quæ omnia, secundum beati vaticinium viri, de eo vere adimpleta sunt. Eodem tempore Sanctus et in eodem loco, ad Scandlanum *c*, filium Colmani, apud Aidum *d* Regem in vinculis retentum, visitare eum cupiens, pergit: ipsumque cum benedixisset, confortans, ait; Fili, noli contristrari, sed potius lætare et confortare: Aidus enim Rex, apud quem vinculatus es, de hoc mundo te præcedet; et post aliqua exilii tempora, triginta annis in gente tua Rex regnaturus es: iterumque de regno effugaberis; et per aliquot exulabis dies: post quos a populo reinvitatus, per tria regnabis brevia tempora. Quæ cuncta, juxta vaticinationem Sancti, plene expleta sunt *e*. Nam post triginta annos de regno expulsus, per aliquod exulabat spatium temporis: sed post a populo reinvitatus, non ut putabat tribus annis, sed ternis regnavit mensibus, post quos continuo obiit.

a
b
Prædicit Domnallum diu feliciter regnaturum

D AUCTORE ADAMN.
c d
XI.
e

XII. 14 Alio in tempore, per asperam et saxosam regionem iter faciens, quæ dicitur Artdamuirchol *f*, et suos audiens comites, Laisranum *g* utique filium Feradachi, et Dermitium ministratorem, de duobus supra *h* memoratis Regibus [qui nepotes Muredachi *i* vocitabantur, Baitanus filius Mac-Erce, et Eochodius filius Domnail] in via sermocinari; hæc ad eos verba depromit: O filioli, quare inaniter de his sic confabulamini? Nam illi ambo Reges, de quibus nunc sermocinamini, nuper ab inimicis decapitati disperierunt. In hac quoque die aliqui de Scotia *k* adventantes nautæ, hæc eadem vobis de illis indicabunt Regibus. Quod venerabilis viri vaticinium eodem die de Hibernia navitores, ad locum, qui dicitur Muirbolc paradisi *l* pervenientes, suprascriptis ejus binis comitibus, sed eadem navi cum Sancto navigantibus, de iisdem interfectis Regibus expletum, retulerunt.

f
g
h
i
Duorum Regum mortem absens nuntiat;
E
k
l

XIII. 15 [Oengussius *m*, filius Aidi Commani] de patria cum aliis duobus fratribus effugatus, ad Sanctum in Britanniam peregrinantem exul venit. Cui benedicens, hæc de eo prophetizans sancto promit de pectore verba: Hic juvenis, defunctis ejus ceteris fratribus, superstes remanens, multo est regnaturus in patria tempore, et inimici ejus coram ipso cadent: nec tamen ipse unquam in manus tradetur inimicorum: sed morte placida senex inter amicos morietur. Quæ omnia, juxta Sancti verbum, plene sunt adimpleta. Hic est Oengussius, cujus cognomentum Bronbachal.

m
prædicit Engussium tunc exulem, postea feliciter regnaturum,

XIV. Alio in tempore, cum vir beatus in Scotia per aliquot demoraretur dies, ad supradictum Aidum *n* [Slane, filium Dermitii Regis] ad se venientem, sic prophetice locutus, ait: Præcavere debes, fili, ne tibi a Deo totius Hiberniæ regni prærogativam monarchiæ prædestinatam, parricidii faciente peccato, amittas: nam si quandoque illud commiseris, non toto patris Regno, sed ejus aliqua parte, in gente tua brevi frueris tempore. Quæ verba Sancti sic sunt expleta, secundum ejus vaticinationem: nam post Suibneum, filium Columbani, dolo ab eo interfectum, non plus (ut fertur) quam quatuor annis et tribus mensibus, regni concessa potitus est parte.

n
Aidum dimidium regni potitum amissurum,
F

XV. 16 Alio item in tempore [Rex Rodericus filius Tothail *o*, qui in Petra Cloithe *p* regnavit] utpote erat sancti viri amicus, aliquam ad eum occultam per Lugbeum Mocumin *q* legationem misit, scire volens si ab inimicis esset trucidandus, an non? At vero Lugbeus, a Sancto interrogatus de eodem rege, et regno, et populo; et respondens quasi miserans, dicit: Quid de illo inquiris misero, qui qua hora ab inimicis occidatur nullo modo scire potest? Sanctus tum deinde profatur: Numquam in manus tradetur inimicorum: sed in sua super suam plumatiunculam *r* morietur domo. Quod Sancti de Rege Roderico vaticinium plene adimpletum est: nam, juxta verbum ejus, in domo sua morte placida obiit.

o p
q
Rodericum placide moriturum;
r

XVI. * Alio in tempore duo quidam plebeii, ad Sanctum, in Iona commorantem insula, deveniunt: quorum unus

AUCTORE ADAMN. *unius instantem mortem,*

A Meldanus nomine, de filio suo, qui præsens erat, Sanctum interrogat, quid ei esset futurum? Cui Sanctus sic profatur : Nonne Sabbati dies hodierna est? filius tuus feria sexta in fine morietur septimanæ; octavaque die, hoc est Sabbato, hic sepelietur. Alter proinde plebeius, nomine Glasdereus, et ipse de filio suo, quem ibidem secum habuit nihilominus interrogans, talem Sancti audit responsionem; Filius tuus Ernanus suos videbit nepotes, et in hac insula sepelietur. Quæ omnia, secundum verbum Sancti, suis plene temporibus expleta sunt.

alterius diuturnam vitam:

XVII. *occultum matris peccatum noscens, jubet a filio moneri:*

17 Alio in tempore supra memoratum Colgium *s* [Aidi Draigniche filium, a nepotibus Fiechrach ortum] apud se in Jona commorantem insula, Sanctus de sua interrogat genitrice; si esset religiosa, an non. Cui ipse inquiens, ait; Bene moratam et bonæ famæ meam novi matrem. Sanctus tum sic prophetice profatur; Mox Deo volente ad Scotiam profectus, matrem diligentius de quodam suo prægrandi peccato interrogato occulto, quod nulli hominum confiteri vult. Qui hæc audiens obsecutus, ad Hiberniam emigravit. Proinde mater ab eo studiose interrogata, quamlibet primule inficiens, tamen suum confessa est peccatum; juxta Sancti indicationem B pœnitudinem agens, sanata; deque eo quod Sancto manifestum est, valde mirata. Colgius vero ad Sanctum reversus, per aliquot dies apud eum commoratus, de fine sui interrogans temporis, hoc a Sancto audit responsum: In tua quam amas patria, Primarius alicujus ecclesiæ per multos eris annos : et si forte aliquando tuum videris pincernam, in cœna amicorum ludentem, hauritoriumque *t* in gyro per collum torquentem, scito te mox in brevi moriturum. Quid plura? hæc eadem beati viri prophetatio sic per omnia est adimpleta, quemadmodum de Colgio est prophetata.

alteri mortis signum dat.

XVIII, Vir beatus quemdam de suis Monachum, nomine Trenanum *u*, gente Mocuruntir, Legatum ad Scotiam exire quadam præcepit die. Qui hominis Dei obsecutus jussioni, navigationem parat festinus, unumque sibi deesse navigatorem coram Sancto queritur. Sanctus hæc consequenter eidem respondens, sacro promit de pectore verba, dicens; Nautam quem tibi adhuc non suppetisse dicis, nunc invenire non possum : vade in pace; usque quoad Hiberniam pervenias, prosperos et secundos habebis flatus : quemdamque obvium videbis hominem eminus occursurum, qui primus præ ceteris C navis proram tuæ tenebit in Scotia : hic erit comes itineris per aliquot in Hibernia dies; teque inde revertentem ad nos usque comitabitur; vir a Deo electus, qui in hoc meo monasterio per omne reliquum tempus bene conversabitur. Quid plura? Trenanus accipiens a Sancto benedictionem, plenis velis per omnia transmeavit maria : et ecce appropinquanti ad portum naviculæ Laisranus *x* Mocumoie citior occurrit, tenetque proram : nautæ recognoscunt ipsum esse, de quo Sanctus prædixerat.

Navigaturo prædicit inveniendum socium,

XIX 18 Quadam die, cum vir venerabilis in Jona demoraretur insula, quidam frater Berachus *y* nomine, ad Ethicam *z* proponens insulam navigare, ad Sanctum mane accedens, ab eo benedici postulat. Quem sanctus intuitus, inquit; O fili, hodie intensius præcaveto, ne Ethicam cursu ad terram directo per latius coneris transmeare pelagus, sed potius circumiens minores secus naviges insulas; ne videlicet aliquo monstruoso perterritus prodigio, vix inde possis evadere. Qui a Sancto accepta benedictione secessit; et navem conscendens Sancti verbum quasi parvipendens transgreditur. Majora proinde Ethici transmeans spatia pelagi, ipse et qui ibi inerant nautæ, vident; et ecce cetus miræ et immensæ magnitudinis, se instar montis erigens, ora aperit patula, nimis dentosa, supernatans. Tum proinde remiges, depositio velo valde perterriti, retro reversi, D illam obortam ex belluino motu fluctuationem vix evadere potuerunt : Sanctique verbum recognoscentes propheticum, admirabantur. Eadem quoque die Sanctus Baitheneo, *α* ad supra memoratam insulam navigaturo, mane de eodem intimavit ceto; inquiens, Hac præterita nocte media, cetus magnus de profundo maris se sublevavit, et inter Jonam et Ethicam insulam se hodie in superficiem eriget æquoris : cui Baitheneus respondens, infit : Ego et illa bellua sub Dei potestate sumus. Sanctus; Vade, ait, in pace; fides tua in Christo te ab hoc defendet periculo. Baitheneus tum deinde a Sancto benedictione accepta, a portu enavigat : transcursisque non parvis ponti spatiis, ipse et socii cetum aspiciunt : perterritisque omnibus, ipse solus æquor et cetum ambabus manibus elevatis benedicit subintrepidus : eodemque momento bellua magno se fluctui immergens, numquam deinceps eis apparuit.

alteri occursurum cetum,

itemque Baitheneo;

XX 19 Alio in tempore quidam Britanus *β* gente, nepos Niath Talaiarc, benedici a Sancto petivit, cum ceteris in mari eremum quæsiturus. Cui valedicens Sanctus, hoc de ipso propheticum protulit verbum. Hic homo, qui ad quærendum in oceano desertum pergit, non in deserto conditus jacebit; sed illo in E loco sepelietur, ubi oves femina trans sepulcrum ejus minabit. Idem itaque Baitanus, post longos per ventosa circuitus æquora, eremo non reperta ad patriam reversus, multis ibidem annis cujusdam cellulæ dominus *γ* permansit, quæ Scotice Lath-regimden dicitur : iisdemque diebus accidit, quibus post aliqua mortuus est in Roboreto Calcagi, ut, propter hostilitatis incursum, vicina ad ejusdem loci ecclesiam plebecula cum mulieribus et parvulis confugeret; unde contigit, ut quadam die mulier deprehenderetur aliqua, quæ suas per ejusdem viri sepulcrum nuper sepulti oviculas minabat. Et unus ex his, qui viderant viris, sanctus Sacerdos dixit; Nunc prophetia S. Columbæ expleta est, multis prius divulgata annis. Qui utique supra memoratus Presbyter, inibi de Baitano enarrans retulit, Mailodranus *δ* nomine, Christi miles, gente Mocurin.

Baitano locum sepulturæ,

XXI. 20 Alio in tempore Sanctus ad Hinbinam *ε* insulam pervenit, eademque præcipit die, ut etiam Pœnitentibus *ζ* aliqua cibi consolatio indulgeretur. Erat tunc ibi inter Pœnitentes quidam Nemanus, filius Carthur; qui a Sancto jussus, renuit oblatam accipere consolatiunculam : quem Sanctus his compellat verbis; O Nemane, a me et Baitheneo indultam non recipis aliquam refectionis indulgen- F tiam? erit tempus, quo cum furacibus furtivæ carnem in sylva manducabis equæ. Hic idem itaque postea ad seculum reversus, in saltu cum furibus talem comedens carnem, juxta verbum Sancti, de craticula *η* sumptam lignea, inventus est.

Nemano committendum ab eo furtum

XXII 21 Alio in tempore Fratres intempesta nocte suscitat Sanctus, ad quos in ecclesia congregatos dicit : Nunc Dominum intentius precemur : nam hac in hora aliquod inauditum in mundo peccatum perpetratum est, pro quo valde timenda judicialis vindicta. De quo peccato crastino die aliquibus paucis percunctantibus intimavit, inquiens; Post paucos menses, cum Lugaido *θ* et nesciente, infelix ille homuncio ad Jonam perveniet insulam. Alia itaque die Sanctus ad Diermitium, interjectis quibusdam mensibus, præcipiens profatur; Surge citius : ecce Lugaidus appropinquat : dicque ei, ut miserum, quem secum in navi habet, in Muleam *ι* propellat insulam, ne hujus insulæ cespitem calcet. Qui præcepto Sancti obsequitur; ad mare pergit, Lugaidoque adventanti omnia Sancti prosequitur de infelici viro verba. Quibus auditis ille infelix juravit, numquam se cibum cum aliis acceпturum,

Absentis parricidæ et inceli adventum prænoscens,

A pturum, nisi prius Sanctum videret Columbam eumque alloqueretur. Quæ infelicis verba Diermitius, ad Sanctum reversus, retulit. Quibus auditis Sanctus ad portum perrexit; Baitheneoque, prolatis sacræ Scripturæ testimoniis suggerenti, ut miseri pœnitudo susciperetur, Sanctus consequenter inquit: O Baithenee, hic homo fratricidium in modum perpetravit Cain, et cum sua matre mœchatus est. Tum deinde miser in littore flexis genibus, leges pœnitentiæ expleturum [se promisit, juxta Sancti judicationem. Cui Sanctus ait; Si duodecim annis inter Brittones, cum fletu et lacrymis pœnitentiam agens, nec ad Scotiam usque ad mortem reversus fueris, forsan Deus peccato ignoscet [tuo. Hæc dicens Sanctus, ad suos conversus, dicit; Hic homo filius est perditionis, qui quam promisit pœnitentiam non explebit: sed mox ad Scotiam revertetur, ibique in brevi ab inimicis interficiendus peribit. Quæ omnia, secundum Sancti prophetiam, ita contigerunt. Nam miser iisdem diebus ad Hiberniam reversus, in regione quæ vocatur Lea ϰ, in manus incidens inimicorum, trucidatus est. Hic de nepotibus Turtrei λ erat.

prædicit, neglecta pœnitentia damnandum.

B

ANNOTATA F. B.

a *Obiit* Domnaldus, filius Aidi, *post patrem Rex Hiberniæ, anno* 642, *juxta Usserum in indice Chronologico*; *anno vero* 639, *juxta Quatuor Magistros: qui addunt, quod decesserit* in Ardfothadh regione de Tir-Aodha, post pœnitentiæ palmam. Integro enim anno in sua letali infirmitate, singulis diebus Dominicis communione corporis Christi refectus, interiit. *De his fides sit penes Auctores.*

b Dorsum-Cette, *Hibernice* Druim-cheat *appellatur, estque diœcesis Dorensis, in regione Ultoniæ Kiennachta vulgo dicta, in qua circa annum* 586, *inquit Colganus, habita sunt celebria regni Comitia, quæ Druymcettensia vocantur, quibus interfuit S. Columba, Aidus Ainmirei Filius Rex Hiberniæ, et Aidanus filius Gaurani Rex Scotorum Albiensium, cum multis regni Principibus.*

c *Severinus Ketennus libro* 2 *de Regibus Hiberniæ refert,* Scandulanum, Principem Ossoriæ, ideo in vinculis a Rege Aido detentum fuisse, quia refractarius accusabatur in solvendo tributo, a majoribus solvi consueto Regibus Hiberniæ. *Sed hæc cum Chronologia Quatuor-Magistrorum non consentiunt. Vide Colganum.*

C d Aidus, Filius Anmirei, filii Sedhnæ; postquam 27 annis regnasset, occubuit in prælio de Dunbolg in Lagenia, per Brandubium Lageniæ Regem interfectus anno 594. *Ita Quatuor-Magistri.*

e *Impleta esse, nullus alius, quod sciam, Historicus narravit. Sufficit tamen Adamnani auctoritas, qui rei gestæ fuit ætate proximus: siquidem, ut dixi, Aidus filius Anmirii anno* 594 *obiit: a quo tempore triginta Principatus sui annos inchoasse oportet Scandlanum, Ossoriæ Principem; adeoque Adamnani, qui seculo septimo floruit, pene attigisse tempora.*

f *Difficile nunc invenire, quis locus iste, vel in qua regione fuerit, si tamen utriusque Regis mortem in annum* 563 *aut ultra referre liceat cum Quatuor-Magistris, non dubitarem asserere, locum hunc in Pictorum regionibus fuisse, de quibus Beda lib.* 3 *cap.* 4, arduis atque horrentibus montium jugis ab Australibus sunt regionibus sequestratæ etc.

g *Fuit* Laisranus *Abbas Hiensis, mortuus anno* 601, *juxta Quatuor-Magistros. Coli eum asserit Colganus* 16 *Septembris, juxta Tamlactense aliosque.* Diermitii *vero coluntur varii apud Hibernos Martyrologos, præsertim* 6 *et* 15 *Januarii, ac* 2 *Augusti. An autem aliquo ex his diebus colatur iste, de quo hic agitur, sæpiusque per decursum horum Actorum fit mentio (utpote uno ex primariis discipulis, in cujus gremio Sanctus expiravit) non audet determinare Colganus, multum minus ego.* D

AUCTORE ADAMN.

h *Supra, id est in titulo Capitis* XII, *ex quo verba desumpsi parenthesi inclusa, ad elucidandam narrationem.*

i Murcdachus *itaque filios habuit binos,* Murchertachum *unum, ex Erca Dalriedianorum Principis filia,* Mac-Ercæ *dictum, a quo* Baitanus *nepos, de quo hic agitur: alterum* Domnaldum, *ex quo* Eochodius. *Occubuerunt autem, ut aiunt Quatuor Magistri, per Cronanum Kienactæ Regem seu Principem interfecti.*

k *Id est Hibernia, quo confirmatur, hanc prophetiam a Sancto in Britannia esse prolatam.*

l *Portus aliquis Scotiæ Albiensis, qui nunc quærèretur frustra.*

m *Omisi ex textu voculas duas,* hic namque; *cum vicem illarum abunde supplerent verba tituli, parenthesi inclusa, sine quibus historia intelligi non poterat. Quis autem ille* Oengussius, filius Aidi Commani? *Colganus legendum putat.* Colmani: *existimatque eum esse, de quo Quatuor Magistri anno* 616; *sic dicunt Ægussius, filius Colmani Magni, Princeps Australium Onellorum, id est Princeps seu Rex Mediæ, obiit. Sed qui dicitur* filius Colmani *intelligendus esset* Nepos. *Unde vero cognomentum* Bromba-chal *acceperit, relinquitur divinandum.* E

n *Dicitur hic* Aidus Slane *regnasse ab anno* 594; *et* 596, *cum Subineum cognatum suum interfecisset, partem regni amisisse. Colmano Rimiedo cum ipso regnante: qui, ut aiunt Quatuor Magistri, anno* 600 *ambo occubuerunt. Quod autem additur,* postquam sex annis regnassent, *de Aido Slane intelligi solum poterit: cum Colmanus non amplius quatuor regnaverit.*

o *Hic ille* Rodericus *est, in Vita S. Kentigerni* 13 *Januarii num.* 31 *nominatus* Rederic: *qui toto corde quærens Dominum, fidem Christi in regnum reparare studebat, eumque in finem S. Kentigernum ad se invitavit.*

p *De* Petra Cloithe *seu* Alcluith, *vide dicta in Comment. prævio* §. 2 *ad Acta S. Patricii* 17 *Martii, est enim ejusdem Sancti patria.*

q Lugbeus Moc-Cumin, *cujus frater videtur fuisse* Lugneus Mocumin, *de quo infra num.* 54; *forsitan ex cognatione S. Brigidæ aut Maconii Regis Hiberniæ. Vide Colganum.*

r Plumatiuncula, *Lectulus plumis confertus aut pulvinar: diminutivum a* plumacium. *Vide Cangium.* F

s *Quæ parentesi inclusi, ex titulo desumpta sunt. De hoc* Colgio *seu* Colgano, *putat se egisse* 20 *Februarii Colganus.*

t Hauritorium, *instrumentum hauriendi, aut potius bibendi.*

u *De hoc* Trenano *egit Colganus* 23 *Martii.*

x *Inter diversos* Laisranos *cognomines, quærit Colganus, de quo hic agatur, nec satis definire valet.*

y *De hoc* Beracho, *ut Sancto, existimat se egisse Colganus* 5 *Februarii.*

z Ethica insula, *quæ lib.* 3 *vocatur ab Adamnano* Terra-Ethica, *versus Orientem Septemtrionalem respectu Hiensis Insulæ posita, insigni monasterio de Campo-lunge aliisque pluribus ornata, forsitan eadem est, quæ vulgo* Heth-land, *Latine* Hethlandia *a Geòrgio Buccanano in descriptione Scotiæ pag.* 39 *vocatur, sexaginta milliaria longa, et hinc quandoque Continens appellata.*

α Baitheneus *hoc eodem die colitur. Vide Vitam ejus infra.*

β Colganus *quærit, quis sit hic* Baitanus *inter*

plures

AUCTORE ADAMN.

A *plures homonymos (nomen enim gentis distinctivum omissum est) ipsum adi, si conjecturam cupis.*

γ *Cellulæ Dominus, aut quia solus inhabitabat, aut quia paucorum Monachorum Prior erat. Cellula autem* Rath-reguiden *(ut legendum putat Colganus) est Diœcesis Derensis, secundum ejusdem Colgani opinionem.*

δ *Alii legunt* Moel Odhranus *an. et quando colatur, inquirit Colganus, nihil certi affirmans.* Christi Miles, *id est* Monachus, *fuisse intelligitur.*

ε *Certum est Colgano,* Hinbinam *esse unam ex Hebridibus, quamvis nunc nulla insula talis nominis extet: tempore enim nomen illud in aliud transit.*

ζ Pœnitentes *intellige, qui post grave peccatum in aliquod monasterium ad tempus se subduxerant, majori præ reliquis austeritate macerantes sese.*

η *Sumptam de* craticula lignea, *cui supra carbones carnem imposuerant, quia ferream non habebant ad manum.*

θ *Existimat Colganus hunc esse* Lugaidum *de* Tir hacroebh, *de quo agunt Hibernica Martyrologia* 31 *Januarii.*

ι Mulea *insula una Hebridum, nunc* Mula.

κ *Est Regio septemtrionalis Ultoniæ, comitatus*
B *Æudromensis.*

λ Nepotes Turtrei, *populi septemtrionalis Ultoniæ, vulgo* Hi Tuirtre, *id est Nepotes Turtrei, reliquerunt suum nomen parti Comitatus Æudromensis, quæ etiam nunc* Hi-tuirtre *vocatur. Ita Colganus.*

CAPUT IV.

De rebus levioris momenti prophetat: mortem variis et pœnam peccatorum prænuntiat.

Quadam die Baitheneus *a* ad Sanctum accedens
XXIII. *a* *Prophetice novit unicum in Psalterio mendum,*
ait; Necesse habeo, ut aliquis de Fratribus mecum Psalterium, quod scripsi, percurrens emendet. Quo audito Sanctus sic profatur: Cur hanc super nos infers sine causa molestiam? nam in tuo hoc, de quo dicis, Psalterio, nec una superflua reperietur littera, nec alia deesse, excepta I vocali, quæ sola deest. Et sic toto perlecto Psalterio, sicut Sanctus
XXIV.
prædixerat, repertum, et exploratum est.* Quadam itidem die, ad focum in monasterio sedens, vidit Lugbeum *b*, gente Mocumin, eminus librum legentem: cui repente ait: Fili, precave: æstimo enim, quod quem lectitas liber, in aquæ plenum sit casurus vasculum. Quod mox ita contigit: nam ille supra
b *libellum in aquam casurum,*
C memoratus juvenis, post aliquod breve intervallum, ad aliquam consurgens in monasterio administrationem, verbi oblitus beati viri, quem sub axilla negligentius inclusit, subito in hydriam aqua repletam cecidit liber. * Alia inter hæc die ultra
XXV.
fretum *c* Jonæ insulæ clamatum est. Quem Sanctus,
c *atramentarium suum everten tum*
sedens in tuguriolo tabulis suffulto, audiens clamorem, dicit: Homo, qui ultra clamitat fretum, non est subtilis sensus: nam hodie mei corniculum atramenti inclinans effundet. Quod verbum ejus minister Diermitius audiens, paulisper ante januam stans, gravem expectabat superventurum hospitem, ut corniculum defenderet: sed alia mox faciente causa, inde recessit: et post ejus recessum hospes molestus supervenit, Sanctumque osculandum appetens, ora vestimenti inclinatum effudit atramenti corniculum.

23 Alio itidem tempore tertiæ feriæ Sanctus
XXVI
fratribus sic profatur; Crastina quarta feria jejunare proponimus *d*: sed tamen, superveniente quodam molesto, consuetudinarium solvetur jejunium. Quod ita ut Sancto præostensum est, accidit. Nam mane eadem quarta feria, alius ultra fretum clamitabat
d *jejunium solvendum ob adventum hospitis*
D proselytus, Aidanus *e* nomine, filius Fergnoi: qui, ut fertur, duodecim annis Brendano ministravit Mocualti, vir valde religiosus: qui ut advenit, ejusdem diei, juxta verbum Sancti, jejunationem solvit. * Quodam quoque die, quemdam ultra fre-
XXVII,
tum audiens clamitantem, Sanctus hoc profatur modo; Valde miserandus est ille clamitans homo, qui aliqua ad carnalia medicamenta petiturus pertinentia, ad nos venit: cui opportunius erat veram de peccatis hodie pœnitudinem gerere: nam in hujus fine hebdomadis morietur. Quod verbum, qui inerant præsentes, advenienti misero intimarunt. Sed ille parvipendens, acceptis quæ poposcerat, citius recessit; et secundum Sancti propheticum verbum, ante finem ejusdem septimanæ mortuus est.
advenam peccatorem cito moriturum,

24 Alio itidem tempore Lugbeus, gente Mocumin, cujus supra mentionem fecimus, quodam ad
XXVIII
civitatem Italiæ cœlesti igne deletam,
Sanctum die post frugum veniens triturationem, nullo modo ejus faciem intueri potuit, miro superfusam rubore; valdeque pertimescens cito aufugit. Quem Sanctus complosis paulum manibus revocat. Qui reversus, a Sancto statim interrogatus, cur ocyus aufugisset, hoc dedit responsum: Ideo fugi, quia nimis pertimui. Ac post aliquod medium in-
E tervallum fiducialius agens, audet Sanctum interrogare, inquiens; Numquid in hac hora tibi aliqua formidabilis ostensa visio est? Cui Sanctus talem dedit responsionem: Tam terrifica ultio nunc in remota orbis parte peracta est. Qualis, ait juvenis, vindicta, et in qua regione facta? Sanctus tunc sic profatur; Sulfurea de cœlo flamma super Romani juris civitatem, *f* intra Italiæ terminos sitam, hac hora effusa est: tria ferme millia virorum, excepto matrum puerorumque numero, disperierunt. Et antequam præsens finiatur annus, Gallici nautæ, de Galliarum provinciis adventantes, hæc eadem tibi enarrabunt. Quæ verba post aliquot menses, veridica fuisse, sunt comprobata. Nam idem Lugbeus simul cum sancto viro ad Caput regionis *g* pergens, nauclerum et nautam adventantis barcæ interrogans, sic omnia illa de civitate cum civibus, ab eis audit enarrata, quemadmodum a prædicabili viro sunt prædicta.
deque ea intra annum affore nuntium;

25 Quadam brumali et valde frigida die, Sanctus magno molestatus mœrore, flevit. Quem suus
XXIX.
Monachos suos nimio labore premi
minister Diermitius de causa interrogans mœstitiæ, hoc ab eo responsum accepit: Non immerito, o filiole, ego hac in hora contristor, meos videns monachos, quos Laisranus nunc gravi fatigatos la-
F bore in alicujus majoris domus fabrica molestat, quæ mihi valde displicent. Mirum dictu! Eodem momento horæ Laisranus, habitans in monasterio Roboreti-campi, quodammodo coactus, et quasi quadam pyra intrinsecus succensus, jubet Monachos a labore cessare, aliquamque cibationum consolationem præparari; et non solum in eadem die otiari, sed et in ceteris asperæ tempestatis diebus requiescere. Quæ verba ad Fratres consolatoria a Laisrano dicta, Sanctus in spiritu audiens, flere cessavit: et mirabiliter gavisus ipse, in Jona insula commanens, Fratribus, qui ad præsens inerant, dixit; Et Laisranum monachorum benedixit consolatorem.
et quiescere jussos

26 Alio in tempore Sanctus, in cacumine sedens
XXX
advenire hospitem pœnitentem
montis, qui nostro huic monasterio eminus supereminet, ad suum ministratorem Diermitium conversus, profatus est dicens; Miror quare tardius appropinquat quædam de Scotia navis, quæ quemdam advehit sapientem virum; qui in quodam facinore lacrymosam gerens pœnitudinem; mox adveniet. Post proinde haud grande intervallum, ad Austrum prospiciens minister, velum navis videt ad

A ad portum propinquantis ; quam cum Sancto adventantem demonstraret, cito surgit, inquiens ; Eamus proselyto obviam, cujus veram suscipit Christus pœnitentiam. At vero Techuanus *h* de navi descendens, Sancto ad portum pervenienti obvius occurrit ; cum fletu et lamento ante pedes ejus ingeniculans flexis genibus, amarissime ingemuit ; et coram omnibus qui ibidem inerant, peccantias confitetur suas. Sanctus tum cum eo pariter illacrymans, ad eum ait ; Surge, fili, et consolare : dimissa sunt tua, quæ commisisti peccamina ; quia, sicut scriptum est, Cor contritum et humiliatum Deus non spernit. Qui surgens, gaudenter a Sancto susceptus, ad Baitheneum, tunc temporis in Campo-Lunge *i* Præpositum commorantem, post aliquot est emissus dies, in pace commigrans. * Alio in tempore binos mittens Monachos ad suum alium Monachum, nomine Cailtanum, *k* (qui eodem tempore Præpositus erat in cella, quæ hodie ejus Fratres Diuni *l* vocabulo vocitatur, stagno adhærens Abæ fluminis) hæc per eosdem nuntios Sanctus commendat verba : Cito euntes, ad Cailtanum properate ; dicitoteque ei, ut ad me sine ulla veniat morula. Qui verbo Sancti obsecuti exeuntes, et ad

XXXI mortem Cailtani sui discipuli,

B cellam Diuni pervenientes, suæ legatiunculæ qualitatem Cailtano intimaverunt : qui eadem hora, nullo demoratus modo, Sancti prosecutus legatos, ad eum in Jona insula commorantem, eorum itineris comes celeriter pervenit. Quo viso, Sanctus ad eum taliter locutus, his compellat verbis : O Cailtane, bene fecisti ad me obedienter festinando : requiesce paulisper. Idcirco ad te invitandum misi amans amicum, ut hic mecum in vera finias obedientia vitæ cursum tuæ : nam ante hujus hebdomadis finem ad Dominum in pace transibis. Quibus auditis, gratias agens Deo, Sanctum lacrymans exosculatus, ad hospitium, accepta ab eo benedictione, pergit : eademque subsecuta infirmatus nocte, juxta verbum Sancti, in eadem septimana ad Christum Dominum emigravit.

27 Quadam Dominica die, ultra sæpe memoratum clamatum est fretum : quem audiens Sanctus clamorem ; ad Fratres, qui ibidem inerant ; Ite, ait, celeriter, peregrinosque, de longinqua venientes regione, ad nos ocyus adducite. Qui continuo obsecuti transfretantes, adduxerunt hospites. Quos Sanctus exosculatus, consequenter de causa percunctatur itineris. Qui respondentes aiunt ; Ut hoc etiam anno apud te peregrinemur, venimus. Quibus

XXXII. Peregrinos recens appulsos,

C Sanctus hanc dedit responsionem : Apud me, ut dicitis, spatio anni unius peregrinari non poteritis, nisi prius Monachicum promiseritis votum. Quod qui inerant præsentes, valde mirati sunt, ad hospites, eadem hora adventantes, dici. Ad quæ Sancti verba senior respondens Frater, ait : Hoc in mente propositum licet in hanc horam usque nullatenus habueramus ; tamen tuum sequemur consilium, divinitus (ut credimus) inspiratum. Quid plura ? Eodem horæ momento oratorium cum Sancto ingressi, devote flexis genibus votum monachiale voverunt *m*. Sanctus tum deinde ad Fratres conversus, ait : Hi duo proselyti, vivam Deo seipsos exhibentes hostiam, longaque in brevi Christianæ tempora militiæ complentes, hoc mox eodem mense ad Christum Dominum in pace transibunt. Quibus auditis, ambo Fratres, gratias Deo agentes, ad hospitium deducti sunt : interjectisque diebus septem, senior Frater cœpit infirmari, et eadem peracta septimana ad Dominum migravit : similiter et alter, post septem alios dies infirmatus, ejusdem in fine hebdomadis ad Dominum feliciter transit. Et sic, secundum Sancti veridicam prophetiam, intra ejusdem mensis terminum, ambo præsentem finiunt vitam.

ad processionem suscipit ut cito morituros,

D 28 Cum per aliquot dies in insula demoraretur Scia *n* vir beatus, alicujus loci terrulam mari vicinam baculo percutiens, ad comites sic ait : Mirum dictu, o Filioli ; Hodie in hac hujus loci terrula quidam gentilis senex, naturale per totam bonum custodiens vitam, et baptizabitur, et morietur, et sepelietur. Et ecce, quasi post unius intervallum horæ, navicula ad eundem supervenit portum, cujus in prora quidam advectus est senex decrepitus, Geonæ *o* insulæ Primarius cohortis : quem bini juvenes de navi sublevantes, ante beati conspectum viri deponunt. Qui statim, verbo Dei a Sancto per interpretem recepto credens, ab eodem baptizatus est : et post expleta baptizationis ministeria, sicuti Sanctus prophetizavit, eodem in loco consequenter obiit ; ibidemque socii, congesto lapidum acervo, sepelierunt ; qui hodieque in ora cernitur maritima ; fluviusque ejusdem loci, in quo idem baptisma acceperat, Dobar Art-Branani *p* usque in hodiernum nominatus diem, ab accolis vocitatur. * Alio in tempore, trans Britanniæ dorsum *q* iter agens, aliquo in desertis vehiculo relicto ; ibidem, juxta alicujus marginem rivuli stagnum intrantis, Sanctus mansionem fecit. Eadem nocte dormientes, sub sopore depressos, suscitat comites, dicens ; Nunc, nunc, celeriter foras exeuntes nostram, quam ultra rivum naviculam posuistis, in domum huc citius advehite, et in vicinam domunculam ponite. Qui continuo obedientes, sicut eis præceptum est, fecerunt. Ipsisque iterum quiescentibus, Sanctus post quoddam intervallum silenter Diermitium pulsat, inquiens ; Nunc stans extra domum aspice, quid in illo agatur viculo, ubi primum posuistis naviculam. Qui Sancti præcepto obsecutus, domum egreditur : et respiciens, videt vicum flamma vastante totum concremari : reversusque ad Sanctum, quod ibidem gerebatur retulit. Sanctus proinde Fratribus de quodam narravit æmulo persecutore, qui easdem domus eadem incenderat nocte.

AUCTORE ADAMN.

XXXIII Senem, qui tota vita legem naturæ servaverat, lege Christi instruit et baptizat,

XXXIV

29 Quodam itidem die Sanctus, in suo sedens tuguriolo, Colcio eidem lectitanti prophetizans ait : Nunc unum tenacem Primarium de tuæ Præpositis diœceseos, dæmones ad inferna rapiunt. At vero hoc audiens Colgius, tempus et horam in tabula describens, post aliquot menses ad patriam reversus, Gullanum filium Tachtin eodem horæ momento obiisse, ab accolis ejus regionis percunctatus invenit, quo vir beatus eundem a dæmonibus raptum enarravit*. Alio in tempore supra memoratus Presbyter Findchanus, Christi miles, *r* illius monasterii fundator, quod Scotice Art-chain nuncupatur, in Ethica terra, Aidum cognomento Nigrum, regio genere ortum, Cruthnicum *s* gente, de Scotia ad Britanniam sub Clericatus habitu secum adduxit, ut in suo apud se monasterio per aliquot peregrinaretur annos : qui scilicet Aidus niger valde sanguinarius homo, et multorum fuerat trucidator, qui et Diermitium filium *v* Cerbuill, totius Scotiæ Regnatorem Deo auctore ordinatum, interfecerat. Hic itaque idem Aidus, post aliquantum in peregrinatione transactum tempus, accito Episcopo, quamvis non recte, apud supradictum Findchanum Presbyter ordinatus est. Episcopus tamen non ausus est super caput ejus manum imponere, nisi prius idem Findchanus, Aidum carnaliter amans, suam capiti ejus pro confirmatione imponeret dextram. Quæ talis Ordinatio, cum postea sancto intimaretur viro, ægre tulit : tum proinde hanc de illo Findchano, et de Aido ordinato, formidabilem profatur sententiam, inquiens : Illa manus dextera, quam Findchanus, contra fas et jus ecclesiasticum, super caput filii perditionis imposuit, mox computrescet ;

XXXV

XXXVI

et

AUCTORE ADAMN.

A et post magnos dolorum cruciatus, ipsum in terra sepelienda præcedet; et ipse post suam humatam manum, per multos superstes victurus est annos. Ordinatus vero indebite Aidus, sicuti canis ad vomitum revertetur suum, et ipse rursus sanguinolentus trucidator existet, et ad ultimum lancea jugulandus, de ligno in aquam cadens, submersus morietur: talem multo prius terminum promeruit vitæ, qui totius Regem trucidavit Scotiæ. Quæ beati viri prophetia, de utroque adimpleta est. Nam Presbyteri Findchani dextera, per pugnum putrefacta, in terram eum præcessit; in illa sepulta insula, quæ Ommon nuncupatur: ipse vero, juxta verbum S. Columbæ, per multos post vixit annos: Aidus vero Niger, solummodo nomine *x* Presbyter, ad sua priora reversus scelera, dolo lancea transfixus, de prora ratis in aquam lapsus stagneam, disperiit *y*.

et Aido finem infelicem prædicit.

x

y

ANNOTATA F. B.

a *S. Columbæ discipulus et successor, de quo sæpius.*

b *De hoc actum Capite præcedenti Annot.* q.

B c *Certum videtur, Insulas illas, quas nunc Hebrides vocamus, et quarum una est Jona, angustioribus fretis seu æstuariis ab invicem distingui, ut facile trans fretum clamantem audire potuerit S. Columba. Intelligitur autem clamor iste fuisse indicium alicujus, transvehi petentis.*

d Hinc apparet, *inquit Colganus, quam vetus sit illa consuetudo* jejunandi feria quarta, quam in hunc usque diem videmus in Hibernia servari. *Sed meram consuetudinem fuisse citra præceptum, colligitur ex eo, quod in gratiam hospitis solveretur. Verum succedente tempore, non tantum in Monachorum claustris hæc consuetudo permansit; sed per Monachos Episcopos ad omnes fideles, per universam Britanniam propagata est. Sane Odo Episcopus Cantuariensis, seculo decimo ad medium vergente, constitutionis suæ Cap.* 9 *aut præcepit in sua provincia, aut prius præceptum fuisse declaravit.*

e *De duobus hic nominatis Monachis aut Sanctis,* Aidano *et* Brendano, *varias adfert conjecturas Colganus, ut a reliquis ejusdem nominis eos discernat. Ipsum vide, si curiosus es.*

f *Notkerus, ad nonam Junii in elogio* S. Columbæ, *asserit Romani juris civitatem, de qua hic mentio, eam esse ad cujus rudera* Civitas nova *Istriæ, excitata* C *est: verosimiliter non diu ante seculum octavum, imo octavo seculo, Caroli Magni temporibus. Sed longe celebrior quæstio est, quodnam nomen habuerit ista, quæ divinitus conflagravit civitas. Quidam voluit antiquam Æmonam fuisse, ex Argonauticis fabulis notam: contra quem Sconlebius, Archidiaconus Carnioliæ inferioris, dignum eruditissimo auctore librum edidit, quo antiquæ Æmonæ nomen suæ Carnioliæ et Labacensi civitati vendicat. Argumenta præcipua paucis perstricta invenies* XXIX *Maji, ad translationem S. Maximi. Ne itaque actum agam, ex eodem solum noto, in Istria a Ptolomæo statui civitatem nomine* Alvum, *quam idem Schonlebius existimat fuisse eam, ex cujus cineribus nata est* Civitas Nova. *Nam Cluverius testatur, se vidisse in mappa antiqua Geographica fluvio* Quaeto *intersecatam Istriam, juxtaque Prætorium nomine* Silvum: *ut autem vix dubium videtur, quin cursu temporis* Quaetus *in* Quietus *transierit, ita credibile est; errore scribentis* Alvum *in* Silvum *transiisse. Adeoque in Istria, ubi nunc* Civitas Nova *est* ad Quietum fluvium, *antiquitus* Alvum *stetit ad* Quaetum. *Et hanc non Hunni, non Sclavi, sed Deus ipse seculo sexto in justam peccatorum punitionem evertit, teste Notkero; cujus scriptoris si antiquitatem spectes, scripsit in fine noni seculi, centum ut minimum annis antequam Episcopi Civitatis-novæ, se Æmonenses scriberent. Est autem* Istria *Italicarum Provinciarum sub dominio Veneto una; atque hoc sensu hic dicitur Romani juris, id est,* intra Italiæ terminos sita *fuisse civitas illa.* D

g Caput regionis *quod sit vide infra Annotatione* q. Barca *autem navim significavit.*

h Fechnanus *hic, quisnam sit Sanctus, et quando colatur quærit Colganus, nec certo definit: ego existimo, nisi alia suppetant argumenta, eum nullo cultu publico coli.*

i *Monasterium* Campi-lunge *est in Ethica, Britanniæ insula, ut dixi Cap.* 3 *Annot.* z.

k *Difficile est, ut fatetur Colganus, reperire, qua die colatur hic* S. Cailtanus; *supponit enim ipsum coli. Nec mirum est plures esse Sanctos ejusdem nominis, cum illud veteri lingua Scotica Macilentum significet.*

l Dimæ *legendum videtur Colgano non* Diuni: *nomen enim* Diunus *Hibernicum non est, sed* Dima. *De flumine* Aba *nihil alibi reperio.*

m *Notat Colganus, emissam hic fuisse Professionem Religiosam, prætermisso anno Probationis. Sane in Vitis Sanctorum plura hujus rei suppetunt exempla. Ut enim recte ostendit Suarez Tom.* 3 *de Religione* E *lib.* 5 *Cap.* 12 *a jure divino nulla probatio fuit requisita, sed solum humano; antiquitus quidem ex usu tantum aut præscripto sanctorum Fundatorum, non expresse determinato tempore, quamdiu durare deberet. Alexander autem III sic integrum annum præmitti voluit, ut esset illo omisso Professio invalida, nisi Religio et Novitius consensu mutuo abbreviari voluissent. Tandem Concilium Tridentinum sess.* 25 *Cap.* 15 *de Regularibus sic sanxit, ut, quomodocumque annus Probationis integer omitteretur, Professio subsecuta esset nulla.*

n Scia, *insula Hebridum una, earumque maxima, quadraginta duo millia passuum longa, alibi octo, alibi duodecim lata. Ita Buccananus in descriptione Scotiæ.*

o *Hæc Insula quamvis videatur esse Hebridum una, nullibi tamen ejus mentionem reperio apud Cambdenum, aut Buchananum: verosimiliter, antiquo nomine obliterato.*

p *Id est fluvius* Art-Branani, *erat enim hoc nomen Centurioni, inquit Odonellus.*

q *Hunc locum, si qua elucidatione indiget, explanare poterit Georgius Buchananus in descriptione Scotiæ, lib.* 1 *fol.* 6 *num.* 70, ultra Cnapdaliam ad occidentem hibernum excurrit Cantiera, hoc est Regionis caput, Hiberniæ occurrens, a qua modico freto dirimitur; ipsa longior quam latior, adeo arctis faucibus Cnapdaliæ conjungitur, ut vix mille passus expleant; idque spatium nihil aliud quam arena sit, adeo humilis, ut per eam naviculis traductis nautæ plerumque navigandi compendium quærant. Hanc attingit Lorna, Argatheliæ adjacens, e usque ad Abriam pertingens, Regio plana nec in ecunda, qua Grampius mons humilior est, et magis pervius, Braid-Albin regio vocatur; hoc est quasi altissimam Scotiæ partem dicas; ac ubi maxima pars illa attollitur, Drum Albin, id est Scotiæ dorsum vocatur. Nec omnino sine causa: ex eo enim dorso flumina in utrumque mare decurrunt. F

r *Hunc* Colgium *existimat Colganus coli* 20 *Februarii, et eadem die de illo egit, putatque ecclesiæ de kill Colgan nomen ab eo relictum. Nos de eo tunc egimus inter Prætermissos, vocatur in titulo capitis* Colgius filius Cellarch.

s *Vitam* S. Findechani *dedit Colganus* 11 *Martii, qua die a nobis de eo actum inter Prætermissos.*

t Aidus *hic, cognomento* Niger, *gente* Cruthinius,

a

A *a Quatuor-Magistris quandoque Rex Ultoniæ aut Dallaredıæ vocatur; quo confirmatur id quod dixi Annot. a ad caput 2 hujus libri, per* Cruithinium, *non Regem Pictorum (ut vult Colganus) sed Regulum quemdam Ultoniæ Dallarediæve intelligendum.*

v *Id est,* filium Fergussii, *cognomento* Cerbuil.

x *Non moribus Presbyter, quamvis valide ordinatus.*

y *Non ergo a Fiachna successore in prælio cæsus est, ut existimasse videntur Quatuor-Magistri, sed jussu forsan ipsius bello petitus, victusque et in fuga agnitus, ne comprehenderetur, in aquas desiliit, et submersus est.*

CAPUT V.

Alia prophetici spiritus et longe dissita cognoscentis testimonia.

XXXVII *Discipuli a labore redeuntes,* Inter has prædicabiles prophetici spiritus prophetationes, non abs re videtur etiam de quadam spirituali consolatione nostris commemorare litterulis, B quam aliquando S. Columbæ Monachi, spiritu ejus ipsis in via obviante, sentiebant. Alio namque in tempore Fratres, post messionis opera, vespere ad monasterium redeuntes; et ad illum pervenientes locum, qui Scotice nuncupatur Cuil-Eilne (qui utique locus inter Occidentalem Jonæ insulæ campulum, et nostrum monasterium medius esse dicitur) *suavem sentiunt odorem, et calorem,* mirum quid et inconsuetum singuli sibi sentire videbantur, quod tamen alius alii intimare nullo modo audebat, et sic per aliquot dies eodem in loco, eademque vespertina sentiebant hora. Fuit autem iisdem in diebus S. Baithenëus inter eos operum dispensator, qui sic ad ipsos alia die est prolocutus, inquiens: Nunc, Fratres, confiteri debetis singuli, si aliquod, in hoc medio loco inter messem et monasterium, inconsuetum et inopinatum sentitis miraculum. Unus tum eis senior; Juxta tuam, ait, jussionem, quod mihi hoc in loco ostensum est dicam: nam et in his prætereuntibus diecculis, et nunc etiam, quamdam miri odoris fragrantiam, acsi universorum florum, in uno sentio collectorum; quemdam quoque quasi ignis ardorem, non pœnalem, sed quodammodo suavem; sed et quamdam insuetam et incomparabilem infusam lætificationem, quæ *seque mirabiliter recreari,* me subito mirabiliter consolatur, et in tantum lætificat, ut nullius mœroris, nullius laboris meminisse C possim: sed et onus, quod meo, quamvis grave, porto in dorso; ab hoc loco, usquequo in monasterium perveniatur, quomodo nescio, in tantum relevatur, ut me oneratum non sentiam. Quid plura? Sic omnes illi messores operarii de se sigillatim profitentur per omnia sensisse, sicuti unus ex eis coram enarraverat; singulique simul flexis genibus, a Sancto postularunt Baithenëo, ut ejusdem miri solaminis causam et originem, quod et ipse sicut et ceteri sentiebant, illis ignorantibus intimare procuraret. Quibus consequenter hoc dedit responsum: *a S. Columba, spiritualiter ipsis occurrente:* Scitis, inquiens, quod noster senior Columba de nobis anxie cogitet, et ad se tardius pervenientes ægre ferat, memor nostri laboris; et idcirco, quia corporaliter obviam nobis non venit, spiritus ejus nostris obviat gressibus, qui taliter nos consolans lætificat. Quibus auditis verbis ingeniculantes, cum ingenti gratulatione, expansis ad cœlum manibus, Christum in sancto venerantur et beato viro.

31 Sed et hoc silere non debemus, quod nobis ab expertis quibusdam de voce Psalmodiæ beati *ejusdem in ecclesia cantantis vox,* viri indubitanter traditum est: quæ scilicet vox venerabilis viri, in ecclesia cum Fratribus decantantis, aliquando per quatuor stadia, hoc est quingentos passus, aliquando vero per octo, hoc est mille D passus, incomparabili elevata modo audiebatur. AUCTORE ADAMN. (Mirum dictu!) nec in auribus eorum, qui secum in ecclesia stabant, vox ejus modum humanæ vocis in clamoris granditate excedebat; sed tamen eadem hora, qui ultra mille passuum longinquitatem stabant, sic clare eamdem audiebant vocem, ut illos quos canebat versiculos, etiam per singulas possent distinguere syllabas. Similiter autem ejus vox in auribus prope et longe audientium personabat. Sed hoc miraculum de voce beati viri, non semper, sed raro accidisse comprobatur; quod tamen sine divini Spiritus gratia nullo modo fieri potuisset. Sed *a longe distantibus clare percipitur:* et illud non est tacendum, quod aliquando de tali et incomparabili vocis ejus elevatione, juxta Brudei *a* Regis munitionem, accidisse traditur. Nam ipse Sanctus, cum paucis Fratribus, extra Regis munitionem, dum Vespertinales Dei laudes ex more celebraret, quidam Magi ad eos propius accedentes, in quantum poterant, prohibere conabantur, ne de ore ipsorum divinæ laudis sonus inter Gentiles audiretur populos. Quo comperto, Sanctus quadragesimum et quartum Psalmum decantare cœpit; *et instar tonitrui resonat* mirumque in modum ita vox ejus in aere eodem mo- E mento, instar alicujus formidabilis tonitrui, elevata est, ut et Rex et populus intolerabili essent pavore perterriti.

XXXVIII *Infaustam mortem prædicit uni* 32 Alio tempore, cum in Scotia per aliquot Sanctus demoraretur dies, alium currui insedentem videns Clericum, qui gaudenter peragrabat Campum Breg *b*; primo interrogans de eo quis esset, hoc ab amicis ejusdem viri de eo accipit responsum: Hic est Lugaidus, homo dives et honoratus in plebe. Sanctus consequenter respondens, inquit: Non ita video, sed homuncio miser et pauper, in die quo morietur, tria apud se vicinorum prætersoria in una retinebit maneria, unumque electum de vaccis prætersoriorum occidi jubebit sibi: de cujus cocta carne *c* postulabit aliquam sibi partem dari, cum meretrice in eodem lectulo cubanti: de qua particula morsum accipiens, statim ibidem strangulabitur et morietur. Quæ omnia, sicut ab expertis traditur, juxta propheticum adimpleta sunt verbum. * [Nemanum *d* filium Grutricæ] cum Sanctus de malis suis corripe- *d* XXXIX *alterique fornicariis* ret, parvipendens Sanctum subsannabat. Cui respondens vir beatus, ait: In nomine Domini, Nemane, aliqua de te loquar veridica verba. Inimici tui reperient te in eodem cum meretrice cubantem cubiculo, ibidemque trucidaberis: dæmones quoque ad locum pœnarum tuam rapient animam. Hic idem Nemanus, post aliquot annos in uno cum meretrice lectulo repertus in regione Cainle, juxta verbum F Sancti, ab inimicis decapitatus disperiit *. Alio in *Indigne celebrantis* tempore Sanctus, cum in Scotiensium paulo superius moraretur memorata regione, casu Dominica die, ad quoddam devenit vicinum monasterium, quod Scotice Trioit vocitatur. Eodem proinde die *e* quemdam audiens Presbyterum, sacræ Eucharistiæ mysteria conficientem; quem ideo Fratres, qui ibidem commanebant, ad Missarum elegerant peragenda solennia, quia valde religiosum æstimabant, repente hanc formidabilem de ore profert vocem: Munda et immunda pariter nunc permisceri cernuntur, hoc est munda sacræ Oblationis mysteria per immundum hominem ministrata, qui in sua interim *peccata revelat.* conscientia aliquod grave occultat facinus. Hæc qui inerant audientes, tremefacti nimium obstupuere. Ille vero, de quo hæc dicebantur verba, coram omnibus peccantiam compulsus est suam confiteri: Christique commilitones, qui in ecclesia Sanctum circumstantes, occulta cordis audierant manifestantem, divinam in eo scientiam cum magna admiratione glorificarunt.

A AUCTORE ADAMN.

XLI. *occultum furem reprehendi facit;*

33 Alio in tempore Sanctus, in Jona commanens insula, accitis ad se binis de Fratribus viris, quorum vocabula Lugbeus et Silvanus, *f* eisdem præcipiens dicit : nunc ad Maleam transfretate insulam, et in campulis mari vicinis Ercum [Mocu Druidi] quærite furacem; qui nocte præterita, solus occulte de insula Colosso *g* perveniens, sub sua fœno tecta navicula, inter arenarum cumulos, per diem se occultare conatur, ut nocte ad parvam transnaviget insulam, ubi marini nostri juris vituli *h* generantur et generant, ut de illis furanter occisis, edax valde furax suam replens naviculam, ad suum repedet habitaculum. Qui hæc audientes, obsecuti emigrant; furemque in locis a Sancto præsignatis absconsum reperiunt, et ad Sanctum, sicuti illis præceperat, perduxerunt. Quo viso Sanctus ad eum dicit : Quare tu res alienas, divinus transgressus mandatum, sæpe furaris? Quando necesse habueris, ad nos veniens, necessaria accipies postulata. Et hæc dicens præcipit vervecem occidi, et pro phocis dari misero furaci, ne vacuus ad sua remearet. Et post aliquantulum tempus, Sanctus in spiritu vicinam furis prævidens mortem, Baitheneum, eo tempore Præpositum, commorantem in Campo-lunge, mittit,

benigneque correpto largitur ultro.

B ut eidem furi quoddam pingue pecus et sex modios novissima mittat munera. Quibus a Baitheneo sicut Sanctus commendaverat transmissis, ea die inventus est morte subita præventus furax misellus, et in exequiis ejus transmissa expensa sunt xenia. Alio

XLII. *Poetæ cujusdam mortem remotam novit;*

in tempore Sanctus, cum juxta stagnum Cei *i* prope ostium fluminis, quod latine Bos dicitur, die aliqua cum Fratribus sederet; quidam ad eos Scoticus Poeta devenit : qui cum post aliquam recessisset sermocinationem, Fratres ad Sanctum; Cur, aiunt, a nobis regrediente Cronano, aliquod ex more suæ artis canticum non postulasti modulabiliter decantari? Quibus Sanctus : Quare et vos nunc inutilia profertis verba? Quomodo ab illo misero homuncione carmen postularem lætitiæ, qui nunc ab inimicis trucidandus, finem adusque ocyus pervenit vitæ. His a Sancto dictis; ecce ultra flumen aliquis clamitat homo, dicens; Ille Poeta, qui a vobis sospes nuper rediit, hora in hac ab inimicis in via interfectus est. Omnes tum qui præsentes inerant, valde mirati, se invicem intuentes, obstupuere.

XLIII. *item duorum nobilium interitum*

34 Alio itidem in tempore, Sanctus in Jona commanens insula, repente inter legendum summo, cum ingenti admiratione, gemitu ingemuit mœsto. Quod videns, qui præsens inerat Lugbeus Mocu-

C blai, cœpit ab eo percunctari subiti causam mœroris. Cui Sanctus valde mœstificatus hanc dedit responsionem : Duo quidam nunc Regii generis in Scotia, mutuis inter se vulneribus transfixi disperierunt, haud procul a monasterio, quod dicitur Cellrois in provincia Mugdornorum *l*; octavaque die, hac peracta hebdomade, ultra fretum alius clamitabit, qui huc de Hibernia veniens, ita taliter facta enarrabit. Sed hoc, o filiole, quamdiu vixero, nemini indices. Octava proinde ultra fretum clamatum est die. Sanctus tum supra memoratum ad se Lugbeum vocans, silenter ad eum ait; Qui nunc clamitat ultra fretum, ipse est, de quo tibi prius dixeram, Longeus viator : vade, et adhuc eum ad nos; Qui celeriter advectus, inter cetera hoc etiam retulit; Duo, inquiens, in parte Mugdornorum nobiles viri, se mutuo vulnerantes, mortui sunt, hoc est Colman canis *m* filius Aileni, et Ronanus filius Aidi filii Colgan, de Anteriorum genere, prope fines illorum locorum, ubi illud monasterium cernitur, quod dicitur Cellrois. Post hæc illius verba narrationis, idem Lugbeus Christi miles, Sanctum seorsum cœpit interrogare dicens; Quæso, mihi de his

Interrogatus, qui absentia et futura sciret,

talibus narres propheticis revelationibus, quomodo; si per visum tibi, an alio hominibus incognito manifestatur modo. Adhæc Sanctus : De qua nunc, ait, inquiris valde subtili re, nullatenus tibi quamlibet aliquam intimare particulam potero, nisi prius flexis genibus per nomen excelsi Dei mihi firmiter promittas, hoc te obscurissimum sacramentum, nulli unquam hominum cunctis diebus vitæ meæ enarraturum. Qui hæc audiens flexit continuo genua, et prostrato in terram vultu, juxta Sancti præceptionem, plene omnia promisit. Qua statim perfecta promissione, Sanctus ad surgentem sic locutus, inquit; Sunt nonnulli, quamlibet pauci admodum, quibus divina hoc contulit gratia, ut etiam totum totius terræ orbem, cum ambitu oceani et cœli, uno eodemque momento, quasi sub uno solis radio, mirabiliter laxato mentis sinu, clare et manifestissime speculentur. Hoc miraculum Sanctus, quamvis de aliis electis dicere videatur, vanam utique fugiens gloriam, de seipso tamen dixisse per obliquum, et licet nullus dubitare debet, qui Paulum legit Apostolum vas Electionis, de talibus narrantem sibi revelatis visionibus. Non enim ita scripsit; Scio me, sed, Scio hominem raptum ad tertium cœlum : quod quamlibet de alio dicere videatur, nemo tamen dubitat sic de propria, humilitatem custodiens, enarrare persona : quem etiam et noster Columba, in spiritualium visionum enarratione superius memorata secutus est : quam ab eo supradictus vir, quem plurimum Sanctus amabat, magnis precibus præmissis, vix potuit extorquere; sicut ipse coram aliorum personis Sanctorum post S. Columbæ transitum testatus est, a quibus hæc quæ de Sancto supra enarravimus, indubitanter didicimus.

D

fatetur se ob uno ictu oculi totum mundum videre.

E

XLIV. *quidam, qui se Presbyterum simulabat,*

35 Alio in tempore, quidam de Mumuniensium provincia proselytus ad Sanctum venit, qui se in quantum potuit occultabat humiliter, ut nullus sciret quod esset Episcopus : sed tamen Sanctum hoc non poterat latere. Nam alia die Dominica a Sancto jussus Christi corpus ex more conficere, Sanctum advocat, ut simul quasi duo Presbyteri Dominicum panem frangerent *n*. Sanctus proinde ad altarium accedens, repente intuitus faciem ejus, sic eum compellat : Benedicat te Christus, Frater; hunc solus Episcopali ritu frange panem : nunc scimus quod sis Episcopus : quare hucusque te occultare conatus es, ut tibi a nobis debita non redderetur veneratio? Quo audito Sancti verbo, humilis peregrinus valde stupefactus, Christum in Sancto veneratus est : et qui inerant præsentes, nimis admirati, glorificaverunt Dominum.

animatus agnoscit Episcopum esse.

F

XLV. *Prædicit, se avunculum in vivis non visurum,*

36 Alio in tempore vir venerandus, Ernanum *o* Presbyterum senem, suum avunculum, ad Præposituram illius monasterii transmisit, quod in Hinba insula ante plures fundavit annos. Itaque cum ipsum Sanctus emigrantem exosculatus benediceret, hoc de eo intulit vaticinium, dicens; Hunc meum, nunc egredientem amicum, non me spero iterum in hoc seculo viventem visurum. Itaque idem Ernanus, post non multos dies, quadam molestatus ægritudine, ad Sanctum volens reportatus est; cujus in perventione valde gavisus, ire obvius ad portum cœpit. Ipse vero Ernanus, quamlibet infirmis, propriis tamen vestigiis a portu obviare Sancto conabatur valde alacer. Sed cum esset inter ambos quasi viginti quatuor passuum intervallum subita morte præventus, priusquam Sanctus faciem ejus videret viventis expirans, in terram cecidit, ne verbum Sancti ullo frustraretur modo. Unde in eodem loco ante januam *p* canabæ, Crux infixa est; et altera, ubi Sanctus restitit illo expirante, similiter Crux hodieque infixa stat *. Alio quodam in tempore, quidam inter ceteros ad Sanctum plebeius venit, in

quod mirabiliter impletur.

loco

A loco hospitantem qui Scotice vocitatur Coire-salcair: quem cum Sanctus ad se vespere venientem vidisset; Ubi, ait, habitas? Ille inquit; In Regione, quæ littoribus stagni Crogeth *q* est contermina, ego inhabito. Illam quam dicis provinciolam, ait Sanctus, nunc barbari populantur vastatores. Quo audito, miser plebeius maritam et filios deplangere cœpit. Quem Sanctus valde mœrentem videns, consolans inquit; Vade, homuncule, vade: tua familia tota, in montem fugiens, evasit: tua vero omnia pecuscula secum invasores abegerunt, omnemque domus supellectilem similiter sævi captores cum præda rapuerunt. Hæc audiens plebeius, ad patriam regressus, cuncta, sicuti a Sancto prædicta, sic invenit expleta.

XLVI. *Quædam rapta bona et salvam familiam absens indicat.* *q*

37 Alio itidem tempore, quidam plebeius, [Goreus nomine, filius Aidani], omnium illius ætatis in populo fortissimus virorum, a Sancto percunctatur viro, qua morte esset præveniendus. Cui Sanctus; Nec in bello, ait, nec in mari morieris: comes tui itineris, a quo non suspicaris, causa erit tuæ mortis. Fortassis, inquit Goreus, aliquis de meis comitantibus amicis me trucidare cogitat, aut marita ob alicujus junioris viri amorem me maleficio mortificare? Sanctus; Non ita, ait, continget. Quare, B Goreus inquit, de meo interfectore mihi nunc intimare non vis? Sanctus; Idcirco, ait, nolo tibi de illo tuo comite nocuo nunc manifestius aliquid edicere, ne te ejus crebra recordatio recogniti nimis mœstificet; donec illa veniat dies, qua ejusdem rei veritatem probabis. Quid immoramur verbis? Post aliquot annorun excursus, idem supra memoratus Goreus casu, alio die, sub navi residens, cultello proprio cristiliam *r* de hastili eradebat: tum deinde alios prope se belligerantes audiens, citius surgit, ut eos a belligeratione separaret: eodemque cultello illa subitatione negligentius in terra dimisso, ejus genicula offensa graviter vulnerata est: et tali faciente comite, causa ei mortificationis oborta est: quam ipse continuo, secundum Sancti vaticinationem viri, mente perculsus recognovit; postque aliquantos menses, eodem aggravatus dolore moritur.

XLVII. *De genere suæ mortis quærenti,* *recusat illud indicare.* *r*

38 Alio namque in tempore, cum Sanctus in Jona inhabitaret insula, unum de Fratribus ad se vocans, sic compellat: Tertia ab hac illucescente die, expectare debebis in occidentali hujus insulæ parte, super maris oram sedens. Nam de aquilonali Hiberniæ regione, quædam hospita grus, ventis per longos C aeris agitata circuitus, post nonam diei horam, valde defessa et fatigata superveniet; et pene consumptis viribus, coram te in littore cadens, recumbet: quam misericorditer sublevare curabis, et ad propinquam deportabis domum; ibidemque hospitaliter receptam, per tres dies et noctes ei ministrans, solicite cibabis; et post, expleto recreata triduo, nolens ultra apud nos peregrinari, ad priorem Scotiæ dulcem, unde orta, remeabit regionem, plene resumptis viribus: quam ideo tibi sic diligenter commendo, quia de nostræ paternitatis regione est oriunda. Obsecundat Frater, tertiaque die post horam nonam, ut jussus, præscitæ adventum præstolatur hospitæ; advenientemque de littore levat lapsam, ad hospitium portat infirmam, esurientem cibat. Cui ad monasterium vespere reverso Sanctus, non interrogans, sed narrans, ait; Benedicat te Deus, Fili; quia peregrinæ bene ministrasti hospitæ: quæ in peregrinatione non demorabitur, sed post ternos soles ad patriam repedabit. Quod ita ut Sanctus prædixit, et res etiam probavit. Nam trinalibus hospita diebus, coram hospite ministro, de terra se primum volando elevans in sublime, paulisperque in aere viam speculata, oceani transvadato æquore, ad Hiberniam recto volatus cursu, die repedavit D tranquillo.

XLVIII. *Gruem adventuram prædicit,* *ejusque curam discipulo suo commendat.*

AUCTORE ADAMN. XLIX.

39 Alio in tempore vir beatus, cum post Regum in Dorso-cette condictum, Aidi videlicet filii Ainmurech, et Aidani filii Gabrani, ad campos reverteretur æquoreos: ipse et Comgellus *s* Abbas, quodam sereno æstivi temporis die, haud procul a supra memorata munitione resident *t*. Tum proinde aqua, de quodam proximo ad manus lavandas fonticulo, ad Sanctos in æneo defertur vasculo. Quam cum S. Columba accepisset, ad Abbatem Comgellum a latere sedentem, sic profatur; Ille fonticulus, o Comgelle, de quo hæc effusa nobis allata est aqua, veniet dies quando nullis usibus humanis aptus erit. Qua causa, ait Comgellus, ejus fontana corrumpetur unda? Sanctus tum Columba; Quia humano, inquit, cruore replebitur: nam mei cognationales amici, et tui secundum carnem cognati, hoc est Nelli nepotes et Chrutini *x* populi, in hac vicina munitione Cethirini belligerantes, committent bellum; unde in supra memorato fonte aliquis de mea cognatione trucidabitur homuncio, cujus cum ceteris interfecti sanguine ejusdem fonticuli locus replebitur. Quæ ejus suo tempore post multos vaticinatio expleta est annos: in quo bello, ut multi norunt populi, Domnallus Aidi filius victor sublimatus est; et in eodem, E secundum Sancti vaticinium viri, fonticulo, quidam de parentela ejus interfectus est homo. Alius mihi Adamnano Christi miles, Finanus *y* nomine, qui vitam multis anachoreticam annis, juxta Roboreti monasterium campi, irreprehensibiliter ducebat; de eodem bello, se præsente commisso, aliqua enarrans, protestatus est; In supradicto fonte truncum cadaverinum se vidisse: eumque eo die ad monasterium S. Comgelli, quod Scotice dicitur Cambos *z* commisso reversuri bello, quo inde prius venerat: ibidemque duos Sancti Comgelli senes Monachos reperisse. Quibus cum de bello coram se acto, et de fonticulo humano cruore corrupto, aliquanta enarraret; illi consequenter; Verus Propheta Columba, aiunt, qui hæc omnia, quæ hodie de bello et de fonticulo expleta enarras, ante multos annos futura, nobis audientibus, coram Sancto Comgello, juxta Cethirini sedens munitionem, prænuntiaverat.

s *t* *Fontem, unde ei aqua dabatur,* *u* *x* *cruentandum cognato sibi sanguine, prænuntiat,* *y* *quod diu post factum intelligitur.* *z*

40 Eodem in tempore Conallus *α* Episcopus Culerathin *β*, collectis a populo campi Eilni *γ* pene innumerabilibus xeniis, beato viro hospitium præparavit; post condictum supra memoratorum Regum, turba prosequente multa, revertenti. Proinde Sancto et advenienti viro, xenia populi multi in platea F monasterii Strata, benedicenda assignantur. Quæ cum benedicens aspiceret, xenium alicujus opulenti viri specialiter demonstrans; Virum, ait, cujus est hoc xenium, pro misericordiis pauperum et ejus largitione, Dei comitatur misericordia. Itemque aliud discernit inter alia multa xenium, inquiens: De hoc xenio, viri sapientis et avari, nullo modo gustare possum, nisi prius veram de peccato avaritiæ pœnitudinem egerit Quod verbum cito in turba divulgatum, audiens accurrit Columbus filius Aidi *δ* conscius, et coram Sancto flexis genibus pœnitentiam agit, et de cetero avaritiæ abrenuntiaturum se promittit, et largitatem cum morum emendatione consecuturum. Et jussus a Sancto surgere, ex illa hora est sanatus de vitio tenacitatis: erat enim vir sapiens, sicuti Sancto in ejus revelatum erat xenio. Ille vero dives largus, Brendenus nomine, de cujus xenio paulo superius dictum est, audiens et ipse Sancti verba ad se dicta, in genicula ad pedes Sancti precatur, ut pro eo ad Dominum Sanctus fundat precem. Qui ab eo primum, pro quibusdam de suis objurgatus peccatis,

α *β γ* *Ex donis varius sibi oblatis,* *cognoscit donantium virtutes et vitia.* *δ*

AUCTORE ADAMN.

Epilogus libri I

A peccatis, pœnitudinem gerens, de cetero se emendaturum promisit, et sic uterque de propriis emendatus et sanatus est vitiis. Simili scientia Sanctus et alio tempore, xenium alicujus tenacis viri inter multa cognovit xenia, Diermitu nomine; ad cellam magnam Deathrib ε, in ejus adventu collecta. Hæc de beati viri Prophetica gratia, quasi de plurimis pauca, in hujus libelli textu primi exarasse sufficiat. Pauca dixi; nam de hoc venerabili viro, non est dubitandum, quod valde numerosiora fuerunt, quæ in notitiam hominum, sacramenta interius celata, venire nullo modo poterant; quam ea, quæ quasi quædam parva aliquando stillicidia, veluti per quasdam rimulas alicujus pleni vasis, ferventissimo novo distillabant vino. Nam sancti et Apostolici viri, vanam evitantes gloriam, plerumque in quantum possunt interna quædam arcana, sibi intrinsecus a Deo manifestata, celare festinant. Sed Deus nonnulla ex eis, velint nolint ipsi, divulgat, et in medium quoquo profert modo; videlicet glorificare volens glorificantes se Sanctos, hoc est ipsum Dominum, cui gloria in secula seculorum. Huic libro imponitur terminus. Nunc sequens orditur liber de virtutum miraculis, quæ plerumque etiam prophetalis præ-

B scientia comitatur.

ANNOTATA F. B.

a Brudeus, *septemtrionalium Pictorum Rex, cujus anno nono Columba in Britanniam venit, ut inquit Beda lib.* 3 *cap.* 4 *sæpius citat. Ubi vero munitio ejus, vel urbs regia fuerit, nullibi satis certo reperio.*

b Campus Brech, *locus celebris in Midia, de quo agitur in Vita S. Patricii num.* 34.

c Prætersorium, *gregem significat, alienam segetem depascentem, ut interpretatur Colganus: tres itaque greges habebat* Lugaidus, *quibus pascendis, cum una maneria seu villa non sufficeret, alienam segetem furtive depascebat.* Electum *autem* de vaccis prætersoriorum, *vitulum intelligo ex tali armento.*

d *Particulam,* hunc enim, *ex textu omisi; referebatur enim ad titulum Capitis, ex quo hæc verba desumpsi,* Nemanum filium Grutriche, *contextu intelligendo necessaria.*

e *Hoc monasterium nobile, vulgo* Trialot *nuncupatur, inquit Colganus, situm in Campo Bregh, de quo supra, in finibus Mediæ.*

f *Dubitat Colganus, an hujus* Lugbei *cognomen sit*

C Macu-min, *an* Macu-blai: *dubito et ego.*

g *A Buchanano vocatur hæc insula,* Coluansa, *estque una Hebridum inter Ilam et Mulam, adeoque nec procul a Jona.*

h Vitulus marinus *bellua est ex genere amphibiorum, omnium animalium somniculosissimum. Reliquam ejus naturam describit Plinius lib.* 9 *cap.* 13: *sed forsan alterius speciei erant hi, de quibus agitur.*

i Stagnum Cei *est in Conaciæ regione, quæ dicitur Mag-luirg, vulgo* Loch-Ce, *sive* Loc-ke *appellatum.*

k *Apparet clare, hunc diversum esse a* Lugbeo Mocumin. *Quærit deinde Colganus, quis sit et ubi colatur? nec satis certo invenit, defectu cognominis: dein suspicatur eum esse, qui* Beolug *Presbyter, et colitur* 12 *Februarii in ecclesia de Cluain-Dartadha in regione Tessiæ:* Lubeo *enim et* Beolug *sunt Synonyma.*

l *Regio vulgo* Mugdorna *dicta, est Orientalis Ultoniæ, in qua est ecclesia de* Kellerois.

m *Nulla apud alios scriptores horum Principum invenitur memoria. Pater Ronani Aidus, Princeps Argielliæ et Artheriorum, dicitur pie obiisse anno Christi* 606. *Pro* Colman-Canis *legendum putat* *Colganus* Colman Canus, *sed rationem non explicat.* D

n *De hac frangendi Hostiam diversitate, Presbyterum inter et Episcopum, nihil certi alibi legi: quamvis enim, ut habetur in Ordine Romano antiquo, Pontifex assistentibus sibi Episcopis et Presbyteris celebrans, Hostiam primum quidem ipse solus, deinde omnes assistentes etiam Diaconi frangerent: quantum ex Ritualibus colligi potest; videtur id omni celebranti proprium fuisse, sive is primi, sive secundi Ordinis Sacerdos foret. Sufficit tamen illud hoc loco legi, ut credamus antiquitus ritum hunc variam Episcopis et Presbyteris fuisse, cum alia non exstet tam antiqua Hibernicarum Cæremoniarum memoria.*

o Ernanus, Erninus, *et* Mernocus *synonyma sunt apud Hibernos, idemque significant quod Latine* Fereolus. *Hunc censet Colganus, hunc* Ernanum *eumdem esse, qui sub nomine* Ernini, *aut* Mernoci *colitur decima octava Augusti in ecclesia Rath Noe, in regione Lageniæ. Nam arx Rath-Noe, in qua postea ecclesia extructa est, nomen desumpsisse videtur a Noe S. Columbæ proavo, qui oriundus fuit ex Lagenia, pater Dimæ, ex quo Ethnea mater S. Columbæ. Adi Colganum hic, si ita visum fuerit.*

p Canabe, *vel potius* Canave, *penus vel cella vinaria. Vide Cangium.*

F

q Stagnum Crogreth *existimat Colganus esse in Midia Occidentali, et vulgo nominari* Croebhech.

r *Per* Cristiliam *intelligit Colganus* Cristam, *seu cuspidem hastæ.*

s *De eo ut Sancto, se acturum, sed* 10 *Maji, promisit Colganus.*

t *De memorata munitione refertur ad titulum Capitis, qui sic habet:* De bello, quod in munitione Cethirni post multa commissum est tempora.

u *Prælium, quod hoc loco prædicit S. Columba, commissum est post ejus mortem, anno Christi* 624 *juxta Quatuor-Magistros, et vocatur* Prælium de Dunchetherne.

x Dal-aradios, *populos Ultoniæ intelligit; ex quibus oriundus erat S. Comgallus, qui proinde ejus cognati vocantur. Usserus suspicatur, eos esse quorum regio* Cruthenorum *vocatur a Probo, in vita S. Patritii, hodie a nobis* Claneboiana, *de quibus idem Usserus prioribus agit pag.* 1030.

y *Inter quatuor Sanctos* Finanos, *quærit Colganus eum, de quo hic agitur; ponderatisque variis circumstantiis, censet esse* S. Finanum *cognomento* Lobhar, *id est leprosum, eo quod triginta annos ulcerosa quadam laboraverit infirmitate, ut apud eumdem Colganum legitur* 16 *Martii, quo iste* Finanus *colitur. Sed cum legatur diversa successive monasteria rexisse, nec videatur hoc omissum iri ab Adamnano, si revera idem ille Anachoreta fuisset et Abbas, propterea ego quidem* Finanum *cogitare malo, hujus historiæ testem; quam huic Anachoretæ, tacente Adamnano, tribuere Abbatialem dignitatem.* F

z *Monasterium* Cambos, *est hodie Ecclesia duntaxat parochialis, diœcesis Dorensis, sita ad ripam piscosi fluminis Bannæ et hodie vulgo* Cambos-Comgelli *vocatur.*

α Conallus *hic Episcopus, juxta Colganum; colitur* 2 *Aprilis in ecclesia regionis Dal-aradiorum,* Cluain-Dallain *dicta, juxta sinum maris* Snamh-each *appellatum. Eadem die actum est inter Prætermissos in Aprili nostro, de* B. Conallo Droma, *ab illo quantum videtur diverso.*

β Cuil-Raithin, *olim sedes Episcopalis, et civitas Ultoniæ ad ripam fluminis Bannæ in Dalriedia.*

γ Campus Elne, *priscis* Magh-Elne, *videtur regio amœna et campestris, ex adversa Bannæ fluminis ripa, Culrathniæ civitati adjacens versus Occidentem, quæ hodie*

A *hodie vulgo* Machaire, *id est* Planities *vocatur. Ita Colganus.*

δ Et hunc inter Sanctos refert Colganus, et varia ex domesticis Martyrologiis assignat festa, imprimis octavam Novembris.

ε *Vulgo* Kell-mordith reibh vocatur, *estque Sedes Episcopalis in regione Breffiniæ, seu Comitatu de Cavano.*

LIBER SECUNDUS.

De Miraculis.

Libri secundi Capitulationes.

Quomodo Sanctus Columba aquam in vinum vertit.

II De alicujus arboris fructu amaro, per Sancti benedictionem in dulcedinem verso.

III De segete, post medium æstatis tempus seminata; et in exordio Augusti mensis, Sancto orante, messa, in Jona conversante insula.

IV De morbifera nube, et morborum sanitate.

V De Maugina, sancta virgine, Dameni filia, quæ B inhabitaverat Hi-Clochur filiorum Dameni.

VI De his quæ in Dorso-Cette peracta sunt, diversorum sanitatibus morborum.

VII De petra salis, a Sancto benedicta, quam ignis absumere non potuit.

VIII De librario folio S. Manci descripto, quod aqua corrumpi non potuit.

IX De alio miraculo, in re simili gesto.

X De Aqua, quæ Sancto orante ex dura producta est petra.

XI De alia maligna fontana aqua, quam vir beatus in Pictorum regione benedixit.

XII De beati viri in mari periculo, et tempestatis eo orante subita seditione.

XIII De alio in mari simili periculo.

XIV De baculo, in portu S. Cainnechi neglecto

XV De Baitheneo, et Columbano filio Beogni, sanctis Presbyteris, eodem sibi die ventum prosperum a Deo per beati viri orationem donari postulantibus, sed diversa navigantibus via.

XVI De repulsione dæmonis, qui in lactario latitabat vasculo.

XVII De vasculo, quod quidam maleficus, nomine Silnanus, lacte de masculo bove expresso repleverat.

C XVIII De Lugneo Mocumin.

XIX De piscibus, beato viro specialiter a Deo præparatis.

XX De Nesano curvo, qui in ea regione conversabatur, quæ stagno Aporum est contermina.

XXI De Columbano æque plebeio viro, cujus pecora admodum pauca vir Sanctus benedixit; sed post illius benedictionem, usque ad centenarium creverunt numerum.

XXII De malefactorum interitu, qui Sanctum despexerant.

XXIII De quodam Feradacho, subita morte subtracto.

XXIV De alio quodam nefario homine, Ecclesiarum persecutore, cujus nomen Latine Manus-dextera dicitur.

XXV De alio itidem Innocentium persecutore.

XXVI De apro, per ejus orationem interempto.

XXVII De cujusdam aquatilis bestiæ, virtute orationis beati viri, repulsione,

XXVIII De benedicta a Sancto hujus insulæ terrula, ne deinceps in ea viperarum alicui nocerent venena.

XXIX De pugione a Sancto, cum Dominicæ Crucis signaculo, benedicto.

XXX De Diermitii ægrotantis sanitate. D

XXXI De Finteni filii Aidi, in extremis positi, sanitate. AUCTORE ADAMN.

XXXII De puero, quem mortuum vir venerandus in Christi Domini nomine suscitavit.

XXXIII De Broichano mago, ob ancillæ retentionem infirmato, et pro ejus liberatione sanato.

XXXIV De beati viri contra Broichanum magum refragatione, et venti contrarietate.

XXXV De spontanea Regis munitionis portæ subita apertione.

XXXVI De ecclesiis duorum agri rivorum simili reclusione.

XXXVII De quodam plebeio mendico, cui Sanctus sudem faciens, ad jugulandas benedixit feras.

XXXVIII De lactario utre, quem salaciæ abstulit unda, et venilia iterum repræsentavit in priore loco.

XXXIX De Librano Arundineti prophetia sancti viri.

XL De quadam muliercula, magnas et valde difficiles parturitionis (ut Evæ filia) torsiones passa.

XLI De quodam Lugneo gubernata, cognomento Tudicla, quem sua conjux odio habuerat, valde deformem, qui in Rechrea demorabatur insula. E

XLII De navigatione Cormaci, nepotis Lethani, prophetatio beati viri.

XLIII De venerabilis viri in curru evectione, absque currilium obicum communitione.

XLIV De pluvia, post aliquot siccitatis menses, beati ob honorem viri, super sitientem, Domino donante, terram effusa.

XLV De ventorum statibus contrariis, venerabilis viri virtute orationum, in secundos conversis ventos.

XLVI De mortalitate.

CAPUT I.

Aqua in vinum mutata, morbi miraculose curati, elementorum vis superata.

Alio in tempore, cum vir venerandus in Scotia, apud S. Findbarrum *a* Episcopum, adhuc juvenis, sapientiam sacræ Scripturæ addiscens, commaneret; quodam solenni die vinum ad sacrificale mysterium casu aliquo minime inveniebatur. De cujus defectu cum ministros altaris inter se conquerentes audiret; ad fontem sumpto pergit urceo, ut ad sacræ Eucharistiæ mysteria aquam quasi Diaconus fontanam hauriret: ipse quippe illis in diebus erat in Diaconatus gradu administrans. Vir itaque beatus aquaticum, quod de latice hausit, elementum, invocato nomine Jesu Christi fideliter benedixit, qui in Cana Galilææ aquam convertit in vinum: quo etiam in hoc operante miraculo, inferior, hoc est aquatica natura, in gratiorem videlicet vinalem, per manus prædicabilis viri, conversa est speciem. Vir itaque Sanctus a fonte reversus, et ecclesiam intrans, talem juxta altare urceum intra se habentem disponit liquorem; et ad ministros; Habetis, ait, vinum, quod Dominus Jesus ad sua misit peragenda mysteria. Quo cognito, sanctus cum ministris Episcopus eximias Deo referunt gratias. Sanctus vero juvenis hoc non sibimet, sed sancto Finniano adscribebat Episcopo. Hoc itaque protum virtutis documentum, Christus Dominus per suum declaravit Discipulum, quod in eadem re initium ponens signorum in Cana Galilææ, operatus est per semetipsum; hujus, inquam, libelli quasi quædam lucernæ illustret exordium, quod per nostrum Columbam diale manifestatum est miraculum; ut deinceps transeamus

CAP. I. *a Sanctus aquam in vinum convertit.* F *quod ejus fuit primum miraculum)*

AUCTORE ADAMN.

A transeamus ad cetera, quæ per seipsum ostensa sunt virtutum miracula.

II. 42 Quædam arbor erat valde pomosa prope monasterium Roboris-campi *b*, in Australi ejus parte: de qua cum incolæ loci quamdam haberent, pro nimia fructus amaritudine, querimoniam; quodam die Sanctus ad eam accessit autumnali tempore; vidensque lignum, incassum abundos habere fructus, qui ex eis gustantes plus læderent quam delectarent; sancta elevata manu benedicens, ait: In nomine omnipotentis Dei, omnis tua amaritudo, o arbor amara, a te recedat; tuaque huc usque amarissima, in dulcissima vertantur poma: [et] amissa amaritudine, in miram, secundum verbum Sancti, versa sunt dulcedinem *.

b *et arboris fructus amaros, dulces facit;*

III. Alio in tempore Sanctus suos misit Monachos, ut de alicujus plebeii agellulo virgarum fasciculos ad hospitium afferrent construendum. Qui cum ad Sanctum, oneraria repleta navi de supradictis virgularum materiis, reversi venirent; dicerentque, plebeium ejusdem causa dispendii valde contristatum; Sanctus consequenter præcipiens dicit; Ne ergo illum scandalizemus virum, ad ipsum a nobis terni deferantur hordei modii, eosdemque his in diebus arata ipse seminet in terra. Quibus ad B plebeium, Findehanum nomine, juxta Sancti jussionem missis, et coram eo cum tali commendatione adsignatis, gratanter accipiens, ait; Quomodo post Æstæum tempus seges seminata contra hujus naturam terræ, proficiet? Marita e contra; Fac, ait, secundum Sancti mandatum, cui Dominus donabit quodcumque ab eo postulaverit. Sed et qui missi sunt, simul hoc addiderunt, dicendo: Sanctus Columba, qui nos ad te cum hoc misit munere, hoc mandatum per nos de tua commendavit segete, dicens; Homo ille in omnipotentia Dei confidat: seges ejus quamvis de mense Junio duodecim præmissis diebus seminata, in principio Augusti mensis metetur. Obsequitur plebeius arando et seminando; et messem, quam supra dicto in tempore contra spem seminavit, cum omnium admiratione vicinorum in exordio Augusti mensis naturam, juxta verbum Sancti, messuit in loco terræ qui dicitur Deleros.

jubet hordeum adulta æstate seminari,

quod eodem anno maturescit,

IV 43 Alio itidem in tempore, cum Sanctus in Jona commoraretur insula, sedens in monticulo qui Latine Munitio-magna dicitur, videt ab Aquilone nubem densam et pluvialem, de mari die sereno obortam: qua ascendente visa, Sanctus ad quemdam de suis juxta se Monachum sedentem, nomine Silvanum *c*, filium Nemani Don Mocusogin; Hæc C nubes, ait, valde nocua hominibus et pecoribus erit: hocque die velocius transvolans, super aliquantam Scotiæ partem, hoc est ab illo rivulo qui dicitur Ailbine usque ad vadum Cliad *d*, pluviam vespere distillabit mortiferam, quæ gravia et purulenta humanis in corporibus, et in pecorum uberibus nasci faciet ulcera; quibus homines morbidi et pecudes, illa venenosa gravitudine usque ad mortem molestati, laborabunt: sed nos eorum miserati subvenite languoribus, Domino miserante, debemus. Tu ergo, Silvane, nunc mecum descendens de monte, navigationem præpara crastina die, vita comite et Deo volente, a me accepto pane, Dei invocato nomine benedicto, quo in aqua intincto homines ea conspersi et pecora celerem recuperabunt salutem. Quid moramur? Die crastina, his quæ necessaria erant citius præparatis, Silvanus, accepto de manu Sancti pane benedicto, in pace enavigavit. Cui Sanctus, a se eadem emigranti hora, addit hoc consolatorium verbum, dicens: Confide, fili, ventos habebis secundos et prosperos die noctuque, usque dum ad illam pervenias regionem quæ dicitur Ard-Cannachte *e*, ut languentibus ibidem celerius, cum

Visa de mari ascendere nube pestifera,

c *d*

panem a se benedictum aquæ intingi jubet,

e

D salubri subvenias pane. Quid plura? Silvanus, verbo obsecutus Sancti, prospera et celeri navigatione, auxiliante Domino, ad supra memoratam perveniens partem illius regionis, plebem de qua Sanctus prædixerat, devastatam nubis prædictæ morbifera reperit pluvia superfluente, citius præcurrentis; imprimisque bis terni viri, in eadem, mari vicina domo reperti, in extremis morte positi appropinquante, ab eodem Silvano aqua benedictionis aspersi, in eodem præsenti die oportunius sanati sunt. Cujus subitæ sanationis rumor per totam illam, morbo pestilenti vastatam regionem, cito divulgatus; omnem morbidum ad sancti Columbæ legatum invitavit populum. Qui, juxta Sancti mandatum, homines et pecora pane benedicto intincta aqua conspersit, et continuo plenam recuperantes salutem, homines cum pecudibus salvati, Christum in sancto Columba, cum eximia gratiarum actione, laudarunt. In hac itaque suprascripta narratione, ut æstimo, duo hæc manifeste pariter comitantur: hoc est gratia prophetationis de nube, et virtutis miraculum in ægrotantium sanitate. Hæc per omnia esse verissima, supradictus Silvanus, Christi miles, Sancti legatus Columbæ, coram Segineo Abbate et ceteris testatus est senioribus. E

c

cujus aspersione sanantur infecti.

V 44 Alio in tempore, Sanctus cum in Jona demoraretur insula prima diei hora, quemdam advocans Fratrem, Lugaidum *f* nomine, cujus cognomentum Scotice Lathir dicitur; et taliter eum compellat, dicens: Præpara cito ad Scotiam celerem navigationem, nam mihi valde est necesse, te, usque ad Clocerum *g* filiorum Damen, destinare legatum. In hac enim præterita nocte, casu aliquo, Maugina *h* sancta virgo, filia Dameni, ab oratorio post Missam domum reversa, titubavit, coxaque ejus in duas confracta est partes: hæc sæpius meum, inclamitans, nomen commemorat, a Domino sperans se accepturam per me consolationem. Quid plura? Lugaido obsecundanti et consequenter emigranti, Sanctus pineam tradit cum benedictione capsellam, dicens; Benedictio, quæ in hac capsellula continetur, quando ad Mauginam pervenies visitandam, in aquæ vasculum intingatur, eademque benedictionis aqua super ejus infundatur coxam: et statim, invocato Dei nomine, coxale conjungetur os et densabitur et sancta virgo plenam recuperabit salutem. Et hoc Sanctus addit: En ego ponam in hujus capsæ operculo numerum viginti trium annorum, quibus sancta virgo in hac præsenti, post eamdem salutem, victura est vita. Quæ omnia sic plene expleta sunt, sicut a F Sancto prædicta. Nam statim ut Lugaidus ad sanctam pervenit virginem; aqua benedicta, ut Sanctus commendavit, perfusa coxa, sine morula ulla condensato osse, plene sanata est; et in adventu legati S. Columbæ cum ingenti gratiarum actione gavisa, viginti tribus annis, secundum Sancti prophetiam, post sanitatem in bonis actibus permanens, vixit.

f *g* *h*

Simili modo benedicta aqua

coxam confractam sanat,

VI. 45 Vir vitæ prædicabilis, sicuti nobis ab expertis traditum est, diversorum languores infirmorum, invocato Christi nomine, illis in diebus sanavit; quibus ad Regum pergens condictum, in Dorso-Cette brevi commoratus est tempore. Nam aut sanctæ manus protensione, aut aqua ab eo benedicta, ægroti plures aspersi, aut etiam fimbriæ ejus tactu amphilabi, aut alicujus rei, salis videlicet vel panis benedictione accepta et lymphis intincta, plenam credentes recuperarunt salutem *. Alio itidem VII.
in tempore, Colgius *i* filius Cellachi, postulatam a Sancto petram salis benedictam accepit, sorori et suæ nutrici profuturam, quæ ophthalmiæ laborabat valde gravi languore. Talem eulogiam eadem soror et nutricia de manu fratris accipiens, in pariete super

et varios languores.

i

A super lectum suspendit, casuque accidit post aliquantos dies, ut idem viculus, cum supradicta domuncula feminæ, flamma vastante, concremaretur. *Sal ab eo benedictus non comburitur.* Mirum dictu! Illius parietis particula, ne beati viri in ea deperiret suspensa benedictio, post totam ambustam domum, stans illæsa permansit: nec ignis ausus est attingere binales, in quibus pendebat salis petra, sudes *.

VIII. Aliud miraculum æstimo non tacendum, quod aliquando factum est per contrarium transitum viri. Quidam juvenis, de equo lapsus in flumine, quod Scotice Boend vocatur *k*, mersus et mortuus, viginti sub aqua diebus permansit: qui, sicuti sub axilla, cadens, libros in pelliceo reconditos sacculo habebat, ita tamen post supra memoratum dierum numerum est repertus, sacculum cum libris inter brachium et latus continens: *Scriptura ejus,* cujus etiam ad aridam reportato cadavere et aperto sacculo, folium S. Columbæ sanctis scriptum digitulis, inter aliorum folia librorum, non tantum corrupta, sed et putrefacta, inventum est siccum et nullo modo corruptum, acsi in scriniolo esset reconditum.

IX. B 46 Alio in tempore, Hymnorum liber *l* septimaniorum, S. Columbæ manu descriptus, de cujusdam pueri de ponte elapsi humeris, cum pelliceo in quo inerat sacculo, in quodam partis Lagenorum *m* fluvio submersus cecidit: qui videlicet libellus, a Natalitio Domini usque ad Paschalium consummationem dierum in aquis permanens, postea in ripa fluminis a feminis quibusdam ibidem deambulantibus repertus, *itemque libellus servatur ab aquis.* ad quemdam Jogenanum Presbyterum, gente Pictum, cujus prius juris erat, in eodem, non solum madefacto, sed etiam putrefacto portatus est sacculo. Quem scilicet idem Jogenanus aperiens, suum incorruptum libellum invenit, et ita nitidum et siccum, acsi in scrinio tanto permansisset tempore, et numquam in aquas cecidisset. Sed et alia de libris, manu S. Columbæ caraxatis, similia ab expertis indubitanter didicimus in diversis acta locis; qui scilicet libri, in aquis mersi, nullo modo corrumpi potuere. De supra memorati vero Jogenani libro, a viris quibusdam veracibus et perfectis bonique testimonii, sine ulla ambiguitate relationem accepimus, qui eumdem librum, post tot supradictos submersionis dies, candidissimum et lucidissimum considerarunt. Hæc duo, quamlibet in parvis rebus peracta, et per contraria ostensa elementa, ignem scilicet et aquam, beati testantur honorem viri, et quanti et qualis meriti apud Dominum habeatur.

C 47 Et quia paulo superius aquatici facta est mentio elementi, silere non debemus etiam alia mi-

X. racula, quæ per Sanctum suum Dominus, ejusdem *Baptizando puero fontem elicit,* in re, licet diversis temporibus et locis, creaturæ peregit. Alio namque in tempore, cum Sanctus in sua conversaretur peregrinatione; infans ei per parentes ad baptizandum offertur iter agenti; et quia in vicinis aqua non inveniebatur locis, Sanctus ad proximam declinans rupem, flexis genibus paulisper oravit. et post orationem surgens, ejusdem rupis frontem benedixit: de qua consequenter aqua abundanter ebulliens fluxit, in qua continuo infantulum baptizavit. De quo etiam baptizato hæc vaticinans intulit verba, *et de baptizato prophetat.* inquiens: Hic puerulus usque in extremam longævus vivet ætatem; in annis juvenilibus carnalibus desideriis satis serviturus, et deinceps Christianæ usque in exitum militiæ mancipandus, in bona senectute ad Dominum migrabit. Quæ omnia eidem viro, juxta Sancti contigerunt vaticinium. Hic erat Lugu-Cenealad *n*, cujus parentes fuerant in Artdaibmuirchol, ubi hodie fonticulus, Sancti nomine Columbæ pollens, cernitur.

48 Alio in tempore vir beatus, cum in Pictorum *Fontem præstigiosum,* provincia per aliquot demoraretur dies, audivit in plebe gentili de alio fonte divulgari famam, quem D quasi Deum stolidi homines, diabolo eorum obcæcante sensus, venerabantur, ob quæ omnia seducti Gentiles divinum fonti deferebant honorem. AUCTORE ADAMN. XI. Quibus compertis, Sanctus alio die intrepidus accessit ad fontem. Quod videntes magi, quos sæpe ipse confusos et victos a se repellebat, valde gavisi sunt; *benedictione salutiferum reddit.* scilicet putantes eum simili illius nocuæ tactu aquæ passurum. Ille vero imprimis elevata manu sancta, cum invocatione Christi nominis, manus lavit et pedes; tum deinde cum sociis de eodem a se benedicta bibit; ex illoque die dæmones ab eodem recesserunt fonte, et non solum nulli nocere permissus est; sed etiam, post Sancti benedictionem et in eo lavationem, multæ in populo infirmitates per eumdem sanatæ sunt fontem. * Alio in tempore,

XII. vir sanctus in mari periclitari cœpit; totum namque vas navis valde concessum, magnis undarum cumulis fortiter terebatur, grandi undique insistente ventorum tempestate. *Tempestatem sedat oratione;* Nautæ tum forte Sancto, sentinam cum illis exhaurire conanti, aiunt; Quod nunc agis, non magnopere nobis proficit periclitantibus: exorare potius debes pro periclitantibus. Quo audito aquam cessat amaram exinanire E Hinin-glas *o*; dulcem vero et intentam precem cœpit ad Dominum fundere. Mirum dictu! Eodem horæ momento, quo Sanctus in prora stans extensis ad cœlum palmis omnipotentem exoravit, tota aeris tempestas et maris sævitia, dicto citius sedata cessavit, et statim serenissima tranquillitas subsecuta est. Qui vero in navi inerant obstupefacti, cum magna animi admiratione, referentes gratias, glorificaverunt Dominum in sancto et prædicabili viro.

49 Alio quoque in tempore, sæva nimis tempe- XIII. state periculosa insistente, sociis, ut pro eis Sanctus Dominum exoraret, inclamantibus; hoc eis dedit responsum, dicens: Hoc die non est meum pro vobis, in hoc periculo constitutis, orare, sed est Abbatis Cainnechi, sancti viri. Mira dicturus sum. Eadem *aliam oratione S. Cainnechi,* hora S. Cainnechus, in suo conversans monasterio, quod Latine Campulus bovis dicitur, Scotice vero Achad bou *p*, Spiritu revelante sancto, supradictam S. Columbæ, interiore cordis aure, vocem audierat; et cum forte post nonam cœpisset horam in refectorio eulogiam frangere; ocius deserit mensulam, unoque in pede inhærente calceo, et altero præ nimia festinatione relicto, festinanter pergit hac cum voce ad ecclesiam; Non est nobis hoc temporis prandere, quando in mari periclitatur navis S. Columbæ: hoc enim momento, ipse hujus nomen F Cainnechi ingeminans commemorat, ut pro eo et sociis periclitantibus Christum exoret. *qui quid egerit narrat.* Post hæc illius verba oratorium ingressus, flexis genibus paulisper oravit: ejusque orationem exaudiente Domino, illico tempestas cessavit, et mare valde tranquillatum est. Tum deinde S. Columba, Cainnechi ad ecclesiam properationem videns, quamlibet longe conversantis; mirabiliter hoc de puro pectore profert verbum, dicens: Nunc cognovi, o Cainneche, quod Deus tuam exaudierit precem; nunc valde pro nobis proficit tuus ad ecclesiam, velox, cum uno calceo, cursus. In hoc itaque miraculo amborum, ut credimus, oratio cooperata est Sanctorum.

ANNOTATA F. B.

a *De* S. Findbarro *seu* Finniano *egimus supra, ad cap.* 1 *lib.* 1 *Annot.* e.

b *Seu* Roboretum campi, *de quo supra Annot.* f *ad num.* 7.

c *Inter* Silvanos *sanctos octodecim, quos ex Martyrologiis Hibernicis collegit Colganus, unam esse hunc S.*

AUCTORE ADAMN.

A *S. Columbæ discipulum non dubitat. At quis ex illis octodecim? definiri non potest.*

d Vadum Cliad *Dublinium intellige, quod vulgo* Ath cliad, *vocatur, et priscis* Duibhliun, *et hinc Latine* Dublinia *dicitur.*

e *Portus hic aliquis videtur fuisse Orientalis Lageniæ.*

f *De Lugaido hoc, juxta conjecturam Colgani, actum est num.* **21**, *Annot.* 9.

g *Est oppidum et Sedes Episcopalis in Tironia, vulgo* Clochar *dictum. De ejus Episcopis agit Colganus* **24** *Martii ad vitam S. Macarthenni: existimo autem vocari filiorum Dameni, quod ii cives inter nobiliores eum inhabitarent.*

h Maugina, *Virgo sancta, quæ Hibernice* Magain *et* Mogain *vocatur, colitur juxta Hibernica Martyrologia* 15 *Decembris in ecclesia de Cluain-boireann, in regione Connaciæ, Himania dicta. De patre ejus* Dameno, *quis fuerit, pluribus disputat Colganus.*

i *De* Colgio *hoc aliisque agit Colganus* 20 *Februarii, et nos inter Prætermissos eadem die.*

k *Flumen hoc celebre* Boendus *nomine, per Mediam decurrens, in Oceanum exoneratur.*

l *Libellus hymnorum, pro singulis septimanæ feriis.* B

m Partis Lagenorum, *id est*, Lageniæ.

n *Hunc pœnitentem* Lugu-Cenealad, *quæsivit Colganus in Martyrologiis Hibernicis, nec satis certo invenit. Eratne necessarium quærere? Neque enim omnes, qui pie vitam finiunt, inscribendi sunt Martyrologiis. Maluissem per illum clarius intelligere, ubi sit miraculosus ille fons, celebris S. Columbæ nomine.*

o Hinin glas, *nomen (ut credo) antiquum tractus illius marini.*

p *Situm est hoc monasterium in Ossoria regione Lageniæ: fuitque diebus multis Sedes Episcopalis, inde posteriori ævo* Kill kenniam *translata. Hibernice etiam nunc vocatur* Achad-bo, *id est Campus bovis. Colitur* S. Cainnechus 11 *Octobris.*

CAPUT II.

Miracula in rebus inanimatis et bestiis patrata, puniti impii, dæmonis fugatæ præstigiæ.

XIV *Cainnecho baculum mira culose reddit* Alio in tempore idem supra memoratus Cainnechus, suum, a portu Jonæ insulæ ad Scotiam navigare incipiens, baculum secum portare oblitus est; C qui scilicet ejus baculus, post ipsius egressum in littore repertus, sancti in manum traditus est Columbæ; quemque domum reversus in oratorium portat, et ibidem solus in oratione diutius demoratur. Cainnechus proinde ad Oidecham appropinquans insulam, subito de sua oblivione compunctus, interius perculsus est: sed post modicum intervallum de navi descendens, et in terra oratione genua flectens, baculum, quem in portu Jonæ insulæ oblitus post se reliquit, super cespitem terrulæ Airche *a* ante se invenit; de cujus etiam effecta divinitus evectione valde est miratus, cum gratiarum in Deo actione.

XV. *b c Ventum prosperum navigaturis impetrat,* 51 Alio quoque in tempore superius *b* memorati sancti viri [Baitheneus et Columbanus *c* filius Beognei] ad Sanctum venientes, ab eo simul unanimes postulant, ut ipse a Domino postulans impetraret, prosperum crastina die ventum sibi dari, diversa emigraturis via. Quibus Sanctus respondens, hoc dedit responsum: Mane crastina die, Baitheneus, a portu Jonæ enavigans insulæ, flatum habebit secundum, usque quo ad portum perveniat Campi-Lunge. Quod ita juxta Sancti verbum Dominus donavit: nam Baitheneus plenis eadem die velis, magnum totumque pelagus usque ad Ethicam transmeavit terram. Hora vero ejusdem diei tertia, vir D venerandus Columbanum advocat Presbyterum, dicens: Nunc Baitheneus prospere optatum pervenit *ex mox alteri diversa via profecturo:* ad portum, ad navigandum te hodie præpara; mox Dominus ventum convertit in Aquilonem. Cui sic prolato beati viri verbo, eadem hora Auster obsecundans ventus, se in Aquilonem convertit flatum. Ita in eodem die, uterque vir sanctus, alter ab alterutro in pace aversus, Baitheneus mane ad Ethicam terram, Columbanus post meridiem Hiberniam incipiens appetere, plenis enavigavit velis et flatibus secundis. Hoc illustris viri virtute orationum, Domino donante, effectum est miraculum: quia, sicut scriptum est, omnia possibilia sunt credenti. Post illa in die S. Columbani egressum, sanctus hoc de illo propheticum Columba protulit verbum: Vir sanctus Columbanus, cui emigranti benediximus, nusquam in hoc seculo faciem videbit meam. Quod ita post expletum est, nam eodem anno S. Columba ad Dominum transiit.

XVI *d* 52 Alio in tempore, quidam juvenis, Columbanus *d* nomine, nepos Bruini, ad januam tugurioli subito perveniens restitit, in quo vir beatus scribebat. E *dæmonem e vase lactis fugat signo Crucis,* Hic idem post vaccarum reversus mulsionem, in dorso portans vasculum novo plenum lacte, dicit ad Sanctum, ut juxta morem tale benediceret onus. Sanctus tum ex adverso eminus in aere signum salutare manu elevata depinxit, quod illico valde concussum est, gergennaque *e* operculi, per sua bina foramina retrusa, longius projecta est; operculum terra tenus cecidit, lac ex majore mensura in solum defensum est. Juvenculus vas, cum parvo quod remanserat lactis super fundum, in terra deponit; genua suppliciter flectit. Ad quem Sanctus; Surge, ait, Columbane, hodie in tua operatione negligenter egisti; dæmonem in fundo vacui latitantem vasculi, impresso dominicæ Crucis signo, ante infusionem *et quod effusum erat restituit:* lactis, non effugasti: cujus videlicet signi nunc virtutem non sustinens tremefactus, toto pariter turbato vase, velociter cum lactis effusione aufugit. Huc ergo ad me propius vasculum, ut illud benedicam, approxima. Quo facto, semivacuum, quod Sanctus benedixerat, vas, eodem momento divinitus repletum repertum est: parvumque, quod prius in fundo vasis remanserat, sub sanctæ manus benedictione, usque ad summum citius excrevit.

XVII. 53 Hoc in domo alicujus plebeii divitis (qui in monte Cainle commorabatur) Foirtgirni nomine, *lac per magiam expressum, ostendit esse sanguinem;* factum traditur. Ubi cum Sanctus hospitaretur, inter rusticanos contendentes duos, quorum prius adventum præscivit, recta judicatione judicavit: unusque ex eis, [nomine Silnanus] maleficus erat; a F Sancto jussus, de bove masculo qui prope erat, lac arte diabolica expressit: quod Sanctus, non ut illa confirmaret maleficia, fieri jussit, quod absit; sed ut ea coram multitudine destrueret. Vir itaque beatus vas, ut videbatur, tali plenum lacte, sibi ocius dari poposcit; et hac cum sententia benedixit dicens: Modo probabitur, non esse hoc verum, quod putatur, lac; sed dæmonum fraude, ad decipiendos homines, decoloratus sanguis; et continuo lacteus ille color in naturam versus est propriam, hoc est in sanguinem. Bos quoque, qui per unius horæ momentum, turpi macie tabidus et maceratus, erat morti proximus; benedicta a Sancto aqua superfusus, mira sub celeritate sanatus est.

XVIII. *f hunc fluentem e naribus sistit;* 54 Quodam die quidam bonæ indolis juvenis, Lugneus *f* [Mocumin] nomine, qui postea senex in monasterio Elenæ insulæ Præpositus erat, ad Sanctum veniens, queritur de profluvio sanguinis, qui crebro per multos menses de naribus ejus immoderate profluebat. Quo propius accito, Sanctus ambas

A ambas ipsius nares binis manus dextræ digitulis constringens, benedixit: ex qua hora benedictionis, numquam sanguis de naso ejus usque ad extremum

xix. distillavit diem *. Alio in tempore, cum prædicabilis viri sociales, strenui piscatores, quinos in rete

curat sibi piscem capi,

pisces cepissent, in fluvio Sale piscoso; Sanctus ad eos, Iterato, ait, rete in flumen mittite, et statim invenietis grandem, quem mihi Dominus præparavit, piscem. Qui verbo Sancti obtemperantes, miræ magnitudinis traxerunt in retiaculo *g* esocem, a Deo sibi præparatum. Alio quoque in tempore, cum Sanctus quoque juxta Cei *h* stagnum aliquantis demoraretur diebus, comites ire ad piscandum cupientes, retardavit, dicens: Hodie et cras nullus in

et alia vice duos

flumine reperietur piscis: tertia mittam vos die, et invenietis binos grandes, in rete retentos, fluminales esoces. Quos ita post duas dieculas, rete mittentes, duos rarissimæ magnitudinis, in fluvio qui dicitur Bo reperientes, ad terram traxerunt. In his duabus memoratis piscationibus, miraculi apparet virtus, et prophetica simul præscientia comitata, pro quibus Sanctus et socii Deo grates eximias reddiderunt.

55 Nesanus [Curvus, qui in ea regione conver-

B sabatur, quæ stagno Aporum *i* est contermina] cum

xx. esset valde inops, Sanctum alio tempore gaudenter hospitio recepit virum. Cui cum hospitaliter secun-

Vaccas benedicit, ut multiplicentur,

dum vires, unius noctis spatio ministrasset; Sanctus ab eo requirit, cujus boculas *k* numeri haberet; ille ait, Quinque. Sanctus consequenter, Ad me, ait, adduc, ut eas benedicam. Quibus adductis, et elevata manu sancta benedictis: Ab hac die tuæ pauculæ quinque vacculæ crescent, ait Sanctus, usque ad centum et quinque vaccarum numerum. Et quia idem Nessanus, homo plebeius erat, cum uxore et filiis; hoc etiam ei vir beatus benedictionis augmentum intulit, dicens; Erit semen tuum in filiis et nepotibus benedictum. Quæ omnia plene, juxta Sancti verbum sine ulla expleta sunt immi-

xxi. nutione. Alio quoque tempore, vir beatus quadam nocte, cum apud supra memoratum *l* Columbanum, tunc temporis inopem, bene hospitatus fuisset; mane

sed ad præfinitum numerum,

primo Sanctus, sicuti superius de Nessano commemoratum est, de quantitate et qualitate substantiæ plebeium hospitem interrogat. Qui interrogatus, Quinque, ait, tantummodo habeo vacculas; quæ, si eas benedixeris, in majus crescent. Quas illico a Sancto jussus adduxit; similique modo, ut supra de Nessani quinis dictum est vacculis, et hujus

C Columbani boculas quinales æqualiter benedicens, inquit; Centenas et quinque, Deo donante, habebis vaccas; et erit in filiis et nepotibus tuis florida benedictio. Quæ omnia, juxta beati viri prophetationem, in agris et pecoribus ejus et prole, plenissime adimpleta sunt; mirumque in modum numerus a Sancto præfinitus, supra memoratis ambobus viris, in centenario vaccarum et quinario expletus numero, nullo modo superaddi potuit: nam illa, quæ supra

quem numquam excesserunt.

præfinitum excedebant numerum, diversis prærepta casibus, nusquam comparuerunt, excepto eo quod aut in usus proprios familiæ, aut etiam opus eleemosynæ expendi poterat. In hac itaque narratione, ut in ceteris, virtutis miraculum et prophetia simul aperte ostenditur: nam in magna vaccarum ampliatione, benedictionis pariter et orationis virtus apparet: et in præfinitione numeri, prophetalis præscientia.

56 Vir venerandus supramemoratum Columba-

xxii. num, quem de paupere virtus benedictionis ejus

raptor spernens Sancti monita,

ditem fecit, valde diligebat; quia ei multa pietatis officia præbebat. Erat autem illo in tempore quidam homo malefactor, bonorum persecutor, nomine Joan, filius Conalli, filii Domnalli, de regio Gabrani *m*

ortus genere. Hic supradictum Columbanum, sancti D

AUCTORE ADAMN.

amicum Columbæ, persequebatur; domumque ejus omnibus in ea inventis devastaverat ereptis; non semel, sed bis inimiciter agens. Unde forte non immerito eidem maligno accidit viro, ut tertia vice, post ejusdem domus tertiam prædationem, beatum virum, quem quasi longius positum despexerat, propius appropinquantem, ad navem revertens præda onustus, cum sociis obvium haberet. Quem cum Sanctus de suis corriperet malis, prædamque deponere rogans suaderet; ille, immitis et insuadibilis permanens, Sanctum despexit; navimque cum præda ascendens, beatum virum subsannabat et deridebat. Quem Sanctus ad mare usque prosecutus est; vitreasque intrans aquas usque ad genu æquoreas, levatis usque ad cœlum ambis manibus, Christum intente precatur, qui suos glorificantes se glorificat electos. Est vero ille portus, in quo post egressum persecutoris stans paulisper Dominum exoravit, in loco qui Scotice vocitatur Ait-chambas Art muirchol. Tum proinde Sanctus expleta oratione, ad aridam reversus, in eminentiore cum comitibus sedet loco; ad quos illa in hora formidabilia valde

juxta ejus vaticinium,

profert verba, dicens: Hic miserabilis homunculus, E

qui Christum in suis despexit servis, ad portum, a quo nuper coram vobis emigravit, numquam revertetur; sed nec ad alias quas appetit terras, subita præventus morte, cum suis perveniet malis cooperatoribus. Hodie enim, quam mox videbitis, de nube a Borea orta immitis immissa procella, eum cum suis sociis submerget; nec de eis etiam unus remanebit fabulator. Post aliquantum pauculorum interventum morarum, die serenissimo, ecce de mari oborta, sicuti Sanctus dixerat, nubes, cum magno fragore venti emissa, raptorem inter Maleam et Colossum *n* insulas inveniens, subito turbato sub-

tempestate submergitur,

mersit medio mari: nec ex eis, juxta verbum Sancti, qui in navi inerant etiam unus evasit; mirumque in modum, toto circumjacente manente tranquillo æquore, talis una rapaces ad inferna submersos prostravit procella, misere quidem, sed digne.

57 Alio quoque in tempore, vir sanctus, quem-

xxiii

Homicida, ut Sanctus prædixerat

dam de nobili Pictorum genere exulem, Taranum nomine, in manum alicujus Feradachi ditis viri, qui in Ilea *o* insula habitabat, diligenter assignans, commendavit, ut in ejus comitatu, quasi unus de amicis, per aliquot menses conversaretur. Quem cum tali commendatione de Sancti manu viri suscepisset commendatum, post paucos dies dolose agens, crudeli eum jussione trucidavit. Quod immane scelus,

F

cum Sancto a commeantibus esset nuntiatum, sic respondens profatus est: Non mihi, sed Deo infelix ille homunculus mentitus est, cujus nomen de libro vitæ delebitur. Hæc verba æstivo nunc mediante proloquimur tempore; sed autumnali, antequam de suilla degustet carne, arboreo saginata fructu, subita præventus morte ad infernalia rapietur loca. Hæc sancti prophetia viri cum misello nuntiaretur homuncioni, despiciens irrisit Sanctum: et post dies aliquot autumnalium mensium, eo jubente scropha nucum impinguata nucleis jugulatur, needum aliis ejusdem viri jugulatis suibus: de qua celeriter exenterata partem sibi in veru celerius præparari præcipit, ut de ea impatiens homo prægustans, beati viri prophetationem destrueret. Qua videlicet assata, dari sibi poposcit aliquam prægustandam morsus

subito perit.

particulam: ad quam percipiendam, extensam manum priusquam ad os converteret, expirans, mortuus, retro in dorsum cecidit. Et qui viderant, et qui audierant, valde tremefacti, admirantes, Christum in sancto propheta honorificantes glorificarunt.

58 Alio in tempore vir beatus, cum alios Ecclesiarum persecutores, in Hinba commoratus insula,

excommunicare

AUCTORE ADAMN.

XXIV. *occidendus pro Sancto alius Monachus, p ejus cuculla indutus servatur illæsus,*

A excommunicare cœpisset; filios videlicet Conalli filii Domnail, quorum unus erat Joan, de quo supra retulimus; quidam ex eorumdem malefactoribus sociis, diaboli instinctu cum hasta irruit, ut Sanctum interficeret. Quod præcavens unus ex Fratribus, Findluganus *p* nomine, mori paratus pro Sancto viro, cuculla ejus indutus intercessit: sed mirum in modum beati viri tale vestimentum, quasi quædam munitissima et impenetrabilis lorica, quamlibet viri fortis impulsione acutioris hastæ, transfigi non potuit; sed illæsum permansit: et qui eo indutus erat, intactus et incolumis tali protectus est munimento. Ille vero sceleratus, qui Manus-dextra [Latine nominatur], retro repedavit, æstimans quod sanctum hasta transfixisset virum. Post ex ea die completum annum, cum Sanctus in Iona commoraretur insula, Usque in hunc diem, ait, est integratus annus, ex qua die *q* Lam-dessin, quantum potuit, Findluganum mea jugulavit vice: sed ipse, ut æstimo, hac in hora jugulatur. Quod juxta Sancti revelationem eodem momento in illa insula factum est, quæ Latine Longa vocitari potest, ubi ipse solus Lambdes, in aliqua virorum utrimque acta belligeratione, Cronani filii Baithani jaculo transfixus, in nomine, ut fertur, S. Columbæ emisso, interierat: et post B ejus interitum belligerare viri cessarunt.

q et punitur qui eum se necasse credebat.

XXV. *Puellam Sancto obsistente interficiens, r*

59 Cum vir beatus, adhuc juvenis Diaconus, in parte Laginensium divinam addiscens sapientiam conversaretur; quadam accidit die, ut homo quidam, innocuorum immitis persecutor crudelis, quamdam in campi planitie filiolam fugientem persequeretur. Quæ cum forte Gemmanum *r* senem, supra memorati juvenis Diaconi magistrum, in campo legentem vidisset, ad eum recto cursu, quanta valuit velocitate, confugit. Qui tali perturbatus subitatione, Columbam eminus legentem advocat; ut ambo, in quantum valuissent, filiam a persequente defenderent. Qui statim superveniens, nulla eis ab eo data reverentia, filiam sub vestimentis eorum lancea jugulavit: et relinquens jacentem mortuam super pedes eorum, aversus abire cœpit. Senex tum valde tristificatus conversus ad Columbam, Quanto, ait, sancte puer Columba, hoc scelus, cum nostra dehonoratione, temporis spatio, inultum fieri judex justus patietur Deus? Sanctus consequenter hanc in ipsum sceleratorem protulit sententiam, dicens: Eadem hora, quæ interfectæ ab eo filiæ anima ascendit ad cœlos; anima ipsius interfectoris descendat ad inferos: et dicto citiu cum verbo, C sicut Ananias coram Petro, sic et ille innocentius jugulator, coram oculis Sancti juvenis, in eadem mortuus cecidit terrula. Cujus tumor subitæ formidabilis vindictæ, continuo per multas Scotiæ provincias, cum mira sancti Diaconi fama, divulgatus est. Huc usque de adversariorum terrificis ultionibus dixisse sufficiat: nunc de bestiis aliqua narrabimus pauca.

statim post moritur et damnatur.

XXVI. *s Aper ab eo jussus moritur.*

60 Alio in tempore, cum vir beatus in Scia *s* insula aliquantis demoraretur diebus, longius paulo solus, orationis intuitu, separatus a Fratribus, silvam ingressus densam, miræ magnitudinis aprum, quem forte venatici canes persequebantur, obvium habuit. Quo viso eminus, Sanctus aspiciens restitit: tum deinde invocato Dei nomine, sancta elevata manu, cum intenta dicit ad eum oratione; Ulterius huc procedere noles: in loco, ad quem nunc devenisti, morere. Quo Sancti in silvis personante verbo, non solum ultra accedere non valuit, sed ante faciem ipsius, terribilis ferus, verbi ejus virtute mortificatus, cito corruit *. Alio quoque in tempore, cum vir beatus in Pictorum provincia per aliquot moraretur menses, necesse habuit fluvium transire Nesam: ad cujus cum accessisset ripam, alios ex accolis aspicit misellum humantes homunculum; D quem; ut ipsi sepultores ferebant, quædam paulo ante natantem aquatilis præripiens bestia, morsu momordit sævissimo: cujus miserum cadaver, sero scilicet quidam in alno subvenientes, porrectis proripuere uncinis. Vir e contra beatus, hæc audiens præcipit, ut aliquis ex comitibus enatans, caupaltum *t*, in altera stantem ripa, ad se navigando ducat. Quo Sancti audito prædicabilis viri præcepto, Lugneus Mocumin nihil moratus obsecundans, depositis vestimentis excepta tunica, immittit se in aquas. Sed quæ prius non tam satiata, quam in prædam accensa, in profundo fluminis latitabat; sentiens eo nante turbatam supra aquam, subito emergens natatilis, ad hominem in medio natantem alveo, cum ingenti fremitu aperto cucurrit ore. Vir tum beatus videns, omnibus qui inerant, tam Barbaris quam etiam Fratribus, nimio terrore perculsis, cum salutare, sancta elevata manu, in vacuo aere Crucis pinxisset signum, invocato Dei nomine, feroci imperavit bestiæ, dicens: Noles ultra progredi, nec hominem tangas, retro citius revertere. Tum vero bestia, hac Sancti audita voce, retrorsum, acsi funibus traheretur, velociori recursu fugit tremefacta: quæ prius Lugneo nanti eo usque appropinquavit, ut hominem inter et bestiam, non amplius esset quam unius contuli *u* longitudo. Fratres tum recessisse videntes bestiam, Lugneumque commilitonem, ad eos intactum et incolumem in navicula reversum, cum ingenti admiratione glorificaverunt Dominum in beato viro: sed et gentiles barbari, qui ad præsens inerant, ejusdem miraculi magnitudine, quod et ipsi viderant, compulsi, Deum magnificarunt Christianorum. E

XXVII. *Bellua aquatica quæ hominem interfecerat,* t *Crucis signo fugatur.* u

ANNOTATA F. B.

a *Legendum putat Colganus* Airde *seu* Airte, *ut videatur regiuncula Kiennacte, quæ* Aird-chienacta *priscis, hodie* Airdimegiollagan *appellatur; cum hæc sit mari contermina, et prima regio fere quæ trajicienti ex insula Hiensi in Ultoniam ad lævam occurrit; et juxta eam sit locus nativitatis S. Cannechi, et ecclesia ab eo extructa.*

b *Superius memorati, id est in titulo Capitis, ex quo eorum addidi nomina.*

c *De hoc* Columbano *agendum erit* 26 *Septembris, saltem inter Prætermissos.*

d *Quia* Columbanus *hic*, nepos Briuni *dicitur, existimat Colganus eum ex nobili Hibernorum familia,* F *Hibruiniorum dicta, oriundum, ex qua etiam Reges Conaciæ: opinatur quoque, fusius explicatis rationibus, eumdem illum esse, qui postea Lindisfarnensis Episcopus, Colmanus nomine, acerrime pro ritu Paschali Hibernico coram Rege Oswio decertans, a Wilfrido, sententiam ipso Rege ferente, gloriose victus est, si sic vinci gloriosum sibi duxisset. Fatetur tamen Colganus opinioni suæ obesse eum, quæ* Columbano *huic, postea* Colmano, *concedenda foret annosa senectus. Statuamus enim, quod hic narratur, miraculum anno* 597 *contigisse, quo saltem anno S. Columba obiit. Juvenem, qui vas lacte plenum ferret humeris, oportet annorum ut minimum sedecim fuisse: quæstio autem de Paschatis celebratione, facta est anno septingentesimo sexagesimo quarto: itaque annis sexaginta quatuor adjice tres, qui ex priori supererant seculo, et sedecim, quos juvenis numerabat* Columbanus, *habebis universim annos octoginta tres. Cumque Colmanus, teste Beda, annos solum tres Cathedram Lindisfarnensem tenuerit; necesse est eum octogenarium ab Hiensi insula in Angliam Episcopum fuisse destinatum, quod sine graviori testimonio non facile credidero: multo minus, quod idem post annum octogesimum tertium ætatis, discedens*

ex

A ex Anglia malensque Cathedram suam quam ritum Paschalem deserere, in Hibernia duo insuper monasteria erexerit, quod fecisse Lindisfarnensem Colmanum, narrat venerabilis Beda. Verum quid ad argumenta Colgani? Fuit, inquit, Colmanus Monachus Hiensis, et S. Columbæ discipulus juxta Auctorem Vitæ S. Geraldi 13 Martii, qualis etiam videtur fuisse hic Columbanus. Colmanum Hiensem Monachum fuisse nemo dubitat, at S. Columbæ discipulum nihil probat. Quod vitam S. Geraldi spectat, in qua Colmanus dicitur S. Columbæ defuncto successisse, si benigne explicueris, ut eam explicat Colganus, de alia quam immediata successione intelligenda est, ne alioqui repugnet manifeste Adamnano, qui Baitheneum Columbæ substituit. Si vero in rigore verborum intellexeris, manifestius probabit, Columbanum hunc, Colmanum Lindisfarnensem non esse. Quomodo enim Columbanus, qui moriente Columba non erat nimis juvenis, ut fieret Abbas; post sexaginta annos non erat nimis senex, ut fieret Episcopus? Et hoc, si quid probare possit vita S. Geraldi a Colgano edita : quæ tam male consuta est, ut neque prælum neque fidem mereatur. Vide quæ diximus 13 Martii. Alterum Colgani argumentum est,
B quod uterque videatur oriundus fuisse ex Conacia et ditione familiæ Hibrunorum : sed ut id satis constaret, non tamen evinceret unum eumdemque fuisse, inter tot ejusdem nominis diversos Sanctos.

e Gergenna, ferrum aut lignum teres, quo per duas ansas transmisso operculum firmatur ne excidat.

f De hoc Lugneo et fratre ejus egimus supra n. 16 Annot. q. Hic solum nota, pro Elene, legendum videri Elethre : ut Ros-Eletre, id est Peninsula Eletre in qua Sanctus Fechno, forsan frater hujus Lugnei, Abbas fuit) hic dicatur insula Elene, in qua Lugneus Fratri in Præposituram monasterii successit.

g Esocem, alii Salmonem, alii Lucium intelligunt. Vide Cangium Verbo Esox et Isicium. Colganus putat quod hic Anguilla sumi debeat; nam Esconn Hibernis Anguillam significat : sed Beda inter Essocem et Anguillam distinguit.

h Lacus regionis de Maghluing in Connacia, vulgo Lochée seu Loch-ke dictus, ita Colganus.

i Verba hæc ex titulo capitis desumpta sunt. Regio, stagno Aporum conterminа, est regio Scotiæ, quæ Buccanano lib 1 pag. 20 Abria vocatur, aqua adjacens Canalis seu Lacus longus, qui stagnum Aporum, et Scotice, Loch Abor vocatur, videtur nomen desumpsisse.

C k Bocula pro Bucula, diminutivum a Bove.

l Supra memoratum, nempe in titulo Capitis.

m Forte Gauranı, qui pater fuit Aidani, Regis Scotorum Albaensium.

n Insula Ilaæ, inter Hebrides notissimæ.

o Illam vocat Buccananus, quæ etiam ipsa, est una ex celeberrimis Hebridum.

p Hibernica lingua Finluga, Finnloga et Finnluadh dicitur : Fratrem S. Fintani fuisse existimat Colganus, et coli 3 Januarii. Memoratur is eadem vice in vita S. Fintani, quæ non caret Hibernicis figmentis.

q Lamh dheas nomen proprium, ex vocis etymologia idem est ac, Manus dextera, ut supra dictum.

r Gemmanus, aliquis senex, memoratur in vita Hibernica S. Finniani de Cluain Eraird, cujus discipulus fuit S. Columba : si duos Finnianos Magistros habuit. Gemmanus iste itidem dicitur de laudibus S. Finniani scripsisse, et merito putatur is esse, de quo hic sit mentio. Existimat tamen Colganus Gemthanum, Germanum vel Gormanum esse legendum, non alia de causa, quam ut invenire illum possit in Hibernicis Martyrologiis. Verum necesse non est eum in his inveniri.

s Scia, insula ex primariis Hebridum una, inter-

pretatur Ala, eo quod instar alæ per mare protendatur. D

AUCTORE ADAMN.

t Hibernismum, appellat Colganus; videturque per Caupaltum intelligi equus seu Caballus, qui Hibernice Capald vocatur. Verum circumstantiæ magis indicant, Scapham significari : et in fine dicitur Lugneus in navicula reversus. Caupulus autem et Caupillus, navim et Scapham significant, ut videre est apud Cangium.

u Contulus diminutivum a Conto. Videtur singulari quodam studio Adamnanus diminutiva adamasse; illis enim utitur etiam cum de rebus magnis loquitur : nec mirum, nam et ipsiusmet nomen diminutivum ab Adam est.

CAPUT III.

Serpentes Columba et magos coercet, infirmis, mortuis, pauperibus subvenit : januæ ei ultro apertæ.

Quadam die ejusdem æstæi temporis, quo ad Dominum transiit, ad visitandos Fratres Sanctus plaustro vectus pergit, qui in campulo occidentali Jonæ insulæ opus materiale exercebant. Post quorum consolatoria a Sancto prolata alloquia, in eminentiore stans loco, sic vaticinatur dicens : Ex hac, filioli, die, scio quod in hujus campuli locis nunquam poteritis in futurum videre faciem meam. Quos hoc audito verbo valde tristificatos videns, consolari eos in quantum fieri possit conatus, ambas manus elevat sanctas, et totam hanc nostram benedicens insulam, ait : Ex hoc hujus horulæ momento, omnia viperarum venena nullo modo, in hujus insulæ terrulis, aut hominibus aut pecoribus nocere poterunt *a*, quamdiu Christi mandata ejusdem commorationis incolæ observaverint *. Alio in tempore quidam Frater, nomine Molua *b* nepos Briuni, ad Sanctum eadem scribentem hora veniens, dicit ad eum : Hoc quod in manu habeo ferrum, quæso benedicas. Qui paululum extensa manu sancta cum calamo signans benedixit, ad librum de quo scribebat facie conversa. Quo videlicet supradicto Fratre, cum ferro benedicto recedente, Sanctus percunctatur dicens : Quod Fratri ferrum benedixi? Diermitius, pius ejus ministrator, Pugionem, ait, ad jugulandos boves vel tauros, benedixisti. Qui e contra respondens infit : Ferrum, quod benedixi, confido in Domino meo, quia nec homini, nec pecori nocebit *c*. Quod Sancti firmissimum eadem hora comprobatum est verbum. Nam idem Frater, vallum egressus monasterii, bovem jugulare volens, tribus firmis vicibus, et forti impulsione conatus, nec tamen potuit ejus transfigere pellem. Quod Monachi scientes experti, ejusdem pugionis ferrum, ignis resolutum calore, per omnia monasterii ferramenta, liquefactum diviserunt in linitum : nec postea ullum potuere carnem vulnerare, illius Sancti manente benedictionis fortitudine.

XXVIII *Serpentes insulæ nocere prohibet.* E

XXIX *Ferrum non advertens benedicit,* F *post nulli postea nocere potuit.*

62 Alio in tempore Diermitius, Sancti pius minister, usque ad mortem ægrotavit : ad quem, in extremis constitutum, Sanctus visitans accessit : et Christi invocato nomine; infirmi ad lectulum stans, et pro eo exorans, dixit : Exorabilis mihi fias precor, Domine, et animam mei ministratoris pii, de hujus carnis habitaculo, me non auferas superstite. Et hoc dicto aliquantisper conticuit. Tum proinde hanc de sacro ore profatur vocem, dicens : Hic meus non solum hac vice nunc non morietur puer, sed etiam post meum annis vivet multis obitum. Cujus hæc oratio est exaudita. Nam Diermitius, statim post Sancti exaudibilem precem plenam recuperavit salutem; per multos quoque annos, post

XXX *Ministro suo vitam morituro impetrat.*

A Sancti ad Dominum emigrationem, supervixit c.

AUCTORE ADAMN.

XXXI. Alio quoque in tempore, Sanctus cum trans Britannicum iter ageret dorsum, quidam juvenis, unus comitum, subita molestatus ægrimonia, ad extrema usque perductus est, nomine Fintenus [filius Aidi] *d* : pro quo commilitones Sanctum mœsti rogitant, ut oraret. Qui statim eis compatiens, sanctus cum intenta oratione expandit ad cœlum manus, ægrotumque benedicens, ait : Hic, pro quo interpellatis, juvenculus vita vivet longa : et post omnium nostrorum, qui hic adsumus, exitum superstes remanebit, in bona moriturus senecta. Quod beati viri vaticinium plene per omnia expletum est : nam idem juvenis, illius postea monasterii fundator, quod dicitur Kailli-abinde *e* in bona senectute præsentem terminavit vitam.

d

et alteri.

e

63 Alio in tempore, quo S. Columba in Pictorum provincia per aliquot demorabatur dies; quidam cum tota plebeius familia verbum vitæ per interpretatorem, sancto prædicante viro, audiens credidit, credensque baptizatus est, maritus cum marita, liberisque et familiaribus. Et post aliquantum diecularum intervallum paucarum, unus filiorum, patris B familias gravi correptus ægritudine, usque ad confinia mortis et vitæ perductus est. Quem cum magi morientem vidissent, parentibus cum magna exprobatione cœperunt illudere, suosque quasi fortiores magnificare Deos; Christianorum vero, tamquam infirmiori, Deo derogare. Quæ omnia cum beato intimarentur viro, zelo suscitatus Dei, ad domum cum suis comitibus amici pergit plebeii, ubi parentes nuper defunctæ prolis mœstas celebrabant exequias. Quos Sanctus valde tristificatos videns, confirmans, dictis compellebat consolatoriis, ut nullo modo de divina omnipotentia dubitarent. Consequenterque percunctatur, dicens : In quo hospitiolo corpus defuncti jacet pueri? Pater tum orbatus, Sanctum sub mœstum deducit culmen. Qui statim, omnem foris exclusam relinquens catervam, solus mœstificatum intrat habitaculum : ubi illico, flexis genibus faciem ubertim lacrymis irrigans, Christum precatur Dominum; et post ingeniculationem surgens, oculos convertit ad mortuum, dicens, In nomine Domini Jesu Christi resuscitare, et sta super pedes tuos. Cum hac Sancti honorabili voce, anima ad corpus rediit, defunctusque apertis revixit oculis; cujus manum tenens Apostolicus homo erexit : et in statione stabiliens, secum domum egressus C deducit, et parentibus redivivum assignavit. Clamor tum populis attollitur, plangor in lætationem convertitur, Deus Christianorum glorificatur. Hoc noster Columba cum Elia et Eliseo Prophetis habeat sibi commune virtutis miraculum, et cum Petro et Paulo et Joanne Apostolis partem honoris similem in defunctorum resuscitatione; et inter utrosque, hoc est Prophetarum et Apostolorum cœtus, honorificam cœlestis patriæ sedem homo Propheticus et Apostolicus, et æternalem cum Christo, qui regnat cum Patre in unitate Spiritus Sancti, per omnia secula seculorum.

XXXII. *Puerum recens baptizatum et mortuum,*

ad magorum ideo blasphemantium confusionem

resuscitat

64 Eodem in tempore vir venerandus, quamdam a Broichnano mago Scoticam postulavit servam, humanitatis miseratione liberandam : quam cum ille duro valde et stolido retentaret animo, Sanctus ad eum locutus, hoc profatur modo : Scito, quia si mihi hanc peregrinam liberare captivam nolueris, priusquam de hac revertare provincia, citius morieris. Et hoc coram Bruidio Rege dicens, domum egressus regiam, ad Nesam venit fluvium, de quo videlicet fluvio lapidem attollens candidum, ad comites; Signate, ait, hunc candidum lapidem, per quem Dominus in hoc gentili populo multas ægrotorum perficiet sanitates. Et hoc effatus ver-

XXXIII *Mago, servam liberare nolenti,*

bum, consequenter intulit, inquiens. Nunc Broichnanus fortiter concussus est : nam Angelus de cœlo missus, graviter illum percutiens, vitream in manu ejus, de qua bibebat, confregit in multa fragmenta. Ipsum vero, anhelantem ægra suspiria, reliquit morti vicinum. Hoc in loco paululum expectemus binos Regis nuntios, ad nos celeriter missos, ut Broichnano morienti citius subveniamus : nam Broichnanus, formidabiliter correptus, ancillulam liberare est paratus. Adhuc Sancto hæc loquente verba; ecce, sicut prædixit, duo a Rege missi equites adveniunt, omnia quæ in Regis munitione, de Broichnano juxta Sancti vaticinium sunt acta, enarrantes; et de poculi confractione, et de magi correptione, et servulæ parata absolutione hocque intulerunt, dicentes, Rex et ejus familiares nos ad te miserunt, ut nutritio ejus Broichnano subvenias, mox morituro. Quibus auditis legatorum verbis; Sanctus binos de comitum numero ad Regem, cum lapide a se benedicto, mittit, dicens : Si in primis promiserit se Broichnanus famulam liberaturum, tum deinde hic lapillus intingatur in aqua, et sic de eo bibat, et continuo salutem recuperabit : si vero renuerit, refragans absolvi servam, statim morietur. Duo Missi, verbo Sancti obsequentes, ad aulam deveniunt regiam, verba viri venerabilis Regi enarrantes; quibus intimatis Regi, et nutricio ejus Broichnano, valde expaverunt. Denique liberata famula sancti viri legatis assignatur, lapis in aqua intingitur, mirumque in modum contra naturam lapis f in aquis supernatat, quasi pomum vel nux, nec potuit Sancti benedictio viri submergi. De quo Broichnanus natante bibens lapide, statim a vicina rediit morte, integramque carnis recuperavit salutem. Talis vero lapis, postea in thesauris Regis reconditus, multas in populo ægritudinum sanitates, similiter in aqua natans intinctus, Domino miserante effecit. Mirum dictu! Ab his ægrotis, quorum vitæ terminus supervenerat, requisitus idem lapis, nullo modo reperiri poterat : sic et in die obitus Brudei Regis quærebatur, nec tamen in eodem loco, ubi fuerat prius reconditus, inveniebatur.

D *proptereaque morituro,*

E *sed pœnitenti,*

f

d... natat per lapidem miraculosum

65 Post supra memorata peracta, quadam die Broichnanus ad Sanctum proloquens virum, inquit : Dicito mihi, Columba, quo tempore proponis enavigare? Sanctus; Tertia die, ait, Deo volente et vita comite, navigationem proponimus inire. Broichnanus e contra : Non poteris, ait, nam ego ventum tibi contrarium facere, caliginemque umbrosam superinducere possum. Sanctus, Omnipotentia Dei, ait, omnium dominatur, in cujus nomine omnes nostri motus ipso gubernante diriguntur. Quid plura? Sanctus die eadem, sicut corde proposuit, ad lacum Nesæ fluminis longum, multa prosequente caterva, venit : magi vero gaudere tum cœperunt, magnam videntes superinductam caliginem et contrarium cum tempestate flatum. Nec mirum, hæc interdum arte dæmonum posse fieri, Deo permittente, ut etiam venti et æquora in asperius concitentur : sic enim aliquando dæmoniorum legiones, S. Germano Episcopo, de sinu Wallico *g*, causa humanæ salutis ad Britanniam naviganti, medio in æquore occurrerunt; et apponentes pericula, procellas concitabant; cœlum diemque tenebrarum caligine obducebant; quæ tamen omnia sancto orante Germano, dicto ocius sedata, detersa cessarunt caligine. Noster itaque Columba, videns contra se elementa concitari furentia, Christum invocat Dominum; cymbulamque ascendens, nautis hæsitantibus, ipse constantior factus, velum contra ventum jubet subrigi. Quo facto, omni inspectante turba, navigium flatus contra adversos mira occurrit

XXXIV. *Navigatio sibi objectam a magis tempestatem ...*

F

g

A currit velocitate; et post haud grande intervallum, venti contrarii, ad itineris ministeria, cum omni admiratione revertuntur. Et sic per totam illam diem, flabris lenibus, secundis flatibus, beati cymba viri pervecta, ad portum pulsa est. Perpendat itaque lector; quantus et qualis idem vir venerandus, in quo Deus omnipotens talibus præscriptis miraculorum virtutibus, coram plebe gentilica, illustre suum manifestavit nomen.

XXXV. *Fores Palatii occlusas signo Crucis aperit,*

66 Alio in tempore, hoc est in prima Sancti fatigatione itineris ad Regem Brudeum, casu contigit, ut idem Rex fastu elatus regio, suæ munitionis, superbe agens, in primo beati adventu viri, non operiret portas. Quod ut cognovit homo Dei, cum comitibus ad valvas portarum accedens; primum Dominicæ Crucis imprimens signum, tum deinde manum pulsans contra ostia ponit: quæ continuo sponte, retro retrusis fortiter seris, cum omni celeritate aperta sunt: quibus statim apertis, Sanctus consequenter cum sociis intrat. Quo cognito Rex cum Senatu valde pertimescens, domum egressus, obviam cum veneratione beato pergit viro, pacificisque verbis blande admodum compellat: et ex ea B imposterum die, Sanctum et venerabilem virum, idem Regnator, suæ omnibus vitæ reliquis diebus, valde magna honorificavit (ut decuit) honorificentia. Alio itidem in tempore vir beatus, aliquantis in Scotia diebus conversatus, ad visitandos Fratres, qui in monasterio *h* Ruris duorum commanebant rivulorum, ab eis invitatus perrexit: sed casu aliquo accidit, ut eo ad ecclesiam accedente, claves non reperirentur oratorii. Cum vero Sanctus, de non repertis adhuc clavibus et de obseratis foribus, inter se conquirentes alios audisset; ipse ad ostium appropinquans; Potens est Dominus, ait, domum suam suis servis etiam sine clavibus aperire. Cum hac tum voce, subito retro retrusis forti motu pessulis, sponte aperta janua, Sanctus cum omnium admiratione ecclesiam ante omnes ingreditur; et hospitaliter a Fratribus susceptus, honorabiliter ab omnibus veneratur.

XXXVI. *h item ecclesiæ cujusdam*

XXXVII. *Pauperi i tradit sudem a se benedictam,*

67 Alio in tempore quidam ad Sanctum plebeius venit pauperrimus, qui in ea habitabat regione, quæ stagni litteribus Aporici *i* est contermina. Huic ergo miserabili viro, qui unde maritam et parvulos cibaret non habebat, vir beatus petenti miseratus, ut potuit, quamdam largitus eleemosynam, ait: Miselle homuncio, tolle de silva contulum vicina, et ad me ocius defer. Obsecundans miser, juxta C Sancti jussionem, detulit materiam. Quam Sanctus excipiens, in veru exacuit; quodque propria exacuminans manu, benedicens et illi assignans inopi, dixit: Hoc veru diligenter custodi, quod ut credo nec alicui pecori nocere poterit, exceptis feris, avibus quoque et piscibus: et quamdiu habueris sudem, numquam in domo tua cervinæ carnis cibatio abundans deerit. Quod audiens miser mendiculus, valde gavisus domum revertit, veruque in remotis infixit terrulæ locis, quæ silvestres frequentabant feræ: et vicina transacta nocte, mane primo pergit, revisitare volens veru, in quo miræ magnitudinis cervum cecidisse reperit transfixum. Quid plura? Nulla, ut nobis dictum est, transire poterat dies, qua non aut cervum, aut cervam, aut aliquam reperiret in veru infixo cecidisse bestiam. Repleta quoque tota de ferinis carnibus domo, vicinis superflua vendebat, quæ hospitium suæ domus capere non poterat.

qua feras capiens sine labore victitat.

sed persuasus ab uxore imprudente,

68 Sed tamen diaboli invidia per sociam, ut Adam, et hunc etiam miserum invenit; quæ non quasi prudens, sed fatua, taliter ad maritum locuta est: Tolle de terra veru: nam si in eo homines aut etiam pecora perierint; tu ipse, et ego cum nostris liberis, aut occidemur aut captivi ducemur. Ad hæc D maritus inquit; Non ita fiet: nam Sanctus vir mihi benedicens sudem, dixit; quod numquam hominibus, aut etiam pecoribus nocebit. Post hæc verba, mendicus uxori consentiens pergit, et tollens de terra veru, intra domum, quasi amans illud, secus parietem posuit; in quo mox domesticus ejus incidens canis, disperiit. Quo pereunte, rursum marita; Unus, ait, filiorum tuorum incidet in sudem, et peribit. Quo audito ejus verbo, maritus veru de pariete removens ad silvam reportat, et in densioribus infixit dumis, ut putabat, ubi a nullo posset animante offendi. Inde quoque illud removens in fluvio, qui Latine dici potest Nigra-Dea, juxta ripam sub aquis abscondens, infixit: quod alia revisitans die, esocem in eo miræ magnitudinis, tranfixum et retentum invenit. Quem de flumine elevans, vix solus ad domum portare poterat, veruque secum de aqua simul reportans, extrinsecus in superiori tecti affixit loco; in quo et corvus devolutus, impetu lapsus, disperiit jugulatus. Quo facto miser, fatuæ conjugis consilio depravatus, veru tollens de tecto, assumpta securi, in plures concidens particulas, in ignem projecit. Et post, E quasi suæ paupertatis amisso non mediocri solatio, remendicare, ut meritus, cœpit: quod videlicet penuriæ verum solamen in veru sæpe superius memorato dependebat, quod pro pedicis et retibus, et omni venationis et piscationis genere servatum, posset sufficere, beati viri donatum benedictione: quodque amissum miser plebeius, eo ditatus pro tempore, ipse cum tota familiola, sero licet, omnibus de cetero planxit reliquis diebus vitæ.

AUCTORE ADAMN.

sudem destruit, et ad priorem paupertatem redit,

XXXVIII. *k Utrem æstus marini recessu ablatum,*

69 Alio in tempore beati legatus viri, Lugaidus *k* nomine, cognomento Laitirus, ad Scotiam jussus navigare proponens, inter navalia navis Sancti instrumenta, utrem lactarium quæsitum inveniens, sub mari, congestis super eum non parvis lapidibus, madefaciendum posuit; veniensque ad Sanctum, quod de utre fecit, intimavit. Qui subridens, inquit: Uter, quem, ut dicis, sub undis posuisti, hac vice ut æstimo non te ad Hiberniam comitabitur. Cur, ait, non mecum in navi comitem eum habere potero? Sanctus, Alteri, inquit, die, quid res probabit, scies. Itaque Lugaidus mane postera die, ad retrahendum de mari utrem pergit: quem tamen salacia *l* noctu subtraxit unda. Quo non reperto, ad Sanctum reversus tristis, flexis in terram genibus, suam confessus est negligentiam. Cui Sanctus, F illum consolatus, ait: Noli, Frater, pro transitoriis contristari rebus: uter, quem salacia sustulit unda, ad suum locum, post tuum egressum reportabit venilia *m*. Eadem die, post Lugaidi de Iona insula egressionem, hora transacta nona, Sanctus circumstantibus sic prolatus, ait: Nunc unus ex vobis ad æquor pergat: utrem de quo Lugaidus querebatur, et quem salacia sustulerat unda; nunc venilia retrahens, in loco unde subtractus est, repræsentavit. Quo Sancti audito verbo, quidam alacer juvenis ad oram cucurrit maris; repertumque utrem, sicut prædixerat Sanctus, cursu reversus cum toto reportans, valde gavisus, coram Sancto, cum omnium qui ibidem inerant admiratione, adsignavit. In his, ut sæpe dictum est, binis narrationibus, superius descriptis, quamlibet in parvis rebus, sude videlicet et utre, prophetia simul et virtutis miraculum comitari cernuntur. Nunc ad alia tendimus.

l

ejusdem regressu facit inveniri.

m

ANNOTATA F. B.

a *Forsitan huc locum habet id, quod de fugatis a sancto Patricio ex Hibernia serpentibus, dictum est in Commentario prævio ad ejus vitam num.* 25. *Verumtamen*

AUCTORE ADAMN.

A *tamen aliud suadent circumstantiæ temporis ac loci studiose additæ, et Adamnani auctoritas, nondum elapso post rem gestam seculo scribentis. Ceterum cum in fine dicatur miraculum duraturum*, quamdiu Christi mandata, ejusdem commorationis incolæ observaverint: *credibile est, post invectam hæresim destitisse: nisi divina bonitas, in perpetuum fidei testimonium, etiam apud ingratos et indignos, illud perseverare voluerit.*

b *Habuimus et alium ex nepotibus Briuni discipulum S. Columbæ, nomine* Columbanum, *de quo egimus num.* 52. *Hic vero* Molua, *teste Colgano colitur 4 hujus.*

c *Ex sequenti Vita B. Baithenei, ubi eadem res num.* 8 *refertur, satis intelligitur, ea solummodo ferramenta sic illata fuisse, quæ aliis usibus destinata, fortuitum poterant vulnus facere: quis enim non videt inconsultum fuisse, ut nullum esset in monasterio ferrum, quo cutis cujusquam perstringi posset, ad usum valetudinarii vel macelli.*

d *Colganus hujus* Finteni, *patrem* Aidum, *non satis distincte novit assignare; desperante autem ipso, ego frustra requisiero.*

e Caille-Abunde *monasterium in Hibernia dicitur* Kill-Abbhne, *diœcesis Cluanfertensis in Regione de*
B *Siolnamchadna.*

f Lithus, *id est, lapis; Græce λίθος.*

g De sinu Wallico, *intellige Gallico, prisci enim Gallos,* Wallos *vocabant, quos etiamnum Gallo-Belgis Flandro-belgæ* Walones *seu* Walos *dicimus. Hujus porro navigationis in Britanniam susceptæ a S. Germano Autissiodorensi, qui colitur* 31 *Julii, et tempestatis per dæmones excitatæ meminit Beda lib.* 1 *cap.* 17, *et Vita apud Surium cap.* 22.

h *In titulo capitis* 36 *apud Adamnanum vocatur hoc monasterium* Duorum agri rivorum: *et videtur esse ecclesia, quæ vocatur* Tir-da-Chroebh *in Media, in qua colitur S. Lugadius S. Columbæ discipulus. Nam* Tirda-Chroebh, *idem est, quod terra seu ager duorum ramorum, non vero rivorum, ut forte mendose apud Adamnanum irrepsit. Ita Colganus pag,* 493. *Cur vero esse non possit monasterium de* Glendaloch, *quod Vallis duorum stagnorum interpretatur. Vide quæ tertia hujus diximus in Commentario Prævio ad Acta S. Coemgini Abbatis.*

i *De* Stagno Aporico *actum est ad num.* 55.

k *De hoc egimus num.* 44.

l Salacia *recessum marini æstus hoc significat: vide Cangium verbo,* Salatia.

C m Venilia *est accessus æstus marini.*

CAPUT IV.

Peregrinantibus iter prosperum, servis libertatem, conjugibus conjugalem amorem impetrat; post mortem pluviam et ventos secundos invocantibus se exorat.

XXXIX. *Pœnitentiam de peccato volenti agere*

Alio in tempore, cum vir sanctus in Jona conversaretur insula, homo quidam plebeus, nuper sumpto Clericatus habitu, de Scotia transnavigans, ad insulanum beati monasterium viri advenit. Quem cum alia die Sanctus, in hospitio residem hospitantem, invenisset solum; primum de patria, de gente, et causa itineris a Sancto interrogatus; de Conachtorum *a* regione oriundum se professus est, et ad delenda in peregrinatione peccamina longo fatigatum itinere. Cui cum Sanctus, ut de suæ pœnitudinis exploraret qualitate, dura et laboriosa ante oculos monasterii proposuisset imperia; ipse consequenter ad Sanctum respondens, inquit: Paratus sum ad omnia, quæcumque mihi jubere volueris, quamlibet durissima, quamlibet indigna.

D Quid plura? Eadem hora omnia sua confessus peccata, leges pœnitentiæ flexis in terram genibus se impleturum promisit. Cui Sanctus, Surge, ait, et recede. Tum deinde sic recedentem compellat, Septennem debes in Ethica pœnitentiam explere terra: ego et tu, usque quo numerum expleas septennalium annorum, Deo donante, victuri sumus. Quibus Sancti confortatus dictis, grates Deo agens; Quid me, ait, agere oportet de quodam falso meo juramento? *septennalem imponit:* Nam ego quemdam in patria commanens trucidavi homuncionem, post trucidationem ejus quasi reus in vinculis retentus sum: sed mihi quidam cognationalis homo ejusdem parentelæ, valde opibus opulentus, subveniens, me opportune et de vinculis vinculatum absolvit, et de morte reum eripuit. Cui post absolutionem, cum firma juratione promiseram, me eidem omnibus meæ diebus vitæ serviturum: sed post aliquot dies in servitute peractos, servire homini dedignatus, et Deo potius obsecundare malens, desertor illius carnalis domini, juramentum infringens discessi, et ad te, Domino meum prosperante iter, perveni. Adhæc Sanctus, virum pro talibus valde ægri videns, sicuti prius prophetizans profatur, inquiens: Post septenorum, sicut tibi dictum est, annorum expletionem, diebus

E ad me huc Quadragesimalibus venies, et in Paschali solennitate ad altarium accedas, et Eucharistiam sumas. Quid verbis immoramur? Sancti viri imperiis per omnia pœnitens obsequitur peregrinus, iisdemque diebus ad monasterium Campi missus Longe *b*, ibidem plene expletis in pœnitentia septem annis, ad Sanctum diebus Quadragesimæ, juxta priorem ejus propheticam jussionem, revertitur: et post peractam Paschæ solennitatem, in qua jussus ad altare accessit; ad Sanctum interrogans de supra memorato venit juramento. *qua impleta juxta Sancti prophetiam,* Cui Sanctus interroganti, talia vaticinans responsa profatur. Tuus, de quo mihi aliquando dixeras, carnalis superest dominus, paterque et mater et fratres adhuc vivunt, nunc ergo præparare te debes ad navigationem. Et inter hæc verba, macheram belluinis ornatam dolatis protulit dentibus, dicens: Hoc accipe tecum portandum munus, quod domino pro tua redemptione offeres: sed tamen nullo modo accipiet: habet enim bene moratam conjugem, cujus salubri obtemperans consilio, te eadem die gratis sine pretio libertate donabit; cingulum, ex more captivi, de tuis re-

F solvens lumbis. Sed hac anxietate solutus, alium e latere surgentem non effugies sollicitudinem: nam tui fratres undique coarctabunt te, ut tanto tempore patri debitam, sed neglectam, redintegres pietatem. Tu tamen sine ulla hæsitatione, voluntati eorum obsecundans, patrem senem pie excipias confovendum: quod onus quamlibet tibi videatur grave, contristari non debes, quia mox depones. Nam ex qua die incipies patri ministrare, alia, in fine ejusdem septimanæ, mortuum sepelies. Sed post patris sepultionem, iterum te acriter fratres compellent, ut matri etiam debita pietatis impendas obsequia: de qua profecto compulsione tuus junior te absolvet frater, qui tua vice paratus, omne pietatis opus, quod debes, pro te matri serviens, reddet.

71 Post hæc verba supra memoratus Frater, Libranus *c* nomine, accepto munere, Sancti ditatus benedictione, perrexit: et ad patriam perveniens, *servitute liberatur* omnia secundum Sancti vaticinium invenit vere probata. Nam statim ut pretium suæ offerens libertatis ostendit, domino, accipere volenti refragatus uxor, Ut quid nobis, ait, hoc accipere, quod Sanctus pretium misit Columba? Hoc non sumus digni: liberetur et pius hic gratis ministrator: magis Sancti viri benedictio proficiet, quam hoc quod offert pretium. Audiens itaque maritus hoc maritæ salubre consilium

A lium, continuo gratis liberavit servum. Qui post, *Patrem sepelit,* juxta prophetiam Sancti, compulsus a fratribus, patrem, cui ministrare cœpit, septima die mortuum sepelivit. Quo sepulto, ut matri debite deserviret, compellitur: sed subveniente juniore fratre, sicut Sanctus prædixerat, vicem ejus adimplente, absolvitur: qui ad fratres sic dicebat, Nullo modo nos oportet fratrem in patria retentare, qui per septem *curam matris fratri relinquit,* annos apud S. Columbam in Britannia salutem exercuit animæ. Post quæ, ab omnibus quibus molestabatur absolutus, matri et fratribus valedicens, liber reversus, ad locum, qui Scotice vocitatur Claire Calig *d* pervenit: ibidemque navem sub velo a portu emigrantem inveniens, clamitans de littore, rogitat, ut ipsum nautæ cum eis susciperent navigaturum ad Britanniam; sed ipsi non suscipientes refutaverunt eum, quia non erat de Monachis S. Columbæ.

et regressurus ad Sanctum nec receptus in navim, ventum ei contrarium; 72 Tum deinde ad eumdem venerabilem loquens virum, quamlibet longe absentem, tamen spiritu præsentem, ut mox res probavit; Placetne tibi, ait, sancte Columba, ut hi nautæ, qui me tuum non suscipiunt socium, plenis velis et secundis enavigent ventis? In hac voce, ventus, qui ante illis erat B secundus, dicto citius versus est contrarius. Inter hæc, videntes virum eumdem, e regione secus flumen cursitantem; subito inter se inito consilio, ad ipsum de navi clamitantes dicunt nautici: Fortassis idcirco citius in contrarium nobis est versus ventus, quia te suscipere renuimus. Quod si etiam nunc te ad nos in navim invitaverimus, contrarios nunc nobis flatus in secundos convertere poteris? His auditis viator ad eos dixit; S. Columba ad quem vado, et cui hucusque per septem annos obsecundavi, si me susceperitis, prosperum vobis ven- *receptus, prosperum facit,* tum a Domino suo virtute orationum impetrare poterit. Quibus auditis navim terræ approximant, ipsumque ad eos in eam invitant. Qui statim navem ascendens, In nomine Omnipotentis, ait, cui S. Columba inculpabiliter servit, tensis rudentibus levate velum. Quo facto, continuo contraria venti flamina in secunda vertuntur; prosperaque, usque ad Britanniam, plenis successit navigatio velis: Libranusque, postquam ad loca perventum est Britannica, illam deserens navim et nautis benedicens, ad Sanctum devenit Columbam, in Jona commorantem insula. Qui videlicet vir beatus, gaudenter suscipiens eum, omnia quæ de eo in itinere acta sunt, nullo alio intimante, plene narravit; et de domino, et uxoris C ejus salubri consilio, quomodo ejusdem suasu liberatus est; de fratribus quoque, de morte patris, et ejus finita septimana sepultione; de matre, et de fratris opportuna junioris subventione; de his quæ in regressu acta sunt, vento contrario et secundo; *et omnia Sancto innotuisse audit:* de verbis nautarum, qui primo eum suscipere recusarunt, de promissione prosperi flatus, et de prospera eo suscepto in navi venti conversione. Quid plura? Omnia, quæ Sanctus adimplenda prophetavit, expleta enarravit.

73 Post hæc verba viator pretium suæ, quod a Sancto accepit, redemptionis assignavit. Cui San- *qui factus monachus* ctus eadem hora vocabulum indidit, inquiens: Tu Libranus vocaberis, eo quod sis liber. Qui videlicet Libranus iisdem in diebus votum monachicum devotus vovit: et cum a sancto viro ad monasterium, in quo prius septem annis pœnitens serviverat, remitteretur; hæc ab eo valedicente prophetica de se prolata accepit verba: Vita vives longa, et in bona senectute vitam terminabis præsentem: attamen non in Britannia, sed in Scotia resurges. Quod verbum audiens, flexis genibus amare flevit. Quem Sanctus valde mœstum videns, consolari cœpit dicens: Surge, et noli tristificari: in uno meorum monasteriorum; et cum electis erit pars tua meis in D Regno monachis, cum quibus in resurrectionem *[illegible]* vitæ de somno mortis evigilabis. Qui a Sancto accepta non mediocri consolatione, valde lætatus est, et Sancti benedictione ditatus, in pace perrexit. Quæ Sancti de eodem viro verax postea est adimpleta prophetatio. Nam cum per multos annales cyclos, in monasterio Campi-Lugne, post S. Columbæ de *juxta similem prophetiam,* mundo transitum, obedienter Domino serviret Monachus; pro quadam monasteriali utilitate ad Scotiam missus valde senex, statim ut de navi descendit, pergens per Campum-Breg *e*, ad monasterium devenit Roberti-Campi *f*; ibidemque hospes receptus hospitio, quadam molestatus infirmitate, septima *moritur in Hibernia* ægrotationis die, in pace ad Dominum perrexit: et inter S. Columbæ electos humatus est Monachos, secundum ejus vaticinium, in vitam resurrecturus æternam. Has de Librano Arundinensi sancti veridicas Columbæ vaticinationes scripsisse sufficiat: qui videlicet Libranus ideo Arundinensis est vocitatus, quia in Arundineto, multis annis arundines colligendo laboraverat.

74 Quadam die Sanctus, in Jona commorans insula, cito a lectione surgit, et subridens dicit; Nunc ad oratorium mihi properandum, ut pro qua- *Mulieri parturienti succurrit* dam misellula Dominum deprecer femina, quæ nunc in Hibernia nomen hujus inclamitans commemorat Columbæ, in magnis parturitionis difficillimæ torta punctionibus: et ideo per me a Domino de angustia absolutionem sibi dari sperat, quia et mihi est cognationalis, de meæ matris parentela genitorem habens progenitum. Hæc dicens Sanctus, illius mulierculæ motus miseratione, ad ecclesiam currit; flexisque genibus pro ea Christum de homine natum exorat; et post orationem oratorium egressus, ad Fratres profatur occurrentes, inquiens; Nunc propitius Dominus Jesus, de muliere progenitus, opportune miseræ subveniens, eam de angustiis liberavit, et prospere prolem peperit, nec hac morietur vice. Eadem hora, sicuti Sanctus prophetizavit, misella femina, nomen ejus invocans, absoluta salutem recuperavit. Ita ab aliquibus postea de Scotia, et de eadem regione ubi mulier inhabitabat transmeantibus, intimatum est.

75 Alio in tempore, cum vir sanctus in Rechrea *g* hospitaretur insula, quidam plebeius ad eum veniens, de sua querebatur uxore; quæ, ut ipse dice- *[illegible]* bat, odio habens eum, ad maritalem nullo modo admittebat concubitum accedere. Quibus auditis Sanctus, maritam advocans, in quantum potuit eam hac de causa corripere cœpit, inquiens: Quare mulier tuam a te carnem abdicare conaris, Domino dicente, Erunt duo in carne una? itaque caro tui conjugis, tua caro est. Quæ respondens: Omnia, inquit, quæ mihi præceperis, sum parata, quamlibet sint valde laboriosa, adimplere; excepto uno, ut me nullo compellas modo, in uno lecto dormire cum Lugneo. Omnem domus curam exercere non recuso aut (si jubes) etiam maria transire, et in aliquo puellarum monasterio permanere. Sanctus tum ait: Non potest recte fieri quod dicis: nam adhuc viro vivente alligata es a lege viri. Quos enim Deus licite conjunxit, nefas est separari. Et his dictis consequenter intulit: Hac in die tres, hoc est ego, et maritus cum conjuge, jejunantes Dominum precemur. Illa dehinc; Scio, ait; quia tibi impossibile non erit, ut ea, quæ vel difficilia vel etiam impossibilia videntur, a Deo impetrata donentur. Quid plura? Maria eadem die cum Sancto jejunare consentit, et maritus similiter; nocteque subsequente *[illegible]* Sanctus insomnis pro eis deprecatus est; posteraque die Sanctus maritam præsente sic compellat marito: O femina, si, ut hesterna dicebas die, parata

rata

AUCTORE ADAMN.

A rata hodie es ad feminarum emigrare monaſterium? Illa, Nunc, inquit, cognovi, quia tua a Deo de me audita eſt oratio; nam quem heri oderam, hodie amo: cor enim hac nocte præterita quomodo ignoro, in me, immutatum eſt de odio in amorem. Quid moramur? Ab ea die uſque ad obitum, anima ejuſdem maritæ ſociabiliter in amore conglutinata eſt mariti, ut illa maritalis concubitus debita, quæ prius reddere renuebat, nullo modo deinceps recuſaret.

h Cormacum Monachum

76 Alio in tempore Cormacus *h*, Chriſti miles, de quo in primo hujus opuſculi libello breviter aliqua commemoravimus pauca, etiam ſecunda vice conatus eſt eremum in oceano quærere: qui poſtquam a terris per infinitum oceanum plenis enavigavit velis, iiſdem diebus S. Columba; cum ultra Dorſum moraretur Britanniæ, Brudeo Regi, præſente Orcadum *i* Regulo, commendavit dicens; Aliqui ex noſtris nuper emigraverunt, deſertum in pelago intranſmeabili invenire optantes: qui forte, poſt longos circuitus, Orcadas devenerint inſulas; huic Regulo, cujus obſides in manu tua ſunt, diligenter commenda, ne aliquid adverſi intra terminos ejus contra eos fiat. Hoc vero Sanctus ita dicebat,

B quia in ſpiritu præcognovit, quod poſt aliquot menſes idem Cormacus eſſet ad Orcadas venturus. Quod ita poſtea evenit, et propter ſupradictam ſancti viri commendationem, de morte in Orcadibus liberatus eſt vicina. *in Orcadibus a mortis periculo liberat,* Poſt aliquantum paucorum intervallum menſium, cum Sanctus in Jona commoraretur inſula, quadam die coram eo ſermocinantibus, ejuſdem Cormaci mentio ab aliquibus ſubito oboritur, taliter dicentibus; Quomodo Cormaci navigatio, proſperane, an non provenit, adhuc neſcitur. Quo audito, Sanctus hac profatur voce, dicens: Cormacum, de quo nunc loquimini, hodie mox pervenientem videbitis. *ejuſque in Jonam prænuntiat reditum;* Et poſt quaſi unius horæ interventu, mirum dictu! et ecce inopinato Cormacus ſuperveniens, oratorium cum omnium admiratione et gratiarum ingreditur actione. Et quia de hujus Cormaci ſecunda navigatione, beati prophetationem breviter intulerimus viri, nunc et de tertia, æque propheticæ ejus ſcientiæ aliqua deſcribenda ſunt verba.

item alias in mari periclitantem

77 Cum idem Cormacus tertia in oceano mari fatigaretur vice, prope uſque ad mortem periclitari cœpit. Nam cum ejus navis a terris, per quatuordecim æſtei temporis dies totidemque noctes, plenis velis Auſtro flante vento, ad ſeptemtrionalis plagam

C cœli, directo excurreret curſu, ejuſmodi navigatio ultra humani excurſus modum et irremeabilis videbatur. Unde contigit, ut poſt decimam ejuſdem quarti et decimi horam diei, quidam pene inſuſtentabiles undique et valde formidabiles conſurgerent terrores. Quippe quædam, uſque in id tempus inviſæ, mare obtegentes occurrerunt tetræ et infeſtæ nimis beſtiolæ; quæ horribili impetu, carinam et latera, puppimque et proram, ita forti feriebant percuſſura, ut pelliceum tectum navis putarentur penetrare poſſe. Quæ, ut hi qui inerant ibidem, poſtea narrarunt, prope magnitudine ranarum aculeis permoleſtæ, non tamen volatiles ſed natatiles erant: ſed et remorum infeſtabant palmulas. *ob incurſum quorumdam inſectorum,* Quibus viſis inter cetera monſtra, quæ non hujus eſt temporis enarrare, Cormacus cum nautis comitibus valde turbati et pertimeſcentes, Dominum, qui eſt in anguſtiis pius et opportunus auxiliator, illacrymati precantur. Eadem hora ſanctus noſter Columba, quamlibet longe abſens corpore, ſpiritu tamen præſens in navi cum Cormaco erat: unde eodem momento, perſonante ſigno, Fratres ad oratorium convocans, et eccleſiam intrans, adſtantibus ſic more ſibi conſueto prophetizans profatur, dicens: Fratres, tota intentione pro Cormaco orate, qui

D nunc humanæ diſcurſionis limitem immoderate navigando exceſſit: nunc quaſdam monſtroſas, ante non viſas, et pene indicibiles patitur horrificas perturbationes. Itaque Fratribus, noſtris commembris in periculo intolerabili conſtitutis, mente debemus compati et Dominum exorare cum eis. Ecce enim Cormacus, cum ſuis nautis faciem lacrymis ubertim irrigans, Chriſtum intentius precatur, et nos ipſum orando adjuvemus, ut Auſtrum, flantem ventum *oratione ſua liberat;* uſque hodie per quatuordecim dies, noſtri miſeratus in Aquilonem convertat; qui videlicet Aquiloneus ventus navem Cormaci de periculis retrahat. Et hæc dicens, flebili cum voce, flexis genibus ante altarium, omnipotentiam Dei, ventorum ac cunctarum gubernatricem precatur rerum. Et poſt orationem cito ſurgit, et abſtergens lacrymas gaudenter grates Deo agit, dicens: Nunc, Fratres, noſtris congratulemur, pro quibus oramus, caris: quia Dominus Auſtrum nunc in Aquilonarem convertet flatum, noſtros de periculis commembres retrahentem, quos huc ad nos iterum reducet. Et continuo cum ejus voce Auſter ceſſavit ventus, et inſpiravit Aquiloneus, per multos poſt dies; et navis Cormaci ad terras reducta eſt. Et pervenit Cormac ad S. Co-

E lumbam: et ſe, donante Deo, facie ad faciem, cum ingenti omnium admiratione, viderunt, et non mediocri lætatione. Perpendat itaque lector, et quantus et qualis idem vir beatus, qui talem propheticam habens ſcientiam, ventis et oceano, Chriſti invocato nomine, potuit imperare.

XLIII. curru negligenter aptato

78 Alio in tempore, cum in Scotia per aliquot dies Sanctus converſaretur, aliquibus Eccleſiaſticis viſitantibus coactus, currum ab eo prius benedictum aſcendit junctum: ſed non inſertis primo, qua negligentia accedente neſcitur, neceſſariis obicibus per extrema axium foramina. Erat autem eadem diecula Columbanus, filius Echudi *k* vir ſanctus, illius monaſterii fundator, quod Scotica vocatur lingua Snamluthir *l*, qui operam aurigæ in eo curriculo cum ſancto exercebat Columba. Fuit itaque talis ejuſdem agitatio diei, per longa viarum ſpatia, ſine ulla rotarum humerulorumque ſeparatione ſive labefactione, nulla (ut ſupra dictum eſt) obicum retentione vel communitione retinente; ſed ſola *vehitur innoxie.* diali ſic venerando præſtante gratia viro, ut currus, cui inſidebat, ſalubriter abſque ulla impeditione recta incederet orbita. Hucuſque de virtutum miraculis, quæ per prædicabilem virum, in præſenti converſantem vita, divina operata eſt omnipotentia, ſcripſiſſe ſufficiat. Nunc etiam quædam de his, quæ

F poſt ejus in carne tranſitum ei a Domino donata comprobantur, pauca ſunt commemoranda.

XLIV. Tempore ſiccitatis

79 Ante annos namque fere quatuordecim, in his torpentibus terris, valde grandis, verno tempore, facta eſt ſiccitas, jugis et dura, in tantum, ut illa in Levitico libro tranſgreſſoribus coaptata populis commimatio videretur imminere; qua dicit: Dabo vobis cœlum deſuper ſicut ferrum, et terram æneam; *Lev 26, 19* conſumetur in caſſum labor veſter, nec proferet terra germen, nec arbores poma præbebunt, etc. Poſt itaque hæc legentes, et imminentem plagam pertimeſcentes, hoc inito conſilio fieri conſiliati ſumus, ut aliqui ex noſtris ſenioribus, nuper aratum et ſeminatum campum, S. Columbæ candida circumirent tunica, et libris ſtylo ipſius deſcriptis; levarentque in aere et excuterent eamdem ter tunicam, qua etiam hora exitus ejus de carne indutus erat; *per tunicam ejus et libros pluvia impetrata.* et ejus aperirent libros, et legerent in colliculo Angelorum, ubi aliquando cœleſtis patriæ cives ad beati viri condictum viſi ſunt deſcendere. Quæ poſtquam omnia juxta initum ſunt peracta conſilium; mirum dictu! eadem die, cœlum, in præteritis menſibus, Martio videlicet et Aprili, nudatum nubibus,

mira

A mira sub celeritate ipsis de ponto ascendentibus, illico opertum est; et pluvia facta est magna, die noctuque descendens; et sitiens prius terra, satis satiata, opportune germina produxit sua, et valde lætas eodem anno segetes. Unius itaque beati commemoratio nominis viri, in tunica et libris commemorata, multis regionibus eadem vice et populis salubri subvenit opportunitate.

XLV. *item adversi venti in secundum mutatio una,*

80 Præteritorum nobis quæ non vidimus miraculorum, præsentia quæ ipsi prospeximus fidem indubitanter confirmant. Ventorum namque flamina contrariorum, tribus nos ipsi vicibus, in secunda vidimus conversa. Prima vice, cum dolatæ per terram pineæ et roboreæ trabes longæ et magnæ, navium pariter et domus materiæ, eveherentur; beati viri vestimenta et libros, intra eorumdem super altare cum psalmis et jejunatione et ejus nominis invocatione posuimus, ut a Domino ventorum prosperitatem nobis prohibitam impetraret. Quod ita, eodem sancto viro Deo donante, factum est: nam ea die, qua nostri nautæ omnibus præparatis supra memoratarum lignorum materiarum propositi erant scaphis per mare et carrucis trahere, venti, præteritis contrarii diebus, subito in secundos conversi sunt. Tum deinde B per longas et obliquas vias, tota die prosperis flatibus Deo propitio famulantibus, et plenis sine ulla retardatione velis, ad Ionam insulam omnis illa navalis emigratio prospere pervenit. Secunda vero vice, cum post aliquanta annorum intervenientes spatia, aliæ nobiscum roboreæ materiæ ab ostio fluminis Sale, duodecim carrucis congregatis, ad nostrum renovandum traherentur monasterium. Alio die tranquillo, nautis mare palmulis verrentibus, subito nobis contrarius oritur Favonius, qui et Zephyrus ventus. In proximam declinamus insulam, quæ Scotice vocitatur Airthrago, in eaque ad manendum portum quærentes. Sed inter hæc de illa inopportuna venti contrarietate querimur, et quodam modo quasi accusare nostrum Columbam cœpimus, dicentes: Placetne tibi, Sancte, hæc nobis adversitas tam longa? Huc usque a te, Deo propitio, aliquod nostrorum laborum præstari speravimus consolatorium adjumentum, te videlicet æstimantes alicujus esse grandis apud Dominum honoris. His dictis, post modicum quasi unius momenti intervallum (mirum dictu!) ecce Favonius ventus cessat contrarius, Vulturnusque flat dicto citius secundus. Jussi tum nautæ, antemnas Crucis instar et vela protensas sublevant rudentibus, prospereque et leniter flatibus C nostram appetentes insulam, sine ulla laboratione, cum illis omnibus, qui navibus inerant nostris cooperatoribus, in lignorum evectione gaudentes devehimur. Non mediocriter, quamlibet levis, illa querula nobis sancti accusatio viri profuit: quantique et qualis est apud Dominum meriti Sanctus apparet, quem in ventorum ipse tam celeri conversione audierat.

altera,

ac tertia vice, m n o

81 Tertia proinde vice, cum nos æstæo tempore, post Hiberniensis Synodi condictum *m*, in plebe generis Loerni *n*, per aliquot venti contrarietate retardaremus dies, ad Saineam *o* devenimus insulam; ibidemque denominatos festivæ S. Columbæ et solennis diei nox nos invenit valde tristificatos, videlicet desiderantes eamdem diem in Jona facere lætificam insula. Unde sicut prius alia querebamur vice, dicentes: Placetne tibi, Sancte, crastinam tuæ festivitatis inter plebeios et non in tua ecclesia transigere diem? Facile tibi est, talis in exordio diei, a Domino impetrare, ut contrarii in secundos convertantur venti; et in tua celebremus ecclesia, tui natalis Missarum solennia. Post eamdem transactam noctem, diluculo mane consurgimus: et videntes cessasse contrarios flatus, conscensis navibus, nullo flante vento, in mare progredimur: et ecce statim D post nos Auster Cardinalis, qui et Notus, inflat. Tum proinde ovantes nautæ vela sublevant; sicque ea die talis sine labore nostra tam festina navigatio, et tam prospera beato viro Deo donante fuit; ut sicuti prius exoptavimus, post horam diei tertiam, ad Jonæ portum pervenientes insulæ, postea manuum et pedum peracta lavatione, hora sexta ecclesiam cum Fratribus intrantes, sacra Missarum solennia pariter celebravimus, in die festo, in quam cadit natalis Sanctorum Columbæ et Baithenei *p* cujus diluculo, ut supra dictum est, de Sainea *q* insula longius sita enavigavimus. Hujus ergo præmissæ narrationis testes, non bini tantum vel terni, secundum legem, sed centeni et amplius adhuc exstant.

AUCTORE ADAMN.

p q præsente ipso Adamnano

XLVI *Pestil ut a per totum orbem grassante,*

82 Et hoc etiam, ut existimo, non inter minora virtutum miracula videtur enumerandum, de mortalitate, quæ nostris temporibus terrarum orbem bis ex parte vastaverat majore. Nam ut de ceteris taceam latioribus Europæ regionibus, hoc est Italia, et Romana civitate et Cisalpinis Galliarum provinciis, Hispanis quoque Pyrenæi montis interjectu disterminatis, Oceani insulæ per totum, videlicet Scotia et Britannia, binis vicibus vastatæ sunt dira pestilentia, exceptis duobus populis, hoc E est Pictorum plebe et Scotorum Britanniæ, inter quos utrosque Dorsi montes Britannici disterminant. Et quamvis utrorumque populorum non desunt grandia peccata, quibus plerumque ad iracundiam æternus provocatur Judex, utrisque tamen, huc usque patienter ferens, ipse pepercit. Cui alii itaque hæc tribuitur gratia, a Deo collata, nisi sancto Columbæ? cujus monasteria intra utrorumque populorum terminos fundata, ab utrisque ad præsens tempus valde sunt honorificata. Sed hoc quod nunc dicturi sumus, ut arbitramur, non sine gemitu audiendum est: quia sunt plerique in utrisque populis valde stolidi, qui se Sanctorum orationibus a morbis defensos nescientes, ingrati Dei patientia male abutuntur. Nos vero Deo agimus crebras grates, qui nos et in his nostris insulis, orante pro nobis nostro venerabili Patrono, a mortalitatum invasionibus defendit; et in Saxonia, Regem Aldfridum visitantes amicum, adhuc non cessante pestilentia, et multos hinc inde vicos devastante, ita tamen nos Dominus, et in prima post bellum Ecfridi visitatione, et in secunda interjectis duobus annis, in tali mortalitatis medio deambulantes periculo, liberavit, ut ne unus etiam de nostris comitibus moreretur, nec F aliquis ex eis aliquo ut molestaretur morbo. Hic secundus de virtutum miraculis finiendus est Liber; in quo animadvertere lector debet, quod etiam de compertis in eo multa, propter legentium evitandum prætermissa sint fastidium.

monasteria ... quorum populi præservantur

ANNOTATA F. B.

a Conacia, *una ex quatuor Hiberniæ provinciis aut regionibus.*

b *De Monasterio in* Ethica *insula, vide dicta ad num.* 18 *Annot. z.*

c *Vox Hibernica* Libren *vel* Libran, *Liberum proprie significat: nam ut videtur infra num.* 73 *diminutivum est a voce* Liber, *a qua etiam* Liberius *et* Libertus *nomina tam notantur, ut per Hibernice* Libren *vel* Libran *dicitur, Latine a ceteris* Librianus, *alii qui Hibernice* Liber, *Latine appellatur* Liberius. *De cultu ejus plura adfert Colganus: sed nihil certi.*

d *Rectius puto* Daire-chalcuich, *ut sit locus et monasterium celebre S. Columbæ in Ultonia, priscis* Daire-chalguich, *ipsi Adamnano sæpius* Roboretum calguich *dictum*

AUCTORE

A *dictum ubi est portus, unde ordinarie et commode navigatur in Britanniam : ita Colganus.*

e *De* Campo-Brech *actum est num.* 32.

f *Vide dicta num.* 7 *Annot.* f.

g Bechraea *insula, inter Hiberniam et Albaniam seu Scotiam Albaensem ; sed ad Hiberniæ, a qua parvo freto secernitur, jura hodie, uti et semper, spectans : est enim comitatus Endromensis. Ita Colganus.*

h *De* Cortnaco *actum supra num.* 10.

i Orcadas *insulas proprium Regem aut Regulum habuisse, alibi non reperio : verum ex hoc loco satis apparet, tributarium solum, aut forte Proregem fuisse.*

k *Verosimilior Colgani conjectura est, hunc* Columbanum *coli* 1 *Januarii.*

l *Monasterium* Snamh-Luthir *est in regione Carbre-gabhra, alias dicta Cairbil-mor, id est Carbrea magna ; et est regio maritima borealis Connaciæ.*

m *Refert hoc Colganus ad Synodum Drumchettensem, sed meminisse debebat Synodum Drumchettensem, non tempore Adamnani, sed S. Columbæ celebratam ; adeoque eam non esse, de qua hic fit mentio.*

n *Videtur locus esse in Dalriedia septemtrionalis Ultoniæ, quæ vulgo* Letharna *appellatur : alia enim assignari non potest teste Colgano.*

B o *Forte ea est, quam* Sinnain *vocat Buccananus lib.* 1 *Hist. Scotorum.*

p *Hac enim nona die Junii Natalis utriusque Sancti in Insula Hiensi colitur, aliisque diversis locis.*

q *De legatione Adamnani ad Alfridum Regem egimus in Commentario prævio num.* 2. *De bello Egfridi Regis in Hibernos, ita narrat Beda lib.* 4 *cap.* 26. Anno Dominicæ incarnationis sexcentesimo octogesimo quarto, Egfridus Rex Nordanhymbrorum, misso in Hiberniam cum exercitu Duce Beroto, vastavit misere gentem innoxiam, et nationi Anglorum semper amicissimam ; ita ut ne ecclesiis quidem aut monasteriis manus parceret hostilis. At insulani et, quantum valuere, armis arma repellebant ; et invocantes divinæ auxilium pietatis, cœlitus se vindicari continuis diu imprecationibus postulabant. Et quamvis maledici regnum Dei possidere non possint ; creditum est tamen, quod hi qui merito impietatis suæ maledicebantur, ocius Domino vindice pœnas sui reatus luerent : siquidem anno post hunc proximo idem Rex, cum temere exercitum ad vastandam Pictorum provinciam duxisset, multum prohibentibus amicis et maxime beatæ memoriæ Cudbercto, qui nuper fuerat ordinatus Episcopus ;

C introductus est (simulantibus fugam hostibus) in angustias inaccessorum montium ; et cum parte maxima copiarum, quas secum adduxerat, extinctus est, anno ætatis suæ quadragesimo, Regni autem quinto decimo, die XIV Kalendarum Juniarum. Et quidem, ut dixi, prohibuerunt amici ne hoc bellum iniret : sed quoniam anno præcedente noluerat audire reverentissimum Patrem Egberctum, ne Scotiam nil se lædentem impugnaret ; datum est illi ex pœna peccati illius, ne nunc eos, qui ipsum ab interitu revocare cupiebant, audiret. Ex quo tempore spes cœpit et virtus regni Anglorum fluere, et retro sublapsa referri. *Colganus existimat, Adamnanum missum fuisse ad Regem Egfridum, postquam is prima vice, ut supradictum, per exercitum suum duce Brechto misere vastarit Hiberniam ; missum vero, ut pacem suis a feroci Rege exoraret ; eoque sequenti anno occiso, altero post hunc, nempe* 686 *rursus adiisse Aldfridum successorem ; ab hoc vero benigne acceptum, munusculum suum, id est librum de Terra-sancta, obtulisse. Non video quid huic opinioni magnopere obesse possit, præter verba Adamnani, quæ tamen obscura sunt.* Et in Saxonia, *inquit*, Regem Alfridum visitantes amicum ... et in prima post bellum Egfridi visitatione, et in secunda interjectis

D duobus annis : *ubi nullo verbo innuit, se unquam ad Egfridum Regem fuisse profectum, sed tantum post bellum Egfridi. Dubium itaque est, an per voces,* post bellum, *intellexerit primam Egfridi in Hibernos expeditionem, an vero finem belli mortuo Egfrido ; quod secundum, relicta Colgani sententia, mihi videtur verosimilius : et probat id etiam silentium Bedæ, dum hoc citato capite, ubi meminit S. Cutberti Egfrido dissuadentis primam Hiberniæ populationem, de secunda solum dicit ; amicos obstitisse. Et rursus lib.* 5 *Cap.* 16 *cum dicit, Adamnanum ablegatum a suis venisse ad Alfridum, de Egfrido nullam facit mentionem. Venerit itaque post mortem Egfridi Adamnanus ad Alfridum successorem anno* 686, *ut ei pacem cum Hibernis suaderet, quam prædecessor Egfridus tam turpiter violatam sero doluerat. Et facile quidem persuasit, quia Rex Alfridus pius erat clemens ac sapiens ; et quia Hiberni, post cladem Egfridi, cœperant Anglis esse timori. Cum igitur Adamnanus prima vice Alfrido fuisset gratiosus, redierit post duos annos nempe* 688 *firmandæ amicitiæ causa, et munusculum suum, libellum scilicet de Terra-sancta, Regi obtulerit.*

r *Quænam hoc tempore tam atrox fuit pestilentia ? Colganus ex Quatuor-magistrorum Annalibus, sic refert : Anno* 684, immani pestilentia per triennium E durante, in omnibus regionibus moriuntur omnis generis animantia, ut vix unum ex mille evaserit. *Neque mirarer si ad id tempus referendum esset miraculum, quod narrat Beda lib.* 4 *cap.* 14 ; *nempe sublatam pestilentiam in monasterio Heleseu, per invocationem S. Oswaldi Regis ; nam monasterium illud primum fundatum est ultimus annis Regis Egfridi, et non diu post ejus fundationem accidit prædictum miraculum.*

LIBER TERTIUS

De Angelicis visionibus.

CAPITULA

I Visio matris ipsius, de suo fœtu.

II De radio luminoso, super dormientis ipsius pueri faciem viso.

III De Angelorum apparitione sanctorum, quos S. Brendanus, beati comites viri, per campum viderat commeantes.

IV De Angelo Domini, quem S. Finnio beati viri socium itineris vidit.

V De Angelo Domini, qui ad S. Columbam, in Hinba commorantem insula, per visum apparuit, missus ut Aidanum in Regem ordinaret. F

VI De Angelorum apparitione, alicujus beati Brittonis animam ad Cœlum vehentium.

VII De Angelorum revelata eidem sancto viro visione, qui animam alicujus Diermitii ad cœlum ducebant.

VIII De Angelorum contra dæmones forti belligeratione, Sancto in eodem bello opportune subvenientium.

IX De Angelorum apparitione, quos vir Dei viderat alicujus animam nomine Columbi, fabri ferrarii, Coilrigin cognomento, ad cœlos evehere.

X De Angelorum simili visione, qua vir beatus aspexerat alicujus bene moratæ feminæ animam ad cœlum ferri.

XI De Angelorum apparitione sanctorum, quos sanctus Columba obvios in transitu viderat B. Brendini animæ, illius monasterii fundatoris, quod Scotice Birra nuncupatur.

XII De Angelorum visione sanctorum, qui S. Columbani Episcopi Moculoigse animam ad cœlum evexerant.

A xiii De Angelorum apparitione, qui obviam animabus Monachorum S. Comgelli descenderant.

xiv De Angelorum manifestatione, alicujus Emchati animæ obviantium.

xv De Angelo Domini, qui alicui Fratri lapso de monasterii culmine rotundo, in Roboreti-campo, opportune tam cito subvenerat.

xvi De Angelorum multitudine sanctorum visa, ad beati condictum viri de cœlo descendentium.

xvii De columna luminosa, sancti viri de vertice ardere visa.

xviii De spiritus sancti descensione sive visitatione, quæ in eadem insula, tribus continuis diebus et noctibus, super venerabilem mansit virum.

xix De Angelicæ lucis claritudine, quam Virgneus, bonæ indolis juvenis, qui postea Deo auctore huic præfuit ecclesiæ; super Columbam in ecclesia, Fratribus hiemali nocte in cubiculis quiescentibus, descendere viderat: cui ego indignus licet, deservio.

xx De alia prope simili celsæ claritudinis visione.

xxi De alia parili divinæ lucis apparitione.

B xxii De alia Angelorum sancto manifestata viro apparitione, quos viderat sanctæ ejus animæ obviare incipientes, [quasi mox] de corpore migraturæ.

xxiii De transitu ad Dominum sancti nostri Patroni Columbæ.

xxiv De epilogo virtutum et gestorum ejus.

CAPUT I.

S. Columba inter Angelos conspicitur, ab iisque videt animas in cœlum deferri.

Argumentum hujus libri 3.

In primo ex his tribus libellis libro, ut superius commemoratum est, de propheticis revelationibus quædam breviter succincteque, Domino navante, descripta sunt. In secundo superiore, de virtutum miraculis, quæ per beatum declarata sunt virum, et quæ (ut sæpe dictum est) plerumque prophetationis comitatur gratia. In hoc vero tertio, de Angelicis apparitionibus, quæ vel aliis de beato viro, vel ipsi de aliis revelatæ sunt: et de his quæ utroque, quamlibet disparili modo, hoc est ipsi proprie et plenius, aliis vero improprie et ex quadam parte sunt manifestatæ; hoc est extrinsecus et explorative, in iisdem tamen vel Angelorum vel cœlestis visionibus lucis; quæ utique talium discrepantiæ

C visionum, suis tractatæ locis inferius clarebunt. Sed nunc, a primordiis beati nativitatis viri, easdem describere Angelicas apparitiones incipiamus.

CAP. I. Matri ante partum revelatur futura filii sanctitas,

84 Angelus Domini in somnis genitrici venerabilis viri, quadam nocte inter conceptum et partum apparuit, eique quasi quoddam miræ pulcritudinis peplum assistens detulit: in quo veluti universorum decorosi colores florum depicti videbantur; quodque post aliquod breve intervallum, ejus de manibus reposcens, abstulit, elevansque et expandens, in aere dimisit vacuo. Illa vero de illo tristificata sublato, sic ad illum venerandi habitus virum: Cur a me, ait, hoc lætificum, tam cito abstrahis pallium? Ille consequenter; Ideo, inquit, quia hoc sagum alicujus est tam magnifici honoris; quod apud te diutius retinere non poteris. His dictis, supra memoratum peplum mulier paulatim a se elongari volando videbat, camporumque latitudinem in majus crescendo excedere, montesque et saltus majore sui mensura superare, vocemque hujusmodi subsecutam audierat: Mulier, nolis tristificari: viro enim, cui matrimoniali es juncta fœdere, talem filium editura es floridum; qui quasi unus prophetarum Dei, inter ipsos commemorabitur; innumerabiliumque animarum dux, ad cœlestem a Deo patriam est prædestinatus. In hac audita voce mulier expergiscitur. * Alia in nocte, ejusdem beati pueri nutritor, spectabilis vitæ vir Presbyter Cruithnechanus [a], post Missam ab Ecclesia ad hospitium revertens, totam invenit domum suam, clara irradiantem luce: globum quippe igneum, super puerili dormientis faciem stantem, vidit. Quo viso statim intremuit, et prostrato in terram vultu valde miratus, Spiritus sancti gratiam super suum intellexit alumnum cœlitus effusam.

D

ex ADAMN.

a et nutritio ejus per globum igneum.

85 Post multorum intervalla temporum, cum a quadam Synodo [b], pro quibusdam veniabilibus et tam excusabilibus causis, non recte (ut post in fine claruit) sanctus excommunicaretur Columba; ad eamdem contra ipsum collectam venit congregationem. Quem cum eminus appropinquantem sanctus vidisset Brendanus [c], illius monasterii fundator, quod Scotice Birra [d] nuncupatur; citius surgit, et inclinata facie eum veneratus exosculatur. Quem cum aliqui illius seniores cœtus, seorsim ceteris redarguerent semotis, dicentes: Quare coram excommunicato surgere et eum exosculari non renueris? taliter ad eos inquiens, Si vos, ait, videretis ea, quæ mihi Dominus hac in die, de hoc suo quem dehonoratis electo, manifestare non dedignatus est; nunquam excommunicassetis, quem Deus non solum secundum vestram, non rectam sententiam, nullo excommunicat modo, sed etiam magis atque magis magnificat. Illi e contra: Quomodo, aiunt, ut dicis, ipsum glorificat Deus, quem nos non sine causa excommunicavimus, scire cupimus. Igneam et valde luminosam, ait Brendanus, columnam vidi, eumdem quem vos despicitis antecedentem Dei hominem; Angelos quoque sanctos per campum ejus itineris comites. Hunc itaque spernere non audeo, quem populorum ducem ad vitam a Deo præordinatum video. His ab eo dictis, non tantum ultra Sanctum excommunicare non ausi, cessarunt; sed etiam valde venerati, honorarunt. Hoc tamen factum est in Hiselte [e]. Alio in tempore, vir sanctus venerandum Episcopum Finionem, suum videlicet Magistrum, juvenis senem adiit: quem cum S. Finnio ad se appropinquantem vidisset, Angelum Domini pariter ejus comitem itineris vidit: et, ut nobis ab expertis traditur, quibusdam astantibus intimavit Fratribus, inquiens; Ecce nunc videatis sanctum advenientem Columbam, qui sui commeatus socium meruit habere Angelum cœlicolam. Iisdem diebus Sanctus, cum duodecim commilitonibus [f] discipulis, ad Britanniam transnavigavit.

b Injuste excommunicatus

c

d

E

ab Angelis honoratus conspicitur:

et absolvitur.

e

Angelum in itinere comitem habet.

F

f

86 Alio in tempore, cum vir prædicabilis in Hinba commoraretur insula; quadam nocte in extasi mentis, Angelum Domini ad se missum vidit, qui in manu vitreum [g] Ordinationis Regum habebat librum. Quem cum vir venerandus de manu Angeli accepisset, ab eo jussus, legere cœpit. Qui cum, secundum quod ei in libro erat commendatum, Aidanum in Regem ordinare recusaret, quia magis Eoganamum [h] fratrem ejus diligeret; subito Angelus extendens manum, Sanctum percussit flagello, cujus livorosum in ejus latere vestigium omnibus suæ diebus vitæ permansit: hocque intulit verbum; Pro certo scias, inquiens, quia ad te a Deo missus sum cum vitreo libro, ut, juxta verba quæ in eo legisti, Aidanum in regnum ordines: quod si obsecundare huic nolueris jussioni, percutiam te iterato. Hic itaque Angelus Domini, cum per tres continuas noctes, eumdem in manu vitreum habens codicem, apparuisset, eademque Domini jussa, de Regis ejusdem Ordinatione, commendasset; Sanctus verbo obsecutus Domini, ad Ionam transmigravit insulam: ibidemque Aidanum iisdem adventantem diebus

Aidanum Regem ordinare per visum jussus,

g

h

ipse facere recusans, ab Angelo percutitur.

bus

AUCTORE ADAMN.

A bus, in Regem sicut erat jussus, ordinavit ; et inter Ordinationis verba, de filiis et nepotibus pronepotibusque ejus futura prophetizavit ; imponensque manum super caput ejus, Ordinans benedixit. Cummeneus *i* Albus in libro, quem de virtutibus S. Columbæ scripsit, sic dixit, quod S. Columba de Aidano et de posteris ejus, et de regno suo prophetare cœpit, dicens : Indubitanter crede o Aidane ; quoniam nullus adversariorum tuorum tibi poterit resistere, donec prius fraudolentiam agas in me et et in posteros meos. Propterea ergo tu filiis commenda, ut ipsi filiis et nepotibus et posteris suis commendent, ne per consilia mala eorum sceptrum regni hujus de manibus suis perdant : in quocumque enim tempore adversum me, aut adversus cognatos meos, qui sunt in Hibernia fecerint ; flagellum, quod causa tui ab Angelo sustinui, per manum Dei super eos in magnum flagitium vertetur, et cor virorum auferetur ab eis, et inimici eorum vehementer super eos confortabuntur. Hoc autem vaticinium *k*, temporibus nostris completum est, in bello Rath : Domnallo Brecco nepote Aidani, sine causa vastante provinciam Domnill nepotis Ainmerech ; et a die illa, usque hodie, adhuc in proclivo B sunt ab extraneis, quod suspiria doloris pectori incutit.

deque regno et posteris Aidani prophetat.

VI. 87 Alio in tempore, cum vir sanctus in Jona commoraretur insula, quidam de suis Monachis, Brito, bonis actibus intentus, molestia correptus corporis, ad extrema per luctus est. Quem cum vir venerandus in hora sui visitaret exitus, paulisper ad loctulum ejus assistens et ei benedicens, ocius domum egreditur, nolens videre morientem : qui eodem momento, post sancti de domo secessum viri, præsentem finivit vitam. Tum vir prædicabilis, in plateola sui deambulans monasterii, porrectis ad cœlum oculis, diutius valde obstupescens, admirabatur. Quidam vero Frater, Aidanus *l* nomine, filius Libir, bonæ indolis et religiosus homo, qui solus de Fratribus eadem adfuit hora, flexis genibus rogare cœpit, ut Sanctus eidem tantæ admirationis causam intimaret. Cui Sanctus : Nunc sanctos Angelos in aere contra adversarias potestates belligerare vidi ; Christoque agonethetæ gratias ago, quia victores Angeli animam hujus peregrini, qui primus apud nos in hac insula mortuus est, ad cœlestis patriæ gaudia evexerunt : sed, quæso, Sacramentum hoc nemini in vita mea reveles. VII. Alio in tempore, quidam Hiberniensis peregrinus ad Sanctum perveniens, per aliquot apud eum menses in Jona C commanebat insula. Cui vir beatus alia die ; Nunc, ait, quidam de provincialibus tuis Clericis, ad cœlum ab Angelis portatur, cujus adhuc ignoro nomen. Frater vero hoc audiens, cœpit secum de provincia perscrutari *m* Arteriorum, quæ Scotice Indairthir nuncupatur, et de illius Beati vocabulo ; hocque consequenter intulit verbum, inquiens : Alium scio Christi militonem, qui sibi in eodem territorio, in quo et ego commanebam, monasteriolum construxit, nomine Diernutium *n*. Cui Sanctus ait ; Ipse est, de quo dicis, qui nunc ab Angelo Dei in paradisum deductus est. Sed hoc etiam non negligenter annotandum est, quod idem vir venerabilis, multa sibi a Deo arcana, ab aliis celata, Sacramenta, nullo modo in hominum notitiam prodi passus sit ; duabus (ut ipse aliquando paucis intimaverat Fratribus) causis existentibus, hoc est, ut jactantiam devitaret, et ad semetipsum interrogandum insustentabiles turbas, de aliqua *o* interrogare volentes, divulgata revelationum fama, non invitaret.

Angelos videt pro anima defuncti contra dæmones pugnare

alium in cælum deduci :

88 Alia die vir sanctus, in Jona conversans insula, remotiorem ab hominibus locum aptumque ad orationem in saltibus quæsivit ; ibidemque cum orare cœpisset, subito, ut ipse postea intimaverat D Fratribus, videt e contra se tetram et nigerrimam VIII. dæmonum cum ferreis verubus aciem præliari ; qui, sicuti sancto viro per Spiritum revelatum erat, monasterium ejus invadere, et multos ex Fratribus iisdem volebant jugulare sudibus : Ipse vero unus homo contra tales æmulos innumeros accepta Pauli Apostoli armatura, forti conflictu dimicabat : et ita ex majore diei parte utrimque dimicatum est ; nec innumerabiles unum vincere poterant, nec eos unus de sua valebat insula repellere ; donec Angeli Dei, ut Sanctus post quibusdam non multis retulerat, in adminiculum adfuere ; quorum timore perturbati dæmones, loco cessere. Eademque die Sanctus ad monasterium post dæmoniorum reversus de sua insula effugationem, hoc de eisdem turmis hostilibus verbum profatur, inquiens : Illi exitiabiles æmuli, qui hoc die de hujus terrulæ Deo propitio regione, Angelis nobis subvenientibus, ad Ethicam effugati sunt terram ; ibidem sævi invasores, Fratrum monasteria invadent, et pestilentes inferent morbos, quorum molestia infecti multi morientur : quod iisdem diebus juxta beati viri præscientiam ita et factum est. Et post, interveniente biduo, ei revelante Spiritu ; Bene, ait, Baitheneus auxiliante Deo dispensavit, ut ejusdem E ecclesiæ collectio, cui Deo auctore præest in Campolunge, jejuniis et orationibus a dæmonum defendatur invasione : ubi nemo, excepto uno qui mortuus est, hac vice morietur. Quod ita, juxta vaticinium ejus, expletum est. Nam cum multi in cæteris ejusdem insulæ monasteriis eodem morbo morerentur ; nemo, nisi unus de quo Sanctus dixit, apud Baitheneum in sua mortuus est congregatione.

Dæmones monasterium invadentes fugat,

qui alibi causant morbos,

sed oratione et jejunio superantur

IX 89 Quidam faber ferrarius in mediterranea Scotiæ habitabat parte, eleemosynarum operibus satis intentus, justitiæ actibus plenus. Hic cum ad extrema in bona senectute perduceretur, supra cognominatus Coilriginus, eadem hora ; qua de corpore eductus est, S. Columba in Jona commanens insula, paucis quibusdam se circumstantibus sic profatur senioribus *p* : Columb Coilriginus, ait, faber ferrarius, non incassum laboravit ; qui de propria manuum laboratione suarum, præmia, emax, felix, comparavit *q* æterna : ecce enim nunc anima ejus a Sanctis vehitur Angelis ad cœlestis patriæ gaudia : nam quodcumque de suæ artis negotiatione acquirere potuit, in egenorum eleemosyna expendit. X Alio in tempore vir sanctus, in Jona conversans insula, quadam die subito oculos ad cœlum dirigens, hæc profatus est verba : Felix mulier ! felix bene morata ! cujus animam nunc Angeli ad paradisum F evehunt. Erat autem quidam religiosus Frater *r*, Genereus nomine, Saxo pictor, opus pictorium exercens, qui hoc audiverat verbum ex ore Sancti prolatum : eademque die mensis, eodem terminato anno, Sanctus eodem Genereo Saxoni ; Miram rem video, ait : Ecce mulier, de qua te præsente præterito dixeram anno, nunc mariti sui, religiosi cujusdam plebeii, in aere obviat animæ, et cum sanctis Angelis contra æmulas pro ea belligerat potestates ; quorum adminiculo, ejusdem homuncionis justitia suffragante, a dæmonum belligerationibus erepta, ad æternæ refrigerationis locum anima ipsius est perducta.

Eleemosynis addictum

videt in cælum deferri

item uxoris animam a marito præmortuo deduci

XI. 90 Alia itidem die, dum vir venerandus in Jona conversaretur insula, mane primo suum advocat sæpe memoratum ministratorem, Diermit um nomine ; eique præcipit, inquiens : Sacra celeriter Eucharistiæ ministeria præparentur : hodie enim natalis B. Brendini dies est. Quare, ait minister, talia Missarum solennia hodierna præparari præcipis ? nullus enim ad nos de Scotia sancti illius viri obitus

festum celebrari jubet B. Brendini,

A obitus pervenit nuntius. Vade, tum ait Sanctus, meæ obsecundare jussioni debes. Hac enim nocte præterita, vidi subito apertum cœlum, Angelorumque choros S. Brendini animæ obvios descendere, quorum luminosa et incomparabili claritudine totus eadem hora illustratus est mundi orbis. * Quadam itidem die, dum Fratres se calceantes mane ad diversa monasterii opera ire præpararent, Sanctus e contra ea die otiari præcipit, sacræque oblationis obsequia præparari, et aliquam quasi in Dominica prandioli adjectionem fieri; Meque, ait, hodie, quamlibet indignus sim, ob venerationem illius animæ, quæ hac nocte inter sanctos Angelorum choros vecta, ultra siderea cœlorum spatia ad paradisum ascendit, sacra oportet Eucharistiæ celebrare mysteria. Et his dictis Fratres obsequuntur, et juxta Sancti jussionem eadem otiantur die: præparatisque sacris ad ecclesiam ministeriis, quasi die solenni Sabbati, cum Sancto pergunt. Sed forte dum inter talia cum modulatione officia, illa consueta decantaretur deprecatio, in qua S. Martini commemoratur nomen; subito Sanctus ad cantores, ejus onomatis ad locum pervenientes; Hodie, B ait, pro S. Columbano *s* Episcopo decantare debetis. Tunc omnes qui inerant Fratres intellexere, quod Columbanus Episcopus Lageniensis, charus Columbæ amicus, ad Dominum emigraverit. Et post alicujus temporis intervallum, aliqui de Lagenica commeantes provincia, ea nocte eumdem obiisse nuntiant Episcopum, qua Sancto ita revelatum est.

quem viderat in cœlum ascendentem,

s

et pro S. Columbano Lageniensi

XIII. *Sanctos, contra dæmones pro animabus pugnantes,*

t

u

oratione adjuvat;

91 Alio in tempore vir venerandus, cum in Jona conversaretur insula, quadam subitatione incitatus, signo personante collectis Fratribus; Nunc, ait, oratione monachis Abbatis Comgelli auxiliemur, hac in hora in stagno demersis Vituli *t*. Ecce enim hoc momento in aere contra adversarias belligerant *u* potestates, animam alicujus hospitis simul cum eis demersi eripere conantes. Tum post lacrymosam et intentam orationem, cito ante altarium surgens inter Fratres, pariter in prostratos lætificato vultu; Christo, ait, gratias agite: nunc enim sancti Angeli, sanctis obviantes animabus, et ipsum hospitem ereptum a dæmonum belligerationibus, quasi victoriales liberarunt belligeratores. Alio in tempore vir beatus, ultra Britanniæ dorsum iter agens, secus Nisæ fluminis lacum, subito inspiratus Spiritu sancto, ad Fratres pariter commeantes; Properemus, ait, obviam sanctis Angelis, qui de summis C cœli regionibus, ad perferendam alicujus Gentilis animam emissi, nos illuc usque pervenientes expectant; ut ipsum, naturale bonum per totam vitam usque ad extremam senectutem conservantem, priusquam moriatur, opportune baptizemus. Et hæc dicens sanctus senex, in quantum potuit, comites festinus præcedebat; donec in illum devenit agrum, qui Airchart-dan nuncupatur: ibidemque quidam repertus senex, Emchatus nomine, audiens a Sancto verbum Dei prædicatum, et credens, baptizatus est: et continuo, lætus et securus, cum Angelis obviantibus ei ad Dominum emigravit: sed et filius ejus Virolecus, credens cum tota domo, est baptizatus.

XIV. *in fide instruit et ante mortem baptizat.*

ANNOTATA F. B.

a *De* Cruithnechano *fusius agit Colganus 7 Martii; nihil tamen habet, quo cultum probet; uti et nos inter Prætermissos ibidem.*

b *De hac Synodo diximus in Commentario Prævio num.* 38.

c Brendanus *obiit* 29 *Decembris, quo die de illo agendum erit, saltem inter Prætermissos: ejus animam ab Angelis in cœlum deduci vidit S. Columba, et festum ejus celebrari jussit (ut dicitur infra) num.* 90. D

d *Hujus monasterii nihil reperio præter nomen.*

AUCTORE ADAMN.

e *Legendum forte* Geseilde, *ut locus hic sit ille Lageniæ* Garsille, *et priscis* Maghesilde *appelatus, et postea monasterium ejusdem nominis: ita Colganus.*

f *Duodecim commilitonum seu sociorum nomina, in antiquo Bibliothecæ Cottonianæ codice ita consignata reperit Usserus, et recenset.* Hæc sunt duodecim virorum nomina, qui cum S. Columba de Scotia, primo ejus transitu, ad Britanniam transnavigaverunt. Duo filii Brendin; Baithen, qui et Comin, sancti successor Columbæ: Dermitius, ejus ministrator; Rus et Fethuo, Duo filii Rodani; Schandal filius Bresail, filii Endei, filii Neil Luguid; Mocutheimne; Echoid Thorannu-Mocusir; Cetea Cairnaan, filius Branduib, filii Meilgi-Grillaan. *Aliter eos recenset Hector Boetius:* Venere, *inquit,* cum eo *(Columba)* in Albionem viri duodecim, Christi dogmate insigniter imbuti, sed magis longe sanctissimis decorati moribus; Bathenus et Cominus, qui post Columbæ exitum Monachorum claustris præfecti, inter Scotos haud mediocre Christi Ecclesiæ decus attulere; Cithracus et Ethernanus, Columbæ nepotes ex fratre, Christi Sacerdos uterque; Domitius, E Ruthius et Fethuo, haud parum natalium amplitudine, sed magis longe religione honestati: Scandalaus, Eoglodius, Totaneus, Monteferus, et Gallanus. Hi viri, Columba in Hiberniam transmittente, sedem statuentes in Jona insula etc. *His addidit Joannes Fordonus* Constantinum, Cornubiensium quondam Regem. Contemporaneus, *inquit,* fuit S. Columbæ S. Constantinus Rex Cornubiæ; qui relicto regno terreno, Regi cœlesti militare cœpit; et cum S. Columba ad Scotiam pervenit, et fidem Scotis prædicavit et Pictis: monasterium Fratrum in Govane instituit juxta Cludum; quibus ipse Abbas præfuit: totam terram de Kentyre convertit, ubi ipse Martyr pro fide occubuit; et in suo monasterio sepelitionem accepit. *Quæ omnia suo tempore erunt examinanda.*

g *Nam attonitus hæres lector, dum* vitreum *invenis* librum? *Sic igitur, si placet intellige; ut quemadmodum libros, quorum in sacris usus est, in extremis tabulis auro, argento, aut gemmis ornare solemus; ita hic liber vitris, gemmarum instar perpolitis pictisque, concinno quodam ordine fuerit adornatus: vel si malis, per librum tabellam unam vitream intellige, cui depictis litteris inscripta erat oratio, in Benedictione Regis pronuntianda. Sane vitrum tum temporis in pretio* F *fuisse apud Hibernos, patet ex vita S. Molassii apud Colganum in Appendice 2 ad Vitam S. Columbæ num.* 41, *ubi dicitur S. Baithenus, raptus in extasim, vidisse in cælo tres sedes, tribus præparatas Sanctis, auream, argenteam, et vitream; quæ Sancto huic Columbæ servabatur, ut præcipuo, quamvis Sanctus ex humilitate sibi eam dicat distinatam, tamquam fragili et mortali.*

h Logenanum *habet MS. Windbergense;* Toganum *videtur in Augiensi legisse Colganus, qui nihilominus putat* Eogannum *legendum; antiquis Scotis usitatum nomen, quod nunc* Eugenium *diceremus.*

i *De* Cummeo Albo, *et Vita S. Columbæ per eum scripta, egimus in Commentario priori, numero* 16 *et* 17.

k *Colganus, in librum* 3 *Nota* 8 *et* 9, *existimat, prophetiam hanc impletam anno* 634, *quo prælium commissum est in campo Rath, per Comgallium claon Regem Ultoniæ, contra Domnaldum nepotem Anmirechi: in eo cum amisso suo exercitu, Comgallius ipse cecidit. Mihi vero non satis explicat, quomodo in hoc prælio Domnaldus Brecus, nepos Aidani, cladem passus fuerit, ut requirit prophetia; nisi Comgallius iste dicatur Archistrategus Domnaldi, nepotis Aidani,*

fuisse

AUCTORE ADAMN.

A *fuisse, aut saltem hujus copiæ fuerint inter auxiliares transmarinas; siquidem dicitur Comgallus primum acie victus fuisse et captus a Domnaldo ac relegatus in Albaniam; indidem ex Albanensibus, Pictis, Saxonibus collecto exercitu, in Hiberniam reversus esse, et post iteratam cladem a Domnaldo occisus. Ainmirech vero, alterius Domnaldi avus, erat S. Columbæ patruelis.*

l *Ex viginti septem Sanctis* Aidanis, *non reperit ullum Colganus, qui sit filius Liberii; tandemque opinatur, hunc eumdem esse* S. Aidanum Episcopum, *cujus acta et miracula narrat venerabilis Beda lib. 3 cap. 17. Ego vero nihil miri video, si præter viginti septem Sanctos Aidanos unus reperiatur pius, sed non Sanctis annumeratus: magis mirarer silentium Adamnani, si hic de celebri illo Aidano ageret, et hoc tamen ne verbo quidem indicaret.*

m *Provincia* Artheriorum, *est regio Orientalis Ultoniæ, in diœcesi Ardmachana: quæ, ratione situs versus Orientem,* Airther, *id est Orientalis regio appellatur: unde populi illius, sicut ab Adamnano hic* Arterii, *ita et in Actis S. Patricii, nunc Orientales, nunc Artherii vocantur: ita Colganus.*

n *Videtur autem eidem Colgano esse* S. Diermitius, *qui colitur 16 Januarii juxta Tamlactense Martyrol. aliosque; vel alius* Diermitius, *qui colitur 13 Octobris juxta eosdem: rationem opinionis non addit, forsitan et ab aliis diversus est.*

B

o *MS. Windbergense habet,* de se aliqua interrogare volentes: *forsitan rectius legeretur,* de re aliqua.

p *Hunc* Columbanum Colrigi *filium colit, existimat Colganus, juxta Tamlactense aliosque, 7 Junii.*

q *Windbergense,* comparavit æternæ.

r Genereum *nullum reperit in Hibernicis Martyrologiis Colganus; unde conjicit,* Guereum, *qui 25 Januarii; vel* Guerenum *seu* Guerienum *legendum, qui 27 Julii colitur: ego de iis, ut sæpius, non operose laborandum judico.*

s *Colganus ad Vitam 1 S. Columbæ num. 10, contra Dempsterum, probat hujus S. Columbani Episcopatum Lageniensem, deinde cultum ecclesiasticum: nos de eodem agemus in Supplemento ad 15 Maji, quo colitur.*

t Stagnum vituli *est lacus, ita nominatus juxta Dunum Ultoniæ civitatem, inquit Colganus hic, remittens nos ad vitam S. Comgelli, 10 Maji suo edendam: quod utinam fiat.*

u *Mirabitur forsan lector, ubi legerit hic et num. 88 pugnas istas Sanctorum contra dæmones: nihil tamen incongrui video, si intelligantur non pugnasse viribus et lacertis, quibus prævalere non poterant; sed fervidis orationibus, piis lacrymis, et sacris exorcismis. Odonellus in vita S. Columbæ, de qua egimus in Comm. prævio num. 14, affert hoc in genere mirabilia multa, quæ cuperem idoneo teste probari. Juverit tamen hic meminisse quæ Aimoinus scripsit de anima Dagoberti Regis Francorum defuncti lib. 4 cap. 34 in hæc verba :* Ceterum eo tempore quo terminum sortitus est vitæ *Dagobertus*, quidam illustris, Ansoaldus nomine, Defensor Pictavensis Ecclesiæ, partes peragrabat Siciliæ: qui dum evectu reverteretur navali, appulit ad quamdam brevem insulam, præsentia ac meritis cujusdam Solitarii, qui Joannes dicebatur, redimitam. A quo, dum de salute animæ cum eo sermocinaretur, interrogatus, utrum Dagobertum Regem cognovisset, illeque se eum optime nosse respondisset : rursum a sene rogatus, mores vitamque Regis exposuit. Cui senex : Cum, ait, multa vigiliarum ac jejuniorum simulque senectutis fatigatione depressus, paululum membra sopori dedissem : adstitit mihi quidam venerandi decorus canitie, monens ut propere surgerem, et pro Dagoberti Regis anima, quæ eadem a corpore exierat hora, Domini exorarem clementiam. Quod cum facere maturato curassem; apparuerunt subito haud procul in pelago deformes truculenta facie dæmones, vinctum Regem Dagobertum per spatia maris agitantes, inflictisque insuper verberibus ad vulcania loca trahentes. Qui distentus cruciatibus, inter agitationes et verbera, quorumdam Sanctorum audiebatur postulare suffragia. Cum repente aperto cœlo, inter fulmina, in fluctus cum fragore ruentia, visi sunt descendisse viri, decore nitentes mirabili. Requirere cœpi ab eis, qui essent. Qui dixerunt se esse illos, quos Dagobertus ad suum vocaverat auxilium; Dionysium videlicet ac Mauritium Martyres, nec non Martinum Confessorem. Hi ereptam dæmonibus animam secum ad æthera levaverunt, canentes hunc Psalmum; Beatus quem elegisti et assumpsisti, Domine; habitabit in atriis tuis. Hæc vir ille venerabilis Joannes Ansoaldo retulit se vidisse : quæ ille in Gallias reversus, sancto Audoeno narravit : qui ea, in una conscripta chartula, posteris reliquit in ordinem historiæ digerenda.

C D

CAPUT II.

E

Angelis colloquitur, cælesti luce orans circumdatur.

XV. *In auxilium labentis mittit angelum* a

Alio in tempore Sanctus, dum in tuguriolo suo scribens sederet, subito ejus mutata facies, et hanc puro de pectore promit vocem, dicens : Auxiliare : auxiliare. Duo vero Fratres, ad januam stantes, videlicet *a* Colga filius Cellachi et Lugneus Mocublai, causam talis subitæ interrogant vocis. Quibus vir venerabilis hoc dedit responsum, inquiens : Angelo Domini, qui nunc inter vos stabat, jussi, ut alicui ex Fratribus, tam cito subveniret, de summo culmine magnæ domus lapso, quæ his diebus in Roboreti-campo fabricatur. Hoc quoque consequenter Sanctus intulit; Tamen, inquiens, valde admirabilis et pene ineffabilis est Angelici volatus pernicitas, fulgureæ ut æstimo celeritati paribilis. Nam ille Cælicola, qui hinc a nobis nunc, illo viro labi incipiente, avolavit; quasi in ictu oculi, priusquam terram tangeret subveniens, eum sublevavit : nec ullam fracturam aut læsuram ille qui cecidit sentire potuit. Quam stupenda, inquam, hæc velocissima et opportuna subventio! quæ dicto citius, tantis maris et terræ interjacentibus spatiis, tam celerrime effici potuit.

93 Alio itidem in tempore, quadam die vir beatus in Jona commorans insula, Fratribus congregatis cum ingenti animadversione denuntiavit, ad eos dicens : Hodie in occidentalem nostræ campulum insulæ solus exire cupio : nemo itaque ex vobis me sequatur. Quibus obsecundantibus, solus quidem ut voluit egreditur; sed Frater quidam callidus explorator, alia means via, in cujusdam monticelli cacumine, qui eidem supereminet campulo, se occulte conlatebat; videlicet causam illius solitariæ beati egressionis viri explorare cupiens. Quem cum idem explorator de monticelli vertice, in quodam illius campuli colliculo stantem, et expansis ad cœlum manibus orantem, oculosque ad cœlum elevantem conspiceret; mirum dictu! ecce subito res miranda apparuit : quam idem sæpe memoratus homo, ut æstimo non sine permissu Dei, de monticelli loco propriis oculis etiam corporalibus aspexerat, ut nomen Sancti et honorificentia, quamvis ipso nolente, ob hanc manifestam visionem postea magis in populis divulgaretur. Nam sancti Angeli, cœlestis patriæ cives, mira advolantes subitatione, sanctum virum orantem circumstare cœperunt, albatis induti vestibus; et post aliquam cum beato sermocinationem viro, illa cœlestis caterva, quasi se exploratam sentiens,

F

XVI. *Noctu sub dio orantem*

apparent Angeli

A sentiens, ad summa citius repedavit cœlorum. Beatus et ipse vir, post Angelicum condictum, reversus ad monasterium; iterum collectis Fratribus, cum quadam non mediocri objurgatione inquirit, quis de illis esset transgressionis obnoxius? Quibus consequenter se nescire protestantibus, iste conscius sui inexcusabilis transgressus, ultra non sustinens delictum celare suum, flexis genibus in medio Fratrum choro, coram Sancto veniam supplex precatur. Quem Sanctus seorsum ducens, ingeniculanti grandi commendat comminatione, ut nulli hominum de illa Angelica visione in diebus ejusdem beati viri aliquid, etiam parvum, occultum aperiret : post egressum vero de corpore sancti viri, illam cœlestis cœtus apparitionem Fratribus cum grandi intimavit protestatione. Unde hodieque et locus illius Angelici condicti, rem in eo gestam suo proprio protestatur vocabulo; qui Latine potest dici Colliculus Angelorum, Scotice Cnoc-Angel. Hinc itaque animadvertendum est, et non negligenter perscrutandum; quantæ et quales ad beatum virum, in hiemalibus *b* orantem, Angelicæ fuerunt et suaves frequentationes, quæ nullo modo venire in hominum

ast ipse tanti favoris conscio silentium imperat.

b

B notitiam potuere : quæ procul dubio numerosæ fuerunt. Si etiam quædam ex ipsis quoquo modo ab hominibus, vel in die vel noctu, explorari potuerunt; sunt absque dubitatione paucæ admodum, ad earum comparationem Angelicarum frequentationum, quæ videlicet a nemine sciri potuerunt. Hoc idem similiter de quibusdam luminosis manifestationibus, quæ a paucis exploratæ, inferius tractabuntur.

XVII 94 Alio in tempore, ad sanctum visitandum Columbam monasteriorum quatuor sancti Fundatores, de Scotia transmeantes, in Hinba eum invenerunt insula; quorum illustrium vocabula *c*, Comgellus Mocu-Aridi, Cainechus Mocu-dalon, Brendenus Mocu-Alti, Cormac nepos Liethain. Hi uno eodemque consensu elegerunt, ut S. Columba coram ipsis in ecclesia sacra Eucharistiæ consecraret mysteria. Qui eorum obsecundans jussioni, simul cum eis die Dominica ex more, post Evangelii lectionem ecclesiam ingreditur : ibidemque, dum Missarum solemnia celebrarentur, sanctus Brendenus Mocu Alti, sicut post Comgello et Cainnecho intimavit, quemdam criniosum *d* igneum globum, et valde luminosum de vertice S. Columbæ ante altare stantis, et sacram oblationem consecrantis, tam diu ardentem, et instar alicujus columnæ sursum ascendentem vidit, donec eadem perficerentur sacrosancta mysteria. *

c

Coram 4 Sanctis,

supra celebrantis caput

d

apparet globus igneus.

C

XVIII Alio in tempore, cum sanctus vir in Hinbæ commaneret insula, gratia sancti spiraminis, super eum abunde et incomparabiliter effusa, per triduum mirabiliter mansit : ita ut per tres dies totidemque noctes, intra obseratam et repletam cœlesti claritudine domum manens, nullum ad se accedere permitteret, neque manducans neque bibens : de qua videlicet domo, immensæ claritatis radii, per rimulas valvarum et clavium foramina erumpentes, noctu visebantur. Carmina quoque quædam spiritualia, et ante inaudita decantari ab eo audiebantur. Sed et multa quædam, ut ipse post coram paucis admodum professus, occulta ab exordio mundi arcana aperte manifestata videbat : Scripturarum quoque sacrarum obscura quæque, et difficillima, plana ac luce clarius aperta, mundissimi cordis oculis patebant : Baitheneumque alumnum non adesse querebatur; qui si forte adesset illo in triduo, vel de præteritis, vel de futuris deinceps seculis, ab ore viri beati plurima, ab aliis ignorata hominibus, mysteria describeret, aliquantas quoque sacrorum explanationes voluminum. Qui tamen Baitheneus in Egea insula venti contrarietate detentus, usque quo

Per triduum in extasim rapto,

inter cœlestes splendores cantusque Angelicos,

abscondita revelantur mysteria

D illi trinales illius incomparabilis et honorificæ visitationis dies et totidem noctes terminarentur, adesse non potuit.

XIX 95 Quadam hiemali nocte supra memoratus *e* Virgnous, in Dei amore serviens, ecclesiam orationis studio aliis quiescentibus solus intrat; ibidemque in quadam exedra, quæ oratorii adhærebat parieti, devotus orabat. Et post aliquantum quasi horæ intervallum unius, vir venerandus Columba eamdem sacram ingreditur domum; simulque cum eo aurea lux, de summa cœli altitudine descendens, totum illud ecclesiæ spatium replens. Sed et illius exedriolæ separatum conclave, ubi se Virgnous, in quantum potuit, latitare conabatur; ejusdem cœlestis claritas luminis, per interiorem illius cubiculi januam, quæ ex minori patebat parte, erumpens, non sine aliquo formidabili repleverat terrore. Et sicut nullus æstivum et meridianum solem rectis et irreverberatis potest intueri oculis; sic et illam cœlestem claritudinem ille Virgnous, qui viderat, sustinere nullo poterat modo : quia valde oculorum reverberabat aciem illa luminosa et incomparabilis effusio. Quo fulminali et formidabili splendore viso, in tantum idem supra memoratus Frater exterritus erat, ut nulla in eo virtus remaneret. Sanctus vero Columba, post non prolixam orationem, egreditur ecclesiam; Virgnoumque, valde timoratum, ad se crastina advocat die, hisque brevibus compellat consolatoriis verbis : Bene, o filiole, ingeminans, hac præterita nocte in conspectu Dei placuisti, oculos deprimendo, claritatis timore perterritus ejus : nam si non ita fecisses, illa inæstimabili obcæcarentur tui luce visa oculi : sed hoc non negligenter observare debebis, ut talem hanc lucis manifestationem nemini unquam in mea denudes vita. Hæc itaque perdifficilis et admirabilis res, post beati viri transitum, multis eodem Virgnoo narrante innotuit : cujus scilicet Virgnoi sororis filius Commanus *f*, honorabilis Presbyter, mihi Adamnano de hac supra tractata visione, aliquando sub testificatione enarraverat : qui eam enarratam ab ore ipsius Virgnoi, Abbatis et avunculi sui, ab eo in quantum potuit visam, audierat.

e

Lux cœlestis super orantem descendit,

... pene exanimato ...

h ... formidolosa

f

XX 96 Alia itidem nocte quidam de Fratribus, Colgius *g* nomine, filius Aid Draigniche, de nepotibus Fechreg, cujus in primo fecimus mentionem, casu ad januas ecclesiæ aliis dormientibus devenit, ibidemque aliquamdiu stans orabat. Tum proinde subito totam videt ecclesiam cœlesti luce repleri, quæ scilicet fulguralis lux dicto citius ab ejus recessit oculis. (Sanctum vero Columbam hora eadem intra ecclesiam orantem ignorabat). post quemdem subitam luminis apparitionem valde pertimescens, domum revertitur. Postera die Sanctus illum advocans, asperius objurgavit, inquiens : De cetero præcavere debes, ne quasi explorator, cœleste lumen, quod tibi non est donatum inspicere coneris, quia te effugiet; et ne alicui in meis diebus, quod vidisti enarres. *

g

Alium cœlestis luminis spectatorem

corripit et silere jubet.

XXI Alio itidem in tempore, vir beatus cuidam suo sapientiam discenti alumno, nomine Berchano, cujus cognomentum Mesloen, non mediocriter indignatus, quadam den intimavit die, inquiens : Caveto, Fili, ne hac sequenti nocte, juxta tuam semper consuetudinem, ad meum appropinques hospitiolum. Qui hæc audiens, contra interdictum, ad domum beati viri, in noctis silentio, aliis quiescentibus, accessit : callideque explorans, oculos e regione ad clavium foramina posuit; æstimans scilicet, ut res probavit, aliquam intus cœlestem visionem Sancto manifestari. Nam eadem hora beati viri hospitiolum, cœlestis splendore claritudinis erat repletum : quam non sustinens intueri transgressor juvenis, illico aufugit. Quem die crastina Sanctus seorsum ducens, cum magna

Item alium sui exploratorem,

Auctore Adam. A magna severitate objurgans, hæc ad eum profatur verba, dicens : Hac in nocte, fili, coram Deo peccasti : nam tuæ infidialis explorationem calliditatis, a Spiritu sancto celari vel abscondi posse inaniter putasti. Nonne ad mei ostium hospitioli te in illa appropinquantem, et inde redeuntem vidi; et nisi ego eodem momento orarem, ibidem ante januam aut cadens morereris; aut tui de suis foraminibus oculi eruerentur? Sed tibi hac vice propter me Dominus pepercit : et hoc scito, quod in tua Hibernali patria luxuriose vivens, exprobrationem facies tua omnibus patietur diebus vitæ tuæ. Hoc tamen a Domino orans impetravi, ut, quia noster sis alumnus, lacrymosam ante exitum agas pœnitudinem, et a Dei misericordiam consequaris. Quæ omnia, secundum verbum beati viri, ita ei postea contigerunt, sicut de eo prophetata sunt. *et tristia quædam ei prædicit.*

ANNOTATA F. B.

a *Remittit hic lectorem Colganus ad Vitam* S. Colgæ, *vel* Colgani, *filii Kellachi, ut relatam a se 2 Feb. pag.* 281 *: scribere voluit 20 Feb. pag.* 381 *quem locum consule, fere hunc Vitæ initium. Deinde tres Sanctos* Lugneos *idem Colganus profert ; sed non dicit, an is de quo hic agitur, unus ex illis sit : quin et priorem, quem coli affirmat in ecclesia de Kill-tarsua 20 Januarii, ipse Colganus eo die prætermisit.* B

b *Solebant Sancti, Britanni præsertim et Hiberni, frigoris asperitate domare corpus ; ideoque orationi se sæpius dabant noctu, in locis nive et glacie rigentibus, etiam aquis collo tenus quandoque immersi, cujus rei Beda exemplum profert lib. 5 cap. 13 in fine. Aliud habemus in Vita S. Godrici Eremitæ 21 Maji, cap. 2, et alibi. Simile quid hic existimo per* το Hiemalibus *significari.*

c *De his tribus Sanctis Abbatibus fusius acturum se promittit Colganus ; de sancto quidem* Comgello, 10 *Maji ; de* S. Cainecho, 11 *Octobris, de S.* Cormaco, 21 *Junii. Exspectabimus itaque libros ejus editos.*

d *Id est tenues radios, scintillas seu splendores instar pilorum emittentem, eo modo quo dicitur cometes crinitus.*

e Supra memoratus, *nempe in titulo Capitis ubi Adamnanus se loquitur* : De Angelicæ lucis claritudine, quam Virgnous bonæ indolis juvenis, qui postea Deo auctore huic præfuit ecclesiæ, super S. Columbam in ecclesia, Fratribus hiemali nocte in cubiculis quiescentibus, descendere viderat : cui ego, indignus licet, deservio. *De* Virgnoo, *ut Sancto, pluribus agit Colganus 2 Martii, et* Fergnam *vocat : nos eodem die illum inter Prætermissos referimus, dubii tamen, an idem sit* Virgnous *et* Fergna. C

f Commanum *hunc sanctis Confessoribus annumerat Colganus* 18 *Martii, quamvis fateatur, nihil de cultu ejus ecclesiastico sibi esse compertum. Ibidem etiam asserit, Fratres ejus fuisse SS. Cummeneum, cognomine Album, et Becanum Anachoretam. Fides hujus asserti sit penes auctorem Hagiologii Genealogici. Nos de eodem* Commano *inter Prætermissos egimus ; sed* Cammanum *vocamus ; quamvis Marianus* Cammanum *et* Commanum *habeat, tamquam duos.*

g *De hoc* Colgio *seu Colgano reperies factam mentionem in vita S. Columbæ num.* 17. *Sanctis eum annumerat Colganus* 20 *Februarii, et Abbatem facit de Kill Colgan in Connacia. Præpositum alicui ecclesiæ fuisse, constat ex priori de eo S. Columbæ prophetia ; sed an hujus monasterii Abbas fuerit, nihil probat, præter nomen Cella Colgani : quo verosimile fieret, eum non solum Abbatem Cellæ-Colgani, sed primum fundatorem aut institutorem fuisse : quandoquidem monasteria, præsertim in Hibernia, a primo institutore suo solerent nomen accipere. Si plura cupis, etiam de familia ejus* Fiachreg, *vide Colganum* 20 *Februarii,* D *in Notis ad vitam hujus Sancti. Actum a nobis est de eodem aliisque Colganis inter Prætermissos ad istum diem.*

CAPUT III.

Mors Sancto divinitus revelata, et pie obita.

Alio in tempore, cum vir beatus in Jona commaneret insula, quadam die sancta facies ejus subita, mirifica et lætifica hilaritate effloruit; oculosque ad cœlum elevans, incomparabili repletus gaudio, valde lætificabatur : tum post modicum alicujus momentuli intervallum, illa sapida et suavis lætificatio in mœstam convertitur tristificationem. Duo vero viri, qui eadem hora ejus tugurioli ad januam stabant, quod in eminentiori loco erat fabricatum, et ipsi valde cum eo tristificati, quorum unus erat Lugneus Mocublai ; alter vero Pilu nuncupabatur, Saxo, causam ipsius subitæ lætationis inquirunt, et illius subsequentis mœstitiæ. Ad quos Sanctus sic profatur : Ite in pace, nec illius lætationis causam, nec etiam tristificationis a me nunc inquiratis manifestari. Quo audito illacrymati, ingeniculantes prostratis in terra vultibus, suppliciter rogant, scire volentes aliquid de illa re, quæ hora eadem erat revelata. Quos valde tristificatos videns ; Quia vos, ait, amo, tristificare nolo : promittere prius debetis, ne ulli hominum sacramentum, quod inquiritis, in vita mea prodatis. Qui continuo, secundum ejus commendationem, prompte promiserunt ; et post talem promissionem vir venerandus sic ad eos prolocuitur : Usque in hunc, inquiens, præsentem diem, meæ in Britannia peregrinationis ter deni completi sunt anni. Interea multis ante diebus a Domino meo devote postulavi, ut in fine tricesimi hujus præsentis anni, me de meo absolveret incolatu, et ad cœlestem patriam illico advocaret. Et hæc fuit mei causa lætaminis, de qua vos mœsti interrogatis. Angelos enim sanctos de excelso vidi missos throno, ad meam de carne animam obviam educendam. Sed ecce nunc subito retardati, ultra nostræ fretum insulæ stant in rupe, scil cet volentes, ad me de corpore avocandum, appropinquare ; sed propius accedere non permittuntur, mox ad cœlorum summa repedaturi ; quia Dominus, quod mihi totis viribus roganti donavit, ut in hac die ad ipsum de mundo transirem, multarum magis Ecclesiarum pro me orationes audiens, dicto citius immutavit : quibus scilicet Ecclesiis exorantibus, sic a Domino donatum est, ut, quamlibet contra meam voluntatem, quatuor ab hac die mihi in carne manenti superaddantur anni. Hæc talis mihi mœsta retardatio hodiernæ tristificationis non immerito causa fuit. Quibus videlicet quatuor futuris Deo propitio terminatis in hac vita annis, subita emigratione, nulla præcedente corporis molestia, cum sanctis mihi obviaturis illo in tempore Angelis, ad Dominum lætus emigrabo. Secundum hæc verba vir venerabilis (quæ non sine magno gemitu et mœrore, ut traditur, nec non et ingenti lacrymabilitate prolocutus est) quatuor postea annis in carne mansit.

XXII. Causam subitæ tristitiæ *interrogatus a discipulis,* E *fatetur sibi vitam ad quatuor annos prolongatam,* F

98 Annorum quatuor supra memoratorum termino jam appropinquante, post quorum completionem, finem præsentis veridicus præsagator sibi futurum fore, multo ante præsciebat tempore. Quadam die mense Majo, sicut in priore secundo scripsimus libro, ad visitandos operarios Fratres sanctus senex senio fessus, plaustro vectus pergit. Ad quos in occidua insulæ Jonæ laborantes parte, sic ea die exorsus est loqui, dicens : In Paschali solennitate, nuper

XXIII. quibus transactis mortem sibi instare prædicit,

A nuper Aprili peracta mense, desiderio desideravi ad Christum Dominum, sicut et mihi ab eo concessum erat, si maluissem emigrare : sed ne vobis lætitiæ festivitas in tristitiam verteretur, diem meæ de mundo emigrationis paulo diutius protelari malui. His ab eo mæstis *a* Monachi familiares auditis dictis, valde interim tristificati sunt : quos, in quantum poterat, verbis cœpit consolatoriis lætificare. Quibus finitis, ut erat in vehiculo sedens, ad Orientem suam convertens faciem, insulam cum insulanis benedixit habitatoribus : ex qua die *b* (ut in suprememorato tractatum *c* est libello) viperarum venena trisulcarum linguarum, usque in hodiernum diem, nullo modo aut homini aut pecori nocere potuere. Post ejusdem benedictionis verba, Sanctus ad suum revertitur monasterium. Tum proinde paucis diebus transactis, dum Missarum solennia ex more Dominica celebrarentur die ; subito sursum elevatis oculis, facies venerabilis viri florido respersa rubore videtur, quia sicut scriptum est ; Corde lætante vultus floret. Eadem namque hora, Angelum Domini supravolitantem solus vidit, intra ipsius oratorii parietes : et quia sanctorum Angelorum amabilis et tranquillus aspectus gaudium et exultationem electorum pectoribus infundit, hæc fuit illius subitæ causa lætitiæ beato infusa viro. De qua scilicet B causa insperatæ lætationis, cum qui inerant ibidem præsentes inquirerent, hoc eis Sanctus responsum, sursum respiciens, dedit : Mira et incomparabilis Angelicæ subtilitas naturæ! Ecce enim Angelus Domini ad repetendum aliquod Deo carum missus est depositum ; et desuper intra ecclesiam aspiciens et benedicens, rursum per parusticiam *d* ecclesiæ reversus, nulla talis vestigia exitus reliquit. Hæc Sanctus. Sed tamen de qualitate illius depositi, ad quod missus est Angelus requirendum, nemo de circumstantibus recognoscere potuit. Noster vero Patronus, sanctam propriam a Deo sibi commendatam animam, depositum nuncupavit : quæ (sicuti inferius narrabitur) alia senis intervenientibus diebus Dominica nocte, ad Dominum emigravit. Viri itaque venerabiles, in fine ejusdem hebdomadis hoc est die sabbati, ipse et ejus pius minister Diermitius, ad proximum pergunt benedicendum horreum. Quod intrans Sanctus cum benedixisset, et duos in eo frugum sequestratos vidisset acervos ; hoc intulit verbum, cum gratiarum actione inquiens : Valde congratulor meis familiaribus Monachis : quia hoc etiam anno, si quoquam a vobis emigrare me oportuerit, annonam sufficientem ha- C bebitis. Quo audito verbo, Diermitius minister tristificari cœpit, et sic dicere : Hujus anni tempore, Pater, sæpius nos contristas, quia de tuo transitu crebro commemoras. Cui Sanctus hoc dedit responsum : Aliquem arcanum habeo sermusculum, quem si mihi firmiter promiseris nemini ante meum denudare obitum, de meo tibi egressu aliquid manifestius intimare potero. Quam cum talem minister promissionem, juxta voluntatem Sancti, flexis genibus terminasset ; vir venerandus consequenter sic profatur : Hæc in sacris voluminibus dies sabbatum nuncupatur, quod interpretatur requies : et vere mihi est sabbatum hæc hodierna, quia hujus præsentis laboriosæ vitæ ultima est ; in quo, post meas laborationum molestias, sabbatizo ; et hoc sequenti media venerabili Dominica nocte, secundum eloquia scripturarum, Patrum gradiar viam. Jam enim Dominus meus Jesus Christus me invitare dignatur ; ad quem, inquam, mediante nocte, ipso me invitante, emigrabo : sic enim mihi ab ipso Domino revelatum est. Hæc mœsta minister audiens verba, cœpit amare flere : quem Sanctus in quantum potuit consolari conabatur.

a et benedicens insulæ, prohibet serpentes in ea nocere:

inter Missarum solennia

Angelum videt venientem ad quærendam suam animam.

Diermitio mortem suam prænuntiat,

futuram ipso Sabbato,

post mediam noctem:

D 99 Post hæc Sanctus horreum egreditur, et ad monasterium revertens media residet via : in quo loco postea Crux molari infixa lapidi, hodieque stans in margine cernitur viæ. Dumque ibidem Sanctus, ut præfatus sum, senio fessus paululum sedens requiesceret ; ecce albus occurrit caballus, obediens servitor : qui scilicet lactaria bocetum inter et monasterium vascula gestare consueverat. Hic ad Sanctum accedens, mirum dictu ! caput in sinu ejus ponens (ut credo, inspirante Deo, cui animal brutum sapit sensu quo jusserit ipse creator) Dominum a se suum mox emigraturum, et ipsum ultra non visurum sciens, cœpit plangere, ubertimque quasi homo fundere lacrymas *e* in gremium Sancti, et valde spumans flere. Quod videns minister, cœpit illum flebilem repellere lamentatorem ; sed Sanctus prohibuit eum dicens : Sine hunc, sine nostri amatorem, ut in hunc meum sinum fletus effundat amarissimi plangoris. Ecce tu, homo cum sis et rationalem animam habeas, nullo modo scire de meo exitu potuisti, nisi quod tibi ego ipse nuper manifestavi ; huic vero bruto et irrationali animanti, quoquo modo ipse conditor voluit, egressurum a se dominum manifeste revelavit. Et hæc dicens E mœstum a se revertentem equum benedixit ministratorem : et inde egrediens, et monticellum monasterio supervenientem ascendens, in vertice ejus paululum stetit ; et stans, ambas elevans palmas, suum benedixit cœnobium, inquiens : Huic loco, quamlibet angusto et vili, non tantum Scotorum Reges cum populis, sed etiam barbararum et exterarum gentium Regnatores, cum plebibus sibi subjectis, grandem et non mediocrem conferent honorem : a Sanctis quoque etiam aliarum ecclesiarum non mediocris veneratio conferetur.

100 Post hæc verba de illo descendens monticellulo, et ad monasterium revertens, sedebat in tugurio Psalterium scribens *f* : et ad illum tertii Psalmi versiculum perveniens, ubi scribitur : Inquirentes autem Dominum non deficient omni bono : Hic, ait, in fine cessandum est paginæ : quæ vero sequuntur Baithenëus scribat. Sancto convenienter congruit decessori novissimus Versiculus, quem scripserat, cui numquam deficient bona æterna ; successori vero sequens, patri spiritualium doctori filiorum ; Venite, filii, audite me, timorem Domini docebo vos, congruenter convenit : qui sicut decessor commendavit, non solum ei dicendo, sed etiam scribendo successit. Post talem superius memoratum terminatæ versum perscriptum paginæ, Sanctus ad vespertinalem Dominicæ noctis Missam ingreditur ecclesiam : qua continuo consummata, ad F hospitiolum revertens, in lectulo residit pernox ; ubi pro stramine nudam habebat petram, et pro pulvillo lapidem, qui hodieque quasi quidam juxta sepulcrum ejus titulus stat monumenti. Ibidem itaque residens, ultimo ad Fratres mandato, solo audiente ministro, commendat, inquiens : Hæc vobis, o Filioli, novissima commendo verba, ut inter vos mutuam et non fictam habeatis caritatem cum pace : et si ita juxta Sanctorum exempla Patrum observaveritis, Deus confortator bonorum vobis auxiliabitur, et ego cum ipso manens pro vobis interpellabo, et non tantum præsentis vitæ necessaria ab eo sufficienter administrabuntur, sed etiam æternalium bonorum præmia divinorum observatoribus præparata tribuentur. Huc usque extrema venerabilis Patroni verba, quasi de hac tædiali peregrinatione ad cœlestem patriam transmeantis brevi textu narrata, deducta sunt.

101 Post quæ felici appropinquante novissima paulisper hora, Sanctus conticuit. Tum proinde media nocte pulsata personante clocca, festinus surgens

AUCTORE ADAMN.

quasi præscius equus ejusdem e illacrymatur;

ipse benedicit monasterio suo

Psalterio scribendo finem imponit, f

vesperis interest,

caritatem mutuam suis commendat:

Ad matutinum intrans ecclesiam,

A surgens ad ecclesiam pergit, citiorque ceteris currens, solus introgressus pergit: citiorque ceteris currens, solus introgressus, juxta altare flexis in oratione genibus recumbit. Diermitius minister tardius prosecutus, eodem momento eminus totam intrinsecus ecclesiam Angelica luce erga Sanctum repleri videt: quo ad januam appropinquante, eadem lux visa ocyus recessit, quam etiam alii e Fratribus pauci, et ipsi eminus adstantes, viderant. Diermitius ergo ecclesiam ingrediens, flebili ingeminat voce; Ubi es Pater? Et necdum allatis Fratrum lucernis, per tenebras palpans, Sanctum ante altarium recubantem invenit. Quem paululum erigens et juxta sedens, sanctum in suo gremio posuit caput: et interim cœtus Monachorum cum luminaribus accurrens, Patre viso moriente, cœpit plangere: et ut ab aliquibus, qui præsentes inerant, didicimus, Sanctus necdum egrediente anima, apertis sursum oculis, ad utrumque latus cum mira vultus hilaritate et lætitia circumspiciebat, sanctos scilicet obvios cernens Angelos. Diermitius tum Sancti sanctam sublevat, ad benedicendum Monachorum chorum, dexteram manum: sed et ipse venerabilis Pater, in quantum poterat, suam simul

ante altare procumbit,

suosque benedicens moritur

B movebat manum, ut videlicet, quod voce in egressu non valebat animæ, etiam motu manus Fratres videretur benedicere. Et post sanctam benedictionem taliter significatam, continuo spiritum exhalavit: quo tabernaculum corporis egresso, facies rubens et mirum in modum Angelica visione exhilarata in tantum remansit, ut non quasi mortui sed dormientis videretur viventis. Tota interim personabat mœstis plangoribus ecclesia.

102 Sed non prætereundum videtur, quod eadem hora beatæ transitus animæ, cuidam Hiberniensi Sancto revelatum est. In illo namque monasterio, quod Scotica nominatur lingua Cloon-finchol *g*, quidam erat homo sanctus senex, Christi miles, qui Lugadius *h* vocitabatur, filius Thaleiran, justus et sapiens. Hic itaque primo mane, cuidam æque Christiano militi, Fergnovo nomine, suam enarravit visionem, cum ingenti gemitu dicens: Hac præterita nocte media, Sanctus Columba, multarum Columna ecclesiarum, ad Dominum transiit; et in hora beati exitus ejus, Jonam insulam, ad quam corpore nunquam perveni, totam Angelorum claritudine in spiritu vidi irradiatam: totaque spatia aeris usque ad æthera cœlorum, eorumdem Angelorum claritate illustrata; qui ad sanctam ipsius

Mors Sancti absentibus revelatur, g

h

i

per cælestem splendorem super insulam Hy

C animam perferendam, de cœlis missi descenderant innumeri, altisona quoque carminalia et valde suavia audivi Angelicorum cœtuum cantici, eodem momento egressionis inter Angelicos sanctæ ipsius animæ ascendentes choros. Hanc Angelicam manifestationem Virgnous, ut prædictum est, qui ab ore sancti illius senis cui revelata erat indubitanter didicerat, iisdem diebus de Scotia remigrans, Hinba in insula reliquis diebus vitæ suæ permanens, Sancti Columbæ Monachis sæpius enarrabat. Qui videlicet Virgnous, post multos in subjectione inter Fratres irreprehensibiliter expletos annos; alios duodecim, in loco Anachoretarum in Muirbulcmar, vitam ducens anachoreticam, Christi victor miles explevit. Hanc prædictam visionem, non solum paginis inscriptam reperimus; sed et aliquibus expertis senioribus, quibus ipse Virgnous retulerat, sine ullo didicimus cunctamine. Eadem quoque hora aliam visionem, aliter revelatam, unus ex iis qui viderant, Christi miles valde senex, cujus nomen potest dici Ferreolus, Scotice vero *k* Ernene, gente Mocufirroide (qui inter aliorum Sancti Columbæ Monachorum reliquias, et ipse sanctus Monachus, in *l* Dorso Tommæ sepultus, cum Sanctis resurrec-

k

l

D tionem expectat), mihi Adamnano, illo juveni in tempore, cum grandi retulerat testificatione, dicens; Illa in nocte, qua S. Columba de terris ad cœlos felici et beato fine transiit; ego et alii mecum viri, laborantes in captura piscium, in valle piscosi fluminis Findæ, subito totum aerei illustratum cœli spatium vidimus. Cujus miraculi subitatione permoti, oculos ad Orientem elevatos convertimus: et ecce quasi quædam prægrandis ignea apparuit columna; cui, quasi post occasum solis, tenebræ succedunt. Hujus itaque claritudinem luminosæ et prædicabilis columnæ, non tantum nos, qui simul in eodem loco ineramus, cum ingenti admiratione vidimus; sed et alii multi piscatores, qui sparsim per diversas fluminales piscinas ejusdem fluminis piscabantur, sicut nobis post retulerunt, simili apparitione visa magno pavore sunt perculsi. Harum igitur trium miracula visionum, eadem transitus hora venerandi Patroni apparentium, æternos ei a Domino collatos protestantur honores. Ad propositum revertamur.

l

quæ videtur etiam a piscatoribus longe distantibus;

103 Interea, post sanctæ egressum animæ, Hymnis matutinalibus terminatis, sacrum corpus de ecclesia ad hospitium, unde paulo ante vivens venerat, cum canora Fratrum reportatur psalmodia, honesteque ternis diebus et totidem noctibus honorabiles rite explentur exequiæ. Quibus in Dei sapidis laudibus terminatis, sancti et beati Patroni venerabile corpus, candidis involutum sindonibus, et præparata positum in catabusta *m*, debita humatur cum veneratione, in luminosa et æternali resurrecturum claritudine. De supramemoratis ergo tribus illis exequiarum diebus, more peractis ecclesiastico, quod nobis ab expertis traditum est, hujus prope finem enarrabitur Libri. Quidam namque aliquando unus de Fratribus, coram venerabili viro simpliciter loquens; Ad celebrandos, ait ad Sanctum, tuas post obitum exequias, ut putatur, totus harum provinciarum populus, hanc Jonam remigrans replebit insulam. Quod verbum audiens Sanctus, consequenter ait: O mi Filiole, non ut loqueris sic res probabit: nam promiscuum populi vulgus nullo modo ad meas poterit exequias venire: mei soli familiares Monachi mea sepulcralia complebunt, et exequialia honestabunt officia. Quod verbum ejus propheticum, statim post transitum ipsius, omnipotentia Dei adimpleri fecit. Nam per tres illas exequiales dies et noctes, grandis sine pluvia facta est ventosa tempestas, qua fortiter prohibente, nullus hinc inde navicula vectus transfretare poterat: et post consummatam beati sepultionem viri, continuo tempestate sedata et cessante vento, totum tranquillatum est æquor.

per triduum celebrantur exequiæ,

m

uti prædictum erat,

a solis Monachis.

tempestate alios prohibente

F

104 Perpendat itaque lector, quanti et qualis apud Dominum prædicabilis Patronus honoris habeatur, cui aliquando in carne mortali conversanti, Deo dignante oranti tempestates sedatæ sunt, et maria tranquillata; et rursus, quando necesse habuit, supra memorata occasione, orta flamina ventorum, et ventosa cum voluit concita sunt æquora; quæ subsequenter, ut superius dictum est, expletis ejus sepulturæ ministeriis, in magnam conversa sunt tranquillitatem. Hic itaque nostro prædicabili Patrono vitæ terminus fuit: ista meritorum exordia. Qui, secundum sententias Scripturarum, æternis comes triumphis Patribus additus, Apostolis et Prophetis consertus, numero aggregatus albatorum Sanctorum, suas qui laverunt stolas Agnino in sanguine, Agnum ductorem comitatur, virgo immaculatus, ab omni integer labe; ipso Domino nostro Jesu Christo dignante, cui est cum Patre honor, virtus, laus, gloria, et imperium sempiternum; in unitate Spiritus sancti, per omnia secula seculorum.

XXIV. Epilogus

de Sancti gloria in cælis.

105

A 105 Post horum trinalium lectionem libellorum, quisque diligens annotet lector, quanti et qualis meriti Sanctus sæpe supramemoratus, Præsul venerandus, quantæ et quales Angelicæ ad ipsum et luminosæ frequentationes fuerint; quanta in eo Prophetalis, gratia quanta dialium efficientia virtutum, quanta et frequens eum divini luminis claritudo in carne mortali adhuc commorantem circumfulserit: quæ etiam, post egressum animæ almissimæ, de tabernaculo corporis, sicuti quibusdam electis ostensum habetur compertum; locum, in quo ipsius sancta pausant ossa, usque hodie eadem cœlestis claritas frequentare non cessat, et sanctorum frequens visitatio Angelorum; et hæc etiam eidem beatæ memoriæ viro, a Deo non mediocris est collata gratia; quo nomen ejus non tantum per nostram totam Scotiam, et omnium totius orbis insularum maximam Britanniam, clare divulgari promeruit. [Non enim] in hac parva et extrema Oceani Britannici commoratur insula: sed etiam ad trigonam usque Hispaniam, et Gallias, et ultra Alpes Penninas Italiam sitam [cognoscitur] pervenire, ipsam quoque Romanam civitatem, quæ caput est omnium civitatum. Tantus et talis honor, noscibilis eidem B Sancto, inter cetera divinæ donationis munera condonatus scitur a Deo, qui se diligentes amat, et eos, qui eum sapidis magnificant laudibus, magis ac magis glorificans, immensis sublimat honoribus, qui est benedictus in secula seculorum Amen.

et cultu in terris late divulgato.

106 Obsecro eos quicumque voluerint hos describere libellos; imo potius adjuro, per Christum judicem seculorum, ut postquam diligenter descripserint, conferant et emendent cum omni diligentia, ad exemplar unde traxerunt, et hanc quoque adjurationem hoc in loco subscribant. Quicumque hos virtutum Columbæ libellos legerit, pro me Dorbbeneo Dominum deprecetur, ut vitam post mortem æternam possideam.

Dorbbenei librarii obtestatio.

ANNOTATA F. B.

a *Ita MS. Windberg. alibi*, Monachis.

b *Vide quæ in simili re dicta sunt ad Acta S. Patricii.*

c *Windbergense MS.* caraxatum, *magis ut credo genuinum ob dicta ad num.* 2.

d *Windbergense rectius* parasticiam, *an* posticiam *legi debeat, et* posticum *vel* posticam *intelligi, quærit* D *Cangius, nec definit. Mihi videtur hic fenestra aut foramen aliquod circa templi tectum significari. Cum enim dicatur Angelus desuper præsentes in ecclesia adspexisse et benedixisse, non videtur ad terram descendisse, ut per posticum exiret; sed potius per aliquam vicinam fenestram, etiam forte clausam, penetrando: quorsum enim, tamquam res mira, adderetur,* nulla talis vestigia exitus relinquens? *nam hoc fieri solet quoties exinus per apertam Januam.*

AUCTORE ADAMN.

e *Solicitus est hic Colganus, ne quis putet, per scientiam clare repræsentativam, seu revelationem stricte dictam, innotuisse bruto mortem Sancti: docetque, eatenus tantum revelatam fuisse prædictam mortem, quatenus in ejus sensibus causavit Deus signa doloris. Ego existimo doluisse et flevisse hunc equum, ut locuta est asina Balaam, quomodo autem id factum sit, novit Deus qui fecit.*

f *Erat pia Monachorum occupatio, extra tempora orationi aut psalmodiæ deputata, libros sacros conscribere.*

g *Monasterium hoc non reperit Colganus, unde existimat* Cluain fiacul *scribendum, situm prope Ardrachum.*

h Lugadium, filium Thailchani, *eumdem putat* E *Colganus, qui sæpius in hac Vita nominatur inter S. Columbæ discipulos; ejusque cultui ex Mroll. Hibernicis assignat* 2 *Martii: verum non advertit, quod prior ille* Lugadius *sæpius cum S. Columba in Jona insula fuerit: alter vero, de quo hic agitur, hoc loco neget, se unquam insulam Jonam vidisse: sed neque explicat Colganus, qua auctoritate eum Abbatem faciat. Nos inter prætermissos de eo egimus, Presbyterum appellasse contenti.*

i Milites Christi *dici Monachos, sæpe jam notaveris.*

k *De* Ernano *hoc, ut Sancto agit Colganus,* 1 *Januarii; ubi eum dicit ortum ex stirpe Regia, et S. Columbæ ex fratre nepotem.*

l Dorsum-Thomæ, *monasterium olim celebre, hodie* Druymtuome, *ecclesia parochialis in Tirconallia: ita Colganus.*

m Ratabusta *pro* Sandapila *necdum alibi repertum est; non recte forsitan scripta vox, legendumque* Catabusta, *sicut Italice eadem in significatione dicitur* Cataletto; *et pegma funebre, faculis multis instructum,* Catafalco.

C F

DE S. BAITHENEO ABBATE

SANCTI COLUMBÆ SUCCESSORE,

IN JONA SCOTIÆ INSULA

PRÆFATIUNCULA. F. B.

De cultu Sancti, regiminis et obitus tempore.

S*ancto Columbæ, Hiensis monasterii Fundatori, succedit* S. Baitheneus, *aliis* Baithenus, Baithinus; Cominus *etiam appellatus, S. Columbæ junctus sanguine. Brendanus quippe filius Fergussii pater erat* Baithenei *et patruus Columbæ. Succedit, inquam, Filius Patri, Discipulus Magistro, Successor in Monasterii regimine Decessori; non dignitatis modo, sed magis virtutum et miraculorum heres. Par est enim jungere eos, quos natura, vita, officium, mors, virtus, et ipsa sic conjunxit Divina providentia, ut eodem die utriusque celebretur solemnitas.*

AN. DCI. Successor S. Columbæ et Patruelis,

2 *Hæc Solemnitas suum initium nobis videtur sumpsisse ab ipso mortis anno, siquidem Adamnanus, qui in fine seculi* VII *floruit, cujus principio obiit* S. Baitheneus *in vita S. Columbæ num.* 81 *dicit:* Hora sexta ecclesiam cum Fratribus intrantes, sacra Missarum solemnia pariter celebravimus, in die festo, in quem cadit natalis S. Columbæ et Baithenei. *Aliud antiqui cultus testimonium non est quærendum: et forte jam non inveniretur aliud quam nostri Salmanticensis codicis*

colitur eodem die

A *cis, a tribus seculis in membrana conscripti, et præcipuorum Sanctorum Hibernicorum Vitas complexi, in quo Sancti titulo* Baitheneus *honoratur, ante Vitam quam damus inde descriptam: vocamus autem Salmanticensem Codicem, quia ex nostræ Societatis Collegio Salmantino ad nostrum Musæum transivit, etsi alicubi in Hibernia exaratus.*

AUCTORE F. B.

2 Tempus mortis et regiminis ita definit Colganus, in Appendice 5 ad Vitam S. Columbæ cap. 3 § 4, ut dicat ipsum, quarto post Decessoris sui mortem anno, obiisse: unum dumtaxat regiminis, ubi invenerit Usserius, non indicat ipse: secundum quem ea ratione obiisset Baitheneus DXCVII, *cum in ipsius sententia S. Columba decesserit anno præcedenti. Ego, qui in Commentario prævio ad prolixiora Acta S. Columbæ, eorum opinionem prætuli, qui affirmant Sanctum istum ex hac vita migrasse uno anno serius, et ex communi Hibernorum sententia; quamdiu nulla in contrarium affertur ratio; credere malo, quatuor annis S.* Baitheneum *præfuisse, consequenter eum anno* DCI *finem vitæ pariter et regimini imposuisse existimo.*

ACTA

B

Ex Codice nostro membraneo MS.

S. Baithinus, S. Columbæ discipulus,

Reverendus pater Abbas Baithinus, ab infantia sua in verbo Dei et discipuli [moribus] ab Abbate præclarissimo Columba diligenter instructus est; et sicut ætate corporis crescebat, ita robustiora et perfectiora opera fideliter exercebat. Nemo enim unquam otiosum deprehendere poterat eum: aut in legendo, aut orando, aut corporaliter laborando, tempus sibi concessum expendebat; nisi quod necessitatibus proximorum subveniendo, aliquando hæc intermittebat. Cum enim iter aliquod faceret, aut aliquem alloqueretur, manus suas sub vestimento suo ad orandum Deum mente alacri interim dirigebat. Unde adeo deditus erat orationi, ut in sumendo cibum, inter duas particulas ori appositas, simul inter duo sorbitiuncula, versum illum sanctis viris familiarem, scilicet, Deus in adjutorium meum intende, Domine ad adjuvandum me festina, decantaret: et quod difficilius est, in tempore metendi, cum manipulum in terram collectum portaret ad acervum, alterna interim [brachia] ad cœlum extendens, Tonantem interpellabat; nec tum, pro devotione culices super faciem suam insidentes amovebat. Eamdem quoque diligentiam omnibus mandatis Dei C adimplendis exhibebat; et in quantum capacitas fragilitatis humanæ permittebat, carnem suam edomabat, ac interiorem hominem armis spiritualibus contra hostem armabat. In his tamen meritorum cumulis, nemo in custodiendo thesauro mundano, quantum ipse solicitus [erat] in abscondendo virtutes, quas Dominus Deus per ipsum faciebat: unde quantum potuit, pro humilitatis causa et elatione devitanda, propalare sua mirabilia nolebat.

ad exercitia monastica sedulus,

orationi deditus et jugiter vacat,

virtutes humiliter abscondit:

2 De quibus exempli gratia hoc primo nobis commemorandum est, quod quemdam de Monachis suis, nomine Trenanum, hydropicum a sua infirmitate curavit; illi imperans, ut nemini hoc diceret, quamdiu ipse viveret; prophetavit autem ei, quod ante paucos dies obitus sui, per hunc dolorem iterum purgandus esset: quod post multa tempora factum est. Tempore autem quo ipse seniori Columbæ successit, quadam die cum juxta mensam ederet, dæmonium horribile per fenestram inspiciens advertit; signoque Crucis Fratres suos signavit: statimque dæmonium istud, velus fumus, cito evanuit. Cum ipse Pater a Fratribus interrogaretur, quare signum Crucis sic eis imprimeret; respondit: Diabolus per fenestram hora prandii modo, Fratres, inspiciebat, ut deprehenderet an aliquem negligentem inter vos reperiret, qui cibum suum signaculo Crucis Christi non benediceret, aut gratias Deo diligenter non offerret, Sed cum suam versutiam a me deprehendi intellexisset; illico, viso tropheo Crucis, quo victus est, ut vapor evanuit. D

hydropicum curat,

3 Alio quoque tempore; cum Fedgenus *a* Frater Virgnoi Abbatis, ad cognatos suos in Britannia pergeret, birrhum *b* Baithini secum tulit; credens illo tamquam muro inexpugnabili defendi quoquo pergeret, nulloque impedimento in suo itinere impediretur. Cum vero in illa provincia [intraret] domum quamdam, hominemque dæmonium habentem ibi reperiret; birrhum S. Baithini tollens, circa obsessum posuit: dictoque citius homo ille sanitati restitutus est, dæmone ab eo fugato.

a

b

per vestem ejus liberatur energumenus.

4 Nec prætereundum est de quodam cane, imum baculi ejus in manu Lugberi *c* Monachi leni corrosione lacerante. Cum enim Frater iste, inter Pictos deambulans, ad domum cujusdam ex eis perveniret; canis sævissimus latrans occurrit illi: qui cum leni laceratione baculum ejus dentibus contigisset, illico illic cadens, mortuus est.

c

Canis baculum ejus rodens moritur.

5 Item quodam illo tempore, S. Columba misit illum ad quamdam familiam, ad eam excommunicandam. Quæ in loco qui dicitur Druym Cuill *d* habitabat. Cum autem ille sub quadam arbore glandinosa illa nocte jejunans maneret; circa se sedentibus dixit; Nolo hac vice hanc familiam excommunicare, donec sciam an ad pœnitentiam convertatur, an non. Judicium vero vindicta, quæ per nos super eos effundetur, in hanc arborem ante finem anni veniet. Quam sententiam Deus omnipotens executioni sic mandavit. Post enim paucos dies ignis de cœlo cadens, cum impetu validissimo venti, a summo usque ad radices, eam exurens decorticavit; et cadens in terram, illico aruit, sicut homo Dei dixit. E

d

Arbor ab eo execrata de cœlo tangitur et arescit.

6 Quidam quoque persecutor ecclesiarum Beoanus Baithino in Jona insula habitante, misit ad eum ut reliquiæ prandii ejus ad ipsum portarentur: nec ob aliud hoc postulabat, nisi ut causam blasphemiæ ac despectionis Fratrum inveniret. Tunc Baithinus, hoc a ministro suo audiens, residuum lactis, quod Fratres reliquerant, in unum vas fundi jussit, ac per nuntium ei misit. Qui cum illud biberet, interiora ejus statim gravi percussa sunt infirmitate; cum vero injuriæ pœnam in se sentiret, dixit: Vere peccavi contra interdicentis jussa, sanctum polluto ore tangens: dixit enim vir Dei, ne reliquias Fratrum unquam gustaret. Qui addidit, Modo in meis visceribus mortiferum sentio dolorem: sed vis doloris ex effectu probatur: nam eadem hora diei, extra fretum insulæ in contritione bona obiit. F Quidam quoque Frater de Monachis ejus dæmonio sævissimo vexatus est, ita ut, nisi forti ferro ligaretur, seipsum et illos laceraret. Cum Baithinus pro vera humilitate illum sanare refutaret, quosdam de suis, cum eo ad ecclesias Hiberniæ destinavit, ut ibidem per orationes Sanctorum sanaretur. Sed cum post tantam peregrinationem adhuc dæmonio vexaretur; vir Dei Baithinus, languoris ejus diuturnitati compatiens, sacrificium immolationis pro ipso in ecclesia coram Fratribus Deo obtulit. Cum sacrificium pro eo sic offerret, alligatum hominem duci ad se in ecclesiam jussit, ac diabolum per illum interrogavit, dicens: Quanam in parte corporis Fratrem pulsavit? At ille compulsus est viro Dei respondere dicens; Per mentagram *e* irrepsi in eum. Vir Dei ait: In nomine Jesu Christi, de obsesso exi cito corpore, per eumdem locum, quo ante in ipsum ingressus es. Hoc quoque mirum apparuit in hoc facto, quod per recessum diaboli, caro,

Contumeliosus in Sanctum ejusque Monachos, viscerum dolore torquetur, et pœnitens moritur.

Energumenum, quem alii juvare non potuerant, inter sacrificandum liberat

e

diabolica

A diabolica inflatione exinanita, decrescebat, donec totum corpus evacueretur, ut adeo cutis ossibus adhæreret : sic frater eadem hora sanatus est coram astantibus.

f item alium.

7 Alium quoque Fratrem dæmonio vexatum, in monasterio quod Campus navis, id est Maglunga *f* vocatur, quodque per S. Columbam in terra Heth fundatum est, sanitati restituit, secundum hunc modum ad diabolum dicens : Tu nosti, diabole, quod sicut numquam amicitiam ego et tu [habuimus], ita numquam erimus amici invicem : propterea ego impono tibi, in nomine Jesu, ut a finibus meis elisus recedas. Sicque illo jubente dæmon fugit, et Frater dæmonio sanatus est.

g Ferrum ab eo benedictum non vulnerat.

8 Alio in tempore, dum vir Dei in Jona insula habitaret, hasta *g* quædam, ut ab eo benediceretur, allata est ; quam signo Crucis benedicens, a die illo et deinceps numquam, etiam cutem animalis lacerare potuit, et ob hoc illa hasta ferramentis Fratrum a fabro commixta est, ne illa quidquam inciderent.

h Sapientia ceteros omnes præcellere dicitur.

9 Testimonium quoque Finti *h*, filii Luppani, viri sapientissimi, memorandum est, quod de sapientia S. Baithini, quibusdam aliis eum interrogantibus, in qua qualitate quantitate modus et sa- B pientiæ illius fuit, sine fictione respondit, dicens : Scitote, quod nullus citra Alpes compar illi in cognitione Scripturarum divinarum et in magnitudine scientiæ, reperitur. Sed quidam de circumstantibus hoc verum esse non credens, dixit, Nunquid ille sapientior est, quam S. Columba, nutricius illius? Fintinus ait : Nonne tu intellexisti, quod non S. Columbæ, dono sapientiæ pleno, alumnum suum, sed alius comparavi? Ille enim non tam sapientibus litteratis, quam Patriarchis et Prophetis Dei et Apostolis magis comparandus est, in quo sanctus Spiritus, qui est fons ac origo sapientiæ et prophetiæ divinæ, sincerissime regnat ; qui [juxta] sententiam Apostolicam, ob hoc similis, in gradibus dissimilibus omnibus, per electionem Dei effectus est, ut omnes lucri faceret. *i* Ille enim cum Sapientibus Sapiens est, et Rex cum Regibus, et Anachoreta cum Anachoretis, et Monachis, et tamquam popularis esset cum secularibus, ita superflue inclinat se ; et pauper corde cum pauperibus ; more Apostolico, pro magnitudine caritatis, quæ in eo ardet, congaudens cum gaudentibus, et flens cum flentibus. Sed inter hæc omnia dona divinæ largitionis, vera humilitas Christi robustissime in eo regnat, tam- C quam a natura ei hæreret. Cum ergo hoc testimonium vir sanctus de utroque in medio Sapientum proferret, omnes tamquam infallibili veritati assensum præbuerunt.

excepto S. Columba,

i omnibus omnia facto.

hic autem eum comparat Joanni Evang.

10 His quoque adjiciendum est testimonium ipsius sancti Columbæ de eo : dicebat enim, quod Baithinus alumnus suus, ac Joannes Evangelista alumnus Christi, in innocentia sincerissima, et in simplicitate prudentissima, atque in disciplina rigoris perfectorum operum, non dissimile fuerunt : sed tamen magno intervallo nutritores eorum in moribus dissimiles fuere. Tertia feria, dum S. Baithinus in ecclesia juxta altare Dominum oraret, sopor pene mortis super eum illic cecidit : cum autem Fratres circa eum lamentarentur, Diermitius minister Columbæ, ait : Ecce, Fratres, videtis, quod inter duas solennitates seniorum vestrorum magnum interval- D lum non erit. Hæc eo dicente Baithinus, quasi de gravi somno extitatus ait ; Si inveni gratiam in oculis Dei, et sic cursum perfectum in conspectu ejus consummaverim usque hodie ; ego confido in eo, quod usque ad natale Senioris mei non obiturus ero : quod sic fere post sex dies factum est. Intolerabilium vero dolorum ardor, ab opere scribendi et orandi ac docendi, non impediebat eum ; usque in horam, qua dormiens Patribus suis additus est. Hæc pauca de vita S. Baithini.

Ex MSS Baitenus mortem differt ad illius festum.

ANNOTATA F. B.

a Fechinum *legendum puto, quo nomine plures inveniuntur Hiberni. De fratre ejus* Virgnoo *Abbate Hiensi, mentio fit supra in Actis S. Columbæ num.* 94.

b *De* Birro *pluribus disserit Cangius, suntque variæ hujus vocis notiones : hic chlamydem videtur significare aut tunicam.*

c *De* Lugbeo, *S. Columbæ discipulo, mentio fit in ejus Vita, num.* 16 *et alibi.*

d *Invenitur monasterium* Druim-Cuillin *in confinio Momoniæ et Lageniæ, in terra nepotum Neil, quæ dicitur* E *Fearceal : ejus monasterii Abbas Barrindeus dicitur ab Usserio floruisse anno* 591 : *videtur tamen hoc contigisse ante conditum monasterium.*

e Mentagra *orbem terrarum apud Hibernos significat, inquit Cangius : hic pro anno per metaphoram poni facile intelliget lector.*

f *De hoc monasterio et insula actum in Vita S. Columbæ num.* 18.

g *Simile miraculum narratur in Vita eadem num.* 61. *et hinc explicatur.*

h *Videtur hic esse* Fintanus, *filius Aidi, a S. Columba miraculose sanatus, ut dicitur in ejusdem Vita num.* 62.

i *Hic per modum tituli, interjecta erant verba hæc :* Commendatio S. Columbæ a S. Fintino.

k *Ita finit MS. cui unum addere juvat ad* S. Baitheneum *spectans desumptum ex vita S. Molassii apud Colganum in Append.* 2 *ad Acta S. Columbæ num.* 41 ; *illud ipsum scilicet quod attuli ad num.* 87 *Annot.* g *in ejusdem S. Columbæ Vita, sic igitur narratur.* Beatus Baitheneus, quadam nocte dormiens, *vidit* visionem mirificam, cujus mysterium per se intelligere non potuit. De somno igitur evigilans, B. Columbæ eam interpretandam indicavit, dicens : Vidi enim tres Cathedras, nimio splendore fulgentes, et miro F fulgore micantes ; quarum una erat aurea, altera argentea, et tertia vitrea. Beatus vero Columba, cum esset quasi alter Daniel in interpretatione somniorum, sic ait : Cathedra aurea, quam vidisti est Cherani, filii artificis, qui caritatis fervore et fulgenti colore, tamquam aurum, in colore et valore omnes præcellit suos coætaneos. Cathedra vero argentea, quam vidisti, ipsa debetur S. Laisriano, qui eloquentiæ et sapientiæ nitore micat præ ceteris. Tertia vero cathedra vitrea, quam vidisti, mihi a Domino meo donabitur, quia natura sum fragilis, et carnalium amicorum et propinquorum amore frequenter occupor. Quanto enim plus inferiora diligimus, tanto superiora et cœlestia minus diligimus.

DE SANCTIS CONJUGIBUS

LUPO ET ADLEIDA

BERGOMI IN ITALIA

G. H.

SYLLOGE HISTORICA

De eorum cultu, actis, ætate, ex scriptoribus recentioribus dumtaxat.

Cultus utriusque, item Gratæ filiæ et Alexandri Martyris

Bergomum, *antiqua Italiæ urbs in Gallia olim Transpadana, tum Longobardorum Regibus subdita, nunc Reipublicæ Venetæ adjuncta subjectaque, inter alios plures Sanctos, quorum in hoc opere sæpe recurrit memoria, hoc mense Junio recolit* SS. Lupum et Adleidam uxorem, *velut Principes Bergomatum et Venetorum. Erant olim (cum Venetiæ hodiernæ nondum essent constructæ) Venetis adscriptæ urbes, Patavium, Vicentia, Hadria, Forum Allieni, nunc Ferraria, et alia interjecta loca,*
B *et ipsum Bergomum Orobiorum civitas præcipua. Celebrantur ibi* sub ritu semi-duplici *festa prædictorum Sanctorum,* Lupi *hoc* IX Junii, Adleidæ viduæ XXVII ejusdem mensis. Gratæ autem eorum filiæ, etiam viduæ, XXV Augusti. *Sequenti vero die* XXVI Augusti *sub ritu duplicis primæ classis cum octava colitur, ut Patronus,* S. Alexander Martyr, *per cujus miracula ipse* S. Lupus *cum suis ductus ad fidem Christi conversus. Hujus* Alexandri corpus, *uti in ejus Actis MSS. legitur,* quædam Matrona, meritis castissima, et nomine Grata, inveniens, cum gaudio lætissima excepit, illudque cum suis hominibus ad prædiolum detulit suum; quod situm cernitur penes jam fatæ urbis Bergomi muros, ibique cum aromatibus optimo sepelivit in loco. *Hæc ibi.*

Lectiones de omnibus propriæ sub Sixto V probatæ:

2 *Aliorum, hic prætitulatorum Sanctorum, nulla in dictis Actis mentio reperitur; solumque inveniuntur recentiora illa, quæ superiori seculo scripsit Antonius Benalius; eoque mortuo, sub annum* MDLXXXIV, *typis mandari curavit Joannes Antonius Guarnerius; ex quibus deinde sua acceperunt, qui Italica lingua Bergomensem Historiam illustrare conati sunt, Marius Mutius, Cœlestinus Cappucinus, et Donatus Calvus. Ex iisdem Benalii scriptis acceptæ sunt propriæ de singulis Lectiones, typis Cameralibus Romæ anno*
C MDCXIV *excusæ: quibus fidem faciens,* A. M. *(Antonius Maria)* Episcopus Portuensis Cardinalis Gallus *testatur, quod* de mandato felicis Recordationis Sixti Papæ Quinti, recognita ab Illustrissimis et Reverendissimis Dominis, Antonio Cardinali Carafa, et Augustino Valerio Cardinali Veronensi, de mandato ejusdem Sixti approbata Officia illa sint, pro Episcopo et universo Clero Bergomatis Ecclesiæ, prout de vivæ vocis oraculo prædicti Sixti V, supradicti Domini Cardinales attestati fuerunt, per fidem, manu et sigillo utriusque Cardinalis subscriptam et munitam, sub dat. Romæ XIV Kalendas Julii MDLXXXVII.

ex quibus nunc dantur.

3 *Est ea Benalii compositio, quam verbis digressionibusque, piis sane et ornatis, prolixa; tam solidæ historiæ probationibus vacua: quare quæ de utriusque sancti Conjugis vita, in brevitatem lectionariam contracta, sub prædicta auctoritate habentur, sola hoc mense proferenda statui; et quidem conjunctim, licet ad diversos dies spectantia: subjuncta obiter sententia nostra; quoad mense Augusto, cum Actis* S. Alexandri, *morosiori judicio expendantur singula. Ferrarius in suo Generali Catalogo, citatis prædictis Lectionibus, Epitomes suas pro* IX *et* XXVII *Junii fecit: et utriusque Conjugis seorsim iterum meminit in Catalogo Generali atque in topographia ad Martyrologium Romanum. Petrus denique Galesinius, in suo Martyrologio, solum Lupum exornat elogio.* Bergomi S. Lupi Confessoris. Hic Crotacii Bergomensium Principis filius, B. Alexandri Martyris miraculis commotus, ad Christi fidem cum conjuge et liberis se contulit: in cujus studio usque adeo se pie gessit, ut in ejus vita magno cum splendore eluxerint Christianæ virtutes: quarum exemplo, et miraculorum quæ viderat prædicatione, ceteros ad Dei cultum ab im- E
pietate avocaret.

quæ sunt de S. Lupo,

4 *His præmissis venio ad Lectiones, quæ de S. Lupo sic recitantur:* Lupus filius Crotacii Principis, qui Venetos et Bergomates juste ac moderate regebat, mortuo patre, non solum facultatum ejus heres, sed etiam virtutum imitator fuit: qui etsi vitæ integritate omnibus carus erat, non lum tamen fidei lumen agnoverat. Dei autem gratia præventus, a Grata filia, quæ Christum colebat, hoc modo ad Christi cultum perductus est. Cum enim illa semel flores e solo, ubi S. Alexander Martyr sanguinem fuderit, divinitus nascentes decerpsisset, eos patri obtulit; cumque multa apud eum in Martyris laudem de Christi fide perorasset; veritatis cognoscendæ desiderio Lupus incensus, ad Evangelii et sacrarum Scripturarum lectionem se contulit. Quo in studio tantum profecit, ut brevi fidei Christianæ doctrina imbutus, salutari lavacro regenerari voluerit. Quare in summo colle Christo Domino Salvatori suis sumptibus ecclesiam erigendam dicandamque curavit: in qua ipse et quam plurimi Bergomates, ejus exemplo permoti, Sacramentum Baptismi summa cum lætitia susceperunt. Qui reliquum vitæ pietatis operibus et sanctis exercitationibus traducens, magnum virtutis specimen civi- F
bus suis, quos ad quindecim annos summa cum laude rexerat, reliquit. Demum post multos pro Christo susceptos labores, morbo correptus, in pace quievit quinto Idus Junii anno salutis trecentesimo; sepultusque est in ecclesia, quam ipse construxerat, sanctitate celebris.

et S. Adleida.

5 *Hæc de* S. Lupo; *de uxore ejus ac deinde vidua sic recitatur:* Adleida S. Lupi uxor, mortuo marito, se ad illius et Sanctorum sectanda vestigia tradidit: itaque virorum consortia devitans, curis secularibus se abdicavit. Jejuniis, orationibus, et piis operibus se exercebat; et in ecclesiis, ut altera Anna, diu morabatur. Verum precibus civium suorum qui summam rerum ad eam, ob singularem ejus prudentiam, deferebant, resistere non valens; publicæque utilitatis causa, et caritate erga eos eximia, urbis regimen in demortui conjugis locum capessere coacta est. Eo munere suscepto, incredibilis sapientiæ et prudentiæ ejus eluxit gratia. Ac primum religionis Christianæ, quæ reipublicæ firmamentum extat, studiosa et observatrix erat. Maritum imitata, ecclesiam et ipsa in altero colle B. Mariæ construxit: cui postea Gratæ nomen, ob illius in eum locum

A cum illatas Reliquias, inditum est. Aliam præterea ecclesiam S. Michaelis in foro veteri ædificavit; quibus et prædia tribuit, ad Clericorum ibi degentium et inopum sustentationem. Sed animis omnium in sui amorem et admirationem adductis, cum illa terrenarum rerum curis absolvi jam cuperet, et ad cœlestia properaret; vocata a Domino, in brevi explevit tempora multa. Itaque de civibus suis optime merita, cum annum diesque duodeviginti, summa cum laude pietatis et prudentiæ, eos gubernasset; plena bonorum operum, viduitatis suæ præmium perceptura, migravit in cœlum, quinto kalendas Julii. Ejus corpus Bergomates, in ecclesia S. Mariæ, quam ipsa construxerat, religiose atque honorifice sepelierunt.

qui initio seculi 4 adscribuntur,

6 *Dicitur* S. Alexander, *Thebææ legionis Miles, Bergomi prædicasse et Martyrium fecisse paulo post suos commilitones, anno* CCLXXXVI *vel sequenti occisos: corpus ejus a* S. Grata *tumulatum. Quod hæc deinde supra illud, data Christianis pace a Constantino, cum facultate ædificandarum ecclesiarum, unam quoque ædificaverit, facile crediderim Actis, in traditione fundatis. Sed quod ea S. Alexandri curatrix, fuerit* D *filia prædictorum* Lupi *et* Adleidæ, *non facile mihi persuasero, in tanto silentio antiquiorum monumentorum; multoque minus, quod pii hi Conjuges, vitam finiverint, totque ecclesias ædificarint, initio seculi* IV, *persecutione contra Christianos tunc vel maxime sæviente (ut notissimum est) Diocletiano et Maximiano Tyrannis extremos adhibentibus conatus, ad exterminium nominis Christiani, tum in omnibus aliis provinciis, tum maxime per Italiam. Repugnat tali credulitati ipsa traditio popularis, quæ* Duces Bergomatium *facit, quales ante Longobardorum in Italia regnum nulli fuerunt; repugnat* Adleidæ *Longobardicum sive Teutonicum nomen; repugnat denique matrimonium filiæ Gratæ cum Principe Germanico in Germania. Quare nihil certius definierim, quam ad seculum* VII, VIII, *vel* IX *omnes spectare, de quo tamen suspendo sententiam usque ad Augustum. Interim libenter discam, sintne* SS. Lupi et Adleidæ *corpora uspiam reperta: quæ nos de fundamento totius hujus cultus multo redderent certiores, quam Benalii relatio, adeo male cohærens rebus temporibusque.*

sed nobis videntur ad tempora Longobardorum spectare

B

E

DE SANCTO CYRO

A GRÆCIS HONORATO

Ex Synaxariis MSS. Diversus ab eo Cyrus Smyrnensis Episcopus.

D. P.

In pace dicitur quievisse

Hunc S. Cyrum *apud Græcos in veneratione haberi, discimus ex MSS. Synaxariis, quæ Divione et Parisiis reperimus. Priora asservabantur in Collegio Societatis Jesu apud Petrum Franciscum Chiffletium, in quibus ad hunc diem* IX *Junii ille nominatur, ut qui* in pace quievit, *his adjunctis versibus:*

Μὴ τὴν νοητὴν εἰκόνα ῥυπώσας, Κῦρε,
Θεῷ παρέστης, οὗπερ εἶ κατ' εἰκόνα.
Rationalem imaginem non polluisti, Cyre:
Deoque assistis, cujus es ad imaginem.

diversus a duobus ejus nominis Sanctis:

2 *Quæ Parisiis reperimus in bibliotheca Cardinalis Mazarini, eumdem referunt ad sequentem diem,* X *hujus mensis Junii. Sed solum nomen exhibent, quod hactenus nusquam reperimus Fastis ullis Græcis inscriptum, sic ut de hoc nominato sumi possit.* C *Nam* S. Cyrus, *cum* S. Joanne XXXI *Januarii* Martyr, *Alexandriæ celeberrimus, sub Diocletiano; et* S. Cyrus Constantinopolitanus Patriarcha, VIII *ejusdem mensis, excellentiori sua laurea se prohibent hic intelligi: in Vitis autem Patrum nullus uspiam* Cyrus *occurrit. Proinde censeo, ex recentioribus illis aliquem, qui* IX *vel* X *seculo in Romania circa Regiam Urbem floruerit, Sanctique titulum ac cultum promeruerit, in aliquo ignobili sacello aut monasterio; unde factum ut adeo rara sint nec antiquissima, quæ nomen ejus referunt Synaxaria: quamquam non ignorem ejusmodi raritatis causas subinde alias inveniri posse, quas non libet conjectando accersere in hunc locum.*

quin et ab Smyrnensi Episcopo,

3 *Si saltem* Episcopi *titulus adderetur, suspicio incidere alicui de* Cyro, Viro clarissimo, *posset, qui anno* CCCCXLI *solus Consulatum gessit, et tertio post anno per invidiam dejectus a Præfectura sub Theodosio, datus fuit Episcopus Smyrnensi plebi, jam quater Episcoporum suorum cæde pollutæ, tamquam certo periturus etiam ipse. Quomodo autem gradus, quem exitii causa coactus fuit ascendere, factus sit ei theatrum virtutis, placet hic addere ex Chronico, quod vulgo dictum Alexandrinum, Paschale potius appellari debere, novissimo labore suo demonstravit eruditissimus Canisius. Dignus certe fuit Cyrus iste, quem Smyrnensis Ecclesia specialius coleret: et qui fortunam ejus nobis descriptam reliquit* Priscus Thrax, *omnino coævus auctor esse videtur, idem quem laudat Evagrius lib.* 5 *cap. ult. ut qui scripserit res* post Arcadium et Honorium consecutas; *Suidas vero* Byzanticam et Atticam historiam *scripsisse docet,* Panitem *cognominans utique a Panio Thraciæ littore juxta Heracleam, unde natus erat, etiam ad Legationes adhibitus a Theodosio, uti scitur ex Jornande de rebus Geticis cap.* 24 *et passim alibi. Hujus aptior habetur fragmentum Historiæ ejus, quam in Vaticana bibliotheca adhuc inditam haberi, scribit Raphael Volaterranus lib.* 13 *Anthropologiæ, quisquis in lucem dari ad rei litterariæ commodum faceret.*

de quo Priscus Thrax seu Panites refert,

4 *Ait ergo in Chronico isto prælaudatus Auctor,* Cyrum Præfectum Prætorio et Præfectum Urbis *esse anno* CCCCXLIV. Idem vero Præfectus Prætorio, processit in carruca Præfecti Urbis sedens: hos enim geminos Magistratus per quatuor annos obtinuit, quod inculpata prorsus esset vita. Ipsa et auctor lumina vespertina in officinis, similiter et nocturna accendi adinvenit: et acclamarunt illi factiones in circo tota die; Constantinus condidit, Cyrus renovavit. Ob hasce acclamationes Cyro factas, offensus Imperator, ipsique iratus, alium substituit, et bonis ejus publicatis Clericum fieri coegit: misitque Smyrnam, Asiæ civitatem, ut ibi Episcopum ageret: cujus quidem urbis cives cum quatuor suos Episcopos jam interfecissent, Cyrum pariter perempturos persuasum habebat. Cum autem in urbem venisset Cyrus, ipso Domini nostri Natali die; Smyrnenses suspicati, tamquam hominem Paganum, missum ad se esse ab Imperatore in Episcopum, petierunt ab eo ut pro concione verba faceret. Coactus ergo ab iis, ambonem ascendit, verba facturus: paceque data sic sermonem suum exorsus est. Fratres, Natalis Dei Salvatoris nostri Jesu Christi silentio colatur: quia solo auditu in sancta Virgine conceptus est: erat enim Verbum: ipsi gloria in secula. Amen.

quem deinde per invidiam dejectum Præfectura,

feliciter suscepit Ecclesiam, unde clerici eum eo ... derant

Factaque

A Factaque acclamatione descendit, ibique mansit usque ad mortem. *Davidis et Tobiæ Junioris historiam uno in homine renovatam videas, quorum alteri acclamationes populi faustæ odium conflarant ejus, qui amare debuerat maxime, ob rempublicam salvatam; alteri servata fuit sponsa per priorum ea indignorum* D *mortem, quod Ecclesiæ Smyrnensi potuit eo tempore convenisse, insigni divinæ providentiæ lusu, electis suis convertentis in bonum, quod inimicus sathan ipsis in malum cogitaverat.*

DE SANCTO MAXIMIANO

EPISCOPO SYRACUSANO IN SICILIA.

G. H.

PRÆFATIUNCULA.

De cultu ejus in S. Gregorii Epistolis fundato. Vitam nuper scripta.

Memoria in Fastis

T*abulæ Martyrologii Romani celebrant, ad hunc diem nonum Junii, memoriam* S. Maximiani, Episcopi Syracusani, cujus S. Gregorius Papa sæpius meminit. *Præiverant Franciscus Maurolycus, Abbas Messanensis in Sicilia; Constantius Felicius, Joannes Molanus, et Petrus Galesinius, om-* B *niumque antiquissimus Petrus de Natalibus: qui lib.* 5 *Catalogi cap.* 100, *aliquod ejus elogium ex S. Gregorio retulit. Secuti sunt plurimi, ac potissimum Martyrologi monastici, Arnoldus Wion, Benedictus Dorganius, Hugo Menardus, Gabriel Bucelinus, et Joannes Mabillon tomo primo Actorum Sanctorum Ordinis S. Benedicti; eo quod, attestante S. Gregorio Homilia* 34 *in Evangelia sub finem*, vir venerabilis Maximianus, Pater monasterii sui et Presbyter, *nunc* Episcopus Syracusanus *fuerit; adeoque, sicut S. Gregorius fuerit Monachus; et, uti ipsi contendunt, Ordinis S. Benedicti. De Monachatu S. Gregorii aliqua diximus* §. 3 *ante ejus Vitam ad diem* XII *Martii: reliqua disputationi aliorum relinquimus; optamusque cum altercantibus, virtutes illorum potius imitari, atque in æterna beatitudine de illorum societate gaudere. Dico interim habere nos aliquod Kalendarium Benedictinum, non valde antiquum, ubi idem refertur ad* XX *Martii, ut inter Prætermissos tunc dictum. Ghinius in Natalibus Sanctorum Canonicorum, ut passim alios Episcopos, ipsis eumdem adscripsit: Ferrarius aliquod elogium exhibet in Catalogo Sanctorum Italiæ. Prolixius etiam, ac fere ex verbis S. Gregorii, Rochus Pirrus in Notitia Ecclesiæ Syracusanæ, ubi et Albertum Piccolum Messanensem refutat, qui* Maximianum *fingit Siciliæ Metropolitam; quod jus* C *nulli Episcopo in Sicilia competisse contendit, malitque inferri ex Sanctæ Sedis Vicariatu, in* Maximianum *collato. Octavius Cajetanus Syracusanus, Societatis Jesu, in Idea operis anno* MDCXVII *excusa, meminit ejusdem; nec non in Martyrologio suo Siculo, et in Indice ad omnes Vitas Sanctorum Siculorum, ubi notatur* Vita S. Maximiani, Episcopi Syracusani, ex Monumentis Divi Gregorii Magni ab Octavio Cajetano collecta, *quæ Vita postea apparuit Tomo primo de Vitis Sanctorum Siculorum, anno* MDCLVII *excuso, cum longis sub finem Tomi Animadversionibus; quibus omissis, damus Vitam ab ipso Cajetano Syracusano collectam, cum aliquot nostris Annotatis.*

etiam Benedictinis, hoc die et 20 Martii

Vita a Cajetano Syracusano collecta.

VITA

Auctore Octavio Cajetano Syracusano Societatis Jesu.

Natione Siculus, a

Maximianus, Syracusarum Episcopus, ambigitur, Syracusisne ortus sit; at genere Siculus, certo fuit *a*. Incompertum mihi est, indueritne habitum monasticum in Sicilia, an Romæ, ubi diu vixit. Sed huc inclinaverim, fundamenta vitæ severioris in natali solo jecisse, ob eximiam vero indolem, moresque pios Gregorio Magno notum dilectumque, cum is monasteria sex in Sicilia de patrimonio ædificaret suo; dein ejusdem opera Romam ad majora evocatum. Ceterum vitæ sanctioris instituta complexus, magnos in ea progressus fecit: quippe virtutum suarum gradibus ad Gregoriani monasterii præfecturam in Urbe secundus ascendit; magnique Gregorii educator, et in divina philosophia magister fuit *b*. Is enim est Maximianus, quo post Valentionem, institutore S. Gregorius, Ecclesiæ dein Pontifex Maximus, monasterii disciplinam didicit; cum Præfecturæ Urbis trabea ingenti spiritu abjecta, Christum induit. Ut igitur monasterium, quod D. Andreæ sacrum Gregorius Romæ exstruxit ad Clivum Scauri, plane ante *c* annum Christi DLXXX, ad fastigium perductum est; Valentionis Abbatis habitari primum auspiciis cœpit. Valentione extincto, Maximianus in eo munere suffectus est, quod plures annos cum laude gessit.

Romam profectus,

E

b præfuit monasterio S. Gregorii,

c

2 Illam sane præfecturam ante annum DLXXXIII inierat; quo anno *d* Constantinopolim petiit, Gregorii visendi cupidine, qui tum Pelagii Papæ Legatus apud Imperatorem Tiberium agebat. Ea in urbe dum moras trahit, Pelagius Gregorium per litteras monet, ut Maximiani reditum in Urbem festinaret; quod ejus ministerio, et operi cui præposuerat, plane omnino necessarius esset. Ignotum mihi quid operis instituerit: sed inde intelligo, quo loco apud Pontifices duos, Pelagium et Gregorium, Maximianus fuerit, cujus opera ac studiis uterentur ad Ecclesiam regendam.

d tum Constantinopolim adit:

3 Revertentem Constantinopoli Maximianum *e* sæva tempestas exercuit in Hadriatico mari; permissumque a Deo est, ut irata maria sanctitati ejus testimonium darent. Sane ille inusitato miraculo, in se ceterosque qui navi vehebantur, Dei iram atque benevolentiam juxta expertus est. Adverso enim Numine, et in vectorum scelera desæviente, simul in eorum exitium venti, pelagus, cuncta cessere. Vi turbinum eripitur navi gubernaculum; maloque abscisso, projiciuntur in undas vela: impulsu fluctuum excussus alveus, prope dissolvebatur; fatiscentibus vero rimis irrumpentes undæ, ad superiores usque tabulas, navem repleverant; neque esse in mari navis, sed mare adeo intra navem videbatur. Jam nautæ vectoresque, visu mortis exterriti, pace impertita, sanctissimum Corpus et Sanguinem Domini sumpserant; Deum precantes, ut misericors eorum animas reciperet, quorum corpora tam pavendæ morti destinarat. At Deus, qui mentes omnium miris perterrefecit modis, vitam mirabiliter servavit. Octo jam dies navis aquarum plena, iter tamen peregerat suum; nono ad portum *f* Crotonis appulit. Postquam omnes, qui cum venerabili viro Maximiano navigarant, incolumes descendere; ipse omnium

e

F

reddunt, mare, venti, cælumque sanctitatis testimonium dicunt.

f

A OCT CAJET.

A omnium ultimus egressus est, simulque demergitur in portu navis : ut hinc ostenderet Deus, quod onustam navem Maximiani meritis, quasi manu retinuerat ; quæ levata onere hominum, super undas consistere nullo pacto quivit.

a S. Gregorio inter primos in sacrum Palatium adlegitur ;

4 Postea vero quam Gregorius Romam rediit, defunctoque pestilentia Pelagio *g* Cleri suffragiis, populique Romani votis, Pontifex renuntiatus est ; e monasterio divulsus, monasterium secum in palatium transvexit. Nam, ut erat eximiæ pietatis, ac similium sui consuetudini suetus ; laicis administris e cubiculo suo remotis, Clericos Monachosque delegit in interiorem cohortem palatinam, quos pernosset rerum prudentia, et vitæ integritate præcellentes ; ut eorum consiliis operaque adjutus, clavum, ad quem sederet, contra temporum impetus recta teneret. Ex Clericis *h* Petrum Diaconum, Gregoriano Dialogo nobilem ; ex Monachis, *i* Maximianum familiares ascivit ; qui Gregorio plures ante annos familiariter notus, atque carus juxta fuit : quippe ex ejus fontibus jam inde a tirocinio suo illustrem quamdam pietatem hauserat, probeque noverat, qua virtute præstaret Maximianus. Igitur in primos ordines Palatinos adlectus, ab initiis Gregoriani Pontificatus B ad tempus usque quo Syracusis Episcopus datus est, diu noctuque in sacro palatio egit ; domi quidem Gregorio, super gregem vigilanti, servire consilio ; adhærere domo exeunti, et ornare Pontificis comitatum, non seculari fastu, sed animi modestia castisque moribus.

Ecclesiæ Syracusanæ Pontifex præficitur :

5 Vix annum in palatio Maximianus cum Gregorio fuit : ipsa inter initia Pontificatus, Agathone Episcopo Syracusano vita functo, in ejus locum Gregorius *k* Maximianum subrogavit : neque enim diu latere lumen potuit, quod accenderat Deus, ut præcelsiore ex loco pluribus affulgeret. Itaque vir sanctissimus e monasterio ad palatium eductus est, e palatio ad Episcopatum ; ut qui fuisset monasterii Pater, Comes sacri palatii, Ecclesiæ Magister esset. Magna vero fuit necessitas, quæ *l* Gregorium compulit, ut Maximiano privaret se, homine conjunctissimo, cum veteri consuetudine, tum consensione morum, suisque consiliis ad Reipublicæ tempora perutili assessore : sed quod magni intererat, homini integro strenuoque Syracusanam Ecclesiam committere, Pastor optimus libenter orbari eo se suumque palatium passus est, ut Syracusas ornaret, florentemque Siciliæ Provinciam, quam miro amore prosequebatur : ejus quippe administrationem maxime C ad reipublicæ conservationem spectare, intelligebat.

tot Siciliæ vice Pontificis Rom præsidet

6 Ceterum quanti Gregorius Maximianum faceret, quantum ejus integritati, vigilantiæ, industriæque confideret, quo animi consilio ad inclytam Syracusarum Sedem sustulerit, satis aperuit, cum Provinciam illam adeunti, Siciliæ totius Ecclesiæ sponte sua commisit. Sed enim *m* litteras ad eum Gregorius dedit, cum modestiæ suæ plenas, tum fidei in Legatum suum ; quibus asserebat, mandatum a Deo munus alacrius exsecuturum, si in partem curarum capaces vocaret, dignosque cum quibus labores suos communicaret ; proin Sedis Apostolicæ vices ei decreto suo in Sicilia delegare, ut pro causis, quæ judicio ejus finiri possent, Provincialibus maria transmeare necesse non esset : quarum vero arbitrum esse se nollet, ad Pontificem deferret : sed eam potestatem neutiquam tribuere se loco, sed personæ : experiendo didicisse ex anteacta ejus vita, quid consequenti confidendum foret. Ex quibus plane cognoscitur, quantum Gregorius Maximiano

qui legem tertio quoque anno Romam veniendi

detulerit colueritque, ob insignes ejus virtutes, longo vitæ usu sibi perspectas. Cum vero eæ litteræ datæ sint mense Decembri, Indict. x extremo anno DXCII, satis ostendunt, Maximianum aliquot ante menses consecratum fuisse Episcopum, et ad Syracusanam Ecclesiam regendam in Provinciam missum ; in ipso ortu Indictionis decimæ, extremave Indictione nona ; nam eodem anno, altera Augusto mens. effluxerat, altera vero Septembri cœperat

7 Maximiano igitur, viro gravissimo ac præstantissimo, in Siciliam delegato ; statim Gregorius Episcoporum Provinciæ illius ad Urbem conventum, qui triennio fieri de more consueverat, in quinquennium distulit, ac lege sancivit. *in quintum transfert :* Quod Gregorius tunc decrevit, ut Episcopi Siciliæ eo levarentur onere ; quorum causis maxime provisum esset, cum Maximiano vices in Provincia suas commisit : sed datum maxime fuit Maximiani industriæ, ac fidei. Plane in extrema Indictione undecima, quæ in annum DXCV incidit, Romam ad Gregorium proficisci meditatus est. Causam haud facile asseruerim, sine luce scriptorum. An ut Gregorium viseret, arctissima sibi caritate devinctum, cujus alendi visendi studio Constantinopolim se contulerat? an ut de Provinciæ, quam sustinebat, difficillimis rebus coram cum Pontifice ageret? an ut sacra limina more majorum exoscularetur, triennio altero jam ineunte ? Nam Gregorius, *interim Maximianus Gregorium* licet antiquata triennii lege, sacris liminibus quinquennium sanxisset ; definisse tamen videtur Episcopis tempus, quod iis præterire non liceret, ad peragendos Romæ conventus : sed si cui citra illud adire placuisset, non prohibuit. Itaque Maximianus, quod E lege non debuit, ex pio animi sui sensu facere potuit

8 Porro profectionem hanc in Urbem aut adornasse Maximianum, aut animo destinasse Gregorius docet ; *in scribendis Dialogis juvat per litteras·* qui cum Dialogos meditaretur, de sanctorum virorum rebus in Italia præclare gestis, ad Maximianum scripsit, ut quæ olim de Nonnoso retulisset, aut si quid aliud scriptu dignum sciret, nisi venire ad se properaret, in memoriam per epistolam revocaret. Exsecutus id Maximianus videtur, litteris ad Gregorium redditis. Is enim quæ de Nonnoso memorat in Dialogis, ex Maximiano Episcopo et Laurione Monacho accepisse se profitetur. *lib 1 cap 7* Quod argumento est, prohibitum fuisse Maximianum a profectione, qua ad Gregorium moliebatur : ac fortasse Provinciam sibi commissam, et Siciliæ totius administrationem, ob difficultates rerum deserere non licuit, aut discessum in consequentem annum distulit.

9 Sed aliter visum Deo. Neque enim Maximiani ad Urbem, sed iter ad cœlum fuit. *qui eum vicissim luget vita functum* Qui, cum onere negotiorum, tum ingravescente severaque vitæ ratione debilitatus fractusque, maximo publicæ rei detrimento, bono tamen evocatus suo, ad Beatorum sedes feliciter evolavit. Gregorio alumno olim suo F luctum, Syracusis atque adeo toti Siciliæ magnum desiderium sui relinquens. Jam vero Maximiani obitum, virique jacturam Ecclesiæ pernecessarii, sanctissimus Pontifex quam vehementer ingemuit ac deploravit. Inde Cypriani Diaconi litteras, quibus nuntius de Maximiani morte ad eum perlatus est, amarissimas appellat, ob summum animi dolorem, quem perlectis accepit. Quid vero acerbius accidere Gregorio potuit, quam hominem, veteri sibi familiaritate devinctum, integritate vitæ morumque sanctitate carissimum, in administranda publica re industrium strenuumque adjutorem, sibi sublatum, *lib 5 ep 19* tantoque Ecclesiæ detrimento difficillimis temporibus extinctum? Quæ duæ res commovere homines solent, publici, privatique boni ratio, eæ ambæ optimum Pontificem vehementer angebant. Ergo Maximiani cognita morte, Gregorius ad Cyprianum, Patrimonii in Sicilia Rectorem, litteras dedit, indices acerbitatis suæ, adeoque sollicitudinis, ob destitutam Syracusanorum Ecclesiam, simul hominem monuit, ut eum successorem deligendum curaret, qui Maximiani locum ac regimen promereretur.

10

A

A. Oct. Cajet. Laudatur ille a Syracusanis. L. 4 ep. 17

10 Sed recreavere Pontificem Nobilium Syracusanorum litteræ, quas ad Gregorium perscripsere, Maximiani laudum plenas, novi Pastoris electionem in gravissimum ejus arbitrium rejicientes. Utrumque Gregorio gratum fuit, cum Nobilium Syracusanorum pium erga defunctum Patrem officium, plenaque benevolentiæ recordatio, quæ amantes filios decebat; tum singularis illa pro novo Pastore deligendo modestia. Quam ob causam Gregorius epistolam illam, testimonium laudis Syracusanæ Nobilitatis appellat. Sed enim rescripsit ad Nobiles Syracusanos, laudans, quod onus illud deligendi Episcopi sapienter declinassent; et in Pontificem retulissent *n*, Episcopum deposcentes qui Maximianum referret, honorifica cum testificatione virtutum ejus, quas, obtrectantibus aliis post obitum parentis, tanto majore eorum laude boni filii non tacerent. Sed, inquit, Magnæ virtutes numquam extra invidiam fuere, neque unquam sanctitas, ut firmaretur ac splendesceret magis, obtrectatore suo qui exerceat vacavit. Quid tamen in Maximiano fuerint criminati obtrectatores virtutis, non invenio; habuisse quod criminari potuerint, non credo. Fuit

B

enim omni laudis genere præstantissimus; et inter eos, qui ætate sua præcelluere, toto Occidente conspicuus: cum sola virtus primum ad Gregoriani monasterii fastigium, mox ad Sedis Syracusanæ infulas extulit: nobis vero satis superque sunt pro Maximiani sanctitate, illustria sane testimonia sanctissimi Pontificis Gregorii Magni.

adhuc viventem miris Gregorius elogiis ornat.

11 Principio quantum est illud, quod Gregorius vices suas in tota Sicilia Maximiano delegaverit, præclaro illo ejus integritatis constantisque virtutis elogio: Quas vices non loco, sed personæ tribuimus: quia ex transacta in te vita, ait, didicimus, quid etiam de tua subsequente conversatione præsumamus. Maximiani vero sanctitas adeo eminens erat, ut Gregorii judicio, gravissimo et integerrimo, par illi non esset, qui Syracusanæ Ecclesiæ præficeretur. Itaque in epistola ad Nobiles Syracusanos, Hoc, inquit, sciat magnitudo vestra, quia civitati isti, quem dare possimus, Maximiano reverentissimo similem non habemus. Eademque epistola,

L. 4 ep. 17,

Maximiani successorem, ejus virtutum imitatorem exoptat: Desiderii nostri est, inquiens, talem illic cum Christi gratia ordinari Pontificem, qui b norum supradicti Episcopi, cujus vos actionibus testimonium perhibetis, in omnibus debeat Deo adjutore,

C

imitator existere. Neque unquam in laudando Maximiano Gregorius sibi satisfacere visus est; tanto eum, quoties incidit oratio, cum honore nominat,

o

seu viventem seu vita functum. Appellat *o* virum venerabilem, reverentissimum, reverendissimum, venerandæ memoriæ Episcopum, sanctæ memoriæ, Dei famulum sanctissimum, dignum solicitumque Ecclesiæ suæ Patrem. Quæ laudes cum a laudato viro Gregorio, eoque integerrimo, ac Romano Pontifice sanctissimo, proficiscantur, quanti illæ sunt æstimandæ?

12 Porro in solicitudine, quam Paulus Apostolus ab Ecclesiarum Præpositis animarumque Pastoribus exquirit, Maximianus eximius fuit, fidemque muneri suo Magni Gregorii luculento testimonio servavit. Ejusdem in clero populoque, recte informando expurgandoque, in exquirendis insectandisque criminibus ardorem animi, in pastorali cura vigilantiam et solicitudinem, Gregorius sæpe laudat. In epistola ad ipsum Maximianum; Admonemus, ait, ut hoc tantum nefas sub ea vivacitate, quam te in

ut qui recte Pastoris officium peregit.

causis piis habere certissime scimus, requiras. Epistola ad Cyprianum Diaconum; Vir, inquit, sanctissimus Maximianus Episcopus noster, ecclesiam Dei pravis hominibus purgare desiderans, laudabiliter erga Ecclesiasticorum vitam, sicut nosti, solicitus fuit: qui dum eorum actus vigilanter cura pastorali intenderet etc. Demum ob peccata nostra nobis ereptum testatur. Ut paucis multa complectar,

D

Inter cœlestes adscriptus est.

viventem Maximianum Gregorius amavit ut amicum, ut patrem coluit, veneratus est ut hominem sanctum: demortuum in beatorum numerum adscripsit epistola sua, qua de Maximiano, scripsit; Ille quidem ad præmia desiderata pervenit. Obiit vir sanctissimus ad v Idus Junias, anno Christi DXCIV, cum ferme triennium Syracusanam Ecclesiam rexisset, quo die ejus meminit Martyrologium Romanum.

ANNOTATA G. H.

a Siculus Maximianus *appellatur a Joanne Diacono, lib.* 1 *Vitæ S. Gregorii Magni, num.* 33. *At Cardinalis Baronius, in Apologetico sub nomine Antonii Gallonii, ait, Syracusanum fuisse conjici posse ex Pastorali munere, quod ibidem gessit: solere enim a Clero populoque eligi e civibus suis Episcopum. Verum potuit, Romæ existens, multa præstitisse beneficia Syracusanis; ut ideo, cum saltem Siculus esset, fuerit desideratus.*

E

b *Sequentia habentur lib.* 1 *dictæ Vitæ num.* 6.

c *Constat ex Dialogis S. Gregorii, scriptis anno* 593, *Petrum præfuisse dicto monasterio, cum ipse ad Pontificatum assumeretur; et dictum Petrum refodisse sepulturam S. Meruli Monachi dicti monasterii, magnumque inde fragrantiam suavitatis emanasse post annos* 14, *ut ad* 17 *Januarii ex lib.* 4 *Dialog. cap.* 47 *retulimus. Ergo S. Merulus sepultus fuerat anno* 579: *at quam diu ante Monachus fuerit, non constat. Quidni circa annum* 570, *aut paulo serius, monasterium fuerit constructum?*

d *Gregorius lib.* 3 *Dial. cap.* 6, Dum, *ait*, jussione Pontificis mei in Constantinopolitanæ urbis palatio responsis Ecclesiasticis deservirem; illuc ad me venerabilis Maximianus, (nunc Syracusanus Episcopus) caritate exigente cum Fratribus venit.

e *Hæc ex citato jam loco desumpta sunt.*

f Croton, *seu* Crotona, *urbs antiqua Magnæ Græciæ seu Bruttiorum, hoc tempore in Calabria citeriore, estque Marchionatus Columnarum.*

g *Die* 3 *Septembris anno* 590.

h *Hujus* S. Petri Diaconi *Acta retulimus, post Vitam S. Gregorii, die* 12 *Martii.*

i *Id testatur Joannes Diac. lib.* 2 *Vitæ S. Gregorii num.* 11 *et* 12.

F

k *Circa annum, non* 590 *(ut scribit Pirrus in Notitia Syracusana) sed* 591, *cum uno saltem anno adfuisset S. Gregorio, tunc Papæ creato.*

l *Lib.* 3 *Vitæ num.* 7 *referuntur decem, tunc cum S. Maximiano ordinati Episcopi, evitatis simoniacis et illicitis ordinationibus.*

m *Est epist.* 4 *lib.* 2, *in qua sic scribit:* Mandata cœlestia efficacius gerimus, si nostra cum Fratribus onera partiamur: proinde super cunctas Ecclesias reverendissimum te virum Maximianum, et Coepiscopum nostrum, vices Sedis Apostolicæ ministrare decrevimus: *et sub finem:* Quas videlicet vices, non loco, sed personæ tribuimus: quia ex transacta in te vita didicimus, quod etiam de tua subsequenti conversatione præsumamus.

n *Is fuit* Joannes, *etiam Sanctus habitus, referendus* 23 *Octobris.*

o *Hos titulos ita probat Cajetanus, ut sit dictus;* Venerabilis, *lib.* 1 *Dial. cap.* 3, *lib.* 3 *cap.* 38, *et Homilia* 34 *super Evangelia;* Reverentissimus, *lib.* 2 *ep.* 4*;* Reverendissimus, *lib.* 4 *epist.* 147*;* Venerandæ memoriæ Episcopus, *lib.* 5 *epist.* 43*;* Sanctæ

memoriæ

A memoriæ, *lib.* 3 *epist.* 4; Dei famulus, *lib.* 3 *Dial. cap.* 30; Sanctissimus, *lib.* 13 *epist.* 13.; Dignus solicitusque Ecclesiæ suæ Pater *lib.* 5 *epist.* 48. *Ita Cajetanus. Sed utinam citationes essent accuratæ, ad singula recognoscenda!* D

DE SANCTO CUMIANO

EPISCOPO SCOTO, BOBII IN ITALIA.

SYLLOGE HISTORICA

G. H.

Ex Monumentis Bobiensibus apud Ughellum.

SEC. VIII

Elogium ex Chronico Bobiensi.

Ferdinandus *Ughellus, Tomo* 4 *Italiæ sacræ, agit de Episcopis Bobiensibus; et his subjungit antiquos Abbates Bobienses, quorum quintum nominat* Congelum; *et ibidem addit ista:* Vixit in eo monasterio, Luitprandi Regis temporibus, Cumianus Episcopus: ibique ad cœlum evolavit, abdicato Sacerdotio Monachus jam factus, de quo in Chronico Bobiensi hæc habentur: Sanctus Cumianus Episcopus in Scotia septuagesimum quintum B annum jam agens, Dei amore ignitus, ad fines Italicos devenit, locatus in monasterio Bobio, videlicet S. Columbani. In quo quidem monasterio, sub dogmate, id est constitutionibus S. Columbani, annis viginti et plus strenue ministravit. Fuit enim mitis, prudens, pius fratribus, atque pacificus: moritur ibi ætatis suæ annis completis nonaginta quinque, mensibusque quatuor, temporibus Luitprandi Regis Longobardorum, qui fabricare fecit in honorem ipsius notabile monumentum, inscriptos his versus continens.

Epitaphium jussu Luitprandi Regis positum:

2 Hic sacra Beati membra Cumiani solvuntur:
Cujus cœlum penetrans anima cum Angelis gaudet.
Iste fuit magnus dignitate, genere, forma:
Hunc misit Scotia fines ad Italicos senem.
Locatus in Bobio, Domini constrictus amore;
Ubi venerandi dogma Columbani servando,
Vigilans, jejunans, indefessus, sedulo orans,
Olympiades quatuor unius que curriculo anni
Sic vixit feliciter, ut felix modo credatur,
Mitis, prudens, pius, fratribus pacificus cunctis.
Huic ætatis anni fuerunt nonies deni,
Lustrum quoque unum, mensesque quatuor simul.
At, Pater egregie, potens intercessor existe,
Pro gloriosissimo Luitprando Rege, qui tuam
Pretioso lapide tumbam decoravit devotus,
Sic manifestum, almum ubi tegitur corpus.
Conditus est hic Domnus Cumianus Episcopus
xiv Kal. Septembr. Fecit Joannes.

In Kalendariis ejusdem cœnobii ejus festum legitur quinto Idus Junii.

festum 9 Junii,

3 *Hactenus Ughellus, ante quem Acta Sanctorum Hiberniæ edidit Joannes Colganus, et in iis ad diem* xii *Januarii retulit* S. Cumianum Episcopum, Bobii sepultum; *fassus* sibi non satis compertum esse, quo determinate die coleretur, vel quis esset ex tot diversis hujus nominis Sanctis, *quos, addito die natali, unum et viginti numerat. Horum primus colitur* xii *Januarii, sed is Episcopus non appellatur. Quales duo referuntur, scilicet* S. Cumianus, Cluain fertensis Episcopus in Connacia, *anno* dclxi *die* xii *Novembris mortuus, sed in patria sepultus; et* S. Cumianus Episcopus Endromensis in Ultonia, *qui anno* dclxiii *die primo Julii dicitur obiisse. Sed quia incertum est, nihil audet definire; maxime, quod eorum qui in exteris regionibus moriuntur, memoria sæpius non sit fastis Hibernicis inscripta. Addit,* reconditum esse in monasterio Bobiensi, juxta altare S. Attalæ: *quod debuit Bobio immediate accepisse. Luitprandus Rex Longobardorum, sub quo adhuc vixit, et qui ejus Epitaphium curavit, cœpit regnare anno* dccxii, *vita et regno functus anno* dccxliv. E

frustra quæritur in Hibernicis fastis.

C DE S. GEORGIO SACERDOTE, F

MONACHO VABRENSI IN AQUITANIA

Notitia ex propriis loci Officiis.

G. H.

FORTE SEC. IX.

In Vabrensi monasterio sub an. 862 extructo,

Vabræ, *Gregorio Turonensi lib.* 9 *Historiæ Francorum cap.* 9, Castrum Vabrense, *urbs parva Galliæ in Ruthenensi Aquitaniæ provincia, quæ incrementum suum præcipue debet celebri ibidem monasterio Benedictino, quod Raymundus primus Comes Tolosanus anno Caroli Calvi* xxiii, *Christi* dccclxii *fundavit, ac sequenti anno Carolus Calvus approbavit: quorum instrumenta profert et exponit Guilielmus Catellus, lib.* 1 *Historiæ Comitum Tolosanorum cap.* 10. Inclaruit hoc monasterium tanto religiosæ disciplinæ fervore, ut S. Geraldus, Comes Aurelianus, nobiles pueros eo dirigeret, ut apud Fraternitatem illam sub norma regulari iidem pueri imbuerentur: *sicuti scripsit S. Odo Abbas Cluniacensis, lib.* 2 *Vitæ dicti Geraldi Comitis. Joannes Papa XXII hoc monasterium in Episcopatum erexit, et Gregorius XIII Monachos habitum solitum in Canonicalem mutare permisit.*

S. Georgius fuit monachus,

2 *In hoc monasterio erat olim* S. Georgius Monachus; *cujus memoria nobis ex Aquitania Missa est. Una cum Lectionibus propriis de S. Vincentio Aginnensi Martyre, et adscripto die* ix *Junii, quo colitur dictus S. Vincentius, passim omnibus Fastis insertus. Hujus Acta rara jam supra illustravimus. de* S. Georgio Monacho, *alibi nihil legimus, ne quidem in Fastis Benedictinis. Attamen ne qualiscumque ejus memoria omnino pereat opus nostrum, tres priores Lectiones, de eo nobis submissas, hic apponimus, donec major notitia adferatur. sunt autem hujusmodi:*

sancte educatus,

3 Beatissimus Georgius, nobili prosapia exortus, diœcesis Ruthenensis Aquitaniæ provinciæ extitit oriundus, qui tempore pueritiæ et adolescentiæ suæ

A liberalium artium studiis docilem animum jugiter mancipavit: quibus plenissime informatus, postea incessanter vacavit lectionibus divinis, adeo ut suis etiam magistris eruditior haberetur. Erat autem in voluntaria suæ carnis afflictione et assidua maceratione rigidus et severus, in caritate fervidus, sobrius et pudicus, sapiens et facundus, humilis ac mansuetus, religiosis moribus et litteris bene instructus et ornatus. In Collegio Conchensi diœcesis memoratæ primum a præceptoribus eruditus, ibique Deo militans, adeptus Sacerdotii dignitatem, monasticum sumpsit habitum; religiosus, pervigil ac devotus, cœlestis altitudine consilii providente in Vabrensi monasterio diœcesis ante dictæ Monachus simplex et providus, laudabiliter habitavit. In quo jejuniis frequentibus, vigiliis diuturnis, orationibus opportunis, crebris gemitibus, longis suspiriis insistens, viriliter et constanter pro suis ac populi delictis indulgentiam precabatur. Inter Fratres

a Conchensi monasterio Vabras translatus,

D regulariter conversatus, dulcis, affabilis, et lætabundus, præsentibus et futuris vivendi formam imitabilem dereliquit, utiliter exordiens, utilius proficiens, utilissime perseverans in proposito sanctitatis.

4 *Quod allegatur* Conchense collegium, *est antiquissimum monasterium; sed seculo octavo ab exercitu Saracenorum funditus destructum, et postea Carolo Magno Imperatore jubente per Ludovicum filium ejus a fundamentis honorifice restauratum; ubi* arduæ religiositatis more Monachos vixisse, bonarum virtutum augmentis studiose cumulatos, *testatur auctor Historiæ de Translatione corporis S. Fidei Martyris, dandæ ad diem* VI *Octobris. Hinc si alicui conjecturæ detur locus, opinamur* S. Georgium, *Monachum et Sacerdotem, ex Conchensi monasterio cum aliis delegatum, ad fundandum monasterium Vabrense a Raymundo constructum: adeoque eum adhuc seculo* IX, *sub finem vergente, ad Christum migrasse.*

forsan seculo 9

DE S. RICHARDO

B E

EPISCOPO ANDRIENSI IN APULIA

COMMENTARIUS HISTORICUS

D. P.

De invento corpore, cum probationibus veteris cultus, indeque sumptis indiciis ætatis, ad Hadriani IV tempora referibilis.

CIRC. AN. MCC.

Andrium *sive* Andria, *Apuliæ Peucetiæ civitas,* titulo ac dignitate Ducatus inclita, *uti scribit Leander Albertus, idque ab anno circiter* MCCCL, *multo etiam citius Episcopali dignitate fuit ornata, fortassis a* Gelasio Papa II: *qui anno* MCXVIII *ultima Januarii electus Pontifex Romæ, indeque subito compulsus fugere, Tarracinæ est coronatus* XXIV *Februarii, convenientibus ad eum totius Apuliæ Calabriæque Principibus et Præsulibus; ubi interim, dum Romæ Antipapa Gregorius intruditur, ipse mansit per totam Quadragesimam usque post festa Paschalia; adeoque facile potuit, institutione quorumdam novorum Episcopatuum, auxisse numerum fidelium sibi, contra prædictum Antipapam, et Henrici Imperatoris tyrannidem. Scio Andrienses initium suæ provectionis ad eam dignitatem* Gelasio I *adscribere*[a]: *sed* C *cum ipsiusmet urbis exordium lateat,* vel ex antiquitate, vel ex scriptorum silentio, *uti fatetur Ughellus; sicut recentiori cuidam visum est, exordium profanæ rei a Diomede adductisque ab Andro insula colonis petere: sic impune licuit, sacræ initia ad quamcumque attollere vetustatem, invitante præsertim (ut conjectare licet)* Gelasii Papæ *ambiguo nomine.*

Andriensi Ecclesia, a Gelasio, non I, sed potius II erectæ,

2 *Interim prima* Episcopi Andriensis *notitia, sed absque nomine, nobis occurrit in Translatione S. Nicolai Peregrini, in oppido Trani celebrata anno* MCXLIII. *Prima, inquam: nam quem Ughellus præponit* Christophorum, *inter Nicæni II Patres anno* DCCLXXXVII *nominatum, non fuit* Andriensis *ex Italia (unde nemo, uti neque ex toto Occidente ullus ibi comparuit,* sed Andriacensis *ex Thracia Episcopus. Post anonymum illum, et unum fortassis alterumque intermedium, certo scitur fuisse* Richardus, *quem anno* MCLXXIX *Concilio Lateranensi III interfuisse scribit Ughellus; sed minime probat; latentibus, qui ex Italia adfuerunt, Episcoporum nominibus. Certius monumentum, ex Episcopali archivio, ipse producit pro anno* MCXCVI; *quod huc transferre integrum placet.* Ex quo Verbum Patris, sacri sui cordis penetralibus exiens, per Angelicum divinum præconium auribus fuit Virginis instillatum; unde virga Jesse viruit, floruit, germinavit, et Verbum caro factum est et habitavit in nobis; milleni centeni nonageni sexti anni curriculus volvitur et terminatur, usque dum præsens ecclesia Sanctorum Martyrum Erasmi et Pontiani gloriosis fuit Reliquiis, ex divinæ voluntatis beneplacito, adornata. Quas quidem Reliquias, per diligentiam perfecti studii D. Manerii sacerdotis, et D. Joannis hujus ecclesiæ Abbatis, a Civitella, *Samnitum vicinorum oppido,* huc Deo concedente translatas, Dominus Richardus, venerandus Episcopus Andriensis, mente hilari et devoto genu suscepit; et ordinato processionis ordine, cum omni qua decet reverentia et exultatione gaudiorum, cum universo cœtu Andriensis populi huic ecclesiæ collocavit. Ad quorum Sanctorum laudem præsens altare conditum, idem Episcopus sacrosanctis induit F Indulgentiis, relaxans perpetuo, omnibus Catholicis Deum colentibus, de criminalium contagiis peccatorum, annum unum et dies quadraginta, qui ad anniversarium hujus Consecrationis, ad hanc ecclesiam S. Bartholomæi accelerare, ex ardore bonæ intentionis, et manus adjutrices porrigere studuerit. Actum anno instante; tertio die mensis Aprilis, Indictione XIV.

primus, cujus nomen sciatur,

Episcopus invenitur Richardus Anglicus,

translatis an. 1196 SS. Erasmi et Pontiani Reliquiis notus.

3 *Post hunc* Richardum, *rursus per annos centum nullus potest nominari, usque ad* MCCXC: *quando pro Decimarum quarumdam translatione, apud Neapolitanum Regem Carolum II, institit* Fr. Placidus Andriensis Episcopus, *teste Ughello. Deinde sibi constat successio Episcoporum, sed fortuna regni varie mutata, anno denique* MCCCXLV *concussa vehementer fuit, per mortem Andreæ Regis, uxori ejus Joannæ imputatam; quam ulturus defuncti frater Ludovicus Hungariæ Rex, universum regnum ferro flammaque vastavit. Eo tempore contigit* Andriam *quoque everti ac spoliari: prudens autem sacrista, ut infra dicetur,* S. Richardi, *Episcopi et Patroni Andriensis, corpus sic abscondit, ut ignotum latuerit usque ad annum* MCCCXXXIV; *quando repertum denuo est, juxta historiam ab oculato teste,*

Anno 1345 absconditum corpus sanctum,

ipsomet

A *ipsomet Andria Duce, conscriptam et mox proferendam.* Franciscus de Baucio *sive* Balzio *hic fuit, cujus stirpem apud Sansovinum, inter Origines illustrium familiarum Italiæ pag.* 12 ½, *videre est, deductam ab anno* MCCCXIV, *sic ut appareat (quamvis non sine erroribus, quorum capitalis unus corrigetur Annot. g) hujus nominis in familia sextum, in titulo Ducali quartum fuisse Richardum istum; atque in ipsius filio Pyrrho, absque heredibus masculis defuncto, cessasse lineam Ducum Andriensium, descendentium a* Margareta *prima sorore Philippi Principis Tarentini,* quæ, *sicut scribit Joannes Juvenis historiæ Tarentinæ lib. 7 pag.* 174, vivo patre fuerat Regina Scotiæ, et insciis fratribus alterum habuit virum Franciscum de Baucio, Montis Caveoli Comitem, qui nuptiarum causa Andriæ Ducatu ornatus est.

invenitur 1434 a Duce Francisco,

qui rem descripsit anno 1441:

4 *Hujus ergo trinepos* Franciscus *iste est, quem supra dixi scripsisse historiam Inventionis* S. Richardi. *Scripsit autem anno post rem gestam septimo, interim accurate scrutatus quidquid ad illustrandam Sancti a se inventi memoriam faciebat. Reperisse vero se ait, primum Kalendaria sive Necrologia tria, ex quibus ille intelligebatur obiisse* nona die Junii : *item, quod* eodem die novæ inventionis, *id est* XXIII *Aprilis,* translatio suæ canonizationis erat, *id est, (quantum* B *ego quidem conjicio) corporis ex loco veteris sepulturæ ad altare Translatio, complens ipsum actum Canonizationis solennis, in hoc olim consistentis quod vel Synodali Episcoporum judicio, vel etiam Apostolicæ Sedis expresso indulto, permittebatur aliquis coli ut Sanctus. In uno dictorum Kalendariorum (utique ad diem* XXIII *Aprilis) scriptum legebatur ;* Sanctissimus et Beatissimus Pater noster Riccardus Anglicus, Episcopus hujus Andriæ civitatis, qui beatus Pontifex ante obitum suum centum miracula fecit, cujus corpus collocatum est in Confessione hujus ecclesiæ. *Nonnullis autem erasis,* ex antiquitate litteræ *apparebat,* numero Incarnationis annorum trecentorum, tantum addi posse, quanto scripta prius erat manifestatio nominis, *ut quidem interpretatur Franciscus : ut autem existimo ego, ita inveniebantur scripta* CCC, *ut appareret præpositas fuisse hasce litteras.* An. Dni D *vel* M, *ut Canonizatio et Translatio prædicta contigerint circa annum* DCCC *vel* MCCC. *Postremum autem longe mihi videtur probabilius : tum quia ejusmodi Canonizationes incunte seculo* XIV *usitatissimæ, seculi* IX *initio necdum notæ erant : tum quia invenitur corpus sub altari positum fuisse a Joanne Episcopo, primis annis seculi* XIV *Ecclesiam Andriensem regente : actus* C *autem talis solebat in Canonizationum Bullis primus mandari.*

et argumenta cultus prioris scrutatus, invenit Natalem 9 Junii,

de testimonio canonizationis,

ad circiter 1300 factæ;

4 *Porro inter Reliquias Sanctorum, paulo post dicitur inventa* Clerica *ipsius Sancti, id est* Corona clericalis, *sive (ut in Vita mox indicanda explicatur)* capitis sui pericranium ; *idque* cum chartula, Longobardorum apicibus exarata, tali modo : Hæc est Clerica Sancti Riccardi, quæ jam non inventa erat cum corpore ; et cum ea cor appositum est. *Sapit hoc accuratam nisi fallor diligentiam Chirurgorum, post mortem Sancti adhibitorum ad pollincturam; qui cerebrum aperto cranio exempturi, primum reverenter absciderint totam cutem verticis corona crinali circumdatam, quæ deinde fuerit servata seorsim inter Reliquias una cum corde : quod tamen cor incorruptum perseverans, sed forte exuccum, rursus appositum fuerit corpori in die primæ translationis. Etenim, tempore novæ inventionis, dicitur illud repertum fuisse in capsula, in qua ossa erant composita : et* insuper omnibus sandalia Episcopalia de pelle nigra jacebant : desuper in eis cor et caput adstabant, cujus ossa rubeo colore lustrabantur ; ut *solent quæ balsamo fuerunt perlita. Denique* inventum est in vestibulo folium Missalis, ubi Oratio et Secreta propria, et

item seorsim servatam Coronam clericalem, S. Richardi

et Missam ejus propriam.

Postcommunio ipsius Sancti legebatur. *Atqui dili-* D *gentia talium rerum componendarum propria est seculo* XIII, XIV, *et sequentibus, ut ex Missis propriis, ex eo tempore post Canonizationes Sanctorum ordinatis liquet; incipiendo a S. Antonio de Padua, qui fuit Canonizatus anno* MCCXXXII ; *unde tandem etiam cœpit consuetudo, ejusmodi tres proprias Orationes inserendi ipsis Canonizationum Bullis, qui fuit usus seculi* XV, *nec longe ultra continuatus : quibuscumque enim hoc seculo et in fine præcedentis indultus honor iste fuit, iis plerumque unam Orationem propriam pro toto Officio ordinare satis habuit et habet Romana Ecclesia. Quamquam autem ejusmodi Officium proprium de* S. Richardo *lectum sibi meminissent Presbyteri aliqui, tamen amissis exemplis omnibus, totus exoleverat cultus in Clero ; sed non prorsus omnis recordatio in populo : dubitabatur autem invento corpore, utrum recte posset coli tamquam Sanctus, ut infra patebit.*

AUCTORE D. P.

6 *Ex istis porro sic deductis, primum conficio, satis verisimile fieri, quod Sanctus hic fuerit Canonizatus a Bonifacio Papa VIII, Anagniæ ut plurimum residente, anno Jubilæi* MCCC, *vel uno ex tribus sequentibus; si velimus supponere, in prædicta veteri scriptura, sicut expunctus numerus millesimi fuit, sic erasum etiam fuisse alium post* CCC *numerum. Deinde ex eo* E *quod ad instruendam Canonizationis causam adducta fuerint centum miracula, patrata in vita; consequi videtur, quod non admodum ignota fuerit tunc ejus vita, neque a multis retro seculis petenda memoria : sed ejusmodi processum in urbis atque ecclesiæ spoliatione prædicta, una cum vitæ prorsus fuisse amissum ; sic ut illius nihil retinuerit memoria, quam a* Richardo *Andriam veniente illuminatum cæcum et contractam erectam. Denique apparet nihil esse causæ, cur* S. Richardus, *Andriensium Episcopus et Patronus, qui hoc die colitur, non fuerit idem ipse cujus initio monumentum protulimus : ab* Hadriano IV, *itidem ut ipse na*tione Anglico, *cui vel ante vel in Pontificatu ministraverit, promotus et ordinatus, intra annos* MCLIV *et* LIX, *quibus ille universalem Ecclesiam rexit. Neque refert si longe alia vetustioraque narrant Lectiones Officii proprii, quibus Ecclesia Andriensis per duo fortassis secula nunc utitur; hæ enim non extabant, cum corpus inveniebatur : imo nec sciebatur vulgo dies obitus, quia (ut ait scriptor noster* Legenda non erat inventa. *Hanc vero eum neque postea inventam dicatis, qui de aliis eodem facientibus minutissimam reddit rationem ; consequens est nullam postea scribi potuisse, nisi per meras conjecturas.*

Videtur ergo Canonizatus ille a Bonifacio 8

recentiori adhuc memoria miraculorum in vita ejus,

forte ab Adriano 4 promotus.

7 *Accepit Bollandus anno* MDCXL *a Nicolao Beatillo nostro,* ex monumentis ecclesiæ Andriensis, tres Legendas de S. Riccardo Episcopo Andriensi, auctore D. Francisco de Baucio Duce Andriæ. *Primæ* F *talis præmittitur titulus :* Hæc est Legenda inventionis et translationis gloriosi Sancti Riccardi Anglici, Episcopi Andriensis, Auctore Francisco de Baucio, Duce Andrino : *et hanc Italiæ suæ sacræ Ughellus inseruit tom. 7 col.* 12 57 *et sequentibus. Secunda sic inscribitur,* Legenda miraculorum S. Riccardi Episcopi Andriæ, *et hæc primum ex MS. datur, ab alio omnino (ut stylus manifestat) Auctore, quidquid dicat in Præfatione,* superfluum *videri* et longum, Canonizationem suam ac Inventionem et Translationem, gratiamque Eugenii summi Pontificis hic inserere, quia de repsa insignia scripta manent, *jam scilicet in prima Legenda posita : quodque* in illis memoria facta est, *quomodo* propter negligentiam præteritorum, Gesta *vitæ et scilicet et miraculorum in vita patratorum)* amissa fuerunt. *Indicatur jam dicti Pontificis, cujus regimen ab anno* MCCCCXXXI *ad* XLVII *extenditur* Privilegium Bullatum *de Indulgentiis, quibus solis opus is esse respondit,* ad augmentandam devotionem fidelium *pro die festivitatis, quam olim celebrari*

Datur Legenda Inventionis et miraculorum ;

sed omittitur Vita,

AUCTORE D. P.

brari solitam, satis manifeste probatum habebatur. Sed neque hæc Bulla amplius invenitur. Occasione autem talis gratiæ, et ex desiderio supplendi defectum ceteris Legendæ, composita denique Tertia est Legenda, de vita S. Riccardi Episcopi Andriensis : *quam ut securius edere posset Ughellus, videtur studio omisisse secundam, ex qua constitisset eam nulla certa notitia prælucente compositam.*

quam ex meris conjecturis male consutam,

8 *Lubet tamen ipsius Epitomen ex Ferrario transcribere, ut de re tota per se judicet lector ; contextum integrum, quem satis est semel excusum fuisse inventurus apud Ughellum.* Riccardus in Anglia honestis parentibus natus, adolescensque primum liberalibus disciplinis, deinde sacris eruditus, fit Clericus ; ordinatus Sacerdos, sacros libros interpretatur. (*Vita sacra* Theologiæ Professorem *appellat*) Erat in oratione frequens ; in jejuniis, vigiliis, aliisque corporis macerationibus, et piis operibus in pauperes assiduus (*Hæc de Presbytero sancto præsumi poterant,*) Is quo tempore ab Attila Italia vexabatur, a S. Petro in somnis admonitus, Romam venit Gelasio summo Pontifice, (*Pro Attila substituatur* Henricus V Imperator, *Italiam Ecclesiamque conturbans,* Gelasio, *non I, sed II ipsam regente* ; a quo (*imo ab Hadriano* IV, *vel intermediorum aliquo*) benigne exceptus. Episcopus Andriensis creatur. Andriam profectus (*quam Vita fingit, una cum Apulia reliqua, olim conversa a S. Petro, denuo Paganam totam*) in aditu portæ lumen cæco restituit, et mulierem paralyticam sanat. Ingressus urbem cum prædicare cœpisset, idola comminuit (*id scilicet et quæ sequuntur congruum priori fictioni erat*) Clerum dispersum restituit, populumque sacro fonte regeneratum Christo conciliat : tanta autem erat sanctitatis ejus fama, ut finitimæ civitates eum ad se instruendas invitarent.

probat Epitome ejus apud Ferrarium ;

9 *Hactenus proprio quasi cortice natans Auctor, porro subsidium petit a Vitis Sanctorum duorum Episcoporum, in nostro Februario illustratis,* S. Laurentii *scilicet* Sipontini *Episcopi, sub quo contigit revelatio S. Michaelis in monte Gargano, uti refertur* VII *Februarii ;* et S. Sabini Canusini *Episcopi, a quo, die* IX *ejusdem mensis, num. 5 Vitæ, leguntur ad Barolitanæ ecclesiæ dedicationem, simul cum S. Gelasio Papa, invitati,* Laurentius Sipontinæ ecclesiæ Pontifex, Palladius Salpitanæ, Eutychius Tranensis, Joannes Rubastinæ, Austerius Venusinæ. *His duabus quasi facibus prælucentibus pergit Vita, et ex hac strictim compendiata Ferrarius.* Cum S. Michael Archangelus in monte Gargano apparuisset, eo jussu Pontificis profectus, una cum Laurentio Episcopo Sipontino, Sabino Episcopo Canusino, et Rogerio Cannensi, aras templi recens conditi consecravit. *Ast Vita prædicti S. Laurentii cujus Caput 3 pene totum verbotenus describit Auctor, et suo aptat textui nihil de altaribus consecratis, nihil de Episcopis ad eam rem sociis.* Rogerium *autem* Cannensem *nec illa Vita, S. Sabini, nec alia ulla antiqua scriptura novit ; imo nec Episcopos Cannenses ullos ante seculum* IX *vel* X ; *sic ut verosimile sit, Ecclesiam hanc recentioris multo quam credatur institutionis esse ; similiterque primum ejus Episcopum ac Patronum* Rogerium. *Hunc sane vel solum nomen suum probat differri posse ac debere ad Longobardorum iis in partibus dominatum ; sicut ex eadem causa, nec* Richardus, *de quo agimus credi potest ad seculum* X *spectare, quando necdum Anglosaxones converti cœperant. Sed de hoc plura ad* XV *Octobris, quando Rogerius iste colitur, anno* MCCLXXVI *translatus Barolum : post quod tempus compositæ de ejus vita Lectiones, similiter suffartæ, ut hæ Andrienses : quarum, seu potius Vitæ Auctor, noluit Rogerium præterire in deducendo ad Garganum* Richardo, *tum quia vicinissimæ urbes sunt Cannæ et Andria, tum quia Rogerio adscriptum miraculum, de æstu ac siti, per fontem et aquilam cantibus levata, volebat commune* Richardo *facere, quod Ferrarius neglexit.*

ubi SS. Sabino Canusino et Laurentio Sipontino pro socii, junguntur S. Richardus Andrien.

et S. Rogerius Cannensis Ep.

10 *Epitomen porro suam de S. Richardo idem Ferrarius sic absolvit :* Reversus Andriam, in eadem vitæ austeritate perseverans, de qua nihil licet senex remittebat, in morbum incidit: et populum ad se vocatum ad fidem Catholicam tuendam hortatus, sacrisque munitus, in illis verbis, In manus tuas Domine commendo spiritum meum, animam exhalavit V Idus Junii : cujus sepulcrum miraculis multis illustratum fuit. Corpus inde a Joanna Regina (*imo a sacrista, tempore Joannæ Reginæ*,) ne a militibus diriperetur sublatum, aliquamdiu delituit : donec anno salutis MCCCCXXXVIII, Eugenio IV summo Pontifice Maximo, in pristinum locum restitutum fuit. *Hæc sumpta sibi fatetur Ferrarius,* Ex Officiis Ecclesiæ Adriensis, ubi Vita in tres Lectiones distributa : *quæ si aliquando reformentur, ut sane conveniret ; earum argumentum aptius sumetur ex historia Inventionis et Miraculorum, tamquam sola certa et fide digna, ideoque solam illam huic operi inserimus. Idem suaserim illis, qui similes de* S. Rogerio *Lectiones usurpant ; non nisi in meris conjecturis, et his imperite consarcinatis fundatas; quamvis ei quo conditæ sunt seculo ignoscendas.*

quæ menda etiam relata sunt in Lectiones.

11 *Redeo ad præsentem cultum : ad quem reducitur* S. Richardi *imago : hæc enim repræsentatur in Officii proprii libello, in veste Pontificali, cum mitra ac pedo in dextera, et ecclesia in sinistra, cumque hoc versu.*

Urbem quam læva suffulcit, dextra secundet,

et circum collum, ista verba leguntur: S. Riccardus Episcopus Andriæ : *sequens vero Oratio recitatur in Officio et Missa,* Omnipotens sempiterne Deus, qui B. Richardum Pontificem tuum Sanctorum Confessorum collegio sociasti, concede nobis quæsumus famulis tuis, ut ejus meritis et precibus misericordiam consequamur et pacem. *Non ausim affirmare, hanc Orationem esse in folio veteris Missalis repertam : quia Auctor Translationis fatetur, membranam illam, Romam a se Missam, cum ceteris probationibus, nec fuisse sibi relatam ; sed* vel negligentia *ferentis,* vel *alio modo simul omnia fuisse deperdita ; solasque se litteras accepisse Cardinalis, rescribentis citra scrupulum procedendum in restituenda festivitate* S. Richardi.

Imago S. Richardi

Oratio propria

12 *Nova ergo Oratio composita fuerit, et simul* Hymnus *proprius, qui sic bifariam divisus proponitur.*

et Hymnus

I Richardo adesto, et percipe voces precantum supplices,
Nostri reatus efficax, orator ad thronum Dei.
Nobis opem tendas tuam, placatus, ut Christus suis
Inclinet aurem prosperam, noxas nec ullas imputet.
Si rite solennem diem colimus ore et pectore,
Si sub tuorum gaudio vestigiorum sternimur.
Paulisper hic tu illabere, Christi favorem deferens,
Sensu gravati ut sentiant levamen indulgentiæ,
II O! ter quaterque et septies Beatus Andriæ incola,
Qui teac tuorum cominus Sedem celebrat ossium :
Quod quisque supplex postulat, fert impetratum prospere.
Poscunt, litantur, indicant, et tristis haud ullus redit:
Cui præsto semper adsis, tuosque alumnos urbicos,
Lactante complexus sinu, paterno amore nutrias.
Sit, Christe Rex piissime, tibi Patrique gloria,
Cum Spiritu paraclito, et nunc et in perpetuum.

13 *Hæc et reliquum Officium per totam Octavam, ex Romano Octavario ordinatum, simul cum Missa de*

S. Richardo

A S. Richardo, *habentur excusa Romæ anno* MDLXXXXVI; *cum præfatione Lucæ Antonii Restæ Episcopi Andriensis, qua dicit, quod*, cum ante ea tempora proprium illi dicatum Officium typis excusum, ejusque diebus festis recitandum circumferretur; ipse, ut tali Patrono exhiberet dignum cultum, multis laboribus, vigiliis ac diligentia, et non modicis etiam expensis, id ad Breviarii novi formam reductum formavit, et gratiis privilegiisque S. D. N. Sixti V summi Pontificis benignissimi ditatum, in lucem edi curavit. *In fine autem testatur* Vincentius, tit. S. Mariæ in Via Presbyter, Cardinalis Montis-regalis nuncupatus, Sixtum V vivæ vocis oraculo concessisse, ut in ecclesia Andriensi ejusque diœcesi, Officium S. Richardi, ad formam Breviarii Romani redactum atque emendatum, celebrari possit in Choro et extra, sicuti in superiori libello continetur: quin etiam omnibus, qui hujusmodi Officium dixerint ac psallerint, toties viginti dies de injuncta sibi pœnitentia, ex omnipotentis Dei misericordia, relaxare. *Neque omittendum, datum pro die* XXIII Aprilis *notari, quo* celebratur festum Inventionis S. Richardi, et festum S. Georgii transfertur in sequentem diem.

Indulgentiæ pro recitantibus Officium.

Inventio 23 April

B

HISTORIA

INVENTIONIS ET TRANSLATIONIS,

A Francisco Duce Andriensi curatæ et descriptæ.

Ex MS. Andriensi et Ughello.

Prologus.

Etsi tantæ hujus rei testimonium perhibendi ignarus sum, quam ego ipse meis sensibus intellexi, qui omnibus affui, recte tamen hæc scientibus irreprehensibilis inveniri cupio. Ambitio in me nulla gestit, nec eruditio disertæ linguæ me possidet; sed ad hæc articulos simul et calamum movi, ut veritas super candelabrum locum obtineat, et supra montes existat firmata. Hæc itaque describens, sicuti mihi in mentem venerunt, dilucidabo.

Andriæ situs

2 Andria civitas centum fere milliaribus a Neapolitana urbe Campanorum ad Septemtrionem distat, sitaque est in Etholis oris Peucetiorum, prope pedes lapidosorum montium ad Austrum jacentium, quinque millia passuum mediterranea ab Jonio C pelago posita est; et versus Occasum Aufidi fluvii per septem lapides transiens, Ducali titulo decorata est, in cujus quidem regimine civitatis, et sortem *a* et vicem gero. Erat in ea *b* olim vir, nomine Tassus, de cujus vita atque moribus cum a civibus curiose quæsivissem, bonus, simplex, neminem offendens, Deo devotus, ab omnibus uno ore laudatus est; et tam se quam suas facultates Deo dicasse responderunt; unde post pauca æva factum est, quod omnia sua in morte, fabricæ templi B. Mariæ, Veteris nuncupatæ, reliquit. Ipse namque sæpenumero ad locum audientiæ meæ, cum cupiditate atque desiderio illectus, profectus est, et quidem curiose sciscitans, hæc ab eo accepi: Inquit enim, Nescis, quod Deus antiquæ miserationis, visitans servum suum fidelem Richardum, Pontificem hujus civitatis, tam sublimem in cœli sede collocavit, et ejus corpus in majori ecclesia nostræ civitatis est collocatum. Quæ audiens admiratus, hæc mecum tacitus reputabam. Et post pusillum adorsus sum hominem, quod hæc quæ ipse diceret, auribus meis numquam percepissem.

a b

Cujus Dux a Tasso

addiscit corpus S. Richardi latere

3 At ille quidem: Jam lustris fere *c* viginti elapsis, in regno isto bellum ortum est inter Regem Hungariæ et Reginam Joannam primam, et hoc D propter necem Regis Andreæ, jam dictæ Reginæ mariti, et hujus Regis Hungariæ germani. Accidit uno dierum, exercitum Regis prædicti iter agere prope hanc civitatem, qui legatos miserunt, quatenus cives in castra munitiones *d* mitterent. Erat autem in arce præ aliis custos, nomine *e* et re Malus spiritus, qui et ipse cohortes assecutus est, et tradidit civitatem; a quibus nedum exspoliata, verum etiam omnibus bonis nudata est. Et nunc est opinio, beatum corpus ablatum fuisse tunc; quæ talis opinio penitus est falsa. Quoniam sacrista prudens, timens in ista vastatione urbis, ne illud eriperent, clam translatavit; et illud subtus altare, quod erat in ecclesia, instar adyti intus in antro dedicatum, ubi prius positum fuerat *f*, collocavit: et propter hoc a quibusdam direptum esse creditur: ubi etiam tota ecclesiæ bibliotheca fuit amissa, unde in oblivionem ductum, Clerici ut decebat, non venerabantur: cives vero aliqui cum devotione locum illum frequentabant. Ex qua re mirum in modum præfatus Tassus, ad dilatandum nomen et rem ipsius Sancti, me, ut ego ejus comes essem, sæpissime flagitaverat; et ut festinus accingerer ad E beatum præfatum corpus inveniendum. At ego rursus ab eo, quomodo istud sciebat, quæritabam, et qualiter ibidem collocatum fuisset. Qui quidem ait; Dominus Dux *g* Guilelmus, pater tuus, et Præses *h* Milillis ad hoc inquirendum iverunt: atque ibi esse corpus bene sciverunt, sed minime ausi sunt attrectare. Ego vero hæc et alia considerans, mente contemplabar; ancipitemque inveniens, in lucias protuli; et cum a multis hæc poscerentur *i*, nomen affuit pervagatum. Et vero nomini antiquo contestatio annuere mihi, sicut visum est cum plumbeo pede transire, hunc rei paululum superstiti.

c

Inventum sub altari collocatum:

d

e

f

g

h

i

4 Sed cum Tassus ad me opportune pervenisset, profecti sumus in ecclesiam. Ara itaque in medio tribunæ posita erat: post tergum ipsius juxta parietem, altare sub parva pulchraque forma manebat: basis ejus marmoreo lapide tabulata; per tres gradus ad illam gradiebantur. Foramen basis, instar *k* pertusulæ persisterat, quantum cervix hominum cum habilitate ingerere se videretur. Post illam quoque porticulam (sicut pavimentum fuisset) lapidea lastra *l* continebatur, in qua Crux in ipso lapide aperte manebat; ita quod mirum in modum ipsius beatissimi corporis, summa cum suavitate, fragrantia reciperetur. Satis congrue, ut honorari F posset, eminebat altare; nec non juxta illud picturam, cum sua effigie, atque nomine Græco, in eo tinctum conspexi, quasi per vetustatem consumptam. Picturæ quoque multæ aliæ Pontificum adhærebant, Beatorum et Sanctorum: et prope januam ipsius ecclesiæ simul alia, quæ Clero hinc et hinc imminebant: aderat præ titulus, qui ipsius civitatis Præsulem indicabat. Vas insuper ibidem positum erat, et superscriptio stylo ferreo legebatur; Joannes *m* Episcopus, Cathedram qui tunc regebat, omnibus adfuit. Et simul super hoc comitia tenentes, statuimus, alia quoque perspicua adminicula cum ævo carpere. Sed prænominatus Tassus est mihi versus in hostem (hostem scribo, ob suam importunitatem) quia de hoc quasi propter debitum a me sibi promissum, de me quotidie conquerebatur, jugiter, et frequenter assistens, ubi me convenisset. Itaque super his cum curiose cum habitantibus colloquerer, atque ibidem concursus creber fuisset, propterea quod loco illo sancto, tamquam sacrario, Presbyteri abuterentur, odor atque fragrantia cessavit. Tandem, quid in basi illa foret, clam videre decrevimus, sub hac spe, scripturam ut ibi aliquam inveniremus.

k

l

m

A

Ex MS. et 23 Aprilis an. 1438 inventum

5 Tertia vero et vigesima die mensis Aprilis, anno incarnationis Domini millesimo quadringentesimo trigesimo octavo, summo regnante Pontifice in Ecclesia Dei Eugenio *n* Papa quarto, atque inclito *o* Alfonso Rege Aragonum, Episcopus *p*, et Presbyter Joannes; ego, puer meus, ac Tassus ipse, in ecclesia congregati sumus: et fores erant clausæ prope meridiem, quando somnus homines ac negotia occupant. Ex latere ipsius basis Tassus lapidem traxit: cumque intueremur, aperte capsulam, tectam palliolo sericeo rubeo, cum summitate acuta, perspeximus. Erat in circuitu ejus cœnum, quasi semipedis altum, quod ibidem per viginti annos projectum extiterat, cum ablutione sacrarum rerum *q*; et fracta vasa, ac cineres rerum urendarum per [singulos] annos illic etiam proponi oportebat, ubi talem locum elegerant: sed tamen palliolum, et capsula intacti apparebant. Presbyter ille, jussu Episcopi illam volens extrahere; tabula, quæ erat ex parte trahentis, ad manus ejus devenit: erat quippe longitudo capsulæ unius cubiti, latitudo ejus et altitudo medii, loco in quo pars plus majoritatis habebat. Ossa erant composita, et insuper omnibus sandalia Episcopalia de pelle nigra jacebant. desuper in eis cor et caput astabant, cujus ossa rubeo colore lustrabantur: cuncta quæ idem venerabiliter colligens, ea sericeo panno involuta in altari majori reposuit. Jamque præparatus erat alius locus per dies plurimos in sacrario, sed ibi cœnum inadvertens presbyter ille ponebat.

ad majus altare defertur,

B

6 Inter hæc ego atque Episcopus colloquebamur, simul ambulantes et regredientes per ipsius ecclesiæ alam: et jam perveneramus ad angulum novissimum, ubi conclusum fuit, clam reverenter illud reponi, ubi jam persistebat. Antiphonam ad Magnificat expectabamus, et Presbyter jam candelam accendit in honorem præfati Sancti; cum subito, tantus de corpore odor emanavit, quod nos astantes, insuper et totam ecclesiam, replevit. Presbyter ille ad nos concite venit in angulum, ubi eramus, hæc nobis annuntians: et subito, cum illuc reverteremur, vehementiorem sentimus odorem et quasi alienati manentes, alter in alterius faciem aspiciebamus. Demum collaudantes Deum, et S. Riccardum, gavisi sumus gaudio magno valde, præsertim quod nobis spem maximam contulit quando semet miraculose manifestavit.

odorem ingentem emittit,

C

7 Et ecce repente factus est ad ostium ipsius ecclesiæ strepitus maximus. Presbyter ille, qui jam, ut videret quid fieret, perrexerat ad ostium; per ipsius ostiis rimulam intuens mulierum ac virorum turbam, et quidnam quærerent illos interrogans, eorum dicta et voluntates tali modo percepit. Dicas Episcopo ac Domino, nisi nobis statim hæ januæ pateant, quatenus Beatissimi Patris nostri Riccardi corpus honorifice veneremur, lignum super lignum non relinquetur. Reveniens Presbyter, inquit nobis audita. Et nos respondimus; Vade: dic eis: Dicit Episcopus, Recedite: nullo enim modo huc intrare potestis. Quamobrem, his auditis, tumultus inceperat jam fieri in populo. Quo audito, diximus, non esse bonum Deo resistere. Ego tamen clam me inde subtraxi, et hoc onus Episcopo, quod me petiverat, dimisi. Fragrantia continue exhalabat: multitudo populorum crebro concursu occurrit, et ex devotione palliolum illud laceraverunt; quod unusquisque particulam, quam poterat, abstulerat. Tres quoque menses nondum pluerat super terram, et aer serenissimus videbatur: et statim in eadem hora suæ inventionis nubes densissimæ in aere factæ sunt, quapropter magna pluvia de cœlo descendit. Fide ac intercessione ipsius Sancti plura miracula jugiter coruscabant: sed ubi, et quomodo fiebant miracula, Legendam de his factam legas, et ibi invenies.

ob magnam importunitatem

ostensum venerationi populi.

D

8 Post vero dies octo, facta prius processione, cum magna reverentia, ubi prius steterat, ibi positum fuit: caput autem ejus atque cor in vestibulo detenta sunt, et postmodum argento clausa præexistunt. Cor quidem in vase vitreo manet, et parum liquoris videtur scaturire, maxime redolentis: sed de eo colligi non præbetur facultas. Aliqui perversi animi oblocuti sunt, quod malum videtur eis hunc Sanctum colere, quia jam idololatria causabatur. Quot et quantis modis ille auctor prævaricationis nutitantes usurpat, et raro ad intelligentes audet aperta fronte se prodere; et plerumque sub specie boni decipit passionatos. Non in mentem eorum venerat, quod honorare Christianos ossa parentum fas est: quanto magis talem sanctissimum Patrem, qui tantis cum signis apud Christum Dominum apparuit, et ejus continua nos intercessione fulcimur. Quamplures rationes, ad confundendam eorum opinionem falsam, et sublimandam veritatem, de hoc dici possent: sed non eget ista scriptura amplius hoc fieri, Presbyter erat quidam, ex numero Cleri hujus Ecclesiæ, Angelus de Leone nuncupatus, qui de hoc Sancto mirabilem in suo corde affixam devotionem habebat, et de hujusmodi susurronibus valde contristabatur.

Caput argento inclusum, cor vitro, distillat liquorem:

contra detractores agitur;

E

9 Accidit quod Archipresbyter hujus *r* majoris Ecclesiæ, qui vocatur Guilhelmus, in custodiam retinebat arcam, et mortuus est; ubi inventi sunt tres Kalendarii, non consueto modo scripti, sed pro qualibet parte folii octo vel decem litteræ sunt distantes, ita quod facile scribi posset inter medium omnium dies obitus; et sic inventi sunt scripti, quando Sanctus ipse migravit a seculo: est quippe nona dies Junii. Quod antea ignorabatur, existimo causam fuisse, quod Legenda non erat inventa. Hos Kalendarios in suo posse retinebat, neque puto sciebat, neque alicui promulgavit. De libris etiam, qui in ecclesia fuerunt, tegmina quaternorum operiebantur Miraculum existimo certum etiam, quod eadem die novæ inventionis, translatio suæ Canonizationis erat, et in uno Kalendariorum subjungebatur: Sanctissimus Pater Noster Richardus Anglicus, Episcopus hujus Andriæ civitatis, qui beatus Pontifex ante obitum suum centum miracula fecit, cujus corpus collocatum est in Confessione istius Ecclesiæ, Littera ista Longobardorum more scripta extitit; sed per obitus mortuorum, qui illic scripti sunt, hoc absumptum est. Manifestatur etiam numerus incarnationis annorum esse trecentorum, et tantum addi posset, quantum scripta prius erat manifestatio sui nominis antiquitate litteræ. Post paululum autem iterum inventum est in vestibulo folium Missalis, ubi Oratio, et Secreta propria, et Postcommunio ipsius Sancti legebatur: residuum vero scripturæ propter senium consumptum erat. Intervallo autem facto iterum murmur prævaluit (tegebant se, qui hoc excitabant) ex quo non inventa Legenda erat, cessare debuerat ipsius Sancti veneratio.

r

in Kalendariis indicatur dies 9 Junii obitus.

et translationis,

F

inventæ tres Orationes Missæ

10 Vir autem ille bonus Presbyter Angelus, qui nominatus est, zelo compulsus in orationem se dedit, Deum ac S. Richardum postulavit, quod silentium super murmure illo fieret. Qui surgens de oratione, ad capsulam indagandam perrexit, quæ Sanctorum Reliquias præservabat. Quæ quidem Reliquiæ ad altaria consecranda custodiebantur: et ibidem Clerica hujus gloriosissimi Sancti reperta est, cum chartula apicibus Longobardorum exarata tali modo: Hæc est Clerica S. Richardi, quæ jam non inventa erat cum corpore, et cum ea cor appositum. Attamen ara major, quæ jam dicta est, pro eo, quod in medio

item Clerica illius

eique cor appositum,

tribunæ

A tribunæ non satis commode ad devotionem sistebat; in eminentiorem locum versus Orientem, ubi prius erat altare illud minus, translata est: sub qua usque in hodiernum diem præfatum jam corpus manens devotius honoratur. Inventi sunt etiam per vicinas, et finitimas civitates illius Provinciæ, apud Breviaria prisca, ipsius festi dies inscripti. Presbyteri quoque multi ejus Legendam legisse *s* affirmabant; sed hoc minime apud detractores profuerat.

et Legenda visa.

s

t

Approbatio Eugenii Papæ,

11 Ex ea qua re ego Archipresbyterum Rubensem *t* cum omnibus, quæ suprascripta sunt, ad sanctissimum Eugenium olim Papam transmisi, ut judicaret, quid de hoc facturi essemus. Qui hæc postquam viderat et audierat; nihil alium fiendum dixit, nisi, ad augmentandam devotionem fidelium, festivitates ejus Indulgentiis fulciri; quod ex relatu dicti Archipresbyteri intellexi, qui privilegium bullatum ad me portavit. Sed antequam prædictum Archipresbyterum ad universalis Ecclesiæ Episcopum et Pastorem destinassem, quemdam Petrolum nomine, Ordinis Minorum Professum, ad eumdem Episcopum misi (non tamen omnia supradicta inventa extiterant) secum tantum Kalendarium, qui B plus loquebatur, quam alii, et folium Missalis jam dicti, in quo Orationes extiterant scriptæ, atque *u* partem miraculorum et testimonia instrumentorum probata, ac fama maxima promulgata. Qui Papa hæc Domino Joanni Episcopo Prænestino *x*, qui Cardinalis Tarentinus vulgariter appellabatur, commisit, ut de hac re veritatem cognosceret. qui ad me scedulam remittens, ait; quod ei videbatur, Canonizationem ipsius Sancti non esse quærendam. et subjungens, dixit; Si sibi Canonizatio S. Cataldi *y* Archiepiscopi Tarentini quæsita fuisset, ostendere non poterat: sed et devotionem nostram identidem assequeremur, et per hos mordentes, more surdorum, transiremus. Qui Frater jam dictus, vel negligentia, vel alio modo, omnia, quæ per eumdem misi, perdidit; tantum Domini Cardinalis litteras mihi reddidit.

et Cardinalis Tarentini.

u

x

y

Testimonium Ducis Andriæ.

12 Unde volens ego Franciscus de Baucio, Dux Andriæ, de hoc verum testimonium perhibere, hanc Legendam propria manu, et proprio dictatu primo scripsi, anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo, decimo quinto die mensis Septembris decimæ quintæ Indictionis, ad laudem et honorem individuæ Trinitatis, Patris et Filii, et Spiritus sancti. Amen.

ANNOTATA G. H. et D. P.

C

a Sertam *intelligo*, Sertum, *sive Coronam Ducalem;* Vicem *vero seu Locitenentiam, Imperialem, aut potius Regiam.*

b Olim, *id est nuper; vivebat enim cum hæc agerentur, mortuus erat cum scriberentur.*

c *Occisus est* Andreas *Rex anno* 1345, *cujus frater Ludovicus Rex Ungariæ, et dein Poloniæ, ulturus necem fratris, Joannam regno fugat anno* 1348. *Hinc usque ad annum* 1438, *quo mox corpus S. Richardi inventum dicitur, solum sunt anni nonaginta, aut a nece Andreæ Regis nonaginta tres, et dicuntur fere* viginti lustra, *propter septem annos deficientes.*

d Munitiones, *in militia, omnis generis annona dicuntur, etiam hodie.*

e *Ita Ughellus. In Jacobilli ecgrapho, pro nomine positum erat* N.

f *Hinc colligitur capsam palam spectabilem prostitisse hoc tempore, quæ ab anno circiter* 1300 *(ut infra patebit) fuerat sub altari.*

g *Hinc corrigendus Sansovinus, qui* Franciscum *hunc nostrum facit filium Pyrrhi, tertio geniti ex* Francisco, *primi Ducis pronepote, quarto genitum vero* Guilielmum, *cognominat* Blanchinum, *et a talore commendat, sed absque titulo Ducis. Fuerit ergo* D *vel contrarium dicendum; vel Pyrrho absque liberis mortuo substituendus* Guilielmus *in titulum; ab eoque, et non a Pyrrho, familia propaganda.*

EX MS

h *Videtur hic ille esse, cujus tale Epitaphium apud Ughellum extat:* Hic jacet Pater Mattheus, frater F. Melilli de Andria, Ordinis S. Augustini, Episcopi ejusdem civitatis. Orate pro eo. Anno Dom. MCCCCI.

i *Obscura periodus: cui ut succurrerem, pro* vera, *posui* vero; *et* contento, *pro* contenti.

k *Ecgraphum Beatilli, et Ughellus,* particulæ, *et infra mox* particulam.

l *Hic quoque jucundus sensus fuit transposito,* fuisset, *cum legeretur* (sicut pavimentum lapidea lastra fuisset) *est autem* lastra, *tabula lapidea vel bractea tenuis, quomodo secari solent marmora, ad incrustandos parietes, etc.*

m Joannis mentio, *inquit Ughellus*, est anno 1318, pauloque post obiit. *Tunc ergo primo positum sub altare fuit corpus, cum celebrata esset Canonizatio sub hoc Episcopo et Bonifacio Papa VIII, ut supra dixi.*

n Eugenius IV *electus* 3 *Martii, et* XI *coronatus an.* 1431, *mortuus* 23 *Febr. an.* 1447. E

o Alphonsus, *patris Ferdinandi an.* 1416 *vita functi successor, vixit usque ad an.* 1458.

p Joannes Dondeus *Monachus Ordinis Cœlestinorum, creatus Episcopus an.* 1435, *mortuus an.* 1451, *juxta Ughellum.*

q *Ritualia Latina*, Piscinam; *Græca*, Κάπνον ἱερόν, turnum sacrum, *vocant; super quam vel in quo comburuntur res sacræ, quæ usui esse ultra non possunt.*

r *Exensum*, minoris.

s *Ex horum ergo confusa memoria videtur acceptum nomen* Gelasii Papæ, *et duplex miraculum ab ingrediente in urbem patratum, aliaque nonnulla.*

t Rubi *urbs Episcopalis Apuliæ Peucetiæ,* x *M. P. Andria distans, Ennii Poetæ natalibus illustris, cujus meminit Horatius lib.* 1 *Sermonum Satyra* 5.

u *Ita Ughellus: ecgraphum nostrum*, par miraculorum.

x Joannes *ex Comitibus Tagliacotii Neapolitanus, Archiepiscopus Tarentinus, ab Eugenio IV creatus, Cardinalis anno* 1437, *et Episcopus Prænestinus anno* 1443, *mortuus* 1449.

y *Quæ Indictio* 15 *jam tum in Septembri inceperat.*

z *Acta S. Cataldi illustravimus ad diem* 8 *Maji.*

MIRACULA F

Eodem Auctore

Ex eodem MS. Andriensi.

Cum gratiam, qua temporibus nostris suffulti sumus, mecum considero, ac tanti Patris intercessione nos gubernari; caritas me urget, ita quod silentium non servo, sed patefacio ea, quæ puto dicenda. Tamen longum et superfluum mihi canonizationem suam, ac inventionem, et translationem, gratiamque Eugenii summi Pontificis hic inserere videtur: quia de re ipsa insignia scripta manent. Nam, sicut in illis memoria facta est, propter negligentiam præteritorum, gesta amissa fuerunt: unde non digni habiti sumus clarius per prodigium scripta possidere. Sic, ut etiam fides locum teneat ejus sanctitatem indagare, et per miracula devoti Sancti magis reor sermocinari, ut venerentur illum patrem etiam insani æmuli, qui non silet per opera veritatem, juxta illud: Si mihi, quæ dico, non creditis, operibus credite. Justitia Dei assidue fulget, nec ab ipsa veritate

Joan. 1, 38
Sanctitas ex operibus et miraculis probatur

A ritate divertitur. Riccardus noster Episcopus, et Sanctus, collocatus est in cœlo, et fruitur gaudetque illidem, et hoc certissime tenendum est. Quia opera salutis, quæ ad Præsulem sanctissimum requiruntur, ipse invictus operatus est; et ad patriam cœlestem deductus est. Qui ex Anglia patria ortus, ad Cathedram hujus Andriæ civitatis missus, eam possedit; et in ea vicitavit: in qua centum ferme miraculis coruscavit vivendo, et sene Sedem dimisit, et nona die mensis Junii ad lucem cœli ascendit. O felices illos qui talem Patrem habuerunt! Mores autem suos ex Apostoli consilio sumpsit, qui ait; Oportet autem Episcopum irreprehensibilem esse: cuique Deus exuberanter et miraculose subvenit. Res ita se habet.

1 Tim. 3, 2

Nati mortui resuscitati

2 Post sui corporis inventionem, filium Joannis de Nova civis Andriæ, nomine hujus Sancti, natum mortuum vivificavit; filium Lucæ Oculi-de-vis concivem ejusdem, invocatione nostri Riccardi, natum mortuum resuscitavit, et alium sibi eadem gratia retribuit, ut is pudicum se gesserit. Mira de Melle, uxor Joannis Angeli de Trano, quæ per octo et decem annos sterilis, in ecundaque sui corporis manebat, B semel devota se prostravit ante locum, ubi reconditum erat Sancti nostri corpus: et facta oratione, post menses novem peperit masculum qui Riccardi possidet nomen; et duos alios subsequenter recepit. Unde qui sine prole transiit, alias parere facit. Et iterum inquit Apostolus, Non percussorem, sed modestum, et benignum, non litigiosum, non vinolentum: et ipse, sicut fuit, ita se ostendit in gratia præparatum, conciliat animos, parit amicos.

sterilitas sublata,

curata sc..ius

3 Adest Jonatas de Melle, qui in ecclesia erat, ubi Presbyteri, in suo festo Vesperas celebrabant: qui quidem per multum tempus malum, quod syatica dictum est, patiebatur, et in ista verba prorupit: o Riccarde sancte, oro te, ut me adjuves, et veniam a te peto: non enim te sanctum esse existimabam. Et statim sanus factus est, nec deinceps illud sensit. Presbyter Thomas de sancto Angelo, inductus fuit ab illis talibus, ut Sanctum nostrum quem colimus, pro sancto non crederet: et gravatus fluxu sanguinis, ita quod ad mortem tendebat, Confessorem petiit; qui ad officium præparatus, inter alia, confessus est, quod incredulitatem haberet. Confessor vero ipsum redarguit, asserens se Sanctum per visum vidisse, qui tutelam civitatis diligenter exercebat. Thomas hæc audiens, affatus est: O sancte C Riccarde, si tu es vere sanctus, pro mea salute intercede, et extemplo sanitatem recepit. Nonnullus

et fluxus sanguinis,

Franciscus Caputus, simili opinione oppressus, cum D esset in ecclesia ad Vesperas ejus, unum argenteum ante januam se invenire in signum petiit, si sanctus Riccardus sanctus esset: cui, sicut ipse flagitavit concessum est. Animadvertite quæso, quomodo conciliat animos, et parit amicos, nec ad vindictam extollitur: sed sicut erat mitis in vita, ita per miracula se ostendit post mortem. De istius civitatis cura et gubernatione, sicut qui præest domui suæ, sic bene profuit: gubernat autem sanando, liberando, juvando, favendo, alendo, ita quod scribere cuncta longum fastidiosumque foret: sed de multis pauca ob reverentiam suam scribere decrevi, et hoc sufficere reor. Si aliqui abundanter audire cupiunt, interrogent; quia rumor aberranter discurrit.

argenteus inventus,

4 Quidam Santorus de Quarato, sensum recuperavit, quem diu jam antea amiserat. Hic Sanctus, dilectus a Deo, per suam implorationem hæc et similia concedit. Masella de Fanello filium suum, qui in aquam bullientem ceciderat, illæsum obtinuit. Francisca Petri Pascalis incontinenti gressum recepit, quem jam per octo menses perdiderat. Joanna de Cavoto cujus vir cæcus erat visum recuperavit, cum devote preces effunderet. Etiam vir quidam nomine Lanaug, de Molte transiter agens Andriam, E incidit in latrones sex, prope Ecclesiam sanctæ Mariæ de Sano; postquam ab iis exutum vestibus, ... manusque et pedes fune astrictus, et agitatus fuit cum scirpo: metu fragoris, et caligine noctis oppressus, a Deo misericordiam petiit, et a nostro sancto Richardo intercessionem, ut liberaretur; asserens ipse, quod mors sua foret mors filiis. Hic Sanctum suis oculis vidit, Pontificali habitu indutum, et ejus propriis manibus solvi se sensit; eumdem ad rectum iter dirigendo, et quod ambularet intrepidus, affatus est. Nos itaque, qui dudum aliorum otia minime sumus secuti, historiam litterarum monumentis mandavimus. Certe hæc ipsa et alia me scribente, quamquam multa mihi pro singulari amore erga patriam concurrerent, tamen etiam ut exteris et non scientibus proficiant, volui notificare. Unde plane eloqui possumus, a Deo nobis clypeum gubernationis, et pileum salutis statutum esse; et si avidi sumus similia recipere, plerumque munimine fidei potiamur. Et quidem adimpletur desiderium nostrum ad laudem et gloriam Filii Dei Jesu Christi Domini nostri, qui cum Patre et Spiritu sancto eadem gratia honorificetur, qui vivit et regnat in unitate Trinitatis, per infinita secula seculorum. Amen. F

lapsus in aquam bullientem,

claudus,

cæcus,

fune constrictus,

Sancto solvente liberantur.

DE BEATO JOLO SIVE GIOLO,

EREMITA SELLANI IN UMBRIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

G. H.

§. I. *Cultus ejus antiquus ac hodiernus, status corporis nuper inspecti, imago inventa et sculpta.*

AN. CIRC. MCCXV.

Sellanum seu Sillanum, *nunc oppidum est muris cinctum, in diœcesi ac territorio Spoletino, tribus fere ac dimidia leucis Spoleto dissitum ad Eurum æstivum; discrissimum a Sillano ante olim Sardiniæ, æque ac ab altero* Sylvano, *agri Volaterrani castro munito, ad quod (teste Leandro Alberti) ducit* aditus, difficili, arcta, sinuosaque via, latitudinis haud supra pedes ternos, opere saxo incisa, montem ambiens. *Primi* Sillani *seu Spoletini incolas, die VIII Junii æque ac cives Septempedanos colere, ut Patronum suum, S. Severinum Septempedanorum Episcopum, discimus ex Jacobilli tomo 3 de Sanctis Umbriæ, in vita B. Joli, die V Decembris ab ipso relata. De* Septempeda, *nunc vulgo* Sanseverino, *ejusque modo memorato Patrono, egimus proxime præmissa die octava.* Sillanum *hoc nona nobis subministrat* B. Jolum, *suum olim incolam ac Eremitam: tam obscuri nominis, ut Ferrario, sub initium seculi currentis Catalogum generalem*

Sillanum Umbriæ oppidum

colit S. Junii S. Severinum Ep.

A *generalem Sanctorum, qui in Martyrologio Romano non sunt, studiose terenti, nuspiam innotuerit. Innotuit tamen Jacobillo, anno* MDCLXI *tertium tomum de Sanctis Umbriæ imprimenti, fortassis ex eo, quod sub id tempus sacræ ejus Reliquiæ inspectæ, atque in nova capsa repositæ fuerunt, ejusque rei fama latius dedita sit.*

et 9 ejusdem B. Jolum Erem.

2 *Constat interim* Beati, *imo et* Sancti *titulum* Jolo *nostro ab omni hominum memoria attributum, ac venerationem cultumque impensum fuisse a suis popularibus. Nam in manibus etiamnum sunt instrumenta publica, tum originalia, tum legitime transcripta; quæ asservantur a Reverendo admodum Domino Nicolao Bartoli, Plebano et Vicario foraneo Sellani; docentque, tribus abhinc seculis solitum fuisse, offerri* S. Jolo *anathemata, relinqui pecuniam ecclesiæ ejus per tabulas publicas ac testamenta, festamque de ipso lucem agi. Quæ nam ex instrumentis illis huc spectantia suis verbis annotasse juverit. Inter vetustiora reperitur Testamentum, anno* MCCCXCII *die* XI *Februarii rogatum a Nicolao Notario Sellanensi, in pergameno exaratum: in quo* Giolus *appellatur,* sanctus. *Testamentum Thomæ Buscaini anno* MDVII, VII *Januarii rogatum ab Evangelista Dominici; et aliud hujus Evangelistæ,* B *eodem anno die* X *Maji rogatum a prædicto Thoma Buscaino, sic habent: primum quidem:* Item reliquit ecclesiæ, ubi residet corpus B. Gioli, florenum unum monetæ, in opere apparente dictæ ecclesiæ. *Alterum vero:* Item reliquit scuta quinque monetæ, ecclesiæ novæ, ubi residet corpus B. Gioli, in opere apparente ipsius ecclesiæ. *Aliud item Nuntiatæ rogatum anno* MDXXVII, XIII *Octobris a Sebastiano Passarino, sic inter alia legendum offert:* Item reliquit ex voto poni unam imaginem ceream, ad similitudinem unius creaturæ, in ecclesia S. Joli. *Denique in testamento Gregorianæ de Crescentio, die* XIII *Octobris anni* MDXXVII *condito, hæc leguntur:* Reliquit pro anima ipsius florenum unum, de quo fiat unum Officium in ecclesia S. Joli de Porta magna dicti castri, *nempe Sellani.*

cui olim datum Sancti titulum

ostenditur ex testamentis

3 *Ad hæc videre est in chartophylacio Episcopatus Spoletini codicem, anno* MCCCXCIII *conscriptum, ubi folio* 86 *isthæc legi possunt:* Ecclesia S. Mariæ juxta portam Sillani. Est in ea B. Giolus, qui repertus est in ecclesia S. Laurentii de Octagio. *Antiquior etiam memoria de* B. Jolo *reperitur in membrana, quæ asservatur in archivo Communitatis Sellanensis, tribus clavibus obserato, et continet prisca statuta dictæ Com-* C *munitatis, sic inter alia habens:* MCCCLXXIV, tempore Pontificatus sanctissimi Domini nostri Gregorii XI. De festivitate B. Gioli. *In publicis Actis ejusdem Communitatis anni* MDXXX, *ad diem* XVII *Januarii, leguntur sequentia:* In præsens et ante omnia prælibati Commissarius et Architector, Defensor, Consiliarii et Massarii seu Santenses dictæ ecclesiæ, dixerunt, designaverunt, et judicaverunt, dictam ecclesiam fore et esse fabricandam, murandam, et instruendam in ecclesia S. Joli, prope portam magnam dicti castri Sellani, juxta viam et alia latera. *Ibidem anno* MDXXXIV *die* XIV *Maji referuntur illa:* Pro fabrica ecclesiæ B. Mariæ Plebis de Alva erigenda, prout alias deputatum fuit, in loco, ubi adhuc extant vestigia ecclesiæ S. Joli. *Et* XV *Junii ejusdem anni, in instrumento fabricæ ecclesiæ parochialis Sellanensis, rogato a Camillo Dardani Spoletino, Vicario Sellanensi, legitur:* Super fabrica ecclesiæ erigendæ et fabricandæ intus dictum castrum; in loco ubi nunc extant vestigia ecclesiæ S. Joli, prope portam magnam et muros Communis. *Similia leguntur in aliis tabulis publicis, quæ nihil attinet hic conglobare. Ex allatis abunde constat, Sancti titulum* Jolo *attributum, vota facta, anathemata oblata, festum diem assignatum olim fuisse.*

ac tabulis aliis publicis.

4 *Neque vero minus solennis ejusdem cultus hoc* D *tempore est, quam olim fuit. Certe, hærentibus nobis ac dubitantibus, quanam die* B. Joli *festa lux ageretur, quintane Decembris, qua refertur a Jacobillo, propter Translationem; an vero nona Junii, qua obiit; respondit P. Joannes Franciscus Vannius, in Collegio nostro Romano sacræ linguæ tunc Professor, litteris* XVI *Julii* MDCLXXXIX *Romæ datis.* Festum B. Joli celebrari IX Junii in castro Sellano ac toto ejus districtu, qui complectitur pagos duodecim; dicique in eodem festo Missam de Communi Confessorum non Pontificum. *Augmentum sine dubio acceperit cultus* B. Joli, *ex quo ejusdem cultor eximius, admodum Reverendus Dominus, supra memoratus Nicolaus Bartoli, curam ecclesiæ istius gerens, corpus Beati inspiciendum, purgandum, ac decentius reponendum cum facultate Eminentiss. Cardinalis Fachenetti, Episcopi Spoletini, solenniter curavit anno* MDCLX, VIII *Junii, uti ipse die* III *Septembris anni* MDCLXXXVII *perscripsit Italice hoc sensu:*

Qualis ei cultus nunc impendatur

a tempore quo inspectum ultimo corpus,

5 Die VIII Junii anni MDCLX, obtenta facultate Eminentissimi Cardinalis Fachenetti Episcopi nostri, et assistente P. Constantio Gubernale, Societatis E Jesu Presbytero, rogatu meo, inspectum fuit corpus B. Joli, quod annos CCC et amplius integrum fuerat, ac tum etiam tale *quoad partes omnes, scilicet ossium, uti ex Jacobillo paulo post videbimus*) repertum fuit; capsa omnino putrefacta et carie consumpta, spirans suavissimum odorem. Cum vero instauraretur capsa et altare tantisper dissolveretur; apparuit supra fenestellam et cancellos in eo ferreos, per quos conspectui ac venerationi patebat sacri depositi capsa; apparuit, inquam, imago B. Joli, quam depingendam, ac deinde anno MDCLXIV æri incidendam Romæ curavi. Insuper instrumentum publicum fieri jussi de eadem imagine, uti et de translatione Reliquiarum, et aliis omnibus eo spectantibus. *Hactenus Dominus Nicolaus Bartoli, qui imaginis quidem ac instrumenti de illa facti exemplum nobis transmisit, Translationis non item; tametsi iterato illud petierimus. Imaginem illam hic omissis parergis in æs denuo incidendam curavimus; quam cum instrumento de illa facto, paragraphus sequens dabit.*

et reperta imago Beati antiqua:

quæ in æs incisa.

§. II. *Instrumentum publicum de inventione imaginis B. Joli, ejusque descriptio, et auctor vitæ proponuntur.*

In nomine Domini. Amen. Die X mensis Martii MDCLXIII, Indictione I, Alexandro VII summo Pon- F tifice sedente, anno ejus VIII. Cum sit quod admodum Reverendus P. Constantius Gubernalis, Sacerdos a Societate Jesu, cum facultate sibi concessa ab Eminentissimo et Reverendissimo Domino Cardinali Cæsare Fachenetto Episcopo Spoletano, Corpus B. Joli Eremitæ de Sellano, clausum in quadam capsula lignea, collocaverit in quodam armario, retro altare majus, chorum versus, ecclesiæ S. Mariæ plebis ejusdem terræ Sellani, ut ibi asservaretur; quousque sub eodem altari, ubi prius fuerat, reponeretur. Et quia omnium pietas et religio erga beatum civem et Patronum, ob non intermissam beneficiorum seriem, adeo exarserat, ut quam decentissimo cultu repositum ibi vellent; ut sic esset viventibus ad tutelam, posteris vero ad pietatis excitamentum; imprimisque hoc consilium inierint Sellanensis urbis incolæ, quippe qui ex Romano cœlo majore religionis semina erga Cœlites hauserint; eaque de causa stipe collata cratem seu transennam, e ferro quidem, sed loci dignitati respondentem, concinnaverint; ut sub eodem altari B. Joli sanctissimæ Reliquiæ positæ, et ad securitatem

Corpus cum facultate Episc.

decentius reponitur,

AUCTORE G. J.

crate ferrea,

affabre elaborata

A laterent, et simul omnibus paterent ad venerationem. Cujus quidem cratis hujusmodi forma est. In centro fulget sidus, duodecim radiis redimitum, orbiculari figura circumvallatum. Hinc tortili ductu duplices arbores emergentes, eo usque progrediuntur, donec mendaci topiario cœlum moliuntur illustre, ad universam altaris anteriorem faciem operiendam. Hinc geniculati serpunt ramuli, qui nunc prosilientes in foliorum umbras, nunc turbinantes in fibras, nunc in claviculas adolescentes; nunc demum vario, sed semper ingenioso tumultu, silvescentes, eo felicitatis successu simul uniuntur, ut vel ferrum credas adolescere in ramos, vel artem veras effingere arbores. In superiori sideris parte corona cum lemmate, B. JOLO DE SELLANO, est totius operis finis et coronamentum.

7 Cum igitur tam egregium opus, in quo liberalitas conferentium stipem et ingenium artificis exhibetur, collocandum esset; proptereaque diruendum altare dictum: et cum ibi vetustissima B. Joli imago depicta esset; ut, quæ elapsis temporibus exhibita fuerunt venerationis signa, innotescerent omnibus. Hinc est quod, adstantibus quam

Imago ejus, sub ara inventa.

plurimis et infrascriptis testibus, ego infrascriptus, requisitus a perillustri et admodum Reverendo Domino

B

Nicolao Bartoli, Plebano et Vicario foraneo dictæ terræ, diligenter inspecto altari, vidi supra quamdam fenestram, parvis virgis ferreis munitam, descendens ad locum ubi corpus ejusdem B. Joli fuerat, imaginem, quæ talis est. Hominem defunctum, D veluti super feretrum extensum, repræsentat effigies: hinc inde sunt duo candelabra, faces ardentes præferentia: habitus et vestes similes iis quibus se induunt Eremitæ, cum scapulari tamen ad formam eorum, quæ religiosi ex Franciscana familia, qui

qualis fuerit,

Conventuales dicuntur, gerunt. Barba non admodum promissa; sed tamen senis: caput corona redimitur clericali radiisque ornatur. Pedes nudi, summam paupertatem; manus circa pectus complicatæ, divinos, quos vivens habuit in votis et nunc possidet, referunt amplexus. Longitudinis autem hæc imago est palmorum septem; quam licet supradictus Dominus Plebanus curaverit coloribus exprimendam, ut vera illius copia servaretur; tamen ut immortalitati per hoc instrumentum publicasque litteras, picturis et marmoribus firmiores, consignaretur; ego infrascriptus diligenter hæc annotavi, coram et præsentibus Dominis Archangelo Burnocchio et Joanne Buscaino de Sellano, testibus ad præsentia vocatis.

et cur hic describatur

Ego Phœbus de Phœbis Vissanus, Spoletanæ diœcesis publicus Dei et Apostolica auctoritate Notarius, et ad præsens ejusdem Communitatis Sellani Vicarius, me subscripsi et publice registravi.

8 *Huc usque instrumentum Inventionis, quod et ipsam imaginem tam luculenter scriptam proponit, ut vix ultimat eam aliter hic repræsentare, nisi forte, quia segnius irritant animos demissa per aurem, et lecta, quam quæ sunt oculis subjecta fidelibus.* E



Ne autem quid desit, accipe hic etiam epigraphas duas,

C *quas imagini suæ addidit Rev. D. Nicolaus; alteram in summa, alteram infima ejus parte. Illa sic sonat:* Imago vetustissima B. Joli Eremitæ de Sellano, quæ est in ara majori ecclesiæ plebis ejusdem loci, ubi trecentis abhinc annis ejus corpus colitur miraculisque claret. *Inferiori autem epigraphe dedicat eamdem imaginem* Eminentissimo ac Reverendiss. D. Cæsari Cardinali Fachenetti, Episcopo Spoletino, Nicolaus Bartolus, *adjecto hoc epigrammate de Sancto:*

Dedicata est Card Fachenetto.

Omnibus ignotus sic Jolus vixit in antris
Extinctus mundo, ut vixerit ille Deo.
Mortuus humana (quid mirum?) pingitur arte;
Ora potest solus viva referre Deus.

9 *Circiter inventæ imaginis tempora primus quod sciam, litteris mandavit Vitam* B. Joli *Ludovicus Jacobillus; refertque Tomo 3 Sanctorum Umbriæ, ad diem v Decembris, ratione Translationis, quam illo die anni* MDXLVI *factam ait. Ex eo autem, quod ad Decembrem transferat Vitam, nulla ejus mentione facta in Junio, cum præcipue festum colitur* B. Joli; *confirmor in sententia supra indicata, quod admodum obscura ejus fama fuerit; et Jacobillo, Junium suum anno* MDCXLVII *imprimenti, nondum innotuerit: sed cum imprimeretur tandem December anno* MDCLXI, *cum recens inspectum denuo Corpus fuerat, in notitiam ejus venisse; ad mensemque illum, ne omnino excluderetur, retulisse Vitam: quam ipse tradit quidem, sed fere sola traditione et relatione populari; quæ quantum fidei mereatur in re tam antiqua, prudens quilibet per se judicet. Nos quæ ab ipso Italice satis oscitanter scripta sunt, hic eadem Latine proponimus.* F

Vita a quo et quando concinnata sit.

VITA

EX ITALICO JACOBILLI.

Sellanum, olim villa, nunc oppidum muris circumdatum, natale solum fuit B. Joli, in lucem edit sub medium seculi XIII, a parentibus, rusticanis quidem, sed timore Dei probe dotatis: in quo cum similiter educassent filium suum, contendit is toto nisu declinare occasiones peccandi, et accedere propius ad Deum, per quietem, per orationem, per pœnitentiam. Quamobrem instituit eremiticam ac solitariam vitam in monte, qui vocatur Major, in confinis territorii Sellani et Rupis-liberæ, quæ vulgo audit Rocca-franca, in districtu Fulginate: inclusitque sese in montis illius caverna quadam, a qua prope abest, quæ modo illic visitur, ecclesia S. Laurentii. Hicce loci dabat se Beatus cruciatibus corporis

Joli parentes rustici;

eremus Mons Major.

Miracula in aqua

A corporis, dormiendo humi jejunando ac orando. Hic cum penuria esset aquarum, orare cœpit ipse Deum, et e saxo vicino limpidissimum elicuit fontem, qui in hunc usque diem manare non cessat; et ab accolis, undequaque frequenter concurrentibus, devote ac fidenter bibitur, ad depellendas multimodas infirmitates, quas et bibendo depellunt non raro, pristinæque restituuntur sanitati. Mirandum sane est, quod nonnumquam, sæviente acriter hieme, prodiens e caverna sua Jolus, petierit in proximis villis prunas sibi dari, easque e batillo exceperit in sinu suo, ac portaverit in cavernam, nulla parte ustulata aut læsa veste.

et igne patrata

In obitu ejus sponte sonant campanæ.

2 Postquam ita vixerat, meritis juxta atque annis plenus, debitum naturæ persolvit die IX Junii, circiter annum MCCXV; non minus clarus post obitum miraculis, quam fuerat virtutibus in vita. Quippe mox, volente Deo, sonuerunt campanæ matricis ecclesiæ Sellani, nemine illas pulsante. Hinc excitati Sellanenses accurrunt propere magno numero, allaturi ad se defuncti Corpus. Verum præreptum illud violenter fuit a populis vicinis: volentibusque id quoquo modo repetere insequenti nocte Sellanen- B sibus, evidens periculum imminebat cruentæ pugnæ; quæ ineunda haud dubie fuisset, nisi novum prodigium impedivisset congressum. Nam quod tentabant satis cum periculo, feliciter abstulerunt Sellanenses Corpus, et aliquo usque prius portarunt, quam id rescirent ii quibus ablatum erat. Tum vero exciti illi, curriculo fugientes insequuntur armati: atque assecuti fuissent onustos sacra sarcina, nisi densa post fugientes ingruisset nebula, quæ insecutores progredi porro ac vias invenire non sinebat; sicque, palantibus errantibusque per montes spem omnem recuperandi thesauri ademit. Incolumes igitur Sellanenses portarunt ad se B. Joli Corpus, collocaruntque prope muros oppidi, in ejusque honorem excitarunt ibidem templum. Dum vero eo importabatur sacrum corpus, tetigit illud claudus, qui movere loco sese non poterat, et continuo surrexit sanus.

Ablatum corpus

referunt non sine prodigio Sellanenses,

nebula tecti,

et claudo gressum recuperante, templum ei condunt;

3 Anno MDXXV prædictæ ecclesiæ magnam accessionem adjunxerunt Sellanenses *imo ex ruinis ejus novam ibidem excitarunt, et quidem post annum* MDXXXIV, *uti supra colligere est num. 3: in quam deinde anno* MDXLVI *Corpus translatum fuit, uti mox dicetur* erecturi illam in ecclesiam matricem parochialem, loco antiquæ parochiæ, quæ extra oppidum sita C fuerat, sub titulo S. Mariæ. Absoluta ut fuit nova ædes, illatum eo V Decembris sacrum Corpus, conditumque sub ara ejus principe, tribuit novæ parochiæ nomen S. Joli, quod idem jam inde ab anno MCCXCII et prius, tribuisse ecclesiæ suæ invenitur, *in monumentis nempe Commentarii nostri, num. 2 ac 3 productis.* Sub eadem porro ara hodiedum quiescit Corpus; apparente spectantibus per fenestellam loculo, cui includitur; et repræsentante pictura ima- D ginem ejus, in modum Eremitæ vestiti. In eadem ecclesia celebratur festa ejus lux postridie S. Severini, Sellanensium Patroni; Corpusque populo in summa veneratione est. Nos tamen ejus Vitam retulimus ad V Decembris, qua sacræ ejusdem Reliquiæ anno MDXLVI translatæ fuerunt in novam ædem, præsidente Ecclesiæ Romanæ Paulo Papa III; inclusaque in capsa cum corpore sunt in rei memoriam numismata aliquot, prædicti Pontificis et Petri Leonis Farnesii, Generalis ejus, imagine insignita. Anno MDCLX die IX Junii, festa B. Joli luce, denuo inspectum Corpus fuit; compertumque est, capsam putruisse, et corporis resoluta carne nil nisi ossa remansisse, omnia tamen et singula, quæ suo quodque loco in nova arca reposita, et sigillo probe munita, post altare majus ecclesiæ supra dictæ S. Mariæ, quæ Sellani parochialis est, collocata tantisper fuere, donec denuo transferrentur. Inventa quoque sunt in capsa putrefacta, quæ dixi numismata; et odor ab ossibus in præsens usque tempus absistit suavissimus. *Hactenus Jacobillus, ex populari fere traditione.*

ex quo in novum transfertur,

EX IT. L. JAC anno 1546 die Decembris:

ac denuo inspicitur anno 1660, 2 Junii,

4 A tempore inspectionis ultimæ, cœpit devotio populi mirum in modum augeri erga sanctum Patronum E *suum; indeque factum est, ut orationibus etiam panegyricis in laudem ejus excurrerint subinde verbi Dei Præcones non ignobiles: quos inter comparuit etiam Reverendus P. Antonius Rossi Societatis nostræ, qui Eminentissimo Card. Fachenetto ultimis vitæ annis a sacris Confessionibus fuit. Is cum anno* MDCLXXVI *Sellani, adjutus a socio P. Antonio Maria Manfredi, more Societatis nostræ Missionem octiduanam instituisset, variis modis rudem populum ad pœnitentiam ac pietatem excolens; tertio laborum suorum die, in honorem B. Joli, Sellanensium Patroni, orationem habuit, quam deinde concinnatam magis ab auctore Romæ imprimendam curavit D. Nicolaus Bartoli et Cardinali Fachenetto dicavit. Videri potest illud P. Antonii de* B. Jolo *benemerendi studium quinquennio post mutuo beneficio compensatum fuisse (est enim inter Cælites consensio quædam et commune gaudium sine invidia) a S. Francisco Xaverio; cum hic ipsi, Spoleti in domo Cardinalis ad desperationem medicorum ægrotanti, affuit, spectandum se oculis præbuit; ac duriuscule nescio quam ob causam increpito, sanitatem reddidit. Sed ad panegyrim redeo, cui auctor inscribit titulum Latine, sic sonantem:* Stella mystica, exigua oculo, grandis menti; *ostenditque* B. Jolum, *inter homines paucis notum, apud Deum gloria meritorum insignem esse, et beneficia invocantibus, se larga manu conferre. Cetera orationis nihil attinet prosequi, cum in ea magis ostentetur ars rhetorica, quam fimetur historica veritas; quæ alia illic nulla, quam quæ modo ex Jacobillo producta est. Plura utinam aliquando innotescant!*

ex quo celebrior ejus cultus fuit

auctus etiam panegyri,

Card. Fachenetto dicata.

F

DE BEATO SILVESTRO,

ORDINIS CAMALDULENSIS CONVERSO,

FLORENTIÆ IN HETRURIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

De cultu ejus Vitaque, ex familiarium relatu metrice ac vulgariter scripta.

An. MCCCXLVIII

Corpus sub altari intra chorum,

Duo habet Florentia Monasteria, sub nomine S. Mariæ Angelorum; *alterum Carmelitanarum Virginum, quod S. Maria Magdalena de Pazzis, cujus Acta illustravimus* XXV *Maji, deposito sui corporis celeberrimum reddit: alterum Monachorum Camaldulensium, quod cum anno* MDCLXI *visitaremus, P. Henschenius et ego, ingressi templum, nihil prius notavimus, quam chorum diaphragmate quodam eleganter marmorato sic distinctum a parte* B *anteriori, ut in tabula perquam bene polita aureis litteris legendos exhiberet hos versus:*

Silvestri hic sunt Conversi, Monachique Jacobi,
 Virginis ac Paulæ ossa beata: cole.
Silvanus Rassius, sacri hujus monasterii Cœnobiar-[cha]

anno 1598 positum,

A. MDXCVIII.

Pendebant ad eam tabulam cerea anathemata nonnulla, sperati vel impetrati divinitus beneficii monumenta: et quatuor in angulis patebant foramina, transmittendis, ut apparebat, attrita rosariis, quæ ligneæ prædictorum trium Beatorum arcæ admoveri crebro postulabat religio illuc accedentium, ubi post prædictum diaphragma stabat altare obversum choro Monachorum, et arcam prædictam sub se continens.

2 *Hinc ad eorum notitiam ulteriorem requirendam conversi, et ad inquirendum cujusque diem quo essent singuli hoc in opere referendi; consulimus Supplementum seu partem secundam de Vitis Sanctorum ac Beatorum Hetruriæ, a prælaudato Abbate Silvano editam Italice an.* MDCI *; et pag. 86 legimus, ultimam*

15 Julii,

hanc translationem factam, cum licentia D. Vicarii Generalis, pro Illustrissimo Archiepiscopo Cardinali Alexandro de Medicis Florentiæ residente, die XXV C Julii *anni prænotati*, postquam sacra ossa per triduum stetissent exposita publicæ venerationi.

3 *Addit Auctor, quod prius quam ultima hæc translatio fieret, eadem sacra pignora variis occasionibus pluries fuerint commutata; usque dum anno* MDLVII *collocarentur sub altari capellæ S. Joannis Baptistæ, a Beninis Patronis nomen habentis; quam Monachis pro Capituli loco fuisse, patet ex Historiarum Camaldulensium parte posteriori, edita anno* MDLXXIX*: unde placet hic præmittere Latinam de* B. Silvestro *synopsim, prout habetur lib. 3 Cap. 14, quod Caput est de ipso atque* B. Jacobo Gerio, cujus anima beata, corporis nexibus soluta, ad cœlos emigravit Nonis Augusti; *quando licebit de eo seorsim agere: nunc quæ* Silvestrum *attinent proferantur, hoc excusa tenore:*

allatum illuc ex loco Capituli.

Vitæ synopsis ex hist. Camald.

4 Contulit multum opis surgenti Angelorum Florentiæ contubernio B. Silvestri Monachi Conversi conversatio. Is honestis parentibus in valle Sevis ortus, et puer in via timoris Dei apprime educatus, ubi in adolescentiam vergere cœpit, de arripiendo monastico instituto secum tacitus cœpit cogitare. Veniens ergo ad Angelos, et rogans sibi sanctum habitum tradi, Conversus, præter Prioris et Monachorum voluntatem, fieri maluit. Emisit suam professionem in mense Maji MCCCXV: et triginta tres annos coquinam exercens, in sancto proposito peregit. Vacabat autem quasi perpetuæ orationi: cujus gratia cum aliquando a Fratribus, tamquam nimium assiduus, increparetur; accidit etiam non semel, ut curiosi, veriti ne dapes hora competenti prandii coctæ paratæque in coquina non essent; illum ab orationis opere exturbare contenderint. Quibus ille humilibus verbis respondebat; Ne sitis, Fratres, obsecro vos per Dominum Jesum, mihi molesti: omnia sunt opportune parata. Quibus ab- E scedentibus, et jam hora prandii adveniente, cum rei eventus famulum Christi vera dixisse probasset: vulgata est per urbem fama, quod Angeli Dei ad Angelos ministerium coquinæ exercerent, dum Frater Silvester orationi incumberet. Quid multa? Id ipsum de purgandis quoque vasis coquinæ prædicatum est, dum quidam minus creduli ipsum increpare aggressi, illi dicerent; Ista hora, lavandi vasa coquinæ munus postulat, non orandi; et, sicut ille dicebat, diligentissime purgata deprehenderentur.

ubi refertur adjutores in culina habuisse Angelos,

5 Fuit Soror illi Monacha, in propinqua eremo S. Margaritæ, e regione januæ cœnobii, quam cum B. Silvester, per internuntios seu scriptis, sæpe visitare solitus fuisset, et ad cœlestia bona viridi spe animare; accidit novissimis diebus illam a fratre postulare; quando in patria consummata dulcissimum essent Jesum, sponsum verum animarum sanctarum, visuri? Cui ille in hæc verba rescripsit: Lætare, soror, æterni Sponsi sponsa, quia tali die (certo spero) ipsum lætissimi simul videbimus, sedentem ad dexteram Patris, adeo ut eum ulterius amittere non possimus. Non intellexit tunc venerabilis Virgo horum verborum mysterium; sed infra paucos dies mortali ægritudine laborans, impe- F travit ab Episcopo, ut ad Angelos sepeliri posset. Interea ipse quoque B. Silvester, infirmitate oppressus, ad ultimam spiritus venit horam; eodemque die quo soror, animam Deo reddidit. Quo factum est, ut utriusque exequiæ, in cœnobio Angelorum, actæ sint; et utrumque cadaver simul sepultum. Porro B. Silvester, ob sanctam vitam ac transitum gloriosissimum, inter Sanctos Ordinis exinde habitus, multis coruscavit miraculis; quæ litteris mandata fuerant, sed alluvio libellum abstulit. Asservantur utriusque Reliquiæ ad altare S. Joannis Baptistæ in Capitulo, in arca lignea. Migravit ad Deum B. Silvester V Idus Junii MCCCLXVIII.

ac sorori prædixisse, ambos una die morituros.

additur simul esse sepultos.

6 *Erat tunc Episcopus Florentinus, Franciscus de Aptis, per voluntariam abdicationem Angeli Acciajoli, ad Cassinense monasterium transgressi anno* MCCCXLV*; promotus ad Cathedralem illam, atque factus post annos undecim Cardinalis. Sed Angelus, priusquam Pontificatu se abdicaret, approbavit donationem vicini Parthenonis S. Margaretæ, factam monasterio Angelorum a supranominata* B. Paula, *ibidem Abbatissa*

Quod ita verum esse potest,

A *Abbatissa*, B. Silvestri *discipula, ea conditione, ut post ipsius* Paulæ *mortem cessio consummaretur : hæc vero vixit usque ad annum* MCCCLXVIII. *Non est igitur ipsa soror* B. Silvestri *prædicta eique consepulta ; quod ipsum etiam probat tota* B. Paulæ *vita, danda ad diem* VI *Januarii in Supplemento. Hinc dubium nascitur quomodo Auctor Historiæ dicat, quod* utriusque, *fratris scilicet et sororis,* Reliquiæ asservantur ad altare S. Joannis Baptistæ in Capitulo, in arca lignea*: cum in ea nunc dicantur haberi ossa* B. Paulæ, *et pro talibus novissime translata fuerint.*

ut ipsa condita semper manserit ;

7 *Augetur alicujus confusionis suspicio etiam ex eo, quod prælaudatus Auctor Historiæ Camaldulensis, licet satis evidenter distinguat* B. Silvestri *sororem a* B. Paula *(quippe qui hanc tot annis supervixisse dicit. proxime sequenti linea ; istam vero fratri suo commortuam(de* Paula *tamen, ut* Beata, *nusquam loquatur, neque de ea texat peculiare Caput, quod sane merebatur. Sed neque meminit Domni Zenobii, qui Vitam utriusque, scilicet* BB. Silvestri ac Paulæ *scripsit ; nec omnino eam videtur habuisse, prorsus alia narrans, ab illo ne quidem leviter indicata, adeoque memorias diversissimas secutus : quin etiam videtur prorsus nescivisse, quænam esset illa, cujus ossa cum*
B *ossibus* B. Silvestri *continebantur in arca, nunc trium communi. Existimo igitur Sororem Silvestri, si qua fuit (nec enim illius meminit Fr. Zenobius, et solum dicit, Beatum consanguineam aliquam habuisse in eo, ubi discipulam suam locavit, cœnobio) existimo, inquam, sororem vel consanguineam illam Beati, numquam pro Beata habitam aut translatam fuisse ; sed hunc honorem habitum soli fratri : cujus corpus incorruptum manserat, sicut narrat Zenobius, supra tabulam quamdam, et primum corrumpi cœptum est per diluvium quoddam ; illud credo, cujus meminit Mattheus Villanius lib.* 3 *cap.* 13 *pro anno* MCCXLII. *Proinde corpus* B. Silvestri, *a corpore sororis vel consanguineæ seorsim semper habitum fuit, sicut seorsim etiam ab utroque et a* B. Jacobo, *tribus ante* Silvestrum *annis mortuo, condita fuit* Paula, *post varias translationes tandem anno* MDLVII *duobus Beatis conjuncta, non autem illi anonymæ sorori.*

ille aliquamdiu incorruptus;

sæpius etiam translatus fuerit,

8 *Silvanus Razzius, in relatione quam texuit, de tribus a se ad ecclesiam translatis Beatis, videtur studio tacuisse de sorore* Silvestri *; credo, quia non repererit antiquiorem Augustino testem, aut etiam animadverterit hujus circa illam errorem, quem maluerit dissimulare quam redarguere. Maneat ergo penes auctorem fi-*
C *des narrationis istius; et extra confusionis suspicionem serventur Reliquiæ trium, vere Beatorum, ut testantur miracula. Horum ultima* B. Paula, *fons est certioris de aliis duobus notitiæ : ejus enim solius Vita sic habetur scripta ex scientia familiarium quos relatores habuisse se, identidem ait prælaudatus Domnus Zenobius ut ei attexatur et interatur aliorum duorum historia aliqua : et præter hanc nulla inventa a nobis atque descripta Florentiæ sit. Est ea ex Codice Caroli Strozzii Senatoris. p. m. num.* 1064, *signato B. H. et etiamnum apud filium heredesque servatur. Scripsit autem Zenobius, ut præfatur ipsa, anno* MCCCXLIV, *nobis* XLV, *annis quinquaginta post mortem* Silvestri, *tamquam Appendicem ad Vitam* B. Paulæ. *Hanc Vitam si vidisset Gabriel Bucelinus, qui ipsum ex Augustini Historia inseruit suo Benedictino Menologio, longius elogium haud dubie texuisset; nec* Paulam *retulisset ad diem* V *Januarii, cum obierit* VI.

ac tandem in unam cum aliis duobus arcam compositus,

sicut communiter scripta olim Acta fuerunt.

D

VITA

Ex Italico Domni Zenobii Monachi,

Invento apud Carolum Strozzium Senatorem Florentinum.

PROLOGUS.

Hic infra breviter loquemur de Fr. Silvestro, Converso hujus Domus, et magistro Sororis Paulæ supramemoratæ : qui ambo pleni fuerunt gratia Jesu Christi ; ut scilicet non pereat recordatio tam bona ejus, cujus in benedictione memoria est ; apta etiam multam animabus nostris utilitatem adducere. Dicemus autem rudi sermone, quæ audivimus ex multis Fratribus fide dignis, et specialiter ex Fr. Francisco Confessario illius LXXXV annorum sene, qui huc ingressus est anno MCCCXXXII : agebatque tunc annum ætatis suæ XXII, hodie autem, id est XXII Martii anni MCCCXCIV complet annum LXII hujus suæ reclusionis. Hic mihi multa dixit de Fr. Silvestro et Sorore Paula, visu et auditu proprio cognita : et similiter Fratres alii multa sciunt de ejusdem E Fratris virtutibus atque dictis : de quibus rudi duntaxat stylo hic agam, donec, quod constitutum habetur, elegantior ex Grammatices legibus compositio prodeat. Hic ergo præloquendi finis mihi sit. Deo gratias. *Ejusmodi compositio an umquam prodierit, ignoratur : si prodiit, eadem* alluvio, *quæ, teste Fr. Augustino* libellum *miraculorum* abstulit, *illam etiam consumpsit, vel alius casus. Interim nota, annos Florentinorum Epochan suam sumere a festo Incarnationis, tertio post Natalem Christi mense : atque a die* XXV *mensis Martii, quo monasterium ingressus Franciscus est, nobis adscribendum esse anno* MCCCXXXIII ; *et sic consequenter numerandum esse* XLCV, *quo ille annum* LXII, *vitæ religiosæ implebat.*

Scribitur ex relatione Confessarii,

2 Notetur etiam, quod ego Dom. Zenobius, collectis iis rebus quas eram dicturus, ipsas a principio adstrinxi metro : quia ejusmodi exercitium mihi assumpseram, ad declinandam tentationem quamdam aliam : estque impolita versificatio, ut a proprio verborum auditorum sensu non longum recedam. Cumque autem postea rem sic conscriptam vellem prosa vulgari ac plana reddere, vidi compositionem fore prolixam : quam prolixitatem relinquo illi, qui eamdem, secundum Grammaticæ artem digestam, facturus est publicam : ego autem brevem hanc rythmo texam, sicuti collegi : et sub finem paucas lineas prosa addam. *Hactenus hic quasi alter Prologus, seu Prologi appendix. Sequitur rhythmus, senariis constans versibus hoc principio :*

Essendo Frate Silvestro secolare :
Stav'a cardar le panni, e a purgare :

et cetera in hunc modum, distichis nonaginta quatuor : quæ cum describerem, optabat nonnemo, ut ea sic ederem, pretium habitura apud Hetruscæ antiquitatis amatores. Sed respondi, rem eatenus operi nostro insolitam, et Italicæ ignaris linguæ gravem futuram ; neque facile adducendum aliis nationibus in exemplum partia exigendi a nobis, et per se vastum satis molem Actorum exaggerandi in amplitudinem multo majorem, si illa quoque excudenda susciperentur : sciuntque sæculi XIX *scriptores Hetruscos, eosque linguæ suæ parentes habitos, Dantem aliosque in manibus esse. Sed ecce, progressa hactenus impressione, rogat Typographus, ut dum inveniam, quo initium diei* X *differatur in paginam* 261. *Itaque, mutato consilio, Vitæ in latinam prosam conversæ subjiciam originalem rhythmum, eoque spatium implebo, quod impleri optabat ille, simul et amici desiderio faciam satis.*

prosa reddito

Incipit

Incipit Vita Fr. Silvestri Conversi.

a Fr. Jordani amicitia usus,

Cum Frater Silvester secularis esset *a*, vacabat carminandis pectendisque pannis; prædicante autem tunc Fratre *b* Jordano, paulatim conversus est. Hic vero cum eleganti dictione sua sæpius oppido lassus esset (ut plurimum enim duabus horis concionabatur, idque de rebus tam altis, ut magnæ esset admirationi) expectabat eum Fr. Silvester ad pedem scalarum, eique dabat optimi vini laguncu-lam, itaque confortabat. Cumque hoc sæpe faceret, strictam cum illo amicitiam contraxit: et propter caritatem qua erga eumdem utebatur, dignatus est ipsum Christus visitare hoc modo. In die S. Martini apparuit; idque in casali quodam Nobilium de Abbatibus, inter rebellium familias expulsorum. Tunc vero conversus Silvester, Fraterculum se fecit sursum *c* ad Castaneum, agninam præseferens simplicitatem; et fuit nuncupatus Fr. Vincentius; ibique ad tempus aliquod mansit. Deinde ad Vallem Mariæ *d* transivit, et istic eremitorium construxit, pœnitentiæ atque abstinentiæ vacans, cum unico

factusque Eremita,

B ejusdem propositi socio.

asperam vitam ducit

4 Cibum sibi in Dominica coquebant, quantus pro septimana sufficeret; neque amplius vestium habebat Fr. Vincentius, quam tunicellam *e* unam supra carnem cum palliolo; illam autem ipsam quandoque sibi detractam in fossa mundabat, tundendo palis ibi inventis. Furfures, quibus copiose comestis fame tamen moriebatur, scobi ligneæ similes erant. Longo tempore tidem abstinentiam fecit, cavens ne contra Deum delinqueret; et sæpe urticis se flagellabat, ut inimicam carnem domaret. Verum quanto magis exaggerabat pœnitentias, tanto illa ferocius insurgebat; quousque obedientiæ jugo sese subdidit: tunc enim ejusmodi luta et contentio cessavit. Sic porro decertans dicebat Deo; Voluntatem tuam, non meam cupio facere. Ideo per visionem dictum ei est, ut statim Religionem ingrederetur. Venit ergo in hoc *f* Eremitorium, et a Fratribus receptus est in *g* Conversum, agens ætatis annum quadragesimum, dum mille trecenti et octodecim numerabantur.

ut liberetur stimulo carnis, jubetur religionem ingredi;

In qua se videns minus posse orare,

5 Fecerunt autem eum continuo coquum: quod officium perquam ferventer exercuit: sed cum in eo laborandum esset ipsi diu noctuque, non poterat orare prout consueverat. Dicebat ergo sibi: Solebam

C continuare orationes, hic autem vitam ignavam duco: et inde perturbatus, deliberavit sursum redire ad fossam suam. Verum ad portam reperit Militem insignem, qui etiam ipse Conversus erat; atque Silvestrum intuens, eumque fugam meditari cognoscens, cœpit humiliter eum orare ac dicere; Quid agis, Frater Silvester? noli, per Deum, te ipsum deserere. Hinc humiliatus Silvester, restitit; seque ipsum cœpit ridere, dicens; O misellе! eccum Miles iste convertit te atque humiliavit. Tunc regressus in culinam, magno cum affectu præparavit opsonium herbarum; quas cum misceret, pluris æstimabat portiones singulas, quam centum florenos; interim contentus duabus horis orationis intra diem et noctem. Tantum autem inter coquendum crescebat fervor, qui ei per Christi Domini gratiam conferebatur; ut appareret plenus divino Spiritu, et Seraphini vultum præseferret, ardens, inflammatus, alteratus, et totus in Christum Jesum transformatus. Et quia Spiritus sanctus implebat ejus animam, comedere corpus nequiens, deficiebat notabiliter; quod tamen utcumque sustentavit modico vini dulcis haustu, itaque triduum totum vixit.

tentatur de ea deserenda.

deinde totum se spiritui tradit.

6 Tanta ejus mutatio, fuit indicata Magistris, et quisquis eum hujusmodi talento præditum conspi-

D ciebat; A Deo, dicebat, habes tale donum, quale nemo unus hisce in partibus. Exhinc mutavit loquendi modum, talemque assumpsit, qui admirationi cunctis esset: ostendebat enim se esse plenum caritatis, ac verum summæ Trinitatis famulum. Erat quidem idiota, nec sciebat legere *h*; totam tamen Scripturam explicabat: de qua a multis Magistris quædam puncta requisitus, tam apta responsa dabat, ut dicerent; Numquam sane ego hunc nodum ita solvissem, sicut tu. Deo sit laus. Horum unus Fr. Simon *i* de Cascia fatebatur, plus quam centum ejusmodi res ab ipso sibi demonstratas fuisse. Donum istud divinitus habuit; tamquam servus bonus a primo suo anno: et affectuose culinam exercens, Deo placuit tamquam vere electus. Annis circiter quatuor in culina sic mansit *k*, deinde etiam in refectorio ministrabat; quibus curatis redibat ad tempus aliquod in cellam suam, mundum fugiens et omnem ejus novitatem. Jacebat autem ibi inter orandum prostratus, sæpe etiam contemplando sedebat; quisquis vero solatium ab ipso in tentatione quærebat, consilium ei optimum dabat.

Scripturarum intelligentia mira donatur.

Annis 4 coquus, tum etiam refectorianus.

E 7 Die quadam apparuit Christus quodam in angulo solitarie oranti Silvestro: qui ejus intuens majestatem, fortiter exclamavit. Accurrens autem ad clamorem Fr. Franciscus, invenit orantem ac veluti absorptum, unde consolatus ac confortatus rediit. Ita pluries inventus est, manibus in cœlum elatis orans. Deinde ibidem in strato suo consueto recumbens, non convertebat latera; sed puro affectu tenebat oculos defixos in partem, ubi Christus stabat, ipsumque vicissim aspiciebat. Siquando Prior corripiebat aliquem asperius, cum clamore et strepitu; audiens id sua in cella Fr. Silvester, cursim instar cervi æstuantis descendebat; illique ad latus in Capitulo assidens (hunc enim honorem omnes ei deferebant) aiebat illi; Visne eum comedere? Quid fecit iste, quod tamquam canis contra ipsum insurgas? Etenim volebat, ut brevis et fraterna esset correptio: idque specialiter quadam vice ostendit in causa unius, quem Prior suspicabatur non esse satis purum. Semel accidit, ut in refectorio associati quidam, biberent ad sonum citharæ: sed Fr. Silvester multis cum opprobriis omnes foras ejecit: A secularibus, inquiens, vos alienate; quia mentes nostras minutim distrahunt: nostri autem actus cum ipsorum actibus non concordant, sed potius cum precatoriis sertis. Intricant nos ipsorum sermones, et oraturos impediunt.

Christi aspectu fruitur.

Priorem admonet mansuetudinis,

secularium consortia fugienda docet;

F 8 Vitæ communis normam se præbuit, et accuratæ observantiæ exemplar: dicere autem solebat, quod orare volenti nox commodior erat quam dies: Equidem, inquiens, milites mille sustinerem de nocte, qui vix duobus resisterem de die. Nam de die curanda secularia sunt, noctem autem habeo spiritualibus destinatam, orandoque et meditando occupatam. Ita S. Antonius soli dicebat, quod sibi tollebat facultatem orandi. Quando Prior circa Fratres deliberabat quidpiam, consilium a Fr. Silvestro capiebat: qui respondebat, plus faciendum esse quam dicendum, modesteque suum inclinabat vultum: quod si ille instaret, volens omnino ejus sententiam intelligere in unam partem vel alteram; tandem aiebat: Pluris valent e senioribus sex, quam juvenculi viginti. Quando erat coquus, et de aliquo defectu accusabatur, statim accurrebat ad Prælatum; et humi *l* stratus, ut Monachi solent, læta ac placida facie dicebat suam culpam. Si autem aliquando Prior non recipiebat istam, qua uti Silvester solebat, satisfactionem et humilia verba; sibi ipsi vehementer irascens, totum corpus flagellabat, aspere se increpans, atque ad dextram et sinistram se vertens,

noctu orare suadet;

modestus in consilio Prælatis dando,

eorumque correptionibus excipiendis:

A vertens, quia videbatur absque fructu seculariter vivere; ipsi autem Priori nihil asperum respondebat, erga quem sola in ore ipsi erat dulcedo.

Influente vehementius spiritu,

9 Sæpius intumescebat ei corpus, sic ut cadens in terram volutaretur, tum autem dicebat Fratri Francisco: Sta mihi ingeniculatus supra corpus, ut detumescat. Clamabat enim, quod ipsum sibi videbatur disrumpi, et ejusmodi tormentum satis diuturnum ei erat. Sic autem abundante spiritu deficiebat caro, fere non sustinens. Quadam ergo die cum ejusmodi dono cumularetur, positus superius ad S. Gaium *m*, coactus fuit sine mora conjicere sese in lectum; pedibusque collectis, et caput manibus ac digitis stringens, exclamabat fortiter, ac totus consumebatur, volutando sese supra lectum illum, sæpe etiam ambulabat per domum inflammatus, et quasi angustiatus.

m

corporaliter deficit:

murmurationes detestatur

10 Si quando sibi dicebatur ab aliquo; Vexor cogitationibus carnalibus; parum id curabat; dicens, malum esse naturale: sed si dicebat aliquis: Murmuro de tali; totus conturbabatur, statimque reponebat: Quid tibi cum illo, servo Dei omnipotentis? tuam ipse scabiem rade in hac vita, ut felicem exitum consequaris. Si hoc in mundo ipse te planxeris,
B non habebis quod lugeas in futuro; hic enim plus valet lacrymula una, quam istic puteus etiam profundus. Lacrymandi quidem facultas datur in purgatorio, sed nulla promerendi vel pilum unicum; nisi enim animæ inde educantur per orationem, credunt se numquam de tali carcere exituras; ibique manendum esse, quousque maculæ omnes purgatæ et abstersæ fuerint. Hæc tibi dico, inquiebat, ut de his vel illis non cures quales sint, etsi etiam fures forent; sed in hac vita cæcus effectus, operando bene, merearis æternam.

et reprimit purgatorii commemoratione:

mundanas evagationes dissuadet,

11 Solebat quandoque Fratribus dicere, videns eos largius expatiari; Si prodieritis extra cristam, fustigabimini supra cristam. Nolite expatiari, sed state collecti, sic eritis in veritate perfecti. Fugite hujus mundi speciem, et magis cor vobis jucundabitur in cœlis. Dicebat etiam quod S. Petrus non solum habebat fidem de seculo altero, sed etiam veram certitudinem; affectuque vitam æternam intuebatur, quasi plus quam plenam fidem illius adeptus. Cum dabat pileolum suum lavandum; In fronte, aiebat, purgare eum oportet ad altitudinem quatuor circiter digitorum, reliquam partem siccam relinque. Si quando pedes abluebat, ipsos dumtaxat intingebat aquæ, nec in eam profundius descende-
C bat: dicebat enim; Non exigitur a me ratio ejus, quod in silvam non projicio. Omni in re circumspectissime agebat, timens judicium de ea in fine ferendum: multum autem radicatus erat in timore Christi, Dei nostri ac redemptoris.

munditiem superfluam vitat,

12 Quadam vice vehementi Divinitatis amore succensus, ac totus inflammatus, ibat interrogans; Quid est Deus? Cumque ad votum suum responderet nemo, ad Sororem Paulam, ex opposito eremitorii nostri habitantem, se contulit, et dixit; Quid est Deus, o Soror Paula? Illa vero respondit; Amor et caritas. Tunc elata vehementer voce clamavit: O! o! cum eaque progressus supra *n* solarium, diem totum transegerunt, loquentes ardentissime de Deo, videbanturque omnino alterati.

de Deo ferventissime loquitur.

n

13 Quidam Frater *o* Jacob, fratris Jacobi patruus, et instar alterius Jobi patiens, phthisicus fuit usque ad mortem; neque de sua illa infirmitate unquam, velut de infortunio doluit; sed quod sibi datum a Deo erat, cum gratiarum actione sufferebat; neque audiebatur quandoque optare vel exquisitam carnem vel ova mollia; cum dicere soleret; Res omnis bona est, quia omnia fecit qui totus est bonus. Obiit autem juvenculus, et mortuus apparuit vividus ac rubicundus. Cecinerunt Angeli supra in campanili, et in egressu susceperunt animam; audivit autem canentes Fr. Silvester, et Soror Paula jubilantes. Hæc vero Fratri Petro dixit, quod, sicut S. Paulus fuit in paradisum desiderio raptus, sic etiam ibi tertio evectus fuerit Fr. Silvester: quodque a tempore S. Francisci, usque in eam horam, nemo fuerit illo justior; qui omnium, quotquot istis in partibus vivebant, præstantissimus erat et ferventissimus.

o

Audit Angelicos cantus in obitu B. Jacobi,

D

EX MS. ITALICO.

comparatus S. Francisco,

14 Mortuus est autem Fr. Silvester anno [seculi prænotati] quadragesimo octavo. Et hic remanserunt septem de viginti *p* octo. Eratque annorum septuaginta, quando ex hoc sterili mundo transivit. Corpus ejus repositum fuit sub fornice *q* S. Francisci supra *r* tabulam, ut credo: quo cum ingressum esset diluvium *s*, denigravit eum totumque corrupit. Cum autem inde extraheretur, jam separatæ erant tibiæ a trunco corporis: fuitque translatus ad altare S. Jobi: sub quo cadaver remanet, expectans diem ultimum, quo glorificetur ad dexteram dilecti sui Jesu; itaque maneat perpetuum in paradiso, cum aliis Electis contemplans Christum, et cibum æternæ vitæ degustans cum Angelis atque Sanctis; Deo ac Domino nostro jubilans, et semper vero amore ardens; qui amor est Christus, in vera pace cum Sanctis suis regnans, et cum sua Matre coronatus filius, semper et ubique omnipotens, cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen. *Hactenus rhythmice progressus Auctor, prosaice addit sequentia, minime congrua numero 4, ubi dixerat quod Sanctus agens annum ætatis 40, receptus fuit anno Christi* 1318.

moritur septuagenarius:

p

q

r

s

corpus illuvione corrumpi cœptum,

E

sub altari collocatur:

15 Fr. Silvester qui donum Spiritus sancti accepit, quando huc intravit, agebat ætatis annum XXXVII. Fecit Professionem mense Majo anni MCCCXV; obiit IX Junii *t* MCCCXLVIII. Priusquam vero ingrederetur, manserat quatuor annis cum Fr. *u* Dino de Castaneo, et aliquamdiu in Valle Marinæ ut Fraterculus. Huc autem ingressus, et in officium culinæ immissus, recepit donum Spiritus sancti: quo recepto cœpit proferre ejusmodi verba, ut operæ pretium sit ea pro auditorum instructione hic subtus annotare *x*, ad memoriam sempiternam utilitatemque eorum qui ipsa audire voluerint et crebrius iterare; non causa novitatis, sed reverenter affectuoseque nominando, sicut ipse ea dicebat; et eodem quo ipse fine, in simplicitate spiritus sicut ipse.

Exemplaria ejus dicta quædam hic subdita colliguntur

t

u

x

F

ANNOTATA D. P.

a Vallis-Sevis *seu* Sevæ, *quam Augustinus, ex eoque Razzius, aiunt patriam Silvestri fuisse* Vallem Sevis *seu* Sevæ: *sitam ad Septemtrionem et Orientem urbis Florentinæ tenditur, secundum fluvium, unde ipsa nomen habet, supra Barberinum excurrentem, et infra pontem, a se quoque dictum, Arno illabentem, fere* 10 M. P. *supra urbem.*

b *Cujus Ordinis fuerit hic* F. Jordanus, *necdum comperi: memoratur quidem unus apud Waddingum, Bettoniensis in Umbria Conventus incola, ad annum* 1306 *num.* 24, *sed Laicus: qui vero hic memoratur, videtur pulpitum concionaturus ascendisse, quod non est facile de Laico præsumendum. Alius ergo inveniendus restat, et alio forsan in Ordine.*

c Sursum *dicitur respectu Arni, a parte Orientali Florentiam affluentis: quam procul autem ab urbe distet* locus Castanei (*locum enim significari, non arborem aliquam patet infra num.* 15, *ubi ab eodem, velut patria cognominatur* Dinus de Castaneo, *adscitus a Silvestro in societatem vitæ eremiticæ, quod indicat* Fraterculi *appellatio*) *quantum, inquam, distet locus* Castanei

Castanei *hactenus rescire interrogando non potui. Notanda est autem phrasis,* Si fece Fraticello con l'agnell' in mantello, *qua puto agninam ejus simplicitatem designari.*

d *Vulgo* Val lunarina. *Est autem* Marina *rivulus, intersecans eos montes, qui Pratum inter ac Pratolinum tenduntur; ipseque ad vicum a Campis nominatum jungitur Bisontio, Pratum præterfluenti, atque ad Signam infra Florentiam illabitur Arno.*

e *Vulgo* Gonella, *a genibus, ultra quæ non descendit, sic dicta.*

f *Hinc intelligo monasterium, quod nunc Abbatiale est, fuisse initio eremiticum, ad similitudinem aliquam Eremi Camaldulensis, utpote tunc adhuc extra civitatem : et sic infra, positum e regione Virginum monasterium, etiam vocatur* Eremitorium ; *et in Prologo numerantur anni* reclusionis : *monasterii autem Superior, appellatur* Prior.

g *Quia Augustinus dicit, quod* præter Prioris ac Monachorum voluntatem fieri noluit Conversus, *credidit Razzius,* acceptatum, ut fieret Sacerdos : *sed quomodo aliter quam ad gradum Conversi potuit acceptari, homo agens* ætatis annum quadragesimum, *et quidem, ut paulo post dicitur,* idiota *qui* nec legere sciebat ?

h *Non ergo* scriptis *agebat cum* B. Paula, *ut habet Augustinus.*

i Simon de Cascia, *Eremita Augustinianus, eruditione et sanctitate clarus, cujus libros enumerant Possevinus, ac Bellarminus, aliique. De eo a nobis actum inter Prætermissos* 2 *Februarii, qua obiit an.* 1348.

k *Hic addit Augustinus, Angelorum in culina facienda vasisque mundandis adjutorium, ac Fratrum obloquia ; quæ aliunde accepta fuisse oportet. Gaudebimus si talis notitiæ fontes inveniantur, nobisque monstrentur.*

l *Vulgariter* la alla Stucia ; *quibus verbis intelligo tabulas ante sedem Prælati, in Capitulis monasteriorum instratas pavimento, supra quas Monachi solent toto corpore strati correptiones regulares excipere.*

m *Vulgariter* San Gaggio : *estque ibi nunc Sanctimonialium cœnobium extra portam urbis.*

n *Tecta domorum Italis sæpe plana sunt, et inambulationi aptata : vulgaris textus* Smaltum *nominat, propter incalcinationem, qua solaria istæc induuntur, contra pluviam.*

o *De hoc* Jacobo, *cui cognomentum* Gerii *addit Augustinus, agendum nobis erit* 5 *Augusti, quo obiit, anno ætatis circiter* 33, *uti dicitur in Vita* B. Paulæ. *Illius autem nepos* Jacobus, *alibi ab arte scriptoria, qua excellebat, cognominatur* Scriptor.

p *Vereor ne exciderit versus aliquis. Interim videtur notari numerus Monachorum, quos illuc ingrediens Silvester reperit, et quorum adhuc septem superstites reliquerit.*

q *Florentinis aliisque pluribus in Italia pro cœmeteriis fornices seu caveæ sunt, in quibus defunctorum cadavera collocantur supra tabulam, ab ipso aere consumenda, non autem more nostro humantur : et sic facile est dignoscere et ab aliis separare ea, circa quæ Deus subinde aliquid præter naturam operatur ; uti factum corpori Beati hujus, quod per quadriennium mansisse videtur incorruptum.*

r *Italice,* in sur un desco; *ut videatur quasi mensa intelligi, ex pluribus asseribus compacta, et plusquam simplex tabula.*

s *Jam dixi diluvium istud accidisse anno* 1352, *quando adhuc vivebat Franciscus de Aptis, Florentinus Episcopus, usque ad an.* 1364 *superstes secundum Ughellum : huic ergo adscribi potest, prima corporis Translatio ad altare S. Jobi.*

t *MS.* Januarii : *sed plurium consensus corrigere suasit, et* Junii *legere.*

u Dinus, *Italico more truncum nomen pro* Orlandinus, Bernardinus, Gerardinus, *vel alio simili diminutivo.*

x *Pauca ex illis speciminis causa descripsimus et sequenti pagina Latine ponimus.*

INCOMINICIA LA VITA DI FRA SYLVESTRO CONVERSO.

Essendo Fra Sylvestro secolare,
Stava a cardar le panni e a purgare.
Et predicando al lhor Frate Jordano,
Si converti de vero a mano a mano.
Et Fra Jordano havendo predicato
Per suo bel dire spess'era affannato,
Che ben dalle hore talhor si predicava,
Si altamente ch'ognun si admirava.
Et Fra Sylvestro, per compassione,
Si l'aspettava a pie dello scalione :
Et d'un ottimo vino si li dava
Un fiaschettuzzo et si lo confortava.
E cosi fece per molte fiate,
E grande amistad prese con quel Frate
E per la charita, che al Frate usone,
Christo in tal modo si lo visitone
In San Martino in croce si gl'apparue
Il Crocefisso et vero si gli parue,
N'un casolare degli Abbati case,
Che fur cacciati per rubelle case.
Allhor converso si fece Fraticello
La su al Castagno con l'agnell' in mantello :
Et Fra Vincenzo allhor si fu chiamato
Et stette alquanto tempo in quel lato.
Poi in Valdimarina fu andato,
Et fece un romitoro in quel lato,
Facendo penitenza et abstinenza,
Con un compagno di sancta intenza.
4 E la Domenica facevan tanto cotto,
Che lor bastava un giorno men che gl'otto.
Una gonella haveva in su le carni,
Col mantelletto, et piu non haveva panni.
Giu nel fossato talhor si spogliava,
E quella con le stecche si spazzava ;
E parea segatura quel brugleame,
Che annoiato se moria di fame.
Per un buon tempo fece grand abstinenza,
Guardandosi di fare a Dio fallenza :
E spesso si batteva con l'ortica.
Per atterrar la carne sua nemica.
Ma quanto piu faceva penitenza,
Piu s'accendeva quella mala intenza.
Venuto poi al giogo dell' ubidienza,
Fuggissi tal battaglia et tal intenza,
In tal battaglia si diceva a Dio,
Il tuo voler far voglio, et non il mio.
Di che li fu mandato in visione,
Ch'entrasse tosto in Religione.
Allhor si venne in questo romitoro,
Et ricevuto fu da tutti loro
Per lor Converso, havendo quarant'anni,
Mille trecento et dieci con ott'anni.
5 E cuoco si fu fatto in mantinente
Nel qual ufficio fu molto fervente.
E quivi havendo notte e di che fare,
Come solea, non poteva orare,
Dicendo, Star soleva in oratione,
Et qui fo vita quasi da poltrone.
Di che turbato, fu deliberato,
Di retornar qua su in quel fossato.
Ma alla porta stava grand soldato,
Ch'era Converso, et hallo riguardato,
E troppo ben conobbe che ne andava.
Di che egli humilmente si pregava,
Dicendo, Fra Sylvestro, che vuo fare?
Per Dio ti prego, non ci abandonare.
Di che egli humiliato se ristette,
Et di se stesso si fece beffe
Dicendo, O'cattivello, quel soldato
T'ha convertito, et hà ti humiliato.
Et in cucina sendo poi tornato,
Con grande affetto facea l'erbolato.
Quando mestava ogni mestolata,
Cento fiorini ne facea stimata.
Et poi contento era, di due hore,
Tra di e notte, stare in oratione.
Et tanto crebbe crescendo quel fervore,
Che gratia gli dono Christo Signore
E ripieno fu di spirito divino,
Parendo in suo volto un Serafino
Acceso, et infiammato et alterato.
In Christo Iddio era transformato.
L'alma ripiena di Spirito santo.
Mangiar non puote il corpo, et venne manco,
Ma d'un vin dolce un poco si gustava,
E ben tre di cosi se sustentava.
6 Mostrato fu a maestri il mutamento.
Et disse chaschedun, Di ver talento
Da Dio havete in esso si gran dono.
Che en queste parti non se n'ha nissuno.
Da quindi innanzi muto in suo parlare,
Che chaschedun facea maravigliare.
Parea tutto pieno di caritade,
Et vero servo della Trinitade
Fu idiota et legger non sapeva,
Et tutta la Scrittura disponeva
Molti Maestri di punti il dimandaron.
Et sporli veramente confessaron,
Dicendo. Io non sapeva questo node
Scogliere come tu, a Dio sia lode.
Ben ciento cose m'ha costui monstrato.
Da Cascia fra Simone ha confessato
Nell anno primo hebbe questo dono
Da l'alto Iddio, come servo buono,
Facendo la cucina con affetto,
Si piacque a Dio come vero eletto :
Forse quattro anni in cucina stette,
Et poi nel refettorio ancor servette,
Et poi pel tempo ritorno alla cella
Fuggendo il mundo e la sua novella.
Giaceva nella cella, e quando orava,
Et spesso se sedea e contemplava :
Et chi andava a lui se consolava.
Et nella tentation consiglio dava.
7 Un di gli apparue Christo a un rimpetto,
Stando in oration tutto soletto.
La Majesta veggendo, grido forte,
E Fra Francesco udendo se vi corse,
E si il trovo orare et quasi assorto,

Di

Di che egli il consolò et diè conforto.
Così gli apparve ora elo più fiate,
Stando ginocchioni a man levate
In quella parte stando poi nel letto
L'anche non vuolse, ma col puro affetto
Vedeva Christo, et l'occhio riguardava
In quella parte, e luy si riguardava.
Quando il Priore faceva correttione
Aspra, gridando et faccendo rumore,
Dalla sua cella udendol Fra Sylvestro,
La giù correva come cervio destro :
E in Capitolo, al lato al suo Priore
Sedea, facendo a lui ogniun honore,
E si dicea, Vuo tel manicare?
Che ha fatto cost ui, che pare un cane?
E brevemente voleva che correggesse
Con charità, et Fratre si paresse.
E specialmente questo fu ad uno,
Che non parue al Prior che fusse puro
In refettorio una compagnia,
Sonando una ... brevia :
Ma Fra Sylvestro ... li caccio via,
Dicendo lori molta vilania
Da secolari, diceva, state strani,
Che nostre mente istraccian pure a grani.
Non si confanno i fatti lor coi nostri,
Ma ben si confaccian coi Padri nostri.
Il lor parlar ci fà auvilupare,
Et dacci poi impaccio nell orare.
8 Di viver a commune si die la forma,
Et di buona osservanza monstro l'orma.
Soleva dire, ch'a voler orare
La notte me ch'al giorno si può fare.
Mille soldati a notte si terrei,
Al dì pur due non ne pagherei.
Il giorno si confà al secolare,
Et buio della notte a spirituale,
A far orare et meditare.
E sant Antonio si dicea del sole,
Che di ... gli toglea il valore.
Quando consiglio il Prior pigliava
Da suoi Frati, a lui si riportava
Dicendo Più, Si dicea che si faccia,
E men che No, chinando la sua faccia.
Et quelli ancora si volea sapere,
Chi fosse l'uno et l'altro, et lo suo dire
E poi dicea, sei di maggiorenti
Si vaglion più, che giovanetti venti.
Quando era reo e fosse accusato,
Veniva tostamente al suo Prelato
Et accusato era del suo fallo
La alla stiera, come Frati fanno
Et sua colpa diceva immantinente,
Con lieta faccia et placata mente
Et tallhor quel Prior non ricevea
Quel sodisfare, che per uso havea :
Veggendo Fra Sylvestro non accetto
Il sodisfare, et l'humile suo detto,
Irato forte si spazzava tutto,
Et secolar pareva senza frutto
A destro et a sinistro se voltando,
Et con aspere parole motecchiando.
Et a lui non respondea quella durezza,
quando egli in bocca havea tanta dolcezza

9 Spesse volte il corpo se li infiava,
Et caggendo in terra si voltava,
Dicendo a Fra Francesco, Sta mi sur corpo
Con le ginocchia, che disensi il corpo
E si gridava, Il corpo mi si spezza,
Bastando questa pena per gran pezza.
Lo Spirito divino tanto abondava,
Che nol potea portar, ma traseava
Un dì su assalito di tal dono,
La su a S. Gaggio et senza dimoro,
Sul letto si getto, pigliando i piedi,
In capo si mettea luinam et dedi.
Forte gridando et tutto consumando,
En su quel letto giva voltando
Così per casa spesso volte andava
Tutto affocato, et quasi trambasciava
10 Et quando a lui un giva a contare
Jo sono contento di pensier carnale,
Curava poco cosi fatto detto,
Dicendo, ch'et cosa naturale,
Ma si diceva, Jo mormoro del tale,
Si conturbava tutto immantinente,
Dicendo, Che ha tu a far di quel cotale,
Il quale è servo del omnipotente?
Gratta la tigna tua in questa vita,
Si che tu facci poi buona finita,
S'en questo mondo tu ti piangerai,
Nel altro mondo non trarrai poi guai,
Vale una lacrima più in questo mondo,
Che poi nel altro un pozzo ben profondo,
In Purgatorio si può ben lacrimare,
Ma un capel non posson meritare,
Si non saltan di qua con l'oratione,
Pur lor non esser mai di tal prigione,
Ma quivi stanno, in fin che sien purgate
Tutte le macchie, et sien ben reschiarate,
Questo ti dico perche non ti curi,
Di questi o quelli se ei fosson furi
Ma cieco diventato in questa vita,
Bene operando haibbi eterna vita
11 Soleva alcuna volta dire a Frati,
Veggendo gli voler molto allargati
Si vo' uscite di sotto la cesta,
Sarete bastonati in su la cresta.
Non v'allargate, ma state pur stretti,
En verità sarete più perfetti.
Fuggite l'apparente desto mondo,
Et meglio nel cielo sarà il cuor giocondo
Diceva che san Pietro non hebbe sol fede
Del altro mondo, ma vera certezza,
Et con l'affetto vita eterna vede,
Et a più che di questa a poca fede
Faccendo la berretta sua lavare,
Diceva nella fronte fal purgare,
Dinanzi quatre dita sia lavata,
Et quel che resta lascia là assiugata.
Lavando egli sui piè, d'acqua copria
I piedi a punto, et non più calia.
Dicendo, La ragio non mi fù rechiesta,
De quello che non sotto ada li resta
In ogni cosa viveva assegnato,
Temendo della fine a giudicato
Molto era confirmato nel timore

Di Christo, nostro Iddio e Redentore
12 Un giorno Fra Sylvestro era affocato
Di grand amor d'Iddio, e infiammato,
Ira dimandando lo, Che è Dio?
E non rispose nullo al suo desio
Di che n'andò in impetto a Suora Paola,
E disse, Che è Dio? ò Suora Paola?
E quella disse, Amore et carità,
E altro nome non se gli conta.
A che gridava, O! ô! molto in alto,
Et entro a lei et su lo smalto
Et tutto il dì parlarono, affocati
D'amor d'Iddio, e parono alterati
13 Fra Giacob, zio di Fra Giacobbo,
Si crebbe patiente come un Giobbo,
Tosto fu in fine alla sua morte
Et non si dolse mai per grave sorte
E infirmità e ciò che gli era dato,
Portando sempre, Iddio n'ha ringratiato.
Già mai non si conobbe che volesse
O carne che li giosse, o nova fesse
Diceva semper, Ogni cosa è buona
Et tutta lui fatto quel che tutto duona.
Poi se morì essendo giovanetto
E morto era fresco e vermiglietto
Cantaron gli Angeli fè dal campanile,
Et preson la fu l'alma nel partire,
E Fra Sylvestro si gli udì cantare,
E Suora Poala gli udì giubilare
Disse Suora Paola a Frate Piero,
Che Fra Sylvestro tratto a des ero,
Come san Paolo fu in paradiso,
Così fu tre volte, e vi fu assiso
Et da san Francesco, a quest hora,
Più justo di costui non fu ancora,
Frate Sylvestro è il più eccellente,
Che sia in queste parti, el più fervente
14 Frate Sylvestro mori nel quarantotto,
Et più rimason sette di vintotto.
Anni settanta havea Fra Sylvestro,
quando passò di questo mondo alpestro
Dentro la volta la in san Francesco
Si fu riposto credo, in sur un desco
Et poi il diluvio dentro vi scattone,
E fello nero e tutto lo guastone
Cavato quindi, eravo spiccato
Il corpo dalle gambe e tra salato
Si fu là in san Giobbo tal altare,
Et costa con busto, ad aspettare
L'ultimo dì per esser glorioso
Al destro di Iesu suo amoroso
E così in Paradiso sempre stare
Con gli altri Eletti, et Christo contemplare,
Gustando il cibo della vita eterna
Colli Angioli et colli Sancti, in sempiterna
Cantando et jubilando a Dio Signore
Et sempre ardendo nel verace amore,
Il qual amor è Christo verace
Che regna con sui Sancti in vera pace,
E con la Matre sua incoronato
Con sempre omnipotente ...,
Cui est honor et gloria in secula seculorum.
Amen

EJUSDEM B. SILVESTRI SELECTA APOPHTHEGMATA

Dicebat ; Non sufficit esse spiritualem in actu et opere : sed habeas etiam mentem spiritualem.

Veritas, aspera habet labia, sed cor tranquillum : hypocrisis e contrario labra dulcia, sed mentem perversam.

Sumus interius instar cepæ, cujus dum cutem unam tollis, invenis aliam.

Nisi tribulatio non humiliaret, per ingratitudinem laberemur in idololatriam.

Fratres tamdiu simul sunt in ecclesia, capitulo, et refectorio, ut postea libenter deberent in cellam sese fugiendo recipere.

Viri sancti magis vigilant post Matutinas, quam post Vesperas.

Si quis dicebat : Sic deberemus facere ; hodie non fit ita ; respondebat Fr. Silvester ; De te solo loquere : unde scis quid alii faciant ? solum te ipsum accusa.

Nolebat Fratres in Confessione narrare sua somnia : sed simpliciter dicere : Accuso me quod habuerim obscenum somnium : quia pejor ipso somnio ejus memoria est.

Magis convenire Religioso dicebat, ut calici plus aquam infunderet quam vinum, si etiam plus vinum uni sevis, sæpius in quantitate falleris.

Orabat semper in obscuro : asserebatque, Dei servum debere tenebris delectari, instar vespertilionis.

Multum dolebat augmento ecclesiarum, et grandioribus præferebat parvas humilesque.

Volebat ut Fratres cito discederent a loco Capituli, ad fugiendam fraudem diaboli rixatoris.

Haud probabat disciplinam nimis asperam nimisque prolixam ; sed laudabat modicam, humilem, et devotam.

Miror, inquiebat, quomodo cor intra corpus non crepet sub Officio divino, propter ejus dulcedinem et sublimitatem verborum.

DIES DECIMA JUNII

SANCTI QUI QUARTO IDUS JUNII COLUNTUR

Sanctus Getulius,
S. Cerealis,
S. Amantius,
S Primitivus,
} Martyres Romæ, via Salaria.

S. Mammarius, Presbyter.
S. Felix et
S. Victorianus, Diaconi.
S. Albinus,
S. Donatus,
S. Libusus,
S. Laurentius,
S. Faustinianus,
S. Ziddinus,
S. Crispinus,
S. Leuvus,
S. Faustina,
S. Fausta,
S. Faustinus,
SS. duo Socii,
} Martyres Afri, Besechi in Numidia.

S. Basilides,
S. Aurisius,
S. Rogatus,
S. Januarius,
S. Cassianus,
S. Victurus,
S. Martinus,
S. Davallius,
Alii xx Socii;
} Martyres Romæ, via Aurelia.

S. Crispolus, Martyr in Hispaniis.
S. Zacharias, Martyr Nicomediæ.
S. Timotheus Martyr, Episcopus Prusæ in Bithynia.
S. Benjamin M. à Græcis honoratus.
S. Theophanes Reclusus,
S. Pansemne Pœnitens,
} Antiochiæ.
S. Apollo Episcopus, apud Græcos.
S. Alexius, Episcopus in Bithynia.
S. Canides, Reclusus in Cappadocia.
S. Censurius, Episcopus Autissiodori in Gallia.
S. Maurinus Abbas, Martyr Coloniæ Agrippinæ.
S. Ebremundus, Abbas in Sagiensi Normanniæ diœcesi.
S. Ivo Episc. Persa,
Tres Socii ejus,
} in Anglia depositi.
S. Landericus, Episcopus Parisiensis.
S. Ithamarus, Episcopus Rossensis, in Anglia.
S. Oliva, Virgo et martyr Panormi.
B. Bardo ex Abbate Herveld. Archiepiscopus Moguntinus in Germania.
S. Margarita, Regina Scotiæ, Edimburgi.
B. Bogumilus, ex Archiepiscopo Gnesnensi, Eremita Camaldulensis, Unietoviæ in Polonia.
B. Diana,
B. Cæcilia,
B. Amata,
} Virgines sanctimoniales Ordinis S. Dominici, Bononiæ in Italia.
B. Henricus Baucenensis, Tarvisii in ditione Veneta.
B. Bonaventura, Ord. Eremit. S. Augustini, Card. S. Cæciliæ, Romæ.
B. Joannes Dominici, Ordin. Prædicatorum, Card. S. Sixti, Budæ in Hungaria.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI

Opera R. P. Godefridi Henschenii piæ memoriæ, nisi aliud indicent litteræ additæ margini.

Sancti Rigoberti, Episcopi Remorum, Translatio *inscripta est MS. Florario. Vitam ejus illustravimus ad diem* IV Januarii.

S. Agatho Papa, *ab Octavio Cajetano Tomo 2 de Vitis Sanctorum Siculorum, per conjecturam hodie refertur; ut is nodum aliquem sibi objectum solvat, quasi per errorem Anastasii Bibliothecarii, et consequenter Romani Martyrologii, positus fuerit, quando de eo agimus,* X Januarii.

S. Mauri Translatio *indicatur in scripto quodam Benedictino. Ejus Vitam dedimus* XV Januarii.

Macarii Patris festum *indicatur apud Seldenum, in Kalendario priori Coptico sive Arabico, adjuncto Synedriis Hebræorum. Inter varios* Macarios *videtur esse præcipuus* S. Macarius Abbas in Ægypto, *cujus Acta illustravimus* XV Januarii.

S. Antonii festivitas in cœnobio ejusdem, in suburbiis Parisiorum, ob Reliquias eo translatas; uti etiam in cœnobio Monialium Abbatiæ Lubecæ in diœcesi Noviomensi, nunc Lutetiæ, *indicatur a Claudio Chalemoto; sed spectat ea res ad illius Natalem* XVII Januarii.

S. Aldegundis Abbatissæ remotio corporis, *indicatur in MSS. Pragensi et Trevirensi S. Maximini. Dies natalis est* XXX Januarii.

S. Rembertus, Episcopus Bremensis, *inscriptus est MSS. Florario et Catalogo generali Ferrarii. Vitam ejus dedimus* IV Februarii.

S. Meletius, Episcopus Antiochenus, *relatus in eodem Florario. Acta vide* XII Februarii.

SS. Modestinus Episcopus et Socii Martyres, Abellini in Hirpinis, *proferuntur in utroque Catalogo Ferrarii. Nos sensum nostrum de Actis dedimus, quando ob Translationem potissimum coluntur,* XIV Februarii.

Blanda, a S. Eleutherio Episcopo Tornacensi ad vitam resuscitata, baptizata, et Christo dicata, sancta et immaculata permansit; et cursu benigne finito ad cœlestia migravit. *De ea agit Arnoldus Raissius in Auctario ad Natales Sanctorum Belgii, a Molano editos: et Arturus in Gynæceo sacro; omnia autem illa late deducuntur in Vita dicti Eleutherii* XX Februarii.

S. Sviberti Confessoris, in Insula-Cæsaris, Elevatio, *indicatur in Fastis Agrippinensibus Gelenii, et aliis monasticis. Acta discussimus* I Martii.

S. Patricii

S. Patricii Episcopi, Translatio in Scotia, *id est, hodierna Hibernia, indicatur a Greveno, Canisio, Ferrario, et celebratur Officio Ecclesiastico. Ejus Acta illustravimus ad diem* xvii Martii.

S. Landoaldus *suggeritur in MS. Kalendario Belgico. Est is Archipresbyter in Wintershoven. De quo egimus* xix Martii.

SS. Alexander Miles, et Antonina Virgo, Martyres, *memorantur in Menæis Græcorum cum solenni Officio Ecclesiastico. Illorum Acta martyrii dedimus, quando a Latinis coluntur,* iii Maji.

S. Aygulphi, Episcopi et Martyris Bituricis, *memoria celebratur a Saussayo, a pluribus sequenti die. Vitam dedimus* xxii Maji.

Saturninus Episcopus, Cassianus, Felix, *indicantur in scriptis Additionibus Carthusiæ Bruxellensis ad Grevenum. Videntur temere collecti; nam in diebus Junii hactenus datis sunt Martyres circiter duodecim* Saturnini. *At* Cassianus *hodie inter* Martyres Romanos, *uti et die* iii *Junii cum duplici* Saturnino, *et aliquo* Felice, *itidem* Romano Martyre, *ut videantur posse referri ad diem* iii Junii.

S. Maximinus, Episcopus Aquensis, Massiliæ in Gallia, *memoratur a Maurolyco, Felicio, Galesinio: ab aliis* viii Junii.

S. Pelagia, Virgo, et Martyr Antiochiæ, *inscripta est Menologio Sirleti. Acta martyrii dedimus* ix Junii.

NOT. 9 D. P. S. Fortunatus, *ut* Episcopus Trevirensis *et Confessor, refertur in Kalendario et Lectionario illius Ecclesiæ anni* 1645, *et jubetur* 3 *Lectio de Communi recitari, ritu Officii simplicis. Acceptus est ille ex Chronico Trevirensi, sub initium valde fabuloso, ubi post* Mauritium *nominatur* Fortunatus, *et uterque censetur sedisse circa annos* 240 *et* 250, *quando de iis agit Browerus. Nobis utriusque dubia existentia est: et diem sumptum putamus a die quo obiit* Amalarius Fortunatus, *de quo mox infra.*

SS. Aresius, Rogatus, et alii xv, *leguntur in Martyrologio sub nomine Bedæ excuso, sed illi supposito. Interim citato Beda relati sunt a Baronio in Martyrologium Romanum. Verum arbitramur esse Martyres Romanos, via Aurelia coronatos cum S. Basilide, et appellari* Aurisum, Rogatum et alios xx, *ut infra ad horum Acta dicetur.*

SS. Pancratius et Zacharias, in Aquileja, *scilicet passi aut honorati, memorantur in MSS. Trevirensi S. Maximini, Leodiensi S. Laurentii, et MS. Florario. Nihil assequimur de eorum apud Aquilejenses veneratione, aut in MS. Kalendario illius Ecclesiæ, a nobis Romæ descripto; aut aliis certioribus monumentis. Forsan illorum ibi Reliquiæ fuerunt, aut Ecclesia sive altare. Et hic dies assumptus est propter nomen* S. Zachariæ Martyris Nicomediensis, *qui hodie colitur. Sunt et aliqui* Martyres Pancratii, *a nobis indicati: sed quis illorum hic intelligatur, ab ipsis Aquileiensibus desideramus cognoscere.*

D. P. S. Gerachii Martyris, *Corpus cum Capite, a Gregorio XV an.* 1622 *obtentum, adservatur Bononiæ in Ecclesia S. Francisci, et colitur hoc die, sub ritu duplici.*

Zajefus *quidam, ut videtur, Monachus, hodie invocatur a Poeta Habessino, auctore Hagiologii metrici, ut qui schisma quoddam Monachorum una cum Rege Jecuno-Amlaco, extinxerit, non sine miraculo. Si Jobus Ludolfus, qui inde utrumque adscripsit Æthiopicis fastis in sua gentis illius historia, etiam Chronologicam Regum seriem dedisset, ex qua de Regis istius ætate certi aliquid statui posset, possemus et nos fundatius procedere ad eum inter Sanctos recipiendum, vel non.*

Segianus Presbyter Inverletheæ, qui S. Honorii I Papæ litteris admonitus, Scotos suos ad Pascha Romano ritu celebrandum adduxit, *est inscriptus Menologio Scotico Dempsteri: iterumque ille in Historia Scotica de eo agit pag.* 584, *dicens,* floruisse Segianum anno 666. *Verum* Honorius *vita functus est an.* 638. *Eumdem, citato Martyrologio Scotiæ, profert Ferrarius in Catalogo generali, et citat Breviarium atque Hectorem Boethium, sed hujus locum non indicat, neque ubi illud Breviarium haberi possit, addit. At* Inverletheam, *ait,* urbem fuisse Rossiæ, a Danis eversam, a Rosmarchæo urbe xiv M. P. distantem.

D. P. Fructuosus, Episcopus Eugubinus, *dicitur a Jacobillo Tom.* i *de Sanctis Umbriæ, obiisse hoc die, circa an.* 588. *Allegat is quemdam Episcoporum Eugubinorum Catalogum, ubi antiquitus scriptum sit:* S. Fructuosus Eugubinus, vir sanctissimus, an. Domini dlxxvii a S. Benedicto Papa electus xvi Episcopus Eugubii, anno sui Pontificatus iii, sedit annos x. *Non magnam antiquitatem sapit hujusmodi formula: digna tamen eatenus notari, quatenus Chronologia, cum nostra, non cum Baroniana convenire potest, qua Benedicti initium ponimus anno, non* 572, *sed* 575, 16 *Junii. Nullus* Fructuoso *isti habetur ab Ecclesia honor, nisi quod in Cathedrali visatur vetus statua lignea,* S. Fructuosi *vulgo dicta. Ughellus etiam abstinet ab hoc titulo.*

Amalarius Fortunatus, Trevirensis Archiepiscopus, cum opinione sanctitatis et miraculorum mortuus an. 832, *dicitur a Christophoro Browero in Annalibus Trevirensibus. Estque ejus Vita collecta a Constantino Caetano, qui eum honorat titulo* Beati: *et quamvis scribat fuisse Ordinis S. Benedicti, eumdem tamen fastis suis non inscripserunt Martyrologi Benedictini. Interim suggero, in quadam Petri Francisci Chiffletii scheda reperisse nos, quod* Vita et miracula S. Amalarii habentur in chartophylacio Metensi *(sunt enim qui in Metensi S. Arnulfi ecclesia sepultum velint) quod totum refert, nec admittit Browerus. Ipsam illam Vitam et miracula optaremus videre.*

Joannes Monachus Bertiniensis, circa annum 903, *refertur in Appendice altera Hugonis Menardi ad Martyrologium Benedictinum, quod dies ejus natalis sit ignotus, et appellatur* Beatus: *eum ut* Sanctum *inscripsit suo Menologio Bucelinus, ad suum placitum.*

D. P. Alexandri Eremitæ, Vologdensis Thaumaturgi, obitus, *cum titulo* Venerabilis Patris nostri, *refertur in Synaxario Ruthenorum, quod nobis Moscuæ Latinum fecit Georgius David, S. J. Missionarius. Optamus distinctiorem notitiam ætatis, vitæ, et miraculorum; cum neque in Kalendario figurato, nec in Synaxario, quod habemus impressum anno* 1679, *inveniatur.*

Petrus, ex Novitio Claræ-vallis sub S. Bernardo, postea Abbas Novæ-vallis in Gotlandia, *cum titulo* Beati *memoratur ab Henriquez et Chalemoto. Nulla ejus mentio fit in Vitis Aquilonia Scandinaviæ apud Vastovium Gothum: expectamus ut certius probetur cultus.*

Margarita Virgo, monialis in monte S. Walburgis, *his verbis indicatur in Kalendario Cisterciensi Divione excuso; a Chalemoto celebratur etiam ejus* memoria *absque ullo titulo* Beatæ, *quod notasse sufficit.*

Maria, Sanctimonialis Vallencuriæ in Campania Gallica, Ordinis Cisterciensis, *cum titulo* Beatæ *indicatur ab Henriquez, Bucelino et Chalemoto: at Pius cum titulo* beatæ memoriæ *annumeratur a Saussayo.*

Arnoldus, ex Trevirensibus natus, Ordinis Prædicatorum, vidit B. Jordanum Generalem ab Angelis

gelis ferri in cœlum, suavis in regimine, erga nomen Jesu mire affectus, *laudatur a Michaele Pio, et a Thoma Cantipratano lib. 1 cap. 76, relato ad Vitam B. Jordani 13 Aprilis in Annotatis ad caput 6. In Anno autem Sancto hujus Ordinis refertur hoc 10 Junii, nullo allegato auctore.*

D. P. Eusebius Carmelita, *cui S. Cyrillus, Prior in monte Carmeli tertius, cum epistola de ortu et progressu* ***Ordinis, Regulam miserit, a S. Alberto datam de-*** *cessori Brocardo; ut* sanctum Martyrem *adscriptum lego Aciei bene ordinatæ: tacent de eo vetera quæ in Speculo proponuntur Ordinis Kalendaria.*

Joannes ab Ischitella, in Apulia an. 1525, Bonifacius a Roparolo, Genuæ anno 1330, Alb. de Marchesiis, in Romandiola an. 1531, Joannes a Perpiniano, Mexici anno 1550, Agatha Urbanista S. Claræ, Virduni 1293. } Ordin. Minorum virtutibus conspicui, *cum titulo* Beati *referuntur in Martyrologio Franciscano Arturi, et* Agatha *in Gynæceo.*

SS. Crispolus et Restitutus, Romæ passi, *referuntur* ***in MS. Trevirensi, et in nonnullis tribuuntur*** Hispanis, *ubi* S. Crispolus *hac die coronatus est, in cujus elogio hanc controversiam proponimus, ambo autem Romæ passi sunt* XI Junii.

S. Basilla, Martyr Romæ *indicatur in MSS. Richenoviensi, Rhinoviensi, Augustano, et aliis. A pluribus refertur* XI Junii.

D. P. **SS. Basilides, Tripus,** ***seu*** **Tripodes, Mandales, et XX** Socii, Martyres Romæ, *indicantur apud Usuardum, Adonem, et hodiernum Romanum. De iis latius agemus, ad Acta S.* Basilidis, *die, quo hic passus dicitur* XII Junii.

Sol 10 S. Abunefri seu Abunaphri obitus *relatus in Kalendario Coptico Seldeni et Fastis Æthiopicis Ludolfi. Est* S. Abbas Onuphrius, *cujus sepulturam qui curarent Fratres, etiam invocatur ut* Sancti *in Hagiologio metrico Portæ Habessinæ. De quibus* ***agemus, quando ille in Romano Martyrologio refertur*** XXII Junii.

D. P. S. Asterius, Petræ in Arabia Episcopus, *ut* Confessor, ***inscribitur hodierno Romano. Omnia ei communia sunt, præter diem gratis assumptum, cum*** *Socio* Macario *sive* Ario Petræ in Palæstina Episcopo: *de utroque simul agemus* XX Junii.

S. Etto Episcopus ***indicatur in Kalendario Benedictino Dorganii****, sed huc perperam translatus a die* X Julii.

S. Amelberga vidua, Lobiis et Binchii, *prefertur a Saussayo: sed etiam perperam huc translata a die* X Julii.

S. Ragenufla, Virgo in Hasbania, *signatur in scriptis Additionibus ad Grevenum. Colitur illa* XIV Julii.

S. Marcella, socia S. Marthæ et sororum, *celebratur a Maurolyco et Felicio. De ea cum* S. Martha *poterit agi* XXIX Julii.

Apostolorum divisio *celebratur a Maurolyco: at colitur* XV Julii.

S. Pantaleonis Martyris inventio ... ubi sunt ejus Reliquiæ et Patronus ... *memoratur in Catalogo generali Ferrarii, et a Galesinio: qui* Mediolani *coli addit, ac festum esse* VI Kalendas Augusti, *imo* V Kalendas, *sive* XXVIII Julii.

S. Tatwinus, Archiepiscopus Cantuariensis, ***indicatur a Ghinio in Natalibus Sanctorum Canonicorum et a Ferrario in Catalogo Generali; et ab hoc allegatur Martyrologium Anglicanum. Sed deest in utraque editione, et refertur, quando iterum eo citato illum habet Ferrarius*** **XXX Julii.**

Ursini Episcopi et Confessoris, atque Bertunii Martyris, translatio Lysois, *inscripta est MS. Centulensi. Ex his, quantum assequimur, videtur* Ursinus *esse* Bituricensis Episcopus, *qui colitur* IX Novembris *et* Bertuwius Martyr, *Saussayo* Bertuwinus, *relatus* VIII Augusti

S. Laurentii adventus Reliquiarum, ***ad monasterium S. Laurentii apud Leodienses, indicatur in MS.*** *Florario et Saussayo. Colitur ille* X Augusti.

D. P. S. Cedonius, *seu* Chelidonius, *ut Socius S. Maximini, a Maurolyco et in MSS. Additionibus ad Usuardum Greveni, hoc die ponitur: a Saussayo, tamquam ille a nativitate cæcus, quem Christus* ***illuminavit, in Supplemento Martyrologii Gallicani*** *(quando licebit plenius rem inquirere)* XX Augusti

S. Philippi, Ordinis Servorum, Translatio Tuderti in Umbria, ***memoratur in Catalogo Generali Ferrarii****. Natalis est* XXIII Augusti.

S. Edmundi, Regis Orientalium Anglorum et Martyris, Translatio ***inscripta est Martyrologio Angli-*** *cano Wilsoni. Dies natalis est* XXV Novembris

S. Catharinæ, Virginis et Martyris, Translatio in monte Sinai, *indicatur a Greveno et Canisio. Ejus item natalis est* XXV Novembris

D. P. S. Blanchus, *ut* Martyr Brixiæ, sub Nerone Imp. et Gallieno Præfecto, *inscribitur Martyrolog. Brixiano Bernardini Faini: totaque narratio nititur* ***auctoritate cujusdam Scipionis Covi, qui passionem*** *ejus in aliquo MS. invenerit; et quidem, ut in Notis Faynus ait,* pervetusto. *Sed quomodo tale dici potest, quod non nisi in Historiis Brixianis vulgaribus invenit Covus? cum usus vulgaris linguæ scribendis historiis paucorum sit seculorum! Ad hæc* Blanchum de Plano, *et nomine suo atque suspectum habemus, atque* Presbyterum Carolum de Confaloneriis, *qui Gallienum, post Blanchi cædem conversum ad fidem, baptizavit. Quoniam autem etiam ipse Gallienus* ***factus Martyr dicitur, eidemque inscribitur Martyrologio; expectabo quid hisce visis repositurus sit*** *Honorius Stella, Abbas ad S. Afram, et an eorum* ***veritatem verosimiliorem facturus sit, quam tot aliorum similium, de quibus egi in Parte 3*** *Propylæi antiquarii ante Tom. 2 Aprilis: ad quam Censuram vel os aliquando quidem responsionem ille edidit anno* 1687, *sed ea tali: quamdiu omnia fundem ... tucendo, ut crederet cogamur, eos, quibus anno* 1529 ***mandavit Civitas inquirere in Chronicam, unde inventorum tunc Martyrum nomina et cognomina probari debebantur; non fuisse contentos Guerini Cereti Chronica, ut ipse defensor fatetur, fabulosa****, sed et supponere, eos habuisse aliam, quæ nunc perierit, fidei certioris. Interim rem differimus in diem, quo* Gallienus *iste, sive ut postea scribitur* Gallianus, *passus dicitur,* II Decembris.

S. Ananus, Episcopus Carnotensis quintus, *traditur a Sebastiano Rouillardo e vita decessisse hoc die; ac quem refertur, a Saussayo in Supplemento Gallicani Martyrologii, et Ferrario in Catalogo Generali. Verum in Breviario Carnotensi, quod habemus anni* 1633 *... omnis solennitas, ob Translationem an.* 1136 *factam, notatur die* VII Decembris

Judoci, laici Confessoris, *mentio fit in Kalendario Breviarii Lubecensis anni* 1523. *At* S. Judoci Abbatis in agro Pontivo festum *sub ritu duplici cele-* ***bratur in antiquo Breviario Bruxellensi ecclesiæ S. Gudilæ; et in hujus Martyrologio MS. memora-*** *tur primo loco. Dies ejus natalis est* XIII Decemb.

DE SANCTIS MARTYRIBUS

GETULIO, CEREALE, AMANTIO, PRIMITIVO,

ROMÆ VIA SALARIA.

D. P.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De antiquitate Actorum, cultu Reliquiarum, Getulio et Zotico distinguendis.

CIRCA CXXIV

Floruit sub *Hadriano Imperatore, apud Tiburtinos in Latio, generosissima in fide Christiana propaganda familia* SS. Getulii *et* Symphorosæ, *eorumque septem filiorum : quibus accessit* Getulii *frater,* Amantius : *omnes autem numero decem, martyrio coronati, vitam hanc mortalem cum æterna et immortali commutarunt. Ex his S.* Symphorosa cum septem filiis *Ecclesiastica veneratione colitur* XVIII *Julii, at* S. Getulius et Amantius, *una cum* Cereale Consulari *ab his converso, et* Primitivo *eorum familiari, hunc* X *Junii suo martyrio cohonestarunt. Acta in antiquissimis codicibus referuntur ; in quibus Julius Africanus dicitur auctor, qui scripsit Acta Martyrum, qui his primis seculis pro Christi fide passorum, collegisse t, eademque etiam SS.* Getulii, Amantii, Cerealis et Primitivi, *qui ante S. Symphorosam et septem filios, illustri pugilatu decertarunt. Quidquid sit de collectione Julii Africani, qui centum annis post Hadriani imperium floruit, antiqua [illegible] sunt Acta prædictorum Martyrum ; [illegible] ut [illegible] et [illegible] contenta, eo modo [illegible]* nulla, *ex ipsismet Proconsularibus Actis accepta : [illegible] tamen alia ipsamet dicenda, ut ex Notis nostris [illegible] rebit. Damus autem eadem ex vetustis [illegible] dice, ante plures centenos [illegible] exarato, et contulimus cum altero [illegible] virensi Imperialis monasterii S. M[illegible] Bonini Mombritii ante ducentos annos [illegible] ex optimis Scriptoribus coll[illegible].*

Acta horum Martyrum antiqua.

B

2 *Habuit et Laurentius Surius* [illegible] MS. *ut præfatur, sed stylum mutavit, et hic inde contraxit. Eadem e Surio cum suis Notis edidit Romæ anno* MDLXXXVIII *Fulvius Cardulus Societatis Jesu. Surius autem addit, hisce Actis* fidem conciliari ab antiquissimis Martyrologiis. *Ado sane, servatis horum Actorum verbis, longissimum profert elogium, [illegible] contra ceteri Notkerus et auctor Bedæ suppositum aliique [illegible] contiores. Usuardus hoc encomium formavit :* Eodem die X Junii, via Salaria, passio Beati Getulii, clarissimi et doctissimi viri, sociorumque ejus Cerealis, Amantii, et Primitivi : qui jussu Hadriani Imperatoris primo cæsi, deinde in carcerem reclusi, postremo incendio sunt traditi. *In Martyrologio Romano ista adduntur :* Cum nullo modo ab igne læsi fuissent, fustibus illiso capite martyrium compleverunt : quorum corpora Symphorosa, B. Getulii uxor, collegit, et in arenario prædii sui honorifice sepelivit. *Verum hic nonnulla ipsis quæ [illegible] tribuuntur, quæ ad unum alterumve tantum spectare ex Actis certissime constat.*

C

in Martyrologiis contracta

3 *Tempus martyrii inveniendum, cum Hadrianus Imperator esset Romæ, aut in urbe Tiburtina, ubi ejus cubiculum etiamnum ostenditur ; cumque Sixtus I in Pontificatu Romano adhuc degeret. Proinde maxime opportunus nobis videtur annus trigesimus quartus supra centesimum, quando visitatis provinciis Romam rediit Hadrianus, sequenti anno iterum inde digressus, et anno* CXXVII *adhuc in Asia occupatus, quando Sixtus Romæ abiit* III *Aprilis. Baronii calculus a nostro hic enormiter differt : anno enim* CXXXVIII, *quo passos Martyres statuit, et cujus mense Julio Hadrianus obiit : non* Sixtus, *sed* Hyginus *jam Pontifex erat, juxta dicta nostra ad Catalogos veteres Pontificum Rom. ante Tomum* I *Aprilis et alibi.*

Tempus martyrii:

4 *Carolus Bartholomæus Piazza, in Sanctuario Romano, post relatam ad hunc diem* X *Junii memoriam* S. Getulii et sociorum Martyrum; *addit,* festum S. Getulii celebrari in ecclesia S. Angeli in foro Piscario, ubi sacrum ejus corpus requiescit. *Eodem modo celebrari ibidem ait* festum S. Symphorosæ et filiorum, et eorum corpora ibidem asservari. *Octavius Pancirolus, in Thesauro abscondito Urbis, regione* 10, *ecclesia* 30, *asserit hanc S. Angeli in foro piscario ecclesiam restauratam a Papa Stephano juniore, secundum Baronium hujus nominis Tertio, sed passim melius dicto Secundo : qui anno* DCCLII *creatus est, post ejusdem nominis alium, Electum quidem, sed numquam ordinatum, ideoque nec a veteribus numeratum. Illum autem dicit Pancirolus, ut ipsam ecclesiam* sacris Reliquiis ditaret, elevasse corpora prædictorum, *ab ea quæ [illegible] fuerat constituta [illegible] Tiburtina, sub nominibus* SS. Getulii, Symphorosæ et septem filiorum. *Eadem præclare confirmat Fulvius Cardulus pag.* 175, *ubi ista addit* Ceterum hæc sacra ossa, sub ara maxima ejus ecclesiæ condita, Pii IV Pont. Max. cum illud altare ad medium hemicycli parietem transferretur, detecta sunt ; atque in loculum sive arcam fenestratam vitroque translucidam, ut populo ad eorum cultum et venerationem statis diebus exponerentur, transposita. Cum vero sic præteritur occasio aliquid auferendi ; Marianus Perbenedictus, Episcopus Marturanensis et Urbis Gubernator, eadem numquam amplius visenda, anno MDLXXXVII marmoreo sepulcro inclusa reposuit.. Sed etiam tunc VIII fragmenta sacrorum ossium excepta fuerant : et antea, scilicet anno MDLXXXV, Gregorii XIII Papæ liberalitate sumpta inde aliqua erant, ut Tibur, ad novum templum Societatis Jesu ornandum, deferrentur... inter quas est Cranium S. Getulii. *Hæc ibi, latius deducenda ad Vitam S. Symphorosæ, cui est illud templum dicatum. Aliquas etiam* S. Getulii *Reliquias in ecclesia S. Cæciliæ transtiberina, et alia S. Pauli haberi, indicat dictus Pancirolus. Denique Masinius in Bononia perlustrata, dicit* S. Amantii *Reliquias esse in ecclesia S. Francisci, sed eas hujus esse de quo nunc agimus, non continuo probamus.*

corpora SS. Getulii, Symphorosæ et filiorum Romæ,

et inde Tibur, in cranium S. Getulii delatum.

5 *Difficultas aliqua hic enodanda occurrit. Ad diem* XII *Januarii inscriptus est Martyrologio Romano* S. Zoticus Martyr Tiburé. *Ubi Baronius in Notis remittit Lectorem ad hunc* X *Junii, quod ejus et nos fecimus. Iterum vero* X *Februarii referuntur* SS. Zoticus, Irenæus, Hyacinthus et Amantius Martyres Romæ ; *et Baronius in Notis ait,* in sua Bibliotheca esse eorum Acta pervetusta, in quibus martyrio coronati dicuntur sub Hadriano Imperatore et Licinio Consule *In Notis denique ad hunc* X *Junii asseruit,* Getulium etiam Zoticum dictum reperiri.

perperam Zoticus cum S. Getulio non idem, probatus.

Ex MSS.

periri. *Nos, ut tuto progrederemur, etiam dicta Acta ex MS. Baronii transcribenda curavimus; et reperimus auctorem, non absque inscitia, seu potius temeritate, vera Acta* S. Getulii *immutasse, auxisse, et corrupisse. Nam ubicumque in veris Actis habebatur nomen* Getulii, *eo expuncto supposuit nomen* Zotici : *et quia in Actis solus ex incendio evasisse dicitur* S. Getulius, *ille omnes evasisse asserit; et* Zoticum, *loco* Getulii *positum, non* x *Junii, sed* pridie Idus Januarias, *seu die* xii *Januarii, coronatum esse; de quo Fulvius Cardinalis pag.* 16 *scribit,* Tibure repertam hanc inscriptionem : Hic requiescit Zoticus Martyr, *quod in Supplemento ad dictum* xii *Januarii poterit exactius examinari. Mirabiliora, imo incredibilia prorsus de* S. Cereale *in iisdem Actis, a Baronio laudatis, dicuntur, quasi ipse in eadem cum Hadriano Imperatore navi, atque in consortio SS. Andronici, et Probi et Taraci navigasset Hierosolymam, ibidemque esset* juxta muros Hierusalem decollatus x Kalendas Decembris, atque a SS. Andronico, Probo et Taraco sepultus. *Debuisset hoc factum esse anno* cxxxi *vel sequenti, quibus in Syria Hadrianus fuit et restauravit Hierusalem, Æliam deinceps dicendam a suo nomine : atqui ita Sancti isti per* clx *annos super fuissent,* x *die Octobris sub Diocletiano et Maximiano martyrium passi, ut constat ex eorum Actis, quæ duplicia Græce et Latine habemus, suo tempore elucidandas : interim quæ in editionibus Surii extant, satis abundeque huic quæstioni decidendæ sufficient. Plura infra in Notis rejiciuntur, et quam male consuta sint illa Acta ostendunt, quæ* S. Zotico *fuerunt perperam attributa, ipsumque cum* S. Getulio *confuderunt.*

Ex Actis imperitissime consutis.

ACTA MARTYRII

Ex pervetustis MSS. et Mombritio.

Sub Adriano Imperatore,

Temporibus illis, jam quasi tempestate remota, ab Adriano Principe hoc in mandatis declaratum fuit, ut in omnes civitates, tam amplas quam [parvas] *a*, sui Senatus vel Curiæ ordo vulgaretur scriptus : Et dum fieret præceptio principalis, tanta sævitia, instigante suggestione diabolica, accenditur Adrianus, ut præciperet Christianos, ubicumque invenirentur, statim sibi offerri. Eodem vero tempore erat quidam doctissimus in omni lege divina, nomine Getulius, vir Christianissimus, territorio *b* Savinensium, in *c* Gabiis civitate, non longe ab urbe Roma. Hic quotidie congregans apud se multitudinem Christianorum, victum atque alimenta omnibus eis præbebat; exponensque eis legem divinam, tam ex Græcia *d* quam ex Italiæ regione maximam multitudinem erudierat. Hoc dum cerneret universus populus *e* circumquaque, et prædicatio audita est, famaque B. Getulii percrebuit.

ad Getulium Christi præconem

2 Quod cum audisset Adrianus Imperator, misso Cereale Vicario in prædictum locum Saviniensium, jussit eum teneri. Ad quem cum venisset Cerealis in Gabios, civitatem prædicti loci; invenissetque eum in domo sua sedentem, atque docentem Christianos, qui ad se confluxerant, sicut erat solitus : *f* et illi ob ejus prædicationem magis ac magis corroborarentur in fide Domini nostri Jesu Christi; Cerealis dixit, ad eum : Audisti quod *g* Principes jusserunt, atque declaratum est universis? Cui beatus Getulius : Ergo jussioni principali obaudire oportet? Qui Cerealis dixit : Tuo ore dicito, si justum non est. S. Getulius dixit : Ergo collatio *h* operetur. Cerealis dixit : Da manus, et sacrifica diis. S. Getulius dixit : Nos oportet adorare Deum, Dei filium, qui est Principum Princeps, et ei obaudire oportet; non homini mortali et vermibus pleno. Cerealis dixit : Et Deus habet filium? S. Getulius dixit : Habet plane, et fuit, et est : quia ipse est principium. Cerealis respondit : In qua doctrina aut signo agnosco ea quæ dicis mihi? Fac ut cognoscam eum filium Dei et Deum esse, quod polliceris. S. Getulius dixit : Hoc scias, quia Verbum Dei, Deus, qui natus est ex Spiritu sancto et Maria Virgine, non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex semine viri, sed ex Deo natus est Dominus, Evangelista testante, qui ait : Novissimis temporibus dignatus est venire, ut mortuos suscitaret, cæcos illuminaret, leprosos mundaret, mare pedibus ambularet, ventis et tempestatibus imperaret. Respondit Cerealis Vicarius : Et quomodo possum cognoscere hoc factum? edicito mihi.

comprehendendum, missus Cerealis Vicarius,

disputat cum eo de mysteriis fidei,

deinde advocato etiam Amantio

3 Sanctus autem Getulius vocavit ad se fratrem suum, Amantium nomine, Tribunum, qui absconsus erat propter metum Adriani Imperatoris; et narravit ei omnia de Cereale Vicario : quia ante conspectum Adriani Cerealis et Amantius semper accepti fuerant. Tunc S. Getulius declaravit Cereali Amantium Germanum suum : qui cum vidisset eum, gavisus est gaudio magno. Tunc S. Getulius dixit ad Cerealem : Frater *i*, depone artes diabolicas; et indue patientiam Domini nostri Jesu Christi : quia ego, quem vides, reliqui *k* uxorem et filios, et facultates præsentis seculi in civitate Tiburtina, et quæsivi veram atque æternam facultatem. Cerealis Vicarius dixit : Ego vero nec uxorem nec filios habeo, quos relinquam. Nam si est æternum aliquid, nolite abscondere mihi; et projicio homines, mortifero *l* ingenio plenos. S. Getulius dixit : Hoc est æternum, ut credas Christum filium Dei vivi, et idola manu facta projicias. Cerealis respondit : Quo ordine possum credere, ut nihil fucatum in me resideat? Dicit ei amicus ejus Amantius Tribunus : Ut baptismum percipias in confessione Christi, et habebis vitam æternam : et si reliqueris omnia, quæ temporaliter videris habere, centuplum accipies et vitam æternam possidebis.

instruitur petitque fieri Christianus

Jejunant simul et orant triduo.

4 Cerealis Vicarius dixit : Et quid impedit, ut pro Christo filio Dei sanguinem meum fundam? tamen nolite moras inducere donationi vestræ. S. Getulius dixit : Ergo suscipe quod bonum est, et jejuna, et pœnitentiam age, sicut et ego. Et indixerunt ei jejunium triduanum, donec responsum acciperet a Deo : et tota nocte in vigiliis et orationibus persistiterunt. Consummata autem tota vigilia noctis, audierunt vocem in unum omnes Sancti simul, qui aderant cum B. Getulio, et Amantius cum Cereale, dicentem sibi : Vocate ad vos *m* Xistum, Episcopum urbis Romæ, qui tradat baptismum. Itaque miserunt *n* ad urbem Romam, et accersito beato Xisto Episcopo, venerunt in locum territorii prædicti Saviniensium, in civitatem Gabios, in cryptam quamdam : et fecit secundum ordinem Christianorum, et catechizavit eum, et baptizavit in crypta prætacti oppidi. Eadem hora vidit Cerealis Spiritum sanctum descendentem super se, et confestim clamavit voce magna dicens : Ecce video lumen super splendorem solis, descendens super me. Igitur beatissimus Xistus obtulit pro unoquoque sancta libamina, et participati sunt omnes sacrosancti corporis et sanguinis Domini nostri Jesu Christi, et confortati sunt : confirmavit eos in fide et constantia, gratiasque agens Deo, recessit ab eis.

Baptizatus a S. Xisto Cerealis,

Spiritum sanctum

et Eucharistiam suscipit.

Quæritur Cerealis :

5 Eodem vero tempore cœperunt Officiales Cerealem quærere, in eumque observationibus æstuare. Quidam autem, Vincentius nomine, Numerorum *o* Arcarius, venit ad civitatem Gabios, ut exactionem auri publico nomine acciperet. Qui cum pervenisset ad eos, intuitus eum Cerealis dixit ei : Scias, quia nos causam amisimus temporalem, ut fruamur æterna, quia temporalia cum suis amatoribus, Reges

A ges ac Imperatores, Principatus ac Potestates præsentis seculi, nihil et vanum esse cognovimus. Tunc Vincentius exclamavit voce magna, dicens: O Principes mundi, et reipublicæ gubernatores, quia seductus est dignitate fultus Vicarius, et dereliquit deos, quærens phantasmata. Et iratus valde citius cucurrit, et nuntiavit hæc Adriano, qualiter Cerealis Vicarius, pecunias reipublicæ non curans, factum se esse Christianum fateretur.

obvius Vincentio significat se esse Christianum:

6 Quo audito Adrianus eadem hora misit quemdam Licinium *p* Consularem, ut sibi Cerealem Vicarium præsentaret. Qui cum venisset in supradictum locum Savinensium, tenuit Cerealem simul cum B. Getulio et Amantio, seu et Primitivum: et mox scriptum direxit, quid de iis Adrianus fieri juberet. His auditis Adrianus hæc præcepit dicens, aut immolaret diis, aut certe incendio cremaretur. Sexta *q* namque Idus Martias die, qua lecta est jussio epistolæ Adriani Imperatoris, jussit Licinius in civitate Tiburtina tribunal sibi præparari; et prædictos Sanctos vinctos sibi præsentari. Cumque præsentati fuissent; talibus eos verbis aggreditur dicens: Cerealis, sic desperasti de vita tua, ut præcepta Principum, qui dominantur in universo mundo, contemnere videaris? Cerealis respondit: Thesaurum, quem habui, perfecte tradidi pauperibus et Domino meo Jesu Christo, cui servire promitto, et vitam æternam frui credo. Licinius dixit: Si desideras vivere, aut mori, dicito mihi. Cui Cerealis respondit: Ego si non desiderarem vivere, Christum non confiterer; nam sacrificium vestrum nihil est. Tunc iratus Licinius dixit ad B. Getulium: Sacrificate Deo Jovi et Marti; alioquin vitam vestram modo exhalare vos præcipiam. S. Getulius dixit: Non exhalabo vitam meam; nam si non fecero, magis magisque gaudebo: et subridens exultavit in Domino.

p comprehenditur, cum tribus sociis:

q sistitur judici:

B

generose respondet.

7 Licinius vero, accensus iracundia, jussit expoliari et cædi, dicens: Præcepta Principum contemnere nolite, et diis magnis obedite. Et cum diu cæderetur B. Getulius, magnificans Dominum, voce clara dicebat: Gratia Deo Patri omnipotenti et Domino Jesu Christo, quia offero ei mundum sacrificium. Licinius dixit: Quod est sacrificium mundum? B. Getulius respondit: Spiritus contribulatus, cor contritum et humiliatum Deus non spernit.
C Licinius dixit: Levate eos a terra, et date in custodia publica *r*. In oppido suprascripto fuerunt in carcere diebus viginti septem. Veniens autem *s* ad urbem Romam Licinius, nuntiavit omnia, quæ facta fuerant Adriano. Tunc Adrianus, furore repletus, missis militibus jussit eos incendio tradi. Eductique sunt in fundo Capreolis in Salaria, ab urbe Roma plus minus milliario tricesimo *t*, supra fluvium Tyberim, ad partem Savinensium: atque hos ligatis manibus et pedibus, et lignis suppositis, igni tradiderunt *u*.

Getulio verberato,

Ps. 50 v. 19

alii includuntur carceri,

r

s et in ignem conjiciuntur,

t

u

8 Sed nequaquam prævaluit ignis B. Getulium concremare; sed magis confortabatur in Domino; et solutis vinculis, in medium circumstantium, glorificans Dominum Jesum Christum Dei filium, ambulabat. Et milites quidem, videntes minime suam prævalere industriam, quod ignis eum minime consumere potuisset; eradicatis *x* vitium fustibus percutientes eum, colliserunt caput ejus *y*: qui invocans nomen Domini emisit spiritum. Cujus sanctum corpus collegit uxor ejus, Symphorosa nomine, et sepelivit eum cum gloria et honore in prætorio suo Savinensium, in loco nuncupato Capris, in oppido supradicto trans fluvium superiorem, in arenario prædii sui *z*, regnante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in secula seculorum. Amen.

a quo illæsus S. Getulius fustibus occiditur,

x

y

sepelitur a S. Symphorosa.

D

ANNOTATA D. P.

EX MSS

a *Nisi hanc vel similem vocem (quæ tamen ubique deest) addideris, sensum nullum habebis; neque enim* civitates *aliæ Imperatoris erant, aliæ Senatus vel curiæ. Ordo autem iste tunc scriptus intelligatur, cum Roma iterum discessum Imperator parabat ad visitandas Provincias Asiaticas, sicuti visitaverat Europæas; et pro his jam visitatis fortassis scriptus Ordo iste fuit, etiam Christianorum persecutionem imperans.*

b Savinenses *sunt* Sabini, *notissimi populi, proprie quidem ad dexteram ripam Anienis et Tiburis versus Apenninum: hic vero longius extenduntur ultra sinistram ripam Anienis, ubi* urbs Gabii *extitit, ad viam Prænestinam* XII *milliaribus Roma dissita, ubi nunc locus* Campo Gabio *dicitur. Consule Latium Kircheri par. 4 cap. 1.*

c *MS. Baronii*, in civitate Gavis, *omissa mentione Savinensium seu Sabinorum, ut correxit Surius; qui nomen civitatis reticuit.*

d *Idem MS.* Quamquam ex Græcia eruditus fuerat. *Surius melius,* tum ex Italia tum Græcia Christianos.

E e *Ita clare Mombritius: MSS. quædam sic confuse legunt:* Hoc dum cerneret universus populus et locus *(forte,* ejus loci) supradictorum prædicatio ejusdem oppidi Sanctorum audita est; *cum tamen de solo* Getulio *hactenus fuerit sermo. MS. Baronii, æque confuse et magis contracte, ita habet:* Dum cerneret universus locus, per sacra supradicta jussionis, nuntiaverunt Adriano Imp. *Ita sæpius.*

f *Eadem MSS.* Qui dum audirent ejus prædicationem, magis ac magis corroborati sunt, per ejus doctrinam, in fide D. N. J. C.

g Principes *et* Principum jussiones, *ex frequenti sui seculi usu scribere potuit Julius Africanus, quando jam sæpe contigerat, ut plures simul, qua Cæsares, qua Imperatores regnarent: non item id potuit aliquis Actuarius Proconsularis tempore Hadriani, qui adeo non voluit ipse sibi eligere potestatis consortem, ut deliberaverit de relinquenda Senatui libertate eligendi successoris, etiam cum se mori sentiebat, teste Ælio Spartiano in Vita: sed et nonnulla alia hic occurrent, quæ facile credas ex Auctoris ingenio scripta.*

h Collatio, *Græcis idem, nec aliud est, quam* Comparatio; *hic latius sumitur, pro rationum utrimque propositarum comparatione, seu disputatione sed amica. Ita Ambrosius, in 2 ad Timoth. 2.* Collatio inter Dei servos esse debet, non altercatio.

F i *MS. Baronii,* Depone insanias diaboli.

k *S. Symphorosam et 7 filios, pro ejus complexu postea, 18 Julii, passos scit.*

l *Ita correxi, pro eo quod passim legitur,* mortiferos et ingenio plenos.

m *S. Xystus I sedit ab an. 117 ad an. 127, quo mortuus an. 10 Hadriani: colitur 6 Aprilis, ad quam edidimus ejus Acta.*

n *Similiter scribo* miserunt, *pro* venerunt; *quia hoc evidenter exigit sensus.*

o *Mombr.* Numeris. *MSS.* Numerius, *propter ultimæ syllabæ compendiariam notam, non satis intellectam. Sunt autem* Numeri *idem quod* Cohortes, *apud Ulpianum, Vopiscum, Ammianum etc.* Arcarius *vero dicitur Arcæ pecuniariæ Præfectus. Sic in vetustis apud Gruterum inscriptionibus,* Arcarius Reipubl. Amerinorum, *apud Senatorem* Arcarius Præfectorum *nominantur. Fisci Præfectos media ætas dixit eos qui Principis ærario præerant.*

p *Forte* L. Licinium Suram, *qui an.* 102 *et* 107 Consul II *et* III *fuit, quando autem I, Id fasti tacent; signum, quod alteri substitutus nomen fastis non dederit: malim tamen juniorem alium hic intelligere: qui similiter

A *liter suffectus alteri nomen in fastis non habeat. Quoniam autem in Consulibus versamur, licent hic addere* L. Furium Carealem, *Consulem an.* 106, *nostri fortassis* Cerealis *patrem aut patruum.*

q *MS. Baronii* octavo Idus.

r *Idem MS. addit* in oppido Lavicano, *sed hæc intrusa, uti sequentia, et spectant ad quemdam Zoticum, unde* cœmeterium B. Zotici, via Lavicana a S. Leone Papa tertio instauratum.

s *Idem MS.* ab urbe Roma: *sed contra omnem sensum.*

t *Idem MS.* via Lavicana milliario decimo, *et omisit* fluvium Tiberim. *Ado* milliario decimo tertio.

u *Idem MS addit:* Nullatenus vero tangebat eos ignis: quo magis corroborabantur et confortabantur. Tunc soluti sunt. Hoc videntes milites eradicatis fustibus vinearum, capita eorum percutientes, occiderunt Zoticum et Amantium: Primitivum tenentes, duxerunt in viam Prænestinam, ad invidiam Christianorum, juxta civitatem Gavis, ut eodem loco capite cæderent. Qui decollatus est et jactatum corpus in lacum Gavis. Cujus corpus collegit beatus Exuperantius Presbyter de aqua, et sepelivit in arenario, sub die sexto Kalendas Maji. D *Hæc ibi. Is dies est* XXVI *Aprilis, quando ex Martyrologiis S. Hieronymi et aliorum dedimus* SS. Primitivum et Aurelium Martyres Romæ. *Sed num ille sit qui hic aliis tribus adjungitur, nescimus dijudicare. Qui hic relatus est* Zoticus, *eum esse* S. Getulium *supra diximus. At loco* Gavis *est legendum* Gabiis, *de quo supra egimus.*

x *Hanc voculam* Vitium *accipio ex præd. MS. Ecgrapha nostra habebant,* iterum: *Mombritius,* neutrum *scripsit.*

y *Eadem MSS. addunt,* cum securi, *quod melius abest apud Mombritium.*

z *Idem MS. addit,* pridie Idus Januarias, ubi frequenter cum filiis suis vigilias et orationes celebrabat, cum beato Exuperantio Presbytero. *Colitur* S. Zoticus Martyr Tibure pridie Idus Januarias, *uti supra diximus, ubi eum a* S. Getulio *alium statuimus.*

DE SANCTIS MARTYRIBUS AFRIS

B MAMMARIO PRESBYTERO, FELICI ET VICTORIANO DIACONIS, ALBINO, DOMATO, LIBUSO, LAURENTIO, FAUSTINIANO, ZIDDINO, CRISPINO, LEUCIO, FAUSTINA, FAUSTA, FAUSTINO, ET DUOBUS SOCIIS, E

BESECHII ANFORIÆ IN NUMIDIA.

D. P.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De Actis, loco, et tempore certaminis.

ANNO CCLIV.

Inter plures Africæ Martyres quorum Acta latent,

In *antiqua orbis universi apud Romanos divisione, tertia pars censebatur* Africa; *eaque aut Græca, et in regimine Ecclesiastico suberat Patriarchæ Alexandrino, aut Latina, et erat subjecta Romano Pontifici, atque in antiquis Fastis solum* Africa *dicebatur, Metropolim habens Carthaginem, et sic una censebatur Ecclesia et provincia. Hujus rei testis est S. Cyprianus, Carthaginensis Episcopus epistola* XLV, *his verbis:* Latius fusa est provincia, habet etiam Numidiam et Mauritanias duas sibi cohærentes. C *Jam quomodo istic fides Christiana orthodoxa primis Christi seculis floruerit; ex quamplurimis Martyribus, quos in hoc opere nostro singulis fere diebus proferimus, cognosci potest. Sed quod dolendum est, quia illæ regiones primum a Wandalis, deinde a Mahometanis fuerunt occupatæ et hactenus detinentur, pauca num Acta Martyrum possumus proferre. Aliqua damus Colonia ad nos missa, plane talia, qualia deinde accepimus ex insigni Legendario Canonicorum Bodecensis in Westphalia, unde ea acceperit olim Grothusius noster, cujus et manus esse videtur; potuit tamen etiam aliunde accepisse. Eadem habemus ex codice MS. monasterii Rubeæ-vallis Canonicorum Regularium prope Bruxellas, sed hinc inde contracta.*

hæc damus ex 2 MSS.

Memoria in fastis

2 *Eorum memoria inscripta est Auctario ad Usuardum Greveni, aut certe Carthusianorum Coloniensium an.* MDXV *et* MDXXI *excuso, his verbis:* Mammarii Presbyteri, sancti senis nonaginta duorum annorum, et sociorum ejus, Felicis et Victoriani Diaconorum, Libosi Prioris civitatis, Donati, Albini, Laurentii, Faustiniani, Ziddini, Crispini, Leucii, Faustinæ et Faustini sponsi ejus. Horum omnium capitibus, tempore Valeriani et Gallieni (post equuleum, lampades lateribus applicitas, et ungulas cute capitis excoriata, cassides ignitæ impositæ sunt. Deinde in carcere ab Angelo consolati, rursumque educti et in ignem missi, sed minime læsi, in craticula assantur, nervis crudis usque ad effusionem viscerum cæduntur, tandemque ictu gladii martyrii palmam adipiscuntur. *Eadem, sed aliquanto contractius, habentur in Martyrologio Germanico, quod Petrus Canisius Dilingæ an.* MDLXXIII *excudi curavit, et sub an.* MDXCIX *recudi: sed in his omittitur* Fausta, *Faustini sponsa, a qua est* Faustina *distinguenda, et adjungendi* duo socii, *quia infra dicantur* sedecim *martyrio coronati. Philippus Ferrarius habuit* Kalendarium Gallicum, ex Lotharingia acceptum, in quo nihil circa tempus et locum dictorum Martyrum haberi fatetur: *et tamen nihilominus in suo Catalogo Generali ad hunc* x *Junii scripsit;* In Gallia sanctorum Martyrum Mammarii Presbyteri et sociorum. *Hinc audacior factus Andreas Saussayus, in Supplemento Martyrologii Gallicani, ista scripsit:* In Lotharingia Natalis S. Mammarii et sociorum Martyrum, quos in una confessione summæ Deitatis persistentes, ferus persecutor trucidavit. F

Palæstra non Gallia aut Lotharingia.

Vera hujus Passionis palæstra in MSS. Besech, *aliis* Boseth *appellatur, quam ad Provinciam Africæ Proconsularem pertinere in Notis docebo: ad eamdemque Africam certo spectant civitates ibidem nominatæ.* Vaga et Lambesa: *quas in Hispania nemo nisi somnians quæret cum Tamayo.*

sed Bosech in Africa,

3 *Tempus Martyrii notant Acta,* Valeriano et Gallieno Imperatoribus, *quod esse cœperunt, Gallo et Volusiano in Mæsia cæsis anno* CCLIII *exeunte. Apud Canisium annus apponitur* ducentesimus sexagesimus.

Tempus Martyrii

Henschenius

A *Henschenius maluisset* annum CCLVIII, *quo Romæ occubuerunt Martyres SS. Sixtus II Papa et Laurentius Diaconus; in Africa vero S. Cyprianus Episcopus Carthaginensis*, M. Aurelio Memmio Fusco, *(in Actis S. Cypriani* Tusco, et Pomponio *Basso* Consulibus. *In Actis ejusdem S. Cypriani appellatur*, Valerius Maximus *Proconsul, qui hic simpliciter dicitur* Maximus Præses, *successisse* Proconsuli Anulino. *Ita tunc satis prudenter Henschenius; nam ad certiorem calculum firmandum necdum prodierat Tomus* IV *Analectorum Mabilionis, anno primum* 1685 *in lucem datus, cum ille obierit* 1681. *Eo in Tomo Acta hæc, ex Codice S. Galli sumpta, primum locum occupant, eo certe honore dignissima, et talia ut maxima parte videri debeant ex Proconsularibus Actis collecta; sed inter transcribentium manus nonnihil variata: sic tamen ut et illa ex nostris MSS. et hæc ex illis egregiam possint lucem accipere: et maxime quoad annum Martyrii. Prima enim quæstio in MS. Sangallensi, quo usus Mabilio, dicitur habita,* Quinto Idus Majas, lucescente quinta Feria. *Exigit hic concursus litteram* annus 254 *Dominicæ* A, *quæ* Valeriano et Gallieno *Imperantibus notat annum* CCLIV: *et hoc præcise anno* M. Vale-

B rius Maximus, *anni immediate præcedentis Consulatu defunctus, potuit mitti in locum* Anulini. *Hunc quidem Fasti Consulares nusquam hic nominant (nisi forte sit* Vettius Aquilinus, *Consul anni* CCXLIX, *credibile est tamen a Volusiano Augusto, qui una cum prædicto Maximo Consulatum anni* CCLIII *inierat, in Mœsiam proficiscente substitutum alium, qui porro Consulatum cum Maximo gereret, hunc scilicet* Anulinum: *atque ita simul anno uno Romæ Consules,. in Africa autem anno sequenti Proconsules successive fuerint* Anulinus et Maximus, *Qui deinde* Maximus *an.* CCLVI *functus altero Consulatu, denuo missus in Africam sit Proconsul, ex Actis S. Cypriani notus, pro an.* CCLVIII.

4 *His tam apte cohærentibus, nihil est quod magnopere nos moveat contraria Mabilionis sententia,* potius quam 304 *annum huic Martyrio assignantis* CCCIV, *qui similiter habuit Dominicalem litteram* A. *Processit tamen prudenter Mabilio ex MS. Sangallensi, quod solum præ oculis erat, et incipit:* Maximiano et Gallieno Imperatoribus; *ubi ipse pro* Gallieno *censuit legendum* Galerio. *Etenim in horum tempora haud inepte quadrabat* Anulinus, Consul *anno* CCXCV, *et an.* CCCIV Proconsul Africæ; *de quo Optatus Milevitanus, an.* CCCLXX *florens, scripsit, ut* ante annos sexaginta et quod excurrit *illuc misso, ad persecutionem Christia-*

C *norum: cujus etiam mentionem fecerat Henschenius ad Vitam S. Proculi Episcopi Veronensis* XXV *Martii, et a successoribus nostris iterum fiet ad Acta S. Crispinæ, danda* V *Decembris. Poterat etiam Mabilio in sua sententia confirmari, cum num.* 9 *legeret, quod* Maximianus jussit Maximum Præsidem ordinari: *quod etiam habet Coloniense MS. Sed quomodocumque nomen* Maximiani *istic* pro Valeriano *irrepserit; vel etiam nomen unicum pro duobus in principio nominatis, toto vero Actorum decursu solum sub generica* Imperatorum *appellatione indicatis, non facile dixero; vitium tamen subesse persuadeor, ob nostrorum duorum MSS. consensum in principio contra unum Sangallense, connectente duos nimium disparatos* Maximianum et Gallienum. *Si cui tamen aliter videatur, poterit is hosce Martyres cum Mabilione ad initium seculi* IV *referre.*

ACTA MARTYRII.

Ex MSS. et Mabilione.

a Sub Valeriano et *a* Galieno Imperatoribus exiit edictum tale persecutionis, per regiones et civitates, ut qui Christianus fuisset inventus, ignibus trade-

b retur. Tunc *b* Anolinus Proconsul jussit Alexandrum Præpositum cum militibus in partes Numidiæ dirigi, D ut nomen Christi colentes, ferro vinctos, ante tribu- EX MS. nal Judicis adduceret. Cumque venisset in civitatem *Comprehenduntur S.* *c* Vagensem, nuntiabatur ei de Venerabili Mammario, *Mammarius,* *c* quod esset Christianus: et jussit eum vinctum ferro præsentari. Qui cum adduceretur, dixit ad eum: Tu es malorum et sceleratorum auctor, qui homines tibi aggregasti, et a sacrificio deorum prohibuisti? Quod nomen habes, aut quot annorum es? Sanctus vir respondit: Quod primum est, Christianus sum, ab hominibus vero Mammarius appellor. Si cupis ætatem meam scire, ego sum annorum circiter nonaginta trium. Comes dixit: Quare insanis, et non obedis Imperatoribus, ut offeras diis nostris sacrificium? Qui respondit: Numquam sacrifico dæmoniis, sed uni Deo, qui fecit cœlum et terram. Comes inquit: Habes alios tecum? Vir sanctus ait; Sunt viri Christiani, qui mecum baptizati sunt in civitate *d* Lambesa, unde et ego natus sum. Comes *d* inquit: Jubeo tibi ut nomina eorum mihi in foro scriptis dicas. Et ille ait: In domibus suis eos invenies: non sunt occulti.

2 Jussit igitur Comes militibus triginta in civi- *Felix, Albinus, Donatus,* tatem Lambese pergere: qui venientes in locum, E qui dicitur Ad-centum-arbores, ibi invenerunt Felicem Diaconum, Albinum et Donatum: et constrinxerunt eos ferro: et ingressi civitatem prædictam, invenerunt in sancta ecclesia Victorianum Diaconum, cum Liboso Priore civitatis: et ligatos ferro ad Comitem duxerunt. Qui interrogans eos ait: Christiani estis, aut *e* Pagani deos co- *e* lentes? Felix Diaconus respondit: Omnes quos *Victorianus,* vides ferro vinctos, una voce respondemus tibi, *Libosus,* quia Christiani sumus. Comes inquit: Quis est auctor inter vos? Sancti Dei dixerunt; Primo Dominus Deus: secundo loco, qui tibi respondit, pro nobis Mammarius *f* Pater noster, qui nos regene- *f* ravit ex aqua et Spiritu sancto *g*. [Comes dixit: *g* Ergo mori vultis, quam vivere? Sancti Dei dixerunt: Non mori, sed vivere in vita æterna.] Comes interrogavit, dicens: Sunt aliqui qui vestram religionem colant? Illi dixerunt: utique sunt in civitate *h* Tamugadi. Comes dixit: Quæ sunt no- *h* mina eorum? S. Mammarius inquit: Ibi eos invenies. Felix Diaconus dixit: Noli, Pater bone, occultare oves de thesauro Christi: dic nomina eorum.

3 S. Victorianus ait]: Nomina *i* eorum sunt, Lau- *i* rentius, Faustinianus, Ziddinus, Crispinus, Leu- F cius; quos omnes in domibus suis invenies, ut dixi- *Laurentius,* mus. Tunc Comes jussit milites viginti ad eos *Faustinianus,* dirigi: qui venientes in eodem loco, eos compre- *Ziddinus,* *Crispinus* henderunt. Et cum ducerentur, in Vicum *k* Tigist *Leucius,* ingressi sunt, et invenerunt B. Faustinam, quæ *Faustina,* etiam se offerebat dicens: Sum Christiana. Ipsam *k* quoque ligaverunt cum ceteris, qui Christum confitebantur: qui deducti in civitatem Vagensem, repræsentati sunt Comiti. Comes dixit eis: Cujus religionis estis? Christiani, an diis servientes? Sancti responderunt: Religio nostra a Patre nostro Mammario requiritur. Quibus Comes ait: Ergo cupitis cum eo perire? Illi dixerunt: Non utique perire, sed vivere in æternum. Ipse vero dixit: Miseri, nolite in vana maleficia istius hominis sperare, qui ex multo tempore vitæ suæ jam delirat. Sancti autem quasi ex uno ore respondentes, dixerunt: Tu deliras, iste enim nos semper bonum docuit, et docet in Domino Jesu Christo, et in ipsius arbitrio pendet, quid de nobis fieri debeat. Comes dixit: Ergo parastis vos magis ad mortem quam ad vitam? Illi dixerunt: Fac quod vis, jam nos olim parati sumus tua supplicia sustinere.

4 At ille dixit: Ego vos dirigo ad Anulinum Proconsulem,

A Proconsulem, et ipse de vobis consultum ferat. Sancti dixerunt : Ergo festina[l], quid nos destines? Et nos nunc festinamus ad coronam illam pervenire. Tunc Comes, his gestis descriptis, jussit eos, ferro vinctos ad Anulinum Proconsulem cum multitudine militum deduci. Et ecce B. Fausta una cum sponso suo Faustino clamabant, dicentes : Et nos Christiani sumus. Quos milites tenentes et alligantes cum Sanctis, [recluserunt in carcere Vagæ civitatis, usque dum audiverunt de eo in civitate *l* Boseth Anforaria esse : deduxeruntque eos ad eamdem civitatem. Tunc nuntiatur Anulino Proconsuli, et jussit eos in ima carceris recludi]. Post dies autem aliquot jussit Anulinus præcones per regiones ire et civitates, ut ad spectaculum venirent Sanctorum. Audientes autem universi populi, undique ad spectacula veniebant; et qui venire nolebant, ab Officialibus urgebantur,

Ex MSS. Fausta, Faustinus,

5 Die autem *m* quinto Idus Majas, lucescente quinta feria, jussit Proconsul sibi tribunal præparari : cumque sedisset, jussit statim sibi Sanctos præsentari, quibus et dixit : Qui estis? aut quo genere oriundi! aut quam colitis religionem? B Sancti dixerunt : Qui simus, vel quo genere oriamur, vel quam religionem colamus, a Patre nostro Mammario discere habes *n*, quia nos tibi ante eum non possumus loqui. Anulinus Proconsul dixit; De quo dicitis? S. Mammarius inquit : Ego sum, de quo dicunt. Et ille ait : Quot annorum es? Vir Domini respondit : Annorum sum circiter nonaginta trium et mensium sex. Proconsul dixit : Hodie complebuntur, nisi sacrificaveris. Sanctus vir ait : Nos omnes Christiani sumus : multam substantiam hujus seculi relinquentes, quia in cœlo vivere quærimus. Ut quid tibi genus nostrum inquirere? Proconsul ait : Cui vos, miseri, spopondistis? Sacrificate Diis nostris, aut in religione vestra permanere videmini. Vir Sanctus ait : Domino Jesu Christo sacrificamus *o*, qui fecit cœlum et terram, mare et omnia quæ in eis sunt; huic Deo credimus et servimus. Tunc Anulinus jussit eos in eculeo suspendi, et lampades ad latera eorum applicari, et corpora eorum ungulis dissipari, vel sic ut eos posset ad culturam deorum convertere. Cumque hæc paterentur, una voce clamabant : Domine Jesu Christe, miserere nobis in tribulatione, quam vides nos pati et cruciari : quia tua opera sumus; et a te fabricati, imaginem et veritatem tuam portaviC mus : sed secundum peccata nostra, talia patimur tormenta, quia numquam bene egimus in hoc seculo terreno. Statimque ut audita est vox eorum, eculei comminuti sunt, et lampades extinctæ : manus quoque *p* ministrorum aruerunt et Sancti sine læsione in medio eorum apparuerunt.[Anulinus dixit : O maleficiorum artes *q*, ut talia in conspectu meo faciatis! Sancti dixerunt : Non hæc nos fecimus, sed Dominus noster Jesus Christus, qui te supplantavit cum patre tuo diabolo et angelis ejus in ignem devorationis, ubi et fletus et stridor dentium. Præsul inquit : Ergo mihi est ista pœna præparata? Vir Dei respondit : Utique vobis et omnibus qui idolis sacrificant.

m constantes in fide,

o suspensi torquentur,

q sed divinitus sanantur :

6 Ille furibundus ait : Jubeo sceleratos hos capitis cute excoriari, et super plagas eorum cassides ignitas *r* imponi, et dentes eorum evelli. Cumque jussa Præsidis implerentur, Sancti cum gemitu et dolore exclamabant, dicentes : Domine, intende vulnera nostra, quia male torquemur in his pœnis. Proconsul vero jussit eos in carcerem concludi, et eis tormenta in quibus deficerent præparari. Cumque in ima carceris reclusi essent, Angelus Dei visitavit eos, et tenebras immensa luce fugavit *s*, fœtoremque teterrimum suavitatis odore mutavit. Unde gavisi psallebant, dicentes : Deus laudem D nostram ne tacueris, quia os peccatoris et dolosi super nos apertum est, et debellaverunt nos gratis : pro eo ut nos diligerent detrahebant nobis. Tu Domine spes nostra, ne confundas nos, quia in te speravimus : tu es adjutor noster, et refugium nostrum, miserere nobis Deus in die necessitatis.

excoriantur capita, cassides ignitæ imponuntur : r

ab Angelo confortantur.

Ps. 118, 4

7 Post dies autem multos jussit Anulinus Proconsul iterum tribunal præparari, et Sanctos de carcere ad se educi, quibus et dixit : An circa vos cogitastis, ut salutem a me recipiatis, et indulgentiam Imperatorum? Sancti responderunt : Indulgentiam a Domino petimus, ut in futuro accipiamus vitam æternam. [Anulinus] Proconsul dixit : Videtis qualia vobis tormenta præparantur, in quibus male deficiatis. Illi dixerunt : Fac quod nobis præparasti, noli nobis verbis *t* intimare. Qui dixit ad eos : Quanti estis? Sancti responderunt : Sedecim *u* sumus in unum collecti, Dominum nostrum Jesum Christum colentes. Proconsul inquit. Ergo magis cupitis mori quam vivere? S. Mammarius ait : Si vitam non exquireremus a Deo, non essemus ei consecrati. [Anulinus Proconsul dixit : Jubeo sceleratos istos in ima carceris iterum recludi, donec iterum nova eis tormenta præparentur]. Tunc E Anulinus jussit thermas succendi septuplo quam solebant. [Cumque jussa complerentur jussit eos de carcere educi : quibus ait : Cupitis vivere an mori? Responderunt : Si mori non cuperemus, olim tibi acquiesceremus : ut corpus nostrum non dilaniares tormentis. Anulinus Proconsul] jussit eos ad Thermas duci ut ibidem igne cremarentur. Georgius *x* autem et Menas, Priores Officiorum, dum aperirent valvas *y* thermarum, igne prosiliente combusti emiserunt spiritum : Sancti vero cum triumpho ingressi psallebant in medio ignis. Anulinus fremens in eos, jussit valvas occludi, ut ab igne consummarentur. Et cum hoc factum esset, post triduum Sancti *z* apparuerunt ab igne illæsi, et psallentes a militibus inventi sunt : et cœlitus lumen circumfulserat eos, et nimius ardor conversus est in magnum refrigerium. Milites autem videntes mirabilia quæ facta sunt, et ipsi crediderunt. Audiens Anulinus eos esse conversos, direxit alios; et jussit Sanctos adduci ad se, quibus dixit : Quas artes maleficiorum scitis, ut hos seduceretis? Qui responderunt : Nos malefici non sumus; tu potius seductor malorum *a* es.

illæsi ab igne,

convertunt milites :

8 His auditis ira repletus jussit eos in craticula F assari, sed cum per Dei virtutem permanerent innocui, una voce dixerunt : Gratias tibi agimus Domine Jesu Christe; quia in nobis impletum est, quod in libro Psalmorum [scriptum est] : Transivimus per ignem et aquam, et eduxisti nos in refrigerium. Mortuus autem quidem ferebatur per plateam, et jussit Proconsul corpus ad se adduci, et dixit ad Sanctos : Si in verum Filium Dei confiditis, quem vos dicitis magnum esse; in nomine ipsius mortuum suscitate. Sancti dixerunt : Ipse Dominus dixit : Petite et accipietis, quærite et invenietis, pulsate et aperietur vobis. Et nos petimus et oramus : et quodcumque voluerimus, statim exaudiet servos suos. Proconsul dixit : Quid verbis mecum loquimini, rebus manifestate mihi, et probabo sermones vestros. Tunc Sancti genua flectentes, orationes faciebant, dicentes : Domine Jesu Christe, exaudi orationes nostras, et in tuo nomine adolescens surgat : et videant et mirentur, quia tu es Deus solus in secula seculorum. Completa oratione dixerunt omnes, Amen : et statim commotus est locus, et mortuus surrexit : et ait ad Sanctos : Orate pro me, quia magnus est Deus Christianorum, et non despicit quærentes se. Proconsul

in craticula illæsi

Ps. 65, 12

Mat. 7, 7

Mortuum resuscitant.

(A) consul hæc videns dixit : O malæ artes! quis vos docuit, ut tanta faciatis? Dii enim nostri nihil vobis possunt nocere. At illi dixerunt : Dii vestri lapidei manu hominum sunt facti, unde et cum eis peribitis sine fine in igne æterno. Cum hæc Sancti dicerent, diabolus in aere clamabat : O inquit, Sancti, per vos de hac civitate ejicior; et contra eos qui Christo credunt, prævalere non possum. Anulinus autem in ipso momento turbationis diaboli cecidit et expiravit β, et corpus ejus a volucribus comestum est. Tunc assessor ejus jussit Sanctos in carcerem retrudi, et intimavit Imperatoribus gesta eorum, eo quod essent Christiani et suam religionem non colerent.

9 Audiens hæc γ Valerianus, jussit Maximum Præsidem in eo loco ordinari. Sedente autem eo pro tribunali in civitate Boseth jussit Sanctos sibi præsentari, dicens : Quid de salute vestra cogitatis? Cupitis vivere juxta præcepta Imperatorum, ut indulgentiam habeatis? Ecce mors et vita vobis præparata est, quod vultis eligite. Cui Sancti responderunt : Fac quod tibi præceptum est, nos enim nullo modo seducere potes. Præses Maximus dixit : (B) Videte quantum vos patior, et in quantis sustineo : et illudere me non potestis. Illi vero dixerunt : Fac quod tibi in nobis videtur, et noli adversus servos Dei dubitare. Tunc Præses jussit eos δ extendi, et nervis crudis cædi, quousque viscera eorum effunderentur : et cum nihil eis nocere posset, jussit eos in carcerem recludi. Sancti vero cum recluderentur, orabant, dicentes : In auxilium nostrum tu Domine intende, ut liberes nos ab his tormentis. Post aliquot autem dies jussit Præses sibi tribunal præparari, et Sanctos Dei suis conspectibus præsentari : quos sic allocutus est, dicens : Qui apud vos cogitatis? Illi una voce dixerunt : Multa dæmonia in te apparent, sed nullo modo nos seducere poteris : per nos enim Deus benedicitur, per te autem et ministros tuos diabolus colitur. Maximus inquit : Jam sacrificate diis nostris, et nolite Deum vestrum nominare, sed Deos nostros. Sancti dixerunt : Numquam tibi bene sit, qui putas, quod mens nostra immutari possit a cultura Christi. Præses ait : Nescitis quod tormenta pejora vobis præparantur, in quibus deficiatis? At illi responderunt : Noli nos verbis illudere : præpara quod vis : parati sumus sustinere pœnas quam sacrificare idolis tuis. Præses hæc audiens, jussit digitos de corpore abcindere, et eorum maxillas lapide contundi : illi autem orantes una voce dixerunt : (C) Gratias tibi agimus, Domine Jesu Christe, qui nos confortare dignatus es, ut supplicia inimici portemus. Maximus Præses ait : Quare animas vestras ε traditis ut cruciemini? Sancti dixerunt ; Anima nostra non cruciatur, sed corpus nostrum : quia scriptum est ; Ne timueritis eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere : sed eum potius timete, qui potest et animam et corpus mittere in gehennam. Ipse est, qui mortificat et vivificat, Dominus Deus noster. Præses inquit : Quid prosunt vobis verba ista? Sacrificate diis. Illis responderunt : Uni vero Deo sacrificamus, qui te, impie et scelerate et omnis malitiæ princeps, in æternum perdet, qui nos cogis dæmonibus sacrificare. Præses autem eos jussit in carcerem recludi, et clavos ζ acutos sub pedibus eorum infigi, donec eis tormenta præpararet.

(nervis cæduntur : — digitorum abcissione, — Mat. 10, 28 — et clavis cruciantur :)

10 Altera autem die jussit eos sibi applicari, quibus dixit ; O auctores maleficiorum, sufficere jam vobis debet tanta requies. Illi vero dixerunt : Nos iniquitatis auctores non sumus, unum enim habemus Deum, et filium ejus Jesum Christum, natum de Spiritu sancto. Nam et vos dæmones colitis, summum vero Principem despicitis, qui vobis animam et spiritum plasmavit, et honorem potestatis (D) dedit, et adhuc eum blasphematis. Præses dixit : Ergo omnia nostra vester Deus fecit, quæ vos dicitis? Sancti responderunt : Inimice, non intelligis, quia Deus cœlum et terram, mare et omnia quæ in eis sunt fundavit, et terminum eis posuit. Nam dæmonia quæ colitis, non cœlum et terram fundaverunt, aut mortuum suscitaverunt, aut cæcum illuminaverunt, aut abyssum constituerunt, aut stellas firmaverunt. Quid ergo colitis lapides et figmenta, manibus hominum fabricata? Præses ait : Nolite jam multum delirare, quia verba ista vobis non proderunt. Qui dixerunt : In isto seculo non prosunt, in futuro autem proderunt nobis in vitam æternam. Ille vero dixit ad eos : Si non sacrificaveritis morte moriemini. Sancti dixerunt ; Non est mors sed vita æterna perpetua, ad quam desideramus omnes pervenire. Tunc Præses jussit eos in eculeo suspendi, et exungulari, et super plagas eorum salem, acetum et calcem superaddi, et de nervis crudis supra cædi, ut in pœnis deficerent, et per eos alii metum haberent, et nomen Christi non colerent, sed præceptis Imperatorum obedirent. Cumque hæc Sancti paterentur, et eis omnia supplicia applicarentur, (E) una voce clamaverunt dicentes : Domine Jesu Christe, Fili Dei vivi, exaudi nos petentes consolationem quam expectavimus a te, et da nobis [fortitudinem] contra tyrannicam et diabolicam potestatem, quia tu es Deus misericors; et exaudi nos in tribulatione, quam patimur ab isto impio et scelerato, qui nomen tuum non agnoscit. Rex Regum et Dominus Dominorum tu es, Deus in cœlum sursum et in terra deorsum. Tunc jussit eos deponi, et dixit : Jam isti incipiunt sentire pœnam; quæramus et alias in quibus plus deficiant. Sancti dixerunt : Petimus a Domino, ut numquam deficiamus; sed in pœnis, quas nobis præparatis, fortes esse valeamus.

(EX MSS. — eculeo suspensi torquentur :)

11 Ille his auditis fremens dixit : Si non eos perdidero ex urbe hac, multos separabunt a sacrificio Deorum nostrorum. Et cum hæc dixisset, jussit talem sententiam ex tabella recitari. Qui Imperatorum præcepta contempserunt, gladio eorum animas interfici η placet. Igitur Sancti Dei dixerunt, Deo gratias, quia hodie in cœlis coronamur. Tunc educti sunt foras civitatem Boseth [Amphoraria] ad dimidium milliarium [semis] et in media segete dolore vulnerum deficiens, cecidit B. Mammarius, et (F) illic eadem hora decollatus est. Alii quoque θ sequacium ejus numero quindecim, ipso die in loco montuoso percussi pro fide Christi, palmam martyrii adepti sunt [hora sexta] IV Idus Junii. Tunc Maximilla Senatrix et Lucianus Presbyter occulte sepelierunt eos, una cum S. Mammario in pace, in cœmeterio uno, benedicentes Dominum; cui est honor [et imperium], in secula seculorum. Amen.

(capite plectuntur :)

ANNOTATA D. P.

a *MS. Sangall.* Maximiano et Gallieno, *ubi in alterutro nomine certus est error : ego in primo, Mabilio in secundo erratum putat.*

b *Utrivis tempori hoc martyrium adscribas, haud difficulter credis, utroque tempore fuisse claros hoc nomine viros.*

c Vaga *duplex est, alia in Mauritania Cæsareensi, Ptolomæo lib. 4 cap. 2; cujus Episcopus Privatus subscripsit Collationi Cæsareensi : alia in Numidia, Ptolomæo lib. 4 cap. 3, cujus Episcopus Libosus est apud S. Augustinum lib. 3 contra Donatistas cap. 3, haud procul a Cirta, nunc Constantia. Et hanc* Vagam *hic intelligi arbitramur.*

d Lambesa *urbs Episcopalis Numidiæ, cujus Episcopus*

EX MSS

A *scopus Januarius subscripsit Concilio Carthaginensi sub S. Cypriano. Ptolomæo lib. 4 cap. 3 dicitur*, Numidiæ novæ Lampesa legio Augusta tertia

e Pagani *primum dici sub Constantino Magno cœperunt : hoc ergo ex sui seculi usu, non autem ex Proconsularibus Actis Auctor habuit.*

f *MS. Sangall.* Papa noster. *Hinc quærit Mabilio, fueritne* Episcopus, S. Mammarius? *respondetque non fuisse : quia et in Actis SS. Juliani et Basilissæ 9 Jan. num. 53 S. Antonium Presbyterum, Papam nominare dicuntur 7 Pueri : ubi tamen in MS. Lucen.* Papatem *legi notat, idque probat magis.*

g *Hæc verba deerant MS. Coloniensi seu Bolecensi, suppleta ex Sangallensi : quod deinceps indicabunt* [ ]. *Sic autem, quoties Coloniense legis, etiam Bolecense intellige.*

h Tamugadi. *Ita Sangall. MS. at Bolecense, at Rubeæ Vallis*, Tamvirogadi, *uti et* Tigisi vicus *in eadem Numidia inter Lambesam et Vagam MS. Colon.* Camugadi.

i *Hic quoque Mabilio quærit, quomodo Christianorum nomina prodant hi Martyres, quod nefas esse S. Cyprianus respondit Judici, id postulanti : recte autem solvit quæstionem, ex vario sensu Martyrum,*

B *zelo fidei et confessionis æstuantium : sic multi non dubitarunt ultro se offerre tribunalibus, quod tamen, in suis Actis Cyprianus ait*, disciplina prohiberi, *sive communi Christianorum praxi.*

k τὸ vicum *deest in Sangall. MS.*

l *Deerant hæc omnia in MS. Coloniensi, ubi etiam pro* Boseth, *dum illud infra recurrit, scribitur* Besech : *sed meliorem esse Sangallensis MS. lectionem probat* Palatinus Episcopus Rosethensis *in Collat. Carthag. cap.* 126 *nominatus. Putatur autem* Bosethum *esse in Provincia Proconsulari : videturque ea civitas, quam Carolus a S. Paulo ex antiqua notitia Africæ*, Bobitam *minus recte nominat.*

m *MS. Colon. solum dicit*, Die ergo statuta.

n *MS. Sangall. hæc ita habet :* Quod sumus, audi ; vel quo genere orimur, agnosce. Religionem colimus cum Patre nostro Mammario, unum Deum : quia nos non possumus tibi loqui ante eum.

o *Hæc verba probant Martyrum fidem explicitam de Christi divinitate, etiam ante Arium ; idemque insinuat Pontius in Vita S. Cypriani, quem* Christi et Dei Pontificem *vocat : non enim nisi Deo* sacrificium *aut* Pontifex *competit.*

p *MS. Sangall.* Manus militum duratæ sunt.

q *Idem.* Articula *quasi diminutivum ab* Arte. *In-*

C *fra vero num. 8 ubi Colon. habet* quas artes ; *Sangall.* Quod articulum? *et iterum* O malorum articula, *ubi hic est*, ô malæ artes?

r *Ibid. deest*, ignitas. D

s *Ibid.* Et ubi erant tenebræ, facta est lux immensa ; et ubi odor miserrimus, odor suavitatis inventus est.

t *Ibid.* Noli nos verbis intimidare.

u *Idem numerus sub finem confirmatur. Duorum ergo nomina desiderantur.*

x *MS. Colon.* Duo Priores, *omissis nominibus.*

y *MS. Sangall.* Vas.

z *Ibid. sequentia sic leguntur.* Sancti Dei evaserunt ab igne, per triduum psallentes. Cum autem audiret Anulinus eos psallentes, jubet eos iterum sibi præsentari. Milites autem qui venerant, invenerunt eos orantes, et lumen magnum circumfulserat illos : et ubi erat candor, factum est magnum refrigerium. Et milites, videntes mirabilia quæ facta sunt, et ipsi crediderunt. Audiens autem Anulinus, quod hi essent seducti.

α *MS. Colon.* Hominum.

β Haud scio, *inquit Mabilio*, an probaturi sint viri docti, quod de Anulini mortis genere hic narratur : *et merito, cum is eum intelligat* Anulinum, *qui sub* Maximiano et Galerio *gessit Magistratum, quique anno* 312, *jam forte conversus, a Constantino* E *Magno mandatum accepit protegendi Christianos : sed in nostra sententia, diversum ab hoc* Anulinum *statuente, sub quo examinatus* S. Mammarius, *sit, nullam res habet difficultatem ; uti nec ulla est in iterandis ejusdem nominis magistratibus, siquidem etiam sub Nerone* Anulinus *aliquis Christianos persecutus dicitur ab iis, qui SS. Gervasium et Protasium credunt sub Nerone passos.*

γ *Hic erat nomen* Maximianus, *quod arbitramur a sciolo quodam substitutum loco* Valeriani, *quod sciverit, quod aliquis Anulinus, ut supra dictum, sub Maximiano vixerit. In Actis autem S. Cypriani appellari* Galerium Maximum Proconsulem, *supra diximus.*

δ *MS. Sangall.* Turidi.

ε *Id.* Quare non estis sensati de animabus vestris, ut non cruciemini?

ζ *Idem.* Aculeos.

η *Colon.* Animadverti.

θ *MS. Sangall. sic extenditur :* Felix Diaconus, Faustinus, Albinus Vivus, Donatus, Libosus, Ziddinus, Victorianus Diaconus, Laurentius, Faustinus, Faustina, Crispina, decollati sunt : *qui solum sunt duodecim ; et tamen additur* Vivus *pro* Leucio *antea nominato :* Crispinus *quoque dictus in contextu, hic appellatur* Crispina.

F

DE SS. BASILIDE, AURISO, ROGATO
JANUARIO, CASSIANO, VICTURO,
MARTINO, DAVALLIO, ET ALIIS VIGINTI
MARTYRIBUS ROMÆ VIA AURELIA

Ex Martyrologio Hieronymiano et aliis MSS.

Nomina quædam varie scripta :

Q*uatuor Martyrologii Hieronymiani apographa antiqua ab hisce Martyribus auspicantur hunc diem* x Junii, *hisce verbis.* Romæ natalis Basilidis, Aurisi, Rogati, Januarii, Cassiani, Victuri, Martini, Davalli, et aliorum viginti. *In secundo Martyre varia est scriptura, scilicet* Aurisi, *et ultima littera omissa* Auris, *ac litteris inversis* Ausiri, *majorique cum discrepantia etiam* Arasi. *Præferimus nomen* Aurisi *etiam repertum in MSS. Richenoviensi, Rhinoviensi, Florentino, Monasterii S. Cyriaci,*

A *S. Cyriaci, itemque Casinensi et Altempsiano. Nomen* Davalli *est in solo Epternacensi, et loco* Victuri *etiam legitur* Victori. *In MS. monasterii S. Cyriaci, quod Baronius plurimum æstimavit, ita habetur :* Romæ, via Aurelia milliario XIII, Basilidis, Aurisi, Rogati, Januarii, Cassiani. *MS. Reginæ Sueciæ* Romæ, via Aurelia milliario XII, natalis Sanctorum Basilidis et aliorum XXIV : *ita apographum nostrum, sed apud Holstenium,* et aliorum XXVIII ; *certe, incluso* Basilide, *tot forent, scilicet octo suis nominibus expressi, et viginti anonymi. MSS. Richenoviense et Rhinoviense.* Romæ, Basilidis, Aurisi, Rogati, Basillæ. *Sed hæc spectat ad sequentem diem. MS. Barberinianum.* Romæ militum Basilidis, Rogati, Martiani, et aliorum XX. *Quæ etiam leguntur in MS. Trevirensi S. Maximini, sed loco* militum *habetur* milliario XIII. *MSS. Casinense et Altempsianum ;* Romæ via Aurelia Basilidis, Aurisi, Rogati. Cassiani. *Coloniense S. Mariæ ad Gradus ;* Romæ SS. Basilidis, Rogati, Martiani, et aliorum viginti Martyrum. *MS Trevirense S. Martini ;* Romæ Basilidis, Rogati, cum aliis viginti sex. *In MS. Tornacensi sunt nomina* Rogati et Victoris. *In MS. Lætiensi* Rogati et Ja-

numerus item apud varios varius.

B nuarii. *In MS. Augustano* Cassiani et Rogati. *At, palæstra Roma omissa, sunt in MSS. Florentinis, Mediceo et Strozziano, nomina* Cassiani, Victoris, Martini, Aurisi, Rogati, et Januarii cum aliis XXII. *In alio Florentino Conventualium Minorum, sic legitur :* Natalis SS. Basilidis, Aurisi, Rogati, Januari D et aliorum XLI. Item SS. Cassiani, Victoris, Martini et aliorum XX. *Aliud Casinense meminit* Cassiani, Victorini, Martini. *Grevenus,* Rogati, Marciani, et aliorum XX. *Hæc placuit latius deducere, ut probetur accurata lectio Martyrologii Hieronymiani, ex quatuor apographis antiquis primo loco propositi, et ut hæc classis distinguatur a* S. Basilide XII *Junii referendo, qui cum Sociis aliis hoc die in aliis Martyrologiis indicatur, ut ibidem latius deducetur.*

2 *In MS. Adonis Reginæ Sueciæ, istud legitur :* In Africa natalis S. Aresii. *At Martyrologium, sub nomine Bedæ suppositum socios adjungit, ista tradens :* In Africa Aresii, Rogati et aliorum XV. *Quæ eadem Baronius inscripsit hodierno Martyrologio Romano, et in Notis dicit :* De his etiam hac die Beda, adstipulanturque vetera manuscripta. *Nos vetera Manuscripta accurate deduximus ; sed* Romam *ibi legimus, non* Africam. *Bedæ vero genuinum Martyrologium vacare hoc die invenimus : proinde, non audemus illos seorsim collocare ; arbitrati, quod is, quem dedimus cum S. Rogato,* Aurisus, *aliquibus* Ausirus *et* Arasus, *hic appelletur* Aresus, *sive* Aresius ; *et loco* XX, *facili errore adjuncti sint* XV *anonymi, quodque sint* Martyres Romani, *de quibus hoc loco agimus : quod tamen absque præjudicio factum sit, si forte pro Africa in hos certiorque afferatur aliquando auctoritas, quam sit suppositi Bedæ.* E

An alii ab his Martyres Afri statuendi

DE S. CRISPOLO

MARTYRE IN HISPANIIS

DISQUISITIO.

De hujus ab alio synonymo, Romæ passo, distinctione.

Hic constanter Hispaniis attribuitur :

Antiqua prælaudati Martyrologii Hieronymiani apographa tria, Corbeiense Parisiis excusum, Lucense etiam Lucæ impressum, et Blumianum, ista habent ad hunc X *Junii :* In Hispaniis Crispoli. *In Epternacensi vetustissimo ; item MSS. Richenoviensi et Rhinoviensi,* In Spaniis Crispoli. *Et hæc in dictis antiquis Martyrologiis. Alii ab hoc Martyre coluntur sequenti die* XI *Junii :* Cri-

C spolus *ejusque socius* Restitutus, *et* Romæ *dicuntur passi, in iisdem et aliis antiquioribus MSS. sed hi ad hunc diem ab aliis translati, nescio quam non attulerint confusionem locorum. Horum primus fuit Rabanus, his verbis :* In Hispaniis Crispoli, Restituti. *Secutus est auctor Martyrologii, sub nomine Bedæ protrusi, eisdem verbis :* In Hispaniis Chrispuli, Restituti. *Hujus autem Bedæ suppostitiii auctoritati nimium tribuens Baronius, inscripsit eosdem duos Martyrologio Romano, his verbis.* In Hispania sanctorum Martyrum Crispuli et Restituti. *Et in Notis addit :* Agit de his item Beda hoc die. Ado vero die sequenti. *Verum in Appendice Adonis, apud Mosandrum et Rosweidum, ad* XI *Junii, ita legitur :* Natalis SS. Basillæ et Basilissæ, et SS. Chrispoli et Restituti, *absque ulla mentione Hispaniæ : et sunt illi Martyres Romani. Fundamentum ergo, utrumque adscribendi Hispaniis, est in* Rabano ; *verum per nudam oscitantiam uti arbitramur amanuensium. Nam in MS. Trevirensi S. Maximini, in quo passim describitur Martyrologium Rabani, ita habetur ad hunc* X *Junii :* Romæ Crispoli, Restituti. *Et simili modo facile in duodecim antiquis MSS. ad sequentem diem tribuuntur* Romæ : *quod nos sequimur, sed absque ullo præjudicio aliter sentientium.*

cui perperam additus Restitutus,

cum alio Crispolo Romæ passus 11 Junii,

2 *His positis cogimur corrigere, quæ ad diem* XII *Aprilis inter Prætermissos diximus, et sunt ista :* SS. Crispulus et Restitutus, sub Nerone passi in tractu Tudensi ad Aquas Celenis, referuntur in Martyrologio Placentino, apud Prudentium Sandovallium in Historia Tudensi fol. 17, et ex eo apud Tamayum Salazar in Martyrologio Hispan, quos contra hunc, cum Sandovallio, eosdem potius censemus, qui coluntur in Martyrologio Romano X Junii. *Hæc nos tunc : at jam, re tota discussa, damus Hispaniis solum* Crispolum, *atque ab hoc distinguimus* Crispolum et Restitutum Romæ passos XI Junii, *uti ad hunc diem demonstramus. Ut autem ab his alios duos, etiam* Crispuli et Restituti *nominibus dictos, credamus,* sub Nerone, in tractu Tudensi passos *ad diem* XII *Aprilis ; non movemur unico Martyrologio Placentino, quod non nisi apud Sandovallium vidimus. Nam verba a Sandovallio citata, tamquam propria Bedæ, sunt ista :* In Hispaniis sanctus Crispulus ac Restitutus sub Nerone passi. *Verum Martyrologium genuinum Bedæ, a nobis ante Tomum secundum Martii editum, vacat ut jam diximus die* X *Junii, et in alio sub nomine Bedæ supposito, ista ut supra diximus, solum habentur :* In Hispania Chrispuli, Restituti. *Interim Tamajus Salazar, ad hunc diem, non est contentus unico* Crispulo : *sed et adjungit* Restitutum, *Actaque martyrii deduxit ex Dextro, et alios citat, Dextri fabricatore recentiores, qui omnes dicta sua firmant auctoritate Bedæ, jam supra rejecta. Quas autem longas disputationes ibidem texit Tamayus, apud ipsum lector reperiet, et prout fuerit affectus de hisce statuet; nobis non vacat cum Pseudo-dextri illius umbris pugnare : quibus accenseri etiam debet Georgius Cardosus, in Hagiologio Lusitano Dextrum secutus.*

non in Hispania

ubi interim conficta recens utriusque Acta

DE

DE SANCTO ZACHARIA

MARTYRE NICOMEDIÆ.

G. H.

Notitia ex antiquis Martyrologiis.

Progredimur cum vetustis Martyrologii Hieronymiani apographis in quibus ista leguntur : Nicomediæ natalis S. Zachariæ, et quidem Martyris, sicut additur in Apographo Corbeiensi. In Blumiano scribitur nomen Machariæ, uti in MS. Leodiensi S. Lamberti Verum Zacharias detinetur in antiquioribus aliis MSS. Richenoviensi, Casinensi, Altempsiano, Barberiniano alioque quod Reginæ Sueciæ Holstenius vulgavit; item apud Rabanum, Usuardum, Notkerum et alios recentiores, cum hodierno Martyrologio Romano : ex quibus de antiqua veneratione sumus securi. Utinam et Acta martyrii extarent !

DE SANCTO TIMOTHEO MARTYRE,

B

EPISCOPO PRUSÆ IN BITHYNIA.

E

SYLLOGE HISTORICA

G. H.

Ex MSS. Synaxariis Græcorum.

SUB JULIANO

Cultus in Typico S. Sabæ 10 Junii;

Prusam, celeberrimam olim urbem Bithyniæ Episcopalem, apud montis Olympi radicem consistere, indicavimus præcedenti die nono Junii, ubi produximus S. Alexandrum Martyrem et Episcopum Prusæ : cui modo adjungimus alterum Episcopum, eumque multo celebriorem, scilicet S. Timotheum, etiam Martyrem, etiam relatum in Typico, S. Sabæ nomen præferente, licet a posteris varie aucto ; a cujus Sancti encomio auspicatur hunc diem x Junii antiquum MS. Synaxarium Ecclesiæ Constantinopolitanæ, quod a Patribus Collegii Parisiensis Claromontani Societatis Jesu nobis concessum aliquamdiu habuimus, in quo ista leguntur, a Menæis excusis ad locum secundum relata sub titulo Memoriæ. Ἄθλησις τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Τιμοθέου, Ἐπισκόπου Προύσης. Οὗτος ἦν ἐπὶ Ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου, λαχοῦσαν αὐτῷ Ἐκκλησίαν ἰθύνων καλῶς, καὶ τὸν ἐν αὐτῇ λαὸν ποιμαίνων πνευματικῶς· βρύων δὲ παντοίοις θαύμασι, τὸν δράκοντα τὸν μέγαν, ὃς τῇ τοῦ ἐμφωλεύοντος ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ κακίᾳ, φημὶ δὴ τοῦ βροτοκτόνου καὶ ἀρχαίου δράκοντος, τούς τε παριόντας ἀνθρώπους ἀνῄρει, καὶ τὰ κτήνη φυσήματι μόνον ἐλυμαίνετο, καὶ ὅλως ἄβατον τὴν μεταξὺ τῆς πόλεως Προύσης καὶ τῶν θερμῶν ὑδάτων ὁδὸν ἐπεδείκνυε, τῇ ἐπιβολῇ τῶν ἁγίων ἄρτων καλύμματος διέρρηξε καὶ ἐνέκρωσεν. Ἀπετμήθη δὲ τὴν κεφαλὴν, Ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου μαθόντος περὶ τῶν θαυμάτων ὧν ἐτέλει, καὶ ἀποστείλαντος καὶ ἀνελόντος αὐτόν. Τελεῖται δὲ ἡ αὐτοῦ σύναξις ἐν τῷ ἁγιωτάτῳ αὐτοῦ μαρτυρίῳ, τῷ ὄντι ἔνδον τοῦ εὐαγοῦς Ξενῶνος ἐν τῷ Δευτέρῳ. Quæ sic Latine reddo.

et MS Synaxario CP.

C

unde elogium, cum memoria interfecti Draconis,

2 Certamen Sancti Hieromartyris Timothei Episcopi Prusæ ; qui, imperante Juliano apostata, Ecclesiam suam, quam sortitus fuerat, præclare administravit ; et quem in ea populum habuit, spirituali pabulo refecit. Excellens vero abundanter variis miraculis, suam virtutem in ingenti dracone ostendit. Stabulabat hic circa eum locum, et per malitiam, ut dicitur, antiqui et homicidæ draconis, transeuntes illac viatores occidebat ; jumenta quoque solo afflatu interimebat ; et denique illam viam quæ est inter urbem Prusam et Thermas, infestam et inviam reddebat. Hunc Timotheus objectu veli, quo consecrati panes contegebantur, disrupit et interfecit. Julianus vero apostata, cum de hujus viri prodigiis inaudisset, misit aliquem, qui eum occideret. Celebratur ejus festiva memoria in sanctissimo ejus martyrio, quod est intra pium Hospitale, in Deutero. Hæc ibi quæ eadem leguntur in MSS. Menæis Mediolanensibus Bibliothecæ Ambrosianæ, signatis N 378 et O 148, et passim aliis MSS. In Chiffletianis autem MSS. præponuntur hi versus, cum allusione ad nomen, a Dei honore sumptum.

et Oratorii quod habuit in Deutero,

Eadem habentur et in aliis Menæis.

Ὁ Τιμόθεος ἐκ ξίφους θνήσκειν θέλει,
Θεοὺς ἀτίμους μηδαμῶς τιμᾶν θέλει.

Timotheus ense cadere mavult, quam diis,
Honore nullo dignis, honorem dare.

3 Idem Chiffletianum seu Divionense Synaxarium, ejusdem Martyris elogium aliud etiam mense Majo dederat, haud paulo diversum ; quod licet verbis nonnullis mutilum, subjungo. Μνήμη τοῦ ἁγίου ὁσιομάρτυρος, τοῦ ἐν Προύσῃ. Ἐν ταῖς ἡμέραις Ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου, Κυπάρισσος ἵστατο τερπνὴ καὶ ὡραία πλησίον τοῦ σπηλαίου ἐν λεωφόρῳ τινὶ μέσον τῶν θερμῶν τῆς [.. ..] Δράκων δὲ ἐκ τοῦ... ἐξήρχετο συχνοτέρα, καὶ προσήδρευε τῇ Κυπαρίσσῳ· καὶ ἦν ὁ τοιοῦτος τόπος μεστὸς φόβου οὐ μικροῦ, ὃν καὶ ἀδιόδευτος. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον, Βασίλισσά τις πιστὴ, οἰκοῦσα εἰς Ἀπολλωνιάδα, ἦλθε πρὸς τὸ θέμα τῆς Προύσης· καὶ μαθόντες τοῦτο οἱ πλησίον ὄντες ἀδελφοὶ, εὐλογίας τινὰς ἀπεστάλκασι διὰ τοῦ Τιμοθέου τῇ Βασιλίσσῃ. Καταλαβόντος δὲ αὐτοῦ τὴν Κυπάρισσον, ἀνέστη ὁ δράκων εἰς ἀπάντησιν αὐτοῦ. Ὁ δὲ προσευξάμενος μετέβαλε τὰς εὐλογίας εἰς τὸ πτερύγιον τοῦ παλλίου αὐτοῦ, καὶ τὸ ἱερὸν ἄπλωμα εἰς ἓν συσφίγξας ἐν τῇ χειρὶ, ἐσφενδόνησεν πρὸ τοῦ θηρίου καὶ ἀπῆλθε. Καὶ δοὺς τὰς εὐλογίας ὑπέστρεφε καὶ εὑρὼν τὸ θηρίον νεκρὸν ἐδόξασεν τὸν Θεόν· καὶ λαβὼν τὸ ἱερὸν ἐκεῖνο ὕφασμα ὑπέστρεψεν τῇ μονῇ αὐτοῦ. Τούτου τοῦ θαύματος πανταχοῦ ἐξηχηθέντος, ἐσέβοντο τὸν Μακάριον, ὡς οἰκεῖον δοῦλον τοῦ Θεοῦ· ὅπερ ἀκούσας Ἰουλιανὸς ὁ Βασιλεὺς, ἀποστείλας πρὸς αὐτὸν κατήπειγεν ἀρνήσασθαι τὸν Χριστόν. Ὁ δὲ Μακάριος, τὸν Χριστὸν ἀληθινὸν Θεὸν ὁμολογῶν, τὴν κεφαλὴν ἀπετμήθη.

Idem 26 Maji habet elogium

F

in MS. Divionensi,

4 Hoc est, suppletis per conjecturam quæ legi nequiverant verbis : Memoria sancti et sacri Martyris Timothei, qui est Prusæ. In diebus Juliani Apostatæ, stabat Cupressus pulchra et annosa prope spelæum

ubi distinctius narratur occasio occisi Draconis,

A spelæum, quod est in via publica, inter Thermas [..... et civitatem]. Draco autem [formidabilis] ex [illa ipsa spelunca] frequenter egrediebatur, et assidebat Cupresso : unde locus ipse plenus erat timoris haud modici, atque ut inaccessibilis declinabatur ab iter agentibus. Contigit autem ut eodem tempore matrona quædam fidelis, nomine Basilissa, Apolloniade commorans, *(est ea quoque Bithyniæ urbs, versus Phrygiæ et Hellesponti provinciarum confinia)* accessit ad Prusæ urbis territorium : quod intelligentes qui prope habitabant Fratres, eulogias aliquas ipsi Basilissæ transmiserunt per Timotheum. Cum autem hic veniret ad Cupressum, surrexit draco in occursum ejus : sed ipse, facta oratione, conjecit eulogias in alam pallii sui, et sacram mappulam manu convolvens, jaculatus in feram est, abiitque. Traditis vero eulogiis rediens, et extinctam bestiam inveniens, glorificavit Deum : deinde accipiens sacrum illud linteum, regressus est in suum monasterium. Diffusa est autem undequaque fama miraculi hujus ; unde Beatum illum venerabantur omnes, tamquam verum Dei famulum. Quod audiens Julianus Imperator, accersivit eum, cogebatque Christum ejurare : sed Beatus, verum Deum esse Christum B confitens, maluit caput præscindendum dare.

per sacram mappulam ;

5 *Extiteritne aliquando prolixior hujus Sancti Vita, equidem ignoro ; unum video, istud pro Majo scriptum Elogium, non solum distinctius et accuratius scriptum esse, quam passim istic soleant alia ; sed etiam prius quam Prusa Constantinopolim transferretur sacrum corpus, vel pars ejus aliqua ; adeoque in urbe sua cultum fuisse* Timotheum *die* XXVI *Maji , tamquam proprio Natali : Translationis autem diem Constantinopoli celebriorem, etiam celebrem factum ecclesiis Patriarchatui illi subjectis, in quibus antea non colebatur ; quem deo etiam ad Ruthenos propagatus est, et ad* X *Junii cultus, ut ex eorum figurata Ephemeride, ante Tomum* I *Maji, datur intelligi. Adhæc, ex isto antiquiore Elogio cognoscitur .* Monachum *duntaxat fuisse* Timotheum, *cum miraculum contigit : neque plus innuit vel titulus vel textus jam probatus, et* Ἱερομόναχοι *dicebantur tam* Monachi *quam* Episcopi, *quibus laureola talis obtigerat ; ut in Synaxariorum titulis frequentius observasse memini. Quia tamen Synaxaria omnia ad hunc diem tam constanter exprimunt titulum* Episcopi ; *placet credere, quod, cum forte post miraculum patratum contigisset Prusæ Episcopatum vacare ; Clerus et Populus civitatis* Timotheum *sibi in locum defuncti elegerint ; et hac occasione factum, ut* C *citius innotesceret Juliano. Hic autem, licet fidei Christianæ apostata, Ecclesiarum tamen provisiones, tamquam ad suam cognitionem pertinentes, non penitus abdicabat ; ut patet ex multis iis Episcopis, quos vel ab Arianis pulsos Sedibus suis restituit, vel suo ipse motu expulit : et sic forte prius martyrium tulit Sanctus , quam ordinaretur.*

videtur illud antiquius, verumque natalem indicare;

post quo translatio festivior CP. fuerit.

Miraculum quoque accidisse intelligitur, cum adhuc esset Monachus

ob ipsum forte factus Episcopus.

6 *Locus passionis, non videtur ipsa Prusa fuisse ; nisi forte in Persidem abiens Julianus illac transiit ;* Prusæ *tamen habebatur corpus, et tamquam Martyris colebatur : quoad ipsum, vel ejus pars Constantinopolim transferretur, nescio a quo vel quando. Verosimiliter tamen conjectare possumus, id factum a conditore novi* Hospitalis in Deutero : *quem locum fuisse in duodecima urbis regione juxta Melandesiam portam, Aureæ proximam, ostendit Gyllius lib. 4 cap. 4 Topographiæ Constantinopolitanæ. Eruditissimus autem Cangius, nuquam Codinum docet, cum nominis* Deuteri *originem petiit a Justiniano Rhinotmete, istic secundum regnare exorso, nam illius meminit Procopius Gazæus, lib.* 1 *de Ædificiis Justiniani Senioris, totis centum annis Juniorem istum prægressi, sicut et ipse Procopius, illius legationibus sæpe functus. Crediderim quoque non admodum antiquum esse* Hospitale *illud, de quo nulla mentio apud Codinum in Originibus Constantinopolitanis. Sed quia hujus adhuc ætas non latet, solum dicere ausim, seculo* IX *vel* X, *ut minimum adscribi fundationem istam debere, cum Rutheni, qui* Timotheum *die* X *Junii colendum acceperunt a Græcis , fidem Christianam susceperint seculo* X. D

Hospitale Deuteri ubi colebatur quando conditum

7 *Cardinalis Sirletus, cum in Baronii gratiam, Romanum Martyrologium recognitum auctumque, rursum ex Græcorum Synaxariis Menologium aliquod Latine concinnasset , tum multa alia festinando perperam vertit; tum locum ipsum, qui primus* Timothei *cultum instituit, dubium Baronio fecit, dum ita scripsit :* Apud Prusiada sacrosancti Martyris Timothei ejusdem civitatis Episcopi, qui sub Juliano Imperatore apostata, cum ecclesiam suam bene regeret, et multorum miraculorum fama esset illustris, a Juliano fidei Christianæ desertore obtruncatus est, cujus dies in sanctissimo ipsius martyrio celebratur. E *Errori, in quem Sirletus impegit, pridem obviam iens Stephanus de Urbibus,* Prusia a Prusiade differt, *inquit; et Ptolemæus hanc ad Hypium amnem ; istam, de qua hic agimus, ad Olympum Mysiæ montem statuit ; Strabo juxta sinum qui Astaceno sinui est proximus. quod fere eidem redit : longius autem versus Orientem distat Sinus Merlandinus in quem Hypius influit. Easdem urbes earumque situm præclare etiam distinxit Philippus de la Rue, in nova Asiæ Minoris tabula, Parisiis edita an.* 1652 *. sed utramque urbem appellat* Prusam, *quod etiam fit in tabulis Ptolemæo additis. Sanctus autem* Timotheus *in omnibus antiquis MSS. et excusis appellatur* Ἐπίσκοπος τῆς Προύσης : *qui similiter a Genebrardo in Kalendario Græco, et a Molano in Auctario Usuardi, etiam* Episcopus Prusæ et Martyr *cognominatur. At Baronius cum in textu Martyrologii Romani posuisset* Prusiadis, *in Notis suis* apud Prusiam *scripsit.*

Urbs ejus Prusa, non Prusias;

illarum distinctio

8 *Masinus in Bononia perlustrata meminit hujus, quasi aliquæ ejus Reliquiæ asserventur in ecclesia* S. *Stephani : sed difficile admodum foret probatu, illas Reliquias esse* Sancti Timothei *in Bithynia occisi. In Kalendario Syriaco Romæ an.* MDCXXIV *excuso, refertur* S. Timotheus, cum duobus millibus Sociorum. *Hunc vero in Syria cum suis sociis passum reor, hodie autem positum ab iis, qui proprium diem ignorabant. Si tamen certum satis est, aliquem ejus nominis cum tot sociis passum esse. Tunc autem consequens foret, ejusmodi cædem ad gentilium Imperatorum persecutionem aliquam seculi* III *vel* IV. *spectare. Nec enim ita publice sævuit Julianus, ut millia simul Martyrum faceret : sed alio plerumque prætextu quæsito, sicut in nostro* Timotheo *prætexere potuit injuriam illatam Draconi, in quo divinitatis aliquid libentius quam in Christo is agnoscebat, ex more Gentilium, quorum superstitiones restauratas volebat, eoque nomine videri gloriosus.*

alicujus Timothei Reliquiæ Bononiæ,

et alius cum 2000 sociis, forte in Syria.

DE SANCTO BENIAMINO,

MARTYRE A GRÆCIS HONORATO.

Sylloge ex MS. Synaxario Constantinopolitano.

G. H.

Quod sæpius cum laude protulimus antiquum MS. Synaxarium Ecclesiæ Constantinopolitanæ, pertinens ad Collegium Societatis Jesu Parisiis, post relatum elogium S. Timothei Episcopi Prusæ, *sub Juliano apostata martyrio coronati, habet ista verba*. Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ. Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Βενιαμίν. Certamen sancti Martyris Benjamin. *Reliqua desiderantur. Potuit Martyr obiisse sub prioribus Imperatoribus Gentilibus, quia quod* S. Timotheus *ante ipsum collocetur, potest celebriori ejus cultui adscribi : quare de tempore martyrii nihil statuimus, ne divinando quidem.*

DE B. THEOPHANE RECLUSO

B ## ET PANSEMNE POENITENTE E

JUXTA ANTIOCHIAM COMMORATIS.

G. H.

Ex Synaxariis duobus manuscriptis.

MSS. Divionense et Parisiense

Celebres apud Græcos habentur SS. Theophanes et Pansemne, *eorumque Acta referuntur in Menæis excusis, et inde contracta in Menologio Sirleti : at multo latiora reperimus Divione et Parisiis, istic in Collegio Societatis Jesu apud Petrum Franciscum Chiffletium, Parisiis in Collegio tunc Claromontano etiam Societatis Jesu, ex quibus illorum Acta damus hujusmodi.* Μνήμη τῶν ὁσίων καὶ μακαρίων Θεοφάνους καὶ Πανσέμνης. Memoria sanctorum et beatorum Theophanis et Pansemnes.

suggerunt insignum epitomen vitæ,

2 Sanctus Theophanes erat ex Antiochena urbe, prognatus a paganis et impiis parentibus, sed propere ad fidem in Christum et pietatem translatus. Nam cum annos ætatis quinque et decem haberet, cum uxore est matrimonio illigatus, et tribus cum illa annis commoratus. Illa deinde ex humanis sublata, ad Ecclesiam Christi ipse properavit, et sacrum baptisma suscepit, juxtaque urbem, angustissimam cellulam ædificavit, in qua semet conclusit. Ibi omnem operam adhibuit, ut ad perfectum vitæ sanctæ statum summumque virtutis culmen evaderet.

juxta quam S. Theophanes conjuge mortua, Christianus factus et reclusus

3 Cum vero intellexisset esse quamdam publicam meretricem, cui Pansemnes nomen erat, quæ multis perditionis causa foret constituta; seipsum per preces Deo commendavit; egressusque e cellula, ad propriam domum accessit, ubi cilicio quo induebatur abjecto, vestem induit pretiosam. Acceptis dein a patre suo decem libris auri, quasi vellet aliam uxorem ducere, ad Pansemnen accessit, et cum illa cibum sumpsit. Postea cum opportunum videretur tempore, quo simul oporteret eos coire; inclinatus, sciscitabatur ab ea, quantum temporis elapsum esset, ex quo huic vitæ sese tradiderat. Duodecim annos respondit illa, et ex omnibus qui secum converant, neminem illo amœniorem vidisse, neque amore tali erga aliquem vulneratam fuisse. Rursus ille ait, velle se in honesto matrimonio domi suæ legitime cum illa conversari, non vero illi turpiter commisceri.

Pansemnen meretricem accedit;

C

4 Illa mox gratanter hoc dictum suscepit, si ipsa quæ talis erat, digna æstimaretur, cui tam honestum atque optabile matrimonium concederetur. Beatus Theophanes oblato auro dixit ; eundum sibi esse ad procurandum omnia spectantia ad matrimonii consummationem : et discedens, domunculam prope cellulam suam construxit, et reversus ad illam dixit ; non aliter cum ipsa cohabitationem futuram, nisi ipsa Christianorum mysteriis initia-

et prætextu conjugii cum ea ineundi

2 Ὁ ὅσιος Θεοφάνης, ἐκ τῆς Ἀντιοχέων πόλεως ἦν, γεννηθεὶς δὲ ἐξ ἀπίστων καὶ δυσσεβῶν γονέων, ταχὺ πρὸς τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν μετετέθη· ἐν γὰρ τῷ πέντε δεκάτῳ ἔτει τῆς ἡλικίας αὐτοῦ, γυναικὶ πρὸς γάμον συζευχθεὶς, καὶ ἐπὶ τρισὶ ἔτεσι σὺν αὐτῇ συνδιαγαγὼν, ὡς εὐθὺς ἐξ ἀνθρώπων ἐκείνη γέγονεν, αὐτὸς προσῆλθεν τῇ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ, καὶ τὸ ἅγιον ἐδέξατο βάπτισμα. καὶ πλησίον τῆς πόλεως στενώτατον κελλίον οἰκοδομήσας, καθεῖρξεν ἑαυτὸν, διὰ πάντων καθαιρόμενος, ἃ πρὸς τελείωσιν καὶ ἄκραν ἀρετὴν συντελεῖ.

3 Μαθὼν δὲ περὶ δημοσίας τινὸς πόρνης Πανσέμνης, οὕτω καλουμένης, ὅτι πολλοῖς αἰτία ἀπωλείας καθίσταται, παραθέμενος ἑαυτὸν τῷ Θεῷ, τῆς κέλλης ἐξῆλθεν· καὶ ἐν τῷ ἰδίῳ οἴκῳ γενόμενος, καὶ τὸ τρίχινον ὃ ἠμφιέννυτο ἀποβαλὼν, καὶ περιβαλλόμενος ἐσθῆτα πολυτελῆ, καὶ παρὰ τοῦ πατρὸς δέκα χρυσίου λίτρας λαβὼν, ὡς δῆθεν γυναῖκα ἑτέραν ἀγάγεσθαι βουλόμενος, πρὸς τὴν Πανσέμνην παρεγένετο. Καὶ συνεστιαθεὶς αὐτῇ ἐπεὶ ἐπιτήδειος ἐδόξεν ὁ καιρὸς ἐν ᾧ συνελθεῖν αὐτοὺς ἔδει, συγκλιθεὶς, πόσους εἴη χρόνους παρ' αὐτῇ ἐπυνθάνετο ἐξ οὗ τοιαύτῃ ἐργασίᾳ ἑαυτὴν κατέστησεν. Εἰπούσης δὲ αὐτῆς, ἔτη δώδεκα, καὶ πολλῶν αὐτῇ συνελθόντων μηδένα ὡραιότερον αὐτοῦ κατιδεῖν, μηδὲ τρωθῆναι ἔρωτι τοσούτῳ ἑτέρου· αὖθις ἐκεῖνος, νομίμως βούλεσθαι καὶ μετὰ γάμου σεμνοῦ ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ συγκομίσαι, ἀλλὰ μὴ τῇ αἰσχρᾷ πράξει συγκοινωνῆσαι αὐτῇ. F

4 Τῆς δὲ περιχαρῶς τὸ ῥηθὲν δεξαμένης, εἰ, τοιαύτη τις οὖσα, γάμων καταξιωθείη ἐντίμων καὶ ζηλωτῶν· ἐπιδοῦναί τε αὐτῇ τὸν μακάριον Θεοφάνην τὸ χρυσίον, καὶ εἰπεῖν, πορεύεσθαι αὐτὸν τὰ πρὸς ἀπαρτισμὸν τοῦ γάμου τελέσαι, καὶ πορευθέντα ἕτερον οἰκίσκον πλησίον τοῦ κελλίου αὐτοῦ οἰκοδομῆσαι, καὶ αὖθις πρὸς αὐτὴν γενέσθαι, καὶ εἰπεῖν, μὴ ἂν ἄλλως μετ' αὐτῆς συνοίκησιν ἔσεσθαι εἰ μὴ τὰ τῶν Χριστιανῶν τελεσθείη· τὴν δὲ δυσχεραινόντων μὲν τὸ πρῶτον καὶ ἀναβάλλεσθαι, ὅμως δὲ

καὶ

A καὶ τὸ βάπτισμα καταδέξασθαι, καὶ συνεχῶς ἐν ἑπτὰ ἡμέραις κατηχουμένην, καὶ τὰ περὶ τῆς μελλούσης κρίσεως καὶ τῆς τῶν πρακτέων ἀμοιβῆς τοῦ Ὁσίου ἀκούσασαν, φωτισθῆναί τε τὴν διάνοιαν καὶ εἰς κατάνυξιν ἐλθεῖν τῇ τοῦ Χριστοῦ χάριτι· καὶ ἀπαλλάξαι μὲν τῆς δουλείας πάντα τὰ ἀνδράποδα, καὶ τὸν χρυσὸν ὃν ἐν τῇ τοῦ σώματος συνῆξε αἰσχρᾷ ἐργασίᾳ εὔχρηστα σκεύη κατασκευάσασαν τῷ Θεῷ ἀναθέσθαι· εἰσελθεῖν τε ἐν τῇ κέλλῃ, ἣν ὁ Ὅσιος κατεσκεύασε, καὶ ἐπὶ τοσοῦτον προσελθεῖν ἀρετῆς ὡς καὶ δαίμονας ἀπελαύνειν, καὶ παντοῖα νοσήματα θεραπεύειν· ἐπιβιώσασα δὲ ἕνα ἐνιαυτὸν καὶ μῆνας δέκα, πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν, ἅμα τῷ ὁσίῳ καὶ θαυματουργῷ Θεοφάνει.

retur. Ad hæc illa sub initium indignari et tergi D versari: tandem tamen inducta ut baptismum suscipere vellet, septemque continuis diebus instructa de extremo judicio an retributione; et quæ porro facienda sibi essent ex Sancto audiens, mente divinitus illuminata, et per gratiam Christi ingenti pœnitudine compuncta fuit. Dein omnia mancipia sua libertate donavit, et ex auro etiam quod in turpi corporis usu collegerat, vasa utilia conficiens, omnia Deo obtulit. Cellam denique, quam S. Theophanes construxerat, ingressa, ad tam eminentem pervenit virtutem, ut et dæmones expelleret, et omnia morborum genera sanaret. Cum vero anno uno et mensibus decem ita vixisset, ad Dominum simul cum Sancto et Thaumaturgo migravit.

convertit,

cellulæ inclu-dit.

D. P. et simul cum ea colitur,

5 *Aliqua eorumdem encomia habentur etiam in Menologio Basilii Porphyrogeniti Imperatoris, et in Menæis Græcis Mediolani in Bibliotheca Ambrosiana, signatis N* 378 *et G* 148. *At quo hi tempore vixerint, non proditur: sed in Divionensi Synaxario eisdem bina ex more aptantur disticha:* Theophani *quidem hujusmodi, ad asceticam ejus et pœnitentiis maceratam vitam alludens, simulque ad nomen* ἀπὸ τοῦ φανεῖν, apparere, *sumptum.*

Ὁ Θεοφάνης τρυγηθεὶς ἐκ βίου Θεῷ,
Φανεὶς πέπειρος ὡς εἰπεῖν Θεοῦ βότρυς.
Decerptus ex hac vita Theophanes Deo,
B Maturus esse visus est botrus Dei.
Pansemnæ *vero sic accinitur ibidem.*

Εἰ καὶ θανούσης ἐκλάθουμεν Πανσέμνης,
Καὶ Χριστὸς αὐτὸς εὐθὺς ἐκλαθοῖτό μου.
Oblivio si vel mortuæ me Pansemnes
Capiat, mei ipse Christus obliviscatur.
Hæc in Synaxario prædicto habentur. E

licet verosimiliter non simul mortuus.

Ceterum quam non est necesse credere, eodem ambos die defunctos; tam rationabile erit præsumere, quod vel post mortem suam singuli in suæ reclusionis loco tumulati, postea simultaneum cultum obtinuerint, condito ibidem oratorio; vel quod corpora, miraculis crebris illustrata, insimul fuerint hac x Junii *in aliquam Antiochenarum ecclesiarum illata. Quanam vero hic intelligi debeat* Antiochia, *ex pluribus eo nomine dictis, nemo prudenter divinaverit; nisi quod, dum aliud nihil occurrit in contrarium, præsumptio stare soleat pro famosiori et Patriarchali in Syria, quæ plurimos proprios sanctos Eremitas circum se habuit colu..que, minus alibi notos; ut ex iis patet, quorum facta mentio in Vita S. Symeonis Junioris Stylitæ, sive in Monte-mirabili, illustrata die* XXIV *Maji.*

DE S. APOLLO EPISCOPO APUD GRÆCOS, ET S. ALEXIO EPISCOPO BITHYNIÆ.

Ex Menæis et Synaxariis.

D. P.

Incertum sintne uni Bithyniæ ambo adscribendi:

Duo hi sancti Episcopi ita conjunguntur, ut tamen non possimus certo definire, num uterque ad Bithyniam *spectet. Nam in Menæis excusis et apud Maximum Episcopum Cytherorum* ἐν βίοις ἁγίων, *ista Græce leguntur sub finem hujus diei:* Καὶ μνήμη τοῦ ὁσίου Ἀπολλῶνος Ἐπισκόπου, δὲ Ἀλεξίου Ἐπισκόπου Βιθυνίας. C *In antiquo MS. Synaxario Ecclesiæ Constantinopolitanæ ista sic scribuntur.* Καὶ μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἀπολλῶ Ἐπισκόπου· *et iterum, cum nova rubra littera in principio;* Καὶ Ἀλεξία Ἐπισκόπου Βιθυνίας. *Notavimus etiam utrumque ut* Episcopum *repræsentari in Menæis Græcis Ambrosianæ Bibliothecæ Mediolani, in libro* O 148 *signato, sed utrum differentia eadem ibi servata sit, vel conjunctim referantur, velut ad eamdem Bithyniam ambo pertineant, nostra nobis memoria non suggerit; neque tanti est ut operosius investigari jubeamus. Maxime cum in Synaxario Divionensi, apud Petrum Franciscum Chiffletium a nobis reperto, ad diem sequentem ponatur idem (ut existimo)* Sanctus Apollo Episcopus, *absque socio, et absque mentione Bithyniæ hoc modo.* Ὁ ἅγιος Μ. Ἀπολλῶς Ἐπίσκοπος, ἐν εἰρήνῃ τελειοῦται. Sanctus M. Apollo, Episcopus, in pace consummatur. *Apparet autem ex prædictis, Græcos indifferenter scribere* ὁ Ἀπολλῶν, τοῦ Ἀπολλῶνος, et ὁ Ἀπολλῶς τοῦ Ἀπολλῶ; *itaque scripto ac declinato nomine Actorum* XVIII *et* XIX *ac deinceps, in Epistolis Pauli ad Corinthios et ad Titum, invenitur famosus* Apollo, *neque enim persuaderi possum, unum eumdemque hic notari. Istum enim, more consueto, non simpliciter* Episcopum, *sed* Apostolum *Græci appel-* F *lassent; neque dimisissent absque prolixo encomio, ex Scripturis sumendo: hunc vero multo juniorem esse etiam persuadet titulus* Sancti patris nostri, *in Synaxario Parisiensi specialiter additus, nec solitus Apostolis vel eorum discipulis dari. Quod autem in Divionensi præponatur* M. *martyrii nota: id potius videtur per inadvertantiam excidisse scriptori, quam studio factum: cum idem dicatur in pace quievisse. In eodem Synaxario adduntur hi versus, nullum nisi spirituale martyrium, in ferendo Christi jugo constitutum, denotantes.*

prior etiam die seq. refertur.

ut in pace mortuus.

Ὡς Χρηστὸς ὄντως ὁ ζυγός σου, Χριστέ μου,
Ὃν ζῶν ὑπῆλθεν, Ἀπολλῶς θανὼν λέγει.
O quam tuum suave, mi Christe, est jugum,
Moriens Apollo dixit, quod vivus tuli.

DE SANCTO CANIDE

RECLUSO IN CAPPADOCIA.

G. H.

Ex magnis Menæis Græcorum.

POST AN. CCCLX.

Elogium ex Menol. Sirleti,

In *Menologio Cardinalis Sirleti de* S. Canide *ad hunc* X *Junii, ista leguntur.* Eodem die apud Cappadociam sancti Patris nostri Canidis, filii piorum parentum Theodoti et Theophanus sub Theodosio Magno Imperatore. Vixit autem admirabili abstinentia usus, precibus et jejuniis intentus: paucissimisque oleribus non conditis vescens, ad annum tertium et septuagesimum pervenit, ac sic Beatus ille migravit ad Dominum.

et majus ex Menæis,

2 *In Menæis excusis et apud Maximum Cytheriorum Episcopum, hæc latius isto modo explicantur.* Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Κανίδους. Οὗτος ἦν ἐπὶ τῆς βασιλείας Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου, Θεοδότου καὶ Θεοφανοῦς υἱός, τὰς οἰκήσεις ποιουμένων ἐν τῇ τῶν Καππαδοκῶν χώρᾳ, εὐλαβῶν ὄντων καὶ θεοφιλῶν. Λέγεται δὲ τὴν μητέρα αὐτοῦ παντοίας τροφῆς ἀπέχεσθαι παχυτέρας, καθ' ὃν καιρὸν τοῦτον ἐν γαστρὶ ἔφερε· τεχθέντα δὲ ἀπέχεσθαι τῆς δεξιᾶς θηλῆς παντελῶς· εἴ ποτε δ' ἀφελεστέρας τροφῆς ἐνεφορεῖτο ἡ μήτηρ, οὐδὲ τῆς ἀριστερᾶς θηλῆς ἥπτετο ὅλως. Βαπτισθεὶς οὖν καὶ ἀπογαλακτισθεὶς, καὶ τὰ πρῶτα ἔτη παραμειψάμενος, χαίρειν πᾶσιν εἰπὼν, τὸ ὄρος καταλαμβάνει· καὶ μικρὸν ἄντρον ὑπεισελθὼν, ἐν αὐτῷ ἑαυτὸν ἐγκλείσας, τῇ προσευχῇ καὶ τῇ νηστείᾳ σχολάζων, καὶ ἅπαξ τῆς ἑβδομάδος βραχυτάτων ὠμῶν λαχάνων ἄνευ ἁλῶν ἀπογευόμενος, διήρκεσε χρόνοις τρισὶ καὶ ἑβδομήκοντα. Ἐπεὶ δὲ πάνυ ἦν κατάφορος ὁ τόπος ὕδασι, καὶ τὸ ἄντρον ὑπὸ πολλῆς νοτίδος πολιορκούμενον, διεφθάρησαν αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ καὶ τοῦ πώγωνος. Οὕτως οὖν διαρκέσας ὁ Μακάριος ἐπὶ πολὺ, πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν. *Id est.*

B

ubi laudem mira infantis abstinentia,

3 Eodem die sancti Patris nostri Canidis. Imperante Theodosio Magno, patre Theodoto, matre Theophanes, piis ac religiosis parentibus, qui in Cappadocia degebant, natus est. Fertur de ejus matre, quod omni pinguiore seu lautiore cibo abstinuerit, dum hunc in utero gestaret. Editum vero infantem aiunt, semper a dextera mamilla abstinuisse. Quod si mater subinde delicatiori mensa uteretur, tum nec sinistram quidem attingebat. Sacra baptismatis unda ablutus, et a matris lacte remotus, ut primam pueritiam egressus est, jussis omnibus suis valere, in montem evadit; angustumque antrum ingressus, in illo se inclusit, et precibus intentus jejuniis vacabat. Semel in hebdomade paucissima eaque cruda olera, nec sale quidem condita, gustabat. Ita tres et septuaginta annos traduxit: et quia locus aquis valde inundari, et antrum multo humore obsideri solebant, et capitis capilli et barbæ ei defluxerunt; annis tamen plurimis sic transegit, donec transactis, ad Dominum migravit. *Hæc ibi.*

et annorum 73 ascesis in antro humido

E

Tempus vitæ

4 *Nominatus supra* Theodosius Magnus *imperavit ab an.* CCCLXXIX *ad an.* CCCXCV. *sub eoque dicitur natus Sanctus: et* LXXIII *annos traduxisse, idque fere in antro; adeoque videtur vixisse ultra an.* CCCCLX. *Miramur, quod in tot MSS. Synaxariis hactenus de eo invenerimus nihil: indeque collegimus ita proprium Cappadociæ Sanctum hunc esse, ut etiamnum lateret, nisi Menæorum collectori, privatim innotuisset per Cappadocem aliquem, conscium singularis ibi cultus.*

DE SANCTO CENSURIO

EPISCOPO AUTISSIODORI IN GALLIA.

C

G. H.

SYLLOGE HISTORICA.

F

De ejus Chronologia et cultu, aliorumque ad ipsum scriptis.

CIRCA AN. D.

Memoria in antiquis fastis.

T*estimonium antiquæ venerationis huic sancto Antistiti præbent vetusta Martyrologii Hieronymiani quatuor apographa, quibus ad hunc* X *Junii sub finem additamentum, ob antiquitatem Gallicanæ hic appositum agnoscimus. Suffragantur iis suis Martyrologiis Rabanus, Usuardus, Notkerus, Auctor Bedæ suppositius, Bellinus et alii recentiores, cum Martyrologio hodierno Romano, his passim verbis:* Autissiodori depositio S. Censurii, Episcopi et Confessoris. *Quibus in MS. Adone ista adduntur:* Cujus corpus in ecclesia S. Germani condigno honore, non longe a corpore ipsius, sepultum est. Fuit quartus post B. Germanum: rexit Ecclesiam annos triginta octo, menses tres, dies octo, *aut ut alii habent,* dies sex. *Sed non caret talis calculus sua difficultate, ut infra ostendetur.*

2 *Videntur hæc desumpta ex Herici monachi Autissiodorensis libris de Vita et miraculis S. Germani; ubi cap.* I *libri primi dicitur,* secundus *seu proximus a* S. Germano *fuisse* S. Allodius, qui triginta ferme annis Pontificatus functionem explevit, *de quo erit agendum die* XXVIII *Septembris: dein* tertius ponitur Fraternus, martyrio coronatus, *et a Saussayo relatus ad* XXIX *Septembris atque* XXX *Octobris.* Huic *præ-nominatus* Censurius quarto substituitur loco. Ab excessu itaque beatissimi Germani ad hunc usque Censurium plus minus quadraginta colliguntur anni. *Hæc Hericus: cujus Acta dabimus* XXIV *Junii. Decessit autem S. Germanus anno* CCCCXLVIII, *die* XXXI *Julii: proinde ex hoc calculo* S. Censurius *fuisset ordinatus Episcopus anno circiter* CCCCLXXXIX, *sub initium Martii. Quia autem* S. Censurius, *uti Hericus lib. 2 cap.* 15 *tradit,* post administratum rite Sacerdotium annis triginta et octo, mensibus tribus, diebus sex, obiit IV Idus Junii sanctitatis plenus, bonisque operibus copiosus, *deberet morti ejus assignari annus æræ Christianæ* DXXVII. *In Historia Episcoporum Autissiodorensium, una cum dicti Herici libris vulgata a nostro Philippo Labbe, tomo* I *Bibliothecæ novæ, cap.* 10 *etiam dicitur* Censurius sedisse annos

Tempus Sedis ex Herico et aliis perperam collectum,

triginta

A triginta et octo, menses quinque, dies sex : fuisse autem temporibus Felicis, *scilicet* III, Gelasii, Anastasii, Symmachi atque Hormisdæ, Romanorum Pontificum Imperantibus Anastasio et Justino Seniore. *Hæc ibi. Ex Pontificibus jam nominati*, Felix III *vixit usque ad annum* CCCCXCII, *uti ad Acta ejus deduximus* XXV *Februarii : post Hormisdam vero insuper addi ex hoc calculo posset Pontificatus* S. Joannis, *quem ab eo administratum ab anno* DXXIII *ad annum* DXXVI, *diximus ad ejus Vitam* XXVII *Maji, quo obiit. At vero Imperium sumpsit* Anastasius *anno* CCCCXCI, *mortuo tunc Zenone, quo imperante fuisset* S. Censurius *in Episcopum ordinatus. Anastasio subrogatus* Justinus *ad annum usque* DXXVII *vixit.*

quasi usque ad ann. 527 vixisset,

3 *Tali interim relationi obest subscriptio Episcoporum, qui interfuerunt Concilio Aurelianensi primo, quod anno* DXIII *aut sequenti habitum arbitramur : huic enim subscripsit* Theodosius, Episcopus Autissiodorensis : *atque interim, in Historia Episcoporum Autissiodorensium supra indicata, dicitur post obitum Censurii* civitas fuisse sine Episcopo anno uno mensibus duobus ; *et dein* Ursus XI Episcopus sedisse annos sex, menses sex ; *et tum* Theodosius XII Episcopus sedisse annos octo, temporibus Bonifacii II, Joannis II, et Aga-

B peti, *quorum primus sedere cœpit anno* DXXX ; *et dicitur* interfuisse Concilio Episcoporum, ex jussu Chlodovei, apud Aurelianensem civitatem. *Hinc colligimus eum computum annorum non subsistere, et esse σφάλματα aut in annis* XXX *assignatis* S. Allodio, *aut in annis* XXXVIII *tributis* S. Censurio, *aut in utrisque; et hunc obiisse circa annum quingentesimum. Ita etiam, omisso S. Fraterno,* S. Censurium proxime post S. Allodium secutum *perperam scripsit Saussayus, in Martyrologio Gallicano : die autem* XXIX *Septembris* S. Fraternum, *cui dictus dies sacer est, S. Allodi suffectum scribit. In antiquis Breviariis Autissiodorensibus nullum Chronologiæ definiendæ confertur subsidium, eo quod omnia de Communi Confessoris et Pontificis recitanda præscribantur*

qui circa annum 500 decessit.

4 *Hericus porro præcitatus,* Cum Censurius, *inquit,* Ecclesiastici primatus polleret dignitate, Constantius Lugduni impense doctissimus, impulsu vel precibus S. Patientis, ejus tunc urbis Episcopi, librum de vita et virtutibus S. Germani, mira, sententiarum elegantia, copiosoque delectu verborum, excellentissime edidit... Opus sane confectum operosaque apud se diu retextum diligentia, obtentu prænominati S. Censurii, Autissiodorensi postmodum direxit Ecclesiæ, ipso auctore longius promulgandum. *Eidem vero hanc præposuit epistolam :* Domino beatissimo, et mihi Apostolico honore venerabili, Censurio Papæ, Constantinus peccator. Prima mihi cura est, pudorem conscientiæ humilis custodire : cujus cancellos si in aliquo forte transgredior, jubentum magis culpa quam mea est. Itaque ut vitam gestaque beatissimi Germani Episcopi vel ex parte perstringerem, Fratris vestri sancti Antistitis fecit auctoritas : cujus præceptioni, si non ut debui, ut potui tamen,

Constantius Vitam S. Germani inscripsit S. Censurio

parui. Cumque obedientia mea ad Beatitudinis vestræ notitiam pervenisset, ut iterato in temeritatem prorumperem, præcepistis; jubendo, in paginula, quæ adhuc intra secreti vicinia tenebatur, longius me auctore procederet, essemque ipse reatus mei quodammodo accusator et proditor. Manifeste enim condemnatio in me manebit, si verborum meorum abjectio doctorum afferatur auditui. Rejecto itaque pudoris velamine, obtemperans jussioni, transmisi vobis impensæ devotionis obsequium; pro fiducia caritatis deposcens, ut dupliici me favore tueamini, quatenus et legentium examen evadam, et ministerium meum per intercessionem vestram Domini mei S. Germani sensibus intimetur. *Hæc ibi.* D

AUCTORE G. H.

5 *Denique idem supra laudatus Hericus, libro* 2 *cap.* 15 ; Postquam, *inquit*, sapientum sententia optimum factu judicatum est, ut Martyrum Reliquiæ, nec non et corpora beatorum Pontificum Altissiodorensium, olim in ipsa ecclesia tumulata, transferrentur in cryptas, et circa corpus beatissimi Germani præcipua officii diligentia conderentur..... factum est, ut sinistrum, id est Septemtrionale, gloriosi Martyris Tiburtii pignora occuparent, subjunctis quinque Pontificum corporibus venerandis ; hoc E est, S. Fraterni Episcopi et Martyris, Censurii, Gregorii, Desiderii ac Lupi. *Hæc ibi. Coluntur* Gregorius XIX *Decembris, et* Desiderius XXVII *Octobris. At* Lupus Episcopus cum Crotechilde Regina venerabili illuc devenit, et suo præventus fine, ibidem sepultus est. *Nos an.* MDCLXII *fuimus Autissiodori, et magno pietatis sensu dictam cryptam lustravimus, ipsaque Sanctorum corpora fuimus venerati.*

Corpus translatum ad cryptam.

6 *Sidonius Apollinaris, Episcopus Arvernorum scripsit S. Censurio epistolam* 10 *lib.* 6, *quam, ut persecutio Gothorum intelligatur, subjungimus; et est hujusmodi :* Gerulum litterarum Levitici Ordinis honestat officium. Hic cum familia sua deprædationis Gothicæ turbinem vitans, in territorium vestrum delatus est, ipso ut sic dixerim, pondere fugæ. Ubi in re Ecclesiæ, cui Sanctitas tua præsidet, parvam sementem semiconfecto cespiti advena jejunus injecit ; cujus ex solido colligendo fieri sibi copiam exorat. Quem si domesticis fidei deputata humanitate foveatis, id est, ut debitum glebæ canonem non petatis, tantum lucelli præstitum sibi computat peregrini hominis ut census, sic animus angustus, acsi in patrio solo rusticaretur. Huic si legitimam, ut mos est, solutionem perexiguæ segetis indulseas, tamquam opipare viaticatus, cum gratiarum actione F remeabit. Per quam si me stylo solitæ dignationis impartias, mihi fraternitatique istic sitæ pagina tua veluti polo lapsa reputabitur. Memor nostri esse dignare, Domine Papa. *Hactenus S. Sidonius, ad diem* XXIII *Aug. Martyrologio Romano inscriptus, Omitto Ruricii Episcopi Lemovicensis ad* Censurium *Epistolam, quia nihil peculiariter ad historiam spectans docere nos potest.*

epistola S. Sidonii ad Censurium.

DE

DE S. MAURINO ABBATE

MARTYRE COLONIÆ AGRIPPINÆ.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

G. .II

De corporis inventione ejusque historia.

X JUNII.

Colonia inter varias ecclesias

Inter præclara Catholicæ fidei monumenta, quæ Coloniam Agrippinam, ad Rhenum sitam urbem, illustrant, sunt antiquæ magnificæque Ecclesiæ : quarum præter Metropolitanam basilicam, primo Cleri sui nobilitate eminentem, sunt decem aliæ Collegiis Canonicorum adornatæ, atque ab his diversæ novemdecim, cum suis ad instructionem populi Parochis : tum monasteria utriusque sexus quamplurima, imprimisque Abbatia, sub SS. Pantaleonis, Cosmæ et Damiani patrocinio fundata, de qua Tabulæ dicti cœnobii sic loquuntur : Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXIV,

est S. Pantaleonis :

B Bruno, Ecclesiæ Coloniensis Archiepiscopus duodecimus, primique Ottonis Imperatoris germanus, monasterium S. Pantaleonis extra urbis mœnia fundavit ; Fratresque, in laude divina pervigiles, sub monastica Benedictina regula instituit : quibus Abbatem præposuit, Christianum nomine, suæ videlicet professionis phoronomum ; et in lege Domini, sicut hunc decuit ordinem, apprime eruditum. *Hæc aliaque Gelenius, lib. 3 de Magnitudine Coloniæ Agrippinæ syntagmate* 12.

2 *Ex istis* B. Bruno *vita functus est an.* DCCCCLXV, *die* XI *Octobris. Monasterium* Christianus *Abbas rexisse dicitur annis sex et triginta, mortuus* XXI *Martii anni primi supra millesimum : sub eoque dotatum cœnobium duplici thesauro, scilicet corporibus* S. Albini, et S. Maurini *Martyrum. Illud Roma a Theophanone Imperatrice apportatum fuit circa an.* DCCCCLXX, *uti latius deductum ad diem* XXII *hujus mensis Junii, adservaturque in hierotheca secunda.* Hierotheca autem tertia, *inquit, idem Gelenius,* est sarcophagus pretiosus ex argento, auro, et gemmis fabricatus ; qui complectitur ossa S. Maurini Abbatis et Martyris, cujus corpus repertum est sedente Volkmaro Archiepiscopo Coloniensi, an. DCCCCLXVI, XIII Octobris, cum nova basilica construeretur. Lapis vero, loculum S. Maurini claudens, hæc habebat incisa verba :

In hac corpus S. Maurini,

C Hic requiescunt ossa bonæ memoriæ Maurini Abbatis, qui in atrio ecclesiæ martyrium pertulit sub die quarto Idus Junii. *Utinam annus fuisset appositus, qui plane latet.*

Historia inventionis

3 *Historiam Inventionis* S. Maurini Abbatis et Martyris, *et miraculorum hac occasione patratorum, Stephanus Monachus S. Pantaleonis Abbati suo Christiano inscripsit ; et num.* 6 Videres, *inquit,* brachia nota ferri inscripta ; videres ossa passionis grandine quassa, et in toto corpore militaris animi cerneres signa. *Hinc moveri plurium pia curiositas posset ipsa videndi, quemadmodum in eadem ecclesia videtur sinitur Corpus S. Albini, pelle sua adhuc obductum. Certe ex ostensione utriusque corporis vix aliquid laboris æditup, nihil incommodi monasticæ quieti ac disciplinæ amplius oriretur, quam ex ostensione unius tantum. Cur igitur unum ostendant, non ostendant alterum, etiam rogantibus et unice cupientibus videre, ipsi rationem reddant magis firmam, quam nobis aliquando reddiderunt sacri thesauri Possessores. Redeo ad Historiam prænotatæ inventionis, quam damus ex editione Suriana, collatam ex aliqua parte MS. Passionalis Ecclesiæ majoris monasterii Eifliæ, quam ipsi anno* MDCLXVIII *ibidem reperimus.*

Memoria in Martyrologiis

4 *Memoria porro* S. Maurini Martyris apud Coloniam Agrippinam *inscripta est variis MSS. Martyrologiis sub nomine Usuardi, sed ad usum Ecclesiarum Germanicarum et Belgicarum auctis. Martyrologium, Coloniæ et Lubecæ an.* 1490 *excusum, primo loco ista habet :* Apud Coloniam Agrippinam passio S. Maurini Abbatis, qui in atrio ecclesiæ S. Pantaleonis pertulit martyrium, et ibidem corpus ejus habetur decenter, et ornate reconditum. *Secuti Grevenus, Maurolycus, Molanus, Galesinius, Canisius : item monastici, Wion, Dorganius, Menardus, Bucelinus cum hodierno Martyrologio Romano. Sed quod Baronius* F *in Notis arbitratur, de hoc* S. Maurino *agi a Trithemio lib. 3 de Viris illustribus Ordinis S. Benedicti cap.* 134, *non continuo probamus. Nam iste* Maurinus *aut* Marinus, *seu potius* Amarinus, *fuit* Abbas in Arvernia, *ibique cum S. Præjecto Episcopo Claromontano occisus, sepultus et templo est honoratus. Is a Trithemio dicitur claruisse an.* DCLXX, *ad quem annum a Carolo Stengelio in Monasteriologia sua (uti a Gelenio allegatur) statuitur passus* S. Maurinus *Coloniæ : forsan ut securius Ordini Benedictino adscriberetur. Prudentius Mabilio, ne quidem inter Prætermissos ejus voluit mentionem facere. Nam uti tempus quo vixit et passus est, ignoratur ; ita etiam cujus Ordinis Abbas possit censeri, prorsus nescitur.*

HISTORIA INVENTIONIS.

Auctore Stephano, Monacho S. Pantaleonis tunc vivente.

Prologus

Domino Christiano Stephanus exiguus. Imponis, Pater, mihi, quod ferre non possunt humeri. Maurinum præcipis laudare, et ejus opera stylo dare : quorum unum officium est Angelorum, alterum hominum sapientissimorum. Si Martyr invictus, in ore et mente bonorum omnium scriptus, litteras desiderat; habet Colonia Agrippina, secunda (si F dignatur dici) Roma, suos Gregorios, habet Hieronymos, quos supernæ civitatis decet scribere Consules. Sunt nihilominus sub alis tuis educati non pauci, qui indeficientem Nilum viderunt et biberunt, seque huic operi pares ostentant. Quid ergo mihi in silvam ferre ligna? Bruno, ille nobilis filius *a* Columbæ, sacrarium sapientiæ, te invenit, in quo complacuit animæ suæ Compertum quantum præstitistis seculo, cari invicem et noti, et in verbis prudentiæ sæpe admirati. Tui ergo et prædictorum officii est Cœlitum merita tractare, quibus invidiam promereri est facile, nisi forte admirabili sapientia animi tui hoc Maurino miraculum addere decrevisti, ut ei hominis organo jumentum Balaam deserviat. Pareo, hac conditione interposita, ut supremam manum imponas operi, et titulum tuo dedices nomini.

2 Summa et vel unica salus est ægris mortalibus, quod electos suos ita Christus cœlis divisit et terris, ut spiritus, cœlesti habitatione dignos, superis admitteret; et terræ terrena permitteret. Non enim Beatorum spiritus sui hominis penitus deserunt

A runt exuvias, arma scilicet suæ militiæ, in quibus de antiquo triumphaverunt serpente. Isti etenim, isti sunt inclyti propugnatores tui, o redempta Christi cruore Ecclesia : isti stant pro filiis tuis, ne eos baratro oris absorbeant toto aere vagantes spirituum corruptores. Quando enim per te armatis dolo et igni resisteres adversariis, quæ in propria carne ægre imperium agis? Sed emeriti testes Christi Angelorum cives, immo Consules pro meritis creati, etiam nunc iniquitatis satellites per te expugnant, quos per se vicerant. Hi reos Deo conciliant, orbem portant, tartara spoliant, ut Angelorum numerum expleant, et muros Hierusalem extruant. Hoc indefesse Joannes, Ephesi; hoc Andreas b, hoc Protomartyr Stephanus, Byzantii; hoc Petrus et Paulus, Romæ; et in toto pene terrarum orbe, hoc singuli Sanctorum in sua sorte gratum Deo sacrificium faciunt.

Inter Sanctos, Ecclesiæ propugnatores,

3 Habemus et nos in oculis hujus rei testem idoneum Maurinum, Deo et Angelis carum, cujus hodie passio cœlos glorioso martyrio ornat, et reis veniam donat. Qui sub signis fidei ad sanguinem usque devotus, in die sui certaminis nil minus a magnis egit Martyribus, qui caput draconis antiqui, et nequitiæ ejus satellites Decios detriverant et Nerones. Egregia namque vicissitudine, mortuo pro se Domino, mortis triumphum obtulit; purpuratusque proprii sanguinis ostro, stolam suam dealbavit in sanguine Agni : in cujus nunc comitatu quocumque ierit hærens, securus sui, suis proventum poscit salutis. Hujus gratuita Deus clementia nobis causidici scutum obtendit, hujus nos pretiosissimis membrorum gemmis ditavit. Nisi multum nos abjicimus, semper eum nobis præsentem sperare debemus; sed præsertim in hac die solemnitatis et lætitiæ suæ. Hunc, inquam, diem lætitiæ ejus dixerim, in qua familiarius Regi suo Dux magnanimus militare cœpit, mutato militari cingulo, non deposito. Digna Domini mei laude hanc diem sacremus, et prono utriusque hominis obsequio honoremus. Egregium nobis sit Angelorum participare officio. Eis de nostri hodie Patroni gloria gratulantibus gaudia nostra conferamus, immo gaudia eorum geminare ambiamus, et de peccatorum nostrorum tumulis resurgamus : quodam modo enim de sepulcris vitiorum resurgimus, cum Deum manibus exquirimus, et Sanctorum laudibus animum intendimus. Hunc per David, familiare sibi organum, Spiritus sanctus; Laudate, inquit, Dominum in Sanctis ejus. Et in his proque C mundalibus regnis, quorum Rege sua diguantur amicitia, si quod in spem gratiæ suorum Principum militaverit bellum, nostis quanta dulcedo, quanta Regum super eo sit oblectatio audire, quantus in clypeum assurgat, quanta vi torqueat hastam, et quanto ipsius vitæ periculo caput objectet gladio.

est Maurinus Mart.

Ps. 150

4 In gloriam ergo Maurini, nobilissimi agonothetæ et victoriosissimi, aliquid et nos resonemus, dulce Deo, gratum cœlo. Sed cinis et pulvis quid feret dignum amico Dei excelsi, cui hymnidici Superorum famulantur chori? Parum est, si eum fortiter Dominica bella bellasse dicimus : ter enim quaterque victor exstitit, qui non modo cum purpureis tyrannis in liter erupit; sed seculo altior, in ipsum hujus mundi principem, in ipsum, ut sic dictum sit, gigantem, cœlis bella minitantem, giganteo robore arma commovit, vitam morte possedit, mortuus palmam et spolia de hoste tulit. Parum est, si in eo patricii sanguinis stemma recensemus : major ei nobilitas est, confratrem esse Martyrum, cohæredem Apostolorum, et socium Angelorum. Quod si de vitæ ejus merito agitur, inferius erit quodcumque dici poterit; nisi, quod vere probatur,

victor illustris

gloriosus Dei amicus et pretiosissimus filius. Et quia D conducit filio similari ad patrem, pissimus Dominus nativæ pietatis suum Maurinum ornavit insigni : in quo quisquis spem suam constituit, novit ocius c quantæ misericordiæ balsamis affluat; novit quam præsens exauditor, quam propitius sit interventor : horumque attestatione, quanti stet Altissimo, facile cognitum est. Verum taceat interim lingua carnis supercœlestem gloriam Martyris, quam nec oculus vidit, nec auris audivit : et saltem qualiter inventum sit ejus sacratissimum corpus, diei gaudio ad memoriam revocemus. Peracto beato agonis sui triumpho, egregius Dei athleta Maurinus d, loculo tumuli cœlo tantum notum, et Angelici tantum obsequii reverentia veneratum, habitavit usque ad incarnati Verbi annum nongentesimum sexagesimum sextum, agente tunc in sceptris e primo Ottone.

Ex MSS.

Esa. 64

corpus sepulti, coloniæ,

5 Cesserat abhinc anno humanis officiis ejusdem Principis divus frater Bruno Archiantistes, et mutata vita, Christo suo f Dominante captabat præmia : qui corpore extra muros g urbis, secundum desiderium cordis sui, reconditus in oratoriolo sanctorum Pantaleonis, Cosmæ et Damiani, Medicorum Dei, locum quem vivens coluit, mortuus ornavit. Erat autem oratoriolum, pro tenera novellæ conversationis infantia, angustum et magnis meritis magni Præsulis impar. Ruit ergo solo tenus, passione divinæ potentiæ effectu, sine inhibitationum discrimine, sine familiaris rei damno, et sui ruina occasionem editioris fabricæ præbuit. Cœli quoque inopinas dederunt copias, proventuro operi thesaurum inexhaustum, gemmam diadematis Domini, curam sui et Angelici populi. Nam quia non potuit latere sub modio lucerna ardens coram Domino, dum ponendo fundamento terra effoditur, loculus (Gloria tibi Christe) Maurini Martyris invenitur, qui Brunoni manum conferret, et in altero latere Pantaleoni astaret. Folcmarus ergo, dignus Deo, dignus Brunoni Sacerdotio successor, vocatus adfuit cœlestis doni arbiter, cœlestium exequiarum minister. Ac primo pervidetur lapis, loculum claudens; inscriptus Martyris nomine, et officio, et Martyrii ejus die et loco; Hic requiescunt ossa bonæ memoriæ Maurini Abbatis, qui in atrio Ecclesiæ martyrium pertulit, sub die quarto Idus Junii.

post S. Brunonis obitum

E

inventum loculus

6 Aperto lapide, lignea ferro evincta invenitur arcula, canæ indicans priscæ passionis tempora. Tota omnibus portis civitas, ad spectaculum illud Angelicum, non potest dici quam pio ruit affectu : Clerus et Sanctimonialium se dedit chorus. Sanctæ autem memoriæ Antistes, cum reverentiæ obsequia et orationum prælibasset solemnia, spe et sancto plenus timore, Reliquias, virtutum et melodiæ sonos, detexit; et ostenso in terris Angelorum cive, populum Dei gaudio et gaudii lacrymis satiavit. Renovantur antiqua miracula, hauritur odor, quo delectos suos Dominus testatur : putares balsamis venerandi ossa fluere. Vincitur sermo miraculo : minus est omne quod dico : sed quia hodierna agitis gaudia, in æternum eadem vos satiari contingat fragrantia. Jam vero quis, non dicam, expediet, sed digne miretur ipsorum pulchram gloriam ossium? Pulchro nunque corporis indumento quanta sit spiritus pulchritudo et munditia, compertum est. Videres brachia, nota ferri inscripta; videres ossa, passionis gravitudine quassa; et in toto corpore militaris animi cerneres signa. Velent Ducum aut Regum cadavera byssus g, linum, aut purpura contendens violis, aut detorti h pondera auri. Quid sunt autem hæc ad Maurini collata gloriam? Byssus et purpura, vermium est esca : Maurini cicatrices et vulnera, sunt immortalitatis signa.

F

unde hauritur odor suavis;

apparent in ossibus vulnerum signa

7 Hic quædam, Reginildis nomine, sanctimonialis

A lis femina, cum Maria Magdalena prima ad sepulcrum *i* reperta, viventem spiritum in mortuis ossibus invenit et nuntiavit. Hæc in monasterio ancillarum *k* Christi, extra urbis muros sito, merito et officio nota, diutino capitis incommodo, auditus munere cassata est, simul et oculorum lumine pene privata: circa quam cum omnia medicorum defecissent adjutoria, se, desperatione recuperandi, socordiæque, mœroris habitu offudit. Jam ferme biennio invaluit dolor, et ut dicitur, juxta statum capitis, status totius erat corporis. Quamvis autem esset destituta viribus corporis, imbecilles sustentata artus, media in se populi, baculo sancti desiderii prævio, ad Sancti usque bustum injecit se humi; tacitas preces cœlo fudit, et Martyri libam *l* fecit lumine cordis. Cumque, quem mente videbat, carnis oculis, quos pene amiserat, intueri desideraret, et caput lectulo Martyris reclinaret; utriusque auris meatibus sanguinem fluxit, et fidei pretio visus et auditus munia redemit; mox animisque, Officio quod agebatur, jubilavit; et quotquot Angelico illi spectaculo intererant, in fide subrexit.

Ad ejus conspectum auditus et visus recipatur.

8 Sanctæ autem memoriæ *m* Gero, post datus Episcopus dignus Deo, secundo loco beati Martyris B meritum agnovit et prædicavit. Cum enim, astante Folcmaro Præsule, delectæ secundi *n* ordinis personæ, pretiosas sancti corporis margaritas, vino ex devotione baptizatas, novo ordinarent repositorio; officiosa se sedulitate admiscuit, et egregie audax, uno Martyrem dente mutilavit. Mira dicturus sum. Mox in ipsa manu, rapti teste, pœnas dedit, et invisibili igne non ardens arsit. Agnovit eruditus animus cœlestem animadversionem, quam solus sensit, sed videre ipse non potuit. Quid ageret? Libenter pignus retineret; sed pœnam sustinens, etiam animo majorum expectatione, fortius, nisi reddidisset, torquebatur. Deducuntur interim pignora Sancti, comitante populo arcam Domini, in voce exultationis et confessionis epulante. Præerat tunc monasterio sanctæ Mariæ Dominæ nostræ, quod *o* dicitur Novum, venerabilis Wilvereda, Virginum Dei Mater et Abbatissa, quæ huic spectaculo intererat, et Psalmorum cantica in codice recitabat. Hanc Gero accivit, et cum reverentia in libro sanctum dentem deposuit, complacuitque Martyri quies in acerra thuris Davidici: factumque est unum idemque momentum, dentem posuisse et passionem: demonstrastique, Jesu bone, quanta Martyrem tuum diligentia velis tractari, hujusque rei pretium esse a C gehenna liberari. Posita sunt autem debito fidelium honore ossa beatissimi Maurini in oratorio S. Benedicti, sub *p* die tertio Idus Octobris *q*.

ob dentem ablatum manus aret, dum restitueretur.

Depositio fit 13 Octobr.

9 Magnis majora, gloriosis succedunt gloriosiora. Thiedo *r*, post datus Episcopus, tunc in monasterio *s* S. Severini Custodis officium administrabat. Is non dissimili devotionis affectu, de sancti Martyris quod occurrit, latenter tulit, sibi suisque domi profuturum. Cum jam nox esset, in familiariori loco posuit. Ecce in diluculum, cum locus ipse, tum proxima quæque tantæ suavitatis completa sunt fragrantia, ut evidens esset, cœlos eam distillasse gloriam. Res nova, miraculum illustre. Ingredientes et egredientes cœlesti communicantur beneficio, sed latet causa: quod in Maurino Deus operatur, sentitur, nil tamen ipsius ibi scitur. Libet et hic paululum immorari, et in miraculo aliud miraculum demirari. Usum hic cum natura odor perdidit: nam cum subito processerit, post duas aut tres horas more solito non recessit, nec cum integro die ætatem æquavit; sed fere septem solibus sine exemplo senuit. De agris, de plateis curritur; irruit alter post alterum, facturi quique per seipsos insolitæ novitatis fidem. Rumor et odor vero nituntur, causa neque etiam opinatur: datur D tandem gloria Deo, gloria Martyri. Res namque nobilior de commisso redditur: Thiedo aperuit verbum, emissum a Patri monasterii, in cujus tuitione est Martyr: alter post alterum, quisque notum quasi novum nuntiat. Is (sicut est divini timoris et amoris apprime scientia eruditus) sciens quia omnia quæcumque voluit Dominus fecit; animum fidei dedit, et totius animi organis Alleluia sonuit. Placuit tamen ei duos suæ congregationis Fratres mittere, quatenus et eos in cultum Sancti excitaret, et filiorum relatione suum suorumque animos indulcaret. Profecti ergo, non solum ut dicta eis sunt invenerunt; sed secum Fratribus non modicas odoris detulere reliquias. Putares ipsos afflictos *t*, et secum quoquo ibant circumferre aromata. Venerabilis autem monasterii Rector, magnitudine gaudii et dulcedine animi demum attractus, descendit, divino animum nectare pavit, et grata vicissitudine thura laudis Deo litavit. Folcmarus quoque reverendus Antistes, et ipse adveniens, rumorem auxit, et honorem ampliavit; sanctas namque cum suo odore Reliquias in altario B. Severini locavit; et junctos in cœlo, in terris sociavit.

ex alio dente subrepto emanans odor, ad plures dies perseverat, imo et recedentes sequitur: quare dens ille in altari ponitur;

10 In semetipso quoque idem Antistes expertus est, quanti sit apud Deum meriti Maurinus emeritus E miles. Superveniente namque sacratissima Paschalis gaudii solemnitate, vehementi oculorum dolore cœpit fatigari. Vir autem venerandus, flagello divinæ admonitionis æquo quidem animo membra substravit; sed mœrore amplius deficiebat, ne forte nobilis Colonia sine Episcopali officio sanctum perageret Pascha. Quinta autem feria, quam Indulgentiæ diem nominant, vix magno imbecilli hominis et devoti animi conflictu Pontificalia administravit, et usque ad lectum languor invaluit. Sed dum Maurinum animo reducit, consilium Præsul invenit. Denique Patrem monastetii, in quo martyrium Sancti floret, secreto accivit, cui languoris sui inclementiam paucis aperuit: Semper quidem, inquit, Christiano animo divina desideranda est correptio, quæ semper filiis fit in salutem: caro enim attrita conscientiam purgat, spiritum emaculat. Ecce devotus porto flagellum, quod misit Dominus: sed vides quantus populosæ civitatis in ecclesia concursus, vides quantos de remotissimis etiam regionibus festivitate invitante confluxerit populus, quos omnes in judicium mei sine fructu laboris, sine exhortatione sermonis, sine viatico benedictionis, in sua dimitto. Nascitur tamen mihi quædam securitas, quod si quid de memoria S. Maurini ad me delatum fuerit; F mihi quoque, quam omnibus impendit, misericordiam non denegabit. Tum discessum est. Die autem facto, qui Dominica passione colebatur illustris, dentem beati Martyris ægrotanti præfatus Abbas ad lectum mittit Antistitis. Comitatur sanctum pignus cœlestis medelæ munus. Nuntiatis enim Monachis, assurgit Sacerdos venienti in suo pignore Martyri, quasi audiens, Surge et ambula. Depressis alta reverentia luminibus dentem admovit; et quod mulier Evangelica tactu fimbriarum Domini accepit, se accepisse exultavit. Matth. 9. Subito enim dolor omnis fugiebat, ante Sanctum stare non poterat. Sic, inclite Martyr, Ecclesiæ Episcopum perdonasti, et Regis tui Pascha honorasti. Die autem sancti Paschæ, cum inter Missarum solennia, pro jucunditate festi, Præsul verbum faceret; sermonis ductu ad salutis suæ migravit auspicem. Stupentibus cunctis, quibusdam vero gaudentibus, Maurinum vere sanctum, Deo carum, quæcumque voluerit impetrare a Deo *u* omnipotenti, libera voce pronuntiavit: morbi sui inclementiam, sed in adventu Sancti subitam edocet fugam: Pontificali deinde statuit edicto

Archiepisc. dolore oculorum afflictus, accepto alio dente sanatur,

et festum Sancti jubet celebrari,

cto, ut dies Passionis ejus honorabilis celebrisque inter nobiles anni festivitates numeretur. Similitudo autem quædam dubii animi Thomæ sanctissimi Meginhero cuidam, nomine et officio nota, oborta est; quod scilicet Martyr et nomine esset obscurus; et, excepto Epitaphii verbo, scripturæ testimonio careret. Pontifex autem, testis sui, sententiam fixit; quippe *x* dentem sanctum, curatorem suum, dum advixit ita coluit, ut in modico pignore totum se Martyrem habere confideret.

In magna siccitate, post varias preces,

11 Interea siccitatis flagello universa laborabat regio. Ad nota ergo præsidia sancta confugit Colonia, precibusque et sacrificiis instabat iniqui sereni redimere malitiam. Procedebant Litaniæ, exibat Clerus, prodibat Sanctimonialium chorus, et longa populorum examina sanctæ Crucis vexilla et sanctorum Martyrum deducebant suffragia. Sed divina sententia, forte quia fidem et patientiam in populo suo quæsivit, spatio duorum fere mensium pluviam suspendit. Erat autem videre, morti *y* proventuram spem anni: squalebant arva pulvere, et flavi fulci ad aquas hiabant. Superveniente autem sacratissima B. Maurini passionis die, ecclesiæ beatæ memoriæ Dei Genitricis et semper Virginis, et sanctissimi cœlorum Clavigeri *z*, Senatorius Clerus, et diversæ conditionis populus, duce Meginhero *α* (nam Episcopus aberat) ad memoriam Sancti cum Litaniis descendit. Denique, promptus jam dubium ponere animum, pro angustia temporis, idem Meginherus ad martyrium populo Missas facit.

instituta denique Sancti festo processione,

Ventum est ad sermonis sui ordinem: convenientia pro tribulatione dicta sunt. Cumque sermonis virtute cor populi erigeret, hæc ita subintulit: Ecce, inquit, misit Dominus verbum in terra, quod non viderunt patres nostri. Ecce enim populosa civitas, iterum atque iterum, ad deprecandam faciem Domini, mittit senes et juvenes, mittit pueros et virgines, cœtusque infantium et lactentium nitidos, omnem Clerum et universum populum, et non est qui exaudiatur. Et quæ est sub nostro sole civitas, hac nostra locupletior Sanctorum? Ubi Apostolorum patrocinia sic præsentia? Ubi tot in unis cubilibus Martyrum millia, et tot aureæ Virginum agmina? Ubi sic præsentes Confessores et Episcopi, qui genuerunt hunc populum Domini? Apud quos rugiebant dæmones, quorum præsentiam portare non poterant, nos pro anima et patria supplicantes audire dissimulant. Sitit dura tellus, languet omnis regio, et juxta Hieremiam non recordatur Dominus scabelli pedum suorum, in ira furoris sui. O invicta Domini castra, armate animos perseverantia, et experimini vim facere clauso cœlo. Erigere in fide milites Dei; et nubem, ne transeat oratio, oppositam, vel Maurino scinde Patrono. Si hunc Dominus fatiscenti revelavit subsidium seculo, donet hodie hanc nobis quidem misericordiam, Martyri autem suo gloriam; ut sicut hodie pro se hic Martyr sanguinem suum fudit, ita pro eo terris benedictionem pluviæ Dominus fundat. Dixit, et salutarem Hostiam immolatum ascendit. Et ecce, in serenissimo aere Elias noster nubila contraxit, tonitru omne cœlum mugiit; sicque largissimam pluviam dedit, ut per aliquot horarum spatium, qui convenerant, extra locum exire non possent: sicque unius dubitatio *β* salus facta est patriæ. Mira dicturus sum. Multis postea annis jussi sunt cœli legem pati, et annuam cursum observare hujus diei, ut annua pluvia hoc tanti beneficium signi ad memoriam revocarent: unde et Martyrem vulgus nominant sanctum Pluvialem, nos autem, æterna misericordia dicimus Liberalem.

Thren 2

magna pluvia impetratur, eaque annua:

12 Quia cœpi, loquar opera Domini. Puero cuidam morbus, quem dicunt varicum, densa visum caligine obnubit, et oculorum munus extinxit. Fluxerat decem annorum orbita, cum quadam die data manu puellæ, quæ ei dux erat et oculus, ad memoriam S. Maurini pervenit. Aliquamdiu oratum est. Tum puella, quæ orbati, ut dictum est, gressus regebat, humi fusum tetigit; surgat et abeat præcipit. Tu, inquit ille, abeas; viam, quam solveris, carpas: mihi, opitulatione hujus piissimi Patris, oculi, familiarissimi viæ collati sunt duces. Surgens autem, ex scissione caliginis, genas gutta sanguinis apparuit cruentatus; videntes videns, et viæ ducem ulterius non requirens: Coloniæ natus et educatus, facie sed et genere notus, cognatos et affines gaudio, et totam civitatem miraculo, et Martyris complevit præconio.

ex his cæcus recipit lumen,

13 *γ* Theusburg nomen est villæ. Hic ante aliquot annos inguinaria, Dei permissu, debacchata est pestis, et non paucos inopina morte soporavit. Inter alios Presbyterum, ecclesiæ provisorem, morbus invadit: qui hoc consilio mortem distulit. Qui se familiarius curabant, rogat ut amicorum et parentum subvectione Coloniam veniat. Ad memoriam, inquit, Martyris, qui ibi recens revelatus, signorum virtute coruscat. Visa sunt verba hæc amentis et deliri, quia toto fere homine mortuum attendebant. Cumque ante oculos et ejus vires, et usitata subinde tum subtractorum ab hac luce ponerent exempla, quasi in sepulcro eum videbant. Is autem confortatus fide, de lecto se super baculum dedit; et stupentibus cunctis, pedem trahere post pedem tentabat. Evidenter hic emicuit, quia sicut Agnus ubique est, ita et qui Agnum quocumque ierit sequuntur; ubique, fideliter invocati, opitulatione præsentes sunt. Nam qui de lecto fere mortuus descendit, mox ad quem tendit sibi adesse Martyrem sentit: quoque ulterius processit, eo amplius viribus valuit, et sicut ignis fervore amplius calescit, qui vicinus accedit; ita dum civitati appropiat, clementius ægrotat. Ubi autem ad memoriam Sancti ventum et oratum est; et sibi et omnibus, in præfata villa eodem morbo laborantibus, integerrimam sanitatem fidei auro obtinuit.

curatur pestis inguinaria,

14 Longum est ire per singula, quomodo virtutibus justus ut palma floreat. Sed ecce, dum qui prope et qui longe sunt, inter nos fontem salutis hauriunt; [illegible] ægrotamus. Loco patris et medici nobis Dominus Maurinum suum perdonavit filium, quem sibi genuit Sponsa, Formosa sua, Columba sua, quam sibi vitæ pretio redemit, et in sanguine suo lavit. Si lepra conscientiæ prurit animus, si cœlum libero intuitu non respicit oculus, si in via justitiæ cursum stupens impedit nervus, si avaritia venarum fila contrahit in manibus, a patre medico filius medelam parvo merebitur: immo tuus filius eris, si mederi quæsieris. Numquam dignatus est contemnere: imperio morbos exturbat, vulnera oratione lavit, meritis fata sanat: Cum Elia clausum cœlum in pluvias solvit, cum Eliseo ignem cœlo non mittit, sed [illegible] sum] mitior extinguit. Sicut ipse Prophetarum Dominus fimbriis, sic iste languores pellit Reliquiis. Petrus in plateis ejectos umbra suscitat; Maurinus longe positum, tenui fama tantum, de lecto desperatum, in viam salutis excitat. Cum Paulo caecis lumine vestit, cum Stephano ad tumulum suorum aures aperit. Non longum est, quod dicam. Gereonem quemdam, Sacerdotio et Officio clarum, tam gravissimus languor perculit, ut vita in extremo membris palpitaret. Jam et pollices, jam lingua ligabatur; cum puerum cum argento ad nostrum medicum mittit, et ut pro se celeriter et fideliter faciat, membris morientibus exposcit. Ivit, rediit: et dominum, paulo ante cum morte agentem, in lecto residentem invenit et comedentem.

varia patrantur miracula:

si aliis modis [illegible],

15

Ex MS. deprecatur subsidium Sancti.

A 15 Hic et item ei similes medici præcantare animas noverunt, ne juxta Joannem, divini pectoris potatorem, calicem iræ Dei bibant, ut crucientur igne et sulphure in conspectu Angelorum sanctorum, et in conspectu Agni, et fumus tormentorum ascendat [δ] in secula seculorum. Hæc hodie Maurinus securus evasit, et in supernam civitatem laureatus intravit : in civitate autem patris debentur filiis jura hereditatis. Age ergo nunc, Pater inclite, Pater pie, age cum judicibus seculi causas nostras : ut et in terris digne te veneremur, et ibi quandoque desideratam tuam faciem contemplemur, ubi epularis et cum Angelis delectaris gloria et aspectu Agni, qui vivit et regnat in secula seculorum. Amen.

ANNOTATA D. P.

a Columbæ filium *dici puto* Brunonem, *quatenus* Columba *designat Spiritum sanctum, vel (ut infra num. 14) Ecclesiam Catholicam.*

b *Vel nescivit, vel non credidit Auctor, tam Romanos quam Venetos prætendere corpus* S. Stephani *pridem ad se Constantinopoli allatum esse. Brachium etiam et caput S. Andreæ indidem allatum habet Ro-* B *ma, nec scio an probari possit plus fuisse Constantinopoli : licebit id examinare ad* 30 *Novembris.*

c *Surius,* totus; *quod commodum sensum non facit.*

d *Idem,* locus *etc. cum sensus exigat ubique accusativum.*

e *Obierat* Otto I, *ideo hic* Divus *dictus (quamvis ab initio moris, per Gentiles inducti, fuerit, ut Augusti Cæsaresque etiamnum viventes* Divi *agnominarentur) obierat, inquam,* Otto I *anno* 975.

f Christorum Domini, *id est,* Sanctorum Pontificum.

g *Nunc intra muros est* S. Pantaleonis *monasterium, iis una cum aliis pluribus inclusum circa annum* 1168, *a Philippo Heinsbergio Archiepiscopo, post allata Coloniam Sanctorum trium Magorum corpora : quod non sine notabili damno monasterii factum queruntur tabulæ MSS. ipsius loci.*

h *MS. Eyst.* decora pondera auri ; *sed melius hic exprimitur,* pannus *auro textus.*

i *Ita scribo pro* respecta, *quod sensum non facit.*

k *Est e regione monasterii S. Pantaleonis vetustissimæ fabricæ ecclesia S. Mariæ Magdalenæ, quæ nunc Albarum Dominarum dicitur, a Canonissis Regulari-* C *bus S. Augustini ipsam tenentibus : cum autem hæc scriberentur potuit fuisse Benedictinarum, sub directione Benedictinorum. Atque hinc fortassis factum est, ut ibi habeatur (teste Gelenio de magnitudine Coloniæ Agrippinæ, pag.* 554.) Caput S. Maurini *vel* Marini Martyris. *Id nunc quidem dicitur esse* Episcopi Mediolanensis, *cum S. Ursula advecti ; quod suspectum de fabulositate merito est) revera autem* Abbatis, *credi potest, quamdiu hoc adhuc esse ad Pantaleonem reipsa non demonstratur. Interim verosimile fit, Sanctimonialem hic nominatam, ex vicino quod dirutum sit Parthenone fuisse.*

l *MS. Eist.* lumine fidei ; Libam *autem pro* libamine, *ex græco* λοιβή *sub Carolo Crasso usurpavit sec.* 9 *Joannes Scotus, hoc semi-Græco versu in Areopa-* D *giticis :*

Hanc libam, sacro Græcorum nectare fartam,
Advena Joannes spendo (*offero*) meo Carolo.

m Gero *successit Folcmaro anno* 968, *mortuus anno* 976, 28 *Junii. Gelenius loco plus uno Sanctum vocat, et inter festa Metropolitanæ ecclesiæ ejus obitum notat, quare de eo aliquid dicendum inter Prætermissos ibidem.*

n Secundi Ordinis personæ *intelligi possunt* Diaconi; *nisi* Presbyteros *malis, proximum ab Episcopis et Abbatibus locum tenentes.*

o *Varia sunt Coloniæ monasteria sub titulo* S. Mariæ, *etiam Sanctimonialium : quorum unum,* Hortus S. Mariæ *dictum, Cisterciensis quidem Ordinis est, fuitque forsitan a tempore S. Engelberti, ut notat Gelenius ; sed non potuit fuisse ædificatum ab eo, quandoquidem mox illo mortuo, ipsum commendetur, ut multæ reparationis egens ac vetustate fatiscens. Magis tamen placet hic intelligere nobilem* S. Mariæ in Capitolio *Abbatiam, a Plectrude Pippini Herstallii extructam. Est certe hæc monasterio S. Pantaleonis vicina satis : et seculo forsitan* 10 *renovata, cognominabatur* Nova.

p *Is est* dies 13 Octobris, *quando primo loco celebratur hæc Inventio in Martyrologio Coloniæ et Lubecæ, anno* 1490 *excuso, ut supra dictum.* E

q *Hic finit MS. Eystiense, addita communi formula,* ad laudem et gloriam Domini, cui est honor et imperium in secula seculorum. Amen.

r Thiedo post datus Episcopus, *uti ante de Gerone, non tamen sanctæ memoriæ, sed qui, cum scriberet auctor, videtur fuisse Episcopus : an Coloniæ? Id nimis diceres : deest interim in Catalogis.* B. Geroni *successit Varinus : at hic dicitur excessisse anno* 985 *die* 21 *Septembris. Quid si huic subrogetur* Thiedo, *ac dicatur sedisse usque ad annum circiter* 993 *; tunc vero primum Evergerus successerit? viris apud Colonienses eruditis hoc examinandum proponimus.*

s *Wigfridus, decessor B. Brunonis, anno* 948 *dotem* monasterio S. Severini *assignat apud Gelenium lib.* 3 *Syntag.* 3, *ubi de Ecclesia collegiata S. Severini agit : Novum autem non est Canonicorum communiter habitantium collegium,* monasterium *dici.*

t *Ita legendum suadet sensus : Surius habet,* affectus, *et dubitat, an non potius legi debeat,* affectos.

u *Simili licentia et necessitate corrigo, quod in Surio est,* compotem.

x *Item pro,* quique, *scribo,* quippe. F

y *Et hic ablativum casum accusativo commuto, ut sensus habeatur.*

z *Metropolitana Coloniensis S. Mariæ et S. Petro sacra, nunc a tribus Regibus nomen habet, saltem apud vulgus.*

α *Hinc intelligas officium, quod supra ut notum tacetur, fuisse* Præpositi, *cujus prima post Episcopum dignitas est.*

β *Surius* dubitatione.

γ Theusburg *seu* Duysburg, *oppidum Cliviæ ad Ruram fluvium, haud procul a Rheno.*

δ Judices seculi, *videtur intelligere* sanctos Apostolos.

DE

DE SANCTO EBREMUNDO

FONTANETENSI AD ORNAM ABBATE

IN SAGIENSI NORMANNIÆ DIOECESI

COMMENTARIUS PRÆVIUS

G. H.

Ex Saussayo, et Actis.

SEC. VI.

Ex Saussayo habetur, quod sanctus,

Andreas Saussayus, *in Martyrologio Gallicano ad hunc* x *diem Junii.* S. Ebremundum *hoc exornat elogio :* In territorio Sagiensi S. Evremundi, Abbatis et Confessoris. Hic ex urbe Bajocensi ortus, spectata e nobilitatis stirpe, in aula Chilperici Regis primam ætatem exegit : apud quem multa gratia pollens, magnos etiam honores consecutus, insignis generis puellæ junctus connubio, magnis etiam opibus affluxit. Sed cum his potiretur B commodis, Dei tamen memor et salutis, religiosa officia non prætermittebat ; at sic sedulo exequebatur, ut inter tot honores atque delicias pietatem coleret, et sacræ lectioni frequenter incumberet. Cui cum quadam die intenderet attentius, in hoc monumentum incidit, quo Christus Servator, perfectum ut sibi quis reddat famulatum, edicit ; quicumque patrem, matrem, aut uxorem pluris se fecerit, inter discipulos suos qui censeatur, nusquam dignum esse. Hic stimulatur piis aculeis, sibimet renuntiare ; uxorem, quam propitiam religiosæ intentioni sperabat, thoro disjungere ; crucem suam ferre, et Christum sectari apud se statuit. Aspirante votis divino Flamine, res successit optatis. Uxor enim Evremundi, eodem studio divinitus incensa, ex condicto se in sodalitium Christi ancillarum recepit. Evremundus vero, loca quærens proposito opportuna, ad suæ possessionis vicum, cui Fontanetum nomen, in Sagiensi Præsulatu divertens ; illic sex ædiculas construxit, tot Cœlitibus, qui cœptis faverent, eas nuncupans. Moxque etiam cœnobiolum, in quo, Amolberto Episcopo præclara conamina probante, cum aliquot Dei cultoribus, qui in cœtum cum eo coaluerant, vitam instituit, totam cœlestibus rebus ac divinis obsequiis intentam. Inde C virtus ejus, veluti sol quidam, sanctitatis radios longe lateque cum diffunderet, ad eum complures convolarunt ut sub ejus ductu purissimæ vitæ tramitem inirent. Felices enim se fore putabant, si in ejus disciplinam se committerent, vestigiaque ejus adeo pura consectarentur. Quibus is non suis duntaxat monitis, sed exemplis etiam egregiis, salutis viam sternens, eosdem feliciter in eam provexit. Fulsit etiam miraculis, quibus divina Majestas merita ejus multiplicia declaravit. Tandem vero strenuus Christi famulus, cum inter mortales beatam immortalium mentium vitam virtutesque expressisset, gloriosis perfunctus laboribus, ad Cœlites quos æmulatus erat, excessit.

relicta aula regia

et uxore,

cœnobiolum construxit,

miraculis claruit

a

et Corpus, delatum Creolium,

2 Corpus eodem loco conditum, postquam ibi diu divinæ gloriæ indiciis coruscasset, *a* Toparchis de Creil, quod oppidum est in Bellovacis, ad ecclesiam, quam ejus in honorem illic construxerant, transvectum, perhonorifice in illius gremio conquievit per annos circiter sexcentos, nimirum usque ad annum salutis millesimum quingentesimum sexagesimum septimum ; quo hæreticorum furor impius, capto hoc oppido, ecclesias vastavit, sacrariaque diripuit ac expoliavit. Tunc enim nefando ausu, S. Symphoriani Martyris ac hujus sancti Confessoris veneranda lipsana, e thecis eruta, multisque contumeliis indignissime affecta, feralibus flammis illi Dei hostes immaniter injecerunt, cineresque ipsos exsufflarunt. At divino beneficio ex hoc excidio facies S. Evremundi, quæ in peculiari reposita erat conditorio, servata est : quam Canonici ejus ecclesiæ mature submoventes, satanæ ministris, ne parricidalibus eorum manibus discerperetur, auspicato præripuerunt : unicumque illud pignus superest, quo oppidani se sui Tutelaris patrocinio communitos, post tolerata exitiosæ hæresis sacrilegia, etiamnum gloriantur. E

dein a Calvinistis est combustum.

3 *Hæc omnia magnifica sua eloquentia Saussayus. Nunc primo quæ ad cultum ejus et corporis translationem spectant inspiciamus. In Geographia Galliarum Blaviana, et descriptione Regionis Bellovacensis, sub proprio titulo proponitur* Castellania Cretelensis ; *supra,* Toparchia de Creil *dicta, et ista leguntur :* Cretelensis urbs et Castellania, Ballivatui etiam Silvanectensi subjectæ sunt. Illam memorat Lupus Ferrariensis Abbas in quadam Epistola, vocatque Credilium ; Dudo autem Quintopolitanus, Crothelense castrum ; posteriora denique instrumenta Credulium nuncupant pulcherrimo exornatur castro. Insignis est illius basilica, S. Evremundo dicata : cujus sacræ exuviæ ante annum millesimum, e monasterio diœcesis de Sees, in hoc oppidum translatæ fuerant. *Hæc ibi. Sed dubitatur, num e dicto monasterio diœcesis Sagiensis immediate translatum fuerit* Credilium, *seu* Creolium ; *an prius vero delatum fuerit ad monasterium Uticense S. Ebrulfi, in pago Oximensi et diœcesi Lexoviensi situm. Nam anno* DCCCCXLIII corpora SS. Ebrulfi, Ebremundi, et Ansberti, quem S. Ebrulfus de morte suscitarat, una cum aliis pretiosis Reliquiis, ab Hugone Magno, Franciæ et Burgundiæ Duce, ablata fuisse, *scribit Ordericus Vitalis Uticensis Monachus, lib. 6 suæ Historiæ Ecclesiasticæ pag.* 621 *: et pagina sequenti sub finem addit,* Aurelianenses ossa S. Ebremundi Abbatis sibi elegisse. *Quia vero apud Aurelianenses nulla hujus* Ebremundi, *seu* Evremundi *habetur memoria, potuerunt dictæ Reliquiæ illo ipso seculo, ante annum millesimum, translatæ fuisse ad dictum* Creolium, *seu* Credilium *oppidum ; et hinc occasio arrepta fuisse, ut Auctor Vitæ S. Ebremundi, de quo mox agemus, scripserit ab hujus obitu in ejus locum successisse S. Ebrulfum. Interim Sammarthani, Tomo 4 Galliæ Christianæ,* S. Ebremundum *successorem constituunt S. Ebrulfi : quod alius ulterius elucidandum proponimus.* F

Basilica Creolii.

An corpus antea fuerit Utici?

4 *Memoratum oppidum* Creolium *situm est ad Oesium fluvium, in confiniis Bellovacensis et Valesii agri et huic a multis adscribitur ; ab urbe autem Silvanectensi distat duabus leucis.* Ex hujus *Ecclesiæ antiquo Breviario submisit nobis Fredericus Flouetus noster Acta* S. Evremundi, *in novem Lectiones distributa, quæ in plerisque correspondent elogio jam ex Martyrologio*

A *logio Saussayi relato. Sed (ut verum fatear) suspectæ plane fidei sunt, et a posteris ex quadam traditione consarcinata; atque a nobis vel ideo magis proponenda, ut intelligatur quæ fides elogio Saussayi danda sit. Ac primo, quæ num.* 2 *et* 3 *referuntur, sunt fere excerpta ex MS. Vita dicti S. Ebrulfi, cujus verba in Annotatis apponimus. Quæ deinde* 4 *et* 5 *numero subjunguntur, attribuuntur S. Alnoberto, Episcopo Sagiensi; sed qui integro seculo et amplius junior fuit* S. Evremundo; *et hic sub finem, dicitur* sepultus a Lothario Episcopo *etiam* Sagiensi, *qui quartus a S. Alnoberto constituitur apud Sammarthanos, et obiisse legitur an.* DCCLVII: *cum tamen* S. Evremundus *ibidem* obiisse *dicatur* quarto Idus Junii tempore Chilperici Regis, *adeoque ante an.* DLXXXIV, *quo hic Rex fuit interemptus. Saussayus, ut evitet hunc scopulum, non meminit dicti* Lotharii Episcopi, *et pro* Alnoberto *scripsit* Amolbertum; *sed cujus nominis nullus scitur fuisse Episcopus Sagiensis. Si sit locus conjecturæ, supponerem,* Renobertum; *cujus mentionem in Vita S. Ebrulfi fieri, asserunt dicti Sammarthani, ac vixisse illum dicunt eodem cum* S. Evremundo *tempore.*

Acta ex Breviario suspecta fidei

5 *Hugo Menardus, in Martyrologio Benedictino ad diem* XI *Junii, recolit* S. Evremundum Abbatem in

Memoria etiam 11 Junii.

B territorio Belluacensi, *et lib.* 2 *Observationum addit,* Corpus Calvinistarum rabie fuisse crematum, excepta facie, Canonicorum diligentia servata. *Menardum describit Bucelinus, qui ad hunc decimum Junii, tamquam alium refert, desumpto ex Saussayo aliquo elogio, in quo asserit,* in aula Chilperici Regis primam ætatem egisse, ac claruisse anno Christi DCCXX (*scilicet post necem Chilperici annis elapsis* CXXXVI) *forsan ut certius illum adscribere Ordini suo Benedictino, de quo majorem certitudinem accipere gaudebimus.*

VITA SUSPECTÆ FIDEI

Ex antiquo Breviario Silvanectensi.

a Tempore gloriosissimi Regis *a* Chilperici, claruerunt duo strenui viri, quantum ad seculi pertinet dignitatem, ab illustrissimis orti natalibus, apud urbem quæ ab incolis *b* Bajocassina nuncupatur: *c* Ebrulphus videlicet atque Evremundus, in aula prædicti *d* Regis diligentissime educati. Tantam namque eis Dominus a juventute sua gratiam conferre dignatus

In aula Regis educatus, *b* *c* *d*

C est, ut per eximiæ humilitatis officium, magnum in palatio locum absque contubernalium invidia obtine-

II ret * Cum autem S. Evremundus adhuc secularibus opulentiis atque rebus plurimis esset adornatus, amator per omnia sapientiæ factus, litteris divinis et ecclesiasticis officiis abundanter peritus, Scripturas sacras per diversos codices sæpius ac sine intermissione investigabat; quatenus [per] priscorum Patrum gesta atque instituta, ad salutem animæ suæ proficere potuisset.

e *opulentus et eruditus,*

2 Porro cum quadam die sanctum legeretur Evangelium, audivit inter cetera Domini sententiam, qua dicit; Qui amat patrem aut matrem aut uxorem plus quam me, non est me dignus. Et iterum; Qui vult venire post me, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me. * Sanctus

Luc. 14, 26 *audita Evangelii sententia,* Luc. 9, 23

III vero Evremundus, tantæ promissionis non surdus auditor, sed intrinsecus compunctus et imbutus superna Dei gratia, sicut idem in Evangelio loquitur, Spiritus ubi vult spirat; relictis omnibus, quæcumque possidere videbatur in prædiis atque beneficiis, pauperibus distribuit. Nam et uxorem propriam, devotissime sub sanctimonialis habitu Domino servituram tradidit; nihilque omnino sibi, quod ad usum hujus seculi labentis attineret, retinuit;

Joan. 3, 8 *sua pauperibus largitus, uxorem Deo consecrat:*

metuens videlicet illam terribilem Ananiæ et Zaphyræ D sententiam, qui pretio agri sui fraudulenter obnoxii, ante pedes beati Apostoli Petri, susceperunt compendium justæ mortis.

Act. 5

IV 3 Præfatus igitur Evremundus, reminiscens, quod egregius prædicator prædicat, dicens; Expoliantes nos veterem tunicam, deponamus opera tenebrarum, et induamus arma lucis; non solum patriam et parentes reliquisse comperitur, jam secundus Abraham in eodem facto a Domino constitutus; verum etiam, barba et coma sui capitis pro amore divino deposita, humiliato vultu, cum summa velocitate, ad eremum, quæ Excuvias vocatur, Domino ducente convolavit. In quo etiam loco multas ecclesias et monasteria Monachorum atque Sanctimonialium, secundum suam possibilitatem, in locis opportunis ædificare curavit. Deinde in villa quadam, quæ usque nunc Fontanetum vocitatur, alias sex ecclesias construxit; unam quarum in honore *f* S. Desiderii dedicari fecit, in qua etiam non minimam multitudinem Monachorum sub regulari jugo congregavit. Sed *g* cum in eamdem silvam ingressus fuisset, et huc atque illuc per loca vastissima circuiret; non inveniebatur opportunus locus ad commeandum, quoniam jam pridem ferarum atque bestiarum fuerat habitatio. E

Colos. 3, 7 *eremum ingressus* *construit Fontanetum et alia monasteria,* *f* *g*

V 4 * Opitulante vero divina clementia, quæ semper est mirabilis in Sanctis suis; Angelo ducente reperit Dei amicus valde amœnissimos fontes: ubi genua flectens, cum oratione omnipotenti Deo condignas retulit laudes, qui numquam derelinquit sperantes in se. Facta autem oratione, de virgultis claustra parvula pro tempore circumtexit, ubi etiam in modico tugurio idem Pater hospitari cœpit. Quid multa? Oculus erat cæco et pes claudo, pater erat pauperum et vestimentum pupillorum et viduarum, et induit eum Dominus coronam justitiæ. Ipse vero S. Evremundus ardenti studio, ut pro colligendis fidelium animabus satageret, suis precibus a Domino impetravit, ut totam provinciæ gentem converteret.

cellas ex virgultis conficiens;

5 Audiens autem sanctæ Sagiensis Ecclesiæ Præsul nomine *h* Alnobertus, famam beati viri Evremundi; festinato Archidiaconum suum Fortunatum ad eum misit, ad inquirendum si vera essent quæ de eo audierat. Quem cum invenisset, obtulit ei orationes et munera cum Episcopali benedictione; inquiens ad eum: Carissime Pater, video quia homo Dei es, et ipsius huc missus voluntate, deprecor te, ut nostræ supplicationis munera suscipere digneris; F et ubi monasteria construere valeas, quantum tibi est beneplacitum, eligas; ut congregatis fidelium catervis solitudo hæc in domum vertatur orationis; et ubi brutorum animalium hactenus fuit habitatio, ad laudem Redemptoris mundi, episcopali benedictione sanctæ Sagiensis Ecclesiæ Præsulis, fiat hospitium Angelorum: quatenus et tibi maneat merces pro constructione et doctrina apud cœlestem Judicem, et immensis populis fiat tua oratio expiatio delictorum. * Reversusque Archidiaconus, cum magna exultatione, omnia, quæ ad laudes Creatoris viderat, beato Episcopo intimavit. Episcopus autem, laudes et gratias Domino referens, ad eum quam citius in eremum perrexit; atque inter sacra colloquia, ut erat vir totus in Domini confessione fundatus, lingua facundus, aspectu Angelicus, vultu decorus, morum honestate præclarus, sapientia præditus, castitate nitidus, hilaris in adversitatibus, in prosperitate timidus, in victu quotidiano nimiæ parcitati deditus, justitia insignis, fidei, spei et caritatis adornatus gemmis, meritis sanctarum virtutum percelebris, venerabili Patri Evremundo hanc miserrimam vitam coram Fratribus ita laudare cœpit:

h *accipit munera Episc. Sagiensis* *ab eo invisitur;*

A pit: Beati estis, Fratres, qui huic seculo illuditis: et vitæ isti, quæ sub hora inducitur et sub momento excluditur, abrenuntiatis. Ad illam igitur festinate vitam, cui nullus unquam evenit finis, nullus datur omnino successus. Revocate ante oculos Mariæ *i* Magdalenæ memorabilem pœnitentiam; quæ cum esset multorum peccaminum squaloribus sordidata, mox ut lacrymarum rivulis Auctoris vitæ venerabiles plantas abluit, cunctorum criminum scelera nefanda amittere promeruit. Reducatur etiam memoriæ ille latro venerabilis, qui in ipso articulo mortis audire meruit, Hodie mecum eris in paradiso: et item sit vobis, precor, dilectissimi Fratres, secundum Apostoli dictum, semper unum cor et anima una.

k consecratur Abbas Montis majoris:

6 Sic iste beatus Præsul spiritalibus epulis re-
VII pletis Fratribus; S. Evremundum secum duxit ad ecclesiam *k* beatorum Gervasii et Protasii, et ei curam Pastoralis officii commisit, eumque Abbatem consecravit in loco qui vocatur Mons-major. Post hæc venerabilis Pater in eodem loco tres ecclesias construxit, unam in honore victoriosissimæ Crucis, alteram in honore S. Mariæ Virginis, tertiam in hoñore S. *l* Martini Abbatis Vertanensis
B monasterii. Interea currebat ad eum omnis populus totius provinciæ: cæci visum recipiebant, paralytici curabantur, leprosi mundabantur, claudi gressum recipiebant, et infirmi attactu sacrati olei vires recipiebant. Quadam vero nocte, dum circuiret ecclesiam beatus Pater Evremundus cum vigiliis et orationibus; invenit quemdam paralyticum jacentem in stercore, cui dixit: In nomine Domini nostri Jesu Christi, qui suis ait discipulis, Quæcumque petieritis a Patre in nomine meo dabit vobis; surge sanus. Qui protinus surgens, glorificabat
VIII Deum. * In Aldovilla erat quædam mulier paralytica, quæ manibus fidelium sublata ad virum Dei defertur: cujus mox precibus totius corporis vires visumque recepit; et, quæ morbo diutino incurvata fuerat, nec sursum omnino respicere poterat, virium integritate resumpta, usque ad vitæ terminum Deo gratias agens, sancti viri hæsit obsequiis devotissime servitura.

inter alia miracula

Matt. 21, 22

sanat 2 paralyticos:

energumenum

7 Quid plura? Sanabantur infirmi, occurrebant populi, crescebat quotidie admiratio et fama beati Patris Evremundi. Quadam denique die, dum iret sanctus Dei cum Fratribus ad agriculturam, ut obedientiam explerent, sicut moris est Monacho-
C rum; attulit ei quædam mulier filium suum, male a dæmonio vexatum; quæ præ dolore fatigata, fide tamen confirmata, cœpit voce magna ad virum Dei clamare, et dicere: Homo Dei, succurre meæ senectuti: redde mihi unicum meum filium; quod si non reddideris, lugentem me suscipiet infernus. Scio enim et confiteor, quia potens est Deus, quem prædicas, etiam mortuum revocare ad vitam. Videns igitur S. Evremundus tantam mulieris fidem, miseratione compunctus, ait ad eam: Creatoris est hoc opus, o mulier, non creaturæ, qui suis ait discipulis; Hoc genus in nullo potest ejici, nisi in oratione et jejunio. * Positis tandem venerabilis Pater in
IX oratione genibus, hanc orationem fudit ad Dominum: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui per filium tuum Dominum nostrum Jesum Christum, quem medium inter te et nos peccatores cognoscimus, cæcis visum, claudis gressum, mortuis vitam conferre dignatus es; qui discipulis tuis eorumque successoribus dedit fiduciam se deprecandi, dicens: Quærite et invenietis, pulsate et aperietur vobis; et, Si non hæsitaveritis in corde vestro, sed credideritis, quodcumque volueritis ut fiat, fiet vobis; et, qui filiam mulieris Chananeæ propter fidem matris a dæmonio liberavit; te supplex deprecor,

Matt. 17, 20

oratione liberat;

Matt. 7, 7 et 21, 22 et 15, 21

ut liberare digneris et hunc famulum tuum, ad pe- D
titionem viduæ matris; ut videntes contremiscant, et benedicant nomen sanctum tuum, quod est benedictum in secula seculorum. Cumque fideles qui aderant respondissent, Amen; inimicus ut fumus evanuit. Videntes autem Fratres et populi, timore et tremore perculsi, glorificaverunt Dominum, qui est mirabilis in operibus suis.

8 Obiit autem prædictus S. Evremundus quarto Idus Junii, tempore Chilperici Regis, in basilica quam ipse Domino construxerat, Cujus sanctum corpus sepelivit honorifice S. Lotharius *m*, Sagiensis Ecclesiæ Episcopus; qui postea ibi Ebrulphum consecravit Abbatem, cum concordia et electione Monachorum, regnante Domino nostro Jesu Christo, cui est, cum Deo Patre et Spiritu sancto, laus, virtus, potestas, et imperium, per infinita secula seculorum. Amen.

Moritur 10 Junii.

m

ANNOTATA G. H.

a *Infra* tempore Chilperici *Regis dicitur obiisse; ergo ante an.* 584, *quo hic occisus est.*

b Bajocæ, *urbs Normanniæ inferioris, populi olim Bajocasses dicti, et regio* Bajocassina, *vulgo* le Bessin; *et inde hic* urbs Bajocassina *dicitur.* E

c S. Ebrulfus *Abbas Uticensis, colitur* 29 *Decembris.*

d *Imo in* Childeberti *Regis* (*qui* Chilperici *patruus erat*) *aula vixisse* S. Ebrulfus *traditur: quod et de* S. Evremundo *videtur dicendum.*

e *Sequentia eodem fere sensu, sed ampliatis hinc inde verbis, in MSS. Actis S. Ebrulfi, ita leguntur:* Cum esset secularibus opulentiis atque rebus plurimis stipatus, litterisque bene peritus, et amator sapientiæ, adaucto sibi divinitus amore, divinas Scripturas per divinos codices legere cœpit, qualiter cognosceret priscorum Patrum gesta; ut in ipsorum opere posset invenire, qualiter Domino placere meruisset. Qui cum sancti legeret verba Evangelii, ubi Dominus dixit; Qui vult venire post me, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me: et iterum, ubi intonans Veritas pollicetur; Quisquis reliquerit domum, vel fratres, vel cognatos, vel amicos propter nomen meum, centuplum accipiet, et vitam æternam possidebit: ille non sicut surdus auditor, compunctus intrinsecus, imbutusque superna Dei gratia, sicut Apostolus loquitur; Quia per Spiritum datur sermo sapientiæ; et iterum, Spiritus ubi vult spirat: secutus hæc, relictis rebus omnibus, tradidit ea pauperibus. Sed et uxorem propriam derelinquens, tradidit eam ancillis Christi, ut eam imbuerent cœlestibus disciplinis: nihilque sibi retinuit ex omnibus quæ ad usum pertineant, metuens sententiam Ananiæ et Saphiræ, qui ante pedes Apostolorum, [ob fraudati agri pretium obnoxii et reprobi, sunt mortui. Præfatus autem vir Dei, recordatus quod Paulus egregius prædicator docet, dicens: Expoliantes vos veterem hominem, et deponentes opera tenebrarum, induimini arma lucis; non solum patriam parentesque dereliquit, vel quidquid habere videbatur in seculo; verum barbam et comam sui capitis deposuit. Humiliato vultu... ad eremum convolavit. *Hæc ibi. Aliqua ex his leguntur etiam in Actis ejusdem Ebrulfi apud Surium et Ordericum Vitalem lib.* 6.

Luc. 9, 23

Matt. 19, 29

1 Cor. 12, 8

Joan. 3, 8

F

Act. 5

Colos. 3, 7.

f *Videtur intelligendus* S. Desiderius Episcopus Viennensis, *relatus ad* 23 *Maji.*

g *Eadem Vita MS.* Cum in eamdem silvam ingressi fuissent, et huc atque illuc per loca vastissima circuirent, non inveniebatur callis opportunus pergendi... Opitulante ergo Domino ... sunt fontes valde boni: ubi genua flectentes ... gratiarum actione

A actione Deo referunt laudes, qui numquam sprevit servos sperantes in se. Expleta autem oratione... de virgultis frondium circumcingere claustra parvula sunt aggressi, ubi et in modico tugurio habitare cœperunt. *Hæc ibi.*

h S. Alnobertus *colitur* 16 *Maji, ad quem diem pauca a nobis collecta dedimus; et ex hac Vita colligimus, aliqua ejus Acta olim extitisse, ex quibus hic Auctor sua descripserit; ut, priora ex Actis S. Ebrulfi: sed aberrat ad centum et plures annos, et pro* Renoberto *Episcopo videtur arripuisse* Alnobertum.

i *De* S. Mariæ Magdalenæ *controversia, ad diem ejus natalem* 22 *Julii, examinanda erunt.*

k *In Registro beneficiorum urbis et diœcesis Sagiensis inducitur* Prioratus SS. Gervasii et Protasii Briosensis, *in Decanatu Masseyano. Verum ut Ordericus Vitalis, de locis, in quibus vixit S. Ebrulfus, asserit*, ea variis mutationibus rerum per quadringentos annos abolita esse, *multo magis id jam per mille et plures annos potuit contigisse.* D

l *Colitur* S. Martinus Vertanensis 24 *Octobris.*

m *Pergit Auctor aberrare, nam* Lotharius *quartus a S. Alnoberto collocatur, et obiisse legitur an.* 756: *id est post mortem Chilperici annos* 182.

DE S. YVONE EPISC. PERSA

ET TRIBUS SANCTIS SOCIIS

IN ANGLIA DEPOSITIS,

B

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

E

G. H.

De ætate Sancti, et vitæ scriptoribus duobus.

SEC. VII

Cultus et oppidum S. Ivonis

Gulielmus *Cambdenus in sua Britannia, describens Comitatum Huntingdonensem, a præcipua urbe Huntingdonia denominatum, in meditullio Angliæ ad septemtrionalem ripam Usæ fluminis sita;* Hinc, *inquit*, Usa se proripiens, cum Cantabrigienses jam aditurus est, oppido satis nitido, inter amœnissima prata affunditur; quod Slepe olim Anglo Saxonice, nunc vero S. Ives dicitur, ab Ivone Persa Episcopo; qui circa annum Christi, ut scribunt, sexcentesimum, Angliam magna sanctitatis opinione perlustravit; divinum verbum sedulo proseminavit; suumque nomen huic loco, in quo fatis concessit, reliquit. Unde tamen brevi corpus ejus Ramesejam transtulerunt Religiosi. *Hæc ibi. Est* Rameseja *Abbatia in eodem Huntingdonensi agro versus Septemtrionem, quinque leucis ab* oppido S. Ivonis *dissita, sub cujus primo Abbate Ednotho peracta est hæc translatio, anno* MI, *hoc die* X *Junii, quo ejus solennitas hactenus fuit celebrata.*

C

Vita per Andream Ab scripta desiderata:

2 *Ednotho creato an.* MVIII *Episcopo Dorcastrensi, factus ex Priore est Abbas Wlsius: quo a Danis interfecto, successit tertius Abbas Andreas Withmannus sive Andreas Leucander an.* MXVI; *qui quarto regiminis anno profectus est Hierosolymam, et anno sequenti reversus, invenit Ethelstanum Abbatem. Hic vero ei voluit cedere, sed Withmannus noluit, et elegit vitam solitariam apud Northeje, ibique vixit plusquam viginti annis. Eodem tempore idem Withmannus, quod etiam testatur Molanus, in Auctario Usuardi ad hanc diem,* scripsit elaborate Vitam Ivonis, Episcopi Persarum, in Anglia sepulti: quam postea Goscelinus Bertinianus elegantiorem aliquanto reddidit. *Priorem illam hactenus non sumus assecuti: posteriorem, in qua semper* Yvo *scribitur, damus, Maclovio a Reverendo Domino Leandro Prichardo Benedictino submissam. Inscripsit Goscelinus, tunc Monachus Ramesejensis, hanc Vitam Abbati suo Herberto, creato an.* MLXXXVII, *ac post annos quatuor facto Episcopo Norwicensi: cujus encomium habetur in Monastico Anglicano pag.* 1003. *At Goscelinus, postea Monachus Cantuariensis ad S. Augustinum, scripsit Vitam S. Augustini Episcopi Cantuariensis, (quam dedimus ad diem* XXVI *Maji) atque alias plures Vitas Sanctorum; habitus* post Bedam secundus, in laudibus Sanctorum Angliæ *enarrandis, uti de ipso testatur Malmesburiensis, lib.* 4 *de Gestis Regum Anglorum cap.* I. *Hic infra in Prologo explicat, quænam a dicto Andrea Abbate primo Vitæ auctore acceperit, quidque ipse ex aliorum relatione addiderit. Quæ Capite quarto habentur, sunt ab eodem Auctore adjuncta, cum viveret adhuc Herbertus Episcopus Norwicensis, mortuus* XXII *Julii an.* MCXIX; *cumque regnaret Henricus primus, Rex factus an.* MCI, *vita functus* III *Decembris an.* MCXXXV.

sed datur eadem polita a Goscelino Mon.

Aliqua ex Capgravio:

3 *Aliam Vitam edidit Joannes Capgravius, in Legenda Sanctorum Angliæ, ex qua in Appendice damus miracula, intercessione* S. Ivonis *patrata; quæ, aut saltem aliqua eorum, videtur Goscelinus adjunxisse, sed nostri apographi scriptor omisisse. Reliqua de Actis Capgravii observamus in Annotatis. Celebris etiam est memoria* S. Yvonis Persæ *apud alios scriptores rerum Anglicanarum, qui post Goscelinum vixerunt; ut sunt Florentius Wigorniensis, Willhelmus Malmesburiensis, Henricus Huntingdonensis, Matthæus Westmonasteriensis, Joannes Brompton, aliique; et inter recentiores, Gulielmus Cambdenus supra relatus, Nicolaus Harpsfeldius, Michael Alfordus atque alii, quorum aliqui in subjunctis Annotatis referuntur. Denique memoria ejusdem S. Ivonis celebratur in MS. Martyrologio, a nobis Romæ reperto inter codices antiquos Ducis Altemposii, in quo ista leguntur:* In Anglia apud Ramesejam translatio S. Ivonis Archiepiscopi, cum tribus Sociis: super cujus sacras Reliquias candidissima pervolabat columba per septem milliaria, quo ad usque in terram sanctam veherentur. *In Martyrologio Richardi Wilfordi, Anglice Londini an.* 1526 *excuso, ista habentur:* In Anglia festum S. Ivonis Archiepiscopi. Hic erat oriundus ex Perside et regia familia, qui post exantlatos plures labores venit in Angliam, et habitavit in loco Slepe, nunc S. Ivonis dicto, prope Huntingdoniam, octo milliaribus Rameseja; quo per revelationem translatus, magnis claret miraculis. *Secuti Molanus et alii.*

F

Memoria apud Scriptores,

et in fastis.

Socii sancti

4 *De tribus Sociis eorumque duplici translatione, agitur infra in Actis, quorum ideo memoriam titulo adscribimus. Horum unus* Romanus, Patriciæ dignitatis, Senatoris filius, *ideo* Patricius *num.* 3 *appellatus, alii etiam Persæ censentur; qui, an* Sithius *nepos, et* Inthius cognatus *apud Capgravium recte appellentur*

A *appellentur, dubitamus; ideo solum* tres Socios *nominamus. Tempus adventus illorum arbitramur fuisse circa initium seculi septimi, quo Anglia cœpit converti ad fidem Christi: et sic possunt circiter centum lustra censeri ante translationem corporis, licet sex aut octo lustra desint. Ceterum* Yvonis *nomen nequaquam existimes, vel Persicum esse, vel ex Perside allatum; sed potius, latendi facilius causa, assumptum inter peregrinandum per Italiam Galliamve; fortassis ex aliquo, cum patrio nomine affinitate vocis.*

Tempus vitæ

VITA

Auctore Goscelino Monacho,

Ex MS. Anglicano, hactenus inedita.

PROLOGUS.

Rectori Hereberto Frater Goscelinus. Quæ de vita beati Yvonis referuntur, a venerabili Abbate Andrea celebrata noscuntur: qui de Anglia ad Dominicam urbem Hierusalem peregrinatus, tam B arduam vitam exercuit, ut ei credere nullus fidelis dubitaverit. Testabatur autem, in Græcia ejus nomen et vitam gestis multis et miraculis haberi clarissima, et bono odore Christi gratiaram longe lateque notissima ejus esse præconia. Ab inventione vero ejus revelationes et prodigia, quæ hic præcessor scribit, tam oculis visa quam fidelium testimonio comprobata, adhuc pene omnium Fratrum Ramesiensium nonnullorumque Forensium cordibus memorabilius quam in libro, sunt scripta et scriptis luculentius inserant aliqua prætermissa. Hæc igitur gratia hujus Patris sanctissimi, totiusque Conventus hujus carissimi et venerabilis petitione, paulo brevius collegi: quatenus in parvo facilius, quam inter multa quod quæritur inveniatur; citiusque breviori via, quam longo ambitu ad terminum perveniatur; et de confecta mensula, quam de horreo paratius edatur; et de fonticulo gratius, quam de fluvio bibatur. Nec adeo tamen de copia tenuimus inopiam, ut intellectus quæri possit, quod in isto hoc nostro tenui deesse, quod illi alteri opimo superfluit; sed modus servatus est, quo nec avidior nec fastidiosior offendatur. Hæc amabili et æternæ memoriæ tuæ, honorificentissime Abba, in sanctissimo Patre Yvone condidimus, qui eum suscepisti venerandum tuæ salutis Principem cum principatu C Ramesiensi: quatenus sicut hic ipsum honorificasti et coluisti, ita te in fine assumat in gaudia suæ lucis.

Auctor secutus Andream

et relationes aliorum,

paucis Acta describit

CAPUT I.

Vita Sancti Yvonis Episcopi.

Doctor *a* Apostolicus, et veri solis nuntius, Yvo Præsul inclitus, in Perside, ut Orientale sidus, est ortus; finibus, occiduis Britanniæ a Domino destinatus. Reliquit dulcem patriam, ut exilium, concivis supernarum Virtutum; et peregrinus Christi in toto mundo, ad æternum tendebat regnum. Quocumque devenit, suis radiis refulsit; omnia Evangelio Christi seminiverbius replevit; gentes et nationes documentis ac exemplis atque innumeris miraculis ad Salvatorem traxit. Post magnam Asiam, post Illyricum, post *b* Romam, post innumeras urbes et populos transitos, Gallias penetravit; ibique nihilominus tantis signis coruscavit, ut ejus cœlestem vitam et Angelicam doctrinam mirificæ virtutes loquerentur. Cumque eum *c* Rex Francorum et Optimates regni ac populi, tamquam Angelum Dei, dignis honoribus retinere tentarent; ille, qui parentalem mundi gloriam exulando fugerat, et per multas tribulationes intrare in regnum Dei decertabat, nulla gratia terrena retineri poterat. D

a Episcopus in Perside,

per Asiam Italiam et Galliam, b

c

AUCTORE G. H.

3 *d* Omnibus ergo confirmatis in fide, transfretavit, cum dignis comitibus suis ac sociis, in candidam Albionem Britanniæ; gentemque candidam paterna miseratus pietate, tam signis quam prædicatione prout Dominus dedit, idololatriæ absolvit errore, ac verius candidificavit baptismate. Sequebatur quoque amantissimum patrem adolescens patriciæ dignitatis, vocatus Patricius, cujusdam Senatoris filius, qui amore Christi, ipsum per S. Yvonem vocantis, non solum dulces natales et patrios honores postposuit, verum etiam desponsatam sibi virginem cum tota spe seculi intactam deseruit, dulcique magistro tam caritate quam imitatione inseparabilis adhæsit. Beat qui intimi illius et pectoralis Christi amici Joannis assecutus est exemplum.

d venit in Britanniam

cum Patricio socio,

4 Deinde salutifer advena Yvo in provinciam Merciorum progreditur, ad oppidum quod Huntedun appellatur, et in proxima villa quæ *e* Slepe vocatur; cum se intelligens a Domino ad certum E locum deductum, multis annis perseveravit, ad vitæ exitum. Hic vero tanta flagranti a cælestem conversationem induit, quasi hunc demum cœpisset, et quasi post longam sitim fontem petitum reperisset. Hic, inquam, tam suæ quam omnium saluti jugiter invigilando, hic Dominum usque in finem exspectando, ardentibus lucernis virtutum cum castitatis baltheo, tandem venienti et pulsanti aperuit cum gaudio; et Yvo Domini ivit ad Dominum, qui exivit a Patre et venit in mundum, ac de mundo triumphato revexit electorum triumphum. Hic quoque in pace factus est locus ejus, et in pace sepultus est; ubi quamvis centum circiter lustris (ut ex sequenti revelatione computatur) latuerit notitiam hominum; nomen ejus vivit in æternum. Quantus vero in tota vita, caritate, benignitate, pietate, mansuetudine, humilitate, modestia, constantia, patientia, continentia, obsequela, eleemosynis, jejuniis, vigiliis, orationibus, prædicatione, omnique virtutum jubare claruerit; quanta signa vel in loco quietis suæ vel ubivis gentium perpetraverit, fidelius quis inenarrabile credere, quam colligere poterit. Benedicat terra nostra Dominum, qui tamquam solem ab Oriente in Occidentem, et tamquam Angelum per medium cœli volantem, tam luciferum nostro Occi- F denti destinavit Parentem.

in Slepe agri Huntidoniensis

e mortuus sepultus,

in vita et post mortem clarus.

ANNOTATA G. H.

a *Quæ apud Capgravium, de urbe nativitatis, et in ea Episcopatu et parentibus, et deinde Archiepiscopatu referuntur, cum Goscelino omittimus, ut non satis nobis probata: ea apud illum, et Alfordum ad an.* legi *possunt. Florentius Wigorniensis maluit ad eumdem annum describere hoc initium Vitæ, a Goscelino propositum: quod etiam postea insertum est apud Capgravium.*

b *Apud hunc sic legitur*: Cum Romam pervenisset, consilio Papæ Britanniam intravit.

c *Potuit hic fuisse* Clotharius secundus, *qui cœpit regnare an.* 584, *factus Monarcha an.* 613, *mortuus an.* 628.

d *Malmesburiensis lib. 4 de Gestis Pontificum Anglorum pag.* 292: Yvo, *ait*, pertæsus deliciarum, quas amplissimus Episcopatus administrabat, reliquit clam suis omnia, peregrinationem longissimam tribus tantum sociis aggressus. Multorum ergo annorum iter permensus, et rusticum se, habitu pannoso, videntibus ementitus, Angliam tandem adnavigavit

A vigavit : delectatusque admodum ignotæ linguæ barbarie, quod quasi fatuus ab omnibus rideretur, in lutosa provincia substitit ; ibique vitam suam, quanta fuit, exegit.

A GOSCELINO

e *Harpsfeldius sec. 11 cap. 22 de S. Yvone ista habet :* Pervenit ad quemdam locum, Sleepe Anglice appellatum (quod est, si interpretere, Dormitio) prope oppidum Huntingdonense et monasterium Ramesiense. Eo etiam loci in Christo dormivit, ibidemque sepultus est.

CAPUT II.

Inventio corporis S. Yvonis.

Corpus inventum

Domino autem ad tempus quidem sustinentiam docenti, sed sempiternaliter infinita præmia reddenti, ubi tandem post tot annos placuit cœlestem thesaurum absconditum in agro propalare hominibus, quem haberent pretiosum, ac de sub medio lucernam ponere super candelabrum ; rusticus impresso meditus vomere terram, impegit in hoc sacrosanctum sarcophagum. Continuo attonitus et spe lucri erectus, boves hærentes revocat, et toto nisu locum B purgat. At ubi humatum sepulcrum oculis hausit, consortes aratores advocat. Qui, ablato operculo, inveniunt sacerdotalis æstimationis veneranda pignora. Capiuntur adstantis calicis splendore radianti, quem argenteum rati, certatim confringunt. Rapiunt pontificales fibulas, vitreo nitore perspicuas, quas cum sancto corpore et ipsis fragmentis calicis deinde Ramesienses hereditavere. Advolat Monachus *a*, Præpositus villæ, cum fabro villico. Tunc proximus Ednothus celeri accersitur nuntio, et tota diligenter tam spectabilis Dei famuli membra asportari in ecclesiam, et juxta altare collocari fecit. Plebs accurrens arrectis animis optabat, ut Dominus, qui hunc dedit inveniri, daret etiam quis esset agnosci.

a

In ecclesiam portatur :

6 Ut ergo claresceret, non fortuito casu, sed divino nutu hanc inventionem factam, nocte subsequente ejusdem villæ *b* fabro, innoxio et simplici viro (pudibus Dominus ore ad os loquitur, et sua credit arcana, et sapientibus abscondita revelat parvulis) Yvo gloriosus soporato adstitit, statura procera, facie candida, specie vivida, oculorum acie flammea, cum Pontificali infula et virga, atque Archiepiscopali Cruce prætensa; attonitumque hominem visione insueta mulcet voce melliflua, atque C ait : [Quem] modo in tali loco miraminu repertum, ipse sum Yvo Episcopus; qui hic cum beatis sociis hactenus latui tumulatus. Accede, mane, et metire locum octo pedibus a dextro latere mei mausolei, et invenies tumbam unius sancti socii mei. Alter quoque consepultus non longius aberit quærenti, qui mecum triumphant in gloria. His ergo indiciis certificatus, suggere ex me Præposito, ut ipse nuntiet Abbati Ednotho, quatenus me, cum eisdem sociis meis, transferat ad Ramesiense cœnobium. Verum dum hæc præcepta superna homo pauper spiritu formidat referre, sequenti nocte increpata ejus negligentia, eadem admonitus est auctoritate. Tertia nihilominus nocte adhuc dubitanti, ubi prioribus soporibus, præceptor idem adstitit : jamque districtius inobedientem redarguit, trementemque et signum dari sibi postulantem, Episcopali virga pulsavit : Et hoc signum, inquit, habebis, quo nequaquam carebis, nisi jussa nuntiaveris.

Sanctus apparens rustico fabro,

b

indicat sepulturam 2 sociorum,

7 Ex his evigilans, ita doluit eo loco, quo se ictum senserat, acsi ferro confossus esset. Qui ubi mandata cum signo doloris retulit, ipse quidem convaluit : verum, ad majorem Sancti declarationem, idem Præpositus credere noluit ; et rusticum, velut phantasmata narrantem, repulit : Et viles D quosque, ait, cineres cujuslibet sutoris, transferre et celebrare debemus pro sanctis ? Sic refellentem nocturnus somnus corripit : quem sanctus Præsul, austeriori modo et habitu visus, cum districtione excitavit : Surge, inquit, surge quantocius. Nam ego ille, quem tu sutorem hesterno die subsannasti, ocreas tibi durabiles paravi. His indueris, his domum in memoriam mei equitabis. Ad hæc assurgente et assidente somniatore, justus castigator ocreas strictissime ejus informat cruribus. Sic itaque concussus evigilat, jamque arctissimus dolor totas tibias a pedibus constrinxerat, nec standi nec progrediendi facultas erat. Equitabat ad monasterium alieno gestatorio ; ingressusque, propria *c* pœna ex ordine nuntiat omnia, quæ per alium credere noluerat : tamque ægritudine quam voce vera prædicat, quæ velut phantasmata refutaverat.

ab hoc monitum, et non credentem, apparens castigat.

c

8 Tum vero Abbas Ednothus, exhilaratus tam insperato cœlestis thesauri lucro, et ejus tam evidenti indicio, devotissimas gratias egit largifluo Domino, cum magno scilicet totius consortii gaudio, quamquam compaterentur dispendio fraterno. Tumque injungens omnibus orationum subsidia, currit ad revelata Sancti Sociorumque corpora, in E ipsam ejus villam Slepe, octo leucis Anglicis a Ramesia, et tribus ab oppido Huntendun distantem, Ousæ fluvio imminentem. Pigri ei erant currentes equi, et omnes pennas antevolabat ipsius desiderium. Occurrentibus ergo illi primoribus, et plebe lætitiæ indice, descendit in agrum, Sanctorum thesaurariam : flectit genua cum comitibus Fatribus, et adorato Dei adjutorio, ipse Abbas ferramentum fossorium invadit : eoque ordine nitens, quo sanctus Yvo docuerat, citius quæsitum desiderium reperit. Deinde ulteriorem spem percipiens, utrosque Sanctos; vero divini Præsulis indicio, cum supradicto sancto Patricio comprehendit ; raptosque inde in ecclesia, cum ipso beato Yvone, in tempus decentioris translationis composuit.

Ab Abbate Ramesiensi corpora reperta simul ponuntur.

9 At Præpositus, ut diutinum foret exemplum non contemnendi cœlestia ; utque diuturna prædicaret debilitate, quem præcipiti repudiaverat infidelitate : quindecim annis, et ad ipsum vitæ terminum, in compedibus ipsius almi Patris debilis permansit : quod tamen illi diffusa in Sanctis Dei gratia fructum salutis cumulavit. Nam septimo die ante exitum , idem serenisssimus consolator, splendido vultu et habitu, ei gratulanter apparuit ; eique refoventissima voce dixit : jam tempus instat, ut ver- F bera, quibus te corripui, in remedium tibi transeant sospitatis ; et pro longa nocte incolatus, lætissimum diem possideas æternæ felicitatis : septimo quippe abhinc die, modo paratus esto, veniam te suscipere in nostram lucem de hoc carnis ergastulo. Hæc ubi ille Confratribus exposuit, obnixe præveniens faciem Domini in confessione, et transiens prædicto die, certissimos omnes reddidit promissæ gratiæ. Ut etiam res magis innotescat ex generis claritudine, is erat arctissimo atque illustrissimo Eboraci Præsule *d* Oswaldo nobili avunculo ; germano quoque pollens, cœnobiali et priori æquivoco *e* Oswaldo, ut liber ejus versificus testis est, erudito tam devote in Domino, ut abstineret oblato Pontificio. Hic itaque manifestationis ordo sacratissimi Yvonis omnibus exstat præclarus : quisquis hæc minus exposuerit, scriptor copiosus non est.

Præpositus annis 15 debilis,

præmonetur de morte et salute æterna.

d

e

10 Facta est autem hæc ejus inventio anno Domini millesimo primo, regnante Rege Ethelredo, octavo Kalend. Maji mense Aprilis. Aprilis autem quasi Aperilis ab aperiendo appellatur, cum cœlum in æstivos soles clarius aperitur, et mundus in flores

et

A et fœtus animatur; et tunc omnis ager, tunc omnis parturit arbor; tunc frondent silvæ, tunc formosissimus annus, tunc vireta floribus, et volatilia cantibus, et omnia rerum gaudia Christi resurrectioni et Paschalibus diebus resultant: tali namque tempore decuit hæc beata pignora reperiri, quæ in æternam gloriam novo cœlo et nova terra debent resuscitari.

Inventio contigit 24 Aprilis

11 Congrue etiam provida Dei gratia, tanto lumine declarato ipsos Fratres eodem die exhilaravit, quo eos jam exactis decem annis obitus clarissimi Ducis *f* Ethelwini, fundatoris Ramesiensis cœnobii, destituerat; quem hic vel paucis commemorare ad gratiam ipsius pertinet Ecclesiæ. Inter cetera pietatis officia, hoc monasterium, annuente beatissimo Eboraci Pontifice Oswaldo, cœpit et perfecit; prædiorumque et ornamentorum opulentia, ut hactenus claret, extulit, Monachorumque contubernium instituit, Martyrum quoque gemellorum *g* Ethelredi atque Ethelbricti germanorum corporibus illustravit: jamque ad altissimum Principem pulsante languore vocabatur. Qui a B. *h* Elfego tunc Præsule, deinde Martyre, Confessione solutus, Oleo unctus, B divina Communione refectus, fine urgente suppliciter orat adstantes, septem Psalmos decantare pœnitentiales. His finitis imponit extremum Psalterii organum, Laudate Dominum. Ubi vero ultimum verbum hujus ultimi hymni canebant, ipse mente et oculis cœlo intentus cum eis psallebat, ac tertio repetiit; Omnis Spiritus laudet Dominum. Sicque in hoc verbo, Cruce Domini se consignans dextera, et oculos claudens sinistra, spiritum emisit in fide Trinitatis et misericordia, sepultusque est in eodem monasterio quod ædificaverat sancto Patri Benedicto: qui sicut illi mansionem præparavit in terra, ita ab ipso recipiendus creditur in suam mansionem supernam, inter Monachorum consortia, dicente Salvatoris clementia; Qui recipit justum in nomine justi, mercedem justi accipiet. Hujus ergo tristitiam funeris iisdem Kalendis, ut dictum est, abstersit illuminatio B. Yvonis.

die Ethelwinus fundator Ramesiensis obierat. *f* *g* *h*

Matt 10 41

ANNOTATA G. H.

a *Capgravio* Præpositus *appellatur* Elnothus, *sed quia* Abbatis Ednothi *tunc evocati ab eo non fit mentio, videtur nominum facta confusio.*

b *Eidem dicitur* faber Ezi vocatus.

C c *Westmonasteriensis ad an.* 1001 *hanc pœnam adscribit Abbati, eumque a Præposito non distinguens, inquit:* Inventionem cum non reverenter acceptasset Abbas Ramesiensis, graviter punitus est.

d S. Oswaldus *vita functus est anno* 992, *die ultimo Februarii, ad quem diem ejus Acta illustravimus.*

e S. Edowardus Confessor et Rex, *instinctu Oswaldi Monachi nepotis S. Oswaldi, varia dedit Ecclesiæ Ramesiensi anno* 1047: *uti explicatur in Monastico Anglicano Tomo I pag* 240. *At librum versificum hic citatum non reperiri, dolemus.*

f *In Vita S. Oswaldi* Ailwinus *dicitur cap.* 2, *ubi ejus genealogiam deduximus. Donaria ab ipso huic monasterio facta explicantur in Monastico Anglicano pag.* 234: *et pag.* 239 *legitur* donasse 200 hidas terræ.

g *Coluntur hi Martyres* 12 *Octobris, Ramesiæ sepulti, occisi intra annum* 668

h Elfegus *tunc erat Episcopus Wintoniensis, postea Archiepiscopus Cantuariensis, an.* 1012 *occisus* 19 *Aprilis, quo die Acta ejus illustravimus.*

D
EX MS

CAPUT III.

Translatio corporis S. Yvonis Ramesiam.

Postquam sanctissimum corpus beati Patris Yvonis, divinitus præmonstratum, divina aspiratione placuit Ramesiam transferri; accersitus famosissimus Abbas *a* Germanus, Floriacensis institutionis, qui præfato Oswaldo Archipræsuli diu adhæserat; quem inde gloriosissimus Rex Edgarus monasterio sancti Martyris *b* Kenelmi Winckelcumbe præfecerat; filius quoque Edgari successor Ethelredus Cœnobio *c* Celesige præposuerat; quod suggestione Archiepiscopi *d* Sirici, paterna pietate constructum et dicatum Monachis, ordinaverat, pro sancti fratris sui, scilicet Edwardi, regali martyrio et pro regni muro. Cum hoc ergo egregio consorte Germano egregius Pater Ednothus, oratione et abstinentia præmissa, Rege et Episcopis faventibus, S. Yvonem transtulit in Ramesiense habitaculum. Hi gemini Abbates, velut gemini boves Christi, ferebant Arcam Testamenti Dei, S. Yvonem Antistitem. Ceteri Fratres qui convenerant, reliquos Sanctos cum illo repertos evehebant. Jugens turba prosequitur, rura et oppida huc confluunt; vix patentes campi concurrentes populos admittunt. Preces et hymni laudisoni aera gratificant: cœlum ipsum Sanctis favere, sol totis radiis adgaudere videbatur, adeo dulcis aura et dies serena illuxerat. E

Corpus portant Abbates, Germanus *a* *b* *c* *d* *Ednothus* *cum magno jubilo,*

13 Asserunt etiam plerique fideles, quod toto itinere hujus festivæ Translationis, columba candidissima supervolaverit glebam beatissimi Yvonis, tam contemplabili multorum miraculo, ut eam cœlitus advenisse in gratiam Sancti omnium esset attestatio. Occurrit cum reliqua plebe Ramesiensis caterva, albis candidata, et purpureis ornatibus redimita, præferens crucifera Christi vexilla, et aurata Evangelia, et splendida Sanctorum scrinia, et candelabrorum lumina, et thuribulorum incensa thymiamata, et quidquid potuit devotio votiva. Cantibus et cymbalis et tintinnabulis tota resultat insula, resplendent silvæ et flumina. Sic Angelis desuper exultantibus cum humano choro, pretiosæ margaritæ votivo inferuntur templo. Tum hymnum Ambrosianum decantant laudisone, Abbathe Ednotho gratanter incipiente, Te Deum laudamus: subsequuntur Missalia solennia, et dies, S. Yvonis Translatione quarta Idus Junii consecrata, indicitur perpetuo celebranda.

columba supervolante, *10 Junii* F

14 Cumque affatim solicitarentur, quonam loco decentius eum thesaurizarent; ipse pervigil suffragator Yvo, noctu visus cuidam Fratri devoto, demandat Patri monasterii, ut eum tali loco reconderent, quo cuique ad orationem accessibilis esset. Sicque relatis sacris artibus, ac pretioso panno involutis, repositus est in ascensu Presbyterii: ubi adhuc claret, oculis et osculis attrectabilis: Apparet plane cœli civem, non hic locum ambire eminentiorem, sed tantum hominum quærere salutem: nam Sanctis, qui terrena contempserunt adhuc degentes in terra, quid nunc in cœlo regnantibus conferat intima mundi gloria?

deponitur in ascensu Presbyterii

15 Illud etiam ad antiquam Patroni nostri notitiam pertinere videtur, quod apud villam, quæ Hirst appellatur, pratum Yvonis dicitur. Ante hæc quoque tempora in Roma vir grandævus, quemdam ex Anglia ad orationem venientem allocutus, ubi Angliam esse didicit, percunctatur attentius, utrum villam quæ Slepe dicitur nosset: quam cum se optime nosse advena respondisset; hæc senior prosecutus est: Crede et indubitanti serva memoria, quia non longe a vado propinqui fluminis clarissima

Inventio Romæ ante prædicta.

A clarissima latent luminaria, quæ suo tempore attollentur perspicua notitia. Hæc Anglus reversus in patriam læta fide vulgavit, quæ postea revelata nobis hodieternus veritas probavit. Perduravit etiam ad hæc quidam fidelis Clericus, nomine Durandus, qui sæpius pronavit, quæ facta videmus.

Ex MS.

Ecclesia ei constructa.

16 His ergo rebus jam effectu probatis, Abbas Ednothus voto omnium Fratrum Ecclesiam condidit, in honorem et memoriam B. Yvonis, in eodem scilicet loco suæ tumbæ atque inventionis: quæ ita ordinata est, ut ipsa tumba dimidia dimidium infra parietem, et dimidium extra protenderet; quatenus adventantibus, tam obserata janua quam aperta, aqua gratiæ non deesset. Mirabili enim Domino existente in Sanctis suis, qui flumina educit de petra, ipsum e mausoleum scatet unda dulciflua, et hic fluminis impetus lætificat civitatem Dei in populo fideli. Bene quippe apparet in sepulcrali lapide, quod de intimo pietatis suæ ventre flumina quondam fluxerunt aquæ vivæ et fons scatens in vitam æternam, qui docendo et succurrendo in omnes effuderit paternam venam. De multis itaque hujus aquæ remediis, multisque admirandi Yvonis signis atque B revelationibus, hic subnotamus pauca, juxta prioris Scriptoris compertissima oculis vel auribus testimonia, quæ et fidelium adhuc perdurant in memoria f.....

tumba aquam stillat salubrem. e

ANNOTATA G. H.

a *Aimoinus in Vita S. Abbonis Abbatis Floriacensis, an.* 1004 *interempti* 13 *Novembris, meminit hujus* Germani, ex sacro Floriacensi assumpti monasterio, *sed perperam* Abbatem Ramesensis monasterii *statuit, forte ob hanc translationem in errorem abductus.*

b *Colitur* S. Kenelmus, Rex Merciorum, 17 *Julii, de quo, et* Winchelcumbe monasterio *in agro Glocestriensi, consule Monasticum Anglicanum pag.* 182 *et seqq.*

c Celesige *in textu est, ast in margine* Sheptoma, Shastburie *in agro Dorsetensi: et ita debere esse, colligitur ex mox indicato Edwardo Rege Martyre, de quo et dicto monasterio late actum est ad hujus Acta* 18 *Martii.*

d Siricius *dicitur sedisse apud Cantuarienses ab an.* 989 *ad* 995, *quo tempore regnabat* Ethelredus, *scilicet post S. Eduardum fratrem, an.* 978 *occisum, usque ad annum* 1016 *... Longævus dictus, apud Hun-* C *tingdonensem de Vitis Sanctorum Angliæ, ubi sub eo* Corpus revelatum S. Yvonis, *ait.*

e *Malmesburiensis, loco supra indicato, hæc ita describit:* Ex ipsis mausolei sinuosis anfractibus erupit unda, bullis uberrima fugacibus. Manat ad hunc diem fons dulcis potui, accommodus omnium valetudini. Nec potest numero æstimari, nedum comprehendi scripto, multitudo per Beatum illum sanatorum; adeo ut nullus in Anglia Sanctus, Ivone vel exoratu facilior vel affectu efficacior. Vidi ego quod dicam. Monachus quidam morbo intercutis aquæ languebat. Jam turgida pellis in altum creverat: jam gravis halitus astantes submovebat: ipse sibi epotaturus totos amnes, exsiccaturus plena dolia videbatur. Admonitus in somnis ad S. Yvonem perrexit: ibique tertio potata aqua, undam superflui humoris ore rejecit. Detumuit venter, remarcuerunt crura: et ne plura, totus homo in sanitatem revixit: tandemque gloriatus est pro tam salubri vomitu, se aliquando satiari posse de potu. *Hæc Malmesburiensis, Goscelino aliquanto junior, et an.* 1142 *vita functus.*

f *Hæc in nostra relatione desunt: aliqua in Appendice ex Capgravio dantur. Sequentis vero capitis speciis titulus hic habebatur.* Ut sacræ Reliquiæ Sociorum D S. Yvonis, triduano jejunio celebrato, regnante Rege Henrico, ad ecclesiam inventionis eorum, v Idus Augusti, a Fratribus Ramesejæ, revehebantur. *Regnavit autem Henricus I ab anno* 1088 *ad annum* 1100.

CAPUT IV.

Translatio Sociorum S. Yvonis ad hujus ecclesiam: Reliquiæ eorumdem, regnante Rege Henrico ad ecclesiam Inventionis revehuntur.

Apud prædium quoque quod Ramesiensis ecclesia juris est, Slepe vocitatum, ubi quondam sanctorum Yvonis sociorumque ejus corpora ipsius S. Yvonis gloriosa revelatione inventa, et Ramesiam cum digno honore a Fratribus translata sunt, crebra diversorum debilium signa sanitatum divinus perpetrantur. Quidam etiam ejusdem villæ coloni, noctibus multis, coruscæ lucis radium, ab ipso loco usque in Ramesiam extensum, aliquando in cælum usque directum, manifeste se vidisse testantur. Villa autem E illa non longe a Ramesia, sed quasi septem millibus passuum disparatur.

Ob Miracula Slepæ facta

et lucem apparentem,

18 Igitur quorumdam virorum illustrium hortatu atque consultu, Fratribus Ramesiensibus placuit, trium B. Yvonis Sociorum, inseparabiliter lateri ejus olim adhærentium, Reliquias, in theca argentea decenter simul reconditas, ad ejusdem prædii ecclesiam, in honore eorum constructam referri; ut et ipsa ecclesia ob reverentiam Sanctorum honoratior atque celebrior haberetur, et a populis undique diffusis, præsentium intercessione Patronorum, affluentius atque devotius frequentaretur: adjicientes etiam justum videri, ut magister, majorem locum translationis; discipuli vero, minorem locellum inventionis sua præsentia honestarent. Verum ne temeraria præsumptione divinæ dispositioni contraire, et Sanctorum excellentiæ vel venerationi derogare viderentur, vigiliis et orationibus ac triduano jejunio voluntatem eorum hac de re consulere decreverunt. Quod dum ageretur, puella quædam, a sinistra parte corporis sui semiparalytica, in somnis accepit, apud memoriam beati Yvonis Sociorumque ejus se esse curandam. Quæ cum istuc advenisset, et aliquantisper in oratione procubuisset, somnii sui effectum in conspectu Fratrum consecuta est. Cujus judicio signi lætiores et fidentiores effecti, F jejuniis et orationibus peractis, cum laudibus et hymnis atque honore congruo arcam sanctam, cælesti manna refertam, ad præfatam ecclesiam v Idus Augusti transtulerunt; deputatis ibidem Fratribus, quorum vigilanti solertia cælestis custodiretur thesaurus, atque divinum Officium die noctuque devote perficeretur.

decreta translatione sociorum illuc facienda,

dum jejunatur per triduum, sanatur paralytica:

transferuntur;

19 Ut autem divina clementia piam actionem et sinceram devotionem eorum approbasse se, et Sanctorum præcelsa merita quantum sibi essent accepta evidenter ostenderet; qua die hæc agebantur, ter quinos diversis infirmitatibus debilitatos homines sanitati restituit; atque exinde in eodem loco, Sanctorum suorum interventu, opem misericordiæ suæ poscentibus conferre non desistit.

et postea ægri XV.

APPENDIX MIRACULORUM

ex nova Legenda Angliæ Jo. Capgravii.

Adolescens de Venetia, consularis dignitatis, diabolico instinctu sororem gravidam interfecit. Pœnitentia ductum ferreis nexibus Episcopus alligat

ob occisam sororem circulis ferreis vinctus;

A gat; a scapulis ad renes ferro constringit ventrem et brachia ferro accingit: sicque vinctus mundi pervagatur climata, Sanctorum poscendo suffragia. Apud S. Dionysium tandem deveniens, vinculum unum Sancti prece rumpitur: mareque transiens, et ad tumbam S. Yvonis perveniens, cum Magnificat in Vesperis cantaretur; et versus iste, Et misericordia ejus a progenie in progenies, diceretur; invisibili virtute corripitur, totus a terra levatur, terræque citius deponitur: rumpuntur ferri ligamina, et vincula citius sunt discussa. Alii quoque quatuor, ferro per Episcopos in pœnitentia adstricti, ad tumbam S. Yvonis a vinculis sunt absoluti.

uno, ad S. Dionysium; altero, ad S. Yvonem liberatur:

21 Mulierem, propter cæcitatis plagam a viro derelictam, visu reddito, confortavit. Adolescentem, miracula sancti Episcopi deridentem, Sanctoque detrahentem, curvatis genibus et rigidis, usque ad mortem ad ambulandum reddidit ineptum. Monacho, famulos suos in ejus festo operibus servilibus insistere cogenti, Sanctoque convitia inferenti, apparuit, dicens; Tu, numquid me nosti? Ille vero tremens respondit, Non. Ego sum, inquit, Yvo, quem nuper te nescire dixisti, et festum meum colere volentes prohibuisti: et dedit ei zonam, dicens; B Ista zona præcingere, et mei notitiam amodo tene: et præcingens eum, abiit. Expergefactus, quasi serreo vinculo arctissime se circumcingi sentit: interius vitalium incisione torquebatur; exterius, carne in putredinem defluente, venenosa tabe et inflatione vexabatur. Tandem, quod in Sanctum deliquerat, lacrymabiliter confitetur; tumbamque ejus devote visitans, sanitatem reportavit.

illuminatur cæca:

duo Sanctum irridentes puniuntur;

quorum unus pœnitens sanatur:

22 Cum Monachus quidam, normam abhorreas, aufugere conatus esset; spiritus nequam eum invasit; et circa mediam noctem, cum jam melius habere cœpisset, duos ad se tetros homines venire conspexit, qui dicunt ei; Quia de loco isto fugere voluisti, te ad inferni claustra rapientes deducemus. Quo audito, concitus surgit, et Kyrie eleyson clamando, ad monasterium confugit. In domum infirmorum deducitur: et apparente sibi S. Yvone, et signum Crucis super ipsum faciente, sanus effectus est. Ex tumba S. Yvonis, aqua perspicua, visu delectabilis, gustu suavis, sumentibus salubris erumpit: surdis auditum, cæcis visum, desperatis et in D extremis agentibus conferens sanitatem. Duo leprosi, eadem aqua perfusi, sanantur; et cæci tres, oculorum luci restituuntur.

item Monachus, fugam apparans.

Aqua ex tumba multis salutaris,

ex iis.

23 Puer quidam, a dominis suis mercatoribus vicem coquinæ sibi deputatam studiose adimplens, aquam de tumba Sancti hauriens, ollæ imposuit, et ignem copiosum accendit: carnes tamen discumbentibus appositæ, crudæ et sanguine plenæ sunt repertæ. Res ut erat aperitur, aqua in olla omnino frigida invenitur: aqua enim S. Yvonis, semper in eodem statu permanens; nescit occasum, nec aliquando patitur eclipsim; et si quandoque in quantitate magna avidius sumatur, sumenti numquam malum inducit, nec bibentis uterus inflatur.

nequit vi ignis calefieri:

24 Mulier quædam in tantum juri diaboli fuit mancipata, ut idem malignus cum ea in specie leporis frequentissime coiret: ita quod in ipso coitu infelix illa, quod dictu horrendum est, fluxum seminis per os, ad majorem sui confusionem, evomeret. Confessa est tandem cum lacrymis Priori loci delicta sua: et ab eo vasculum cum aqua S. Yvonis accipiens, et de Dei misericordia confidens, videt dæmonem, in solita forma adstantem, sed nullatenus accedere præsumentem; comminantem tamen et increpantem, quia contra se murum aqueum erigere E voluisset. Mulier vero, de potestate diaboli erepta, nihil confusionis præteritæ experta, incolumis et gaudens ad propria remeavit.

incubo dæmoni obnoxia, illius haustu liberatur.

25 Mulier quædam, a nativitate cæca, Sanctorum per Angliam circumquaque terens limina, a B. Thoma Martyre rediens, S. Yvonis petitura suffragia, villæ illius prope site appropinquans in monticulo, fessa residens, paulisper dormire cœpit. Cui duo præclari viri in habitu Pontificali unus itinere, quo venerat, veniens: alter, via qua itura erat adstantes, duos oculos valde lucentes (ut ei videbatur) in manibus gestabant: quorum unus unum quem tenebat oculum, alter alterum capiti suo adponebant. Expergefacta mulier oculos se percepisse et visum, gavisa est: quod autem hoc miraculum beato Martyri Thomæ sanctoque Yvoni sit adscribendum, nulli venit in dubium.

Cæca, apparentibus SS. Thoma et Yvone,

visum recipit;

26 Viri tres, morbo hydropico inflati, aqua Sancti hujus hausta, sedato tumore sanitatem reportarunt.

hydropici sanantur.

C

DE S. LANDERICO

F

G. H.

EPISCOPO PARISIENSI IN FRANCIA.

Ex triplicis ætatis Breviariis.

Sec. VII

Cultus.

M*artyrologii ab Usuardo collecti, apud S. Germanum de Pratis Parisiis, duo extant exemplaria: unum perv\etus, quod scriptum dicitur ante obitum Caroli Calvi, cui et dicatum est; alterum recentius, ante annos quadringentos aut aliquando plures exaratum. In hoc secundo, non sub finem, sed textui inserta est memoria* S. Landerici, Episcopi et Confessoris Parisius. *Quæ eadem leguntur in MS. Centulensi S. Richarii, et Usuardo Parisiis sub an.* MDXXXVI *excuso: Item apud Galesinium, Canisium, Ferrarium, et alios,* Landericus *scribitur apud Grevenum. In Usuardo MS. Reginæ Sueciæ num. 428 signato,* Laudis *nominatur. Molanus in Auctario Usuardi, ista habet:* Parisius depositio S. Landerici, Episcopi et Confessoris; qui ejusdem urbis Antistes, licet minus plene miraculorum signis fulgeat in terris, tamen cum Domino creditur regnare in cœlis.

2 *Andreas Saussayus Parisinus, in Martyrologio Gallicano, quod edidit Concionator Regius, necnon Ecclesiæ SS. Lupi et Ægidii ibidem Pastor, hoc elogio* S. Landericum *exornat, primo loco:* Lutetiæ Parisiorum S. Landerici, Episcopi et Confessoris, qui Chlodovei junioris temporibus ea in Cathedra sedens, susceptam ad regendum Ecclesiam sanctæ fecunditate ditavit; gregique suo pietatis exempla immortalia relinquens, miraculis etiam innitens, ad cœlestium Senatorum consessum, pro mei terreni fœnore, auspice Christo, cui fideliter ministravit, evectus est. Beatus hic Pontifex visceratim adeo pauperes dilexit, quos et in publica annonæ penuria ut aleret, non dubitavit in eorum solatium distrahere, post domesticam supellectilem, etiam sacra vasa et ecclesiastica decora. Egenis vero ægrotantibus ut prospiceret pius Pastor, xenodochium prope episcopium primus instituit: unde in beneficentiæ

Elogium ex Saussayo.

permansit

A permansit ejus memoria, justitia vero collaudabitur *AUCTORE G. H.* in seculum seculi. Tanti vero Antistitis, ut Parisiensis civitas perpetuo merita veneratur, sic et perennis experitur patrocinii auxilia: ad quorum beneficiorum commendationem ecclesia extructa est, ejus invocatione insignis: quæ jure obstricta opitulationis, ipsius hodie natalitia solenni cultu celebrat. *Reliquiæ in S. Germani.* Ejus autem sacrosancta spolia digna veneratione conservat, suo in sacrario, Clerus Regiæ Collegiataque Ecclesiæ S. Germani, cognomento Autissiodorensis: unde allatum pridem ejusdem beati Antistitis sudarium, furentis ignis sævitiam sua oppositione repressit. *Hæc Saussayus.*

3 *Hactenus duplicia Breviaria Ecclesiæ Parisiensis: horum antiquiora auctoritate Petri de Gondy Episcopi fuerunt an.* MDLXXXIV *excusa, alia recentiora auctoritate Joannis Francisci de Gondy Archiepiscopi an.* MDCXXXVI *vulgata: et in utrisque præscribitur de* S. Landerico officium novem Lectionum, *in posterioribus vero additur,* sub ritu duplici, *et hæ in secundo Nocturno recitandæ Lectiones habentur.* *Lectiones Breviarii Parisiensis.* Landericus, sub Chlodoveo II Rege Præsulatu sanctissime fungens, Apostolicis virtutibus et meritis Cathedram Parisiensem decoravit. Cum enim ab B ipsa fere pueritia addictus Regularibus disciplinis, Christo totum sese dedicasset, ubique spirantem religionis animum Clero adscriptus, tam morum quam doctrinæ præstantia omnibus fide præeminneret, ac gradatim ex virtutum progressu ad Sacerdotium fuisset evectus; demum Antberto, laudabilis memoriæ Episcopo Regiæ civitatis, de medio subducto, ejus in locum tantum renitens, quantum omnium votis desideratus, Deo aspirante suffectus est. *Electio in Episcopum:* Quo auctus honore, non tam delatæ dignitatis decus, quam suscepti oneris officium consideravit: Denique et proximi incensus amore, sic Ecclesiæ suæ regendæ incubuit, ut neutiquam sua commoda, sed divinam gloriam, et commissi sibi gregis salutem per omnia quæsierit, nihil tam suum ex debito munere, quam Deo servire et prodesse populo reputans: et ita demisse de se sentiens, ut, cum profecta emineret justitia, maximum se peccatorem existimaret: ideoque quidquid boni ac præclari sancto ex affectu faciebat, suis potius eluendis peccatis quam augendis meritis destinandum arbitrabatur. In tantum erga pauperes misericordiæ affectu flagrabat pius Episcopus, ut dira annonæ penuria populum affligente, omnem primum privatam suppellectilem in egentium subsidia distraxerit; deinde et vasa C ipsa sacra confregerit, ut Christi membra, fame fere enecta, refocillaret. *virtutes.* Nam egentium greges eodem tempore pius Pater pascebat, propria manu erogata singulis panis alimonia, seu ope alia impertita. Cujus caritatis fervore exitus, ut infirmis etiam opitularetur, xenodochium iis fovendis juxta sanctæ Dei Genitricis ecclesiam ædificavit, et censu quo potuit dotavit. Tandemque gloriosus Antistes, clarus omni sanctitatis splendore ad cælum evolavit: conditusque ad S. Vincentii (quæ S. Germani Autissiodorensis jam dicitur) basilicam, plurimis coruscavit divinæ gloriæ insignis. *misericordia erga pauperes.* Et (*ut in priori Breviario additur*) inter cetera beneficia sanitatum, urbem ipsam periclitantem incendio, oppositione veli, quo ejus corpus obtegebatur, a flammis liberavit.

4 *Sed et illud præponebatur in eodem antiquiori Breviario:* Idem beatus Pontifex, religionis monasticæ zelo, ut quieti Dei servientium consuleret, exemptionem monasterii S. Dionysii in Francia, rogante Chlodoveo secundo, Dagoberti fundatoris filio, accedente etiam summi Pontificis auctoritate, signavit. *Exemptio monasterii S. Dionysii,* *Philippus Labbe, cum Tomo sexto Conciliorum suorum hoc Privilegium edidisset; columna 489 annotavit;* Privilegium illud a viris pereruditis oppugnari propugnarique, nec suum esse inter eos tantas componere lites, illud tantummodo sapientissimorum scriptorum suffragiis corroboratum; Desinat novitas vetustatem incessere, *aliaque quæ ibi legi possunt.* D *Factum illud privilegium* anno XV, regnante Chlodoveo, *ergo Christi* DCLI. *Sequenti vero anno subscripsit idem* Landericus. *Præcepto ejusdem Chlodovei, de eadem monasterii S. Dionysii libertate, in Conventu Clipiacensi concessa.* *anno 651.* *At quamdiu sederit, aut quo anno Episcopatum susceperit aut vita functus fuerit, non exacte constat. Supra memoratus decessor* Authertus, *aut potius* Audobertus *fuit: in cujus Episcopi vicem ipse* Laudericus *etiam subscripsit Concilio Cabilonensi, sub Chlodoveo II habito; sed quoto ejus anno nescitur. Mortuus autem est Chlodoveus an.* DCLVI.

5 *Hactenus Henschenius, an.* MDCLXXX *correptus paralysi, qua uno post anno obiit, nec videre potuit ipso illo anno Parisiis editum Breviarium novum, auctoritate Francisci de Harlay Archiepiscopi; missum nobis ab eruditissimo Metropolitanæ Canonico Claudio Castellano, in ejus compositione partem magnam habente; ubi tum alia multa Sanctorum Officia ad ritum Semiduplicis trium Lectionum reducta sunt; tum etiam hoc* *D. P. In novo Breviario anni 1680* de S. Landerico, *sub propria hujusmodi oratione;* E Deus qui B. Landericum, Confessorem tuum atque Pontificem, misericordiæ visceribus implevisti; *Oratio propria.* quæsumus, ut quem pauperum patrem tua gratia effecisti, benignum pro nobis intercessorem jugiter esse largiaris. *Prima Lectio præscribitur ex initio Epistolæ B. Jacobi. Secunda et tertia, quæ Sancti historiam studiosius enucleatum continent, dignæ sunt quæ hic legantur, in specimen adhibitæ accurationis summæ in Breviario isto conficiendo.*

6 Landericus in Episcopatu Parisiensi successor *Vitæ Synopsis,* Audoberto datus est, Chlodoveo secundo Rege. Inter ceteras, quibus enituit, boni Pastoris dotes, præcipue erga pauperes misericordiæ affectu commendabilis fuit. Annonæ penuria populum affligente, omnem privatam suppellectilem, ipsa etiam sacra vasa in eorum subsidium distraxit, erogata singulis alimonia, aliisque ad vitam necessariis. Traditur et juxta Cathedralem ecclesiam S. Mariæ nosocomium primus ædificasse, quod Domus Dei dicitur: illudque censu quo potuit dotasse. Ejus jussu Marculfus, in diœcesi Parisiensi Monachus, Formulas veteres, hoc est Instrumenta, stati s solemnibusque verbis concepta, et antiquitus in utraque jurisdictione, ecclesiastica nimirum et civili, usurpari solita, collegit; novas composuit; easque omnes duobus libris complexus, illi dedicavit. *dedicatæ ei formulæ Marculfi.* F Postulante Chlodoveo, monasterio S. Dionysii privilegium indulsit libertatis, ab omni debito et redditione circadarum et synodorum. Demum consummatis laboribus migravit in cælum, et sepultus est in basilica S. Vincentii, modo dicta S. Germani Autissiodorensis, olim S. Germani Teretis.

7 Subrogatus est illi Chrodobertus, ad quem S. Audoenus libros de vita S. Eligii, quos scripserat, transmisit corrigendos. *Corpus translatum an. 1408* Post multos annos, Mauritius dictus de Solliaco, Landerici corpus in capsa lignea condidit: quam vetustate consumptam reseravit Petrus de Ordeimonte, Parisiorum Episcopus, an. MCCCCVIII, XVI Kalendas Octobris; reperitque in ea, cum ossibus et pulvere corporis, vestimentis ac linteaminibus, schedam in hæc verba conscriptam: Hæc sunt ossa beatissimi Landerici, Parisiensis Episcopi, sic reposita a venerabili Mauritio Parisiensi Episcopo, et Remigio hujus ecclesiæ Decano, anno ab Incarnatione Domini MCLXXI; regnante Ludovico, qui duxit exercitum in Hierusalem, summo Pontifice Alexandro. *ex veteri arca anni 1171.* Sed et duas alias schedulas, quarum quæ vetustior et pene corrosa, hæc verba continebat:

continebat: S. Landerici Episcopi. Hinc Petrus ossa duo distracta, ecclesiæ Parochiali S. Landerici donavit: cetera vero in capsa argentea, præmisso benedictionis ritu, reposuit: præsentibus Ludovico Duce Burbonio, Prælatorumque, Militum, ac populi magna multitudine, ipsamque clausam pone summum altare, habita solenni processione, collocavit. *In novo quoque Rupellensi Breviario reperio festum simplex de hoc Sancto præscriptum.*

DE SANCTO ITHAMARO

EPISCOPO ROFFENSI IN ANGLIA

G. H.

De ejus ordinatione, ætate, cultu.

ANNO DCLVI.

Roffa, *vulgo* Rochester, *urbs Angliæ in Cantio, media fere inter Cantuariam et Londinum, a S. Augustino Anglorum Apostolo facta est Episcopalis, constituto ibidem S. Justo, ad diem* X *Novembris referendo. Huic ad Sedem Cantuariensem evocato successit Romanus, qui iturus ad Pontificem naufragio periit, et tunc S. Paulinus e Sede Eboracensi pulsus eidem præfuit tertius Episcopus; ibidemque diem extremam clausit, anno* DCXLIV *die* X B *Octobris.* In cujus locum, *inquit Beda, lib.* 3 *Historiæ gentis Anglorum cap.* 14, Honorius Archiepiscopus ordinavit Ithamar, oriundum quidem de gente Cantuariorum, sed vita et eruditione antecessoribus suis æquandum. *Primus sane hic fuit e genere Anglo-Saxonum, quem ea natio meruit habere Episcopum. Ibidem venerabilis Beda, cap.* 20 *ejusdem libri* 3, *scribit,* electum esse Archiepiscopum Cathedræ Dorovernensis sextum Deusdedit, de gente Occidentalium Saxonum. Quem ordinaturus venit illuc Ithamar, Antistes Ecclesiæ Roffensis. *Quod factum est anno* DCLV, *et creditur* S. Ithamar *non diu superfuisse, sed anno sequente* DCLVI *ad Christum migrasse,* decessoribus suis sanctitate et doctrina nihil cedens, *inquit Harpsfeldius sec.* 7 *cap.* 11, *et ista addit:* Post multos annos ab obitu, translatum est corpus ejus in locum honorificentiorem, ob crebra per eum edita miracula. Quæ translatio facta est quarta Iduum Januarii (*imo* Junii) quo die in Ecclesia Roffensi annua ejus memoria stata solennitate celebratur.

Testimonium Bedæ:

translatio corporis:

2 *Inter illustriores Bibliothecas Romanas codicum manuscriptorum, post Vaticanam antehac potuit censeri, quæ in ædibus Ducis Altempsii servabatur, quoad is vixit. In ea reperimus antiquum unum Martyrolo*C*gium, ex Anglia advectum: ubi ad hunc* X *Junii, ista leguntur.* S. Ythamari, Episcopi et Confessoris, Depositio in Roffensi civitate. *Ita etiam* Ithamari, Episcopi et Confessoris, *memoria celebratur in MS. Florario Sanctorum, et cum majore elogio in Martyrologio Anglicano Wilsoni, atque Catalogo generali Ferrarii. Menardus, eumque secutus Bucelinus, ob errorem Harpsfeldii referunt eum ad diem* X *Januarii; et suis Benedictinis adscribunt. At Mabilio seculo secundo, ne quidem inter Prætermissos eum ponit. Joannes Capgravius, in Legenda Sanctorum Angliæ, excudit aliqua Acta virtutum et miraculorum, quæ videntur seculo* XI *et* XII *facta, quorum aliqua Auctor se vidisse testatur, et hunc inde constat tunc vixisse. Illa Acta, prout ea ætate fuerant scripta, videtur Capgravius, nulla re addita, suæ Legendæ inseruisse: ubi semel invenies recentiori forma scriptum* Edmarum, *pro* Ithamaro.

Memoria in Fastis.

Acta edita.

VITA

Ex Legenda Sanctorum Angliæ Joannis Capgravii.

Pauca de miraculis B. Ithamari venerabilis Episcopi, quæ vel ipsi vidimus, vel ab aliis fida relatione accepimus, litteris mandare curavimus; ut in notitiam veniens per devotionem, animarum saluti E proficiat, quod exterioribus signis de beati viri meritis pietas superna declarat. Sane de temporalis vitæ ejus serie nihil nobis veterum diligentia tradidit, excepto eo, quod venerabilis Presbyter Beda, in historia sua Anglorum, breve sanctitatis ejus, imo sufficiens breviter testimonium reddidit, his verbis. In Ecclesia, inquit, Roffensi B. Paulinus moriens, Pallium, quod a Romano Papa susceperat, reliquit. In cujus locum Honorius Archiepiscopus ordinavit Ithamarum, oriundum quidem de gente Cantuariorum, sed vita et eruditione suis antecessoribus æquandum. Verum ad imitanda hujus Sancti merita, quid multis verbis opus est? quando et crebra virtutum operatio fidem dictis conciliat, et jam fama divulgante nomen ejus dulcifluum, fidelis circumquaque populus mira devotione concelebrat.

Sanctitatem ejus Beda et miracula confirmant.

2 Tempore enim venerabilis [a] Gundulphi Episcopi, innovata Roffensi ecclesia, B. Ithamarus, de loco ubi prius sepultus fuerat, in excelsam quamdam testudinem ad Aquilonem transpositus est. Erat autem in ecclesia illa Monachus quidam, vir senex et eximiæ sanctitatis, cæcitate percussus; qui ad tumbam S. Ithamari cum lacrymis et gemitu preces fundens, axauditus est. Nam nocte in somnis F vir habitu candido, et splendore vultus eximio, ei adstitit, dicens, se ad clamorem ejus evocatum, ut sibi mederetur, adesse: et oculos manu tangens, perfectæ sanitati restituit. Quo audito, Episcopus Ithamari Reliquias in Presbyterium referri, et in loco decentiori thecam inæstimabilis thesauri, ubi cunctis esset accessibilis, locari præcepit. Quo in loco fideliter postulantibus, præstante Deo, multarum facta sunt et ostensa signa virtutum.

Cæcus illuminatur.

Corpus transfertur;

3 Ægrotabat mulier quædam in civitate, et erat languor fortissimus, ita ut vix in ea anhelitus remaneret. Et cum B. Ithamarum invocaret, apparuit in sopore, dicens: Vade, inquit, ad locum ubi requiesco, ut salutem ibi consequaris. Cui cum respondisset, præ infirmitate se id facere non posse; iterum ac tertio eisdem est verbis admonita. Quod cum fecisset, sanitatis muneri donata, Deum in Sancto suo glorificavit. Maritus ejusdem mulieris post hæc decidit in languorem: et cum ad B. Ithamarum preces fudisset, quadam nocte in extasim raptus, putabat se præ foribus splendidissimi habitaculi assistere, quo Sacerdotalis habitus et ordinis multitudo convenerat. De quorum consessu vir clarus assurgens, venit ad eum; ictuque levi virentis

sanantur duo conjuges a languore

virgæ

A virgæ pectus sibi tetigit, et ait: Quid est quod languore deprimeris? Vade de cetero, et sanus esto. Tunc expergefactus vir saluti redditum se sentiebat.

Presbyter ab infirmitate, A quodam Presbytero infirmo invocatus S. Ithamarus per visum apparuit, manuque protensa, quasi medici functus officio, eum tetigit et ait: Vide hanc nemini visionem dixeris, donec ad locum memoriæ meæ pervenias. Nec visio illa inanis fuit, quia salus velox secuta est.

b Episcopus Roffensis *b* Joannes, per S. Ithamarum ab acerrimo oculorum dolore curatus, de priore theca pretiosas S. Ithamari Reliquias, in novam et decentiorem, per manus religiosorum Fratrum, quarto Idus Junii, cum hymnis et lætitia transtulit: ipsoque die *c* annua ejus solemnitas, tum aliorum tum hujus specialiter occasione miraculi, festive decreta est celebrari. *Episcopus ab oculorum dolore.* *c*

4 Plurimi vero febrium ardore vexati, vel oculis afflicti, et variis infirmitatibus laborantes, meritis S. Ithamari sanitatis beneficio potiuntur. *Febres sublatæ.* Quidam Frater, valida infirmitate pressus, cum S. Ithamarum devotis precibus invocasset; in somnis vidit virum ignota facie ad ipsum introire, virgam manu habentem; eamque per spatia domus huc illucque circumferendo, multitudinem dæmonum, diversis B formis, minaci vultu et truci aspectu, infirmum continentem, proturbare: sicque liberatus ab hora illa levius habere cœpit. Sed denuo rediens infesta illa multitudo irruit, domus spatia complevit, rictu et aspectu terribili horrendum impetum faciens. Invocato S. Ithamari nomine, non eodem vultu quo prius, sed Pontificalem habitu personam præferens rediit, albis indutus, et nitenti desuper Pallio opertus: oculi nitore eximii, facies candida: et quidquid intuebatur infirmus, gratiæ inæstimabilis erat. Ad cujus præsentiam mox spiritus immundi timidi profugiunt. At ille post eos baculum vibrans, habitaculum intrinsecus tertio circuit, et ab omni D dæmonum spurcitia purgans disparuit. *Infestatio dæmonum depulsa.* Nec multo post tertia vice, terribilis dæmonum multitudo, infirmum infestans advenit: et ecce quidam, cujus nec vultum nec habitum videre, nec discernere poterat, crucem bajulans, omnes in fugam actos tumultuoso impetu præcipitanter exire coegit. A die illa infirmus, plenam sanitatem adeptus, ab illusoribus nil incommodi ultra perpessus est.

5 Puer quidam, debilitatem incurrens, mutus et surdus effectus, ad tumbam S. Ithamari deductus, perfectæ saluti redditus est. *Sanantur mutus et surdus,* Quidam valida ægritudine vexatus, invocato S. Ithamaro, in excessu mentis vidit illum, præcipientem sibi, ut pergeret ad ecclesiam B. Andreæ Apostoli, ubi ei et sedes honoris et quietis locus a Deo provisus est. Quo cum pervenisset, vidit personas quatuor decoris eximii, *alius æger* videlicet Petrum et Andream, Paulinum et Ithamarum, quorum unus Pontificaliter infulatus, ante altare venit, quasi pro salutis suæ impetratione flexis genibus supplicavit. Tunc expergefactus, et sanitati redditus, Deo gratias referebat.

ANNOTATA G. H.

a Gundulphus, ante Monachus Beccensis, vir Deo amabilis et religiosus, *dictus in Vita B. Lanfranci* E *28 Maji num.* 53. *Sedit ab anno* 1077 *usque ad annum* 1107.

b *Post hunc Gundulphum sederunt Episcopi*, Radulphus, Earnulphus, *et deinde* Joannes, *consecratus 23 Maji anno* 1125, *mortuus* 1137, *ac de eo hic agi arbitramur.*

c *Hujus loco*, quarto Idus Januarii, *perperam legi apud Harpsfeldium, supra diximus.*

DE SANCTA OLIVA

VIRGINE ET MARTYRE PANORMI.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

G. H.

De recentioribus Actorum auctoribus, sed veteri cultu: deque ætate per conjecturam.

C *FORTE SEC. IX.* *Cultus sacer Panormi.*

Duæ hoc mense Junio occurrunt Virgines, Oliva appellatæ; *harum altera asservatur Anagniæ, in Cathedrali Ecclesia tumulata, cujus Acta duplicia, sed imperfecta dedimus die* III *Junii, quo die inscripta etiam est Martyrologio Romano, ubi in Notis indicat Baronius*, aliam rursus esse Olivam: cujus his verbis meminit Thomas Fazellus, de Rebus Siculis decade 1 lib. 8. Panormus, inquit, maxime insignis facta ortu Olivæ et Nymphæ Virginum, quarum clara gesta habentur. *Hæc ille. Ex his* S. Nympha, Martyr *sub Aureliano patre, habet ibidem venerationem* XII *Novembris cum Octava, quo die ejus Acta erunt elucidanda. Ast alia*, S. Oliva, *etiam* Martyr, *colitur hoc* X *Junii cum Octava;* colique solemniter ut Patronam, *indicat Ferrarius in Catalogo generali, qui in Catalogo Sanctorum Italiæ*, ex ejus Vita typis excusa Panormi *dedit compendium, quod est hujusmodi.*

In exilium missa, 2 Oliva Virgo Panormi, in Sicilia nobili genere orta, annos tredecim nata, apud Siciliæ Præsidem, quod Christiana esset, accusatur: captaque, cum a fidei proposito abduci non posset, ob generis nobilitatem mittitur in exilium: in quo multa divinitus patravit. Nam claudum, qui etiam cæcus erat, se in Christum crediturum esse, si sanaretur, pollicitum, oratione sanavit: qui mox, non alium Deum F esse, nisi quem coleret Oliva, clamare cœpit. *sanat claudum et cæcum:* Socius autem, quem is, ut in Christum crederet, suadere conabatur, cum Christum contemnens, illum a Judæis tamquam maleficium crucifixum diceret, repente cæcus factus est: sed pœnitens et credens, Olivæ intercessione visum recuperavit: ac uterque paulo post martyrium propter Christum constanter subiit. Oliva, quod puella esset, tantummodo flagellis cæsa, in silvasque ablegata est: in quibus cum feris, ab ea mansuefactis, septennio habitavit. *septennio inter feras degit.* Cum autem quidam nobiles inter venandum in eum locum penetrassent, ac virginis capti pulchritudine eam tentarent; Cavete, inquit, illa, ne, qui me spatio septem annorum a feris defendit, vos percutiat et perdat. Quibus verbis perterriti, veniam ab ea postulantes, illam quid sibi faciendum sit rogant. Illa vero, ut credant in Christum, et undis salutaribus expientur, consulit: quod cum fecissent, ad martyrii palmam pervenere. His ad Præsidem relatis, Oliva comprehendi jubetur, et in carcerem detrudi, inediaque macerari; *a variis tormentis illæsa,* ministris, quos ipsa converterat, ob fidem interfectis. Educta post aliquot dies, cum longam circa fidem cum Præside disceptationem habuisset, tamdiu flagellis cædi jubetur, et in equuleo

A leo suspensa pectinibus laniari, donec costæ nudarentur; deinde in ferventis olei dolium immitti, oleoque perfusa comburi: a quibus omnibus liberata, demum capite truncata, migravit in cœlum. *Hæc Ferrarius, qui miratur,* in Vita illius nullam fieri temporis, quo vixerit, mentionem: *sed nec loci etiam, in quo eculeum passa, Martyr obierit.*

capite truncatur.

3 *Octavius Cajetanus, tomo 2 de Vitis Sanctorum Siculorum, edidisse ait Vitam ejus* ex MS. codice Ecclesiæ Panormitanæ, *et in Animadversionibus addit,* se historiam S. Olivæ exscripsisse ex Lectionario libro membranaceo MS. Ecclesiæ Panormitanæ: in quo Vita per Lectiones novem distributa, quibus Panormitana Ecclesia antiquis temporibus utebatur. Id vero, *inquit,* Lectionarium ad verbum exscribere solet antiquiora Sanctorum Acta: nimirum rudem et humilem historiæ stylum perpolire necessitas fuit . . . Obscurum item compertumque his Actis est, sub quibus tyrannis Oliva, quove ævo pro Christiana fide cæsa, et quo loco Panormi condita sit.

Vita ex Lectionario emendata a Cajetano

4 *Henricus Henschenius, Vitam quidem, ut est a Cajetano edita, prælo apparans, non tamen desperans obtineri posse originaria ex Legendario Panormitano Acta; utpote conformia magis instituto operis nostri,* B *quod est dare omnia phrasi primigenia scriptorum, et styli curam aliis relinquere; numquam certam fidem reperiens, ubi præstant* [illegible]*, ab ipsis elegantius descriptorum, monumenta. Scripsi igitur Panormum, sed responsum accepi, non inveniri quod quærebam. Interim indicium manet, ut fatetur Cajetanus,* quo ævo pro Christiana fide cæsa Oliva *sit,* quove loco Panormi condita. *Ipse, ad Vitæ a se editæ initium, notavit in margine annum* 915, *eo quod sub Saracenis, T*[illegible] *Sanctos* [illegible] liber chartaceus, haud recens, Thermis [illegible] forte inventus, quod Vita S. Olivæ descripta est vulgari idiomate Siculo, cui ne omnino, *inquit,* adversari viderer, ejus martyrium sub Saracenis collocavi, donec veritas e puteo emergeret. Probat hoc supplicii ac ludibrii genus, quo Saraceni in Africa adversum Christianos usi. Nam memorant Acta, Olivam totam urbem [illegible] flagrisque cæsam. Idem traditur in certamine Sanctorum Joannis, Antonii, et Petri, Martyrum Syracusanorum, qui in Africa Martyrium passi sunt, sub Abrachen, Rege Saracenorum: etenim asello impositi sunt, vinctique per mediam urbem circumacti, magna populi turba comitante. Sed hæc levis est conjectura. *Nec ego firmum inde argumentum petierim;* C *interim typographico errore factum invenies, ut in* [illegible] *dies* 12. *pro* 10 Junii, *qui in contextu et in* [illegible]*; imo non etiam Annot.* 3 *quod* Africam Saraceni, multa post prælia, integram possedere sub annum Christi 698; *ego per dubito, utrum ex Cajetani mente impressus sit numerus* 915.

D. P.

Videtur passa sub Saracenis? Tuneti.

ab an[illegible] *Afri*[illegible]*netis,*

5 *At contra Vita* [illegible] *mulctatam, Tunetumque ejectam Olivam in exilium, habita nobilitatis ratione. Huc propendet Cajetanus etiam in sententiam* Bernard. Rieræ, J. C. Panormitani, *cujus liber MS.* de Religione Siciliæ *in Bibliotheca Collegii nostri Panormitani servatur; ubi censet,* Wandalos in Siciliam applicantes, Panormum excurrisse, indeque Olivam virginem in Africam abduxisse: *qui licet Pagani non fuerint, sed Ariani; notat tamen Cajetanus, haud esse insolens scriptoribus, ad hoc ævo, diu post natis, qualis fuit Legendæ Panormitanæ auctor)* nomen Paganorum extendere ad omnes Catholicæ fidei hostes. *Cur autem* Paganorum *nomine non possint intelligi* Saraceni, *post occupatam Africam Panormo potiti, ab anno* DCCCXXVII *ad* MLXX? *Nam quid non omnes Mahometanos passim Paganos censent medii ævi scriptores, etsi Deum unum credant, quia non credunt* D *in Christum? Propendeo ergo etiam ego, ut a Saracenis, Panormum obtinentibus, Olivamque, Mahometo suo palam maledicentem, non audentibus illam interficere propter nobilitatem generis, in Africam ejecta illa sit; ubi demum agnita, plenamque professa, Martyrium fecerit: quo cognito corpus (ut sæpe alias factum in talibus casibus) in Siciliam clam relatum sit, sepultumque juxta Panormum; ac demum, pulsis insula Saracenis, seculo* XI *vel* XII, *manifestantibus ipsam miraculis, revelatum: et denuo turbatis dein rebus, vel alio casu amissum, neque repertum hactenus. Ita non multum a Latinis Lectionibus recesserit scriptor Thermitanus; antiquiora fortassis, quam Lectiones istæ sunt, Acta secutus, aut etiam illis prior ipse: merito tamen explodendus, si Romani Imperatoris ac Gentilis Viri nomen addit in scenam, tanto post Gentilismum e Sicilia exterminatum tempore, qui in Africam expulerit* Olivam.

potius quam sub Wandalis,

[illegible] *cum illi Siciliam tenerent intra an.* 827 *et* 1071;

quorum clam relatum corpus, post istos ejectos revelatum,

6 *Jam quod ad Corpus sacrum attinet; id aliquando publice et palam fuisse honoratum, persuadet mihi Rocchus Pirrus, Siciliæ sacræ tomo* 3, *ubi pag.* 392, *agens de* Pithirneo, [illegible] *dicit, quod* Oppidi Patronæ S. Olivæ Virg. et Mart. reliquiæ ex brachio, die 11 Maii, qui Translationis dies est, magna solemnitate [illegible] coluntur; [illegible] eleganter sculptum circumfertur. Et quod in æde Parochiali D. Mariæ de Gratia, S. Olivæ Societas est. *Hinc enim sequitur,* [illegible] Brachium *Sanctæ in publica veneratione palamque conspiciendum habitum fuisse, cum facta translatio illa est,* [illegible] *Pithirnensium* [illegible] *est reliquiarum ossium positura. De hoc interim operæ pretium fuerit conjectantem, haud* [illegible] *fundamento, Cajetanum legere.* [illegible] *Cajetani Animadv. Appendix, digna quæ legatur, etiam postquam placuerit Deo,* [illegible] *in lucem,* [illegible] *videtur fuisse* [illegible].

et pars brachii Pithirneum translata

[illegible] *colitur* [illegible] *Maii*

VITA

Ex editione Octavii Cajetani.

Beata Oliva nobilissimorum parentum natalibus illustris; in Sicilia exorta est: qui cum nobilitatis rationem nonnullam cum Paganis haberent, Olivam filiam, quam Christiana religione imbutam repererant, exilio mulctatam, Tunetum Africæ urbem rejecerunt. Ea in urbe cum aliquamdiu pauperes inter egentesque conviveret, fratris cujusdam eandem graviter ægrotantis miserta, propius ei accessit, compellavitque; Si in Christum, ejusque doctrinam crederes, absque dubio valetudinem et animæ recuperares et corporis. Cui ille: Ego vero libenter in eum credam, si sanitatem restituat. Tum Virgo, manu super ægroti caput imposita, repente sanum valentemque effecit.

Exsulat in Africam,

[illegible] *sanat* [illegible]

2 Atque hæc ille nequaquam tacitus intra se silentio compressit; quin vero clamando divulgare, revera alium Deum non esse, nisi quem Oliva crederet atque adoraret. Occurrensque in socium; Si vis, inquit, sanus fieri, crede in Jesum Christum; et ego te ad puellam deducam, quæ me merito suo, et Christi Jesu potestate ac virtute, valentem fecit. Cui ille irridens respondit; hæc ita posse ab ea puella, quam nominaret, per Crucifixi illius virtutem geri, quo ipse modo captus oculis eo momento esset? Nonne ille, inquiebat, pro maleficiis suis, in crucem ab Judæis, et quidem jure, est actus? Tu vero ei potestatem tantam adscribis, ut in se credentes valetudini restituere, si ægroti sint, possit?

[illegible] *cæcum reddit,*

A possit? Vix hæc evomuerat, cum sensit luminis se jacturam fecisse : quamobrem exemplo ac supplicio suo coactus, recantare cum gemitibus illico cœpit, quæ cum irrisione projecerat : et, Germane, inquit, peccavi graviter, verbis tuis fide negata; rogo te atque obsecro, ad puellam eam me deducas, ut capiti meo dexteram imponat, et lucem revocet oculorum : credo enim in Christum Jesum. Adductum coram se, Oliva elata manu tetigit, et ex debili ac cæco, integrum videntemque fecit. Quibus peractis, socius uterque publicis præconiis Christum Dominum, ejusque doctrinam extollere, B. Olivam celebrare animose cœperunt. Id videlicet causæ fuit, cur comprehensi, ac variis excruciati tormentorum generibus interficerentur, palmam gloriosissimi martyrii adepti.

[illegible] sed pœnitentem illuminat.

3 Olivam autem, quod puellari ætate esset, tota urbe cum ignominia decurrere, atque inter decurrendum cædi flagris, tum in exilium agi jusserunt : itaque in asperam horrentemque silvam, procul ab humano consortio detrusa, intra cubilia leonum, serpentium, atque draconum commorata est aliquot annos, cum bestiis ac feris magis pacifice ac jucunde, quam si in populosis urbibus vixisset : eam B enim animantes illæ, non secus ac dominam, reverebantur.

Flagris cæsa, per urbem circumagitur.

4 Accidit, ut Tuneti Proceres nonnulli, venationis studio, in ea loca raperentur, quæ Oliva tenebat : ergo ejus formam, ac pulchritudinem conspicati, manus in eam injicere jamjam audebant. At illa, signo Crucis expresso : In virtute, dixit, mei Salvatoris Jesu Christi, vos moneo, ne me ullo modo tangatis, neve violentiæ quidquam inferatis : quod si audetis, ecce Angelus Dei mecum est, qui et illæsam me ab feris animantibus in vastitate hac per septennium defendit, et vos divinæ sententiæ gladio correptos interficiet opprimetque. Id ipsi ut acceperunt, proni in terram adoratam Virginem obsecrarunt; juberet, quæ vellet, sese ad omnia præsto fore; Credimus enim, inquiunt, alium non inveniri Deum, præter eum, qui te in hujusmodi vasta ac squalida solitudine, inter tot belluarum incursiones, immunem periculi servavit; neque ullius humanæ dapis subsidio fultam, sed angelicis, ut par est credere, acceptam conviviis, ea forma ac gratia ditavit, ut cœlestis potius, quam de mortalibus una videaris.

Venatores, petulantes erga se, convertit,

5 Animadvertit ex hoc sermone Oliva, divinæ C lucis radium in illorum hominum pectora se insinuasse; quem illa prædicationis ac doctrinæ spiritu confirmatum vehementer auxit, donec in amplissimum lumen fidei Christianæ adductos baptismi fonte lustravit, atque ad urbem remisit, ea mente ac consilio, ut doctrinam Christi tota urbe disseminarent; ita enim fore, ut martyrii palma donarentur; quam quidem gloriose consecuti sunt.

in fide instruit, et baptizat:

6 Interim percrebuerat Olivæ fama, quamobrem ab Tuneti Præfecto conquiri per satellites jussa. Sed videlicet hi cum Olivam reperissent, lucem quoque ac fidem repererunt : edoctos enim omnes de vera religione, Christianos fecit; et iisdem comitibus in urbem coram Præfecto se dedit : ac prior ex eo constanti animo quæsivit, cur se advocasset : hoc enim intelligeret, se neque metu ullo protractam, neque amore delinitam accessisse ad eum, quia quos ille ad sui vestigationem dimiserat, eos ipsa Christi fide devinxerat; paratosque habebat pro eadem ad extrema vitæ exempla subire. Cui ille : Non possum adduci, ut credam, perversos eos viros opera tua esse, ac transversum actos. Respondit Oliva : Non perversi illi a me sunt, sed de condemnationis statu in statum salutis conversi. At ego, si quæ adstruis, vera esse intellexero, inquit

satellites convertit,

tyranno cum iis se sponte offert :

ille, et te, et discipulos tuos verberibus ac tormentis D interficiam. Excepit Virgo; Neque ipsi, neque vero ego tormenta tua vel minas timemus : quia sic nos in Evangelio suo Dominus noster docet : Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere; sed potius eum timete, qui corpus et animam potest perdere in gehennam ignis.

7 Admiratus puellæ constantiam ac libertatem Præfectus, jussit in tetrum atque obscurum carcerem protrahi, atque inibi sine ullo cibo ac potione destitui. Sed desertam humanis subsidiis divina adjuverunt : nam Angelus Dei allocutionibus atque epulis refecit. Ii vero, quos ipsa jam pridem Christi religione imbuerat; cum se constanter in tormentis gererent, Martyrum sunt coronam adepti.

in carcerem conjecta ab Angelo reficitur:

8 Paucis post diebus producta de custodia, sistitur coram tyranno Oliva. Quo quidem in loco multas quæstiones et contumelias perpessa est : quæ illa omnia vel animose contempsit, vel prudentissimis responsionibus infregit, itaque præsentium nonnullos ad veram fidem reduxit. Superatus disceptationibus tyrannus provocat ad verbera : præcepitque tamdiu flagris cædendam, quoad ejus costæ atque ossa, distractis dissipatisque carnibus, detegerentur : quæ cum omnia perfecta essent, nihilo- E minus Oliva de prædicatione fidei non cessabat. Atque ut iis nihil ab se profici Præfectus advertit, ad alios apparatus abiit : eculeum parari jubet, puellamque suspendi, suspensam ferreis pectinibus undique dilacerari; sed nihil proficit. Quamobrem depositam eculeo in ferventis olei dolium demergit. Quo in dolio, laudes Oliva Deo canebat, integra atque hilaris; nec quidquam ex eo tormento hausit, nisi quod uncta oleo prodivit.

quæstioni subjecta,

flagris cæditur :

suspensa sanatur,

a fervente oleo exit illæsa :

9 Quod ut aspexit tyrannus, tamquam materiam suo furori recentem arripuit; et iterum eculeo alligatam faculis ardentibus amburi jussit : facilius enim cessuram suis ignibus existimavit olivo perunctam. Sed nihil flammæ obfuerunt; quin vero, si quæ ex prioribus suppliciis cicatrix exstiterat, rursus astrictam medicatamque obduxerunt : ministri autem ipsi, projectis facibus, ad Christum repente conversi, martyrioque coronati sunt. Suos discipulos consecuta statim Oliva est : nam dicta per tyrannum sententia, ibidem securi percussa est. Ejus anima, in specie candidæ columbæ, egressa de corpore, inspectantibus universis, Angelorum manu, cum hymnis et canticis, recepta est in cœlum. F Corpus vero ipsius Christianorum opera, qui Olivæ prædicatione conversi supererant, Tuneto raptum, atque in Siciliam translatum, in ipsa urbe Panormi vel prope muros condiderunt; cujus Virginis martyrio, ac meritis perducat nos Christus Dominus ad æterna gaudia; qui vivit in secula seculorum. Amen.

securi percutitur.

Corpus Panormum defertur.

APPENDIX

De Corpore Sanctæ adhuc latente.

Ex Annotatis Octavii Cajetani.

Diu quæritur, quis fuerit is locus, intra extrave urbem, in quo S. Olivæ corpus depositum fuit. Sæpe Panormitanorum civium in Olivam affectus, plerisque intra urbem locis, inveniendo corpori defodit : sed irrito conatu. Paucos ante annos defossa ædes S. Michaelis, energumeno quodam revelante; atque illic repertum caput nescio cujus Rosanæ, et annulus S. Olivæ, eaque ostensa ut vera : sed vana, nullaque fide, ut ab eo profecta, qui

Sæpe frustra quæsitum corpus,

A qui mendax ab initio fuit. Nec multo post jactum in vulgus, S. Olivæ corpus inventum, cameli corio consutum, et clam in Hispanias deportatum, purum putum mendacium fuit. Antequam opinionem meam de conditorio S. Olivæ exponam, monitum, mi lector, te velim, in ecclesia S. Olivæ (quam hodie habent Patres e familia S. Francisci de Paula, a quo etiam recens ædi nomen) sacellum esse, quod illam introeuntibus a læva tertium est. Illic propter aram, e cornu Epistolæ, puteus ostenditur, in quo, fama est, corpus S. Olivæ conditum esse: neque abhorrere a vero, multa suadent: I, Ædes ipsa, puteus, historia S. Olivæ; II, Prodigia; III, Loci veneratio et miracula; IV, Visa; V, Vetus opinio ac traditio.

in ipsius ecclesia latere putatur,

11 Suadet primum ædes, quam verosimile est a majoribus nostris extructam, quo loco conditum corpus. Et puteus ipse probabilem rem facit, in quo tuto potuit condi corpus. Neque historiæ locus hic adversatur: nam prope urbis mœnia, ut in ea dicitur, est; ac centum fere passibus ab illa distat.

quia ibi est puteus Sanctæ,

12 Secundum, Prodigia. Nam cum in ore nullus ventus flatusve sentiatur, ubi tamen in puteum descenderis, ad sex fere dodrantes supra aquam, B caverna intus protenditur, in qua S. Olivæ corpus esse creditur: atque ad ejus cavernæ oris ingressum, is terræ anhelitus ventusque redditur, ut lumen, quamquam magnum, et bene etiam quavis laterna occlusum, restinguat. Quin et loco numen: nam ingressum meditantes perterret, et ingredi ausos exanimavit. Sed enim viri duo e familia S. Francisci de Paula, desiderio incensi inveniendi corporis S. Olivæ, dies aliquot pane et aqua corporisque macerationibus ac precibus transegere: demum alter ubi in puteum descendit, et ad cavernæ fores devenit, proclamavit capit, præmori se, proin extraherent. Neque alter ab incepto destitit, sed rem periclitari maluit. Ubi ad cavernam descendit, in majore periculo fuit, pene exanimatus exinde extractus. Credendum est, nondum advenisse tempus, quo Deus thesaurum hunc nobis revelet.

atque intra eum caverna, nulli hactenus impune accessa

13 Tertium. Idem persuadent loci veneratio ac miracula: nam plerique, hausta e puteo aqua potaque, præcipue quartana laborantes, convalescunt: energumenis etiam potanda traditur, quamquam ii vix, ut ebibant, adduci possunt, et cum metu bibunt, ac vociferantur, timere si illam, Olivæ nomen formidantes; ac nonnulli, aquæ potu, dæmonibus erepti.

dum interim ex illo curantur morbi,

C 14 Quartum addo, visa, nostra fere memoria, intra annos centum. Ac primum sub annum Christi MDXVIII (quo S. Olivæ ædes familiæ S. Francisci de Paula a Collegio Sartorum tradita est) quodam die, Pater Antoninus e Panormo ex eadem familia, cum colligendis ex horto proximo pisis intenderet; profanus vir quidam feminam vidit eum consectantem, unaque cum illo pisa colligentem: qua visa offensus, accensusque nos eundi cupidine, eam est consecutus: at femina pedetentim recipere se sub proximas arbores hortorum, ubi evanuit. Hæsit homo attonitus, confususque, et conceptæ opinionis de Religiosis illis pœnitens, petita venia abscessit. Proxima nocte, dormienti Virgo se obtulit, professa Olivam esse se, quam vidisset, pauperes illos Fratres juvantem; locique illius tutelarem esse, in quo corpus suum conderetur: mox ei mappulam, in eaque panem præbuit, quam ad religiosam illam familiam perferret. Probat hujusce rei veritatem antiqua traditio, cum apud ejus cœnobii Patres, tum apud Panormitanos senes: ac præterea sacellum, quod ædificatum, quo loco D. Oliva evanuit; et adhuc manet.

et quia ibi aliquoties apparuit,

in horto religiosis juvans.

15 Sed verius, quod de pane mappaque dixi, separatim, ac ferme sub annum Christi MDLVI evenisse. Tradunt enim cœnobii seniores, quibus fides; D cum die quodam, panis religiosæ familiæ deesset, signumque ad prandium protraheretur; puellam, egregia forma decoraque veste, ad cœnobii fores astitisse, quæ mappam recenti cum pane perferret. Janitorem vero Virginem rogasse, quænam esset: atque illam, Olivam respondisse. Sed Janitor alia omnia cogitans, donum intro tulit: moxque reversus, ut mappam redderet, neminem invenit. Exinde Virginem illam D. Olivam rati Patres, mappam in honore habuere; quæ diutius in eo cœnobio asservata, et ad ægrotos deferri solita. Quid illa factum ignoro; sed audio, periisse, dum huc illuc circumfertur: quin ipsa facinoris memoria intercideret, nisi scriptis a me traderetur.

ex oct. cit. aut ad portam necessarium panem ministrans,

16 In iisdem cœnobii hortis, eodemque in loco quo ædicula D. Olivæ dicata, cuidam [illegible], tertii Ordinis S. Francisci de Paula, viro singulari religione, sæpe illic oranti, D. Oliva visa est. Quæ ab eo rogata, cur nollet corpus detegi suum; respondere solita erat, nondum tempus advenisse; quod cum viri fama approbat, tum viri probitas. Jam vero Christi anno MDXXXVI quidam Ungari a nostris triremibus capti sunt, quos sacri Quæsitores, Ecclesiæ reconciliatos, per religiosas familias distribuere, ut fidei nostræ mysteriis instruerentur. Ex iis duo commissi sunt cœnobitis S. Francisci de Paula: quorum alter, cui Raduano nomen, pio in D. Olivam affectu, ejus ædiculam, in secretis cœnobii hortis, ad salutandam Martyrem sæpius adibat: in eos autem hortos Pater Pacificus de Panormo ingredi solitus, et plantas serere delectabatur. Is igitur die quodam cum hortos excederet, pallium sub arbore reliquerat. Tum forte Raduanus, dum ad ædiculam sacram pergit, intectam Virginem insigni venustate super pallio considentem videt: quo viso offensus, malique suspicione in animum injecta, ad P. Pacificum iter intendit. Inter eundum, retro conversus, Virginem non vidit. Facinus ad cœtum Patrum cum detulisset, Virginem extitisse D. Olivam censuere.

corpus nondum inveniendum respondens,

E

pallium unius e religiosis custodiens

17 Alio die, cum ad eosdem hortos Raduanus pergeret, eodem in loco Virginem ore cultuque corporis pulcherrimo, contuetur. Exquirit ab ea, quæ foret, quaque via in hortos introisset. Virgo respondit: Oliva sum. Raduanus, viso verbisque lætus, rursum interrogat; Sancta Oliva es? Ita vero, illa respondit. Quo audito, cum Raduanus accessum ad Virginem aggrederetur, hæc ab eo recedens evanuit: et rei memoria adhuc recens est. Hæc litteris consignasse e dubitum, ne S. Olivæ beneficiorum monumenta abolerentur: utque ex hisce visis intelligeremus, nonnisi ex aliqua magna causa, ejus illam loci tutelarem præseferre, et nobis videndam sæpius offerre se solitam, certo fere argumento D. Olivæ corpus ibi conquiescere.

F

et semper se dicens S. Olivam esse

18 Quintum. Idem firmat etiam vetus opinio, nobis a majoribus per manus tradita, corpus sanctissimæ Virginis et Martyris Olivæ, in ædis illa dicatæ sacello conditum esse; in eaque caverna, ad quam aditus prope aram patet. Hæc omnia tamen non ita rem evincunt, quin possit forte de ea ejus certioribus indiciis aliter confirmari opinio. *Puto, pro ecclesia S. Michaelis: nam pro Hispania, cui ipsam assignat Ferrarius in Gener. Catalogo ad [illegible] Maji, nec ipse quidem Tamayus certet, agnoscens non alio fundamento id a Ferrario poni, quam quia invenerit tali die adscriptam* Kalendario et Breviario Ordinis S. Mariæ de mercede, *ipsis Religiosis ignorantibus causam. Hæc vero mihi non alia esse videtur, quam quia Tunetum abductam dixerint ex captivis Siculis, et translationem ejus aliquam tali die [illegible];*

Eadem accedit vetus traditio

aut

aut etiam quia singulare aliquod circa captivos in Africa beneficium per eam adepti (quod tamen nunc *haberent e memoria) suam gratitudinem, toto Ordine testatam voluerint aliqui primarii in eo.* D

DE BEATO BARDONE

EX ABB. HERVELDENSI ORD. S. BENEDICTI,

ARCHIEPISCOPO MOGUNT. IN GERMANIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

D. P.

De Actis a fere coævo scriptis, anno mortis, et cultu.

ANNO MLIII

Vita pridem desiderata,

Nicolaus *Serarius, Societatis nostræ Doctor Theologus, atque in Academia Moguntina Professor, libro 5 Moguntiacarum rerum acturus de* B. Bardone XX *Episcopo et Archiepiscopo* XX, *sic auspicatur sermonem:* Vellem, quam MS. codex alicubi extare ait, meas in manus venire potuisset S. Bardonis Vita; nihil esset quod hic de eo intexere mallem: sed quia id non licuit, carptim tantum ratiocinia; colligam quæ potero ex B auctoribus; certum, quod liceat, semper eligenda mihi hæc. *Hoc ejus votum implevit nobis MS. codex Bibliothecæ Cæsareæ Viennensis, inter Historicos Latinos signatus supra numero* 23, *inferius num.* 10. 3 *Hinc ergo [illegible] conamur fluctuantem apud Chronologos, annum mortis sic statuere, ut mihi [illegible], obiisse cum die* XI *Junii; licet, propter festum S. Barnabæ, annus [illegible] ejus retroductus videatur ad diem* X.

datam ex MS. Cæsareo,

auctore ejusdem seculi Clerico;

2 *Auctor, manifeste coævum sese probat, sed nusquam indicat, familiariter se cognovisse* Bardonem, *solum num.* 8 *ait;* Qualis tunc esset, *quando scilicet Fuldensis monasterii fuit Decanus, id est post annum* MXXI adhuc viventes multi testantur, qui etiam in servo cunctis tantam libertatem spiritus unquam didicisse mirantur: *et rursum, facto Præposito monasterii S. Albani, circa annum forte* MXXVIII, *num.* 11, *ait:* Quantum se in hoc gradu fecerit spectabilem, mihi opus non est declarare; quod tot testari videntur, quot adhuc ejus exemplis illuminati reguntur. *Denique num.* 71, *referens visionem,* *de Sede, morituro brevi Archiepiscopo parata, ait;* Monachus expergefactus scriptori hoc nobis cum magno dulcedine narravit, *unde videtur vel ipse, vel* C *Canonicus, aut saltem Clericum Moguntinum fuisse scriptorem, cum ista narrabantur.*

3 *Tria is nobis loca suggerit, in statuenda Chronotaxi observanda. Primum, dum num.* 24, *dicit, ordinatum* Bardonem *Episcopum* post festivitatem Apostolorum *scilicet prima Dominica Julii* pene quinquagesimo ætatis suæ anno, *secundum num.* 77, *ubi asserit, quod* Sexta fuit feria, cum sancta illa anima sancto egrederetur de corpore, *tertium, quo ponit num.* 79, *et accidisse* anno ætatis suæ plusquam septuagesimo, Episcopatus ter septeno. *Primus initio et ultimus annus Vitæ reducitur ad annum Ordinationis, quasi ad centrum. Hunc vero Lambertus Schafnaburgensis, eodem ipso tempore vivens et Chronicon perferens usque ad* MLXXVII, *videtur statuere* MXXXI, *sic scribendo:* Arnoldus Abbatiam Herveldensem perdidit, cui Bardo successit: sed is post dimidium annum Ariboni Archiepiscopo Moguntino defuncto successit. *Ast Marianus Scotus ejusdem fere ætatis, hæc ita dividit,* MXXXI Aribo Archiepiscopus Moguntinus obiit. MXXXII. S. Bardo successit annis XX. *Ambo interim in eo consentiunt quod Sanctus obierit an.* MLI; *et Marianus quidem addit*

ex quo, cum Chronicis collato,

conficitur, Sanctum obiisse

quod IV Idus, *id est* X Junii. *Ast neque isto anno, neque duorum præcedentium vel sequentium aliqua feria* VI *concurrit cum* X Junii: *concurrit autem cum eadem an. Christi* MLIII *dies* XI *Junii, quo si mortuus fuerit Bardo, Ordinatus juxta Marianum an.* MXXXII, *et juxta Vitam* mortuus anno Episcopatus ter septeno, *mortuus fuerit ætatis an.* LXXI *ferme exacto; natus præcedentis seculi an.* LXXXI *vel* II.

an 1053 XI Junii.

E

4 *Wolfherius in Vita sui magistri S. Godehardi Hildesiensis Episcopi,* XX *annis ante* Bardonem *defuncti, num.* 32. *indicata Aribonis morte et illius successione in Episcopatum, sic affatur:* Credidit potius ejus Vitam et actus plenius scribere, quia, ut audit Moguntiæ pro sanctitatis suæ merito, in toto Apostolicis Sacerdotes magnifice celebrantur. *Leo etiam Papa IX. qui Natalem Domini, ipso quo* Bardonem *obiisse diximus anno Wormatiæ celebraverat,* cum populi multitudinem ad sepulcrum concurrentem vidisset; *num.* 69, *supra indicato.* Nunc, *inquit,* Bardo ædificat, si ante neglexerat. *Erant siquidem qui nimiæ lenitatis eum reprehenderent; in quibus ipse Leo, admirabundus, et mutata circa hoc sententia, ducebat;* Quis unquam hujus Sancti viri patientiam adscriberet miseriæ, et non potius misericordiæ? *Non tamen credibile est quod vel ipse Leo, vel successorum aliquis* Bardonem *canonizarit, etsi Trithemius in Chronico scribat, post mortem,* Sanctorum Catalogo insertum. *Si enim plus quam vulgi opinione, in miraculis fundata, habitus fuisset* Sanctus; *non omisisset Moguntina vel sua ejus festum quotannis agere aut suscipere, cujus tamen rei nullum apparet indicium in Breviariis quæ videre habemus, ab an.* MCCCXV *et deinceps [illegible]; et ideo solo titulo* Beati *contentus cum Serario, nolui* Sanctum *dicere; quamvis id omnes Fastorum monasticorum collectores fecisse videam.*

Sanctitati Bardonis attestantur, vita S. Godehardi,

et Leo Papa IX,

qui tamen eum non canonizavit.

F

5 *Quod ad miracula attinet, nihil aliud putens Auctor scribit, quam,* Nunc clarescit signis et virtutibus, quæ per illum operantur divinitus; *sed cum is num.* 71 *volentes facere sermonem, quem ultimum* *Bardo coram Rege habuit, remittat ad* tertium libellum, *in quem ipsam aliosque retulerit; satis datur intelligi tripartita fuisse Acta ab eo scripta; sic ut* *primus libellus, Vitam; secundus, miracula; tertius, Sermones continuerit; quosque intercidisse merito dolemus. Et de* Sermonibus *quidem loquens præcitatus* *Wolferus;* Unum, *inquit,* perfectionis ejus privilegium dicam, quod et in nostris confiniis a summis sapientibus Clericis, honoris gratia oblatum est; scilicet, ut æquivocato, cum beato Joanne Episcopo cognomine, propter dulcisonam prædicandi melodiam, Bardo Chrysostomus diceretur: *quæ verba etiam in Chronico nostro Saxonico legimus.*

Desideratur lib. 2 de miraculis, et 3 de Sermonibus.

quorum hi, et si pepererunt agnomen Chrysostomi,

6 *Asserit Sigebertus,* Sanctitatem *Bardonis* per multam miraculorum gratiam patuisse: *sed illustrius multo eorumdem testimonium habemus in Vita S.*

Annonis

A *Annonis Coloniensis Archiepiscopi, defuncti an.* MLXXV, *dando die* IV *Decembris, lib.* 3 *cap.* 12, *his verbis* : Anno ex more stetit prope tumulum S. Bardonis Archiepiscopi, ejus nimirum sanctitate delectatus, quæ recentibus interim miraculis commendabatur... Cernens autem quemdam toto corpore miserabiliter contractum, adhærere tumbæ beati Præsulis, isque qui esset non ignorans (fuerat enim a progenitoribus mancipium, super hæc et eleemosynarius illius, cum cineribus ob custodiam assidebat) suo more usus, contra sepulcrum stans loquebatur : Ignotos et prope nullius devotionis, ope celerrima respicis : hunc vero tuis semper innitentem obsequiis, tui juris famulum, te diligentem, te precibus assiduis inquietantem, tanta hactenus obstinatione contemnere potuisti? Si nos tuis meritis adscribere vis, quod in aliorum curationibus hic actum esse fama confirmat; in hujus reparatione confracti, nobis cernentibus, declara tuæ virtutis efficaciam. Hæc multis audientibus cum dixisset, nulla intercipiente mora, æger in pedes repente constitit : incolumitatem suam et alio memorabili signo comitante, quod absque fluore sanguinis, absque dolore B nervorum, integræ sanitati momento redditus sit. Quod factum, Anno Dei servus mira lætitia suscipiens, magnoque præconio S. Bardonis nomen et meritum extollens, hymnum Te Deum laudamus, altæ vocis modulatione inchoavit, tam populo quam clero pariter eadem voce consonante signisque solenniter concrepantibus.

ista cultum ut Beati,

ad cujus tumulum S. Anno Coloniensis Archiepisc.

vidit contractum erigi.

7 *Hæc ibi, quanto illustriora, tanto efficaciora ad persuadendum,* Bardonis *Anniversarium in Ecclesia Moguntina satis solenniter agi cœpisse statim a morte, licet fortassis ritu liquido et cum Officio defunctorum, ut aliis pluribus Beatis contigisse notavimus alibi. Id autem quia commode fieri non poterat vero mortis die* XI *Junii, propter Apostoli Barnabæ juris antiqui festum : placuerit Clero Vigilia ejusdem, funebri obsequio opportunissima : et hinc factum sit, ut Marianus, sciens Bardonis memoriam recoli* X *Junii, putaverit eum tali die obiisse. Marianum secutus Trithemius est, auctorque Florarii MS. illos vero Monasticorum Fastorum Auctores, Wion, Menardus et Bucelinus; Ferrarius item in Catalogo Generali : a quibus nobis recedendum non putamus; ne cultui, apud Moguntinos quandoque forsitan restaurando, præjudicet festi potioris concurrentia.*

Videtur solitus coli 10 Junii, impedito 11 per festum S. Barnabæ,

8 *Atque ista, pro asserenda* Bardonis *Sanctitate, et* C *populari olim cultu, sufficiant; ad historiam fortassis rerum in Episcopatu gestarum non item : Auctori enim nostro, nequaquam ea cura fuisse videtur, in explicanda enarrandaque virtutum argumenta, tamquam a se potissimum assumpta, intento. Placet igitur ad finem addere, quæ ex diversis collegit Henschenius. Hic primum ex Bruschii Catalogo Antistitum Moguntinorum excerpsit, quod* Bardo templum, a Friderico, Galliarum Regis filio et Monacho, inchoatum, absolverit, consecrarique curaverit. *Sed merito doceri idem Henschenius petiit, quo loco et anno res acta sit : cujus item Galliarum Regis filius iste fuerit, aliis omnibus scriptoribus ignotus. Itaque pluris fecit quæ de templo eodem habet Serarius pag.* 734, Absolvit cœptam a Willigiso majorem Moguntinam Ecclesiam; cumque S. Stephani templum Willigisus absolvisset, cœpit major hæc vocari S. Martini; eamque, ut ait in Hirsaugiensi Chronico Trithemius, anno MXXXVII dedicavit, Conrado Imperatore Episcopisque multis et Abbatibus præsentibus, IV Iduum Novembris. *Sanctus Bardo,* inquit Marianus, *Archiepiscopus, præsente Conrado Imperatore, Indictione* V, IV *Idus Novembris, consecravit monasterium S. Martini, Sedis Moguntinensis Archiepiscopatus, imo omnium Francorum, in honore S. Martini cum multis Episcopis et venerabilibus viris.* Verba ultima D e MS. Francofurtensi restituenda, quæ in editis libris desunt. Narrationi huic assentitur MS. Codex minor, sed præsentium Episcoporum numerum definit XVII; et de ea quæ S. Joannis dicitur Ecclesia, subdit : *S. Joannis basilica collegiata, juxta Metropolitanam Moguntiæ posita, non modicæ devotionis extat : quam idem Bardo sanctus Episcopus, pro remedio animæ suæ, dotavit. Veteribus ejus rebus, cum dote et congregatione, in novam S. Martini transtulit; et in hac veteri S. Joannis, de qua priorem congregationem transtulerat, prædiis sua industria acquisitis, novam congregationem restituit. Hactenus Serarius citatus.*

Cum esset Archiepiscopus,

G. H.

absolvit ecclesiam S. Martini,

victore D. P.

dotavit basilicam S. Joannis,

9 *Dictus* Conradus Imperator, *vita functus est* IV *Junii an.* MXXXIX; *cuique successit filius* Henricus III, *dictus* Niger : *qui cum habuisset uxorem, Regis Danorum filiam Gunihildam; ea absque liberis mortua, duxit alteram* Agnetam, Gulielmi Pictaviensis filiam, *an.* MXLIII : *quam anno sequente* apud Moguntiam ab Archiepiscopo Bardone ungi faciens, regalibus sibi nuptiis in Ingelheim copulavit. *Uti indicant Marianus, Conradus Urspergensis, aliique. Decimus* XIX *Aprilis varia Acta* S. Leonis IX, *Pontificis Romani, ad eam dignitatem designati Wormatiæ an.* MXLVIII, *et sequenti anno Romæ electi in Hypapante Domini secunda Februarii : ac die duodecima ejusdem mensis coronati. Hic eodem anno venit in Germaniam, et Moguntiæ Concilium celebravit, cum Archiepiscopo* Bardone *Moguntino, aliisque ad quadraginta Episcopis, ubi hæresis Simoniaca et nefanda Sacerdotum conjugia sunt damnata : quæ ibidem in Commentario Prævio num.* 12 *latius explicantur, et quatenus* Bardonem *attingunt, hic sufficit indicasse.*

unxit Agnetam Imperatricem,

concilium cum S. Leone IX celebravit.

10 *Porro apud jam sæpe laudatum Serarium,* Bardonis *quidem, ut aliorum Sanctorum de quibus agit, imago exhibetur, quasi coram populo prædicantis, sed absque diademate et sub solo titulo* Beati ; *ad quatuor vero angulos idem exprimitur, quadrupliciter. Ac primo quasi præsidens in Synodo diœcesana, inter Clericos Monachosque : quod uti ab illo neglectum non existimo, sic doleo non posse auctoritate positiva probare. Secundus angulus coronationem exhibet Imperatricis prefatæ; tertius, fabricandæ ecclesiæ intentum Episcopum; quartus Annonem Coloniensem, præsentem miraculo supra relato; quæ ulteriori probatione non egent. Quoniam autem miraculum istud coram sepulcro patratum fuit, quod ibi exprimitur votivis circum anathematis ornatum; placet cum eodem Serario annotare, quod in ejus minori MS. sic legitur.* Sepelitur in ecclesia Moguntina in crypta, quæ tunc in medio ecclesiæ fuit : nunc autem ibidem per Joannem Archiepiscopum altare S. Martini constructum est. *Joannes, ante hoc præsens seculum, eo nomine Præsules Moguntia habuit, præterquam seculo* XIV *extenuit duos, quorum primus Luxemburgensis, an.* MCCCLXXI *ex Argentinensi Episcopatu huc translatus, post biennium excessit e vivis; Nassavius alter, ab an.* MCCCXCVI *ad* CCCCXIX *Sedem tenuit : quod notatum oportuit, propter sequentia prædicti MS. verba :* Epitaphii autem ejus lapis in latere ipsius altaris cernitur. *Ad quæ verba Serarius;* Quæsivi illum, sed non inveni.

Imago ejus apud Serarium

Sepulcrum in crypta fuisse dicitur,

cujus sec. 14 adhuc superat Epitaphium;

11 *Periit ergo, ultimum illud* Bardonis *apud Moguntinos mnemosynon, anno verosimiliter* MDLII, *quo in urbem irrumpens* Albertus Brandeburgicus, Lutherano poculo ebrius, etsi urbis muros et propugnacula non diruit; quæ tamen muris et propugnaculis omnibus erant meliora ac sanctiora, templa S. Victoris, S. Albani, S. Crucis, sacrilegis barbarisque flammis absumpsit, *teste Serario pag.* 28. *Nec dubitem, quin ea quibus flamma pepercit, multipliciter deformaverit, idem Lutheranus furor, sacris omnibus infestus; ut in his censeri possit fuisse altare illud, in cujus*

sec. 16 abolitum,

A *cujus lateri seculo* XIV *solus Epitaphii lapis extabat. Quid autem sepulcrum? Id jam antea dissipatum, credo ruinis ecclesiæ involutum fuisse. Etenim, ut taceam incendia anni* MCXXXI *et* MCXXXVII, *quibus incertum utrum quid passa Metropolitana ecclesia sit; vix dubitem hanc quoque fuisse dirutam, quando* ab Imperatore Friderico Barbarossa an. MCLXIII, ob Arnoldi Episcopi funestam cædem, eversa et pene (ut locutus est veterum quidam) exfundata Moguntia fuit.....jacuitque in squalore et suis ruderibus ac ruinis annos XXXVI; quoad usque Imperator Ottho quartus annueret, ut restruere destructam liceret, an. Domini MCC, ut refert Mariani Scoti Appendix. *Ita Serarius pag.* 28 *et* 35. *Quæ eo dixerim, ut intelligatur, quibus calamitatibus obscuratus fuerit tumulus* B. Bardonis, *et qualiscumque illius cultus, in solis antiquis scriptis remanserit, ideo in hoc opere solicitus vindicandus. Iisdem etiam calamitatibus tribuatur, quod Lambertus atque Marianus, istius ævi Chronologi, minus recte definierint annum mortis.*

sicut antea dirutus fuerat tumulus, forte an. 1137

NOT 12

ACTORUM LIB. I

B

De vita, virtutibus, et obitu Bardonis, Auctore Clerico fere coævo

ex MS. Bibliothecæ Cæsareæ.

SYLLABUS CAPITUM.

De infantia sancti Viri. *num.*
II Quod Monachus effectus est 4
III De benignitate ejus, et quomodo Fratrum obedientias accepit.
IV Prophetia ejus prima de Episcopatu. 5
V Quod Decanus electus est: et quod acetum, Fratribus negatum, jussit effundi. 8
VI Quomodo Abbas Richardus novum monasterium, ædificatum noviter, commendaverit ei. 10
VII De adventu Conradi Regis ad Fuldam, et de benedictione a sancto viro accepta. 12
VIII Quod Abbas Verdensium constituitur. 13
IX Quod Abbas Herveldensium constituitur. 14
X Secunda prophetia de Episcopatu. 17
XI De morte Aribonis, Maguntini Episcopi. 18
XII De visione Abbatis Richardi; et quod prophetaverit, hunc sanctum virum futurum Episcopum. 19
C
XIII Ubi convenientes in diversorio alter alterius intellexerit præscientiam. 21
XIV Ubi Episcopus ordinatus est. 22
XV De reprehensione invidorum. 25
XVI Sermo sancti viri, in natale S. Joannis Evangelistæ declamatus. 26
XVII Morasticon de eo. 57
XVIII Quomodo reprehendentem se scutella aurea donarit. 61
XIX De ignotis volucribus, ad eum venientibus. 63
XX De lumine, ante eum cœlitus accenso. 66
XXI Ubi carnem mutavit in piscem. 67
XXII De adversis virtutibus ejus. Quomodo Papa Leo et ipse Sanctissimus eum in exemplum assumpserit: et quomodo homicidam a sententia absolverit 68
XXIII De humilitate ejus, et visu Fuldensis cujusdam. 70
XXIV Quomodo in Pentecoste ad Regem veniens, per Sermonem omnibus de obitu suo prophetaverit. 71
XXV Ubi infirmatus est. 74
XXVI Quam lætus sanctam animam reddiderit. 75
XXVII De arida arbore, quæ aquas salubres emanat illa feria, quæ infusa est lavacro ejus sancti corporis. 77 D
XXVIII Ubi sepultus est in ecclesia S. Martini. 78
XXIX Capitulum de libro Job. 80

CAPUT I.

Bardonis natales, institutio, monachatus, et egregius in litteris ac virtute profectus.

CAPUT I.

Bardo, qui et *a* Bardon, id est filius Dei, interpretari potest, ex oppido Germaniæ, [*b* Wederovia] secundo Ottone Romanam monarchiam administrante, bonis ex parentibus, optimus *c* natus est filius: cujus pater Adalbero, mater vero [Christina] quantæ sanctitatis fuerint, absque meo labore loquuntur mirabilia, quæ ad eorum sepulchra fiunt inenarrabilia. Igitur fratres ejus, Helizo (barbarismatice vero, ab eo quod Heliseus est, credimus *d* mutatum) et *e* Harderath, omnisque illa prosapia, et in Catholica fide probatissima, et expers omnis suspicionis [ac] maculæ, et tantæ virtutis habita est; ut si aliquid generi demas, id virtutibus addas. Fortes in armis, in fide præcipui; quod Regi debebant, administrabant strenue; quod Deo debebant, optime. E Tali ex radice palmes ortus est, qui accepto fervore verissimi solis in uvas virtutum intumuerit; omnique, sitienti salutem, poculum vitæ postmodum effuderit: eo quod seipsum sibi abnegaverit, et arrepta cruce mortificandi terrena sua membra, Dominum secutus sit.

Piis parentibus natus;

2 *f* Secundum Catholicam igitur Religionem sacrosancti sanguinis Christi tinctum baptismate, quidam compater ejus, admirabili donavit munere, Galea, Agno, Psalterio. Per quæ dona materialia, adverti possunt ejus facta spiritalia: scilicet ut in primordio secundæ nativitatis, nobis resplendeat prodigium totius sequentis ætatis. In Galea quidem, quomodo septus armis spiritalibus numquam deserviebat voluptatibus carnalibus: et in Agno præfigurata patientia, quæ multa eum comitata est a prima adolescentia. In Psalterii præfiguratione, quantum postmodum profecit psalmodiæ meditatione. Parentes siquidem ejus et in divina sapientes, et in humana prudentes, post ablactationem, puerum cum ipso Psalterio, in loco cuidam vetulæ, nomine Benedicta, tradebant ad erudiendum litteras. Illa vero vetula, in infantulo suum solata senium, quidquid novit docuit eum, in gremio suo positum, et inter pie desipiendum susurrum, F brevi illum totum edocuit Psalterium. Ipse vero horum non immemor, post factus Episcopus jam gerontæ *g* nutricis factus est nutricius, inopiamque ejus multis solabatur largitionibus.

et a patrino, Galea, Agno, Psalterio donatus, non sine præsagio,

totum illud puer discit

3 Non multo post, cum didicisset Psalterium, a parentibus Fuldam deportatus est, ibique sub Archanbaldo *h* Abbate Scholaribus aliis appositus, mirum in modum tenera ætas sapienti utebatur consilio: cum quidem, spretis humanæ philosophiæ phaleris, fragilitatem meditabatur vitæ præsentis; et quamquam in scholari facundia desudaret magistri timore, in ecclesiastica tamen simplicitate toto mentis versabatur tenore, in Psalterio Ambrosiano, Evangeliis, et talibus ceteris. Quare justo divino judicio, in utroque ditatus est amodo; et intus eum informante Spiritus sancti magisterio, suo defraudatus non est desiderio: sed sitienti pectore sapientiæ fluenta hauriebat, et satis firma memoria hausta digerebat.

Abbati Fuldensi traditus ad litteras,

4 * Postquam autem ætatem juvenilem consecutus est, piæ mortificationis libens assumpsit habitum, monachicum scilicet indutus vestitum: et quod ejusmodi professus est indumento, virtutum non

plus divinæ quam mundanæ scientiæ studet

A non negavit emolumento: sed sicut cucullam accepit, in qua pia Christi signatur infantia; et scapulare, quod quadratura sui perfecta designat opera; ita, secundum Apostolum Petrum, quasi modo genitus infans rationabilis sine dolo lac simplicitatis concupivit; ex quo lactatus, virtutum ætatem acquisivit. Brantholio etiam Præposito Fuldensi adhærens, affinis sui simplicitate dilectus est nimis: quare in ea disceptatione, qua Archanbaldus Maguntinæ Sedis Episcopus contra Brantholium, Abbatem scilicet in Fulda subrogatum, desævit; et eum, sine divino humanoque judicio, ab Henrico Imperatore sua dignitate *i* destitui fecit; exeuntibus cunctis ingenuis et liberis, hic sanctus vir, non fortunæ, sed virtutis amicus, Brantholium secutus est; et cujus lætis communicavit, ejus nec tristia recusavit: tantoque tempore permansit cum eo, usque dum calumnia illa interventu solaminis *k* sedaretur: sicque, sub Abbate *l* Bobbone, ad nidum suæ rediit professionis: et pauper rebus, dives vero spiritu incoluit dilectæ locum habitationis.

1 Pet. 2, 2 et fit Monachus:

magistro suo in adversis fideliter adhæret.

Fuldam regressus

m 5 Suæ saluti vacans, Fratrum studuit utilitati; totusque deditus erat inedicibili benignitati; et ex

B parvo quod valuit, ex toto Fratribus prodesse voluit; pro eis serviendo, legendo, et cetera quæ monasterialis usus novit agendo. Ita quoque circumquaque illis collectis Fratribus, (quoniam enutriti ibi pene omnes exierunt) brevi complacuit ita, ut prius innotesceret beneficio, quam reditus sui spatio. Visa igitur in Fratres ejus benignitate, quamvis voluntatem sæpe frustrante paupertate, aliquoties in conventiculis suis privatis, verum illi dantes testimonium benignitatis, querebantur inopiam ejus spontaneæ paupertatis; et piis ejus primoribus dignum eum mussitabant qui imperaret senioribus. Quod et factum est: nam vir Dei, simul cum gradibus ætatis scandens etiam gradus dignitatis, opinioni eorum nequaquam se minorem, sed centuplicato fœnore majorem ad modum [ostendebat]; ut gratulantibus electoribus ejus singulis, multi eum dicerent, suis primitus esse electum consiliis.

Fratribus valprodest.

6 Fuit etiam in scala provectionis ejus quoddam admirabile, omniumque memoratu probabile; quoniam in monasterio nulla fuit obedientia, quæ non administraretur ejus diligentia: qui incipiens a minimis, finem scandendi fecit in maximis. Nam frugalitati deditus fraternæ, lucratus est sibi nomen dignitatis paternæ: quemcumque enim Fratrum angebat alicujus rei necessitas, evadendi necessita-

benignus erga omnes

C tem solatium primum sancti Patris fuerat largitas: nec fefellit aliquem spes ejusmodi, quia nec habuit nec acquirere potuit, quod petebatur, si negabat alicui. Quod tamen quia accidere inevitabile est, si aliquando evenit, pie consolatus petentem, anxietatis ejus curas ademit: et si aliquem vacuum dimisit dono, non tamen sermone bono; memor illius; Sermo bonus super datum optimum. Vir itaque mellifluæ dulcedinis, nil aliud agens studensque quam moribus consenescere, et e contra bene faciendi voluntate semper juvenescere; nullum tempus lasciviæ, nullum dedit otio: sed quod agi oporteret serio, et didicit legendo, et inculcavit faciendo. Quare mundus corde et corpore, sicut scriptum est, Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt, sancti Spiritus factus sacrarium, illud inhabitatorem promeruit, qui ait; Si quis diligit me sermonem meum servabit, et Pater meus diliget eum, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus. Filicem carnalis cogitationis penitus eradicans falce spiritalis operationis, quidquid offendere posset oculos convivantis amici, sollicitus abstulit; et quo illum advocari et delectari crederet, providus intulit. Illum amavit, illum suspiravit: et quia carne gravi-

proprio nihilominus intentus profectui.

Mat. 5, 8

Ioa. 14, 23

datus, quo spiritu eum secutus est, corpusculo non D potuit ascendere: illum, etiam cum præsens esset, ad se invitavit descendere.

A CLERICO MOG. EX MS.

7 Unde, ut scriptum est, Ibunt de virtute in virtutem; jam illum divini consilii consortem cœlestis novit curia, et amicum Dei in terra degentem implevere cœlestia sancti Spiritus oracula: ita ut in eum divinitus conferretur prophetiæ gratia. Nam inter cetera sanctæ Scripturæ flumina, quæ sitibundus bibebat, et bibendo sitiebat, pius Domini discipulus Pastoralem curam [S. Gregorii] maxime diligebat, eamque sine intermissa sedulitate legebat. Quod familiares ejus fieri videntes, non sine divina voluntate, quamvis casu (ut dicitur) operante, quadam die illum percunctati sunt, quamobrem causa hoc ageret, ut hunc librum præ omnibus tanta cum diligentia legeret. Quibus sanctus Pater jucunde, et (ut ita dicam) ridiculose respondit. Adhuc, inquit, cum Rex stultus veniet, et nullam antistare volentem inveniet, forsitan me constituet Antistitem: ad quod necesse est me provideam scientem. Tunc omnibus secum ridentibus, nihilque minus suspicantibus quam ridendo declaravit; quod ipse noverat futurum, acsi possibile enuntiavit. His etiam E pollens virtutibus, cum perfecta mente perfectam simul ætatem arripuit: jamque quartam annorum septimanam, juventutem scilicet egressus; quintam septimanam *m*, quæ etiam ad virile robur ducitur, ingressus est.

IV

Ps. 83, 8

Rogatus cur tam sedulo legeret S. Gregorium de cura Pastor.

prædicit se Abbatem futurum.

ANNOTATA D. P.

a *Hebræis quidem et Frisiis nostris* Bar *significat* filium, puerum: *sed* Deum, *nec Hebraica nec Cimbrica lingua hic inveniet, nisi forte sumptum a Latinis. Si vera origo nominis quæratur; primo intelligendum, quod* Bardo (*sicut et cetera omnia propria Teutonum ac Francorum nomina in* o *desinentia*) *sit diminutivum a* Bartholdo *vel* Bartulfo; *sic* Gothilo *et* Gozilo *idem sunt, quod Gottofridus vel Godofredus;* Eppo, *idem quod Egbertus vel Eberhardus;* Cuno *Conradus; aliaque infinita.* Bard *autem, unde initium nominis,* Gladium *significat, latum ac longum fere ad hominis staturam, a quorum usu Langobardis olim nomen fuit; idem etiam significat* Barbam, *sed quam parum faciere credo ad nominum explicationem.*

b *Deerat nomen oppidi in MS. Cæsareo, sed suppletur ipsum, uti et nomen matris, ex Bruscio, qui in Catalogo Epp. Mogunt. num.* 38; Bardo, *inquit,* ex nobili Wederoviæ familia de Oppreshoven natus, patre Adelberto, matre Christina. Wederovia, *sive* Veteravia, *uti nunc appellatur, provincia est ampla ad dexteram Rheni ripam infra Moguntiam.* F

c *Qui obiit* anno ætatis suæ plusquam septuagesimo (*ut dicitur num.* 79 *Christi* 1053, *potuit natus fuisse anno* 982 *circiter, non multis annis post mortem Otthonis I, obitam an.* 973; *nam et infra num.* 24 *dicitur an.* 1031 *fuisse* pene quinquagenarius.

d *Imo potius a Teutonico* Helizachar, *vel alio simili, diminutivum: cujus nominis Cancellarius, idemque S. Maximini apud Treviros Abbas, frequenter subscribitur diplomatis Ludovici Pii.*

e Harderath, *Teutonicum æque nomen,* Consilium cordis *aptum significare.*

f Compater *passim quidem is dicitur, qui ex baptismo, ejusdem filii quasi cum altero pater fit, sed hic dicitur cum respectu ad ipsum susceptum, alias solitus dici* Patrinus, *seu* Pater lustricus.

g Geron, gerontis; Γέρων, γέροντος, senex.

h Arkanbaldus, *anno* 983 *factus Abbas Fuldensis,* 1011 *Archiepiscopus Moguntinus, obiisse dicitur a Serario in Monumentis Fuld. an.* 1031. *NOT. 13*

i *Chronicon Saxon. ad an.* 1013, Rex *S. Henricus*)

A *cus*) stultorum depravatus consilio, Fuldensis monasterii bona mirabiliter diripuit, dum sibi Fratrum vita displicuit; et, data occasione corrigendi, invaluit potestas destruendi. Diffugiunt hac et illac vagantes, qui erant cœnobitæ jugum Christi ferentes. *Dithmarus autem libro* 6, B. Abbas Fuldensis deponitur; et succedente sibi Poppone converso, et tunc Laurissamensis Pastore, hoc monasterium, Confratribus late discedentibus, a priori statu mutatur, *novis Laurishamo adductis incolis.*

À CENOBI-CO MOG. IX MS

k Brantholio *scilicet, non quidem in Abbatiam restituto, sed ad Episcopatum promoto:* Nam (*sicut in Chron. Hirsaug. Trithemius scribit*) Brando ex Abbate Fuldensi decimus Episcopus Halverstatensis, vir prudens et reverendus, claruit circa hæc tempora: *idem verosimiliter qui hic* Brantholius.

l Bobbo, *alias* Poppo, *diminutivum a* Bobboleno *vel* Poppoleno. *Catalogi Fuldensium, dissimulato tam* Brandonis *quam* Popponis *regimine, Arkanbaldo immediate substituunt* Richardum, *cujus subscriptionem, pro anno* 1014 *allegatam a Baronio, Serarius rectius disserit ad an.* 1017; *idque eo liberius, quod diploma, cui* Richardus, *ut* Abbas Fuldensis *subscribit, anno caret.*

B

m *Hac phrasi notatur annus ætatis* 29: *sed si sequentia spectes, deest huic calculo una fere septimana annorum: natus enim anno* 982, *nec regressus Fuldam ante* 1015 *vel serius, tempore aliquo eguit, ut ita se probaret Monachis, ut Decanum sibi a Richardo Abbate postularent, quemadmodum mox dicitur cap. seq.*

CAPUT II.

Ex Decano Fuldensi factus Præpositus S. Andreæ, Werthinensi et Hersfeldensi Abbatiis donatur.

Electus Decanus Fuldensis sub Richardo Abbate,

7 Memor igitur cœlestis Sponsus amici sui, summus Rex militis sui, et corona gloriæ coronavit indutum, et circumsepsit armis virtutum: muniens eum clypeo humilitatis, galeatum patientia simplicitatis, et circumcinctum gladio discretionis, adornavit sagittis prædicationis; et protectum thorace justitiæ salutaris, superinduit eum chlamyde castitatis, humilemque propter se, divina Majestas exaltavit apud se. Videntes enim Cœnobitæ militem Christi, sine fatigatione in procinctu positum; concedente Abbate *a* Richardo, unanimes Decanum elegerunt; et conviatores, angustæ viæ, quæ ducit C ad vitam, ducem fecerunt, qui nec ad dexteram declinaret, nec ad sinistram; acsi diceret ad eum Dominus, Amice, ascende superius. Qualis tunc esset, adhuc viventes multi testantur; qui etiam in servo carnis, tantam libertatem spiritus unquam devenisse, mirantur. Memorem enim eum illius, Judicem te constituerunt; noli extolli, sed esto cum illis quasi unus ex illis; cum dignitate gradus et morum maturitate, cunctos humilitate subsequi, vel invitus fateri deberes.

Eccli 32, 1

magna cum laude satisfacit officio:

9 Inter magnos maximus, et inter parvos minimus, majoribus formidabilem, minoribus se dedit amabilem. Minores ad eum, ut ad patrem, accedebant; quem majores, ut judicem, attendebant: quia quod caritas jubebat, negligere nesciebat. Nullum condemnavit, nullum judicavit: et cum interrogat Petrus, utrum dimittat usque septies, hic septuplicavit septuagies septies. Quod si etiam a quoquam aliquando putredinem vulneris ferro correptionis abscidit; illico se hominem esse memor, fomentum indulgentiæ super ægrotum linivit. Quidquid in monasterio erat, omnium, ut debuit, esse docebat; nec obedientias habentes, non habentibus; sed non habentes, præposuit habentibus. Unde cum quidam Cellarius ibi cubam *b* aceto plenam haberet, unde D negaret Fratribus, mittentibus ad se, sæpius quam daret; proprietas hæc servatoris ad Patrem delata est. Qui memor olei, quod negatum Diacono beatus Pater *c* Benedictus foras jussit projici; eadem sancti Spiritus benedictione benedictus; Ex hac, inquit, maledictione non gustabitur ulterius: et sine dilatione totum jussit effundi.

vult omnia omnibus esse communia

10 Interea prædictus bonæ memoriæ Richardus Abbas, regionem loci ejusdem Fuldæ, ordinemque Basilicarum in circuitu *d* positarum, mente rationeque circumiens; invenit aliquid addere se posse; quod et placeret rationi, et aptum fieret divinæ benedictioni. Versus enim Septemtrionem oppositus, in loco, qui dicitur Mons-episcopi *e*, eamdem plagam sustinenti, semper Virginis Mariæ vidit oratorium; altrinsecus autem sanctorum Joannis Baptistæ *f* et Evangelistæ basilicam ad Austrum: [itemque] in partibus Orientis, ubi in loco *g* Uvesbergh beato Petro *h* templum dedicatum invenit; [cumque] ad Occidentem reverteretur, et hanc cœli plagam tali videret benedictione vacasse: intellexit vir Domini, meritis suis augendis divinam providentiam hanc plagam reservasse. Dilatans ergo trigonum, dico tres ecclesias, in latus triangulum in E partibus Occidentis sitas; [ad] Longum-pontem ad ripam aquæ Fuldæ, tetragrammum integravit quadrangulum: et constructo in Occidentis partibus cœnobio in honore S. Andreæ, indidit vocabulum ut Novum diceretur *i* monasterium: in quo pii Patris meritum est laudabile et ingenium innumerabile; qui hoc excogitavit; ut a Septemtrione ad Meridiem Virgo respiceret Virginem, et ab Ortu solis in Occasum Apostolus Fratrem.

Ædificato ad Occidentem novo monasterio.

11 Habito ergo consilio, teneram filiam Abbas sancto viro commendavit; ut et temporibus infantiæ lacte pasceretur, et sine austeritate disciplinata doceretur; cum vir perfectæ vitæ pie se conformaret infantiæ, nutricum more: et, si assuescebat ad pedes Domini vitæ theoreticæ; gnarum tamen se ostendebat et practicæ; imitans illum, qui cum tantæ claritatis esset ut desiderarent in eum Angeli prospicere, assumpta obscuritate carnis nostro inventus est in corpore. Quantum se in hoc gradu fecerit spectabilem, mihi opus non est declarare: quod tot testari videntur quot adhuc ejus exemplis illuminati reguntur.

Præpositus instituitur Bardo;

12 Appropinquavit interim quod scriptum est, Ecce intelliget servus meus, exaltabitur et elevabitur, et sublimis erit valde: quia quem sanctus accendebat Spiritus, abscondere non potuit modius. Venit enim iisdem diebus Rex Conradus *k* Fuldam: et a beato Patre Richardo ad novellam adductus est filiam: ubi tum nutricius ejusdem filiæ, vir scilicet prædictus, obviam illis egressus est; et, ut erat mitis et urbanissime educatus, congruo honore suscepit eos. Sed quia non inaniter venit, quem divina misit providentia; postquam oratione petita ecclesiam egressus est, singula de hoc loco percunctatus, quæ illi essent servitia, qui Fratres, quis Pater; cum omnia resciret, hunc etiam Patrem ex nomine audiret; subito repletus summo gaudio, quod eum videret quem dudum sibi diu multumque fama loquebatur; iterato salutatum, amplexatum, osculatum, promisit se, cum primum nancisceretur copiam aut tempus, non dimitteret se, nisi redderet exaltatum. Erat quoque hic Dei servus *l* Reginæ consanguineus, et exinde promissionis facilior fiebat accensus: qui satisfaciens Regiæ dignitati, quod etiam ipse potuit non prætermisit; sed dedit videlicet Kliotetram *m*, regio decore præparatam; quam illuc venturo, jussu et permissu Abbatis sui Richardi, præparavit. Tunc denuo exhilaratus Rex, accepta

F Isa 52, 13 *quem ibi invenit Conradus Rex,*

collaudat et exaltare promittit.

A accepta benedictione (erat enim dulce, etsi non necessarium, quod dedit caritas) lætus egressus [est] multum affirmata promissione.

VIII Ergo vocatum in aulam

13 Memor autem Imperator promissi, non multo post, misso nuntio ad Richardum Abbatem *a*, præfatum sanctum virum sibi mitti præcepit. Fama vulgatum est illico, pium Patrem a Rege vocari. Flentibus ergo discipulis nuper congregatis, aliisque familiaribus, quos et monitis illustrabat et exemplis sustentabat, Regi missus est. Quem honorifice suscipiens Imperator, circumstantibus amicis eum ostendit, dicens; Audistis, ait, de Bardone Fuldense aliqua? Aiunt illi, Multa. Quænam? inquit. Qui dixerunt; Optima quæque. Et Rex, Si, inquit, audistis, credite quia vera sunt. Hic est ille ipse, ait, quem veraciter laudamus, aut quis sit laudabilis ignoramus. Deinde exposito beneficio quod a pio Patre susceperat, omnibus amabilem et honorabilem reddidit. Post hæc promovit eum Imperator inter amicos, fecitque eum Abbatem Werdinensium *n*, dicens; Sicut audivimus de te, sic videamus. Tunc satis benevole tractatum, ad commissum ovile cum honore dimisit eum de conspectu Regiæ assistentiæ. Audito autem discipuli et amici ejus, quia magnificavit ejus [absentiæ] tristitiam eventus lætitia, solabantur securi de moribus, certi de vita; quia quem bene subditum videbant, bene etiam præesse posse sciebant.

n facit Abbatem Werthinensem:

B

unde ipse nihilo elatior,

14 Ipse vero, quod dicitur Potentia, contemnens; et, quod Paternitas, attendens; ad consuetos mores conversus, nec aliquid immutans (nisi forte ut scriptum est, Ibunt de virtute in virtutem) illud sibi dicebat sedulus, Quanto magnus es, humilia te in omnibus. Qua de re impleta est in illo Scriptura, dicens: Super quem requiescet Spiritus meus, nisi super humilem et quietum et trementem sermones meos? Sed et illud, Ecce servus meus, suscipiam eum: electus meus, complacuit sibi in illo animæ meæ. Quasi enim nulla essent quæ fecit sibi Deus, ita visa sunt datori parva, ut, ad ostendenda dilecti sui merita, pro nihilo ducerentur beneficia præterita. Ergo opus erat novis honoribus, ut rursus et potestate cresceret, qui novis semper crescebat virtutibus, unde acsi monogamus paupertate premeretur, digamus subito factus est; tradita ei a Rege Herveldia *o*, Pastoris sui morte viduata. Servus autem Dei, videns quia caritas exigit, non tantum quæ sibi prosunt, sed quæ magis alteri; quæ caritatis sunt cogitavit, loquebatur, et fecit: ut C quocumque divina voluntate Pastor statueretur, nihil unquam [nisi] dulce videri a subditis etiam diceretur. Qua de re tamen argumentari potest vita ejus omniumque communiter; quia qui placuerit his in quos habet potestatem, necessario placebit his in quos privatus solam exhibet caritatem.

Isa. 66, 2

Id. 42, 1

IX

etiam Hersveldensi Abbatia donatur.

o

15 Illam diaboli adinventionem, dico detractionem; illud irremediabile vitium, aut potius veneficium, fraternam in invicem accusationem, acsi fieret inde reus homicidii, penitus abhorruit, abjecit, et respuit; illud memorans sedulo, Quoniam projectus est accusator fratrum nostrorum. Si quis adulando ad eum absconse clamque venerat; et hoc et illud, si forte negligentias aliquas viderat, enarraverat; Vos, inquiens, nescitis quanta surgat nostro periculo protervia, quanta insolentia, arrogantia; neminem juventus reveretur: pro nihilo reverentia seniorum habetur: patienter ille parumper audiens; Quid? inquit, quid ait Decanus? Illo dissimulante omnemque in partem accusationem temperante; Decanum, inquit, habent: ille Magister est, Pater ego: quod ipse me celaverit, scire fas non est. Sic itaque ut prudens apicula, circumquaque collectis virtutum floribus, in alveario suorum cœnobiorum, quocumque mansitabat, et memoriam D dulcedinis et fructum reliquit pinguedinis.

Detractores odit;

Apoc. 12, 10

defectus suorum patienter tolerat;

A clerico *Veg. Ex MS*

gratia Dei multipliciter repletus,

16 Dicat nunc aliquis de hoc famulo Dei, utrum illi Dominus largiens largior, an hic foret humilior? Respondebimus, majus quidem nos non novisse, magnum tamen utrumque nosse; et quam largus Dominus, humilis erat famulus; et quam humilis famulus, largus erat Dominus; quidquid tamen hoc erat, Dei erat gratia, ut hic humilis esset in promerendo, et ipse largus in reddendo. Sed quid dicimus, reddendo? cum scriptum sit, Aut quis prior dedit ei, et retribuetur ei? quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia; ipsi honor et gloria in secula seculorum, Amen: qui transgressorem præcepti sui non rejicit, sed revocat; non perdit, sed reparat; qui promerenti mala, reddidit bona; qui se lapsum revocavit, jacentem erexit; qui filium iræ fecit misericordia, servum peccati libertatis gratia; cujus opus pietas, flagellum caritas, misericordia justitia, justitia misericordia; cujus voluntatis opus, imperium salus, præmium ineffabile, consilium admirabile: qui salvat gratis, illi gratis qui servit: servire ei regnare est. Et quis serviet? Ecce in isto servo Dei quam largus esset non comprehendimus. Et quid dicemus? Non tantum sufficiebat ei ut hic carne in terra gravidatus, cælum inhabitaret spiritu; nisi etiam ipse clementissime descendens, ejus inhabitaret spiritum; ut impleret, quod ait, Ego sto ad ostium et pulso; si quis audierit vocem meam et aperuerit mihi, intrabo ad eum, et cœnabo cum illo. Vere enim ad hunc, et potius in hunc intravit, quem secreti sui conscium faciendo lætificavit; ut, quia non multum eum lætificavit potestate terrestri, lætificaret (ut dignum erat) præscientia cælesti.

Rom. 11, 35

E

Apoc. 3, 20

X *etiam prophetico spiritu,*

17 Rursum spiritus prophetiæ reddidit eum clarum; rursus quod electus esset et præelectus apud se, etsi obscure, fecit planum. Abbas enim duorum locorum, cum Solemnitate quadam ad Regem venisset, stans juxta primos, utpote Archipræsulem Maguntiæ Arribonem *p*, contigit eum ferulam optimam in manu portare, ut hæc solet potestas. Cui ait Episcopus temere (erat enim Noricus *q* genere) Heus Abbas! hæc ferula convenientius imperaret manu nostra, quam vestra. Ille autem, ut erat filius caritatis, econtra placide respondit: Et si placet vobis, non multum difficile est, ut acquiratis: et tacuerunt ambo. Cumque venisset Abbas ad *r* caminatam, sumpta ferula et ferro mire celato, in quo Missales *s* oblatæ coquebantur, et quodam sarcile *t* ex lana Græco facto opere, per manus Rohingi *u*, qui tunc secum commanens postea ad Fuldam imperabat, hæc omnia supradicto misit Episcopo. Illi autem revertenti ait servus Dei: Quonam modo nostra accepta est oblatio? Illi hæsitanti, ait ipse, Quonam modo! eia dic. Qui ait, Satis bene. Et, Satis? inquit: movensque caput ait denuo: Quid si hæc omnia nobis servata quandoque reddentur? Et iterum; Non multum, ut credo, tempus intererit, et erunt rursus hæc omnia nostræ ditionis: quod ita factum est. Factus enim in Maguntia non multo post Episcopus, omnia hæc in camera, sicut prophetaverat, invenit, et (Deo gratias) recepit.

p

q

r

s

F

t

u

prædicit se futurum Archiepiscopum

ANNOTATA D. P.

a Richardus, *ut dixi, non videtur factus Abbas ante an.* 1015 *vel* 16, *quando* Bardo *jam erat* 35 *vel* 36 *annorum. Dicitur autem Richardus obiisse an.* 1039.

b Cuba, *Teut.* Kuype, *Franc.* Cuve, *alias etiam* Cupa *et* Cuppa; *vas ligneum, opus vietorum; unde et Vietores dicti* Cuparii.

c

A c *Vita* S. Benedicti, 21 *Martii num.* 28.

A CLERICO MOG. EX MS. d *Si haberetur Topographica districtus Fuldensis tabula, distinctius circa sequentia possemus disserere, nunc ipsis inquilinis eam curam relinquo.*

e *Hujus montis meminit MS Chron. Sax. in coque Fridericum Imp. anno* 1165 *festum Palmarum celebrasse dicit, eo quod habebat in comitatu uxorem, cum qua non poterat monasterium ingredi. Locum autem allegans Serarius in Mogunt pag.* 31, *vocat in margine* Montem B. Virginis, *ex usu utique hujus temporis. Plura vide apud eumdem pag.* 139 *et* 140.

f *Idem ibidem solum nominat* Monasterium montis S. Joannis Baptistæ.

g *Alias* Ugelsberge *vel* Hugesberg, *apud eumdem ad pag.* 140, *in tabulis* Vogelsberg.

h *Idem hujus ecclesiæ meminit, tum pag. cit. tum cap.* 15, *recensens monumenta ibi inventa.*

i *Idem denique hoc appellat* Monasterium S. Andreæ Apostoli novi-montis.

k *S. Henrico Imp. defuncto* 1024 *suffectus* Rex Conradus, *Franconiæ Dux, coronatus est Romæ an.* 1027, *et vixit usque ad an.* 1038.

l *Wippo in Vita Conradi* Giselam *nominat*, cuj pater Herimannus, Dux Alemanniæ; mater Ker-
B birga, filia Conradi Regis de Burgundia, cujus parentes de Caroli Magni stirpe processerant : *sed dissimulat, quod ante lib. 4 scribit tunc vivens Glaber Rodulphus, quod fuerit ipsi Conrado* affinis, quam etiam primitus quidam cognatus ejus duxerat : *quare Principes ea conditione ipsum elegerint, ut ab ea divortium faceret ; quod) et promiserit, sed non præstiterit. imo secum eam Romam duxerit,* ac sicut inepte cœperat, tenuit. *Cur autem inepte?* Mortuo Ernesto *priore marito (ut scribit Otto Frisingensis lib. 6 cap* 28) *duxerat Gislam Conradus : quem quis dubitet ab eodem Pontifice dispensationem impetrasse, a quo et Coronam : et illius Romam ducendi causam præcipuam habuisse, ut invalidum matrimonium validum faceret?*

m *Alias et melius*, Cliothedrus *est sella plicatilis, quod* Faldistorium *etiam dicitur : de utroque vide Cangium in Glossario.*

n *Trithemius, ex eoque Wion,* Virdunensium *legerunt ; est autem Werthinensis Abbatia a S. Sviberto fundata, in Cæsaris insula prope Coloniam : nec dubitare sinit Bucelinus, tom.* 2 *enumerans Abbates Werthinenses; et pag.* 313 *allegans Catalogum anno* 1198 *conscriptum ; et antiquam Chlamydem, in qua similis series acu picta usque ad* 1320. *utrobique au-*
C *tem post Heidanricum, ponitur* Bardo, *sed ad unum dumtaxat annum ; tunc vero oporteret hæc facta esse an.* 1030, *non* 1031.

o Hirsfeldensis Abbatia, *æque ac Fuldensis a S. Bonifacio fundata, contiguum hujus districtui territorium habet, de quo Lambertus Schasnaburgensis ad an.* 1031. Arnoldus Abbatiam Herveldensem perdidit ; cui Bardo successit, sed post dimidium annum Ariboni Moguntino Archiepiscopo defuncto successit.

p *Sigebertus in Chron.* Albonem *perperam vocat,* Arbonem *forte voluit scribere : nec mirarer si ab* Hariberto *diminutivum nomen hoc sit.*

q *Hinc forte in Bruschii Catalogo* Palatinus Rheni *fuisse dicitur ;* Noricum *enim, non solum hodiernam Austriam, Stiriam, Carnioliam, sed et partem Bavariæ Tyrolisque comprehendit.*

r Caminatæ, *alias* Stubæ, *Germanis dicuntur conclavia aularum, ab eo quod more gentis fornacibus instructæ sint.*

s Missales oblatus, *vulgo* Hostias *dicimus, Belgæ nostri* Mis-broot *id est* Panem-missæ.

t *S. Chrodegandus in Reg. Canon. cap.* 29 *jubet Presbyteris et Diaconis* Sariles *quotannis binos præberi, aut lanam unde eos possint conficere. Dubitat Cangius, vestisne an panni lanei species sit, mihi potius vestis species esse videtur : nomen autem a sar-* D
ciendo ductum.

u Rohingus, *post Richardum et Sigewardum, Abbas Fulden. ab an.* 1043 *ad* 47.

CAPUT III.

Promotio Bardonis ad Archiepiscopatum Moguntinum.

Necesse fuit quandoque venire, quod toties prophetaverat ; ut fieret quod ait etiam alter Propheta, XI *Mortuo Aribone Moguntino,*
Quia Propheta cum prophetaverit, veneritque verbum ejus et implebitur, scietur Propheta ille quod Jer. 28, 9
verax est. Defunctus enim non multo post est præfatus Episcopus *a*, et virga potestatis ejus ad Regem *a*
[missa] ubi tunc manebat. Tempore eodem congregati sunt fideles orthodoxi, habitumque concilium in eodem loco, cum iisdem ecclesiæ Patribus ; quibus ait Rex : Quia nobis divina vox scriptis innumerabilibus et terrorem suum et honorem loquitur, estisque divini consilii secretarii et præcones ; non meam voluntatem, sed sempiternam potius majestatem [sequi cupientes, volumus] ut a vobis eligatur, in quem firmissimus sanctæ ecclesiæ paries secure E
innitatur : admoniti quippe consultius agemus. Nunc hunc, nunc illum, alter et alter nominabat, quem esse idoneum existimabat : diu [autem] multumque *cum Fulda esset assumendus successor,*
frustratis, fuit aliquis ibi qui diceret, ex Privilegii censura Fuldensem exigi Pastorem, eo quod tertium *b* Antistitem Sedis Maguntinæ mittere Ful- *b*
dense deberet ovile. Placuit itaque Regi differre concilium, quo usque congruum de hoc caperent consilium. Consulta igitur Privilegia eadem loquebantur, et priorum Regum in hoc consensum testabantur. Communi vero consilio, sanatus super hoc habendus, dilatus est ; quoniam adhuc homo non invenitur quem vellet Deus.

19 Igitur et Abbas Richardus, adductus ex Privilegiis, eadem ratus ventura, disposita domo sua, multorum ibidem cum lacrymis prosequentibus, XII *Richardus Abb eo se vocari ratus,*
curtim pergere iter aggressus est. Ibat quidem gravis meditationibus et anxius spe biformi in incerta raptatus, an ne fieret ex decretis Episcopus : sed parum cupidus terrenæ potestatis, expectabat tantum velle Divinitatis. Quare, sicut ait Psalmistes egregius, In te Domine speravi non confundar in æternum ; de incertis cito certus factus, eo quod inviolata spe omnibus suis Dominum advocaret se- Ps. 30, 2
dulus, de his quæ ad se non pertinebant prægravari F
diu permissus non est. Tempore enim umbrifero, cum sole inferius mundi hemisphærium emetiente, terræ diameter sui obsistentia tenebras in cœlum funderet, quod nox dicitur ; somnus etiam, oblivionis minister, ad diurnas curas ingenii reparator, virium quoque pridie lassentium in crastinum redintegrator, ægris se mortalibus infunderet; præ- *nocturno visu edocetur,*
dictus Abbas, post vigiliarum hostias lecto redditus, secundum quod dictum est. Juvenes vestri visiones videbunt et senes vestri somnia somniabunt; som- Joel 2, 28
nium vidit.

20 Experrectus igitur aurora procedente, jam certus divinæ voluntatis, quis futurus esset Episcopus ; post iteratas orationis victimas, coram stantibus ait ; Ne multum contristemini, Fratres de me, quia abstrahar a vobis Episcopatus causa ; divina largiente [gratia, nostrum] nobis sufficiat solium : nam Maguntinum expectat alium. Et divinam præscientiam admiratis ; Hac, inquit, nocte in quodam *Bardonem assumendum,*
fui campo, ubi e contra stantem miræ celsitudinis vidi montem : in cujus cacumine, quo ego ascendere non valebam, Fratrem Bardonem stare videban

A bam : sub cujus pede fons purissimi fluenti saliebat. *idque Fratribus exponit :* Quem, quia me celsiorem videbam, diligenter intuitus ; virgam in manu ejus quasi oves minantem aspiciebam, ipsasque oves circumquaque pascentes. Cujus interpretationem subjiciens continuo, ait ; Mons quidem, principatus est sublimitas ; virga, correptionis subtilitas ; fons, doctrina, quam congeret in eo sapientia divina ; oves autem, populi, pascendi gramine cœlestis pabuli. Ille, ait, electus est : summæ voluntati volentes cedamus. Qua in re admirandi sunt ambo tanti Patres, quos in terra positos cœleste non latuit consilium, qui in corpore sejuncti spiritu spiritale junxere collegium.

XIII *itaque, illi sibi obvianti, primas cedit ;* 21 Ivit quoque et hic famulus Dei, de quo loquimur, etiam et ipse ad Regem ; non anxius quidem quis Episcopus fieret ; sed qui fieret, qualis fieret. Ergo hi duo columbi, in quodam diversorio convenientes, invicem resalutant datis complexibus ; ad capellam, quæ ibidem erat, ibant junctis comitatibus : cumque ad januam ecclesiæ pervenissent, ambo constiterunt, et alter alteri ingressum præbuerunt ; hic ut antiquo magistro, ille ut ei quem noverat electum in Christo. Diu illis alternantibus, ait Richardus : Quod ultra faciendum est, hic habeat initium : B *eique visum narrat.* præcedat ille, quem divinum elegit beneficium. Ille vero, acsi vota audiret, nihil hæsitavit ; sed pede currens obedientiæ, celer intravit. Ante divinum igitur intuitum merito præcessit, quem æstimatio divina præposuit. Egressi vero post orationem ecclesiam, pius conservus pio conservo narravit, quod piissimus eorum Dominus sibi revelavit. Pernoctantes ibidem, crastino, uterque commeatu suo adjuncto, ambo quo volebant sigillatim pergebant. Præcedens autem hic pietatis amator, prior venit ad curiam : quem cum aliqui viderent qui cognoscerent, mussitantes invicem ; Hic est, aiunt, ille, quem nobis percunctantibus de Pastore, Imperatrix prædixit. Circumquaque enim consiliantes Rex et Regina, post priorem conventum, nullum se talem nosse fatebantur, qualem hunc Dei famulum testabantur.

22 Erat ergo mensis Junius, et appropinquavit XIV sanctorum Apostolorum Petri et Pauli festivitas. *In Vigilia Apostolorum* Venit ergo Principum Pastorum vigilia ; et personuit fama, Maguntinæ Sedis quemcumque futurum die crastina : præsto enim fuit, quem Dominus in hoc ipsum elegit. Altera autem die, cum mundi oculus sol confinium Septemtrionis et Orientis aspirando serenasset, et mortis imaginem somnum horC roresque tenebrarum pepulisset ; Rex ex cubili sui penetralis egressus cum Regina, primo diluculo ecclesiam ingressus est. Fusa ergo precum libatione, divinas aures pulsabant intenti, ut ostendere dignaretur, quem ipse sciret in hoc officium congruentis meriti. Egressi deinde, pia fidelium turba congregata resederunt, pariter consulturi de præsenti causa. Mira populi mussitatio hoc illudque dicentis, et famam diversis confabulationibus lacescentis. At ubi erant hi, de quibus ait Apostolus, 1 Cor. 3, 9 Dei, adjutores sumus, et nos spiritum Dei habemus, alius de patientia, alius loquebatur de continentia ; iste de sobrietate, ille de humilitate ; hic de proximorum condescensione, ille agebat de suprema omnium contemplatione ; et quemcumque his præditum aliquis noverat, de hoc secundum conscientiam testimonium dederat. Quibus vero Regis patuit voluntas, verba cujusque ex industria suspendentes, verbum Regis expectabant, ipsi consentire volentes.

Imperator declarat 23 Aliquantulum diei processerat, cum res adhuc fluctuabat. Petito ergo silentio, post tot horas incipiens Imperator ; Quod audivimus, inquit, et probavimus, Patres et Fratres, annuntiamus vobis. Virum scio magnificæ virtutis, perfectæ sanctitatis, D ingenii singularis ; vasculum castitatis, sapientiæ A, c LPRI CO MOG. EX MS filium, corporis dominum ; magnum humilitate, præcipuum caritate ; mundo pauperem, Deo divitem ; cui nostra favet auctoritas, si quid digne judicare novit mortalitas. Verbum Regis omnes majores loquebantur, et quod ille testatus est omnes testabantur : quia autem, quem dicerent celato nomine, nesciebant ; quemque, ut erat proximus, quem diceret, perquirebant. Auribus ergo eorum benevole præoccupatis, tandem vocans eum Imperator ex nomine, dixit ; Pater : simulque digito innuens, præcepit ut accederet. *Bardonem Archiepiscopum :* Qualem tunc eum videres ! quam constanti animo, quam immutabili facie, et quam moderatum gressu ! Dum incederet, Palatinis cunctis eum invicem adnotantibus, Hic, hic est ille ; oculi omnium ad pium Patrem, aures intendebant ad Regem. Cum ergo jam staret ante solium, Novimus, ait Rex, Fuldense privilegium, nec infringimus statutum prædecessorum nostrorum : sed quia non desunt qui noverint, qua causa c non promoveamus Abbatem ; te ejusdem ovilis, antistitare statuimus, secundum propriam voluntatem. Commissa igitur sibi plebe Maguntina, cuncti lætabantur : E ductumque eum laude Dei ad ecclesiam promoverunt, eum consecrantes in Episcopatus gradum. Tunc vere potuit ad eum dicere Dominus ; Amice, ascende superius. Luc. 14, 10

24 Induit ergo se annulum *d* secundum, tertio *d qui post festum consecratus,* mense, et cingulo castitatis præcinxit se, indutus stola justitiæ. Seniores igitur filiorum Ecclesiæ verum Aaron consecraverunt, ut esset ei testamentum sempiternum simul et Sacerdotium magnum. Inter hæc ergo nec divina caruit consecratione, quoniam ditatus est omnium gentium benedictione : non enim dereliquit eum Dominus, donec afferret illi sceptrum regni. Consecratus igitur Pontifex, verus custos vasorum, pene quinquagesimo *e* ætatis suæ anno, post *f* festivitatem sanctorum Apostolorum, ad commissum ovile cum honore dimissus est. Senator *e ætatis an. fere 50* ergo curiæ cœlestis, cui cum Apostolo datæ sunt claves regni cœlorum, potestas siquidem ligandi et solvendi terræ ac cœli, nequaquam potestate usus, ut luderet in avibus cœli, aut in bestiis terræ, sed Jer. 16, 16 cum piscatoribus Apostolicis, in omni piscatus monte, secundum Prophetam, et in omni colle ; quodcumque superbum invenit, rete circumdedit humilitatis, *f divinum scilicet festum præstat* quod pro peccatis humile invenit, spe irretivit consolationis ; hoc semper cupidus, ut ante conspectum summi Patris familias non appareret vacuus. F Deinde thesauri non parcus, quem vigiliarum acquisivit mercimonio, ærarium sapientiæ aperuit ; pauperes spiritu, hoc est pusillanimes, consolatione pavit ; nudos peccatis, pœnitentia indusiavit ; cæcos illecebris, monitis cœlestibus illuminavit ; claudos item, itinere quod ducit ad cœlum suo ducatu prævia vit ; ut esset carnaliter ac spiritualiter, quod beatus Job ait, Oculus fui cæco, et pes claudo. Job 29, 15

ANNOTATA D. P.

a *In Vita S. Godehardi Episc. Hildes. 4 Maji num.* 23. Imperator Natalem Christi Patherbrunnæ egit *an.* MXXX, ubi Aribo Metropolitanus in sancto die, inter Missarum solennia publico sermone habito, licentiam ab Imperatore et Confratribus Romam pergendi rogavit ; simulque a Clero et Populo indulgentiam sibi a Deo impetrari postulavit ; sicque post Purificationem S. Mariæ iter assumens, Romam adiit. Inde vero digrediens, VIII Idus Aprilis, ah ! ah ! obiit, anno Ordinationis suæ XI, cunctis certe Catholicis merito flebilis, quia in omni ecclesiastica religione erat vere laudabilis.

b

[illegible] Mog. EX MS

A b *Id sic intelligo, ut S. Bonifacio concessum fuerit ex Abbatia Fuldensi alterius assumere aliquem: sic Lullo per S. Bonifacium constituto, post Richulfum successit* Haistulfus Abbas; *post Autgarium*, Rabanus Abbas; *post Carolum*, Lantbertus, *multum laudatus a sanctitate, ut Monachum fuisse verosimile sit; et hunc Sunzo sequitur, sacris litteris Fuldæ eruditus, nescio an etiam Monachus; proximus post Hattonem, ex Abbatia Augiensi assumptum*, Heringerus Abbas Fuldensis *est; tum Hildebertus, Fridericus, Guilielmus, atque post eos* Hatto II, Abbas Fuldensis; *Meginwardus, post hunc et* Arkambaldus, Abbas Fuldensis; *quo ordine post Arbonem, assumptum aliunde, iterum debebat Abbas Fulda peti. Quamquam autem nesciatur talis privilegii auctor, ac S. Bonifacium tamen, primum Archiepiscopum et Fuldensis monasterii fundatorem, verosimilior conjectura propendet, esto non semper invenitur observatum.*

c *Hanc causam necdum potuimus assequi aliam, quam intercessionem Reginæ, pro* Bardone *suo sollicitæ.*

d Secundum, *id est*, Episcopalem: *nam* Abbatialem annulum *antea susceperat.*

e *Hinc patet, quam recte supra statuerimus, natum* B *an.* 981 *vel* 982, *cum hæc res acta sit* 1032.

f *Expectata fuerit Dominica infra Octavam, quæ eo anno, habenti litteram Dominicalem* A, *fuit* 11 *Julii.*

CAPUT IV.

Sermones coram Imperatore habiti, in Natali Domini et festo S. Joannis Evangelistæ.

Venit dein ad Regem in Nativitate Domini et
XV Salvatoris nostri, et honorifice susceptus est: erat
autem tunc a [Goslariæ]. Die ergo Nativitatis Do-

a In Natali Domini coram Imperatore concionatus, b

mini secundum primatum dignitatis suæ, Missas die prima cœpit agere; stansque post Evangelium in gradibus, sermonem declamavit verbis non pluribus quam b ordinabatur ad vesperam. Cumque ad altare regrederetur, fuerunt ibi aliqui, qui quasi aditu invento, invidiæ suæ fel evomuerunt; causantes tantæ rusticitatis homunculum, tam præcelsæ Sedis factum Episcopum; re autem vera invidentes eum esse Monachum. Doluit quoque etiam Imperator, tanta eum laude se coram omnibus extulisse, pœnituitque unquam eum Antistitem fecisse celeberrimæ Sedis]. Igitur die illa auditi sunt C qui dicerent, Monachus est, aliquid esse potuit in suo monasteriolo, nequaquam tali congruit solio: et quicumque aliquod in eum jaculabantur convitium, hoc in prima parte linguæ jacuit, ut dicerent eum Mo; ut aperte intelligi posset, quidnam in illo sibi maxime displicuisset. Rex pene impransus est, nullas quæsivit delicias ciborum, quoniam ipse amaris morsibus carpebatur lacerantium. Dies venit altera, et Metensis Episcopus Diodericus Missas celebrans, quidquid novit prodigus effudit. Laudatur ille ab omnibus, dicentibus: Hic est Episcopus. Vir autem [sanctus]; qui non nescivit: Totum spiritum suum profert stultus, sapiens autem reservat in posterum; nec aura favoris elatus, nec invidiæ morsibus inclinatus, patienter sustinuit, certissimus quid ipse facturus sit.

despectusque,

Prov. 29, 11

26 Venit dies tertia, missumque est ad pium Patrem quis deberet Missas agere: qui se professus [est acturum], divina comitante gratia. Averterunt eum amici ejus callide, quasi causa laboris magni, hortantes ut super hac re juberet alicui; re autem vera verecundati super sermone quem declamavit pridie. Ille vero, cogitans intra semetipsum, Gloriam meam alteri non dabo; ait humiliter, Unusquisque onus suum portabit. Qui cum causarentur D laborem: Quid, inquit, mihi utilius est, agendis dare studium, an negligentiæ aditum? Paratus itaque, cum timore divino, ad altare ingressus est: XVI post Evangelium vero repræsentatus in gradibus, hanc sermonis telam orditus est: Præ fulgore, inquit, in conspectu ejus nubes transierunt. Levatisque parumper oculis cum gemitu, acsi suum advocaret amicum, rursusque in terram defixis, humili habitu et voce humillima, [sic] locutus est populis. Super sermone Psalmigraphi consultus Præco divinus, Joannes Evangelista, cujus hodie festa colimus, magna ex parte aperiet nobis, quæ involuta sunt obscurissimis sensibus; sed prius videamus hic Joannes, quis, qualis, quantusque sit: an et auctoritati ejus credendum sit? Hic est Joannes, natura Homo, virtute Virgo, officio Evangelista, dignitate Apostolus.

nihilominus etiam festo S. Joannis dicturum se promittit.

et super eo, Præ fulgore in conspectu ejus nubes transierunt, Ps. 17, 13

27 Memoratur Joannes, homo fuisse: ut eo laudabilius sit, fragilitati carnis obnoxium, tantum robur virtutum acquisivisse: virgo, ut notum sit, quanti mercimonio laboris consecutus sit honorem virginei decoris: quadam enim singularitate præcellit ejus virginitas, quoniam inter nuptiales epulas c et ante titillationem thalami, sponsam semnudam E relinquit; ut esset fortitudinis majoris, matrimonia relinquere, in flamma connubii proximioris. Quare hoc? Quia in Galilæa, gustato vino ex aqua producto, secundum consequentiam ordinis, relicta insapora littera Legis, ad vineam dulcedinem transmigravit Evangelicæ nativitatis; ad illam, cui ait Sponsus cœlestis in Canticis, Sub arbore malo suscitavi te, ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix Can. 8, 5. tua. Ad ipsam quippe arborem mali punici, roseam cruore Dominicæ passionis, virtutibus fœcundam spiritualibus, idem ipse Joannes stabat, ubi corrupta et violata est Synagoga Judaicæ sectæ seditionisque, quæ est Synagoga satanæ: et suscitata est Virgo Evangelica, in qua non est macula neque ruga, ei nupta qui [ipsam] lateris sui dedicavit sanguine; in lacrymis desponsata, et in gaudio conjugata. Cujus ejusdem Virginis idem ipse dispensatorius præfiguratur [ante Crucem] ejus, [quando] scilicet matrem Domini, secum ad eamdem arborem stantem, in suam tutelam virgo virginem suscepit, maxima affinitate, gratissima societate. Virgo, inquam, suscepit virginem, quæ prima cum sigillo virgineæ integritatis fructum meruit maternæ fœcunditatis: virgo virginem, dominam servus, matrem familias vernaculus, servus Domini matrem Domini. Ut quid F hoc? Ut pareret Dominæ voluntati, obsequeretur necessitati, domum Domini administraret, familiæ imperaret. Quam domum? cui familiæ? Domum [in- 1 Joa. 3, 18 telligo], mundum; familiam, populum. Totum enim mundum administravit, cum annuntiavit; annuntiavit, cum imperavit; imperavit, ut de multis aliquid proferamus, cum ait, Fratres, non diligamus verbo nec lingua, sed opere et veritate. Quantus est iste servus Domini? Dominus mundi, creatura creatoris, creaturæ dominus præpositus, ut Apostolus, cœlitus dispensans Apostolica auctoritate cœlestia.

laudat Sancti virginitatem

et quod sub cruce Virginem matrem susceperit,

Dominicæ familiæ dispensator:

28 Quoniam, inquit, audivimus, quis, qualis, et quantus sit; videamus an et auctoritati ejus credendum sit. Ait Evangelium, Et qui vidit testimonium perhibuit, et scimus quia verum est testimonium ejus. Quærimus quid viderit, quia scimus, quid testificatus sit; ait enim, In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum: hoc erat in principio apud Deum; et post aliquanta, Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis: quorum si quid viderit quærimus; et si vidit, quia verax est, credimus; et si non vidit, quomodo verum est testimonium ejus? Sed

cujus in Evangelio testimonium verum,

A Sed vidit, et credimus, et verum est testimonium
Joan. 1, 1 ejus. Quid vidit? Quis audeat dicere, vidisse Joannem quod ait, In principio erat Verbum? Sed si hoc non vidit, nec hoc vidit quod sequitur, quomodo Verbum caro factum sit, et habitet in nobis. Sed quid vidit? Ambulantem Dominum, aut passum. Sed non dixit, cum claudit Evangelium, Et qui vidit
Joa. 19, 35 ambulantem Dominum, aut passum; sed tantum, Qui vidit testimonium perhibuit; ut credatur tantum vidisse, quantum dixisse. Et quid mirum, si aliquid acutius Joannem dicimus vidisse? cum inter animalia cœlestia in forma aquilæ credatur visus fuisse.

quia vidit quæ scripsit,

29 Novistis aquilam, quomodo veteribus pennis depositis novis elevetur, cœli emetiatur altitudinem, in solis radium attendat, inde lumen recipiat. Novistis et Joannem, quomodo vetustatem litteræ deposuerit, pennas Evangelicas acceperit, verum solem petierit; inde acutiore visu inflammatus, altiore clangore jubilaverit, ita connectens; In principio erat Verbum. Quid mirum, si aliquid acutius vidit, qui corpore terram, spiritu cœlum inhabitavit? Nam quid de Joanne scriptum est?

etiam de Verbi divinitate,

B Ego Joannes frater vester, particeps in tribulatione,
Apoc. 1, 9 regno, et patientia in Jesu, fui in insula quæ appellatur Pathmos, propter verbum Dei et testimonium Jesu; fui in Dominica die in spiritu, et audivi post me quasi vocem dicentem mihi, Quæ vides, scribe. Cumque multa vidisset, quæ etiam scripsit, audita sunt septem tonitrua loquentia voces suas; sicut et
Ps 17, 14 in Psalmo, Intonuit de cœlo Dominus, et Altissimus dedit vocem suam. Scripturus etiam illa, vocem audivit dicentis, Noli ea scribere; ut non tam admirabilis sit, quod aliis audienda viderit, quam quod nulli videnda vidit. Et quid mirum, si nulli vidit videnda, qui etiam nulli audienda audivit? Et hoc dicimus, non quod doceamus, Joannem illam inaccessibilem lucem prospexisse, cum ipse dicat, Deum
2 Jo. 3, 7 nemo vidit unquam, sed more aquilæ acutius attendisse; et qui vidit testimonium perhibuit, et scimus quia verum est testimonium ejus. Ergo si verax est, credi ei oportet; quare consulamus eum super sermone Psalmigraphi, ut involuta nobis enodet sapientia sua. Fratres, sermo difficilis est, attentionem nostram exspectat.

nec tamen quæcumque vidit permissus est scribere

30 Postquam hic magnus Domini dispensator thesaurum lucrandum accepit, ut puto, non in tribus talentis, aut quinque, vel etiam in decem, sed credo
C mille, commissis sibi; conservis largus, magnum statim sensum profudit, dicens; In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum; et hoc erat in principio apud Deum. Et postquam de hoc divino fulgore aliqua subnexuit, ut quantæ æstimationis fuerit aliqua similitudine declararet, post pauca quamdam magnam nubem, vel potius lucem introduxit; quam in collatione hujus fulgoris nullam esse dixit: ait enim; Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joannes: et deinde:
Joa. 1, 6 Non erat ille lux: scriptum quippe de Joannes est, erat lucerna ardens et lucens; sed Joannes Evangelista; Non erat, inquit, lux. Et si hic non est lux, cui inter natos mulierum nullus major est, nec minor aliquis in natis mulierum lux est: si enim major non est, multo minus minor est.

Initio autem Evangelii sui

ostendit nobis Joannem Baptistam,

31 Exposuit Joannes sententiam Psalmistæ, qui dixit, Præ fulgore in conspectu ejus nubes transierunt. Quis est hic fulgor? quæ nubes? Evangelista
Mat. 17, 2 ait, Quia refulsit vultus Jesu, cum se transfiguraret in monte, et resplenduit sicut sol. Ecce fulgor. Et de nubibus Isaias, Qui sunt hi qui ut nubes
Is. 60, 8 volant? Fulgent, inquit, sanctorum cœtus ut nubes, immo super nubes; ut scriptum est, Fulgebunt sicut sol in regno Patris eorum. Fulgent,
Mat. 13, 43

qui utcumque magnus tamen velut nubes transit

D alius castitate, alius simplicitate, alius paupertate spiritus; alius admodum pacificus, ut dici mereatur Dei filius; alius sanguine laureatus, alius virginitate dealbatus; alius mitis, ut ne quemquam noceat; alius sapiens, ut ignorantes doceat; et ut concludam generaliter, aliquis aliqua virtute fulget specialiter. Sed quantum hoc est, totum pariter in Deo est. Fulgor enim ille, Lux de Luce, Deus de Deo, Patris Dei Deus Filius; fulgor, Joa. 1, 8
inquam, ille, de quo iste Joannes ait, Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem, venientem in hunc mundum. Virtutum omnium seminator, totius pietatis largitor, totius sanctitatis auctor, quod in singulos partitus est, ipse totum habuit; quod in partibus seminavit, in hoc totus abundavit: cujuscumque bonitatis esset aliquis, nequaquam ad eum comparari potuit, qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus. Non est enim homo qui non peccet, nec unius noctis infans, si sit vita ejus super terram: cœli enim non sunt mundi in conspectu ejus, quanto magis homines qui habitant domos luteas, qui terreneum habent fundamentum, consumentur velut a tinea?

A CLERICO MOG. EX MS.

præ fulgore Christi,

æque ac ceteri omnes Sancti:

32 Cujuscumque claritatis aut sanctitatis electi
E sint, cum illo divino fulgore comparari nequeunt: quoniam in ejus collatione nullius momenti sunt. Sancti illi, ille sanctificans; lucidi illi, ille illuminans; participantes illi, ille dispertiens. Quidquid illi sunt, est etiam ille; sed non quod ille, illi. Unde bene scriptum est in Job, Et innocentem et impium Job 9, 22
ipse consumet. Quod impium consumat, in propatulo est: quod etiam innocentem consumat, etsi in dubio est, æque tamen verum est. Innocentem consumit, qui eum in se vertit: quia qui innocens est, in Deo innocens est; ut nemo de suis meritis præsumat, sed qui gloriatur in Domino glorietur. Aut innocentem consumit, quia sui comparatione ad nihilum deducit; unde scriptum est, Numquid justificabitur homo comparatus Deo, aut factore suo purior erit vir? et Psalmista, Non justificabitur in Job 4, 17
Ps 142, 2 conspectu tuo omnis vivens. Vivens, inquit. Sive enim vir, sive vivens non justificabitur: quia clarus virtute non comparabitur. Non ait, Non justificabitur in conspectu suo omnis homo: sed, Omnis vivens: nihil enim definit: sed si hoc, quod nemo dubitavit, superflue apposuisset, dicens, Non justificabitur in conspectu suo omnis homo. Sed quod voluit apte appositum definivit, dicens, Omnis vivens: Vivens, inquit, simplex, innocens, castus, mitis, modestus, pauper spiritu, humilis, aut aliqua sanctitate vividus, non comparabitur. Quare? Ps 88, 7
Quoniam quis in nubibus æquabitur Domino, aut similis erit Deo in filiis Dei? Deus qui glorificatur in consilio Sanctorum, magnus et terribilis super omnes qui in circuitu ejus sunt. Quis, inquit, in nubibus æquabitur Domino? Nemo.

nec enim possunt illi divino fulgori comparari,

33 Ecce nubes: sed præ fulgore in conspectu ejus transierunt: hoc est, illuminanti fulgori nubes illuminatæ æquari non valuere. Tolle quod illuminat, et illuminatum obscurum est. Tolle solem, et nubes sunt in tenebris: adde solem, et nubes serenantur. Tolle divinum, et nihil est humanum: adde divinum, et magnum est humanum. Nec nos, ait, moveat, quod scriptum est; Qui enim Heb. 2, 11
sanctificat et qui sanctificantur, ex uno omnes: Ps 81, 16
aliud enim esse adoptivum, aliud substantivum. Multi Mat. 5, 9
quippe filii Dei dicti sunt, ut de pacificis, Beati pacifici quoniam filii Dei vocabuntur; et multi dii, ut dictum est, Ego dixi dii estis, et filii excelsi omnes; sed adoptive, non substantive. Filius Dei substantive unus, adoptive plures: nec adoptive unus, nec substantive plures. Adoptivi quidem participant substantivo, substantivus autem dispertit adoptivis.

a quo omnes habent quo lucent

cum ipse sit filius Dei, non adoptivus sed substantivus,

A vis : nec ille participat, nec illi dispertiunt, sed illi
A. CLERICO MOG. EX MS. Heb. 1, 9 participant, ille dispertit. Eadem est Apostoli sen-
tentia, quamvis aliquid contra sonare videatur, in
eo quod ait, Dilexisti justitiam et odisti iniquita-
tem, propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo
exultationis præ participibus tuis. Præ participi-
bus, inquit: quod ita sonare videtur, acsi partici-
pet Deus, id est partem capiat : quod minime ita
se habet ; cum secundum Apostolum, in eo habi-
Col. 1, 19 tet omnis plenitudo divinitatis corporaliter.

34 Sed attendamus priora, ut plene intelligamus
posteriora: ait enim, Dilexisti justitiam : et post
pauca, Unxit te Deus præ participibus tuis oleo
lætitiæ : et Propheta, Oleo sancto meo unxi eum,
Ps. 88, 21 *ideoque unctus præ participibus suis,* nihil proficiet inimicus in eo. Cum enim dilexerit
filius Dei justitiam, dono ejus dilexerunt et alii :
erantque diligentis participes : sed ille præ omni-
bus unctus est, quia nihil profecit inimicus in eo.
Si autem amplius placet, ut in assumpta humani-
Hcb. 2, 13 et 14 tate participet (secundum quod ait Apostolus ; non
confunditur, fratres eo vocare, dicens, Ecce ego et
pueri mei, quos mihi dedit Deus : et iterum. Quia
pueri communicaverunt carni et sanguini ; et ipse
B simul participavit iisdem) in idem revolvamur. Quia
in eo habitat omnis plenitudo divinitatis corporali-
ter: illis vero, alii datur per spiritum sermo sa-
pientiæ, alii sermo scientiæ, alii discretio spirituum,
1 Cor. 12, 8 alii gratia curationum, alii aliud ; dividiturque sin-
gulis prout ipse vult ; sicque illi participant, ille
dispertit. Quare etsi de Sanctis dicitur, Vos estis
Mat. 5, 14 lux mundi ; sed participaliter, non substantialiter.
Participant namque de illo, qui est lux vera, illu-
minans omnem hominem, venientem in hunc mun-
dum. Nam etsi de Joanne Baptista scriptum est,
Ille erat lucerna ardens et lucens : et hic tamen
Joa. 5, 35 adoptive, non substantive : unde et ex quadam parte
detexit infirmitatem ejus Evangelista, cum Domi-
num de Joanne loquentem inducit, ita connectens ;
Ibid. Et voluerunt ad horam exultare in luce ejus. Volue-
runt inquit, et tacuit, fecissentne ; ut quodammodo ta-
citurnitate sui innotesceret, quod exultare voluerunt,
sed non valuerunt : erat enim lucerna ardens, et
non incendens ; lucens, et non illuminans. Et hæc
nubes, tam magna et lucida, in conspectu divini
fulgoris pertransiit, quia comparari non potuit. Ipse
enim ait ; Non sum dignus solvere corrigiam cal-
ceamentorum ejus.

35 Magnæ nubes, et magnanimiter lucentes, a
principio mundi fuerunt : sed quantæcumque, in
C conspectu divini fulgoris pertransierunt. Omitto
tam Angelis quam hominibus, enim dicere, quid sit inter hoc, quod est sine initio
et quod terminatur ex tempore ; cujus proportio
nec momentalis est, illa dico æternitate, animo om-
nia terminante, incomprehensibili, quando non di-
cam non erat homo, sed nec Angeli.... unde scri-
ptum est, In principio erat Verbum. Verbum in
quia Verbum erat apud Deum, dicente, lumen de lumine, in æternitate æternitas,
in sapiente sapientia, principium in principio, Deus
in Deo, filius in Patre ; de quo dici non potest, nec
quantus, nec qualis, nec cui ; nisi Pater Filii, et
Filius Patris ; aut Unitas Trinitatis, et Trinitas
Unitatis ; nec ubi, nec quando ; nec situs aliquis,
nec quomodo, nec actus, cujus in actum motus est,
nec aliqua passio : sed incommixta et sincerissima
simplicitas, indeterminabilis æternitas, illabilis sta-
bilitas ; aut, ut breviter totum comprehendam, quod
dici de eo credimus, quidquid et est. His, inquam,
omissis ; omissa unitate illa, in qua Dei Verbum,
totum quod factum est excellens, soli omnia facienti
consubstantivum et coæternum, apud eumdem idem
est ; de quo Evangelium, Et Verbum erat apud,
Deum ; omissa etiam dignitate, cui quidquid illud est
quod creatura dicitur, sive hoc spiritus immorta-
lis, sive mortalitati obnoxius, sed tamen rationi D
deditus ; dico, sive hoc angelus, sive homo est, as-
pirare non valet ; cui sola Evangelistæ sententia
appropinquat, cum dicit, Et Deus erat Verbum ; *et Deus erat Verbum.*
omissaque illa indeterminabilitate, quod hoc Ver-
bum, hoc est hic fulgor divinus, immo ipse Deus,
in se ipso, in Deitate sua, in principio, in Patre,
apud seipsum, in unitate theologica permanens, ut
in Evangelio, Hoc erat in principio apud Deum ; in
cujus contextu prima illa propositio est æternitatis,
secunda theoricæ unitatis, tertia incomparabilis di-
gnitatis, quarta simplicis stabilitatis.

36 Omisso, inquam, hoc, cui nubes nullæ, quan-
talibet luce splendeant, appropinquant ; illud do-
cere conemur : ille, de quo scriptum est, Non est
species ei neque decor ; et vidimus eum, et non Is. 53, 2
erat aspectus ; et desideravimus eum, novissimum *Quin etiam qua homo est passibilis,*
virorum, virum dolorum et scientem infirmitatem ;
et quasi absconditus vultus ejus, et despectus, unde
nec reputavimus eum ; quomodo hic et fulgor sit,
et in conspectu ejus nubes transierint. Primo, de
primis sunt Angeli, Archangeli, Throni, Domina-
tiones, Principatus, Potestates, Virtutes, Cheru-
bica incendia, Seraphim ardentia ; magnæ nubes, E
semper in lumine, semper de lumine, semper cum
lumine ; non tamen ipsi lumen ; et si lumen, non
incircumscriptum, non incomprehensum. De his Heb. 1, 7
scriptum est, Qui facit Angelos suos spiritus, et
ministros suos flammam ignis : de illo fulgore scri-
ptum est : Qui cum sit splendor gloriæ et figura Ib. 1, 3
substantiæ ejus. Illi facti, substantivus ille ; illi in- *præ fulgore ejus transeunt Angeli,*
numerabiles, ille unus ; magni illi, major ille ; ut
scriptum est, Portansque omnia verbo virtutis suæ ;
verbo portans omnia, et Angelos, et cetera. Dixit
enim et facta sunt. De illis aliquibus dictum est, Et Job. 4, 18
qui serviunt ei non sunt stabiles, et in Angelis suis
reperit pravitatem ; et peccato violatum est nomen
illud universale, Angelus : de illo, Purgationem Heb. 1, 3
peccatorum faciens, etsi non Angelorum peccan-
tium. De illis, Sunt omnes administratorii spiritus,
in ministerium missi propter eos qui hereditatem
capiunt salutis : sed de illo, Sedens ad dextram
majestatis in excelsis ; unde Psalmista de eo, Dixit Ps. 109, 1
Dominus Domino meo, sede a dextris meis, donec
ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

37 Et, ut pateat, quod nubes istæ, quæ cœli cœ- *præ quibus et differentius nomen hereditavit,*
lorum dicuntur, in conspectu altius fulgoris, quasi
nil sint, pertranseant ; Apostolica auctoritate, de
illa comparatione fulgoris et nubium, dicamus, Tan-
to melior Angelis effectus, quanto differentius præ F
illis nomen hereditavit. Nomen differentius, ut sint
illi, Angeli administratorii ; ille, Angelus magni
consilii. Et quoniam patet ex ipso stylo Apostolico,
in quo hic fulgor his nubibus major est et melior ;
scilicet, quia differentius præ illis nomen heredita-
vit ; et in hoc etiam, quod nulli Angelorum dictum
est ; Ego ero illi in patrem, et ipse erit mihi in fi-
lium ; quoniam, inquam, in hoc collatio tota con-
clusa est ; adjiciamus nos, quomodo sit Angelis
melior effectus, cum non sit factus. A facio quidem,
efficio ; ab efficio, effectus : et tamen est effectus,
qui non est factus. Considerata enim illa æternita- *illis, non factus, sed effectus melior,*
te, quod solus est ille et non est alter, quoniam se
ipso nec major esse potest ; nec magis bonus est,
nec optime bonus, sed summe bonus : considerata
autem universitate sui operis a se diversa ; distan-
tia illa, quæ inter efficientem et factum est, me-
lior effectus est. Cum enim infra Deum est aliquid
quod bonum est, collatione illa Deus melior est :
melior quidem effectus est occasione alterius mi-
noris boni efficiente, non aliquo majore faciente.
Cum enim solus sit Deus, summe bonus est, nec
melior, nec optimus : cum sit Angelus bonus, me-
lior

A lior est Deus: adde etiam hominem bonum, cui sit melior Angelus; et Deus est optimus: unde Apostolus, Tanto, inquit, melior effectus.

hominem factum adorare jussis, 38 Sed quid deprimimus Angelicam dignitatem, per illam indeterminabilem majestatem? De illo comparemus, cui species non est neque decor. Ait Apostolus, Et cum iterum introducit primogenitum Heb. 1, 6 in orbem terræ, dicit, Et adorent eum omnes Angeli Dei. Quis est iste primogenitus? An ille de quo dicitur, Proprio filio suo non pepercit? Deus vere Is. 5, 35 ipse est, vere languores nostros ipse tulit, et peccata nostra ipse portavit: disciplina pacis nostræ super eum: vere cum iniquis reputatus est: et tamen de illo dicitur, Et adorent eum omnes Angeli Dei. Ubi nunc quæso illa nubes est? Præ fulgore in conspectu ejus pertransit. Ascendamus nunc Fratres, quæ sursum sunt sapiamus, ubi Christus est in dextera Dei sedens: dicamusque plana voce et plena Spiritu sancto, Quia nemo potest dicere, 1 Cor. 12, 3 Dominus Jesus, nisi in Spiritu sancto: quia hic ille fulgor est, a vero sole paternæ majestatis procedens, et illuminans omnem hominem venientem Ps. 71, 5 et 6 in hunc mundum: de quo Psalmista, Et permane- B bit cum sole et ante lunam. Cum sole, inquit, iste permanebit: quoniam nullus alius invenitur, qui non in fulgore in conspectu ejus pertransierit; præ fulgore enim in conspectu ejus nubes transeunt. Sol cum sole permanet, et permanebit cum sole: dicitur enim, Descendet sicut pluvia in vellus.

39 Ut ostenderet ita eum elegisse de terra matrem, quatenus cœlestem non reliquerit Patrem; præmisit, Et permanebit cum sole: ideoque subdi- *qui etiam sic dicitur Primogenitus Patris,* dit, Orietur in diebus ejus justitia: In diebus ejus, in Sanctis ejus; ut sint non tantum nubes, sed etiam dies: quorum dierum sol ipse sit, ut non sit similis ei inter filios Dei. Hic est Deus noster, et non æstimabitur alius ad illum; hic advinvenit omnem viam disciplinæ: et dedit eam Jacob puero suo, et Israel dilecto suo; post hæc in terra visus est, et cum hominibus conversatus est: de quo vox Mat 3, 17 paterna, Hic est, inquit, filius meus dilectus, in quo Eph 1, 6 mihi complacui: et Apostolus ad Ephesios, Qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum, in ipsum, secundum propositum voluntatis suæ, in laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua *cui omnes cedere debent,* gratificavit nos in dilecto. Dicamus, Jesus: non enim aliud nomen sub cœlo datum est hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri. In nomine Jesu C omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, et infernorum; et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus est in gloria Dei Patris.

40 Ergo præ fulgore in conspectu ejus nubes transierunt. Transierunt: inventæ non sunt nubes, omnes filii Dei, in conspectu, in comparatione, præ fulgore, præ Deitate; in nomine enim Jesu omne genu flectitur, cœlestium, terrestrium et infernorum. Hic est ille panis Angelorum, quem mandu- Joa. 6, 41 et 3, 31 cavit homo; qui ipse ait, Ego sum panis vivus, qui de cœlo descendi; de quo Joannes, qui de cœlo venit super omnes est. Quantus est iste? in cœlo Phil. 2, 7. Dominus, in terra servus, sicut scriptum est; exinanivit semetipsum, formam servi accipiens: in cœlo creator, in terras creatus; ut scriptum est, Is. 45, 8, rate cœli desuper, et nubes pluant justum; aperiatur terra, et germinet salvatorem, et justitia oriatur simul; statimque, Ego Dominus creavi eum. Quis similis tui in fortibus, Domine? quis similis tui? magnificus in sanctitate, terribilis, laudabilis, faciens mirabilia. Nonne tu percussisti impium, vulnerasti draconem? Numquid non tu siccasti mare, aquam abyssi vehementis? qui posuisti profundum maris viam, ut transirent liberati. Qui sperant in te Is. 40, 31 mutabunt fortitudinem, assumentes pennas sicut aquilæ, current et non laborabunt, laborabunt et D non deficient. Quo current? Ad habitaculum sanctum tuum, quod firmaverunt, Domine, manus tuæ; A. CLERICO MOG. EX MS. assumpti in expansas alas tuas, ut portarent eos in fortitudine tua.

ANNOTATA D. P.

a *Nomen loci in MS. non legibile, suggerit Chronicon Hildesheim. ad an.* 1032, *in Natali ipso inchoandum, his verbis:* Indict. xv Chuonradus Imp. Natale Domini Gosleri, Pascha vero Salingstad celebravit. *Est autem* Goslaria *in Ducatu Brunswicensi, Hildeshemio* 5. *Halberstadio* 7 *leucis distans, ad Gosam fluviolum.*

b *Nescio qua ratione melius suppleam illegibilis hic quoque syllabæ unius alteriusque sensum:* ad vesperam, *vero existimo solitum haberi brevem nec valde sublimem Sermonem, propter expectationem Vigiliarum nocturnarum solennissime peragendarum. Si cui melius occurrat aliquid, libens suscipiam.*

c *Sponsum in Cana fuisse* Joannem Zebedei, *multorum opinio fuit; nobis parum verosimilis, uti nec quod Christi consanguineus extiterit.*

E

CAPUT V.

Ejusdem Sermonis, de Christi incarnati excellentiis, prosecutio.

Quod cum sanctus declamasset Episcopus, inge- *His dictis ad illum fulgorem suspirans,* muit: et suffusis oculis paulisper rore lacrymarum, terrenamque habitationem fastidiens, Quid enim a, inquit, mihi est in cœlo, et a te quid volui super terram? et rursum, Mihi autem adhærere Deo bo- Ps 27, 25, et 72 28. num est, ponere in Domino Deo spem meam, ut annuntiem omnes prædicationes tuas in portis filiæ Sion. Dilectissimi, inquit; nunc filii Dei sumus, et 1 Joa 3, 2 nondum apparuit quod erimus: scimus autem quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est: videbimus eum. Quem? Illum divinum fulgorem, sive ipsum verum solem, de quo scriptum est: Timentibus nomen *Christum ostendit ut solem esse præ stellis,* meum orietur sol justitiæ, et nos fulgebimus sicut sol in regno ejus: ejus, ex quo omnis Paternitas in cœlo et in terra. Orto hoc sole super omnes qui in perfectam diem creverunt, ab initio mundi Patres nostri, qui meruerunt dici Stellæ, dederunt lumen suum, vocatæ sunt, et dixerunt adsumus; et luxerunt ei cum jucunditate qui fe- F cit illas: nullus inventus est, qui excesserit in aliquo eum qui nostri causa factus est homo; ita ut inter gloriosos sit gloriosior, et inter depressos humilior.

42 De Abel quidem scriptum est, quoniam pro- *præstantiorem Abelo* pter innocentiam ejus, postquam interfectus sit, Gen. 4, 24. sanguis de terra clamaverit ad cœlum: mira res! ut tacentis sanguis tacens clamaverit. Sed quid Apostolus de Jesu? Accessistis ad testamenti novi me- Heb 12, 24 diatorem Jesum, et sanguinis aspersionem melius loquentem quam Abel. Noe, vir justus atque perfectus in generationibus suis, ambulavit cum Deo; cui post mitigatum diluvium dixit Deus, Terror tuus ac timor sit super cuncta animalia, cum his quæ Gen 9, 2 moventur in terra: sed Psalmista de Jesu, Omnia, Ps. 8, 8 inquit, subjecisti sub pedibus ejus, non solum quæ in terra, sed etiam quæ in cœlo, et ipsam terram et ipsum cœlum, et quæ supra cœlum; ut Apostolus ad Ephesios, secundum operationem virtutis Dei, Eph 3, 7 quam operatus est in Christo, suscitans illum a mortuis, et constituens ad dexteram suam in cœlestibus, supra omnem principatum, et potestatem, et virtutem, et Dominationem, et omne nomen quod nominatur,

A nominatur, non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro.

A clerico Mog. ex ms. Abrahamo, Gen. 12, 3

43 Abraham pater noster: ad eum dixit Dominus, Benedicam benedicentibus te, ut sit dignus benedictione, qui Abraham in benedictione recepit: sed de Jesu Evangelista, Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri (Joa. 1, 12). Magna potestas; esse filium Dei, benedictio maxima. Eidem dictum est, Exi de terra et de cognatione tua, et veni in terram quam monstravero tibi (Gen. 12, 1). De terra, inquit, in terram exi. Exiit, et propter obedientiam in alienis ditatus est: de isto dictum est; In propria venit et sui eum non receperunt (Joa. 1, 11).

Isaaco

44 Isaac filius ejus, paternæ virtutis heres, interroganti ei, Pater ecce ligna et ignis, ubi est victima holocausti? pater respondit, Dominus providebit sibi victimam, fili mi. Intelligens puer voluntatem patris, obedivit usque ad colligationem et strictum ensem. Christus autem factus est Patri obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Cum diceret, Mortem autem crucis, separavit eum in ignominiam et improperium crucis: unde et alio loco, Propter quod et Jesus, ut sanctificaret (Heb. 13, 12) B populum, extra portam passus est: exeamus igitur ad eum extra castra, improperium ejus portantes. Quod est hoc improperium? Maledictus qui pendet in ligno; de quo Apostolus, Verbum enim crucis (1 Cor. 1, 18) pereuntibus quidem stultitia est, his autem qui salvi fiunt, id est nobis, virtus Dei est. Igitur Isaac a justo juste oblatus, ad occisionem colligatus, est in gloria: Jesus autem, a justo juste oblatus, ab injustis injuste occisus, passus est in ignominia: fuit enim obediens usque ad mortem, mortem autem crucis; propter quod Deus illum exaltavit, et donavit illi nomen, quod est super omne nomen.

45 Jacobo Filius gaudii Jacob, primogenita, quæ natura non habuit, acquisivit merito, ut primatum primogenitorum suis relinqueret nepotibus: de Jesu Apostolus, Ut sit primogenitus in multis fratribus (Rom. 8, 29); et Joannes, Primogenitus mortuorum et princeps Regum terræ (Apoc. 1, 5); et iterum Paulus, Qui est imago Dei invisibilis, primogenitus omnis creaturæ: et rursus, Idem qui est principium, primogenitus ex mortuis (Col. 1,15 *et* 18). Idem Jacob, benedictionem Israelitici nominis a suo colluctatore consecutus, juxta nominis interpretationem temperans vocem: Vidi, ait, Dominum, facie ad faciem: et Apostolus ad Philippenses, Hoc sentite in vobis quod et in Domino Jesu, qui, cum C in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo (Phil. 2, 6).

Josepho,

46 Joseph venditus triginta argenteis, dominus factus est terræ Ægypti: Jesus autem triginta argenteis venditus, secundum Psalmistam, de torrente in via bibet, propterea exaltavit caput (Ps. 109, 7). Quo exaltavit? Ipse ait alio loco ad Patrem, Nunc exaltavit caput meum super inimicos meos (Ps. 26, 6): et Apostolus, Videmus Jesum, propter passionem mortis, gloria et honore coronatum (Heb. 2, 9). Ille sua providentia, Salvator mundi ab Ægypto appellatus est: Jesus sua clementia, Salvator mundi a toto mundo verius appellatus est, cum dicitur, Jesus. Hoc enim nomen Angelica dignitas exposuit: ait namque ad Mariam: Ecce concipies, et paries filium et vocabis nomen ejus Jesum (Luc. 1, 31): ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum. De Joseph in benedictione ad Jacob, Filius accrescens Joseph, filius accrescens, et decorus aspectu (Gen. 49, 22); Daniel de Jesu ad Nabuchodonosor *b*, ... et David de pulchritudine. Speciosus forma præ filiis hominum (Ps. 44, 3); et sponsa. Pulcher es, inquit, dilecte mi, et decorus aspectu (Cant. 1, 15 et 5, 10); unde in alio loco pulchritudinem ejus describens, dicit, Dilectus meus candidus et rubicundus.

D

A clerico Mog. ex ms. Moyse:

47 Transeamus ad Moysen, de quo dictum est, Erat Moyses vir mitissimus in omni terra (Num. 12, 3). O virum laudabilem, cui nemo de terra comparari potest! Sed quid dixit ille qui venit de cœlo; Venit, inquit, filius Dei, non ut judicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum (Joa. 3, 17). O virum incomparabilem! Venit filius hominis quærere et salvum facere. Quid? Quod perierat (Luc. 19, 10). Tempore enim quo nullus excusari potuit, filius Dei, non judex, sed intercessor venit: unde Apostolus Jesus, novi testamenti mediator est, ut morte intercedente, in redemptionem earum prævaricationum quæ erant sub priore testamento, repromissionem accipiant qui vocati sunt æternæ hereditatis (Heb. 9, 15). Dicturus enim, Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem; mutata sententia, ait mitissime, Venite ad me, qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos (Mat. 11, 28), et in domo publicani, Non est opus sanis medicus, sed male habentibus (9, 12 *et* 2): et ad Paralyticum, Fili, remittuntur tibi peccata. *utpote erga peccatores mitissimus,* Dicturus remittuntur tibi peccata, mitissime præmisit, Fili: et ad languidum juxta piscinam sanatum, Ecce sanus factus es, jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat (Joa. 5, 14); innotescens quod vulneratus reatibus, ante jacebat languidus: et ad illam mu- E lierem, illam meretricem, illam in adulterio deprehensam, Mulier ubi sunt qui te accusabant? nemo te condemnavit? Quæ dixit, Nemo Domine: et ille ait, Nec ego te condemnabo; vade, jam noli peccare (Joa. 8, 1...). Meretricem enim adhuc pollutam, adhuc rubentem labiis, attritam immundis basiis, vitta semicincto capite dependentem, suam recognoscens Salvator, quam homines, puto, simillimi trahebant ad se judicem, defensam ad domum remisit. Ecce judex, in loco defensoris. Quid de illa dicimus, quæ pedes Domini lacrymis lavit, et capillis tersit; cujus cognomentum, non ex uno vitio, ut diceretur meretrix, sed ex multis, ut diceretur peccatrix? Abhorruit? respuit? rejecit? expulit? judicibus tradidit? accusatoribus commendavit? Minime. Quid de illa judicavit? Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum (Luc. 7, 47). Ecce peccatrix, ecce judex, ecce sententia: Filia, fides tua te salvam fecit, vade in pace.

48 Deus judex justus, fortis et patiens, numquid irascitur per singulos dies? de quo Abacuc, Cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis; et Apostolus, Conclusit Deus omnia sub peccato (Heb. 3, 2; Gal. 3, 22). Ad quid? Ut perderet? Non: sed ut omnium misereatur. Quis, quæso, mitior est, Moyses an Christus? Core, Dathan, Abiron, et Or insurrexerunt in Moysen, tantum levi quodam murmurio, moti humanitas in *numquam suas injurias ultus,* F hominem; stantibusque illis in sacrificii probatione, Moyses maledixit eis, dicens ad Dominum, Domine ne respicias sacrificia eorum, et descenderunt in infernum viventes. Maria soror Aaron, quia murmuravit paulisper contra eumdem Moysen, lepra percussa est. Quid enim magnum potest homo in hominem? Ubi ille vir mitissimus? Jesus autem, contra se Deum a diabolo commotis mitis, quid dixit? Pater ignosce illis, non enim sciunt quid faciunt. Qui Moysen ultus est, suas oblitus est injurias. Sed magnum aliquid de Moyse scriptum est, Quia loquebatur ei Dominus ore ad os, sicut loqui solet homo ad amicum suum (Ex. 33, 11): si autem sermonem ipsius Veritatis meminerimus, in collatione alterutra Moyses peccator est; ait enim, Ego et Pater unum sumus (Joa. 10, 30); et rursus, Pater in me manens ipse facit opera: ad Philippum quoque; Philippe, qui videt me, videt et Patrem (14, 9): an nescis quia ego in Patre, et Pater in me est? Ergo vir iste laudabilis: Jesus est incomparabilis.

Item Aarone

49 Aaron, excelsus in gloria sua: statuit illi Dominus testamentum sempiternum, et dedit illi sacerdotium

[A] sacerdotium magnum : sed numquid simile illi sacerdotio, de quo dicit Psalmista, [Ps. 109, 4] Tu es sacerdos in æternum? Quamquam magnus Aaron, unxit tamen eum Moyses : sed quid ait Petrus de Jesus, Vos scitis verbum quod factum est per universam Judæam, [Act. 10, 38] incipiens a Galilæa post baptismum quod prædicavit Joannes, Jesum a Nazareth, quomodo unxit eum Deus Spiritu sancto et virtute. O unctio magna! unde Propheta; Spiritus Domini super me, propter quod unxit me, ad annuntiandum mansuetis misit me, ut mederer contritis corde, et prædicarem captivis indulgentiam, et clausis apertionem. De Aaron scriptum est, quia post interfectionem contra se et Moysen murmurantis populi, apprehendit thuribulum; et stans gemebundus inter vivos et mortuos, oravit, et plaga cessavit. Sed quid Apostolus de Jesu? [Heb. 5, 7] Qui in diebus carnis suæ preces supplicationesque ad eum, qui posset illum a morte salvum facere, cum clamore valido et lacrymis offerens, exauditus est pro sua reverentia.

50 [Samuele.] Samuel post mortem mirabiliter prophetavit, rursusque vir [fuit] mortis : amplius Jesus, post mortem resurrexit, ambulavit, locutus est, manducavit, [B] numquam ultra moriturus est, ut ait Scriptura; [Rom. 6, 9] Christus resurgens ex mortuis, jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur : quod enim vivit, vivit Deo : et alio loco; Decebat enim, propter quem et per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum, per passionem consummare : [Heb. 2, 10] item alibi; Christus semel pro peccatis mortuus est, justus pro injustis, ut nos offerret Deo, mortificatos quidem carne, vivificatos autem spiritu : [1 Pet. 3, 18] item : Si confitearis Dominum Jesum in ore tuo, et in corde tuo credideris, quod Deus suscitavit illum a mortuis, de quo Propheta; [Rom. 10, 9] [Isa. 53, 5] Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra : et Dominus posuit in eo iniquitates omnium nostrum.

51 Introducamus David, de quo Scriptura, Inveni David, filium Jesse, virum secundum cor meum. [Davide] [Act. 13, 22] Magnus iste, ut ante sublimitatem divini examinis nihil ei auferatur, nihil addatur, sed sit secundum cor divinæ perfectionis : sed Jesus major est : dixit enim David; [Ps. 50, 7] Ecce enim in iniquitate conceptus sum, et in peccatis concepit me mater mea : ad [Luc. 1, 35] matrem autem Jesu, interrogantem, quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco, Angelus ait; [C] Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. De illo dicitur, Juravi [Ps. 88, 5] David servo meo, usque in æternum præparabo semen tuum, et ædificabo in generationem et generationem sedem tuam : de Jesu dicitur; [Is. 49, 23] Erunt Reges nutritii tui, et Reginæ nutrices tuæ; vultu in terram demisso adorabunt te, et pulverem pedum tuorum lingent : et iterum; Gens enim et regnum quod non servierit tibi, peribit; et in Psalmo, Postula a me; et dabo tibi gentes hereditatem tuam, [Ps. 2, 8] et possessionem tuam terminos terræ; reges eos in [et 44, 7] virga ferrea, et tamquam vas figuli confringes eos; et alibi, Thronus tuus Deus in seculum seculi; [d] virga æquitatis, virga regni tui d .... De exercitu vero Jesu scribitur, et vocabuntur in ea fortes justitiæ, [Is. 61, 3] plantatio Domini ad glorificandum; et sapientia, fortitudo et decor indumentum ejus .... Lætabuntur coram te sicut qui lætantur in messe, sicut exultant victores capta præda, quando dividunt spolia.

52 Salomon filius ejus, qui sapientia et dignitate [Salomone,] supergressus est omnes Reges, qui fuerunt ante se, videamus an non transeat præ fulgore in conspectu fulgoris Jesu. De illo refert Scriptura, quia in diebus ejus abundavit pax in Israel; de Jesu Propheta, [D] Quam pulchri, inquit, super montes pedes annuntiantis et prædicantis pacem, annuntiantis bonum, prædicantis salutem, dicentis Sion, [Is. 52, 7] Regnabit Deus tuus! Et ut omnem magnificentiam ejus depromamus, audiamus in Evangelio loquentem; Regina Austri surget in judicio cum generatione hac, [Mat. 12, 42] quia venit a finibus terræ audire sapientiam Salomonis, et ecce plus quam Salomon hic. Natus in diversorio, positus in præsepio, ecce quid dixit? Ecce plusquam Salomon hic.

53 Elias in turbine raptus in cœlum, dignitatis suæ magna præfert indicia : conferamus et hunc. [Elia,] Oratione sua cœlum clausit, ne plueret, annis tribus et mensibus sex : De Jesu scriptum est, Qui ligat aquas in nubibus, ne erumpant pariter deorsum : et [Job 26, 8] [et 12, 15] iterum, Si continuerit aquas, omnia siccabuntur; si emiserit eas, subvertent terram; et rursus, Qui pluit super justos et injustos. Elias in Sarepta missus ad viduam; Hæc, inquit, ait Dominus, Hydria farinæ non deficiet, nec lecythus olei minuetur, usque in diem qua daturus est Dominus pluviam super faciem terræ : sed si ad quinque millia, quinque panibus et duobus piscibus saturata, et ad fragmenta duodecim cophinorum respicias; nihil est quod in hydria aut lecytho laudes. [E] De Elia dictum est, quia ascendit in quadrigis currum igneum, et vectus est in cœlum, infirmitate ejus in adjumento alieno ostensa : de Jesu Psalmus, [Ps. 46, 6] Ascendit Deus in jubilatione, et Dominus in voce tubæ. Elias, quo vectus sit, nescimus : de Jesu certum habemus, quia ascendit super cœlum cœli ad orientem. [Eliseo] Elisæus, vir magnus et incomparabilis, in eo spiritus Eliæ duplus requievit : de Jesu autem dicit Apostolus, In [Col. 2, 3] quo sunt omnes thesauri sapientiæ et scientiæ absconditi. Super illius sepulcrum projectus est mortuus, et revixit; Jesu autem sepulto et resurgente, scimus quia multa corpora Sanctorum, qui dormierant, surrexerunt. Quid multa dicemus? Magnæ istæ nubes sunt, sed præ fulgore in conspectu ejus transierunt.

54 Patet et alia via hujus sermonis exponendi. Scitis solem, scitis radios, scitis nubes. Nubes quidem a longe radiis solis oppositæ, quamdiu in conspectu solis sunt, fulgescunt; accedunt quandoque propinquiores, tanto clarius lucescunt; si vero in eumdem punctum et sol et nubes concurrerint, ita ut ubi sol est supra, nubes ibi sint infra; nec nubes vocantur, nec sunt; sed tota illa claritudo solis esse dicitur. Quid hoc esse dicimus, Fratres mei, nisi quamdam similitudinem cœlestis regni? [F] [Alius thematis sensus ex eo quod ut nubes inter oculum et solem non apparent nubes,] Quid nubes, quæ a nubilo vocantur, id est ab obscuritate, nisi genus humanum, peccatorum nocte obnubilatum, designant? Quid solis claritas, nisi divinæ claritatis lucem insinuat? quid autem radii, nisi illuminantia opera Christi? Nubes ergo, sui natura obscuræ, radiis solis aspiratæ, fulgescunt : quia parvitas humana, Christi operibus illuminata, resplendet : quæ quanto propius ad solem verum accesserit, tanto clarior erit; et virtutes, quas sui natura non habuit, illuminatione veri solis Christi recepit : [ita a Christo illuminata opera, sunt quasi opera Christi] quæ si in eumdem punctum operationis deificæ successerit, quod est perfecte mundum relinquere, solamque divinam voluntatem sedula contemplatione respicere, et cum Apostolo dicere, [Phil. 3, 20] Nostra autem conversatio in cœlis est; jam Deitatis nomini participat, ut non homo, sed etiam Deus dici debeat.

55 Unde Dominus in Evangelio, cum pro discipulis orasset, ait [Joa. 17, 20] Non pro his autem rogo tantum, sed et pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, et ego in te; ut et ipsi in nobis unum sint; non tantum in nobis unum dicantur, quod magnum est;

sed

A sed unum in nobis sint, quod maximum est. Unum, inquit, in nobis sint; hoc est nubes istæ, mihi soli succedentes, in nostra claritate esse nubis perdant, et sol sint. Ergo nubes a solis conspectu in tenebris sunt, peccatores etiam ab operibus divinis recedentes tenebrescunt : nubes igitur, in conspectu solis fulgescunt ; et homines, in studio divinorum operum accensi, virtutum lumine clarent : quanto autem nubes soli approximant, tanto clariores sunt ; et in deificis operibus studentes, quanto efficaciores, tanto meliores sunt : si vero in eamdem catabibazon *e* sol nubesque convenerint, nulla fiet mentio de nubibus ; sed tantum de solis ardoribus : et homines, mundum penitus despicientes, solique acumini contemplationis intenti, participare merentur divino vocabulo, ut dici mereantur Dii. Sive enim a solis conspectu nubes remotæ, sive in [locum] solis successerunt, perdunt ne nubes sint ; tantum in conspectu solis nubes transeunt : ibi enim potius tenebrosum quiddam sunt, ubi corpus lucidum. Et homines ergo cœlitus accensi præ fulgore in conspectu ejus, id est illuminantis fulgoris, transeunt ; ne natura filii sint iræ, sicut et ceteri ; sed in Deo, Dei filio, unum sint, vero participantes B soli.

A clerico Mog. ex ms propter unitatem fidelium cum eodem

56 Multis ergo talibus disputans, postquam eos rore scientiarum perfudit, ad confessionem inducens, lavacro lacrymarum eos infudit ; mactansque illos in ara spiritalis contritionis, obtulit Deo holocaustum suavissimi odoris. Sic ergo ad altare regressus, omnium ora convertit in stuporem : quoniam qui paulo ante tantum vilait ut rusticulus, voce omnium prædicabatur dignus esse qui summus fieret Episcopus : detractorum vero vultus superfusi rubore, ore tacito conscientiam accusabant, confusi vultus confessione. Posquam ergo ad mensam Regis ventum est, Rex hilari vultu ; Hodie, inquit Natalis Domini mihi est agendus, quoniam confusus conticuit lacerantium nos chorus. Rursusque, ex nimia lætitia quasi desipiens, Ubi sunt, inquit, detractores nostri : et jussit Episcopo priori aquam in manibus dari. Epicopus autem, nec pridie tristior, nec hodie lætior, sicut tunc de vituperantibus, sic et nunc tacuit de laudantibus ; qua ex re magis ac magis admirabilis, ex illa die effectus est magnus nimis.

His ita explicatis,

Rex suique applaudunt.

ANNOTATA D. P.

C

a *Pene suspicabar, Sermonem hunc totum ejus esse, qui Vitam conscripsit, coagmentandis sacræ Scripturæ locis, pro usu seculi istius assuetum ; sed num. 71 legi, habuisse eum veros* Bardonis Sermones, *sive ab ipsomet descriptos, sive ex ore pronuntiantis exceptos per tachygraphum, seu compendiariæ scriptionis peritum : inter eos igitur etiam hic fuerit Sermo.*

b *Felicior alius ex Daniele defectum suppleat conjectando.*

c Or, *alias* Hur, *sororius Moysi, nescio quomodo hic jungatur murmurantibus contra Moysen, ideoque punitus ; cum tale nihil de eo legatur.*

d *Hic ut minimum excidit linea una, in qua laudetur exercitus Davidis.*

e *An potius*, Catabibasin ? *ut sit verbale a* καταβιβάζω, descendo.

CAPUT VI.

Administratus Episcopatus mira cum mansuetudine et tolerantia.

XVII Multo igitur habitus apud Regem honore, cum recordaretur, quia maritatum suæ decet domui providere, regio honore prosecutus, Maguntiam repedavit ; ibique vitam suam, secundum verissimam agricolarum sectam, instituit ad exemplum ejus, de quo ait æterna Dei Sapientia ; Pater meus agricola est. Sic enim agricola, galli succentu excitatus, diurnum laborem nocturna solicitudine prævenit, domesticos inclamat, hesterni caloris favillam explorat, inventam scintillam flatu suscitat, sarmentis educat, disponit quid quisque agat, mane primo agrum petit, terram proscindit, semina jacit ; jamque sole acrius incendente, domum repetit, suavem ex labore panem gustat cum suis, propter intolerabilem meridiei fervorem æstum declinat, dormiens in umbra culminis, surgensque repetit reliquias imperfecti operis ; die decedente, labori decedit ; assidensque prunis, postquam potu maduerit, aliquid dulce percinit ; sequuntur pueri ; sicque omni hora certus quid jam jamque agat, laborem sine labore resumit ex consuetudine. D

Moguntiam regressus Præsul,

Joa. 15. 1

bonum in omnibus imitatus est agricolam,

58 Ita hic piissimus Pater, ad omne hoc opus simul accessit; nisi quod ille in spiritu operatur carnaliter, hoc egit iste in carne spiritualiter. Numquam enim gallum cantantem ipse non cantans exspectavit, quia, ut ait Psalmista, media nocte surgebat ad confitendum Deo. Semper de nocte mundana consurgens, ad divinam lucem solicitus anhelabat ; nec hoc solus, sed quemcumque invenit secum invitabat, compellebat, trahebat ; juxta illud, Et qui audit, dicat, Veni. At vero si quem, favilla delicti alicujus sopitum, invenit ; scintillam in eo pœnitentiæ explorans, flatu consolationis in flammam perduxit lacrymarum, sicut scriptum est, Aqua comburit peccatum. Disposuit quod quisque ageret, illum suadendo ad pœnitentiam, illum ad continentiam, illum ad humilitatem, illum ad caritatem et cetera talia. Semper mane primo exiit, sequens eum qui ait. Si quis vult post me venire abneget semetipsum, et tollat crucem, et exiet post me. Mane autem, sicut scriptum est ; Mane adstabo tibi. Terram cordis sui spiritu proscidit contritionis , seminans eam Patrum exemplaribus, unde sibi virtutis, et aliis cresceret fructus salutis. Si quando autem acrius in eum incendebantur humanæ molestationes, quia scriptum est, Omnes qui pie volunt vivere in Christo Jesu persecutionem patiuntur ; ad humilitatis regressus refrigerium, quasi sub umbra patientiæ humanos declinabat æstus : et rursus, quasi surgens exaltatus divino judicio, toto corde reddebat quod debebat pro divino beneficio. Ergo sive decedente, sive accedente F die, semper ille integer ad Dei accedebat pensum. Tota nocte inter cœlestes convivatores epulatus, ad prunas cœlestis incendii sedebat ; potuque lacrymarum debriatus, Davidicum poema cum suis pueris intentus et frequens canebat. Sicque laborem semper resumpsit ex consuetudine, acsi nulla premeretur solicitudine.

E

Ps. 118, 62

Apoc 22. 17

Luc 9, 23

assiduo intentus labori.

Ps. 5, 5

1 Tim. 3, 12

59 Aliquid modo dicendum est de hoc sancto viro ; quod, quia parumper accessit, reticere cupio ; sed tantæ auctoritatis pondus silere non audeo. Quare autem hoc loquar invitus, si placet, audite. Amarum est quod dicendum est, et Bardo noster dulcissimus est ; nollemque de dulcissimo quidquam nisi dulcissimum loqui. Quis enim unquam Bardonem nisi dulcissimum expertus est ? Vultu hilaris, verbis amabilis, moribus suavis. Quis coram Bardone tristis, quis illius consolatione non est effectus lætus ? Pauper coram illo nullius indiguit, dives apud illum nihil perdidit. Idem ipse Bardo et Dominus ditione, et frater voluntaria conditione. Parvi pendebat timeri, agens magnopere diligi. Talibus ejus studii invidens diabolus, et si vincere illum non valebat, sed tentabat ; incitavit in eum discordiam

Erga virum mansuetissimum

Prætoris

A Prætoris urbis Maguntinæ, qui magnum aliquem arbitrabatur se futurum, si præ ceteris negligeret Episcopum : patientia enim Episcopi hoc sibi visum est posse fieri ; et unde miser debuit melior, inde factus est deterior. Observans igitur diu noctuque Episcopum, si forte aliquid illicitum admitteret; cum in omnibus eum inveniret irreprehensibilem, ad commenta fallaciæ conversus, qua ex re nescio, majestatis reum finxit apud Regem. Sed cum talis mendacii stipula veritatis igne citissime consumeretur, cum etiam Episcopum adhuc patientem vidit, quem credidit totis se viribus velle ulcisci ; despexit eum, sua se potestate defensum credidit, jamque per se ipsum in Episcopum conari non distulit.

litis causam captans Moguntinus Prætor.

60 Igitur quemcumque amplius familiarem Antistiti vidit, sibimet finxit contrarium, ut si in Pontifice nullum haberet subsidium, vi et armis et arte offenderet in Episcopum. Ergo res processit longius, ulciscenda severius : comprehendit autem ficto mendacio quemdam dispensatorem Episcopi, eumque nullo modo dimittere disposuit, nisi in purgamento judicii. Sed sanctus Episcopus, videns eum absque ratione abuti sua patientia, itemque quanta B sine causa paterentur in sua studiosi servitia; semel sæpiusque rogavit tanta Prætorem cessare molestia; ut etiam hic, qui falso criminabatur, evaderet absque injuria. Prætor autem lætus effectus est, quod aliquid invenerit, quo cor Pontificis doloris vulnere tetigerit, quod penitus invulnerabile credidit ; et jam. omni amoto dubio, judicium exquisivit. Ergo ad judicium ventum est. Tunc vir Dei patienti compassus, justum fieri judicium Dei petiit, ut eventus probaret, non tantum de eo qui passus est, sed et de eo qui fecit injuriam. Nam et ille qui molestabatur, Deo adjuvante, sancti viri precibus inculpabilis ; et ille, judicio divino præventus, abscessit insanabilis. Etsi enim non statim sensit, sed statim tamen præventus fuit : quia qui contra virum Dei judicium paraverat, paratum judicium minime evaserat ; et qui longo jam tempore virum Dei molestaverat, abhinc et deinceps usque ad diem obitus infirmitatis molestiam non evaserat. Igitur amara relinquentes, de dulcissimo dulcissima loquamur.

innocentem ejus famulum in judicium trahit :

quo precibus Episcopi liberato,

ipse Prætor morbo incurabili punitur.

61 Multa de ejus patientia dicere possumus : patientiam enim ejus secundum antiquorum patientiam novimus, qui cum Apostolo dicebant, Blasphemamur et obsecramus, tamquam purgamenta hujus mundi facti sumus omnium peripsema usque adhuc : cum horum, inquam, patientia, fulC get patientia Bardonis; æqua vere, nisi forte major : quia cum multi eorum ulcisci se non valebant, necessitatem in voluntatem laudabiliter convertebant : is autem cum se posset ulcisci, voluntatem suam sibi necessariam faciebat, ut non quæcumque vellet sequeretur; sed cum multa valeret, multo plura vellet ex parte qua spiritus hortaretur. Quis ergo, XVIII. vivente Bardone in carne, audiens quid derisori suo fecerit, non etiam ipse factum derideret ; et hoc non potius vanum, quam effectu niti crederet ? Nunc autem quam planum est, quam recto stamine quæque texuerit, omne factum Bardonis amatur, cum delectatione narratur, auditur cum suspirio, sine controversia laudatur, cum gaudio rememoratur. Sed quid derisori fecerit, dicamus.

1 Cor. 4, 13

Idem injuriarum patientissimus,

62 Sedens aliquando ad mensam, infirmitati corporis satisfacturus, inter ciborum alimoniam, cunctis convivantibus eructavit spiritus ebrietatem sobriam : quia illi Christus semper in corde, semper erat in ore, assumenti consilium dicentis, siquis loquitur quasi sermones Dei. Docente ergo illo omni affectione consedentes, juvenis quidam, carnalibus titillationibus intentus, potius quam divinis illius sermonibus, cœpit ridere, quod tam inania D garriret Episcopus : animalis enim homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei. Injecto igitur casu in eum vultu, Episcopus deridere se juvenem comprehendit, furtivi cachinni et susurri motibus motoque capite. Sedit paulisper tacitus, viditque jam omnis conviva quod deridentem se comprehenderet, ejusque rei causa taceret. Omnes igitur expalluerunt, illi misero infensi, quia tantæ potestatis virum graviter se ulturum crediderunt. Intelligens autem vir prudens, quoniam dandi exempli tempus est, ut quæ paulo ante de patientia docuerat verbis, nunc etiam confirmaret exemplis, sumpta aurea scutella, quæ coram eo stabat, plena carnium frustis, derisori suo cibum vasque dari præcepit causa mercedis. Quo facto, non solum peccantem ad pœnitentiam, sed et omnes lucratus est ad amplectendam patientiam.

A CLERICO. VOC. EX MS. derisorem suum aurea scutella donat.

CAPUT VII.

Quædam viventis Bardonis mirabilia, aliæque virtutes.

E

Potuimus aliquid dicere de eo, mirabile quidem, si tantæ admirationi sunt quæ creduntur auditui, quam quæ subjecta sunt visui ; nisi forte magna sua miracula, minora faciamus indigno relatu nostro. Dicemus tamen ut possumus, quoniam melius judicamus utcumque admiranda agnosci, quam digna memoratu memoria tabescente oblivisci. Quoties sanctus Pater Adeldeville, quoniam ad suam diœcesim pertinuit, devenit ; semper mirabiles hospites habuit, volucres scilicet quasdam, forma nominibusque ignotas omnibus, a quibus seu comitabatur seu visitabatur Episcopus : quæ numquam ante eum venientes, numquam post abscedentem remanentes, solum eo veniente turmatim in obviam congregatæ, in arboribus consederunt, et quamdam suæ modulationis harmoniam concinuerunt, satagentes cunctis esse pro miraculo, quod irrationabiles rationis utebantur consilio. Sed pius Pater, cantoribus suis non minimum lætatus, caritatem exhibentibus non apparuit ingratus : et quos in sua coronari vidit obsequia, quotidiano porco satisfecit pro illorum alimonia; et carne imposita scutis, quotidianum sumptum providit hospitibus suis.

Ad Adeldeville divertenti,

ignotæ volucres occurrere consuetæ, et ab eo pasci.

64 De volucribus istis quid dicamus, dubitamus : utrum, formam inspicientes, simplices eas volucres credamus ; an rationem intendentes, aliquos spiritus fuisse dicamus? Nam quoniam solis spiritibus F ratio inest, ratione utentia melius est ut spiritus credamus, quam ut irrationabile ratione uti concedamus. Quid autem has volucres nisi ratione usas esse dicimus? Et quidem cum veniente venerunt, et cum abeunte abierunt : ad hunc unum sine errore venerunt, soli uni concentum suæ modulationis concrepuerunt : ad intuitum ejus homines non fugerunt, cibum ab hominibus imperterritæ susceperunt, et silvestres ut videbantur, blandientium motus mansuetæ susceperunt : hæc enim agere rationis consilium est. Si autem hoc aliquis abhorret, ne spiritus fuisse videantur, quoniam corporeo pastu alebantur ; nonne horum exempla multis in locis inveniuntur ? Ad Abraham nonne Spiritus Angelici venerunt, et de cœlo descendentes festivati, qui numquam esurierunt, cum ipso comederunt ? Idcirco, inquit, declinastis ad servum vestrum. Medicus Tobiæ Raphael, nonne diebus aliquantis visus est cum hominibus pransisse ? qui tamen reversurus dixit, Videbar quidem manducare vobiscum, sed ego cibo invisibili et potu, qui ab hominibus

possent credi fuisse spiritus Angelici,

secundum apparentiam tantum pasci visi ;

Gen. 18, 5

Tob. 12, 19

A hominibus videri non potest, utor. Videbatur comedere, et non comedebat: et tamen cibus illi appositus, non est inventus amplius: ut vere credatur talis commestio potius aliqua dispensatione consumpta esse, quam spiritalem levitatem, aliquam corpoream gravitatem insumpsisse,. unde et ille Spiritus, cui Gedeon coxit pulmentum, cum jus super petram effunderetur, manum extendit, cibos virga tetigit, et pulmentum illud flamma præcedente consumpsit.

a Cibo ... (marg.)

65 Ab his ergo volucribus, qui scimus utrum ille comestus sit cibus, an aliqua incomprehensa virtute consumptus? Nam si tantopere carnali victu indiguere; cum ab illo aberant, quid comederunt? aut cur apud hunc, et non etiam apud alios comederunt? aut si volucres erant, numquid creduntur semper simul fuisse? si autem dispersæ; quis, credimus, congregavit eas, nuntians Episcopum Adeldevillæ futurum esse? et quare nusquam alio visæ? et si visæ, cur nulli agnitæ? cur autem harum volucrum cantus Pontifici plus aliarum vocibus placuerunt? Aliquid igitur hinc spiritale conjectamur, quod utrum verum sit omnino, non probamus. Lo- B cus ille a vulgo Adeldeville, vero autem nomine Alta-villa vocatur. Ibi sive volucres in superioribus volantes, sive aliqui Spiritus sancti in superioribus habitantes, Sanctum virum visitabant: quia qui se in altitudinem contemplationis erigunt, Angelorum visitatione digni sunt. Ergo juxta quod credimus conjectamur: quidquid autem hac in re verit[…]mittitur, quia spiritale credimus, veneramur. Dubitanda forsitan hæc viderentur, si nullius perspicacioris miraculi certitudine faverentur: sed quoniam patent adhuc in eo, magna cum delectatione ac veneratione dicenda, certioris rei mirabilia; quæ obscuriori dispensatione facta conjicimus, fiunt credibilia.

quia illæ nusquam alibi, nec unquam nisi eo præsente conspectæ.

XX. 66 Vir Dei aliquando iter agens per subjecta Abbati Rohingo Fuldensi, ipso Abbate præbente diversorium et servitium, transegerat in quodam loco nocturni temporis spatium: postquam vero transacto prandio ad recessum pausandi secessit, duo tantum cum eo gradiebantur; unus camerarius, qui lucernam coram eo portabat; alter quidam familiaris ejus, qui et ipse hoc nobis narrabat. Cum ergo portitor lucernæ coram eo, extracto lumine, staret; casu accidente, ut sæpe fit, lumen extinctum est. Turbabatur Camerarius, gressuque veloci candelam reaccendere festinabat, et usque ad fores C cameratæ pervenit: cumque jam altera manus candelam portaret, altera januam citius aperiendam corriperet, subito candela inflammata est, ambosque illos admiratio circumdedit, ultra quam credi potest. Tremens ergo camerarius festine regreditur, positoque lumine ad pedes ejus sanctissimos paravit procidere. Vir autem Dei compescuit eum, dicens: Stato, ne cadas: sed age Deo gratias, et me vivente in corpore, cave ne unquam alicui dicas: commonuitque eum per jusjurandum super his verbis. Ut ne alicui quod factum est dixeris, quousque me viam hujus carnis ingredi videris: quod si aliter feceris, a consortio meo in æternum separaberis. Ergo si factum istud intendimus, satis justo judicio Dei hoc evenisse perpendimus; utque numquam peccatorum tenebras admitteret, præter quod inevitabile est humanitati, nec ad momentum felici careret luce, cœlesti lumine se illustrante.

Lucerna casu extincta, coram eo divinitus reaccenditur.

XXI 67 Senuit ergo jam vir Dei; qui, nisi majora præmia in morte laturus pietatis suæ, merito numquam esset moriturus. Ergo et ex ætatis accessione, et infirmitatis senium consequentis successione, corporis molestia gravi præventus est. Qui visitatus a sancto viro Leone Papa, ut recuperandæ sanitatis D gratia esu carnium reficeret, rogatus est. Obedivit et comedit. Sed quoniam ostium ejus semper patuit viatori et peregrino, vespere sero et mane primo, quidam peregrinus Monachus ad eum venit, et susceptus est, et ad mensam ductus. Cumque pisces ibi deessent, eo quod Episcopus carne vesceretur; Monacho illi carnis pulmentum, Episcopo jubente, appositum est. Qui oblitus sententiam Salvatoris, qua ait, Manducate quæ apponuntur vobis; carnes Luc. 10, 8 horruit, Monachumque se signis et nutibus quibus potuit Pontifici innotuit. Quem in se ipso provocans Episcopus, et se ipsum ostendit Monachum fore, et tamen carnes comedere: dixitque, Frater, pisces nobis desunt, nostra licentia manducate quæ apud nos sunt. Sed ille nescius, obedientiam summam esse vitæ monasticæ, studiosus continentiæ, securus fuit obedientiæ. Videns autem Antistes eum non acquiescere; manu extensa, sanctæ et individuæ Trinitatis nomine, ter sanctæ Crucis signum fecit: et natura jus suum obliviscente, mirabiliter carnem convertit in piscem; pulpam scilicet carnis in fragmen suavissimi esocis. Expavescentem igitur Monachum, et ad pedes ejus procidere parantem, prout tempus permisit aspere increpavit; docens totius divini servitii summam esse obedientiam; E Propter quod, inquit, et Christus factus est obediens Patri usque ad mortem. Phil 2, 8

Senior a Leone Papa jussus carnem edere, cum supervenienti Monacho aliud nihil apponendum haberet: ipsam vertit in Piscem

XXII 68 Reperimur fortassis inter dona Dei in eo, aliquid etiam de ipso dicere, essetne jejuniis deditus nec ne, ceteraque talia. Sed, Deo teste, pene nihil singulare de eo potui investigare; nisi forte in eo magis sit laudabilis, quod meritum ejus investigabile sit paucis: assumentis consilium ejus qui dixit, Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Mat 6, 3 Qualis sit, omnes modo scimus: sed qualiter ad hoc pervenit, omnes nescimus. Quæ de ceteris Sanctis scripta sunt, quia aut jejunaverunt, aut homines fugerunt aut cetera similia, nisi alio ordine nulla in eo inveniri possunt. Primum enim jejuniis dedisse operam, numquam audivimus: nisi forte hoc jejunium jejunavit, quod divinum judicium magis probavit, ubi ait, Nonne hoc magis est jejunium quod elegi? dissolve colligationes impietatis, Is. 58, 6 solve fasciculos deprimentes, dimitte eos qui confracti sunt liberos, et omne onus disrumpe, cum videris nudum operi eum. Vitiis jejunavit, et necessitate manducavit, et omnibus egenis panis sui bucellam communicavit. Immunis fuit eorum, qui ad hominum [...]itum runcantes sive grunnientes, F sibi tantum vacant solitarii: quia cæcorum, claudorum, aridorum semper eum sequebantur centenarii; ita ut pene non esset claudus aut cæcus, quem ex nomine non sciret Episcopus. Ostium ejus, ut et ante diximus, viatori patuit; et cum ab egenis inclamaretur, ut moris est multis, intus clausus non latuit; sed totis apertis foribus exiliens, cum omnibus profuisset, lætabatur regrediens.

Nescitur quidem multum fuisse deditus jejuniis, sed largus erga pauperes,

69 Semper hilaris et lætus, semper pacificus et quietus, cunctantes et advenientes semper hilares reddidit et lætantes. Si talibus non placuit, nescio quibus placuit. Frustra ergo videtur mihi dicere, eum misericordem, compatientem, humilem, nisi aliquod eorum indicium exempli causa ponamus. Omnia ejus pene omnibus superflua videbantur; ita ut etiam aliqui dicerent, quia ejus negligentia in Episcopio multa fierent inconvenientia. Quod etiam in exemplum sumens sanctus Papa Leo, Quis, inquit, unquam hujus sancti viri patientiam adscriberet misericordiæ, et non potius socordiæ? Cumque populi multitudinem ad ejus sepulcrum cum votis et oblationibus concurrentem *a* vidisset; Nunc, inquit

et mire benignus erga omnes:

a

A inquit, Bardo ædificat, si ante neglexerat. Erat enim proverbium populo, quoniam Bardonis ædificium fornax esset, quam cum cecidERIT tribus lapidibus reædificasset. Ergo compatientiæ ejus aliquod ponamus exemplum. Paschali tempore cum alicubi iter ageret, quidam ei obviam factus est, qui reatus homicidii suscepta sententia, Paschalibus diebus fuit in pœnitentia. Ad quem Episcopus, Tu, inquit, cujus respicis imperium? Respondit, Vestrum. Cui ille, Quis ergo te communis exvinculationis tempore vinculavit? Ait rusticus, peccatis meis instigantibus feci homicidium, et ideo libens hoc patior judicium. Non tulit hoc ultra Episcopus; sed ait ad Capellanum suum, Depone ab eo sententiam. Et ad rusticum, Tu, inquit, ad tuum vade Sacerdotem, et dic ei ex me, ut unum de duobus deliberet; aut ipse sententiam tuam impleat, aut te secum suis orationibus redimat.

a publice pœnitente per eum soluto.

ANNOTATA D. P.

a *Obiit Leo Papa an.* 1054, 19 *Aprilis jam inde initio præcedentis anni reversus in Italiam, unde postea pedem non extulit. Ex quo primum sequitur non*
B *posse mortem Bardonis differri in an.* 1054, *quo dies* 10 *Junii concurrit cum feria* VI: *deinde viderat* vidisset, *hic sumi pro* intellexisset, *aut forte etiam ipsum obrepsisse pro* audisset, *ne alias dici debeat, Bardonem obiisse* 1052 *cum adhuc in Germania Leo esset. Sane si is tumulum Bardonis coram et personaliter aliquando adiisset, oculatus testis miraculorum ad eum patratorum, debuisset id expressius narrasse auctor, nec ita obiter attigisse. Quare excutimus scrupulum, ex hoc capite sublatum, qui nos cogeret ad inveniendam Feriam VI, non omnino proximam Pentecostes festo, quo ultimum sermonem habuit coram Imperatore; mortemque ejus differre ad minimum usque*
Not. 14 *ad* 19 *Junii, cujus die* 7 *tunc fuerat celebratum festum istud.*

CAPUT VIII.

Futura Bardonis gloria revelata, prædictus obitus, secuta miracula.

XXIII Aliquod etiam humilitatis ejus indicium proferre placet. Fuit Fuldæ quidam Monachus, nomine Luydmaudus, moribus gravis et maturæ ætatis, huic
C sancto viro valde familiaris. Hic ergo quadam nocte vidit se in via prolixissima, nigerrima, et lutulentissima: cumque ibi diu viæ nescius cum magno labore pererraret, subito in margine laci aspexit quemdam juvenem, ætatis florentissimæ et vestis candidissimæ, qui ait ei: Quo tu, miserrime, gradieris? Erras, inquit: nescis quo devenies. Ait Monachus, Ita est, Domine; miser ego, unde aut quomodo huc venerim ignoro, et quo deventurus sim nescio: et addidit, Rogo te, adjuva me. Misertus ejus juvenis, extensa manu attraxit eum ad se; ducensque eum per pratum viridis graminis et diversorum florum, ostendit ei magnæ dignitatis sedile, duosque juvenes in eodem eminenti loco stantes, illud sedile, custodientes: et ait ad Monachum juvenis, Nosti hæc, cujus sint? Qui respondit, Non, Domine. Ait juvenis, Archipræsulis Bardonis hæc sedes est, quam in tanta dignitate, sola meruit humilitate: qui adstant, eam sibi custodiunt, usque dum exutum corpore in eadem sede recipiant. His dictis Monachus expergefactus; somnium hoc nobis cum magna dulcedine narravit.

Pro Monacho in visu ostenditur Sedes, Bardoni parata in cœlis.

XXIV 71 Post hoc ejus studium et opus, cum divina benevolentia censeret, eum transferendum ex temporali inconstantia et labore, ad statum et quietem D felicitatis æternæ; ipse quoque, conscius secretorum divinorum, multis orationibus et aliquanto attentioribus S. Martino se commendavit aggressoque itinere ad Paderbrunum properavit. Die ergo sanctissima *a* Pentecostes, agens ibi Missarum in publico solennia, post sancti Evangelii lectionem, stabat locuturus ad plebem. Sed quoniam nos in hoc libro non profundum navigavimus, modo festinamus ad hujus thematis littus, ut ne saturato lectori tædii pituitam proponamus, sermones autem ejus omni humana divinaque eloquentia præcellentes, legere volentes, in tertium *b* libellum differimus; in cujus campo studioso lectori nos satisfacturos credimus; et digni sunt non oblivisci, quoniam et [enim] hunc sermonem, quem modo differimus declamavit: Spiritum sanctum per os ejus loquentem, dicere voces omnium incitavit.

a Chronico Mog. ex MS. Mortis suæ præscius,

72 Ergo postquam sermonis finem fecit; interjecta paululum silentii mora, suspiravit ex intimo corde; dixitque prophetica voce; iter acturus sum Patres et Fratres, ad quod minus certe paratus sum. Longum est iter; sed sumptum brevem habeo; et quid faciam æstuo. Ad castra enim Regis æterni E vocor, ubi in me totum bellum vertetur, totus æstus prælii; ubi si victus fuero (meritis enim meis stare non valeo) quid placandi causa Judici offeram nescio. Vestras igitur preces præcedere me precor et subsequi, quatenus ante maximum Judicem sine judicio merear ingredi: non enim justificabitur in conspectu ejus omnis vivens. Et vos, inquit, siquid boni a me audistis unquam, rogo, servate dignos vos regno, ad quod vocati sumus. Properate; tempus enim breve est. Nunc ergo vos commendo, dixit, ei, qui vos mihi commendavit, Deo Patri omnipotenti, et Verbo ejus Jesu Christo Domino, et Spiritui sancto, in quo ista dies celeberrima est; ut ab omni hostili incursu protecti, ingredi mereamini semitam operis recti. Ne ergo, filii, contristemini, quod ultimo dico de me quoniam amplius taliter non audietis me. Tum vero ejulatum, non populi, sed ecclesiæ audires: quoniam alii quasi exanimes obriguerunt, alii in fletus resoluti graviter gemuerunt; omnibus uno ore dicentibus, Hei nobis, quando te tali carebimus!

eam post concionem prænuntiat:

73 Sic ergo eadem die, qua summi Præsulatus annulum suscepit, eadem die ultra audiri deposuit: quamquam enim in festivitate sanctorum *c* Apostolorum Petri et Pauli consecratus sit, die tamen F sanctæ Pentecostes *d* annulum accepit. Transactis igitur diebus solennibus, accepta Regis *e* licentia, Moguntiam redire aggressus est, corpore quidem positus in itinere, sed cœlo [intentus] agebat jam cum Domino causas suas, judicii districti memor, consolationis spem; ita quidem ut jam jamque vultus ejus testaretur, quam alienus sibi mundus haberetur. Erat ergo vultum ejus præter solitum disparem videre, nunc pro carnalibus gementem, nunc pro spiritualibus lætantem; ut omnibus manifestum fieret indicium, quod cor ejus inter spem ageret et judicium. Sæpe quoque Primates, eum comitantes, causa consilii ad eum accesserunt; et bis terque aliquid proponentes, cum toties ejus sententiam super hac eadem re sciscitarentur, ille, quid vellent, percunctatus est. Illis vero iterum iterumque multotiesque eadem proponentibus, ac si nusquam ibi præsens esset, tacitus permansit. Quem cum excitandi gratia (ut fieri solet) aliquando veste traherent; quasi de somno excitatus, sive ab exstasi reversus, subito contremuit; et quid vellent, ac si nihil ante dicerent, requisivit: ita ut monstro simillimum censeretur, quod vultu motuque vigilans, sensu dormire videretur: corpore enim soluta inter homines

c d e Moguntiam petens, sæpe quasi alienatus apparet,

A. CLERICO MOG. EX MS

A homines positus, extra humana corde conspicabatur, et amplius de [futuris] quam de præsentibus meditabatur.

XXV *in morbum lapsus,*

74 Cum interim in locum, qui Nemus-spinarum, vulgo autem *f* Dorneloch dicitur, devenit : ibidem casu collisus, corporali molestia præventus est. Dolore vero ex hora in horam crescente, manifestum factum est, quod letum non evaderet. Misit ergo sub omni celeritate ad Suffraganeum suum, Abellinum Episcopum : qui eo tempore Fuldæ morabatur, utpote vocatus illuc a venerabili Patre *g* Egberdo Abbate, ad solennitatem dulcissimi et sanctissimi Patroni Bonifacii ; ut si eum vivum vellet videre, non tardaret ad eum venire. Iisdem etiam verbis, ad æquivocum suum Bardonem *h* juniorem, filium fratris sui, Monachum prænominati loci [misit], ut quantocius venire properaret ad eum. Qui ambo arripientes iter, cito venerunt ad eum. Utrique igitur ante eum præsentati, cum ambos in lecto jacens solita dulcedine salutasset, insuper etiam æquivocum suum causa consolationis dulcius compellasset ; tandem ejectis omnibus præter Episcopum, hujusmodi ad eum aggressus est eloquium. Dies vocationis meæ prope est, sæpe mihi optatus, semper formidatus.

Suffraganeum et Nepotem ad se vocat,

B Et nunc non est meum, populum Christi desolare, quasi mortem non sim evasurus ; cum certissime sciam, quod sim moriturus. Tu vero mecum, quod mihi certum est, dissimula : et si te quispiam interrogaverit, nec hoc scire te assimula : quia gemitum populi ferre non valeo. Jam nunc ergo, ut filius sapientiæ, scias quid facias, ut populo dolenti consolatione faveas ; mihi vero, secundum orthodoxæ fidei religionem, sacri Olei exple unctionem : certum enim habeo, quod infirmitatis hujus molestiam evadere non debeo. Qui tanti viri verba non ferens, cum ex imo cordis traheret suspirium : Quid, inquit sanctus vir, facis, affligens cor meum ? Quæso de lætitia mea lætare, et tantum hujusmodi gratia ingemisce, ut in conspectu Domini lætus merear intrare.

petitque inungi,

XXVI 75 Sic expletis sermonibus, expleta sunt omnia quæ mandavit Episcopus. Venit igitur hora, multos gemitus motura, multas lacrymas roratura : et ille vir Dei, pene oblitus infirmitatem, propter instantem lætitiam, quasi jam propinquans ad gloriam, cilicium in terra jussit sterni sibi, seque super illud levari. Quod ut factum est, ex animi dolore cunctis obrigescentibus, usque ad effusionem oculorum lacrymis effluentibus ; sanctus Pater, pie commotis super illis visceribus, graviter ingemuit ; et quidquid rideri potuit, causa obliviscendi mœroris audientibus, pertulit. Ridens ergo ore, flensque corde, Eia, inquit, quando etiam tantæ duritiæ stratum incubui ? Et omnibus humido vultu ridentibus, et invito corde mirantibus, etiam in tanta eum molestia posse ridere ; intellexerunt hæc omnia fieri, gratia consolationis movendæ.

et super cilicio positus suos solatur,

C

76 Quidam autem ex illis accedentes ad eum, aiunt ei ; Spem tuam, Pater, firmiter in Deo pone, ac de ejus immensa bonitate præsume ; certus, quia non derelinquet te : causa enim humanæ infirmitatis eum fluctuare putabant, et ideo salubris admonitionis ei verba ministrabant. Ille vero verbis hujuscemodi commotus ; Ecquid, inquit, omnibus diebus vitæ meæ egi, si hoc non egi ? Ipse novit, an sperem in eum, et si unquam in alio spem meam posuerim, non in eum. Opus ejus ego, ille spes mea est. Quod placeat Domino, operetur in servo. Sicque versis ad cœlum oculis, instante termino, jam ægrius dixit ; Fiat misericordia tua, Domine, super nos, quemadmodum speravimus in te. Deinde, non tantum dolore carnis coactus, quantum instantis angustiæ conscius ; ipse sibi oculos reverenter clausit, ceteraque sibi membra composuit ; solusque lætus, tristibus omnibus ; solus securus, sollicitus dudum ; mundo mortuus, tandem vitæ redditus ; lætus, relictis carnalibus exuviis, obdormivit, sociis lætabundus Angelicis. Quo viso cuncti, quasi tum primitus gementes, Hei ? Pater, inquiunt, cui nos dereliquisti ? Et rursus, Pro parte, inquiunt, nostra reddat quod tibi debet Dominus : quia quem contristaveris ex nobis non est unus ex omnibus. Postquam ergo dolori cordis multo planctu satisfecere, tandem omnia quæ de sancto corpore facerent deliberavere : et tunc depositis in ejusdem loci ecclesia pietatis visceribus, quoniam quidem mediæ fuit æstatis temporibus (utpote III Idus Junii), ipsum corpus feretro imposuere, ut ad Magontiam deportaretur, humandum honorifice.

ac professus spem in Deo locatam habere,

cum magno adstantium luctu expirat.

D

XI *Junii*

XXVII 77 Sed interrupto hic ordine, antequam de hoc loco egrediamur, beneficia quæ ibi Dominus operatur per sancti Confessoris sui merita prosequamur. Sexta fuit feria *i*, cum sancta illa anima sancto egrederetur de corpore. [Quod] cum eodem die lotum [esset] ; aquam, in qua abluebant eum, fuderunt ad radicem arboris aridæ, quæ ibi stabat in æquore. Ipsi quidem, quem lavissent, non attendebant ; sed hominem alicujus tantum bonitatis præsumebant : sed quantæ fuerit æstimationis apud Deum, innotescunt mirabilia, quæ propter ejus merita operatur ibidem divina benevolentia. Nam eadem feria eodemque momento, quo aqua fusa est ad radices arboris aridissimæ, omni eadem feria sexta eodemque momento, ex arido ligno, in salutem multorum, Deo gratias, fluunt aquæ plenissimæ. Sed ad ordinem revertamur.

i

feria 6,

E

qua arbor arida aquam dare salubrem perrexit :

XXVIII 78 Igitur exequiarum obsequia circa viri Dei corpus ambitiose celebrantes, levatum tandem cum feretro; et equis super, perrexere, secum illum deportantes [Maguntiam]. Ubi cum devenissent, et miseras congregationes, vultu squalidas et gestu lugubres, obviam invenissent ; oritur utrimque clamor, fletus, et multi ululatus, ita ut psalmodia, et cetera quæ canebantur, vix exhiberi potuisset. Crederes enim, unumquemque patrem, matrem, fratrem, aut aliquem sibi maxime necessarium deplorare : ita cum irremediabili anhelitu non cessabant lacrymas rorare, pupilli et orphani, cives et advenæ, juvenes et senes, viri et feminæ. Omnium vox erat unanimis, Heu ! heu ! Pater amabilis. Judæi etiam, quibus nulla bona curæ sunt, ei obviam facti, ut venerandi viri feretrum viderunt, terræ consternati caput pulvere consperserunt, et dixerunt. Heu ! heu ! pie Pater : heu ! pie Pater. Addebantque, Si Christiani anima unquam requiem meruit, merito tua requiescere poterit. Talis clamor et luctus nunquam visus est nostris temporibus : nullus alium consolabatur, nullus consolari recordabatur : unicuique certum, et proprium incommodum erat quod defleret, nedum alius alium consolantem haberet. Tandem ad oratorium S. Martini pervenerunt : quo ingressi, sancti viri corpus in medio *k* ecclesiæ ante sanctam Crucem deposuerunt. Providentes ergo post hæc, ne forte corpus aliqua tabesceret corruptione, cum ad loculum secretius accederent, pro hac eadem re solutis quadam ex parte his quibus innexus erat *l* tergoribus ; non solum incorruptum eum invenerunt, sed insuper fragrantem thureis odoribus. Res tam magna pro nihilo habita est : quia multis ejus ignoratis virtutibus, putabant odorem illum thuris esse, quod accendebatur humanitus.

Moguntiam defertur ad sepulturam,

non solum Christianis, sed et Judæis lamentatus ;

F

deponitur in S. Martino.

k

l

et suavolens invenitur.

79 Igitur die undecimo *m*, postquam ad omnia oratoria eum circumduxerunt ; post sacrificia solennis oblationis, et supplicationes ecclesiasticæ intercessionis, tandem deportaverunt in locum depositionis.

m

A tionis. Horret nunc mihi mens, tabescit cor, deficiunt verba, lamenta populi explanare debentia. Quam lividæ eorum facies! quam sanguineæ acies! quam incompti crines! quam incompositæ vestes! Taceo deflenda, supprimo gemenda; ad lætiora

peracta sepultura renovatur odor miraculosus. veniam, ut quid tum ibi fecerit divina benignitas proferam. Multis igitur populi fletibus immolatis, quos illi peperit miseratio, quæ cum illo ex matris egressa est utero; cum in oratorio S. Martini ante Crucem sepulcro eum imposuere; tales odores, qui facile cuncta vincerent aromata, persensere; ut in tanta suavitate daretur intelligi, odorem illum fluxisse ex paradisi amœnitate. Requievit igitur anno

Obiit septuagenario major: ætatis suæ plusquam septuagesimo; nequaquam

Ps. 89, 10 illum expertus laborem, de quo Psalmista dicit, Si autem in potentatibus octoginta anni, et amplius eorum labor et dolor: sed in senectute bona et vita

Pont. an. 21. jocunda, deponens temporalem, sine dilatione invenit lætitiam æternalem; anno Episcopatus ter

n septeno *n*, numero mysterii pleno; nunc autem clarescit signis et virtutibus, quæ per illum operantur divinitus.

XXX 80 Pauca de Bardone diximus, si verba nostra

Claret miraculis. cum factis ejus conferre cupimus; sed quis verbis

B comparabit Bardonem? Ergo non tantum nostra

Aptantur ei omnia, præevalet infirmitas, quantum ipsius meretur digni-

Iob 29 tas: ideoque nostræ concedet devotioni, quod minus congrua suo diximus honori. Hic est Bardo, quem auris audiens beatificabat, et oculus videns testimonium reddebat sibi, eo quod liberasset pauperem vociferantem, et pupillum cujus non erat adjutor. Benedictio perituri super eum veniebat, et cor viduæ consolatus est. Justitia indutus est, et vestivit se, sicut vestimento et diademate, judicio

quæ in Iobo laudat Scriptura. suo. Oculus fuit cæco, et pes claudo. Pater erat pauperum, et causam quam nesciebat diligentissime investigabat. Conterebat molas iniqui, et de dentibus illius auferebat prædam. Radix ejus aperta est secus aquas, et ros morabitur in messione ejus. Gloria ejus semper innovabitur, et arcus ejus in manu ejus semper instaurabitur. Qui eum audiebant, expectabant sententiam ejus, et intenti tacebant ad consilium ejus: verbis ejus addere nihil audebant, et super illos stillabat eloquium ejus: exspectabant eum sicut pluviam, et os suum aperiebant quasi ad imbrem serotinum. Si voluisset ire ad eos, sedebat primus; cumque sederet quasi Rex circumstante exercitu, erat tamen mœrentium consolator. Flebat super eum qui afflictus erat, et compatiebatur ani-

C ma ejus pauperi. Non contempsit subire judicium cum subjectis, nôn negavit quod volebant pauperibus, et oculos viduæ expectare non fecit. Non comedit bucellam suam solus, sed semper comedit pupillus ex ea. Non despexit prætereuntem, eo quod non haberet indumentum: sed benedixerunt sibi latera pauperum, et de vestimentis ejus calefacti sunt. Quis loquitur hæc? Numquid ego? Non; sed totus mundus. Loquitur terra, loquitur cœlum, loquitur Deus in multis quæ per eum operatur mirabilibus. Ergo non recedet memoria ejus, et nomen ejus requiretur a generatione in generationem.

ANNOTATA D. P.

a *Anno* 1052 *Pascha* 19 *Aprilis, Pentecoste celebratum est* 7 *Junii: et sic verificatur quod eodem men-* D

se obiisse Bardonem scripsit Lambertus Schafnaburgen- A CLERICO

sis; non pro eo quem ipse posuit an. 1051, *quando Pa-* MOG. EX MS.

scha 31 *Martii, Pentecoste actum est* 19 *Maji.*

b *Hinc intelligitur duos adhuc libros desiderari, quorum secundus verosimiliter fuerit* de miraculis post mortem.

c *Id est, per Octavam eorumdem: nam supra num.* 24 *dicitur consecratus* post Festivitatem.

d *Anno scilicet* 1032, *post acceptum a Joanne XIX Romano Pontifice Pallium, spiritualis potestatis signum; acceperit Investituram temporalem ab Imperatore, per Annuli et Baculi traditionem; neque enim id factum esse potuit an.* 1031, *cum solum nominatus fuerit ad Archiepiscopatum in Vigilia Apostolorum, adeoque post Pentecostem, tunc celebratam* 30 *Maji: anno autem* 1032 *celebratum est Pascha* 2 *Aprilis, Pentecoste* 21 *Maji.*

e *Conrado Imperatori, defuncto* 4 *Junii* 1039, *successerat ejus filius* Henricus.

f *Hodie* Dornhagen, *leuca una Germanica distat Paderborna Moguntiam versus.*

g Egbertus, *qui et* Eppo, *Abbas ab an.* 1048 *ad* 58. E

h *Factus videtur postea Abbas S. Albani. Ad quem Goswinus scripsit alterum Prologum ad Vitam S. Albini, ut docet Serarius in Moguntiacis pag.* 170; *in priori autem Prologo, ad Sigfridum Archiepiscopum, pag.* 734: Bardo, *inquit* Bardonis nostri magni, tam propinquus genere, quam non dissimilis sanctitate et nomine. *Scribebantur autem hæc circa annum* 1072.

i *Hanc* feriam VI *recte componi cum* III Idus *supra indicato, id est* XI Junii, *non cum* IV Idus, *id est* X Junii, *conatus fui suadere in Comm. Præv. num.* 30, *quia alias debuisset* Bardo *obiisse vel anno* 1048 *vel* 1054, *quorum neutrum convenit cum anno Ordinationis* 1031 *vel potius* 1032.

k *Ecclesiam Metropolitanam a Bardone dedicatam* in honore S. Martini, *dicit Trithemius; indeque sic captam nuncupari, asserit Serarius pag.* 734.

l Tergora *intelligo, corium, cui insutus sarcophagus erat.*

m Undecimus *dies ab obitu esset* 22 Junii.

n *Qui* 2 Julii *ordinatus fuit et obiit* 11 Junii, *annum* 21 *Episcopatus pene totum expleverit; quo tamen non obstante maluerunt aliqui annos* 20 *rotundo numere scribere, quod Marianum Scotum et Lambertum Schafnaburgensem deceperit. Hic quoque cum ait, quod, Imperatore Pentecosten celebrante,* Bardo Archiepi-

scopus ad Missam habito sermone, obitum suum instare prædicens, orationi fidelium se commendavit, et eodem mense decessit, *intelligendus est de mense naturali; nam neque annus* 1053, *quo ego; neque* 1051, *quo ipse mortuum Sanctum statuit, Pentecosten usque in Junium distulit, sed eam hic celebravit* 19 *Maji, iste* 30: *annus autem intermedius* 1052, *festum illud quidem habuit* 7 *Junii, sed ita cogeremur mortem differre saltem ad* 19 *Junii, vel amplius, quod a communi sententia, de aliquo ante* Idus Junias *die, nimis recederet.* F

Desiderantur.

Liber 2 de Miraculis S. Bardonis

Liber 3 de Libris ab eo scriptis.

DE

DE SANCTA MARGARITA

SCOTIÆ REGINA

EDIMBURGI CIVITATE REGIA

D. P.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

§. I. De ejus cultu veteri ac novo, Vita ad filiam Mathildem Angliæ Reginam scripta a Theodorico Confessario; an etiam a Turgoto S. Andreæ Episcopo? Quid ab Aelredo Abbate?

ANNO MXCIII

Festum Translationis pridem institutum an. 1251,

Margaritæ, *Scotorum sanctissimæ Reginæ, cultum, statim fere ab ejus morte, amplexi venerabundi subditi, ipsam invocando in suis* ***necessitatibus, continuarunt soli diu; nulla*** *alia Ecclesia ipsam in Fastos suos referente: credo, quia cultus iste, toto anno vagus, nulli adstringebatur* B *diei certæ; donec sub* Innocentio *Papa IV, solemnis Canonizationis honorem consecuta est, et ex primæ sepulturæ loco sublata ossa, transpositaque in pretiosam capsam, et ad altare translata sunt die* XIX Junii; *ad quem etiam Historia prædictæ Translationis, sed quod dolemus initio tenus duntaxat conservata, reperta fuit a Rosweydo nostro in Membraneo MS. S. Salvatoris Ultrajectini: sufficiens tamen, ut de præmissa Canonizatione securi simus. Accedit Breviarium Aberdonense in Scotia vetustissimæ impressionis, ex cujus parte æstivali habetur* Translatio Reliquiarum S. Margaritæ Scotiæ Reginæ Fermelodum, sub Rege Alexandro III, anno 1251, Junii decimo nono, *cum hac propria oratione,* Deus, qui Translationem B. Margaritæ Reginæ pia recolimus mente, præclaris potentiæ tuæ miraculis illustratam, concede propitius, ipsius meritis et intercessione a labore ad requiem, ab exilio ad patriam nos transferri cælestem.

præmissa Canonizatione.

2 *Hic dies cur vel quando primum mutatus sit in diem* x *ejusdem mensis, necdum comperi. Hunc, præeuntibus Capgravio et Surio, ac deinde Molano, Romana probavit Ecclesia; quando* ad pias preces Catholicorum Scotiæ, S. P. N. Clementi X porrectas, et per eumdem ad Sacram Rituum Congregationem C remissas, *eadem* Sacra Congregatio benigne inclinata, censuit posse concedi, ut in posterum recitari possit Officium S. Margaritæ Reginæ Scotiæ, Semiduplex ad libitum, de Communi nec Virginis nec Martyris, die x Junii ejusdem festo, ab omnibus Christi fidelibus utriusque sexus, tum secularibus tum regularibus, qui ad Horas Canonicas tenentur in Ecclesia universali, si Sanctissimo placuerit, die II Decembris, MDCLXXIII. Et facta de prædictis relatione, Sanctitas sua benigne annuendo, sensum ejusdem sacræ Congregationis approbavit et confirmavit, die XX Decembris *ejusdem: sicut etiam eadem auctoritate tunc fuit* in Scotiæ Patronam accepta, *ut habent Lectiones a successore approbatæ. Successor iste fuit* Innocentius XI; *qui similiter annuit* die IX Februarii MDCLXXVIII, *ratumque habuit, ejusdem sacræ Congregationis Decretum, quo* XXII *Januarii censuerat,* festum *istud* cum Officio et Missa Semiduplici ad libitum, ex concessione Apostolica hactenus celebratum die x Junii, imposterum transferendum et celebrandum esse singulis annis, die VIII Julii justis de causis. *Quæ illæ causæ fuerint, non libet divinare; cessare eas, declaravit nuperum anni* MDCXCIII *Decretum, quo die* IV *Martii S. D. N. Innocentius XII annuisse dicitur, ut Officium una cum festo reponeretur ad priorem diem* x *Junii;* remisso Sacrorum Rituum Congregationi libello, in quo Rex et Regina Magnæ Britanniæ, exponentes Principem Walliæ die x Junii ortum habuisse, supplicabant Sanctitati suæ, nedum pro repositione festi ad dictam diem x Junii, alias ad VIII Julii translati: verum etiam ut Officium, hactenus in universali Ecclesia ad libitum celebratum, in posterum (prout aliis die XV Septembris MDCXCI concessum fuerat) de præcepto; sub eodem tamen ritu Semiduplici, recitari benignissime concederet. E

approbavit Clemens X,

Innocentius XI in 8 Julii transtulit,

Not. 15

Innocentius XII pristinum restituit.

3 *Sanctitatem* Margaritæ *multis posteri laudibus extollunt Angli Scotique scriptores, quotquot ab ejus ætate ad nostra usque tempora regnorum istorum historiam tractaverunt, veteres et novi, etiam heterodoxi: sed nemo, cujus quidem scripta habeantur, fidelius quam Auctor Vitæ, a nobis ex membraneo Codice Valcellensis in Hannonia monasterii, nunc nostro, dandæ, eamdem jussus scribere a Regina Anglorum* Mathilde, *ipsius Sanctæ sancta filia, Henrico I nupta;* quam Dorobernensis Archiepiscopus Anselmus, die Dominica festivitatis S. Martini Reginam consecravit et coronavit an. MC, *uti in Gestis Regum Anglorum scribit Simeon Dunelmensis, seculo* XII *Auctor, nominat* Theodoricum, servorum S. Cuthberti servum, *eoque se indicat Monachum Dunelmensem, familiarissimum tamen sanctæ Reginæ; qui et ipsi a Confessionibus dum fuerit, ut indicat num.* 12, *et totius vitæ rationem acceperit ex ore, non multo post ut prædixerat morituræ num.* 27, *et num.* 28 *narrat ejus* obitum, sicut ab ejus Presbytero didicit, quem ipsa propter ejus simplicitatem, innocentiam, castitatem præ ceteris familiarius dilexerat, *qui* Reginæ in extremis Vitæ inseparabiliter aderat, et egredientem de corpore animam... precibus Christo commendaverat; *atque* post mortem Reginæ, pro ipsius anima perpetuo se Christi servitio tradidit; et ad sepulcrum incorrupti corporis sanctissimi Patris Cuthberti suscipiens habitum Monachi, seipsum pro ea hostiam obtulit; cum sæpius inde a me quæritur, *inquit Theodoricus,* ita referre cum lacrymis solitus. F

Vita jussu Filiæ, Henrico I Angliæ Reginæ scripta a Theodorico Dunelmensi,

Sanctæ Confessario

4 *Hæc ideo pluribus deducere oportuit, quo appareret, fieri non posse, ut ultimum istud obsequium, quod fuit Presbyteri, familiaris quidem, sed adhuc juvenis, impenderit* Margaritæ Turgotus, secundus Prior Dunelmensis, et postea Archiepiscopus S. Andreæ in Scotia. *Deinde, non solam nominis diversitatem obstare, quo minus idem* Turgotus *fuerit Vitæ hic dandæ scriptor: licet eumdem crediderit Joannes Tinmuthensis in nova Legenda Sanctorum Angliæ, edita a Joanne Capgravio; dum id quod* Theodoricus *de se narrat num.* 27, *in prima persona loquens; mutatis leviter verbis, hoc compendio reddit:* Vocato demum Confessore suo Turgoto vitam suam replicare cœpit... cumque de necessariis sermonem finisset; Vale, inquit:

quod de Turgoto Priore Dunelmensi accipiunt aliqui

A inquit: ego post hæc in hac vita diu non subsistam: tu vero post me [non] parvo tempore vives. Duo sunt quæ a te postulo: unum, ut quamdiu vixeris animæ meæ in Missis et orationibus memineris; aliud, ut filiorum meorum ac filiarum mearum curam impendas.

alii faciunt hunc Auctorem Vitæ alterius, ab eo jam Episcopo vernacule editæ;

5 *Hector Boethius Deidonanus, qui Scotorum Historiam libris* XIX *scripsit an.* MDXXVI *lib.* 12, Turgotum *laudat, ut* virum sanctissimum doctissimumque: *cumque narrasset, quomodo is* Prior Dunelmiæ, *cum* Wilhelmo Dunelmensi *et Malcolmo Rege Scotiæ*, diruto veteri templo, novi fundamenta jecit (*quod an.* MXCIII *factum*, III Idus Augusti, Feria V *scribit Simeon Dunelmensis*) *de ipso Turgoto addit, quod* post aliquantum temporis, *puto, post annos* XIV, factus S. Andreæ Episcopus, Vitam D. Margaritæ et Malcolmi Regis conscripsit, vernacula quidem lingua, sed non minori elegantia quam pietate veritateque; ut qui illis familiarissimus, dum viverent, fuit, optimusque testis utriusque virtutum suarum extiterat. *Et paulo post*: Quanta vero in Deum pietate, quamque sancte cum hominibus Malcolmus et uxor ejus conversati, quanta etiam industria mores B hominum emendare conati sunt; facile intelliget, qui librum Turgoti de vita Malcolmi ac D. Margaritæ legere curaverit. *Hæc, quam damus, utrinque dici quidem posset; gesta secularia prætermittens, virtutes autem fere æqualiter tenens: apparet tamen, ut præter hanc, Latine scriptam a Theodorico, missamque in Angliam, cum adhuc Prior Turgotus esset, alia prolixior a Turgoto jam Episcopo vernacule fuerit compilata, quæ in Scotia permanserit, Boethii ætate passim nota, et nunc frustra desiderata.*

uterque potuit Reginæ familiaris fuisse,

6 *Neutri obstat quod Dunelmensis Episcopatus, Angliæ non Scotiæ pars esset; communi enim tunc utriusque gentis erga S. Cuthbertum, velut communem Patronum, devotio: diœcesim illam faciebat utrisque communem æstimari: Scotis, conterminæ sibi Northumbriæ bonam partem totamque Cumbriam, Dunelmiæ conterminam, obtinentibus. Hinc autem facile intelligitur, quomodo accipere inde Regina potuerit Confessarium, et ipse Turgotus, officii causa sæpe obligatus etiam ad Scotorum Regiam excurrere, potuerit in magnam Regum istorum familiaritatem venire, non numquam etiam adhiberi ad Confessionem. Quia autem tunc temporis usitatissimum erat, in scribendis epistolis, sola initiali nominis littera uti, quæ in casu erat T; indeque sæpius contigit alterari* C *nomina, ab iis qui ad longum extendere ea postmodum præsumpserunt; potuit etiam in Prologo Vitæ, pro* Theodorico, *obrepsisse* Turgotus, *et contra.*

et nomina facile alternari;

7 *Non potuit tamen convenisse* Turgoto, *tunc Priori, ac postea Archiepiscopo, ut eo veluti ordinario Confessario, et quidem ab initio sui cum Malcolmo matrimonii, ac tempore longiori, usa fuerit Sancta; non ante annum* MLXX *viro nupta. Nec enim solum de se scribit Auctor Vitæ num.* 17, *quod Regina secum* familiarissime loqui suaque secreta pandere dignabatur: *sed etiam, ut num.* 12 *præmiserat, solebat ipsum* arguere, *quod* rarius et tepidius quam vellet, *indicaret*, quidquid in ejus vel verbo vel facto reprehendendum pervideret. *De Turgoto autem constat ex vitæ ejus compendio apud Simeonem præfatum, quod intra primos annos Wilhelmi Conquestoris, puta circa annum* MLXX, *adhuc secularis Clericus et satis bene litteratus, ex illius elapsus custodia, qua pro Lincolniensi Comitatu obses tenebatur, ad Olaum Norvegiæ regem delatus est; indeque, cum multa quam ibi docendo acquisierat pecunia, regressus, et ea amissa Dunelmum delatus, receptusque fuit in Monachum circa* MLXXXIV, *quatuordecim annis post nuptias Regias; quodque anno* MLXXXVII *factus sit Prior: et eo in munere ita se probarit Episcopo* Willelmo, *ut, necdum expletis in monasterio annis decem, ipsum* ante totius Episcopatus populos producens, vices suas etiam super ipsos ei injunxerit, ut scilicet per Archidiaconatus officium, Christianitatis curam per totum ageret Episcopatum: *quemadmodum ipsemet Turgotus scribit, in Historia Dunelmensis ecclesiæ, quam ejus, non Simeonis esse, licet sub hujus nomine impressa habeatur, Henschenius sagaciter animadvertit, ad* XX *Martii acturus de Translationibus S. Cuthberti.*

non tamen omnino apta Turgoto, qui de se scribat auctor Vitæ,

D

Vita cont. D. P. [illegible] Turgoti [illegible]

Prior Vita sub Edgaro

8 *Cum Vita Latina scribebatur, jam juxta Reginæ prædictionem, num.* 27 *notatam, aliquos ejus [illegible] Auctori; et* ejus, *inquit*, sobolem in dignitatem honoris sublimatam aspicio; *quod non solum de filia Mathilde Anglorum Regina intelligendum videtur; sed etiam de Edgaro filiorum tertio, qui post patruum, et Duncanum fratrem suum Nothum, regnum Scotiæ adeptus est, anno* MXCVII, *et tenuit usque ad an.* MCVII, *quando ei defuncto successit Alexander, sororis Mathildis, anno* MCXVIII *defunctæ, trigesimum superans annum. De priori tamen, potius quam de posteriori patrimonii Theodoricum, quæ num.* 30 *narrat, quomodo patris ac fratris mortem nuntiatam ceperit* filius ejus, qui post patrem regni gubernacula, jam tunc in præsenti tenet, rediens de exercitu: *nihil autem dicit de Regio corpore, Tinnemutho Edinburgum relato, uti tamen ab Alexandro regia pompa curatum scribit Boethius. De tempore ejus Vitæ, quam Turgotus [illegible] debet, ex Episcopatu quem suscepit anno* MCVII, *defunctus* MCXV. *Hanc ego Vitam, ut post eos secundam, ac forte post regiorum corporum Tinnemutho translationem, eo magis optarem inveniri, quod sperem ibi [illegible] defunctæ [illegible] cultum promoverint, [illegible]: magna eam conjectura ducor, Alexandri Regis jussu collectam, ad Scotorum devotionem erga optime meritam magis extimulandum.*

altera sub Alexandro [illegible]

Ailredi etiam [illegible] Vita hausta [illegible] apud Capgravium et Surium

9 *Laurentius Surius, qui in priori anni* 1571 *editione Margaritam omiserat; in secunda anni* 1579 *inseruit nescio per quem acceptam Vitam, sub nomine* incerti Auctoris, *perfectus, quod eam* S. Adelredus Abbas plane conscripsit. *Fuit hic* Abbas Rievallensis, *Ord. Cisterciensis in agro Eboracensi; cujus, ut anno* MCLXVI *defuncti, Vitam ex Capgravio habes ad* XII *Januarii nostri. Opera ejus Joannes Baleus Cent.* 2 *Cap.* 99 *ex eoque Joannes Pitseus recensentes,* Ealredum *nominant. In his notatur,* Vita Margaritæ Reginæ lib. I, *sed eam sibi non esse visam ambo testantur, cum omittunt, quæ alibi addunt, primaria ejus verba. Inter scriptores vero [illegible] ad nosque perlatos, quartus est* Ethelredus, *atque inter alia ejus ibi scripta Epistola* ad illustrem Ducem H, *id est Henricum, postea Anglorum Regem, Sanctæ ex filia Mathilde nepotem; cui Epistolæ, anno* MCXLIV *scriptæ, in volumine prædicto ponitur titulus,* Genealogia Regum Anglorum. *Hic, cum verbatenus eadem reperiam, quæ ad Theodorici contextum adduntur apud Capgravium de Regina Mathilde, veluti accepta ex ore Davidis, Regis ac fratrum natu minimi et testis oculati: vehementer suspicor, nihil de Sancta scripsisse illum, nisi quæ in prædicta Genealogia loquuntur. Si tamen aliquid amplius scripsit, etiam hoc vehementer optatur. Denique non omittendus hic noster P. Guilielmus Aloysius Leslæus, qui eleganti Italico stylo an.* 1675 *Romæ vulgavit Vitam S. Margaritæ, unde sub finem addenda hic erunt aliqua.*

F

§ II

A

AUCTORE D. P.

§. II De anno ac die mortis, ex veterum potius quam recentiorum sententia definiendis.

Constat tertio post Regis cædem die obiisse Sanctam.

A*nnum et diem mortis, neque Theodoricus nec Aelredus notaverunt : solum ex illis habemus, tertio die post cæsum cum filio in Northumbria Regem, obiisse Reginam. Sed quod isti prætermiserant indicare, habemus ex indubitabili testimonio Simeonis Monachi et Præcentoris Dunelmensis, qui Historiam de gestis Regum Anglorum perduxit a morte Bedæ usque ad obitum Henrici primi ; hic vero S. Margaritæ filiam, non minus sanctam, Mathildem, uxorem habuit, defunctus anno* MCXXXV. *Ibi ille, ad annum* MXCIII, *gesta inter Willhelmum Juniorem Angliæ Regem et Malcolmum Scotiæ, prolixe satis scribens, ultimum eos convenisse ait Glawornæ, sed mutuo non vidisse,* die festivitatis S. Bartholomæi, *id est* XXIV *Augusti : cumque impacati ad invicem discessissent, exercitumque quantum potuit collegisset* Malcolmus, ultimam deducturus desolationem, Northymbriam invasit : sed juxta flumen Alne cum primogenito suo Eadwardo perimitur, die festivitatis S. Briccii, *id est* XIII *Novembris.*

Istum vero casum 1093 13 Novem.

B

dicunt cæteri duo,

11 *Joannes Brompton ejusdem Ordinis et provinciæ, Abbas Jorvallensis, in Chronico quod ab anno* DLXXXVIII *ad* MCXCVIII *deduxit, eadem refert ad annum Willhelmi prædicti sextum (regnum autem is assumpserat anno* MLXXXVIII, V *Kal. Octobris) cumque dixisset quomodo* impacatus Malcolmus abscessit, *addit ;* quomodo mox cum regnum Scotorum ingressus esset, immensum exercitum congregavit, et irrumpens cum primogenito suo Edwardo, partes Boreales Angliæ hostiliter invasit, et eas usque Alewyk prædavit, et incendio devastavit : ubi a Roberto Moultay Consule Northumbriæ, et a propinquo suo Morello Milite strenuissimo, et aliis militibus provinciæ istius, die S. Briccii cum Edwardo filio suo occisus est. *Sub quibus testimoniis facile contemnitur recentiorum Boethii et Leslæi auctoritas, istis non visis, annum* MXCVII *cladi adscribentium : et Camerarii annum* MXCII *notantis. Ex prænominatorum vero auctorum sententia de anno mortis, definiri etiam potest annus Translationis : hæc enim ex Breviario Aberdonensi infra num.* 49, *dicitur facta* de tumba lapidea, ubi *S. Margaritæ* ossa per annos centum sexaginta septem requieverant. *Quos si addas annis* MXCIII, *habebis annum* MCCLX.

et annum 1097 refutant.

C

12 *Uterque Auctor addit de Regina ; prior, quod* post tres dies occisionis Regis soluta carnis vinculis est ; *alter, quod* vitam hujus seculi post triduum feliciter terminavit. *Quibus præivit Vitæ scriptor Theodoricus, licet ab illis non visus ; narrans, quomodo* quarta ante obitum suum die, cum Rex in expeditione esset.... tristior solito effecta, sibi assidentibus dixit : Forte hodie tantum mali regnis Scotorum accidit, quantum multis retro temporibus non provenit. *Ipso autem die, quo filius ejus alter a clade regrediens eam nuntiarat,* ad Christum migravit; *uti pluribus eadem Vita narrat. Recte igitur Joannes Molanus, in recentioribus suis ad Usuardi Martyrologium Additionibus primæ editionis, factæ Lovanii anno* 1558, *ad* XVI *Novembris scripsit,* in Scotia S. Margaritæ Reginæ, cujus Vitam Turgotus scripsit ; *sed non recte, Hectorem secutus ad* XV *Octobris posuit,* In Scotia S. Malcolmi I Regis, qui ex Hungaria conjugem habuit B. Margaritam, et sanctitate clarus in Domino quievit, anno MXCVII. *Sed hæc omnia in posterioribus editionibus, Lovaniensi anni* 1573, *et Antuerpiensi anni* 1583 *prudenter expungenda curavit idem Joannes Molanus : nec enim ille I, sed III* Malcolmus *fuit : et si aliquando a Scotis fuit honoratus ut* Sanctus, *propter miraculum in translatione uxoris factum anno* MCCLX, *id suadere debuisset, ut hoc* X Junii *simul uterque proponeretur. Non etiam clades accidit* Idibus Octobris anno supra millesimum septimo et nonagesimo, *ut Boethius nescio unde accepit; multo minus* quarto Idus Junii, *ut apud Capgravium, et ex eo apud Surium legitur.* D

Obiit ergo Regina 16 Novemb.

quo illam retulit Molanus ;

sed Regem male 15 Octobris.

13 *Cum autem turbatis per Regis ac Reginæ mortem rebus, exclusi a successione filii essent, et patruus eorum evectus ad thronum, ac mox eorumdem frater nothus ; perfunctorie satis curatum* Margaritæ *funus est ; neque singularis ullus illi habitus honor, nullis initio miraculis illustratæ ; uti præsumere facit præcitatorum omnium Auctorum de miraculis silentium. Nemo eorum etiam* Sanctam *vocat, sed* Venerandæ memoriæ *Theodoricus, ut mirum non sit, distinctam notitiam diei mortualis in populo perditam, novæ ac majori alicui solennitati prorsus cessisse, quæ fuerit Acta die* XIX Junii, *ac deinde retracta ad* X Junii.

Unde illa diei mortualis obscuritas,

præ die translationis ?

14 *Id quod considerans Molanus in duabus posterioribus editionibus, prælucente sibi in secunda editione Surio, sic scripsit minutiori Romano charactere, velut de Sancta eatenus necdum in ullo Martyrologio a se inventa, sed aliunde cognita :* In Scotia S. Margaritæ Reginæ : *et Annotatione 4 addidit ;* De Margarita, Surius, et qui notantur a nobis 16 Novembris ; *ubi non solus Turgotus, uti in prima editione, sed prius allegatur* Historia S. Ealredi Abbatis Rhievallensis, *et additur (ex Balæo verosimiliter)* Scripsit Ealredus Vitam D. Eduardi Regis et Confessoris, Vitam Davidis Regis Scotiæ, Vitam sanctæ Margaritæ Reginæ Scotiæ. *De* Malcolmo *autem, quem antea male retulerat ad* XV Octobris, *quemque jam intelligebat* XIII *Novembris obiisse, nihil hoc die posuit. Hoc animadvertentes Romani Martyrologii recognitores sub Gregorio XIII, judicarunt sibi quoque omittendum* Malcolmum, *sed pro* Margarita *retinendum diem* X Junii, *non tamen tamquam diem mortis : et ideo, absque mentione* Natalis *vel* Depositionis, *alias solitæ indicari, simpliciter legi jusserunt :* In Scotia S. Margaritæ Reginæ, amore in pauperes et voluntaria paupertate celebris. *Quomodo autem hujus et Regis* Malcolmi *corpora, elevata fuerint, eorumque feretra publicæ venerationi conjunctim exposita, ac denique in Hispaniam ad Escuriacense Sanctuarium curante Philippo II translata, videbimus in Appendice 2 ad Vitam.*

Molanus postea Malcolmum omisit.

E

Margarita Martyrol. Rom. inscripta ;

utriusque ossa pariter elevata.

PROPYLÆUM AD VITAM

F

Ex Genealogia Regum Aelredi Abbatis Rievallensis, et aliis.

§. I. *Regiæ familiæ historia, a morte R. Edgari, qui fuit abavus S. Margaritæ, usque ad hujus cum Malcolmo Scotiæ Rege matrimonium.*

Translato ad cœlestia regna rege Ædgaro *a*, in regno terreno filius ejus Edwardus successit, qui injuste ab impiis interfectus, tum ob vitæ sanctimoniam, tum ob mortis acerbitatem, Sancti *b* nomen et meritum, Deo donante promeruit. Cui frater ejus Ethelredus successit. . . . . et missis in Normanniam nuntiis Emmam, filiam Ricardi Ducis, sibi in uxorem dari petiit et accepit; cum jam de filia Torethi, nobilissimi Comitis, filium suscepisset Edmundum. Ex Emma deinde duos habuit filios, Edwardum et Alfredum. . . . . cum autem laboriosissime, sed strenuissime regnasset triginta et septem annis *c* Lundonii obiit, Edmundum filium suum, laboris et regni relinquens heredem : de cujus mirabili fortitudine quidquid dicetur minus esset,

a Ethelredus succedens fratri S. Eduardo M.

b Edmundum et Eduardum gignit.

c

A esset, unde ob invincibile robur corporis Yrensyde *d* id est Ferrei lateris, nomen accepit. *Narrantur, deinde hujus cum* Knuth *sive* Canuto *Dano prælia, ac demum utriusque duellum, sublata conventione de partiendo regno diremptum. Sequitur mors* Edmundo proditorie *illata anno* MXVI: *quam ulciscens* Knuth *poterat laudem summam meruisse, sed hanc corrupit,* volens tam fratres Edmundi, qui in Normannia exulabant, quam filios ejus puerulos, Edmundum et Edwardum, spe regni penitus privare. *Narratur etiam quomodo convocati Proceres, prævaricantes fidem et justitiam;* Knutho *regnum detulerint, quasi* Edmundus *eum liberorum suorum tutorem constituerit, mentiti in suum ipsorum caput.* Cum enim monarchiam insulæ faventibus illis Knuth obtinuisset; omnes qui primi in illo fuere consilio exterminavit, et quotquot de semine regio superstites reperit vel regno pepulit vel occidit.

d Edmundus, Ferrei lateris dictus,

regnum cum Canuto Dano partitur:

hic ducit illius viduam, filios in Suecium ablegat,

2 At puerulos filios Edmundi ferire metuens, ad Regem *e* Suavorum eos interficiendos transmisit, Rex vero Suavorum, nobilium puerorum miseratus ærumnam, ad Hungarorum Regem *f* eos destinat nutriendos: quos ipse benigne excepit, benignius fovit, benignissime sibi in filios adoptavit. Porro B Edmundo filiam suam dedit uxorem; Edwardo, filiam germani* sui *g* Henrici Imperatoris in matrimonium junxit. Sed paulo post Edmundus de temporalibus ad æterna transfertur; Edwardus sospitate et prosperitate fruitur. Interea mortuo Knuth *h* et filiis ejus qui regnaverant post eum; Edwardus, frater Edmundi, filius Ethelredi, qui in Normannia *i* exulabat..... veniens in Angliam, ab universo Clero et Populo cum maxima exultatione suscipitur, et Wintoniæ die sancto *k* Paschæ..... consecratur..... Qui cum pacem tam a suis quam ab extraneis obtinuisset, dirigit nuntios *l* ad Romanum Imperatorem, rogans ut nepotem suum, scilicet filium fratris sui Edmundi Ferrei-lateris, debiti sibi regni futurum heredem, mittere dignaretur. Imperator autem, Regis nuntios gratanter excipiens, non parvo tempore summo cum honore detinuit.

e

f

**imo Scti g qui in Hungaria regias sortiuntur nuptias:*

h i k l

eorum patruus S. Eduardus Confessor

3 Tandem paratis navibus, et omnibus quæ navigaturis necessaria videbantur allatis, Edwardum cum uxore sua Agatha, germani sui filia, liberisque ejus, Edgaro Edeling *m*, Margarita atque Christina, cum magna gloria et divitiis, sicut Rex petierat, ad C Angliam misit. Qui prospero cursu in Angliam veniens, tam Regem quam Populum suo lætificavit adventu: sed post paucos dies vita discedens, gaudium in luctum, risum mutavit in lacrymas. Nec multo post ipse Rex.... exactis in regno viginti tribus annis, et mensibus sex, et viginti septem diebus, in Vigilia Epiphaniæ (*anno* MLXVI) felici morte vitam laudabilem terminavit, totamque insulam lacrymis et dolore implevit. Quo tumulato..... quidam Edgarum Edeling, cui regnum hereditario jure debebatur, Regem constituere moliuntur. Sed quia puer *n* tanto honore minus dignus videbatur, Haroldus *o* Comes de genere proditorum, cujus erat et mens astutior, et crumena fecundior, et miles copiosior, sinistro omine regnum obtinuit: *qui, sicut Hector Boethius scribit,* Edgarum et matrem sororesque ejus, quocumque libebat libere errare Londini, ubi agebant, permittens; ac veluti fortunam contempsisset, innoxium eum in regno suo reliquit, qui verus erat regni heres. Veruntamen Agatha, filio suo metuens, in suum eum recipiebat diversorium, diligentissimeque observabat.

m nepotem Eduardum cum familia invitat ad sibi succedendum,

n o sed utroque mortuo circumdatum Idem Edwardi, anno 1066

4 *Narrat deinde idem scriptor, quomodo* Haroldus, *anno causa in Flandriam excursurus, præter opinionem coactus fuerit in Normanniam appellere: simulansque se venisse affinitatis ac pacis causa, filiam Wilhelmi Ducis impetraverit uxorem; sed reversus in* D *Angliam, patri remiserit cum contumelia; quæ causa Wilhelmo fuerit arma expediendi. Sed in tali narratione prævertitur itineris illius tempus et causa: uti intelligitur ex Radulfo de Diceto, distinctius omnia prosecuto, quibus hic nolo immorari: numquam etiam Normanni filiam Alam uxorem accepit, solum accepturum se spoponderat, alia insuper multa pollicitus quorum nihil servavit. Aelredus istis omnibus postpositis, solum ait, quod* Audiens Wilhelmus Dux Normannorum, nullum de regio semine, sed Haroldum, consobrini sui Edwardi regnum invasisse, quod ei et jure consanguinitatis, et antiquæ inter ipsum et Edwardum conventionis, sed et ipsius Haroldi cum sacramento *p* sponsionis, justius debebatur; contracto a partibus transmarinis innumerabili exercitu, in Angliam venit, et Dei judicio ipsum Haroldum regno simul et vita privavit (XIV *Octobr.* ..., *postea d(ie) m quo regnare cœperat anni et in Natali Domini Regem se coronari fecit.* Cernens autem Edgarus Edeling, res Anglorum undique perturbari; ascensa navi, cum matre et sororibus, reverti in patriam qua natus est conabatur: sed orta in mari tempestate, in Scotia applicare compellitur. Hac occasione actum est, ut Margarita Regis Malcolmi E nuptiis traderetur: cujus mortem pretiosam liber inde editus satis insinuat: soror ejus Christina in Christi sponsam benedicitur. *Hactenus* Aelredus, *a cujus etiam calamo habemus vitam* S. Edwardi, *Regis pii fuit et Confessoris. A tr(i)lo coævus fuit* Simeon Monachus et Præcentor Dunelmensis, *qui suam annorum* CCCXXIX *Historiam finit in anno* MCXXIX.

AUCTORE D. P.

et cæso Haroldo regnum obtinet Wilhelmus Normannus

p

Eduardi filius Edgarus, cum matre et sororibus,

Not. 16

5 *Hic, de adventu* S. Margaritæ *in Scotiam, ita scribit ad annum* MLXVIII. Post hæc, *adulta scilicet jam ætate*, quique Northumbranæ gentis nobiliores, Regis Willielmi austeritatem devitantes, assumptis secum Edgaro Clitone, et matre sua Agatha, duabusque sororibus Margareta et Christina, navigio Scotiam adierunt, ibidemque Regis Scotorum Malcolmi pace hiemem transegerunt. *Quod autem ... Credibile est, simul deinumque ... navigationem ... Scottiam ... autem Dei ... caram sibi familiam, eamque interim subducentis periculo ... Northumbria (quæ illa ... ut quam longissime ... Haroldi Regis ... in Northumbria, ... illam Scoti populabundi ... Scotos ... Simeon ad annum* MLXX *... .* Per idem tempus infinita Scottorum multitudo, ducente Malcolmo Rege, per Cumbreland traducta, universam Tesedale et ejus finitima loca ultra citraque feroci devastans populatione ... *tam depopulata* Cavelande..... per terras S. Cuthberti ferociter discurrens, omnes omnibus rebus, nonnullos et ipsis privat animabus. Tunc et ecclesiam S. Petri in Weremuthe flamma suorum, ipso inspectante, consumpsit.....

an 1068 in Scotiam se recipit

F

inde anno 1070 rediturus in Hungariam

6 Ibi cum circa ripas fluminis equitaret, deque altiori loco suorum crudelia in miseros Anglos facinora prospiciens, tali spectaculo animum et oculos pasceret; nuntiatum est illi Clitonem Eadgarum, suasque sorores regiæ stirpis puellas decoras, plures que alios prædivites, de suis sedibus profugos in illum portum applicuisse navibus. Ipsos ergo dexteris venientes ad se benigne alloquitur, eisque cum suis omnibus regni sui habitationem quamdiu vellent cum pace donavit firmissimam .... *Peracta autem populatione prædicta, cujus credelitatem ... Simeon describit:* repleta est, *inquit*, Scotia servis et ancillis Anglici generis; ita ut etiam usque hodie nulla, non dico villula, sed nec domuncula sine his valeat inveniri: *unde amplam exercendæ caritatis*

ad Weremutham occurrit Malcolmo R. Scotiæ,

a quo benigne habitus navigationem resumit,

A *vitatis præparatam sibi materiam reperit, appellens in Scotiam Margarita. Nam, ut prosequitur idem Simeon,*

sed tempestate rejectus in Scotiam,

7 Reverso in Scotiam Malcolmo, Egelwinum Episcopum Dunelmensem, versus Coloniam incipientem navigare, mox ventus surgens contrarius in Scotiam repulit: quo etiam Clitonem Eadgarum cum suis *Agatha matre et sororibus* prospero *idem ventus* pervexit cursu. Cujus Eadgari sororem Margaritam Rex Malcolmus, consensu propinquorum illius, matrimonio sibi junxit; feminam regali prosapia nobilem, sed prudentia et religione multo nobiliorem, cujus etiam studio et industria Rex ipse, deposita morum barbarie, factus est honestior atque civilior..... *Hector Boetius utrumque adventum Edgari in Scotiam in unum conflans, cetera haud paulo* ***distinctius prosequitur, his verbis :***

8 Adversis ventorum flatibus aliquandiu jactatus *Edgarus*, tandem incolumis cum suis in Fortheum æstuarium delatus, in eum sinum, qui et hac nostra memoria D. Margaritæ a sorore ejus dicitur,

cujus neque ... neque excepitas a Rege,

classem appulit. Quorum adventus ubi ad Malcolmum Regem, qui tum Dounfermelini agebat, nuntiatus fuisset; ad eos emisit nuntios, qui genus ac nationem perquirerent, et quid eo loci acturi venissent. Ceterum ubi regia ortos stirpe accepit, Anglos natione; haud immemor, quæ nuper ab Edwardo acceperat beneficiorum, comitatus florente nobilium adolescentum turma, navem accessit. Edgarus vero, ubi ad se Regem venire intellexisset, quam potuit ornatissime, cum matre et sororibus, obviam Malcolmo processit, omnesque humanissime a Rege excepti, in aulam regiam cum magno omnium, adducti sunt applausu. Post aliquot autem dies Malcolmus, perspecta Margaritæ probitate ac moribus optimis, captus virtutibus virginis, matrem de nuptiarum contractione compellat. Nec renuit mater: quippe quæ sciebat, se numquam parem illi in orbe terrarum filiæ suæ maritum, vel viribus vel opibus, si ipsum sprevisset, inventuram. Itaque ingenti nobilitatis totius regni festivitate et apparatu, post octavas Paschales, celebratæ sunt nuptiæ anno Christi sexagesimo septimo *imo septuagesimo* supra millesimum; ac sponsa Margarita in Reginam solemni more coronata.

matre annuente sororem Margaritam eid uxorem tradit anno 1070

9 Wilhelmus Nothus Rex Angliæ, ubi quæ facta in Scotia erant, audivisset, veritus nequando mala imminerent, cum amicos adhuc Edgari multos Angliæ haberet, ne quid illi per seditionem novi molirentur, omnes proscripsit: quorum ingens in Scotiam numerus ad Malcolmum pervenit. ... compluria ad Edgarum vasa, celata magno artificio, partim aurea, partim argentea, afferentes: Sanctorum quoque Reliquias quasdam; inter quas pretiosissima illa Crux nigra, quam postea Rex David cœnobio, suis impensis in Laudonia ædificato, donavit, unde et nomen obtinuit. *Hactenus Boethius. Cum autem ea Crux ex Vita num. 29 intelligatur Edimburgi adfuisse cum Regina moriebatur, et filio ejus, Regi Davidi, Carleoli in Cumbria morienti sicut dicitur hic infra num. 21 eadem Crux exhibita legatur in Appendice num. 37, consequens fit, eam non uno semper loco fuisse, sed Davidem, sua fortassis mortis præscium, ipsum attulisse, aut in itineribus circumferre solitum fuisse, inter capellæ regiæ instrumenta.*

nequidquam ... Normanno;

C

et amicos Edgari proscribente,

10 ***Quid post prænotatam amicorum Edgari proscriptionem secutum sit, prosequitur, dimidio seculo posterior Hectore, Georgius Buchananus, pessime quidem de Religione et Ecclesia, de Historia tamen Scotica, primis præsertim decem libris, non male meritus, cujus hic verba placet transcribere.*** Gulielmus *inquit*, facialem mittit, qui Edgarum deposceret, ac, ni dederetur, bellum indiceret. Milcolumbus *(sic enim ille mavult scribere, quam Malcolmus,)* crudele et nefarium ratus, supplicem, hospitem, affinem, hominem denique, cui ne inimici quidem ullum crimen objicere possent, ad supplicium dedere hosti immanissimo, quidvis potius pati decrevit. Itaque non Edgarum modo retinuit, sed et amicos ejus, maximo numero domo profugos, recepit prædiisque donavit. Bello inter Scotos et Anglos hac de causa orto *potius aucto, renovato* Sibardus Northumbriæ Regulus, Edgaro favens, copias cum Scotis conjungit. D

ipsumque sibi dedi postulante,

11 *Felicitatem, quam Gulielmus speraverat, justa arma* Malcolmi *successum habere ut. Itaque* Gulielmus, longo magis quam utili et necessario bello fatigatus, tandem lenita paulum ferocia, animum ad studia pacis adjecit. Pax his legibus facta, ut in Stanmora, quasi decus erecto lapidoso, limen regnorum describeretur..... Cumbriam Milcolumbus teneret, quo jure majores ejus jam tenuissent; Edgarus, a Gulielmo in gratiam receptus, ac prædiis amplis donatus, ut ab omni rerum novandarum suspicione abesset, quamdiu vixit numquam ab aula abscessit. *Pacem hanc veterum scriptorum Anglicanorum nullus describit, obiter eam attingere videtur Joannes Brompton, ubi ad annum* MLXXI *narrat, quomodo* post Assumptionem B. Mariæ, Rex Wilhelmus, propter mala quæ Scoti in Anglia fecerant, cum navali et equestri exercitu in Scotiam profectus est: cumque eam ingressus esset, Malcolmus Rex, nuntiis ad eum procul missis, ea quæ pacis sunt rogavit... occurritque ei in loco qui dicitur Adyrnythy, et homo suus devenit, *propter Cumbriam scilicet partemque Northumbriæ, sibi relictas.* E

ac denique pace composita cum recipiente in gratiam.

anno 1071.

ANNOTATA D. P.

a *Obiit* Edgarus *an.* 975.

b S. Edmundus, *fraude Novercæ occisus* 978.

c Ethelredus, *defunctus an.* 1015 (Egelredum *nominat Simeon*) *Emmam Normannam duxerat anno* 1002.

d *Odalrico Vitali in Norman. Hist.* Irne-zide, *Teutones utique dicerent* Yzeren-zyde: *obiit hic* Edmundus anno 1016.

e *Mirum est, quomodo ejus temporis scriptores Simeon, Aeredus, Bromptonus, etc. consentiant in hanc vocem, ut vel* Suavos *vel* Suevos *scribant, uti etiam Ordericus Vitalis; licet manifeste appareat* Suecos *vel* Suenones *ab iis intelligi: et sic dicit Bromptonus, quod* ***Canutus, consilio uxoris Emmæ*** *(quam, Ethelredi Regis viduam, sibi copulaverat, ut in regno omnino firmiter consisteret, filiis ejus in Normanniam missis,* accersito uno Dano, nomine Walgar, præcepit ei, pueros in Daciam duceret, et tantum de eis ibi faceret, quod numquam in Angliam amplius comparerent. Ille vero, acceptis pueris pietate commotus, eos, jussu Regis Kanuti postposito, ad Regem Suevorum, cui, secundum aliquos, illos Kanutus feriendos miserat, transvexit. Qui pueros elegantes miseratus, ad Regem Hungariorum Salomonem vitæ reservandos, et juxta eorum generositatem educandos, ulterius destinavit. Cumque Rex Hungariæ infantes vidisset, et de eorum generositate ex dicto Walgar didicisset, benigne eos recepit, et ut regios decuit filios educavit. *Inter illos, qui ipsi Regi missos pueros ad feriendum dicunt, Odoricus est, et nominat,* Suenonem Damæ Regem Fratrem Canuelli: *atque addit, quod iste,* orta occasione, Regi Hunorum illos, quasi nepotes suos, obsides dedit. F

f Salomonem *primus nominavit Bromptonus: sed graviter hallucinatus, alios plures post se in errorem traxit:* Salomon *enim, Henrici Nigri gener, ducta ejus filia Sophia, non nisi post annum* 1051 *in lucem venit; quando puerorum pater ab annis jam 36 obierat. Nominandus ergo fuit* S. Stephanus, *regno potitus*

A *tus an.* 1001, *ætatis* 32 : *qui ex uxore Gisela, S. Henrici Imperatoris sorore, genuisse potuit filiam necdum alibi nominatam, quæ paris ætatis Edmundo circa annum* 1030 *desponderetur a sancto Rege, usque ad an.* 1038 *adhuc superstite.*

g *Habuit S. Henricus, uti constat ex Vita S. Meinwerci Episcopi Paderborn.* 5 *Junii num.* 11, *patrem* Brunonem, *qui anno* 1003 *rebellibus junctus ac prælio victus, sed fuga elapsus, fortassis in Hungariam ad sororem, matre etiam Gisla adnitente, sequenti mox anno fuit receptus in gratiam. De hujus posteritate nihil quidem apud auctores legitur, uxorem tamen habuisse ex eaque liberos, facile est credere, in iisque fuisse filiam, quæ vel patre cito defuncto orba, vel alia ex causa, potuit fuisse commendata amitæ suæ et apud eam educata, donec facta nubilis Eduardo desponderetur. Itaque ubi, apud Ailredum et Bromptonum legitur,* germani sui Henrici, *puto legendum,* germani Sancti Henrici, *quod ita compendio scriptum, pro* Sancti, *librarii legerint* sui *Litteraque etiam S. indifferens ad* Stephani *et* Salomonis *nomina inchoanda, potuit aliquibus occasionem dedisse, unum alteri supponendi. Ailredus, initio libri fuse laudans filiam Margaritæ Davidem, dicit, quod* Religiosa Regina, *ejus* mater, de semine Regio Anglorum et Hungarorum extitit oriunda : *quasi* Agatha, *ipsius S. Stephani filia fuerit; licet Reginæ Gislæ dumtaxat neptem ex fratre prædicto alii faciant; quod et tenemus.*

B

h *Obiit Canutus an.* 1035, *duobus ex Emma filiis relictis, quorum* Haroldus *Danis,* Hardecanutus *Anglis imperaret. Sed ea designatio patris cito turbata fuit, donec* Haroldus, *solus in Anglia regnans, obiit an.* 1040; *et* Hardecanutus *advocatus successit, qui etiam ipse inter epulas obiit an.* 1042.

i *Missus illuc anno* 1036; *Emma matre, ut filiis ex Canuto genitis regnum stabiliretur, verosimiliter dissimulante : unde factum ut Eduardus, jam regnum adeptus, licet Sanctus, matri tamen semper minus benignus, facilis adversum eam aures susurronibus præberet, cum non levi alioquin scandalo. Redierat autem in Angliam Eduardus anno* 1041, *et a fratre Hardecanuto honorifice receptus, in aula ejus manserat, teste Simeone.*

k III Nonas Aprilis, *inquit Simeon Dunelmensis.*

l *Idem ad an.* 1054, Aldredum, Wigorniensem Episcopum, magnis cum exeniis, *misse ait; qui ab Imperatore Henrico Nigro,* simul et Hermano Coloniensi Archipræsule, magno exceptus cum honore,

C

ibidem per annum integrum mansit; et Regis ex parte, Imperatori suggessit, ut legatis Ungariam missis, inde fratruelem suum Edwardum, Regis videlicet Edmundi Ferrei-lateris filium, reduceret, Angliamque venire faceret. *Tunc autem adhuc in Hungaria regnabat Petrus, S. Stephani ex sorore nepos, ac recenter e vivis excesserit, quando Cæsareo Legatio dicta appulit, regnabatque Andreas; cui haud ingratum accidere potuit, externo hospite liberari. Andreas iste ex S. Stephani patruo Michaele, mediante Ladislao, prognatus dicitur a Bonfinio; quamvis sint qui Ladislaum velint Stephani fratrem fuisse, non patruelem : idemque* Salomonem *genuit, de quo supra, tunc adhuc puerum ac pene infantem.*

m Atheling, Adeling, Edeling, Elding, *pro varia dialecto scribitur; ab* Athel, Edel, *id est,* nobilis; *addit Bromptonus,* et Ling, *id est,* imago. *Inepte : cum terminatio* Ling *communis sit plurimis substantiveis, ab adjectivo aut verbo formatis, ut* Oosterlink, Eerstelink, Vondeling, Wisseling, *id est,* Orientalis, Primitivus, Inventitius, Commutatitius. *Simeon eodem significatu* Clitones, *et diminutive* Clitunculos *dicit; a Græco* Κλυτὸς, inclytus, celebris. *Quamquam autem hæc denominatio sæpe sumatur pro quacumque clari generis persona; antonomastice tamen eo titulo appellatur*

in Legibus Hoeli Boni, apud Spelmannum in Glossario, qui post Regem habet succedere. D

AUCTORE D. P.

n Puer, *decennis aut duodennis.*

o Haroldus, *Comes Cantii, filius Godwini Comitis, Kanuthi Dani per matrem nepos.*

p *Radulphus ait, expostulanti per legatum Normanno, respondisse Haroldum ;* Regnum, quod nondum fuit meum, quo jure potui dare vel promittere? *prætendebat autem se a S. Eduardo institutum heredem.*

q *Amplissimum illud tota Scotia est, nomen a Fortha fluvio habens, Fifamque provinciam a Lothiana dirimens : in hac autem, sesquimilliari a littore, jacet Edimburgum.*

r *Nempe post mortem Dunkani regis, an.* 1036 *vel* 1040 *chiatam, neglecto hujus filio in Regem assumptus fuit* Macbeotha *Scoti* Machabæum *vocant) Dunkani ex sorore nepos, initio pius, sic ut anno* 1050 *Romam profectus, teste Simeone Dunelm. argentum ibi sparserit : cum autem postea in manifestam tyrannidem declinasset,* Malcolmus *(cui peregrinationem istam Romanam, tempore ab auctoris mente alieno, adscribunt) invitantibus Procerum multis, ab Eduardo, ad quem confugerat, inductus in regnum est. Simeon ita rem narrat.* Anno MLIV strenuus Dux Northunbrorum Siwardus, jussu Regis Edwardi, et equestri exercitu et classe valida Scotiam adiit, et cum Rege Scotorum Macbeotha prælium commisit; ac multis millibus Scotorum... occisis, illum fugavit, et Malcolmum.... (ut Rex jusserat) Regem constituit. *Scoti id factum scribunt an.* 1061 ; *sed cum addunt* Eduardi Regis annum octavum, *qui non est alius quam* 1054, *aberrare in Chronologia noscuntur.* E

s *Anno* 1070 *celebratum fuisse Pascha oportet, die* IV *Aprilis : Octavam die* XI.

§. II. *Prosecutio Historiæ, a matrimonio Margaritæ usque ad mortem Davidis Regis, natorum ex ea minimi.*

Clito Edgarus anno 1086 in Apuliam abit,

ANNO MLXXX, *Simeone Dunelmensi teste, inter Reges rursum aliquid turbatum fuit : ob quod* Wilhelmus, autumnali tempore Robertum filium Scotiam contra Malcolmum misit; qui cum pervenisset ad Eglesbreeth, nullo confecto negotio reversus est. *Manebat interim apud Willelmum* Edgarus Clito, *et anno* MLXXXVI, licentia a Rege impetrata, cum CC Militibus mare transiit, et Apuliam adiit : cujus germana virgo Christina, monasterium quod Rumesia nuncupatur intravit, et vestem Sanctimonialis habituus recepit. *Sequenti deinde anno reversus, haud diu quiescere potuit. Moriente enim Willelmo seniore die* IX *Novembris, magna secuta rerum commutatio est; quia ille sic disposuerat, ut Wilhelmo Juniori, secundogenito suo, maneret regnum Angliæ; primogenito Roberto Ducatus Normanniæ.* F

sorore Christina in monasterio collocata

13 *Hos inter, difficile* Edgaro Clitoni *fuit ita se medium gerere, ut esset extra ictum calumniæ; maxime cum sororius ejus Malcolmus, suam istam esse occasionem ratus,* cum suis infinitis copiis, usque Ceastrum, non longe a Dunelmo sitam, pervenit, *uti scribit Simeon, hanc ejus quartam excursionem in Northumbriam designans. Itaque, licet ille nulla re ulterius tentata recesserit, nescio quo metu perculsus; ut Wilhelmus tamen in Normanniam profecturus, cum fratri eriperet, inter* obsides plures Angliæ Nobiles, secum *quoque* Edgarum duxit. *Deinde, contentione cum fratre inita, eumdem* post Eadgarum, honore, quem ei Comes dederat, privavit, et de Normannia expulit. *Qui cum in Scotiam refugisset,* Rex Scotorum Malcolmus cum magno exercitu Northumbriam invasit... Quo Rex audito, cum fratre suo Roberto rediit Angliam, mense Augusto; nec

et a novo Rege anno 1088 ejectus, in Scotiam profugit,

ubi inter utrumque Regem

multo

A multo post, cum classe non modica et equestri exercitu, Scotiam profectus est, ut Malcolmum debellaret..... Sed antequam intrasset Scotiam, paucis diebus ante festivitatem S. Michaelis, fere tota demersa est classis; multique de equestri exercitu fame et frigore perierunt. Cui Rex Malcolmus in provincia Loidis occurrit. Quod videns Comes Rodbertus, Clitonem Eadgartum, quem Rex de Normannia, expulerat, et tunc cum Rege Scotorum degebat, ad se accersivit; cujus auxilio fretus pacem inter Reges fecit..... ipsum etiam Eadgarum cum Rege Willielmo pacificavit.

AUCTORE D. P. mediator fit pacis;

14 *Sed pax inter Reges diuturna non fuit: nam anno* MCIII Rex Scottorum Malcolmus, *postquam* III Idus Augusti, feria V, *primum novæ ecclesiæ lapidem Dunelmi posuisset;* die festivitatis S. Bartholomæi Apostoli, Regi Willielmo Juniori, ut prius per legatos inter eos statutum fuerat, in civitate Gloworna occurrit; ut, sicut quidam Primatum Angliæ voluerunt, pace redintegrata stabilis inter eos amicitia permaneret. Sed impacati ab invicem discesserunt: nam Malcolmum videre aut cum eo colloqui, præ nimia superbia et potentia Guilielmus despexit; insuper etiam illum, ut secundum judicium tantum B Baronum suorum in sua curia rectitudinem sibi faceret, constringere voluit: sed id agere nisi in regnorum suorum confiniis, ubi Reges Scottorum erant soliti facere rectitudinem Regibus Anglorum, et secundum judicium Primatum utriusque regni, nullo modo Malcolmus voluit. *Hactenus Simeon Dunelmensis, eumque secutus iisdem verbis Joannes Brompton. Iidem, his narratis, mox subjungunt, velut rem eodem anno gestam, quod* Rex Scottorum Malcolmus, et filius ejus primogenitus Eadwardus, cum multis aliis in Northumbria, a militibus Rodberti Northymbrorum Comitis occisi sunt.. .. Exercitusque illius, vel gladiis confossi; vel inundatione fluminum, quæ tunc pluviis hiemalibus plus solito excreverant, absorpti sunt. Corpus vero Regis, cum suorum nullus remaneret, qui terra illud cooperiret, duo ex indigenis carro impositum, in Tynemuthe sepelierunt.

qua anno 1093 iterum rupta,

Malcolmus cum filio cadit

15 *Aelredus Rievallensis et Joannes Bromptonus, sicut in Comm. §. 2 dixi, ad* festivitatem S. Bricii, *id est* XIII *Novembris, cladem istam referunt, eodem modo, quo Simeon hic: sed longe aliter Hector Boethius sic narrans.* Willielmus Rufus, ægro stomacho vix concoquens, Scotos Cumbriam Northumbriæque partem possidere; bellum haud indictum movit, C occupato castello Alwick, ac cæso præsidio. Ita, repetitis nequidquam rebus, Malcolmus cum ingenti exercitu, principiis occurrere volens, in Northumbriam ingressus est, castellumque Alwick omnibus copiis obsedit. Jamque ad finem prope res perducta erat; cum audax quidam Miles Anglus, facinus magnum ac periculo plenum concipiens, equo ascenso pernicissimo, depositis reliquis armis, hastam modo, claves portarum castelli præfixas habentem, ferens, sicuti deditionem facturus, ad castra hostium accedit. Quem ubi venientem vidissent stationarii Scotici, læti omnes concurrunt; clamoremque gaudii indicem edunt; videlicet, perfecto (uti rebantur) tam diuturno labore; atque venientem ad Regem perducunt. Rex, clamore excitus, e tentorio prodit, visurus quid novæ rei illic tum actum esset. Anglus demissa hasta Regi claves porrigit, omnibusque in claves animo defixis, telo Regis oculum percutit sinistrum; subditisque extemplo calcaribus equo, in proximas silvas evasit. Rex inter manus suorum concidens, continuo expirat.

13 *Novemb.*

Hect. Boethii fabulosa narratio, quoad modum cædis;

16 *Fabellæ similis ea narratio videtur, eoque difficilius recipienda, quod nihil ejusmodi memorent Angli. Certiora haberi possunt, quæ porro subdit idem Boethius his verbis;* Scoti autem, occiso Rege Malcolmo, relicta castelli obsidione, diversi abiere unde D venerant, illo in Tynmuth, Angliæ Abbatiali cœnobio, sepulto. Post aliquot tamen annos, ab Alexandro filio effossum, Doumfermilem regia pompa, ad S. Trinitatis ædem, translatum, aiunt, ac conditum. Eodem tempore, alio vulnere percussa est Scotia. Nam Edwardus, Malcolmi primogenitus, levi prælio haud procul ab Alwico cum Anglis conserto, ex vulnere quod ibi accepit mortuus est, ac omnium ex regia familia primus Doumfermilem sepulturam sortitus (*si Ethelredum excipias, præmortuum parentibus, cujus ubi corpus an.* MCCCCXLIX *repertum putatur)* Margarita, ubi et viri et filii cladem accepisset, in castello Edimburgensi decumbens ex longa tabe, augente eam tristitia, post quartum diem, felicem animam expiravit. *His ultimis si non Anglorum omnino conveniat relatio, non ideo minus verosimilia mihi sint: nec enim mirum fuerit, si non ita distincte sciverint, uniusne dumtaxat an duorum corpora fuerint Tynnemuthi sepulta; vel quod, Regis corpore inter conferta circa ipsum cadavera non reperto, abeuntes Scoti, læsum in prælio Principem abduxerint secum; qui eodem tamen die sit mortuus.*

Quid ejus ac filii corpore factum?

NOT. 17

17 *Malcolmi* morte cognita, *inquit Simeon,* Regina Scotorum Margarita, tanta affecta est tristitia, ut subito magnam incideret infirmitatem. Nec mora, Presbyteris ad se accersitis, ecclesiam intravit; eisque peccata sua confessa, Oleo se perungi, cœlestique muniri Viatico fecit; Deum assiduis et intensissimis precibus orans, ut in hac ærumnosa vita diutius illam vivere non permitteret. Nec multo tardius exaudita est: nam post tres dies occisionis Regis, soluta carnis vinculis, ad gaudia (ut creditur) transivit æterna. Quippe dum viveret, pietatis, justitiæ, pacis et caritatis cultrix extitit devota: frequens in orationibus, corpus vigiliis et jejuniis maceravit, ecclesias et monasteria ditavit, servos et ancillas Dei dilexit et honoravit: esurientibus panem frangebat, nudos vestiebat; omnibus peregrinis ad se venientibus hospitia, vestimenta, et alimenta præbebat; et Deum tota mente diligebat.

E *Mortua post triduum Regina*

18 Qua mortua Dufenaldum, Regis Malcolmi fratrem, Scoti sibi Regem elegerunt; et omnes Anglos, qui de Curia Regis extiterunt, de Scotia expulerunt. *Quid autem Regiis liberis factum?* Edgarus, Margaritæ frater, *inquit Boethius,* nepotum suorum capitibus timens, secretis nuntiis eos in Angliam vocat. Venere ii tres, Edgarus, Alexander, et David, cum duabus sororibus, quos lætus excepit, et quam potuit occultissime aluit. *Interim* filius Regis Malcolmi, Dunecham *nomine* Regem Willielmum, cui tunc militabat, ut ei regnum sui patris concederet petiit, illique fidelitatem juravit: et sic ad Scotiam, cum multitudine Anglorum ac Normannorum properavit, et patruum suum Dunefaldum (*decimo octavo post regnum occupatum mense*) expulit, et in loco ejus regnavit. *Recentiores scriptores* Nothum *appellant, quod portet eum fuisse, si nullam uxorem, præter Margarita, Malcolmus habuit. Prius certe natum vix dubitaverim: nec bene ei convenisse cum patre oportet, qui, ferventibus quam maxime inter Scotos Anglosque dissidiis, Anglorum Regi militabat, ne quid pejus suspicer.*

Dunaldus Regis frater Rex eligitur:

Reginæ liberi in Angliam fugiunt: F

eorum frater nothus Dunkanus pulso patruo regnat:

19 Deinde nonnulli Scotorum in unum congregati *(inquit Simeon)* homines illius omnes peremerunt, ipse vero vix cum paucis evasit. Verumtamen post hæc illum regnare permiserunt, ea ratione, ut amplius in Scotiam nec Anglos nec Normannos introduceret, sibique militare permitteret. *Willielmi animum non potuit non movere illata suis Anglis Normannisque injuria. Cum ergo* miles quidam Orgarus nomine, *ut inquit Boethius,* ex calumnia optimam mercedem

orphanos Rex Angliæ protegit:

et audita Dunkani cæde,

A mercedem sperans, Edgarum apud Regem læsæ majestatis accusasset, quod sese ac nepotes suos, quos in hoc clam alebat, Reges veros regni *Anglicani* dixisset : et is importunæ cupiditatis meritas pœnas dedisset, devictus et occisus ab Equite quodam, qui suscepta Edgari causa, pro rei veritate decernenda, singulare certamen susceperat. *Cum, inquam, sic innotuisset Willhelmo regia Malcolmi soboles, suo in regno apud patruum conservata; non modo huic non succensuit; sed, gavisus invenisse quos Dunkano ingrato opponeret, benigne habuit; et (sicut iterum narrat Simeon* anno MXCVII Clitonem Eadgarum ad Scotiam cum exercitu misit, ut in ea consobrinum suum Eadgarum, Malcolmi Regis filium, expulso patruo suo Dunefaldo, qui regnum *cæso Dunkano iterum* invaserat, Regem constitueret; *Alexandro et Davide cum sororibus, tamquam fraternæ fidei obsidibus, in aula sua honorifice retentis.*

primogenitum Edgaro patruo reducendum committit.

20 *Hactenus Simeon, cujus narrationem completurus Boethius (quamquam eum non legerit, certius alias definiturus annos)* Edgarus, *inquit*, per legatos primum agendum ratus, si quid verbis proficere posset repetit regnum a Dunaldo, pulcherrimos in Laudo-

B nia agros se daturum illi spondens, si petitis acquievisset. Ceterum tantum abest ut Dunaldus imperata perfecerit, ut etiam manus a violatione legatorum non abstinuerit. Nam fœde pulsatos, in carceres conjecit; ac paulo post, ut scelus plenius factum esset, etiam interemit. Tum Edgarus... in Scotiam iter ingreditur. Verum ubi cum copiis ad Dunelmum consedisset, per somnium superne monitus, ut si vexillum, quod divi Cuthberti erat, secum ferret, haud dubiam secuturam victoriam; excitus e somno, mane monasterium ingreditur, ac rebus divinis Deo ac divo Cuthberto peractis, Vexillum ejus inde sumit, atque in expeditionem expansum defert. Dunaldus, Edgaro advenienti obviam cum ingenti multitudine factus, viso divi Cuthberti ac Regio vexillo, statim a suis destituitur, ac sese in fugam præceps conjicit : cumque jam in Hebrides trajecturus esset, ab incolis capitur, et ad Edgarum deducitur : a quo in carcerem conjectus, in vinculis post aliquantum temporis mortuus est. Edgarus, sine sanguine victoria potitus, extemplo Edimburgum adiit, ac inde matris suæ et fratris sepulcrum invisit : ubi factis parentalibus; vocatoque concilio Procerum, regni gubernacula accepit; nec multo post a Godrico Episcopo S. Andreæ inunctus est.

Qui S. Cuthberto favente vincit æqua recusantem Dunaldum :

et primus, Rex inungitur.

C Nam diva Margarita vivens id ab Urbano (II) Pontifice Maximo impetrarat, ut exinde Reges inungerentur. Fuit eorum omnium Edgarus primus, qui in Scotia Reges unctione sacra sanctificati sunt..... confirmavit id postea Joannes XXII Papa.

21 *Revertor ad Simeonem, apud quem lego, quod* anno MC, IV Non. Augusti, Feria V Indict. VIII, Rex Anglorum Willielmus, dum in nova foresta venatu esset occupatus, sagitta incaute directa percussus, vitam finivit... cui successit junior frater suus Henricus... qui Regis Scotorum Malcolmi et Margaritæ filiam, Mathildem nomine, in conjugium accepit; quam Dorobernensis Archiepiscopus Anselmus, die Dominica festivitatis S. Martini, Reginam consecravit et coronavit... Anno MCIII corpus S. Cuthberti... incorruptum inventum est, et ita flexibilibus artubus, ut magis dormienti quam mortuo similis videretur; præsente Alexandro Comite, postea Scotorum Rege... Anno MCVII Eadgarus Rex Scotorum obiit, cui Alexander frater suus successit... Anno MCXIIII Henrico Romanorum Imperatori Mathildis, filia Regis Anglorum Henrici, VIII Idus Januarii in Moguntia desponsata, et in Imperatricem est consecrata... Anno MCXVIII Mathildis Regina Anglorum apud West-monasterium Kalendis Maji

Mathildis, sanctæ filia, nubit Regi, Henrico an. 1100,

Edgaro in Scotia succedit Alexander anno 1107,

obiit, et in ipso monasterio decenter sepulta est. D

Anno MCXXIIII Alexander Rex Scotorum obiit VI Kal. Maji, cum regnasset XVIII annis et tribus mensibus : cui frater suus David succedens, regnum, quod ille laboriosissime tenuit, sine contradictione susceptum, quaquaversum inclitum et quietum tenuit.

AUCTORE D. P. et huic an. 1124 David natu minimus fratrum

22 *Finit autem Simeon Historiam suam anno* MCXXIX; *quam per alios* XXIV *annos prosequitur Joannes Prior Hagustaldensis, fidelissimus Auctor; sed (uti ad* VIII *Junii, ante vitam S. Willielmi Eboracensis Archiepiscopi, num. 3 observari divisis perperam anni* MCXL *actis, et male intruso semel numero anni* MCXLI, *citatus in sequentibus annis, uno semper numero detracto est corrigendus; ut ultimus fiat* MCLIII, *qui nunc perperam notatur* MCXLIIII : *ad quem ipsum annum Joannes, multa in præcedentibus annis locutus de rebus a Davide Rege gestis, scriptionem suam sic ferme finit.* Eodem anno (MCLIII) David Rex Scotiæ, apud Karlel pressus infirmitate, IX Kal. Junii obiit; cujus memoria per omnes generationes in benedictione est. Similis illius Principis in diebus nostris non fuit, divinis devotus Officiis, singulis diebus E omnes Canonicas horas, etiam Defunctorum, audire non prætermittens. Prædicabile quidem in eo, quod in spiritu consilii et fortitudinis, barbaræ gentis suæ feritatem sapienter moderatus est : quod in abluendis pedibus pauperum frequens, alendisque eis et vestiendis misericors fuit : quod cœnobio Saltehou, Mailros, Neubothle, Holmcoltran, Jeddewerth, Craq, et hæc quidem trans mare Scotiæ sita, terris et redditibus ad sufficientiam locupletata, ipse construxit, præter ea quæ in Scotia et in aliis locis bona operatus est : qui etiam apud exteras nationes peregrinos, religiosos et seculares, suis munificentiis donavit. Gloriosus dixerim, quod frugalitate quotidiana victus et vestitus, sanctitate honestæ conversationis, disciplina morum, etiam viris cœnobialibus se imitabilem præbuit. Regnavit autem XXIX annos; corpusque ejus ad Dunfermelin delatum, in sepulcro Regum Scotiæ sepulcrum est (ubi et sancta Margarita Regina, mater ejus, requiescit) de quo fertur, quia mare, quod adjacet Dunfermelin, procellosis ventorum æstuavit fragoribus, naufragium minitans transfretare cum corpore volentibus : posito vero corpore Regis in navi, mare quievit a fervore suo. Cum corpus in aliud littus a navi exponeretur, mare iteratis agitatum est æstibus tempestatum. *In eumdem annum* MCLIII *incidisse mortem Davidis, pro-* F *batur etiam ex præmisso Simeonis textu, asserentis anno* MCXXIV *mense Aprili, mortuo Alexandro fratri suo successisse Davidem. Hic vero annos regnavit* XXIX, *adeoque mortuus fuit anno ejusdem seculi* LIII. *Idem probatur ex Aelredo infra num. 37 cum* IX *Kal. Junii componente Dominicam ante Ascensionem Domini : qui concursus exigit litteram Dominicalem* D, *et Ascensionem* V *Kal. celebratam, quod anno* MCLIII *contigit, non sequenti.*

mortuus 1153,

cum laude rara sanctitatis.

A

VITA

Auct. Theodorico Monacho Dunelm. Confessario ipsius Sanctæ. ad filiam Mathildem Angliæ Reginam.

ex Membraneo nostro MS. Valcellensi.

PROLOGUS

Excellenter honorabili et honorabiliter excellenti, Reginæ Anglorum Mathildi, Theodoricus, servorum S. Cutberti servus; in præsenti, pacis et salutis bonum; et in futuro, bonorum omnium bonum.

Præfatur se, tantæ matris filiæ et Reginæ suæ

Venerandæ memoriæ matris vestræ placitam Deo conversationem, quam consona multorum laude sæpius prædicari audieratis, ut litteris traditam vobis offerrem, et postulando jussistis, et jubendo postulastis. Scilicet mihi præcipue in hoc credendum
B dicebatis, quem, gratia magnæ apud illam familiaritatis, magna ex parte secretorum illius conscium esse audieratis. Hæc jussa et hæc vota ego libens amplector; amplectens, multum veneror; venerans, vobis congratulor, quæ a Rege Angelorum constituta Regina Anglorum, vitam matris Reginæ, quæ semper ad regnum anhelabat Angelorum, non solum audire, sed etiam litteris impressam desideratis jugiter inspicere; ut quæ faciem matris parum noveratis, virtutum ejus notitiam plenius habeatis. Et quidem mihi imperata perficiendi prona est voluntas; sed, fateor, deest facultas: major quippe est hujus negotii materia, quam mihi sit vel scribendi vel loquendi efficacia.

obedire in illius vita scribenda,

imparem quidem viribus,

2 Duo itaque sunt quæ patior, quibus hinc et inde trahor. Propter magnitudinem rei, obedire formido, propter jubentis auctoritatem, et illius de qua dicendum est memoriam, contradicere non audeo. Sed quamvis, sicut dignum esset, tantam rem explicare non valeo; quantum tamen possum (quia hæc et ejus dilectio, et vestra exigit jussio) intimare debeo. Gratia namque sancti Spiritus, quæ illi dederat efficaciam virtutum; mihi, ut spero, enarrandi eas subministrabit auxilium: Dominus dabit verbum evangelizantibus: et iterum, Aperi os tuum, et
C ego adimplebo illud. Neque enim poterit deficere verbo, qui credit in Verbo: In principio enim erat Verbum, et Deus erat Verbum. In primis igitur cupio, et vos, et alios scire per vos, quod si omnia, quæ de illa novi prædicanda, dicere conabor, vobis, propter regiæ dignitatis apicem, in matris laude adulari putabor. Sed procul absit a mea canicie, virtutibus tantæ feminæ mendacii crimen admiscere: in quibus exponendis, Deo teste ac judice, profiteor me nihil supra id quod est, addere; sed ne incredibilia videantur, multa silentio supprimere, ne juxta illud Oratoris, cornicem dicar cignæis coloribus adornare.

Ps. 67, 12 et 80, 11

sed certa rerum scientia instructum,

procul ab adulatione et fictione

CAPUT I.

Nobilitas generis, virtutes regiæ et matronales.

Margarita dicta nomine

Multi, ut legimus, a qualitate mentis, originem traxerunt nominis: ut in illis vocabulum prætenderet, quod gratiæ, quam acceperunt, conveniret. Sic denique Petrus a Petra Christo, ob fidei firmitatem; sic Joannes, quod est Dei gratia, ob Divinitatis contemplationem et divini amoris privilegium; et filii Zebedæi [Boanerges], id est filii tonitrui sunt dicti, propter evangelicæ prædicationis tonitruum. D
Quod in hac virtutis femina invenitur: quæ decorem, quem nomine præferebat, majori animæ pulchritudine vincebat. Namque Margarita vocabatur, et ipsa in conspectu Dei, fide atque opere ut pretiosa margarita habebatur. Itaque Margarita vestra, mea, nostra, immo Christi, et quia Christi idcirco plus nostra, jam nos reliquit ad Dominum assumpta. Assumpta est, inquam, Margarita de mundi hujus sterquilinio, et rutilat nunc in æterni Regis posita ornamento. Inde enim nemo, ut reor, dubitabit, cum ejus vitam et vitæ finem paulo post audierit. Cujus mecum colloquia, sale sapientiæ condita, dum recolo, dum lacrymas, quas compunctio cordis excusserat, considero; dum sobrietatem et morum compositionem intueor; dum affabilitatis et prudentiæ reminiscor; lugens gaudeo, et gaudens lugeo. Gaudeo, quia ad Deum, quem suspiraverat, transiit: lugeo, quia cum illa in cœlestibus non gaudeo. Illi, inquam, gaudeo; quia quæ crediderat, jam nunc videt bona Domini in terra viventium: mihi autem lugeo, quoniam in terra mortuorum, dum mortalis vitæ miserias patior, quotidie clamare compellor; Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus?

sicut fuit et re,

est mortua, luctus et gaudii argumentum.

4 Quoniam igitur de illius, quam in Christo habuerat, mentis nobilitate mihi est dicendum; de illa quoque, qua secundum seculum claruerat, videtur aliquid præmittendum. Ejus avus exstiterat Rex Eadmundus *a*; qui pro eo quod pugnandi strenuus et invincibilis erat hostibus, ab excellentia virtutis contraxerat insigne nominis, ut, quod Latine dicitur Ferreum latus, Anglorum lingua est appellatus. Cujus frater ex patre, non autem ex matre *b*; piissimus ille atque mansuetissimus fuerat Rex Eadwardus *c*, qui se patrem patriæ exhibuerat; et alter quodammodo Salomon, id est pacificus, magis pace quam armis regnum protexerat. Gerebat animum iræ victorem, avaritiæ contemptorem, superbiæ prorsus expertem. Nec mirum: nam sicut a majoribus gloriam dignitatis; ita virtutum quoque honestatis quodam quasi hereditario jure est assecutus; Rege Anglorum Eadgaro, et Comite Normannorum Ricardo avis, non solum nobilissimis, sed etiam religiosissimis, progenitus. Quorum Eadgarus, ut quantus in seculo, qualisque fuerit in Christo, breviter agnoscatur; Rex simul et justitiæ ac pacis amator futurus præsignabatur. Nato enim illo, audivit beatus Dunstanus sanctos Angelos, in cœlo gratulantes, et cum magna gratulatione psallentes; Sit pax, sit Anglorum Ecclesiæ lætitia, quamdiu puer natus regnum tenuerit, et Dunstanus mortalis vitæ viam cucurrerit.

a Avus, Rex Edmundus Ferrei lateris.

b cujus Frater, sed non uterinus S. Eduardus

c

F *uterque nepos Edgari Regis ex parte patris.*

5 Ricardus quoque, genitor genitrix ipsius Eadwardi Emmæ, tanto nepote dignus effulserat; vir per omnia strenuus, omnique præconio laudandus. Nemo etenim de suis progenitoribus, vel in Comitatus honore felicior, vel in Religionis amore ferventior. In summis divitiis positus; spiritu, velut alter David, erat pauperrimus: Dominus populorum constitutus, servorum Christi servus fuit humillimus. Inter alia quæ, in suæ religiosæ devotionis monumentum, fecerat, nobile illud Fiscannense *d* monasterium pius Christicola construxerat: in quo ipse, secularis quidem habitu, sed Monachus actu, sæpe cum Monachis conversari, eisque inter manducandum cibos cum silentio apponere, et potum consueverat ministrare; ut, secundum Scripturam, quanto magnus erat, tanto se in omnibus humiliaret. Cujus magnificentiæ ac virtutum opera qui plenius nosse desiderat, gesta Normannorum, quæ etiam ipsius acta continent, legat. Ab his tantæ claritudinis et excellentiæ progenitoribus, nepos Eadwardus in nullo degeneravit; ex solo, ut ante dictum est, patre

Eduardus etiam [nepos] Richardi Normanni ex matre Emma,

d virtute clarissimi.

Eccli. 3, 20

Edmundi filius fuit Eduardus, pater Margaritæ;

A patre frater Edmundi Regis; cujus filio *c* Margarita exorta, claritate meritorum claram perornat seriem progenitorum.

6 Cum ergo in primæva adhuc floreret ætate, vitam sobrietatis ducere, ac Deum super omnia cœpit diligere; in divinarum lectionum studio sese occupare, et in his animum delectabiliter exercere. *quæ optime instituta,* Inerat ei ad intelligendum quamlibet rem acuta ingenii subtilitas, ad retinendum multa memoriæ tenacitas, ad proferendum gratiosa verborum facilitas. Cum ergo in lege Domini die ac nocte meditaretur, et tamquam altera Maria secus pedes Domini sedens, audiri verbum illius delectaretur; suorum magis quam sua voluntate, imo Dei ordinatione, potentissimo Regis Scotorum Malcolmo, Regis Dunecani filio, in conjugium copulatur *f*. *et Regi Scotiæ Malcolmo nupta,* Sed quamvis ea quæ sunt mundi compelleretur agere, mundi tamen rebus ex desiderio contempsit inhærere: plus enim delectabatur bono opere, quam divitiarum possessione. De temporalibus æterna sibi mercedes parabat; quoniam in cœlo, ubi erat thesaurus ejus, cor suum locarat. Et quia præcipue regnum Dei et justitiam ejus quærebat, *ad virtutes alios, maxime suo conjugem,* largiente omnipotentis gratia honores ei et divitias affluenter adjiciebat. Omnia quæ

B decebant prudentis Reginæ imperio agebantur; ejus consilio regni jura disponebantur, illius industria religio divina augebatur, rerum prosperitate populus lætabatur. Nihil illius fide firmius, vultu constantius, patientia tolerabilius, consilio gravius, sententia justius colloquio jucundius.

junxit ecclesiarum ornamentarum

7 Postquam ergo culmen ascenderat honoris; mox in loco ubi ejus nuptiæ fuerant celebratæ, æternum sui nominis et religiositatis erexit monumentum. Tripici enim salutis intentione, nobilem ibi ecclesiam in Sanctæ Trinitatis ædificavit honorem; ob animæ videlicet Regis et suæ redemptionem, atque ad obtinendum suæ sobolis vitæ præsentis et futuræ prosperitatem. Quam ecclesiam diversa ornamentorum specie decoravit: inter quæ, ad ipsum sacrosanctum Altaris ministerium, non pauca ex solido ac puro auro vasa fuisse noscuntur: quæ tanto certius nosse poteram, quanto cuncta jubente Regina ego ipse diutius ibidem servanda susceperam. *curam singularem,* Crucem quoque, incomparabilis pretii, imaginem Salvatoris habentem, quam auro purissimo et argento intercurrentibus gemmis vestiri fecerat ibidem collocavit, quæ intuentibus palam fidei ejus devotionem hodieque demonstrat. Similiter etiam in aliis quibusque ecclesiis sacræ devotionis et fidei

C signa reliquit: quod ecclesiæ S. Andreæ contestata, Crucifixi venustissimam, quam ibidem ipsa erexerat, sicut hodie cernitur, servat imaginem. His rebus, id est quæ ad divinæ servitutis cultum pertinebant, numquam vacua erat illius camera, quæ, ut ita dicam, quædam cœlestis artificii videbatur esse officina. Ibi cappæ cantorum, casulæ, stolæ, altaris pallia, alia quoque vestimenta sacerdotalia, et ecclesiæ semper videbantur ornamenta. Alia manu artificum parabantur, alia jam parata admiratione digna habebantur.

8 His operibus feminæ deputabantur, quæ natu nobiles, et sobriis moribus probabiles, interesse Reginæ obsequiis dignæ judicabantur. Nullus ad eas virorum introitus erat, nisi quos ipsa, cum interdum ad illas intraret, secum introire permittebat. *et gynæcei pudicissime componendi:* Nulla eis inhonesta cum viris familiaritas, nulla umquam cum petulantia levitas. Inerat enim Reginæ tanta cum jucunditate severitas, tanta cum severitate jucunditas, ut omnes qui erant in ejus obsequio, viri et feminæ, illam et timendo diligerent, et diligendo timerent. Quare in præsentia ejus non solum nihil execrandum facere, sed ne turpe quidem verbum quisquam ausus fuerat proferre. Ipsa enim universa

in se reprimens vitia, cum magna gravitate lætabatur, cum magna honestate irascebatur. Numquam D hilaritate nimia in cachinnum soluta, numquam irascendo fuerat in furorem effusa. Interdum aliorum peccatis, suis vero semper irascebatur, ira illa laudanda, et justitiæ semper amica, quam habendam præcepit Psalmista, Irascimini, inquit, et nolite peccare. Omnis vita ejus summo discretionis moderamine composita, quædam erat virtutum forma. Sermo ejus, sale sapientiæ conditus; silentium, erat plenum bonis cogitationibus. Sobrietati morum ita ejus persona conveniebat, ut ad solum vitæ honestatem nata credi potuisset. Ut autem multa breviter dicam, in omnibus quæ loquebatur, in omnibus quæ agebat, cœlestia, se cogitare ostendebat.

A THEODORICO COLLATA EX MSS. amabilis pariter et severa;

Ps. 4, 5

9 Nec minorem quam sibimet, filiis curam impendebat: ut videlicet cum omni diligentia nutrirentur, et quam maxime honestis moribus instituerentur. Unde quia sciebat scriptum, Qui parcit virgæ odit filium; familiari ministro injunxerat, ut quoties infantili lascivia delinquerent, sicut ætas illa solet, eos ipse minis et verberibus coerceret. Quo religioso matris studio, multos qui provectiores ætate fuerant, morum honestate infantes transcendebant: semper inter se benevoli existebant et pacifici, et minor ubique honorem exhibebat majori. Unde et inter Missarum solemnia, cum post parentes ad offerendum procederent, junior majorem prævenire nullo modo præsumpsit, sed secundum ætatis ordinem major juniorem præcedere consuevit.

d liberis item recte instituendis et aliis, Prov. 13, 14

E

Quos sæpius ante se ductos, Christum et fidem Christi, juxta quod ætas illa capere poterat, docere; et ut eum semper timerent, diligenter studebat admonere. Timete, inquit, o filii, Dominum, quoniam non erit inopia timentibus eum: et si eum dilexeritis, ipse vobis, o viscera mea, et præsentis vitæ prosperitatem, et cum Sanctis omnibus æternam reddet felicitatem. Hæc matris desideria, hæc admonitio, hæc pro sua sobole die noctuque cum lacrymis oratio, ut suum Creatorem in fide quæ per dilectionem operatur agnoscerent, agnoscendo colerent, colendo in omnibus et super omnia diligerent, et diligendo ad cœlestis regni gloriam pervenirent.

nim per se eorum solicita

ANNOTATA D. P.

a Edmundus *hic, filius est Ethelredi Regis ex priore conjuge,* quam, *ut Malmesburiensis loquitur,* fama obscura recondit: *Westmonasteriensis tamen filiam cujusdam Ducis, et vita S. Eduardi Confessoris, x Januarii edita,* filiam Comitis Thoret *eam faciunt: aliqui appellant* Ethelgivam.

F

b *Matrem enim habuit Eduardus* III, *Rex Sanctus, de quo hic,* Emmam, *Richardi* I, *Normannorum Ducis filiam: uti postea etiam dicitur.*

c *MS.* Edmundus: *sed manifesto librarii sphalmate quod correxi.*

d Fiscannum *Ord. Benedictini apud Caletes, antea Virginum fuerat, deinde Canonicorum. Monachos illuc induxit Richardus ibi sepultus, secundum Willelmum Gemmetic. lib.* 5 *cap.* 19 *anno* 996: *addunt aliquot annos.*

e *Similiter* Edwardus *seu* Edwardus; *dictus cognomento* Exlehe.

f *Anno* 1070, *cum forte annum* 24 *ætatis numeraret Margarita, fratre et sorore senior, ut ego quidem existimo.*

CAPUT

CAPUT II.

Cura honori Regni et ecclesiasticæ disciplinæ impensa a Margarita ; abusus correcti.

Sacræ lectionis studiosissima,

Nec mirandum, quod sapiente se suosque regimine moderabatur Regina, quæ sapientissimo sacræ semper Scripturæ magisterio regebatur. Nam, quod ego in illa multum admirari solebam, inter causarum tumultus, inter multiplices regni curas, miro studio divinæ lectioni operam dabat, de qua cum doctissimis assidentibus viris etiam subtiles sæpius quæstiones conserebat. Sed sicut inter eos nemo illa ingenio profundior, ita nemo aderat eloquio clarior. Evenit itaque sæpius, ut ab ea ipsi rectores, multo quam advenerant abscederent doctiores. Plane sacrorum voluminum religiosa, nec parva illi aviditas inerat, in quibus sibi acquirendis familiaris ejus caritas et caritativa familiaritas me ipsum me fatigare plerumque cogebat. Nec in his solummodo suam, sed etiam aliorum quæsivit salutem : primoque omnium ipsum Regem, ad justitiæ, misericordiæ, eleemosynarum, aliarumque opera virtu- B tum, ipsa, cooperante sibi Deo, fecerat obtemperantissimum. Didicit ille ab ea etiam vigilias noctis frequenter orando producere; didicit, ejus hortatu et exemplo, cum gemitu cordis et lacrymarum profusione Deum orare. Fateor, magnum misericordiæ Dei mirabar miraculum, cum viderem interdum tantam orandi Regis intentionem, tantam inter orandum in pectore viri secularis compunctionem.

et marito Regi omnis boni hortatrix erat ;

11 Ipsam tam venerabilis vitæ Reginam, quoniam in ejus corde Christum veraciter habitare perspexerat, ille quoquomodo offendere formidabat; sed potius votis ejus et prudentibus consiliis celerius per omnia obedire properabat. Quæ ipsa respuerat, eadem et ipse respuere; et quæ amaverat, amore amoris illius amare. Unde et libros, in quibus ipsa vel orare consueverat, vel legere; ille, ignarus licet litterarum, sæpe manuversare solebat et inspicere; et dum ab ea quis illorum esset ei carior audisset, hunc et ipse cariorem habere, deosculari, sæpius contrectare. Aliquando etiam advocato aurifice ipsum codicem auro gemmisque perornari præcepit, atque perornatum ipse Rex ad Reginam, quasi suæ devotionis indicium, referre consuevit. Hæc quoque regiæ stirpis nobilissima gemma, regii honoris magnificentiam, Regi multo magnificentiorem effe- C cit; cunctisque regni Primatibus et illorum ministris plurimum gloriæ ac decoris ipsa contulit. Fecerat enim ut mercatores, terra marique de diversis regionibus venientes, rerum venalium complures et pretiosas species, quæ ibidem adhuc ignotæ fuerant, adveherent : inter quas cum diversis coloribus vestes variaque vestium ornamenta, indigenæ compellente Regina emerent; ita ejus instantia diversis vestium cultibus deinceps incedebant compositi, ut tali decore quodammodo crederentur esse renovati. Obsequia etiam Regis sublimiora constituit, ut eum procedentem sive equitantem, multa cum grandi honore agmina constiparent : et hoc cum tanta censura, ut quocumque devenissent, nulli eorum cuiquam aliquid liceret rapere, nec rusticos aut pauperes quolibet modo quisquam illorum opprimere auderet vel lædere. Regalis quoque aulæ ornamenta multiplicavit; ut non tantum diverso palliorum decore niteret, sed etiam auro argentoque domus tota resplenderet. Aut enim aurea vel argentea, ut deaurata sive deargentata fuerant vasa, quibus Regi et regni Proceribus dapes inferebantur et potus.

qui sicut eam omniaque ei cara æstimabat ;

sic viri honori consulebat illa,

et splendori aulæ.

12 Et hæc quidem illa fecerat, non quod mundi honore delectabatur; sed, quod regia dignitas ab ea D exigebat, persolvere cogebatur. Nam cum pretioso ut Reginem decebat cultu induta procederet, omnia ornamenta velut altera Esther mente calcavit; seque sub gemmis et auro nihil aliud quam pulverem et cinerem consideravit. Denique in tanta celsitudine dignitatis, maximam semper habuit servandæ curam humilitatis. Tanto enim facilius omnem ex mundiali honore superbiæ tumorem reprimebat, quanto fragilis vitæ transitura conditio mentem illius numquam fugerat. Illius enim sententiæ semper recordabatur, qua instabilis humanæ vitæ status sic describitur : Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miseriis; qui quasi flos egreditur et conteritur, et fugit velut umbra, et numquam in eodem statu permanet. Job 14. Illud quoque Beati Jacobi Apostoli semper in mente versabat ; Quæ est, inquit, vita nostra? Vapor est ad modicum parens, et deinceps exterminabitur. Jac. 4, 15 Et quia, ut Scriptura loquitur, Beatus homo qui semper est pavidus; Prov. 28, 14 tanto facilius peccata venerabilis Regina devitabat, quanto tremens et pavens districtum judicii diem indesinenter ante mentis oculos sibi præsentabat. Unde crebro me rogabat, ut quidquid in ejus vel verbo, vel facto reprehendendum perviderem, id reprehendens secreto illi indicare non dubitarem. E Quod dum rarius et tepidius quam vellet facerem, importunam se mihi ingerebat; dormientem et velut sui negligentem me arguebat. Corripiat, inquit, me justus in misericordia et increpet me; oleum autem, id est adulatio peccatoris non impinguet caput meum : meliora enim sunt vulnera diligentis, quam inimici blandientis oscula. Hæc dicens, reprehensionem sui, quam quilibet alius deputare poterat ad opprobrium, ipsa ad virtutis appetebat profectum.

Interim corde humilis,

et humanæ memor vilitatis,

jubet se ab auctore libere corripi :

13 Religiosa et Deo digna Regina, cum mente, verbo, et factis ad cœlestem patriam tenderet; etiam alios secum in via immaculata invitabat ire, quo secum possent ad veram beatitudinem pervenire. Malum cum videret, admonuit ut bonus fieret; bonum, ut melior existeret; meliorem, ut optimus esse studeret. Quoniam fide Apostolica ferventem zelus domus Dei, quæ est Ecclesia, comedit : unde quoque illicita, quæ in ea pullulaverant, eradicare penitus laboravit. Cum enim contra rectæ fidei regulam, et sanctam universalis Ecclesiæ consuetudinem, multa in gente illa fieri perspexisset, crebra Concilia statuit, ut quoquomodo valeret, ad veritatis viam errantes Christo donante reduceret. Quorum Conciliorum illud *a* ceteris principalius esse constat, in quo sola, cum paucissimis suorum, contra perversæ consuetudinis assertores, gladio spiritus, F quod est verbum Dei, triduo dimicabat. Crederes alteram ibi Helenam residere : quia sicut illa quondam Scripturarum sententiis Judæos, similiter nunc et hæc Regina convicerat erroneos. Sed in hoc conflictu Rex ipse adjutor et præcipuus residebat, quodcumque in hac causa jussisset, dicere paratissimus et facere. Qui quoniam perfecte Anglorum linguam æque ut propriam noverat, vigilantissimus in hoc Concilio utriusque partis interpres extiterat.

inveteratos abusus

a curat per Concilia crebra corrigi;

in quorum uno ipsa triduo disputans,

14 Igitur Regina, præfatione præmissa, ut qui cum Catholica Ecclesia in una fide uni Deo servirent, ab eadem Ecclesia novis quibusdam et peregrinis institutionibus discrepare non deberent; primum proposuit, eos Quadragesimale jejunium non legitime observare, quia hoc non cum sancta ubique Ecclesia, a feria quarta in capite jejunii, sed sequenti septimana feria secunda consueverant inchoare. Contra illi ; Jejunium inquiunt, quod agimus, Evangelica auctoritate, quæ Christi narrat jejunium, per sex hebdomadas observamus. At illa, Longe

A Longe, ait, in hoc ab Evangelio discordatis: legitur enim ibi, Dominum quadraginta diebus jejunasse, quod manifestum est vos non facere. Nam cum per sex hebdomadas sex Dominici dies a jejunio abstrahuntur, triginta tantum et sex dies ad jejunandum remanere noscuntur. Non ergo Evangelica auctoritate quadraginta, sed triginta et sex dierum constat vos observare jejunium. Restat itaque ut quatuor diebus ante Quadragesimæ initium jejunare nobiscum incipiatis, si Dominico exemplo quadraginta dierum numero abstinentiam observare volueritis: alioquin contra ipsius Domini auctoritatem, et totius *b* sanctæ Ecclesiæ vos soli repugnabitis traditionem. Hac illi perspicua veritatis ratione convicti, deinceps, sicut sancta ubique solet Ecclesia, sacrorum jejuniorum cœperunt inchoare solennia.

probat a feria 4 Cinerum inchoandum jejunium, b

15 Aliud quoque proponens Regina, jussit ut ostenderent, qua ratione die sancto Paschæ, secundum morem sanctæ et Apostolicæ Ecclesiæ, sacramenta corporis et sanguinis Christi sumere negligerent. Respondentes illi; Apostolus, inquiunt, de his loquens, ait: Qui manducat et bibit indigne, judicium sibi manducat et bibit. Unde quia nos B peccatores recognoscimus, ne judicium nobis manducemus et bibamus, ad illud mysterium accedere formidamus. Quibus Regina, Quid igitur, inquit? Omnes qui peccatores sunt, sacrosanctum mysterium non gustabunt? Nemo ergo illud sumere debet, quia nemo sine sorde peccati, nec infans cujus est unius diei vita super terram. Si autem nemo illud percipere debet, cur Domino dicente clamat Evangelium? Nisi manducaveritis carnem filii hominis et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Sed plane sententiam, quam de Apostolo profertis, secundum Patrum intellectum aliter necesse est intelligatis: non enim omnes peccatores Sacramenta salutis indigne sumere deputat. Cum enim dixisset, Judicium sibi manducat et bibit: addidit, Non dijudicans corpus Domini, hoc est, non separans illud in fide ab escis corporalibus judicium sibi manducat et bibit. Sed et ille qui absque confessione et pœnitentia, cum suorum inquinamentis scelerum, ad sacra mysteria accedere præsumpserit; ille, inquam, judicium sibi manducat et bibit. At nos, qui multis ante diebus, facta peccatorum confessione, pœnitentia castigamur, jejuniis attenuamur, eleemosynis et lacrymis a peccatorum C sordibus abluimur; in die resurrectionis Dominicæ, ad ejus mensam in catholica fide accedentes, carnem et sanguinem Agni immaculati Jesu Christi, non ad judicium, sed ad peccatorum nostrorum remissionem, et ad salutarem percipiendæ beatitudinis æternæ præparati sumimus. His ab ea perceptis, respondere nihil potuerunt, atque agnitâ deinceps Ecclesiæ instituta, in mysterii salutaris perceptione, observaverunt.

communicandum in Paschate,

1 Cor. 11, 29

fideliter tamen,

Joa 4, 54

et animo bene præparato)

16 Præterea in aliquibus locis Scottorum quidam fuerant, qui contra totius Ecclesiæ consuetudinem, nescio quo ritu barbaro, *c* Missas celebrare consueverant: quod Regina, zelo Dei accensa, ita destruere atque annihilare studuit, ut deinceps qui tale quid præsumeret, nemo in tota Scottorum gente appareret. Solebant quoque, neglecta Dominicorum dierum reverentia, ita illis, sicut et aliis diebus, quibusque terreni operis insistere laboribus: quod non licere, ratione pariter et auctoritate, ipsa ostendebat. Dominicum, inquit, diem, propter Dominicam quæ in eo facta est resurrectionem, in veneratione habeamus: et in eo servilia opera jam non faciamus, in quo nos a servitute diaboli redemptos novimus. Hoc etiam Beatus Papa Gregorius affirmat, dicens: Dominicorum die a labore terreno cessandum est, atque omnimodo orationibus insistendum; ut si quid negligentiæ per sex dies agitur, per diem resurrectionis Dominicæ precibus expietur. Idem quoque Pater Gregorius, quemdam propter opus terrenum, quod die Dominico fecerat, districta increpatione feriens; eos quorum hoc consiliis egerat, duobus mensibus excommunicatos esse *d* decrevit. His sapientis Reginæ rationibus contraire non valentes, ita postmodum reverentiam Dominicorum dierum ejus instantia observarunt, ut nec onera quælibet his diebus quisquam portare, nec alius alium ad hoc auderet compellere. Illicita etiam novercarum conjugia, similiter et uxorem fratris defuncti fratrem superstitem ducere, quæ ibi antea fiebant, nimis ostendit execranda, et a fidelibus velut ipsam mortem devitanda. Multa quoque alia, quæ contra fidei regulam et ecclesiasticarum observationum instituta inoleverant, ipsa in eodem Concilio damnare, et de Regni sui finibus curavit proturbare *e*. Universa enim quæ proposuerat, ita sanctæ Scripturæ testimoniis atque sanctorum Patrum corroboravit sententiis, ut contra hæc nil omnino respondere valerent; quin potius deposita, pertinacia rationi acquiescentes, universa libenter implenda susciperent.

Missas rite celebrandas, c

Dominicis cessandum ab opere,

D

A THEODORICO COÆVO EX MSS.

Lib. XI Ep. 6

d

incesta conjugia vitanda.

E

ANNOTATA D. P.

a *Talis Concilii nulla usquam restat memoria, nec mentio apud recentiores Scotos: veteres autem nulli habentur, sed a scriptoribus Anglis petenda est quæcumque rerum Scoticarum notitia, quod sane dolendum. Interim in talium Conciliorum aliquo Regem decrevisse, et Romano Pontifice approbante perfecisse, ut ad* quatuor priores Episcopatus Fani, Andreæ, Glascuæ, Candidæ casæ, et Murthlaci, Moraviensis et Cathanensis *adderentur, uti scribit Buchananus: qui etiam Regi eidem ad laudem tribuit, luxum, per exteros inductum, restrinxisse.*

b *Non totius, quia mos iste a tempore S. Ambrosii huc usque durat in Ecclesia Mediolanensi.*

c Missas *Belgæ, Germani, Dani, Angli,* Nundinas *vocant, ex eo quod his initium datur a solenni Missæ sacrificio. Ejusmodi autem Nundinis sæpe miscentur peregrini quidam ritus, ad alliciendos et recreandos advenas, pretium per decursum, paremve sub finem caravandem; tolerabiles, dum ita foro ea aguntur, si usurpentur, ut profani; non item, si in templo et inter sacra.*

d *Neque in Dialogis, nec in Epistolis Gregorii hactenus id reperi.*

e *In his haud dubie fuit* pestilens *(ut merito Boethius eam nominat)* consuetudo, olim ab Eveno tyranno inducta, ut Domini Præfective in suo territorio sponsarum omnium virginitatem prælibarent, dimidiata argenti marca unam noctem a Præfectorum uxoribus redimente sponsa; quod etiamnum *(post abolitam consuetudinem nefariam)* pendere coguntur, vocantque vulgo Markettam mulierum. Nec dissimile est, quod haud longe a Lovanio in pago quodam fit, ubi suæ sponsæ stuprum a loci Præfecto sponsus redimit, qua servitute nulla unquam major fando est audita. *Ita Boethius: Buchananus addit:* Uxoris etiam precibus dedisse fertur *Malcolmus,* ut primam novæ nuptæ noctem, quæ Proceribus per gradus quosdam lege Regis Eugenii debebantur, sponsus dimidiata argenti marca redimere posset. *Vide quæ diximus* 30 *Aprilis ad Vitam* 2 *S. Forannani Abb. cap.* 3 *litt.* b, *et Cangium in Glossario, agentem de* Marketo *seu* Marketa, *Toparchis a servis glebæ pendenda, pro maritandis filia vel sorore.*

Leslæus noster in Vita Italica huc refert, gratiosum inventum, Margaritæ vulgo attribui solitum, propinandi

Missæ et Nundinæ

F

Markettarum Malcolmum origo in Scotia

A. THEODORICO COÆVO EX MSS.

Usus propinandi haustus post Gratiarum actionem

A propinandi mutuo haustus ab iis, qui gratiarum actionem stantes persolverant: qui Haustus gratiarum, vel S. Margaritæ *nuncupatur. Simile quid, post dictas Gratias, surgentes conviva in Germania et Belgio faciunt,* ad lucrandas, *ut aiunt,* Indulgentias Bonifacii Papæ; *fortassis VIII, qui an.* 1300 *jubilæi solemnitatem instauravit, amplissimas largitus Indulgentias. In Chronicis autem Antverpiensibus vulgari lingua scriptis et apud heredes Adm. Rev. D. Canonici Snyders servatis, legitur: quod* anno 1430 factus est Papa Eugenius IV *(anno scilicet ex more ejus ævi ad Pascha protracto),* qui dierum XL Indulgentias concessit, post dictas a mensa Gratias potaturis: *sed conditio subesse putatur, ut haustus hic immediate sequatur Gratias, atque ultimus sit.*

CAPUT III.

Caritas Margaritæ erga pauperes, præsertim per tempus duplicis, cui assueverat, Quadragesimæ. Orandi studium.

B

Sancta compunctione internæ,

Venerabilis itaque Regina, quæ Domum Dei, Deo se adjuvante, sordibus atque erroribus purgare studuerat, ipsa, Spiritu sancto cor ejus irradiante, dignum de die in diem Dei templum fieri meruit: quod eam veraciter esse optime novi, quia et exteriora ejus opera vidi, et conscientiam, ipsa mihi manifestante, cognovi. Mihi namque familiarissime loqui, suaque pandere secreta dignabatur; non quia boni aliquid in me erat, sed quia inesse putaverat. Cum enim mihi de animæ salute, et de perennis vitæ loqueretur dulcedine: verba omnis gratiæ plena proferebat, quæ vere inhabitator cordis ejus Spiritus sanctus per os illius sonabat. Tantum vero inter loquendum compungebatur, ut tota in lacrymis resolvenda putaretur; atque illius compunctione, mens mea in fletus compungeretur. Præ cunctis vero quos ego nunc novi mortalibus, orationum et jejuniorum studiis, misericordiæ ac eleemosynarum dedita erat operibus. Ut ergo primum de oratione dicam, in ecclesia nemo illa silendo quietior, sed orando nemo aderat intentior. Nihil enim unquam in domo Dei seculare loqui, nihil terrenum agere, sed tantum consueverat orare, orans lacrymas fundere, sola quidem corpore in terra, sed mente Deo proxima: nam præter Deum, et quæ Dei erant, nil ejus pura quæsivit oratio. De jejunio autem quid dicam? nisi quod per nimiam abstinentiam gravissimam infirmitatis incurreret molestiam.

et orandi ac jejunandi studio,

C

jungit largitatem erga pauperes,

18 His duobus, id est orationi et abstinentiæ, beneficia copulavit misericordiæ. Quid enim illius pectore clementius? quid erga egentes benignius? Non solum sua, sed etiam seipsam si liceret, pauperi libenter impenderet. Omnibus suis pauperibus erat ipsa pauperior: illi enim non habentes, habere cupiebant; ista vero, quæ habuerat dispergere studebat. Cum in publicum procederet vel equitaret, miserorum, orphanorum, viduarum greges quasi ad matrem piissimam confluxerunt, quorum nulli ab ea sine consolatione abscesserunt. Et cum omnia, quæ secum ad usus egentium circumtulerat, distribuisset; vestes vel quascumque res, quas tunc habebant qui ei divites vel ministri aderant, pauperibus dandas accipere solebat, ne aliquando egenus tristis abiret. Nec hoc illi moleste ferebant, quin potius sua illi offerre certabant; quoniam omnia sibi ab illa duplo reddenda pro certo sciebant. Interdum etiam quodcumque illud esset Regis proprium, egeno tribuendum tulit: quam ille pietatis rapinam omnino acceptam semper et gratam habuit. Nam quoniam ipse ad Mandatum *a* suum in cœna Domini, et ad Missarum solennia nummos aureos offerre

etiam mutuo accipiens quod donaret,

a

D

aut Regi pie suffurans.

consueverat, ex his aliquos ipsa sæpius pie furari, et pauperi qui eam inclamaverat solita erat largiri. Et sæpe quidem cum Rex ipse sciret, nescire tamen se simulans, hujusmodi furto plurimum delectabatur; nonnunquam vero manu illius cum nummis comprehensa, adductam, meo judicio, ream esse jocabatur. Nec solum indigenis egentibus, verum etiam de omnibus pene nationibus, ad illius misericordiæ famam properantibus, cum hilaritate cordis munificentiam exhibebat largitatis. Licet profecto nobis de illa dicere; Dispersit, dedit pauperibus; ideo justitia ejus manet in seculum seculi. Ps. 111, 9

19 Quis autem enumerando explicare poterit, quot et quantos dato pretio libertati restituerit, quos de gente Anglorum *b* ab hostis captivos violentia hostilis redegerat in servos? Nam et occultos exploratores quaquaversum per provincias Scottorum miserat, ut videlicet [explorarent] qui captivorum duriori premerentur servitute, et inhumanius tractarentur, eique subtiliter ubi et a quibus affligerentur renuntiarent: et talibus ipsa ex intimis visceribus compatiens, celeriter subvenire, et redemptos ad libertatem festinavit renovare. Quo tempore in regno Scottorum plurimi, per diversa loca separatis inclusi cellulis, per magnam vitæ districtionem, in carne non secundum carnem vivebant: Angelicam enim in terris conversationem ducebant. In his Regina Christum venerari, diligere, suoque crebrius adventu et alloquio visitare, atque illorum se precibus satagebat commendare. Et cum non impetrare posset, ut ab ea terrenum aliquid vellent accipere; petebat obnixius, ut ei aliquid eleemosynæ vel misericordiæ faciendum dignarentur præcipere. Nec mora: quidquid illorum voluntatis erat, devota implevit; vel pauperes ab egestate recreando, vel quosque afflictos a miseriis quibus oppressi fuerant relevando.

b

Captivos plures a servitute liberat.

E

Solitarios visitans petit ab eis imperari sibi eleemosynas.

20 Et quoniam S. Andreæ ecclesiam advenientium undique populorum religiosa frequentat devotio; super utraque littora maris, quod Lodone jam dividit et Scotiam, habitacula construxerat; ut post laborem itineris, peregrini ac pauperes illuc requieturi divertere possent; ibique omnia, quæ reficiendi corporis necessitas exposceret, parata invenirent. Siquidem ministros ad hoc solum ibidem constituerat, ut quæque advenientibus necessaria fuissent, parata semper haberent, eisque cum magna sollicitudine ministrarent. Quibus etiam naves delegaverat, ut euntes et redeuntes transferrent, nec aliquod transvectionis suæ pretium ab his qui transferendi fuerant unquam exigerent.

Xenodochia erigit,

c

F

21 Venerabilis Reginæ quotidiana conversatione [explicata], de quotidianis ejus misericordiæ operibus aliqua etiam dixi: nunc qualiter ante Dominicum Natale quadraginta dies, et totum Quadragesimæ tempus solita fuerit ducere, breviter tentabo dicere. Cum principio noctis paululum requievisset, ecclesiam ingressa, primum Matutinas de Sancta Trinitate, deinde de Sancta Cruce, postmodum de Sancta Maria ipsa sola complevit; eisque finitis Officia mortuorum incepit: post quæ Psalterium inchoavit; nec, quousque ad finem perduceret, cessavit. Celebrantibus hora congrua Presbyteris Laudes matutinas; interim ipsa Psalterium vel inceptum finivit, vel uno finito alterum jam incepit. Peracto autem matutinæ Laudis officio, rediens in cameram, sex pauperum pedes cum Rege ipso lavare; et aliquid, quo paupertatem suam solarentur, solebat erogare. Summa quippe cura fuerat Camerario, ut ante introitum Reginæ, per singulas noctes pauperes introduceret, quatenus ad serviendum eis ingrediens, ipsa paratos inveniret. His peractis quieti se ac sopori contulit.

Jejunare bis 40 dies solita,

post modicum omnium pro- l. i.e. Ps. lmodex vacat,

22

A 22 Cum vero mane facto lecto surrexisset, precibus et psalmis diu insistebat, et inter psallendum misericordiæ opus peragebat. Novem enim infantulos orphanos, omni auxilio destitutos, prima diei hora a se introduci fecit reficiendos. Jusserat namque cibos molliores, quibus infantilis ætas delectatur, illis quotidie præparari; quos allatos illa flexis genibus apponere, sorbitiunculas eis facere, et quibus ipsamet utebatur cochlearibus, cibos illis in ora dignabatur mittere. Ita Regina, quæ ab omnibus populis honorabatur, pro Christo et ministræ et matris piissimæ officio fungebatur. Poterat satis congue illud Beati Job dicere, Ab infantia mea crevit mecum miseratio, et de utero matris meæ egressa est mecum. Inter hæc trecentos pauperes in Regiam aulam consuetudo erat introduci; quibus per ordinem circumsedentibus, cum Rex et Regina ingrederentur, a ministris ostia claudebantur; exceptis enim Capellanis quibusdam religiosis et aliquibus ministris, illorum eleemosynæ operibus interesse nulli licuerat. Rex ex una, Regina vero ex altera parte, Christo in pauperibus servierunt: magnaque cum devotione cibos et potum, specialiter B ad hoc præparatos, obtulerunt. Quo facto ecclesiam Regina consuevit intrare, ibique prolixis precibus et lacrymarum gemitibus semetipsam Deo sacrificium immolare. Exceptis enim Horis de sancta Trinitate, de sancta Cruce, de sancta Maria, intra diei et noctis spatium duo vel tria his sanctis diebus Psalteria complevit, atque ante publicæ celebrationem Missæ, quinque vel sex privatim sibi Missas decantari fecit.

tum 9 orphanis ministrat ut nutrix,

Job 31, 18

deinde 300 pauperibus cum Rege.

inde repetebat psalmodiam et pluribus Missis auditis,

23 His expletis, cum reficiendi tempus instaret, viginti quatuor pauperes ante refectionem suam ipsa humiliter ministrando refecit. Exceptis enim omnibus, quas superius dixi, eleemosynis, istius numeri pauperes, id est viginti quatuor, quamdiu vixit, per totius anni circulum sustentaverat; quos ipsa quocumque loco maneret, juxta manere; et quocumque pergeret, illos se comitari statuerat. Quæ postquam in illis Christo devote ministraverat, suum quoque corpusculum reficere consuevit. In qua refectione, cum curam carnis, secundum Apostolum, non faceret in concupiscentiis, vix habuit in vitæ necessariis. Comedebat enim ut tantum vitam servaret, non ut delectationi acquiesceret. Refectio tenuis et sobria, incitabat esuriem magis quam restinguebat. Gustare videbatur cibum, non sumere. C Hinc rogo, hinc perpendatur, quanta et qualis ejus continentia fuerit in jejunando, cujus tanta extiterat abstinentia in convivando. Et quamvis totam in magna continentia vitam duxerit, his tamen, id est quadraginta ante Pascha et Natale Domini diebus, incredibili abstinentia se affligere consuevit. Unde, propter nimium jejunandi rigorem, acerrimum usque ad finem vitæ passa est stomachi dolorem: nec tamen infirmitas corporis virtutem debilitavit boni operis. In sacra lectione studens, in orationibus persistens, in eleemosynis indeficiens, prorsus in omnibus quæ Dei erant se vigilanter exercens. Et quia sciebat scriptum, Quem diligit Dominus corripit, flagellat autem omnem filium quem recipit; suæ carnis dolores, quasi clementissimi patris flagellum, cum patientia et gratiarum actione libens amplectitur.

in meridie reficiebat 24 pauperes, idque toto anno;

Rom. 13, 14

sumebat ante prandium, adeo sobrium,

ut inde langueret et stomachus usque ad mortem

Heb. 12, 6

24 Cum ergo his et hujusmodi dedita esset operibus, et continuis laboraret infirmitatibus, ut juxta Apostolum virtus in infirmitate perficeretur; de virtute transiens in virtutem, de die in diem melior reddebatur. Terrena omnia mente deserens, toto desiderio ardebat, cœlestia sitiens, et cordis atque oris clamore cum Psalmista dicens; Sitivit anima mea ad Deum fontem vivum, quando veniam et D apparebo ante faciem Dei? Mirentur alii in aliis signa miraculorum, ego in Margarita multo magis admiror opera misericordiarum: nam signa bonis et malis sunt communia, opera autem veræ pietatis et caritatis bonorum propria. Illa sanctitatem interdum ostendunt, ista etiam faciunt. Dignius, inquam, miremur in Margarita facta, quæ illam sanctam faciebant, quam signa, si aliqua fecisset, quæ hominibus sanctam tantum ostenderent. Dignius illam obstupescamus, in qua per justitiæ, pietatis, misericordiæ et caritatis studia, antiquorum Patrum facta magis quam signa consideramus. Quiddam tamen narrabo, quod ad religiosæ vitæ illius indicium pertinere, non inconvenienter dixerim, ut puto.

De virtute in virtutem proficiens,

2 Cor. 12, 9

A THEODORICO COEVO EX MSS.

Ps. 41, 3

mirabilior erat operibus

quam miraculis.

25 Habuerat librum Evangeliorum, gemmis et auro perornatum, in quo quatuor Evangelistarum imagines pictura auro admixta decorabat; sed et capitalis quæque littera auro tota rutilabat. Hunc codicem, præ ceteris, in quibus legendo studere consueverat, carius semper amplexata fuerat. Quem quidam deferens, dum forte per vadum transiret; liber, qui minus caute pannis fuerat obvolutus, in medias aquas cecidit; quod ignorans portitor, iter quod inceperat securus peregit: cum vero postea librum proferre vellet, tum primum quod perdiderat E agnovit. Quærebatur diu nec inveniebatur. Tandem in profunda fluminis apertus jacere reperitur, ita ut illius folia impetu aquæ sine cessatione agitarentur, et panniculi de serico violentia fluminis abstraherentur, qui litteras aureas, ne foliorum contactu obfuscarentur, contexerant. Quis ulterius librum valere putaret? Quis in eo vel unam litteram parere crederet? Certe integer, incorruptus, illæsus, de medio fluminis extrahitur, ita ut minime ab aqua tactus videretur. Candor enim foliorum, et integra in omnibus formula litterarum ita permansit, sicut erat antequam in fluvium cecidisset; nisi quod in extremis foliis, in parte, vix aliquod humoris signum videri poterat. Liber simul et miraculum ad Reginam refertur: quæ reddita Christo gratiarum actione, multo carius quam ante codicem amplectitur. Quare alii videant, quid inde sentiant; ego, propter Reginæ venerabilis dilectionem, hoc signum a Domino [d] [fuisse opinor].

Ejus Evangeliorum liber speciosus,

lapsus in flumen et apertus,

illæsus extrahitur

ANNOTATA D. P.

a *Suspicor abundare* suum; *et* Mandatum *intelligo, pedum pauperibus lavandorum morem laudabilem inter Principes, ante Communionem Paschalem.* F

b *Jam dictum est, quanta Anglicorum mancipiorum, bello abductorum, copia esset in Scotia, sic ut eis vix domus ulla careret.*

c Fortæ *æstuarium amplissimum, ut dixi, cis quod* Lotheana, *hic* Lodoneia, *vulgo* Laudon, *ubi Edimburgum; ultra vero est* Scotia *(ut hinc intelligitur) proprie dicta, ubi metropolis S. Andreæ. Ipsum autem, ab Oriente occurrens quadamtenus alteri ad Occidentem æstuario Cludæ, facit, ut Borealis tota Scotia quasi peninsula sit, respectu reliquæ Britanniæ.*

d *Huc referri potest quod ita scribit David Camerarius, libro de Scotorum pietate, qui instar Menologii est, ad brevem sanctæ Vitam.* Est non procul Edinburgo fons, cui olei guttæ, quæ contra varias cutis rupturas valent, supernatant, ea vi, ut si nihil inde collegeris, nihilo plus confluant; si vero abstuleris, nihilo minus remaneant; quod ad S. Margaritam Reginam ex monte Sinai afferebatur. Fidem rei faciunt, fonti nomen S. Catharinæ inditum, atque in ejusdem honore sacellum, a S. Margarita non procul a fonte erectum.

CAPUT IV.

Mors Reginæ prævisa et pie obita.

Mortis suæ præscia.

Interea cum omnipotens Deus piis ejus operibus æterna jam reddere præmia pararet; ipsa se ad introitum vitæ alterius, multo quam consueverat studiosius, præparabat. Nam, sicut paulo post ex ipsius verbis manifestabitur, suum de hac vita exitum, et alia quædam futura, longe ante præscisse videbatur. Itaque secretius me alloquens, suam mihi ex ordine vitam cœpit replicare, et ad singula verba lacrymarum fluvios effundere. Tanta denique inter colloquendum ejus erat compunctio, tanta ex compunctione proruperat fletuum profusio, ut (sicut mihi videbatur) nihil proculdubio esset, quod a Christo tunc impetrare non posset. Flente ipsa, flevi et ego; diu flentes, interdum tacuimus, quoniam singultu prorumpente verba proferre nequivimus. Flamma quippe compunctionis, quæ cor illius concremaverat, ex verbis ejus spiritualibus meam quoque mentem attigerat. Cujus per linguam dum verba sancti Spiritus audirem, et per verba conscientiam ejus B perviderem, tanta ejus familiaritatis gratia me indignum judicabam.

exponit Auctori totam vitam suam large flens,

cum magna utriusque compunctione:

27 Cum de necessariis sermonem finisset, rursus ita me alloqui cœpit. Vale, inquit, Ego posthac in hac vita diu non subsistam: tu autem non parvo post me tempore vives. Duo ergo sunt quæ a te postulo: unum, ut quamdiu vixeris animæ meæ in Missis et orationibus tuis memineris; aliud, ut filiorum meorum ac filiarum curam habeas, amorem impendas, præcipue Deum timere et amare doceas, et ab eis docendis numquam desistas: et cum in culmen terrenæ dignitatis quemlibet ex eis exaltari videris, illius maxime pater simul et magister accedas; scilicet admonendo, et cum res exegerit arguendo; ne propter momentaneum honorem in superbiam tumeat, ne Deum per avaritiam offendat, ne per mundi prosperitatem æternæ vitæ negligat felicitatem. Hæc sunt, inquit, quæ ut sollicite facias, sub Dei præsentia, qui nunc nobis tertius assistit, mihi quæso promittas. Quibus ego verbis iterum prorumpens in fletum, quæ rogaverat diligenter me promisi facturum: non enim illi contradicere audebam, quam sic indubitanter futura prædicere audieram. Quæ ut prædixerat, ita nunc esse, res ipsa comprobat: quia et ego post illius mortem vivo, et ejus sobolem *a* in dignitatem honoris sublimatam C aspicio. Expleta itaque collocutione domum rediturus, Reginæ ultimum vale dixi: non enim ejus faciem unquam postea vidi.

animam suam ejus orationibus,

et liberos curæ commendat,

ut diutius superstituro.

a

28 Nec multo post acriori quam ante consueverat infirmitate corripitur, et ante suæ evocationis diem longæ ægritudinis igne decoquitur. Cujus obitum ita, sicut ab ejus Presbytero didici, narrabo: quem ipsa propter ejus simplicitatem, innocentiam, castitatem, præ ceteris familiarius dilexerat: qui post mortem Reginæ, pro ipsius anima perpetuo se Christi servitio tradidit; et ad sepulchrum incorrupti corporis sanctissimi Patris Cuthberti suscipiens habitum Monachi, seipsum pro ea hostiam obtulit. Hic ergo Reginæ in extremis vitæ inseparabiliter aderat, et egredientem de corpore animam illius ipse precibus Christo commendaverat. Cujus exitum, sicut viderat per ordinem, cum sæpius inde a me quæritur, ita referre cum lacrymis solet.

Capellanus qui morienti adstitit,

factus Monachus, narrat Auctori

29 Per dimidium, inquit, annum et aliquanto plus, numquam equo sedere, raro autem de lecto valuit surgere. Quarta ante suum obitum die, cum Rex in expeditione esset; atque illi longo terrarum intervallo, quid erga ipsum ea die ageretur, nullius D nuntii celeritate scire potuisset, tristior solito effecta, hoc nobis sibi assidentibus dixit: Forte hodie tantum mali Regnis Scotorum accidit quantum multis retro temporibus non provenit. Nos vero hæc audientes, ejus dicta tunc quidem negligenter accepimus; sed post aliquot dies veniente nuntio, eodem die quo hæc Regina dixerat, Regem fuisse occisum, intelleximus. Quem quidem ipsa, quasi futurorum præscia, multum prohibuerat, quoquam cum exercitu ire; sed nescio qua de causa contigit, ne tunc illius monitis obediret.

quomodo quatriduo ante mortem

sciverit absentem Regem cæsum,

30 Cum ergo quartus post Regis occisionem dies instaret; illa, paulisper levigata infirmitate, Missas auditura oratorium intravit: ibique suum exitum, qui jam imminebat, sacrosancto Dominici corporis et sanguinis Viatico præmunire curavit. Quorum salutari gustu refecta, prioribus mox aggravata doloribus, lecto prosternitur, et ad exitum crescente molestia vehementius urgetur. Et quid faciam? Quid morer? Quasi mortem Dominæ meæ ulterius possim differre, et vitam longiorem facere, sic timeo ad ultimum ejus pervenire. Sed omnis caro fœnum, et omnis gloria ejus quasi flos fœni: exaruit fœnum, E et decidit flos. Facies ejus jam in mortem palluerat, cum ipsa me atque alios mecum, sacræ Altaris ministros, sibi astare suamque animam psallentes, Christo jubet commendare. Ipsa quoque illam, quam nigram *b* Crucem nominare, quamque in maxima semper veneratione habere consuevit, sibi afferri præcepit. Sed cum loculus, in quo fuerat inclusa, citius aperiri non posset; Regina graviter ingemiscens, ait: O nos miseros, o culpabiles! ulterius sanctæ Crucis non merebimur aspectum. Quandoque tamen de loculo prolatam, eique allatam cum reverentia suscepit; complecti, deosculari; oculos, faciem illa signare crebrius studuit. Jamque, frigescente toto corpore, vitalis adhuc calor palpitabat in pectore: nihilominus tamen ipsa semper orabat: et quinquagesimum Psalmum ex ordine decantans, Crucem interim sibi ante oculos statuens, utraque manu tenebat.

ad extrema sumenda de lecto surrexerit;

et illuc regressa

b

allatam sibi Crucem pie amplexata fuerit;

31 Interea filius ejus, qui post patrem Regni gubernacula jam nunc in præsenti tenet, rediens de exercitu, cubiculum Reginæ intravit. Quæ illi tunc angustiæ? Quis animi cruciatus? Stetit ibi adversis undique rebus angustiatus; quo se verteret nesciebat. Patrem namque cum fratre perempto matri nuntiaturus advenit; matrem, quam præcipue amaverat, jam jamque morituram invenit: quem primum plangeret ignorabat. Dulcissimæ tamen matris F abscessus acriore dolore cor illius pungebat, quam ante oculos suos pæne mortuam jacere videbat. Super hæc omnia eum cura de statu Regni sollicitabat, quod morte patris perturbandum pro certo noverat. Undique mœrorem, undique contraxerat ipse dolorem. Regina, cum velut in agonia jacens a præsentibus rapta putaretur, subito collectis viribus filium alloquitur. Interrogatur enim ab ea de patre et fratre: sed ille quod verum erat dicere noluit, ne audita morte illorum, continuo et ipsa moreretur: nam respondebat, eos benevalere. At illa graviter suspirans, Scio, inquit, fili, scio. Per hanc sanctam Crucem, per nostræ consanguinitatis propinquitatem te adjuro, ut quod verum nosti edicas. Ille coactus, rem, sicut erat gesta, exposuit. Quid eam putares acturam? Quis in tot adversitatibus contra Deum non murmuraturam crederet? Eodem quippe tempore conjugem amiserat, filium perdiderat, seipsam infirmitas ad mortem usque cruciaverat. Sed in omnibus his non peccavit labiis suis, neque stultum quid contra Deum locuta est: cum potius oculos et manus ad cœlum dirigens, in laudem et gratiarum actionem

intellecta autem ex reduce filio,

luctuosa clade,

gratias Deo egerit,

A actionem prorupit, dicens: Laudes et gratias tibi omnipotens Deus refero, qui me tantas in meo exitu angustias tolerare; hasque tolerantem ab aliquibus peccati maculis, ut spero, voluisti mundare.

32 Senserat illa mortem adesse; moxque orationem, quæ post perceptionem Dominici corporis et sanguinis a Sacerdote dici solet, incepit: Domine, inquiens, Jesu Christe, qui ex voluntate Patris *c*, cooperante Spiritu sancto per mortem tuam mundum vivificasti, libera me. Cum diceret, Libera me, liberata vinculis corporis anima, ad veræ libertatis, quem semper dilexerat, auctorem Christum migravit; particeps effecta eorum felicitatis, quorum secuta est exempla virtutis. Tanta enim cum tranquillitate, tanta cum quiete illius fuerat exitus, ut, ad æternæ quietis et pacis regionem animam illam migrasse, dubium esse non debeat. Et quod mirum est, faciem ejus, quæ more morientium tota in morte palluerat, ita post mortem rubor cum candore permixtus perfuderat, ut non mortua, sed dormiens credi potuisset. Igitur corpus ipsius honorabiliter, ut Reginam decebat, involutum, ad Sanctæ Trinitatis, quam ipsa construxerat, ecclesiam *d* deportavimus: ibique, sicut ipsa jusserat, contra altare B et sanctæ Crucis (quod ibidem erexerat) venerabile signum, sepulturæ tradidimus. Atque ita corpus ejus illo in loco nunc requiescit; ubi illud in vigiliis, orationibus, lacrymarum fusionibus, genuum flexionibus, affligere *e* consuevit.

c — *et pie expiravit;* — *ac rubente denuo facie ad S. Trinitatis sit sepulta* — *d* — *e*

ANNOTATA D. P.

a *De hac pluribus in sequ. Appendice. Camerarius lib. 3 hoc loco addit*: Fertur prophetico spiritu miserrimam Scoticanæ Ecclesiæ et totius insulæ faciem, quam hodie proh dolor! cernimus (*scribebat ille anno* MDCXXXI, *atque utinam non etiam nunc, dum ego scribo, eadem cerneremus*) prævidisse et prædixisse his verbis. Venient tempora in quibus divitiæ Ecclesiæ dissipabuntur, et Catholicus populus velut a lupis lacerabitur, et a locis suis et de patria sua expelletur: unde plurimi eorum in solitudinem se conferent, vitam in multa contritione cordis deinceps ducentes, et sic Deo humiliter servientes, Deique justa sed occulta judicia recolentes, diemque ultionis divinæ extremum in patientia expectantes.

b Est illa, *inquit Aelredus*, longitudinem habens palmæ, de auro purissimo mirabili opere fabricata, C quæ in modum thecæ clauditur et aperitur. Cernitur in ea quædam Dominicæ Crucis portio (sicut sæpe multorum miraculorum argumento probatum est) Salvatoris nostri imaginem habens, de ebore densissimo sculptam, et aureis distinctionibus mirabiliter decoratam. Hanc religiosa Regina Margarita, allatam in Scotia, quasi hereditatem transmisit ad filios: *quorum junior* David, *Rex factus, magnificum eidem templum prope urbem ædificavit, titulo S. Crucis.*

c *Hæc oratio in Missali Romano dicitur ante Communionem, post* Agnus Dei.

d *Alii fere vocant* S. Trinitatis, in *vel* ad Doumfermilein; *ad distinctionem ejus quæ Edimburgi est S. Trinitatis ecclesiæ Collegiatæ. Situm est autem* Fermelinodunum *sic enim Latine appellant, amplum nunc in Occidentali Fifa oppidum, ad Marlam rivum situm est, inquam, a Lyth Edimburgensium portu sursum navigantibus, 15 milliaribus Scoticis, seu leucis horariis* 6, *et una fere leuca a littore.*

e *Frequens ergo ibi erat* Margarita, *procul ab aulæ strepitu, præsertim Rege in expeditionibus agente.*

D AUCTORE D. P.

APPENDIX

Sancta sanctæ Reginæ posteritas, in Scotia et Anglia, ex Aelredo Abbate Rievallen. et aliis.

Quoniam Sanctæ Reginæ miracula scripta nusquam inveniuntur, pro ipsis exhibeo laudes eorum quos genuit liberorum. De his Aelredus Rievallensis, sic orditur: Nati sunt Reginæ Margaretæ sex filii et duæ filiæ. *Filios nominat Boethius lib.* 12, I, Eduardum, quem cum patre interiisse diximus: II Etheldredum, qui prima etiam pubertate satis sublatus est, et sepultus in Doumfermileyn. *Huc spectat quod idem Boethius lib.* 18, *sic narrat*. Eodem prope tempore, *id est*, *circa annum* MCCCCXLIV, veteri pariete augustissimi templi ad Doumfermileyn demolito, inventum est adolescentis in plumbea capsula cadaver, bysso involutum, vividum adhuc toto corpore colorem servans, nec ulla ex parte corruptum. Aiebant vetustatis studiosi, Divæ Margaritæ filium, prima defunctum adolescentia. Nec mirum videri debere; cum ob insignem matris vitæ sanctimoniam, haud absurdum E esset, si is quoque, matris insistens vestigiis, divinos mereretur honores. *Hæc Boethius, qui lib.* 12 *ubi supra, duobus prænominatis subjungit* Edmundum: *et* Is, *inquit*, relicto humanarum rerum et aulæ strepitu, in Angliam abiisse, ac soli cultui superni Regis fertur vacasse.

Filii Eduardus, — *Ethelredus* — *corpore incorrupto inventus an. 1444* — *Edmundus,*

34 *Aelredus cum dixisset, ut supra,* natos Margaritæ filios sex; *tribus prioribus omissis, ait quod,* eorum tres, Edgarus scilicet, Alexander, et generis sui splendor David, Reges fuerunt. Edgarus, homo erat dulcis et amabilis, cognato suo regi Edwardo per omnia similis; nihil tyrannicum, nihil durum, nihil avarum in suos exercens, sed cum maxima caritate et benevolentia subditos regens. Porro Alexander Clericis et Monachis satis humilis et amabilis erat, ceteris subditorum supra modum terribilis; homo magni cordis, ultra vires suas se in omnibus extendens. Erat autem litteratus, et in ordinandis ecclesiis, in reliquiis Sanctorum perquirendis, in vestibus sacerdotalibus librisque sacris conficiendis et ordinandis studiosissimus; omnibus etiam advenientibus supra vires liberalissimus; circa pauperes vero ita devotus, ut in nulla re magis delectari, quam in illis suscipiendis, lavandis, alendis, vestiendisque videretur. Quid vero de Rege David sentiamus, in descriptione præmissa utcumque digessimus. F *Nempe ab hujus recenti funere exorsus scriptionem, ita post primam ad Henricum Principem præfationem scripserat.*

Edgarus, — *Alexander,* — *David, Reges tres*

35 Religiosus et pius Rex David migravit e mundo: qui licet dignum tali animæ locum invenerit, mors tamen ejus planctum nobis indicit. Quis enim non lugeat, virum, tam necessarium mundo, rebus humanis exemptum, nisi is qui rebus humanis pacem invidet et profectum? Rex enim ille mansuetus, Rex castus, Rex humilis, quis facile dixerit, quid utilitatis humanæ vitæ contulerit? quem mansuetudo amabilem, justitia terribilem, castitas compositum, humilitas communem fecerat. Quæ omnia si in privato quolibet laude dignissima judicantur, quanto magis in Rege? cui potestas dat licere quod libet, cujus vitiis facile favent inferiores, proni ad imitandum, prompti ad adulandum; cum et impunitas præstet audaciam, libido vero acuat et accendat luxuriam. Scimus enim eum regnum non appetivisse, sed horruisse; magisque illud ob alienam necessitatem suscepisse, quam dominandi libidine victum avide invasisse: unde et obsequia illa, quæ a gente Scotorum, in novella Regum promotione,

postremus ita etiam sanctus,

A tione, more patrio exhibentur, ita exhorruit, ut ea vix ab Episcopis suscipere cogeretur.

[illegible]

36 Sublimatus vero in Regem, nihil superbum in moribus, nihil in verbis crudele, nihil inhonestum præferebat in factis. Unde tota gentis illius barbaries mansuefacta, tanta se mox Regi benevolentia et humilitate substravit; ut naturalis oblita sævitiæ, legibus, quas Regis mansuetudo dictabat, colla submitteret; et pacem, quam eatenus nesciebat, gratanter exciperet: unde non immerito dilectus a Deo et hominibus videbatur. Dilectus a Deo plane, qui statim in ipsis regni sui initiis, ea quæ Dei sunt diligenter exercuit, in ecclesiis construendis, in monasteriis fundandis, quæ et ampliavit possessionibus et honoribus cumulavit. Cum enim in toto Scotorum regno tres vel quatuor tantum inveniret Episcopos, Ecclesiis ceteris sine Pastore, tam morum quam rerum dispendio fluctuantibus; ipse, tam de antiquis quas reparavit, quam de novis quas ipse erexit, decedens novem reliquit. Monasteria autem Ordinis Cluniacensis, Cisterciensis, Tyroniensis, Arcensis, Præmonstratensis, Beluacensis, non pauca, non parva, plena Fratribus dimisit: inter quos sic fuerat quasi unus ex ipsis, B et bona laudans, et si quæ minus laudanda emergebant verecunde dissimulans; substratus omnibus, solicitus pro omnibus.

populi mores suaviter reformavit,

Episcopatus et monasteria auxit;

37 O dulcis anima, quo abiisti? quo recessisti? Ubi oculi illi, pleni pietatis et gratiæ, quibus et congaudere cum gaudentibus, et flere cum flentibus consuevisti? Vidi ego oculis meis, cum aliquando paratus ire venatum, pede in stapili posito equum vellet ascendere; ad vocem pauperis, audientiam sibi dari postulantis, quod pedem retraxerit; relictoque equo et regressus in aulam, eadem die ad propositum non reversurus, causam, pro qua fuerat appellatus, benigne et patienter audierit. Consueverat præterea, ad ostium aulæ regiæ sedens, pauperum et vetularum, quæ certis diebus, de singulis quocumque veniebat regionibus, vocabantur, causas diligenter audire, et singulis cum multo sæpe labore satisfacere. Nam sæpe litigabant cum illo, et ipse cum illis; cum ipse nollet contra justitiam personam pauperis accipere, et ipsi nollent rationi quod ostendebat acquiescere. Denique si contingeret, ut Sacerdos, vel Miles, vel Monachus, vel dives vel pauper, vel civis vel peregrinus, vel negotiator vel rusticus, cum eo haberet sermonem, ita cum singulis de suis negotiis et officiis convenienter et C humiliter disserebat, ut singulus quisque sua eum tantum curare putaret, et sic omnes jucundos et ædificatos dimitteret.

pauperum causis nil præferre solitus,

omnibus omnia factus:

38 Tactus infirmitate, qua fuerat carne solvendus, feria quarta, id est tertio decimo Kalendas Junii, cum intellexisset dissolutionem corporis imminere, vocatis famulis suis, quod de se ipse sentiebat, incunctanter exposuit. At illi more humano consolabantur ægrotum, vitam illi et sanitatem penitus promittentes. Sed cum feria sexta morbus ingravesceret, et ei standi simul et incedendi facultatem vis languoris adimeret; accersitis Clericis virisque religiosis, Dominici corporis sacramentum sibi dari postulavit. Parantibus illis afferre quod jusserat, prohibuit ille, dicens, se ante sacrosanctum altare sacrosancta mysteria percepturum. Igitur Clericorum ac Militum manibus in oratorium deportatus, post Missarum solennia, venerandam Crucem, quam Nigram vocant, produci sibi petit adorandam. . . . . . Hanc igitur Crucem, omni Scotorum genti non minus terribilem quam amabilem, cum Rex devotissime adorasset, cum multis lacrymis peccatorum Confessione præmissa, exitum suum cœlestium mysteriorum perceptione munivit. Deinde relatus in thalamum, venientibus Sacerdotibus ut D sacræ Unctionis sacramenta complerent, assurrexit ut potuit; ac de lectulo in terram se dejiciens, salutare illud officium cum tanta devotione suscepit, ut Clericos, paulo festinantius psallentes, manu simul ac sermone compesceret, singulis verbis ipse intenderet, ipse singulis orationibus responderet.

infirmatur;

et ad Viaticum delatus in oratorium,

39 Omnibus igitur rite peractis, cum maxima carnis ac mentis quiete, diem expectavit extremum; suos diligenter obtestans, quatenus, mox ut ipse decederet, mortem suam omnibus propalarent. Quantocitius enim, inquit, mors mea innotuerit, tanto citius amicorum meorum beneficiis, aliquid mihi consolationis pietas divina præstabit. In hac ei devotione dies clauditur, cui sequentem in magna tranquillitate continuavit et noctem. Die autem Dominica quæ Christi Ascensionem præcedebat, id est nono Kalend. Junii illucescente, cum sol iste emergens noctis tenebras radiis suæ lucis abigeret; ipse a corporis tenebris ad veræ lucis gaudia commigrans, cum tanta tranquillitate, ut videretur non obiisse, sed obdormisse; cum tanta devotione; ut inventus sit utrasque manus junctas simul supra pectus suum versus cœlum erexisse. *His narratis, quæ anno* MCLIII *competere probat dies* IX *Kal. Junii, id est* XXIV *Maji, cum Dominica ante Ascensionem concurrens, sub littera Dominica* D, *post Pascha* XIX *Aprilis actum. His, inquam narratis, defuncti animæ bene precatur Ailredus, memor tenerrimi erga se affectus, memorque futurus, ubi pro salute omnium* Patri Filius immolatur. *Tum incipit Regum Angliæ, ipsiusque David Regis Scotiæ, genealogiam texere; a matre Principis Henrici, S. Margaritæ nepte ex Mathilde filia Angliæ Regina, sursum ascendendo usque ad Adam, et inde rursus descendendo, stirpe ducta* a Sem *ad* Woden *id est Mercurium; et inde ad* Edelvulfum Regem; *usque ad S. Margaritæ patruum S. Edwardum, illiusque conjugium Scoticum, unde natos tres supramemoratos fratres ac reges cum breviter laudasset, procedit ad sorores eorum hoc modo:*

religiose moritur

24 Maji an. 1153. E

40 Horum soror Mathildis gloriosissimo Regi Anglorum nupsit Henrico: de cujus admirabili gloria animique virtute, quamque fuerit in officiis divinis sacrisque vigiliis assidua ac devota, in tanta insuper potestate quam humilis, qui scribere voluerit, alteram nobis Esther nostris temporibus declarabit. quod nos facere omisimus, et propter materiæ magnitudinem, et propter harum rerum minorem adhuc cognitionem. Unum tamen illius referam opus (*et hoc est, quod iisdem pene verbis legitur apud Capgravium, ut supra indicavi*) quod ex ore sæpe nominandi et numquam obliviscendi David Regis audivi: per quod qualis fuerit circa pauperes Christi, satis ut arbitror elucescet. Cum, inquit, adolescens in regia curia servirem, nocte quadam in hospitio meo cum sociis meis nescio quid agens, ad thalamum Reginæ ab ipsa vocatus accessi. Et ecce domus plena leprosis, et Regina in medio stans. Depositoque pallio cum se lineo præcinxisset, posita in pelvi aqua, cœpit lavare pedes eorum et extergere, extersosque utrisque constringere manibus, et devotissime osculari. Cui ego: Quid agis, inquam, o Domina mea? Certe, si Rex sciret ista, numquam os tuum, leprosorum pedum tabe pollutum, suis dignaretur labiis osculari. Tunc illa subridens; Pedes, ait, Regis æterni, quis nesciat labiis Regis morituri esse præferendos? Ergo certe idcirco vocavi te, frater carissime, ut meo exemplo talia discas operari: sumpta proinde pelvi fac quod me facere intueris. Ad hanc vocem vehementer expavi, et nullo modo id me pati posse respondi: necdum enim sciebam Dominum, nec revelatus mihi fuerat spiritus ejus. Illa igitur cœptis insistente, ego (mea culpa!)

Davidis soror Mathildis, Angliæ Regina,

leprosorum pedes lavare et osculari solita,

A culpa !) ridens ad socios reverti. Soror hujus Beatissimæ, Maria nomine, Eustacio Bononiensi Comiti traditur in uxorem.

Sancta matris per omnia imitatrix,

41 *Hactenus Aelredus. Joannes Bromptonus, ad annum quo obiit, de ea scripsit. Quod* primis annis inter Moniales Wintonienses educata fuit et instructa, unde, et ut ignobiliores nuptias respueret, quas pater ei sæpius obtulit, peplum sacri veli gestavit. Quamobrem cum Rex Henricus eam thalamo susciperet, res in disputationem venit, resistente Anselmo; donec legitimis testibus probaretur, eam sine professione, et non nisi causa procorum recusandorum, velum gestasse. Hæc itaque duplicem partum enixa, masculum et feminam, parere desiit: inde apud Westmonasterium commorans regaliter est exhibita; *sub habitu monastico, ut ego quidem interpretor, continentem deinceps vitam ductura, volente id Rege.* Ceterum cilicio sub regio cultu induta, nudipes in Quadragesima adibat ecclesiam: nec horrebat lavare morbidorum ulcera, tractans manibus, basia infigens, et mensam apponens. Officii quoque divini multum fuit æmula, et idcirco in Clericos bene melodos prodiga; unde et Scholastici, B cantibus et versibus famosi, ad eam quasi de toto orbe confluebant.

unde nata Mathildis Imperatrix,

42 De hac igitur *(resumo verba Aelredi)* excellentissima et Christianissima Regina *(quam ex Hagustaldensi scimus obiisse anno MCXVIII)* nata est Mathildis, quæ primum Imperatori Romano *Henrico V*, deinde nobilissimo Andegavensium Comiti nupsit Gaufrido. De Maria vero orta est Mathildis, quæ nuptui traditur tunc Comiti Mauritaniæ, nunc vero Regi Anglorum Stephano, *seu potius usurpatori, contra certum jus Mathildis Imperatricis; cum qua demum pactus est, ut hujus filius Henricus succederet in Regnum.* Porro Rex David, tradente Rege Henrico, uxorem duxit Mathildam, filiam Wallevi Comitis et Judithæ, quæ neptis primi Regis Wilhelmi, de qua suscepit filium Henricum, virum mansuetum et pium, hominem suavis spiritus et lactei cordis, et dignum per omnia qui de tali patre nasceretur..... *sed qui uno ante illum anno obiit post Pentecosten, XVIII Maji celebratam juxta Hagustaldensem; relictis filiis parvulis, de quibus mox.* Hæc sunt autem, quæ adhuc supersunt, de hac sancta generatione reliquiæ. De Imperatrice Mathilde tu, vir splendidissime, *Henrice*, quem nunc Normannorum et Aquitanorum Ducem, *ex parte matris, ex parte autem patris* Ande- C gavensium Comitem, *rursum vero ex parte matris* Angliæ videmus heredem: fratres etiam tui Gaufridus et Guilielmus, de quibus bona speramus, quibus etiam bona optamus: *sed nulla relicta posteritate obierunt.*

cujus filius Henricus postea Rex

43 De Regina Mathilde, *filia Eustachii Bononiensis ac Mariæ prædictæ, atque adeo nepte S. Margaritæ*, et pio Rege Stephano, *quamvis haud satis pie ad regnum ingresso*, Stephanus Willielmus Guarenniæ et Bononiæ Comes, *sine liberis defunctus, præfato Henrico Comiti successionem in regnum Maternum facilitavit et asseruit.* De Henrico *præfato, Davidis Regis filio*, Malcolmus, Willielmus, *ambo post avum Reges Scotiæ*, et aviti nominis hæres David *Comes de Dundee*; quorum infantiæ misereatur Deus, miserearis et tu, *Henrice Princeps*, quem totius generis tui caput nobilissimum pietas divina constituit: sit tuus super eos pius aspectus, dulcis affectus, et in quibuscumque tui indiguerint operis effectus: tibi enim ab avo suo, qui te præ cunctis dilexit hominibus, derelicti sunt orphani.

Ex Maria altera sanctæ filia brevis soboles.

Davidis ex filio [illegible] tres nepotes,

44 *Primus, S. Edwardum imitatus, virgo vivere et mori elegit. Secundus, recepto a sacra expeditione fratre Davide sic gavisus est, ut Lodorense monasterium condiderit in gratiarum actionem: uterque tamen cum suo tutore Henrico, propter Cumbriam et Northumbriæ partem, armis aliquando coactus fuit experiri. Ex* Willelmo *processerunt Scotiæ Reges* Alexander II *ac deinde III: cujus liberi præmortui patri, necessitatem Scotis imposuerunt Regem sibi assumendi ex filiabus Davidis Comitis; primo* Joannem, *Davidis ex filia Margarita pronepotem; deinde* Robertum *nepotem ex ejusdem Margaretæ sorore Isabella seu Elisabetha. Atque hinc posteri successere Reges Scotiæ, vicissitudine varia: quos inter et fuere qui adversam* S. Margaritæ *fortunam experti, et sanctimoniam vitæ æmulati sunt. Ex istorum numero sit, quam ætas superior securi cæsam doluit, generosa Princeps Maria Stuarta; ejusque pronepos Jacobus, nominis sui in Scotia, septimus; in Anglia, secundus Rex; qui non ita pridem Religionis ergo patria pulsus, asylum in Gallia quæsivit: nec non Excellentissimus Dominus Comes Pertha, quem nuper Antuerpiæ vidimus, avitæ pietatis ac religionis imitatorem, Drummondanæ Familiæ decus præcipuum: qui et ipse, tum per alios majorum suorum, tum per Annam Bellam Drummondanam, Roberto III Scotiæ Regi nuptam, generis sui nobilitatem ad ipsam sanctam* Margaritam *refert. Fuit is Cancellarius Scotici regni, florente Rege Jacobo, æmulus magno illi Cancellario Angliæ Thomæ Moro, æque ac iste carcerem carcerisque pædorem fidei causa diu perpessus: quibus tandem liberatus, exilium elegit spontaneum, in hoc imitatus etiam* S. Margaritam, *quæ et ipsa exulavit: regnum quoque cum eadem si minus terrenum ac perbreve, aditurus cæleste ac sempiternum.*

ex secundo eorum Alexandri duo Reges, filius et nepos

D

AUCTORE D. P.

E

APPENDIX II

De sacri corporis translationibus, ac novissima Capitis ad Scotorum collegium Duaci.

Translatio S. Margaritæ

M*argaritæ corpus, Fermelinoduni conditum, immotum ibi jacuit usque ad tempora* Alexandri III. *coronatione anno MCCXLIX. Hic, ait lib. 12 Historiæ Scotorum scribit Boethius,* anno secundo regni sui jam undennis, convocatis ex toto regno Coenobiarchis, Episcopis, ac Baronibus, ad Dumfermilinum, celebrioris ac multis supplicationibus peractis, ossa Margaritæ Ataviæ suæ, in Divos relatæ *(etiam primum ab Innocentio Papa IV)* terra effossa, capsulæ argenteæ, multis ornatæ gemmis, imposuit. Cumque ea Episcopi omnium consensu in adytum deportare conarentur, ac perventum jam esset ad Malcolmi mariti ejus sepulcrum; repente omnes immobiles constitere: capsula enim, cui Reliquiæ inerant, sepulcro Malcolmi impressa adhæsit, ne ulla vi moveri potuit. Quo miraculo stupefacti omnes, cum haud invenirent tam novæ rei causam; venerandus quidam senex, spiritu divino afflatus, sublata voce ut cuncti eum facile exaudirent; Margaritam inquit Marito, quam viva semper exhibuit reverentiam, eam mortuo denegare nolle: quamobrem non prius eam vestris manibus se in adytum deportari permissuram, quam Malcolmus maritus humo quoque effossus lateri adjungatur. Quod ubi Regis imperio factum est, tum denique sublata cum marito in adytum delata est, atque in hodiernum usque diem multa populi veneratione ibidem coluntur ambo.

[illegible] immota quoad simul transferuntur ossa R. Malcolmi

F

46 *Hic Boethii locus, testis propemodum irrefragabilis publici in Fermelinodunensi ecclesia cultus,* Malcolmo *quoque communicati; conjunctus loco alteri, ubi idem Boethius dixerat Regis illius cædem accidisse* Idibus Octobris; *Molanum movit, ut in prima sui Martyrologii editione, ad istum diem poneret,* S. Malcolmum Regem. *Sed in die et anno signatis errasse Boethium cum animadvertisset Molanus, iterum decipi*

[illegible] ergo uterque simul ut sanctus hic

AUCTORE D. P.

cipi timens in secunda ac tertia Usuardi sui editione, Malcolmum *omnino prætermisit, uti vidimus in Comm. pr. num.* 12 : *cum posset eum reposuisse ad verum suæ mortis diem,* XIII *Novembris; sicut uxorem ejus* Margaritam *reposuit ad* XVI *ejusdem mensis. Ego si antiquiorem aliquem Boethio testem invenissem, communis cultus utrique conjugi hoc die* X *Junii delati, quo utriusque communem Translationem factam credo: non dubitassem utrumque communiter ut* Sanctum *proponere in hujus diei et tractationis titulo: sicut proposui* XI *Maji* SS. Walbertum et Bertiliam, *ob communem eorum Feriæ* II *Pentecostali venerationem Curtissolræ in Hannonia. Sed his favet possessio indubitabiliter præsens; illis in veterem nec omnino certissimam possessionem reducendis, opus majori auctoritate videtur.*

sicut XI *Maji, Walbertus et Bertilia*

47 *Historia Translationis, eamque prægressæ Canonizationis, olim fideliter descripta habebatur, ut dixi, in MS. Legendario Ultrajectino S. Salvatoris; sed ejus solum ibi initium legebatur hoc tenore.* Gloriosam venerabilis et a Deo dilectæ Beatæ Margaritæ Scotorum Reginæ Translationem, succincto sermone percurrere cupientes, ipsius adjutorium imploramus, qui per eam occidentales tenebras lucifluis præclaræ fidei radiis serenavit. Et licet sancti Patres, prædecessores nostri, tempus visitationis vel translationis dictæ Sanctæ ardenti desiderio concupierant, indigressam tamen omnino viam hoc opus aggrediendi, posteris reliquerunt. Vidimus enim diem illum, et gavisi sumus. Largiente igitur ad hoc, tempus acceptabile et dies salutis, illo qui nec locorum ambitu nec valet metis temporum circumcludi; Abbas domus de Dymfermelyn, ad Apostolicæ Sedis Antistitem cum precibus regiis, testimonio Prælatorum, et precibus cleri ac populi profectus est, de Sancta sua seriem rei relaturus.

Pro canonizationis causa Romam profectus Abbas Dumfermelinen.

48 Proposuit namque diligenter in ejus auditorio, Senatu Apostolico considente, eamdem Beatam in terrestri regno tam religiosam et Deo placitam vitam duxisse, quod nemini dubium sit, quin propter expertissima merita sua præmium gloriæ et honoris sibi in cælestibus comparasset. Adjecit etiam idem Abbas, ad persuasionem suam, absque diffidentiæ scrupulo, affirmandum; Dominum nostrum Jesum Christum, qui in Sanctis suis semper est mirabilis, illam, dum in hujus incolatu exilii moraretur, signis et virtutum prodigiis multimode perlustrasse : ac demum a die transitus temporalis, usque ad tempora hodierna, variis morborum generibus lacessitis, ad sepulcrum ejus sospitatis votivæ gratiam indulsisse. Unde dignissimum, voluntatique divinæ consonum aiebat, tam pretiosam Margaritam, in corde terræ diutius latitantem, ac si lucernam modio contegente submissam, candelabro superimponi debere; et de humili mausoleo super altitudine terra eminentius elevatam, in hierotheca spectabili decentissime collocari.

in Pontificio Consistorio exponit Margaritæ sanctitatem

miraculis in vita et a morte testatam;

49 Auditis his et intellectis, summus Pontifex, directis inquisitoriis quibusdam Episcopis, mandavit, ut super vita, meritis et miraculis prædictæ Sanctæ cognita diligentius veritate, quæ fideli digna relatu reperirent, sub sigillis suis, per fidelem nuntium Apostolatui suo remittere non tardarent. Dicti vero Episcopi, velut viri cordati et ejusdem Sanctæ devoti zelatores, negotium sibi creditum exequi studiosius affectantes; certis die et loco testes admiserunt; de illorum attestationibus, juxta velle suum, aliquid redigentes in scriptis, eidem Abbati committebant, summo Præsuli præsentanda. *Cetera utinam alicubi inveniantur! Interim ex consecuta Translatione, facile intelligitur, Abbatem, evicta Romæ causa, rediisse voti communis compotem. De ipsa autem Translatione, quæ ex Boethio initio descripta legitur, in Breviario Aberdonensi præcitato hæ ponuntur Lectiones, pro primo secundoque Nocturno.*

Pontifex processus formari jubet:

quibus probatis,

50 I Lect. Cum a sanctissimis Patribus, ob populi devotionem, Sanctorum reliquiæ transferri, et altiori in templo Dei tradi cultui soleant, eorumque Translationum dies a clero et populo venerari; vera devotorum Christi fidelium Scotiæ devotio non fuit contenta, quin beatæ reliquiæ S. Margaritæ Reginæ, de humili subterraneo loco, ad venerationem majorem transferrentur; et de tumba lapidea in ecclesia ejusdem de Dumfermling, ubi per annos centum sexaginta septem requieverant, extraherentur. II. Transactis igitur a Christo Salvatore nostro annis quinquaginta uno ducentis et mille, Alexander, illius nominis tertius, Scotorum Rex inclitus (a populo persuasus præmissorum exequendi gratia) cum matre sua Joanna, Scotiæ pro tunc Regina, sorore Henrici Regis Angliæ, ejusdem patris primogenita, cum variis et quam pluribus regni sui Episcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus, Dominis, Baronibus et Militibus, Clericis et laicis, devotionis et peregrinationis causa, ad ecclesiam de Dumfermling conveniebant, jejuniis et orationibus plurimum dediti.

ad faciendam translationem,

convenit Dumfermling Rex cum Proceribus anno 1251:

51 III Atque nocturno in contemplatione et oratione sopito somno, mane facto Pontifices sacri, palliis, mitris, diademate, et Pontificalibus solitis quam devotissime sese induebant, et virorum quoque Religiosorum devotorum, Sacerdotumque et Clericorum, cum vexillis, crucibus, thuribulis, tædis ardentibus et ceroferariis quam decentissimis, processionem solenniter constituerunt; cum campanarum sonitu, et organorum melodia, ac cantu suavissimo, divinum primitus invocantes auxilium; beatissimamque ejus Dei genitricem Mariam, omnesque Sanctos et Sanctas civium cœlestium puris et sinceris mentibus pias implorantes intercessiones, ut se dignos tanto exequendo officio redderent. IV Accesserunt, inquam Pontifices, finitis solennitatibus et orationibus congruis, ad sepulcri locum, ubi beatæ Reliquiæ in præfato lapideo monumento includebantur; easdem sacratis suis manibus honorifice levaverunt; et in theca argentea, auro gemmisque perornata, digno cum honore et reverentia transferentes, collocaverunt.

et precibus cum supplicatione præmissis,

ossa in novam thecam transposita

52 V. Nec defuit ibidem divinæ gratiæ miraculum. Namque cum thesaurus ille Reliquiarum processionaliter, a tumba illa lapidea, Ducum et Comitum manibus deportaretur, de ecclesia inferiori ad chorum ejusdem, usque ad arctam cancellariæ partem, ubi tunc quondam mariti sui Malcolmi Regis Scotorum ossa et reliquiæ ejusdem, in boreali parte navis ecclesiæ ulterioris, sub testudine arcuali in opposito jacebant; mox ferentium brachia reddebantur in tantum fatigata et lassa, præ nimia ponderis gravitate, quod feretrum ipsum cum Reliquiis de loco amovere non poterant; adjunctis insuper, Pontificum mandatis, aliis portatoribus illis fortioribus: qui quanto magis levare conabantur, tanto minus feretrum ipsum levare seu removere poterant. VI Admirantibus cunctis, majorum inito consilio, omnes orationibus se dederunt. Sed cunctis orantibus, vox cuidam viro devoto cælitus insinuata est, dicens; Reliquiæ B. Margaritæ longius deportari posse minime, priusquam reliquiæ viri sui Malcolmi itidem de terra levarentur. Quibus ex tunc exhumatis, ambo simul feretra, absque gravitate, quam facillime, usque in locum ubi ad præsens venerantur, solenniter deportaverunt, ad decimum tertium Kalendarum Julii, anno supra annotato. Qui quidem dies in hujus venerandæ translationis memoria in præsens colitur et veneratur.

ab inferiori ad superioris ecclesiæ chorum deferunt:

quibus ad Malcolmi R. sepulcrum procedentibus nec ultra movere arcam valentibus,

intelligitur ejus quoque ossa elevari debere

53 *Qua de causa festum prædictum a* XIX *Junii ad* X *retractum fuerit ignoratur. Suspicari quis posset,*

hoc

videtur postea facta translatio alia,

A *hoc priori die, novam aliquam Translationem factam, cum fortassis ecclesia, vel incendio deformata, vel temporis longioris cursu fatiscens, instaurata fuisset; vel saltem a corpore separatum est caput, seorsim exponendum populo; ut fere de aliorum plerorumque Sanctorum Capitibus factum, in secunda aliqua ipsorum translatione. De Capite tamen* Malcolmi *idem ordinatum, nullo indicio deprehenditur; adeoque opinor, nullum ei proprium cultum unquam impensum a Scotis, sed solum conjunctum uxoris cultui. Successit deinde seculo* XVII *ultra medietatem promoto, miserabilis sacrarum omnium rerum desolatio et dissipatio, prædominante in Scotia hæresi, per quam verosimile est etiam Dumfermlinense sanctuarium expoliatum fuisse, arcas pretiosas confractas, Reliquias dispersas, quas fideles aliqui clam sublegerint.*

in eaque caput separatum a corpore;

54 *Has ut obtineret, magna solicitudine laboravit pientissimus sapientissimusque Hispaniorum Rex Philippus II, de quo Georgius Conæus, scriptor nobilis, et ab Urbano VIII Purpureo Galero donandus si vixisset, in opere de statu duplicis religionis apud Scotos, lib.* I, *ad annum millesimum scribit, quod* Utriusque Reliquiæ inter Reliquias regias S. Laurentii ad Escuriacum, una in capsula positæ sunt, cum propriis extrinsecus iconibus, et hoc elogio, S. MALCOLMUS REX, S. MARGARITA REGINA. *Fundamenta ejus quæ in Escuriaco est ecclesiæ jecit Philippus anno* MDLXIII; *ipsiusque dedicationem celebravit* MDLXXXVI, *sex mensibus prius quam Maria Stuarta, Scotorum Regina,* VIII *Februarii caput subjiceret ferali securi: ut credibile sit, desperata tum denique re Catholica apud Scotos, satagisse Philippum, ut Regum Sanctorum Reliquias perquirendas, atque ad novam suam ecclesiam perducendas curaret. Idem fortassis geminas eorumdem effigies, Regio in palatio pro more digestas, haberi sciens, indidem earumdem ectypa obtinuerit, quæ optarem delineata accipere, posteris sculpturæ beneficio conservanda.*

et sicut habentur eorum Reliquiæ

B

a Philippo II locata in ecclesia Escuriacen.

55 Caput S. Margaritæ delatum fuit in Castrum Edinburgense servandum, *ita scilicet procurante Maria quæ ibi morabatur, seque imparem sentiebat illi aliter servando ab impiis sacrilegorum manibus; delatum autem eo est, inquit Leslæus in Vita prænotata,* una cum capillis et aliis nonnullis rebus, quas sancto suo usu et contactu reddiderat venerabiles. *Sed etiam ibi non fuit sacro isti pignori diuturna securitas, Maria in Angliam fugiente sub ann.* MDLXVII; *et ubi refugium speraverat carcerem inveniente. Ergo* in castellum Catholici adhuc Baronis Dunensis, clanculo ablata sunt omnia, et a Religioso quodam Benedictino, *sacra Catholica ibidem clam procurante,* annis aliquammultis servata. *Leslæus noster, unde reliqua hæc accepimus, ait,* ejusdem cum Barone cognominis *(verosimiliter et familiæ) fuisse Monachum illum: et quod hic* anno MDXCVII venerabile caput tradidit Missionariis Societatis Jesu. Hi vero cautum eidem volentes, elegerunt ipsum Antverpiam in Belgium transferre; ubi illud loci Episcopus, præmissa inquisitione solita, et a Patribus illis præstito rite juramento certificatus de rei veritate, declaravit, posse ipsum pro vero sanctæ Reginæ capite haberi, et publicæ venerationi exponi, *per hujusmodi litteras.*

Caput Reginæ hæreticis subtractum,

C

allatum an. 1597 Antverpiam.

1627 Duacum migravit,

56 Joannes Malderus, Dei et Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Antverpiensis, omnibus has visuris salutem in Domino. Notum facimus, quod diligenter examinari curavimus ipsique consideravimus et recognovimus testimonia, quæ fidem faciunt; insignes quasdam Reliquias, videlicet Caput S. Margaritæ Reginæ Scotiæ, grassantibus in eodem regno hæreticis, delatas esse ad has partes, opera R. P. Joannis Robæi Presbyteri Societatis Jesu, qui eas D nobis exhibuit. Et circumstantiis omnibus bene per nos et Vicariatum nostrum expensis, nominatim modo quo ad manus dicti P. Robæi insignis hic thesaurus pervenit; easdem reliquias approbandas, tamquam veras et genuinas ejusdem S. Margaritæ, duximus, prout approbamus per præsentes; adeoque concedimus, ut eæ, tamquam sufficienter a nobis recognitæ et probatæ, populo publice venerandæ exponi possint. Datum Antverpiæ, die XV mensis Septembris, an. MDCXX.

et a Maldero Episc. approbatum 1620.

VICTORE D. P.

57 *Idem Caput, septimo post anno, translatum est ad Duacense Scotorum nostrorum in Belgio Collegium, et ab Ordinario permissum exponi publico cultui, sub hac forma.* Hermannus, Dei et Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Atrebatensis. Cum certa traditione acceperimus, Caput S. Margaritæ, Reginæ dum viveret Scotiæ, fideliter Antverpiam advectum, atque ibi a Reverendissimo Episcopo Joanne Maldero approbatum, adeoque permissum auctoritate ejusdem ordinaria, ut publice fidelium venerationi exponeretur; cumque Nobis indubitata fides facta sit, idem sacrum Caput Antverpia Duacum ad Seminarium gentis Scotiæ perlatum, atque in eo tamquam in tuto pietatis asylo depositum; permittimus atque hortamur, ut sacer hic thesaurus, e latebris eductus, in propatulo habeatur; atque publice in sacello ejusdem Seminarii, tam ab incolis quam aliis Christi fidelibus omni honore ac veneratione afficiatur; et hæc sancta Dei Margarita communibus precibus invocetur; ut qua caritate in terris, eadem nunc in cælis Ecclesiam laborantem tenebricosis dæmonum erroribus liberet. In quorum fidem præsentes per infrascriptum Secretarium nostrum fieri, et sigilli nostri, quo in talibus utimur, jussimus appensione muniri. Datum in Palatio nostro Episcopali Atrebatensi, die quinta mensis Julii, anno Domini millesimo sexcentesimo, vigesimo tertio.

Hermannus Atrebat. 1623 rursum habet;

E

De mandato præf. Reverend. Domini Episcopi Atrebat.

Le Mesureur.

58 *Vixit Hermannus Episcopus usque ad* XXIII *Maji ann.* MDCXXXI, *successorem mortuus reliquit* Paulum Boudotum: *qui hæreditariam erga eam affectum testans, Duaci primo sui Pontificatus anno venerabundus inspexit S. Margaritæ caput, ipsumque visitaturis* XL *dierum Indulgentias sanxit.* Innocentius Papa X F Pontifex Maximus, die IV Martii MDCXLV plenarias esse concessit pro die festo; et sic illa a successoribus ejusdem pluribus confirmata successive est. Denique Clemens X anno, *ut dictum in principio,* MDCLXXIII, ad preces Catholicorum Scotiæ, sibi porrectas per D. Baronum Meneses, Equitem Scotum et Magni Moscoviæ Ducis tunc apud Apostolicam Sedem Legatum, decrevit Officium et Missam de communi unius Viduæ non Martyris recitandum; *quæ quomodo successive aucta sint, et ab Officio ad libitum ad strictæ obligationis præceptum erecta, supra vidimus.*

successor Paulus Boudot indulgentias dierum, 1627,

et Innocentius X plenarias an. 1645,

Clemens X ad officium et Missam.

59 *Restat ut ex præfato Collegio Duaceno accipiamus, quo anno, qua ratione, et quorum munificentia sacrum jam sæpe dictum Caput speciosissimæ hermæ argenteæ inclusum nunc asservetur: quo item affectu ipsum veneratus sit Carolus II Rex, adhuc regno extorris cum fratre Jacobo, post ipsum Rege: ad quæ hoc loco ponenda licet nulli pepercerim diligentiæ, variis tamen casibus et Superiorum inopinatis mutationibus accidit, ut hi curare non potuerint postulata promissaque: et ego cogar lectorem differre ad Appendicem hujus tomi vel mensis addendam.*

Caput argenteo inclusum.

Act. 18.

DE

DE S. BOGUMILO SEU THEOPHILO

EX ARCHIEP. GNESNENSI EREMITA CAMALDUL.

UNIEJOVIÆ IN POLONIA MAJORE.

PRÆFATIUNCULA.

D. P.

De Scriptoribus Vitæ, ultimaque hic danda.

AN. MCLXXXII. *Licet haud diu a morte Sanctus habitus sit.*

Prima Polonorum Principum sedes Gnesna, *eorumdemque ad Catholicam fidem adductorum Metropolis ab anno* DCCCCLXVI, *Archiepiscopum suum decimum quartum numerat* B. Bogumilum *quod Græco, sed notiori exteris vocabulo,* Theophilus *redditur in propriis de eo ad Missam Collectis: ab omni retro memoria dictum* Sanctum : *qui post annos gesti muneris quinque non integros, captus desiderio solitariæ vitæ, ex Camaldulensium institutione ducendæ, honori simul renuntiavit et oneri anno* MCLXXII. *Duxit* B *autem vitam illam prope* Dobroviam, *vicum ad Varthæ ac Neræ confluentes situm; ibique tumulatus, in ea quam laicus fundaverat, et Presbyter curaverat parochiali S. Trinitatis ecclesia, miraculis claruit; quoad corpus* Uniejoviam, *propinquum oppidum, et dextræ Warthæ fluminis ripæ adsitum, fuit translatum, anno* MDCLXVI.

Vita tamen cœpta primum scribi hoc seculo,

2 *Vitam antiquiorum nemo scripsit. Miracula in librum unum anno* MCCCCXLIII *collecta dicuntur infra, num.* 64; *sed hic liber ante annum* MDCXLVII, *quo super antiquo indubitatæ sanctitatis cultu captus est formari Processus, dicitur incendio periisse. Primus ex professo synopsim vitæ contexuit, et Cracoviæ imprimendam dedit, anno* MDCIX, *Martinus Baronius, Jaroslaviensis Clericus, inter Sanctorum quorumdam Patronorum Poloniæ Vitas pag.* 34; *sed librum Miraculorum, licet tunc extantem, ignoravit; ut patet ex Indice Auctorum, unde sua se decerpsisse profitetur. Felicior et ab aliis documentis instructior (nam liber Miraculorum jam arserat) idem argumentum tractavit Stephanus Damalevicius Vartam, Canonicorum Regularium ad S. Nicolaum Calissii Præpositus, in Serie Archiepiscoporum Gnesnensium, Varsaviæ producta in lucem anno* MDCXLIX, *ex quo nonnulla dabimus in Appendice, ac nominatim mandatum a Gnesnensi Capitulo datum Concanonico suo D. Matthæo Judicki, pro apparando Processu, Romæ ad causam Canonizationis instruendam serviituro: quod ideo noto, quia eidem jam seni, jamque Gnesnensi Præposito, tamquam adhuc in eamdem causam intentissimo, anno* MDCLXI, *novam ejusdem Sancti Vitam, Romæ excusam dedicavit idem Stephanus.*

cum jam periisset liber miraculorum:

C

3 *Hanc ergo Vitam, operi nostro aptavi, rejectis parergis, tam moralibus quam historicis, quibus illa extendebatur in Capita* XII, *et in novem, operi nostro proportionata, digessi: omisi etiam auctorum citationes marginales importunas; addidi autem, ex prius editis aut post acceptis, Analecta, superioris præsentisque temporis cultum illustrantia, et quid pro eo augendo Romæ actum sit, ut de iis nihil opus esset multa præfari. Non possum tamen non præmonere, in enumerandis explicandisque Sancti virtutibus, rhetorica arte usum Damalevicium videri; dum ad particularia descendens, in unaquaque vitæ a Sancto actæ conditione, ea ipsum fecisse scribit, quæ facta oportuit, ut ex divinis humanisque legibus vivens aliquis, sancte eam duxisse judicetur.*

Recentior omnium quæ nodo hic detur

cum Analectis de cultu recto ab olim cultu.

VITA

Auctore Stephano Damalevicio,

Regularium Calissiensium Præposito,

Romæ impressa anno 1661.

PRÆFATIO AUCTORIS E

Ad Perillustrem et Reverendiss. Dominum D. Matthæum Joannem Judicki, sacræ Theologiæ et Juris utriusque Doctorem, Protonotarium Apostolicum, Archidiaconum Pomesaniæ, in ecclesia Cathedrali Vladislaviensi Canonicum, Gnesnensem Præpositum, Camiensem Infulatum.

Tandem aliquando, post quinque secula, et annos ab iis currentes septuaginta duos, venit ad Te, Perillustris et Reverendissime Domine, Tuus Sanctus Bogumilus, Archiepiscopus Gnesnensis; qui, tamquam flos redolens in diebus veris, plurimarum virtutum orbem Sarmaticum exhilaravit fragrantia Tuus, inquam, peculiariter: cujus Tu pro religiosæ mentis affectu præ omnia, per totum orbem terrarum, immortali celebritate, ad posteros longe lateque propagasti. Delituerat hactenus Apostolici Confessoris memoria, solis circumscripta Poloniarum terminis, et nativis historiarum voluminibus conclusa. Tu ad Indias usque cultum et venerationem tui singularis Patroni, fidæ gratissimus tutelæ cliens, maximo nominis etiam tui ornamento, egregie protendisti; et quam fidelem fueris expertus frequenter, in arduis maxime negotiis, illius patrocinii F opem, inter gentes inhumanitate barbaras, Scythas et Turcas, commorantes fideles Christi cultores docuisti. Magna religionis Christianæ propagatione, zelosus Scytharum Apostolus, Philippus Stanislaus, Nicopolitanus, et Dobrogiorum, necnon Provadiorum ad littus Euxini Ponti Episcopus, in honorem S. Bogumili (ut datis ea super re ad Te litteris significavit) erexit altare, plurimosque Christo lucratus milites, Baptismi et Confirmationis charactere insignivit, patrocinio S. Bogumili devotos... Multi Archiepiscopi Gnesnenses honorem hunc exambierunt; Baranowski, Gembicki, Uvezyk, Lubienski, ut possent memoriam S. Bogumili perpetuare. Jam pecuniam, pro ædificanda de latere cocto ecclesia, in honorem Sancti, de oblationibus ad ejus tumbam fieri solitis, ante annos ducentos et septemdecem, ordinaverat Vincentius Cotus, Archiepiscopus, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis. Jam Baranowski, ejus patrocinio sanitati restitutus, liberalem, in eam cogitationem perficiendam, sumptum adornaverat. Jam Gembicki negotium Uniejoviensi Gubernatori dederat coacervandi materiam. Jam Lubienski

Gratulatur Matthæo Auctor

promotum usque ad barbaras gentes Sancti cultum,

et rem a pluribus Archiepise cogitatam

A bienski, per gnaros architecturæ magistros, idoneum locum templo struendo emensus, lateres et calcem convexerat. Sed omnium vota et desideria, mors invida perennitati hominum, irrita esse jussit. Te hac cura dignatus est tuus Patronus, ut cultum ipsius et venerationem, non intra Poloniarum dumtaxat fines, verum etiam per remotissimas orbis regiones latissime amplificares. Accipe munus benedictionis, Tibi et Collegiatæ tuæ a sancto Archipræsule liberaliter impensum; et venerationem Sancti, quam Tibi inclitus Metropolitani Collegii Senatus Gnesnensis (jam inde ab annis trecentis et amplius, maturo consilio et gravi deliberatione Archiantistitum decretam) propagandam commisit, in extremos orbis terrarum fines, fideliter et alacriter extende.

ipsi vero commissam.

CAPUT I.

Bogumili natales, educatio, casta apud Archiepiscopum avunculum adolescentia.

CAP. I

Cum S. Adalberto Ep. Prag.

Sanctus Adalbertus, Bohemus natione, Gentis Roseæ, quæ Rosam in campo rubro albam gerit pro stemmate, Comitum Libicensium heres, Slaunici et Strzezyslavæ illustrium parentum filius, S. Romualdi Eremitarum Camaldulensium Patriarchæ discipulus; B cum frustra iterum, Moguntino Archiepiscopo in Romana Synodo solicitante, et summo Pontifice Gregorio V mandante, ad Cathedram Pragensem fuisset reversus; obtento consensu sanctæ Sedis Apostolicæ, nisi resipiscerent Pragenses, et sui Pastoris monitis obtemperarent, barbaris gentibus Evangelium prædicandi; in Ungariam primum, deinde in Poloniam venit; ut nova plantationis vineæ Domini Sabaoth germina, salutari Christianæ doctrinæ irrigaret imbre; comitibus in partem laboris, instituti S. Romualdi, Eremitis Camaldulensibus, Christiano et Papante, ac Gaudentio sive Radzino fratre germano; tum et Porajo, quem divina providentia nefario furori Bohemorum, in alios fratres sancti Episcopi, Sobonem, Spicimirum, Boleslaum, Zimissum, et Ceslaum, grassanti subtraxerat, secum assumptis. Ex quibus Gaudentium sive Radzinum, in Cathedram Gnesnensem pro se sufficit, probante Gregorio V Pontifice Maximo, Ottonis III Imperatoris cognato; magnis ipse frustra precibus solicitatus a Polonis, ut laborem excolendis neophytorum moribus, ex ea Cathedra Doctor et Archipræsul impenderet. Qua in re, ne C prorsus vota et desideria, recens ad Christum conversæ nationis, videretur contemnere; summam et compendium doctrinæ Christianæ, lingua vernacula conscriptum, a Polonis decantandum, cum Gaudentio fratri reliquisset (quod usque in præsentem diem, in templis, domibus, et aciebus olim militaribus, decantari usitatum fuit) ipse, ad prædicandum infidelibus Prussis Evangelium, perrexit. Ubi coronam martyrii, remo primum a nauta percussus graviter, septem deinde lanceis a barbaris confossus, adeptus est die XXIII mensis Aprilis, feria sexta magna, anno Christi nongentesimo nonagesimo septimo.

Poloniam ingressus frater Porajus,

illo apud Prussos martyrizato,

2 Porajus autem, frater ipsius germanus, sumpta conjuge in Polonia, Comitum Libicensium nomen et stirpem propagavit, ex qua genuini heredes Rosæ albæ aviti candoris prodierunt, Boguphalus, et Bogumilus germani fratres; ex Nicolao, de Comitibus Libicensibus in Bohemia stirpe Poraja oriundo, in majore Polonia Gnesnensi Castellano, primariæ dignitatis in Senatu Polono viro; et Catharina Gryphia, Comitum de Jaxa sorore, femina lectissima, parentibus piis ac Deum timentibus prognati, in Villa hereditaria dicta Cosminco, prope

Comitum Libicen. stirpem propagat.

Dobrovum pagum Archidiœcesis Gnesnensis, Archi- D diaconatus et territorii Uniejoviensis, Palatinatus Syradiensis. Hi ab infantia, in timore Domini et pietate Christiana instituti a parentibus, litteris etiam humanioribus pueritiam excoluerunt, in Gymnasio Gnesnensi, sancto præceptore curam illorum institutionis sustinente, Ottone Bambergensi Episcopo; qui quamvis et ipse illustribus in Suevia Comitibus, Patre Bertholdo et matre Sophia, natus esset; tamen orbatus parentibus, ad eam devenerat egestatem, ut, cum Grammaticæ præcepta, itemque Poetas et Philosophos, tenaci memoria complexus esset: nec haberet sumptus ad studia subliniora necessarios; in Poloniam, quæ tunc nobilissimum pretiosissimarum sapientiæ mercium extitit emporium, venerit; et ludum litterarium ibi cum auctoritate Principis docendo, aperuerit. Cancellarius deinde factus Boleslai primi Polonorum Regis, et ab eo ad Henricum Quartum Imperatorem legatione functus, Episcopatum Bambergensem, mortuo Ruperto ejus Diœcesis Episcopo, ejusdem Imperatoris promotione, consecutus est; a Paschale summo Pontifice confirmatus, et ipso die Pentecostes ab eodem consecratus. Sub tanto præceptore, postea quam Grammatices et humaniorum studiorum tirocinium deposuissent in patria; ad colendas severiores Musas, animumque perpoliendum Theologiæ ac juris Canonici peritia, Lutetiam Parisiorum, sufficienti ac E liberali sumptu instructi, missi sunt.

A DAMALEVICIO.

Hinc natus cum fratre Bogumilus,

a S. Ottone post Episcopo,

Grammaticis instructus, tum Parisios missus,

3 Vivebat tunc S. Bernardus, Claræ-vallis Ordinis Cisterciensium Abbas, qui per totum orbem sanctitatis instituti sui longe lateque ita fragrantiam sparserat, ut ipso superstite tria monasteria, Andreoviense, Lucnense, et Laudense celeberrima in Polonia fuerint fundata, et liberali Fundatorum munificentia dotata. Ejus Ordinis, cum diligenter in Galliis sanctimoniam circumspexisset Boguphalus, postquam divinarum scientiarum opibus auctus, una cum fratre Bogumilo, in patriam fuisset reversus; nihil cunctabundus, quod firmo et constanti animo, Theologiæ sacræ incumbens, deliberaverat, exequi statuit; seque, spreto fallacis mundi fuco, vanisque ipsius pollicitationibus, et illecebris secularium deliciarum damnatis, sodalitio Cisterciensium, in monasterio Lucnensi, quod nunc Uangrovecense dicitur, solenni professione addixit. Porro natu major Bogumilus, mensuram præclari sui nominis fortunato implens omine, omnem huc operam contulit, ne desidiore passu minoris vestigia F consectaretur fratris; qui jam nomini suo Bogufali (Dei laudem id sonat idiomate Polonico) satis videbatur respondisse, in holocaustum divinæ laudis religiosa professione consecratus. Sancta igitur excitus æmulatione, cœpit et ipse cogitare diligentius, quomodo per stabilia virtutum exercitia, Deo carus (quod dictio Bogumili sua significatione deposcit) evaderet.

indeque regressus in patriam,

III fratre Cisterciensibus addito,

4 Atque imprimis, cum, Deum strenue ac fortiter amando, se id consecuturum speraret; impulsu divini spiritus inter Deum et se reciprocante amicitiam, omnes peccandi occasiones quam accuratissime subterfugere constituit. Cum vero administrationem bonorum, ad se obitu parentum devolutorum suscepisset; frequentius Dobrovensem pagum oculis et animo lustrare consueverat, tamquam locum ab omni negotiorum strepitu semotum, proindeque cœlestium bonorum contemplationi maxime idoneum: speculando præsertim collem, inter altas quercus editiorem, duplici fluviorum Nyr et Vartæ anfractu, aditum in lucum opacum intercludente, circumfluum. Cujus loci opportunitatem, cum attentius considerasset, ante omnia quæ digesserat animo proposita, Christum bonorum

hereditatis suæ partem

confert ad fundandam parochiam Dobroven.

A suorum coheredem scripsit, certa illorum portione Parocho, qui curam Dobrovensis populi gereret attributa; et templum ad laudem et gloriam sanctissimæ Trinitatis sub ejus patrocinio, de plantis abiegnis, quæ arbor cariei non obnoxia in ævum durat, extruxit: atque ab Archiepiscopo Gnesnensi Joanne Primo, ritu solenni dedicandum procuravit. Placebant hæc in Dei gloriæ propagationem adolescentis studia Gnesnensi Archiepiscopo, qui juvenem [monuit], ut post ædem divino nuncupatam cultui, se quoque in ejus laudem vellet mancipatum: sic enim dilectus Deo et hominibus, juxta nominis sui elogium censeri posset. Non invitis accepit auribus Archipræsulis avunculi sui admonitionem, eo etiam facilioribus, quod jam de vitæ statu deligendo, matura deliberatione hinc inde perpensis consiliis, et prudentum responsis, non

A DAMALEVICIO

Clericatui sese destinans,

IV. amplius ancipiti distraheretur alucinatione, sacerdotalis munus officii firma cogitatione complexus. * Subductis ergo rei domesticæ rationibus, Archiepiscopum non multo post sequitur ad arcem Uniejoviensem; et in album relatus aulicorum, munus Cancellarii, ab eo sibi demandatum, magna fide ac diligentia obit.

fit Cancellarius Archiepiscopi,

B 5 Non fidebat ætatis lubricæ fragilitati, aulæ inconstantes blanditias, a qua plerumque monendi libertas et veritatis candor exulare solet, circumspecta cogitatione revolvens; proinde fidum janitorem portis sensuum affixit, timorem Domini; cavens, ne quid illuc introgrederetur, quod castimoniam mentis et corporis ullo modo posset contaminare, aut saltem carnis appetitui reluctantes labefactare conatus. A societate illorum, quibus Deum offendere pro parvo ducitur, magnopere abhorruit. Pluris tempus æstimavit, quam ut illud vanis aulicorum occupationibus et ludorum levitati putaret impendendum. Otium detestatus, nunc orando, nunc scribendo, nunc legendo, laborum et curarum tædia temperavit; honestis nonnumquam deambulationibus et amicorum colloquiis, intensas animi vires remittere contentus. Induit panopliam strenuus Christi miles omnium earum Virtutum, a quibus plurimum præsidii propugnandæ castitati esse solet; maxime autem jejuniis, in obsequium spiritui, rebellem carnis vigorem subigere habuit usitatum: quorum tam religiosus cultor extitit, ut non modo vigilias Sanctorum et quatuor Temporum observantiam unica refectione transigeret; verum etiam quavis sexta feria, ob memoriam Dominicæ C passionis, tantum puer teneret rigorem, ut ne particulam quidem panis sero degustandam sibi permitteret. Quadragesimam per novem integras septimanas, more majorum servavit exacte. Ultra quos jejunandi modos, ab Ecclesia Catholica præscriptos, vel diuturna Polonorum traditione usurpatos, frequentius voluntarias corpori castigando inedias, sicut et scilicia, humicubationes, vigilias, flagellationes, genuflexiones, brachiorum in modum crucis extensiones, diuturnas stationes, et cetera ejus generis macerandæ carnis instrumenta, crebro adhibuit.

Dei timore munitus,

et castitatis servandæ cupidus,

crebris jejuniis aliisque modis carnem macerat,

6 His inexpugnabile scutum orationis adjunxit, gloriosissimæ virginum virgini Deiparæ majorem in modum supplicans, ut propositum castæ mentis sui clientis, tutelari ope, contra infestos mundi, carnis, et cacodæmonum insultus, defendere dignaretur; sciens dæmonum plagas et carnis innatas appetitiones, quibus assidue vexamur difficile esse sine Beatæ Virginis auxilio, ut sedare queamus. Talibus exercitationibus, sensim adolescentiam a fallacis mundi vanitatibus abducebat, ad jugem divini Numinis cultum, in statu Sacerdotali eam disponens, quod propositum jam inde a puerilibus annis

et Deiparam invocat;

conceperat. Itaque quasi legem animo fixit perpe- D tuam, natu majores revereri, æqualibus non invidere, inferiores non contemnere, amicos in via virtutis occurrentes impensius omnibus officiis colere, omnem ambitionem ab actionibus excludere, in iisque solam Dei spectare gloriam et amorem; sobrietatem amare, ab inutilibus sermonibus linguam compescere, piorum librorum lectioni ac meditationibus rerum cœlestium vacare, aures a verbis detractorum et scurrilibus aulæ jocis averruncare, et quævis arma virtutum a sanctis Patribus, quibus se totum adversus ictus vaferrimi serpentis muniret, mutuari; ita ut omnes, quos aliqua virtute consideraret excellere, sibi ad imitandum ob oculos statueret; jamque ipsa serii vultus compositione, et motuum animi corporisque moderatione, specimen quoddam vitæ anachoreticæ in adolescentia præ se ferre videbatur. Mirabantur omnes aulici tam gravem imperturbati propositi constantiam: ob quam illum et sincere diligebant, et religiosa quadam observantia venerabantur; ut illo præsente, non auderent quidquam castis molestum auribus proloqui; neque indulgere ludis, aut vanis aulicorum facetiis et oblectamentis, præsumerent. Fuit in aula E Bogumilus juvenis cor senile gerens, omnibus officiosus, nulli onerosus, devotus ad Deum, benignus ad proximum, sobrius ad mundum, Domini servus, proximi socius, mundi dominus; superiora habens ad gaudium, æqualia, ad consortium, inferiora ad servitium.

seque ad omnem virtutem exercens,

optimo aulicis exemplo est.

CAPUT II.

Sacerdotium susceptum, in eoque humilitas Bogumili et studium orationis.

Considerabat Archiepiscopus mores in juvene, ad omnium virtutum harmoniam recte concinnatos attentius, magno suo solatio; agens summo Numini gratias, quod sibi talem in vinea sua cooperatorem destinasset. Itaque vocato ad se adolescenti, qui jam tunc a sacris Canonibus definitæ ad Sacerdotium fuit ætatis, desiderium, quod antea sibi circa consecrationem Ecclesiæ parochialis Dobrovensis exposuerat, iteratis vicibus gravi persuasione inculcat; identidem asseverans, quod strictam tremendo Judici rationem esset redditurus de talentis sibi concreditis, nisi vellet justis obsecundare monitionibus, atque usuram talentorum in alimoniam familiæ dominicæ fideliter convertere, super eam F per Sacerdotii Ordinem constituendus. Gratias agit primo Archipræsuli, pro paterno erga se affectu et benevolentia; inducias deinde ad tempus Ordinum a jure præfixum sibi concedi poposcit, intra quod matura deliberatione peracta, se ad tam excelsi muneris officium disponeret. Digressus ab Archiepiscopo, cœpit sublimis fastigii celsitatem accurate speculari; et eo periculosioris præcipitii ruinam considerare, quo altius apex dignitatis emineret; intra se diligenter expendens; Grandis dignitas Sacerdotum, sed grandis ruina si peccant; lætemur ad ascensum, sed timeamus ad lapsum. Non est tanti gaudii excelsa tenuisse, quanti mœroris de sublimioribus corruisse: nec enim solum pro nostris delictis reddemus rationem, sed pro omnium quorum abutimur donis, et nequaquam sumus de eorum salute soliciti. Tanta vero solicitudo circa unius animæ lucrum est necessaria, quanta universi orbis divitias lucraturo non sufficeret negotiatori. Tamen, cum frequentius Archiepiscopus Ecclesiarum necessitatem exponeret, et verbis pluribus caritatem erga proximorum salutem exaggeraret, pro qua Filius Dei de cœlis descendit; atque insuper illum potentis obedientiæ terreret auctoritate; tandem Bogumilus, voluntatem

CAP. V. Invitanti ad Ordines sacros avunculo,

post deliberationem maturam,

parere decernit

A voluntatem hanc Dei esse interpretatus, in re tanti momenti, quanti esset sua et proximi salus, majorum [imperiis] qui vices Dei obeunt in terris non refragari consuetus, victas sponte dedit manus auctoritati persuadentis Archiepiscopi. Nimirum [juxta B. Bernardum] bonus obediens dat suum velle et suum nolle, ut possit dicere, Paratum cor meum Deus, paratum cor meum; paratum quodcumque præceperis facere, paratum ad nutum citius obedire; paratum tibi vacare, proximis ministrare, meipsum custodire, et in cœlestium contemplatione requiescere.

Presbyter ordinatur,

8 Eum ita dispositum a populi turba segregat Archiepiscopus, inque numerum Cleri refert, ac tandem per omnes Ordinum gradus rite legitimeque promotum, Presbyteratus sacro charactere insignit. * Factus ex obedientia Sacerdos Bogumilus, cœpit cumulatius cœlestium immissionum dona sentire; atque jam Deo, qui consumens ignis est, sacri amoris incendio liquescere; et fluens tamquam cera a facie ignis, sese in abyssum nihili cum profunda humilitate demittere. Nam ea est veræ humilitatis conditio, ut quo propius divinæ majestatis gloriam speculatur, eo magis se indignam divini sermonis consor-

nihil inde extollitur:

B tio recognoscat. Secus hic omnino accidit, quam in humanæ conversationis frequentia videamus evenire; ubi diuturna familiaritas, extremi contemptus esse solet occasio. Non enim anima fidelis et vere humilis, quod eam Sponsus cœlestis dignetur alloquio, aliquid in se, quo tantos mereatur favores, recognoscit; sed verecunda reverentia et modestia, coram majestate suprema, in cognitionem sui nihili profundius descendit; nec pensat, ubi nunc est; sed ubi fuit, dum non fuit. Excitabat Bogumilum, ad profectum in hac virtute, reminiscentia miseræ conditionis et fragilitatis humanæ, semper cogitando [cum S. Gregorio] quid sibi deesset; repetens memoria, ubi fuit secularibus irretitus curis; aut judiciorum Dei sententiam metuens, et secum quærens, ubi erit; aut cum mala vitæ præsentis attendens et solerter mœrens, considerabat ubi esset; aut cum bona supernæ patriæ contemplabatur, quæ quia nondum adipiscebatur, lugens conspiciebat, ubi non esset; illud tantum usurpans cum tædio: Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus.

sed coram Deo profunde,

9 Illam vero secutus est humilitatem, quæ omnium virtutum est in nobis origo, in propria radice

C caritatis pullulans et perdurans, non quæ se molli vultus compositione ostentat, aut fracta verborum voce insinuat: sed quæ puro cordis affectu, per vilitatis suæ recognitionem, coram Deo se prosternit. Sunt enim plerique in mundo [inquit S. Bernardus] qui volunt esse humiles sine despectu; bene vestiti sine solicitudine; delicatæ pacis possessores sine labore; aliis detrahentes, mordaces ut canes, dolosi ut vulpes, superbi ut leones, intrinsecus autem lupi rapaces; mellis dulcedinem, id est inanis gloriæ et latentis lasciviæ, ut ursi, quærentes. Volunt essse sine auctoritate judices, sine visu testes, postremo falsi accusatores, et omni veritate carentes. Illam coluit Bogumilus humilitatem, quæ in timore Domini fundata, propriæ infirmitatis conscientia in ima deprimitur, et sincero corde se Deo, et in officiis suæ vocationis, cum fiducia divini auxilii fideliter obeundis, et præstanda in pœnis et ærumnis obedientia, et exhibendo debito aliis honore, subjicit. Corde se credebat indignum honoribus: et ore confitebatur; ad Sacerdotium se nullis meritis, sed sola dignatione misericordiæ Domini, vocatum. Itaque reputans animo puritatem Angelicam, quæ Sacerdotii dignitati annexa est; imbecilles

sincere coram proximo, se humiliat,

præsertim in sacrificio Missæ

vires ad excipiendum manibus Dominum, sub quo D curvantur qui portant orbem; ad portandum eum, qui tribus digitis molem terræ appensam gerit; ad sustinendam illius majestatem, qui sedet super Cherubim et Seraphim; ad luctandum cum Deo Israel forti, humili oratione disponebat; modo cum Centurione, indignum se tanti hospitis præsentia corde sincero pronuntians; modo cum Elisabetha, hilari gestiens voluptate et mirabundus exclamans; Unde mihi hoc ut Dominus meus ad me veniat? nunc cum Abrahamo pulverem se ac cinerem in conspectu divinæ majestatis profitens; nunc se peccatorem cum sancto Petro recognoscens; nunc cum prodigo filio, indignum videre altitudinem cœli se reputans; nunc divini fretus auxilii fiducia cum Davide lætabundus occinens; Calicem salutaris accipiam, et nomen Domini invocabo; nunc omnes animi corporisque facultates, ad laudandum Creatorem, divini Psaltæ fervore provocans; Benedic anima mea Domino, et omnia quæ intra me sunt nomini sancto ejus. Benedic anima mea Domino, et noli oblivisci omnes retributiones ejus.

A. DAMALEVICIO

10 Igitur singularem Dei bonitatem, et gratiam vocationis ad tam excelsæ dignitatis apicem recognoscens; et cum fideli Samuele, promptum se ac hilarem ad obsequium, vocanti Deo exhibens; orationis adminiculum, ad implendum tam ardui ne- E gotii munus, adhibuit. Præter divini Officii pensum, quod diebus singulis, juxta ritum et ordinem Provinciæ Gnesnensis, devote, attente, ac fideliter omnipotenti Deo exolvebat, magnam temporis partem orationi mentali tribuere solitus erat; jaculatorias (ut vocant) preces identidem ferventi spiritu interjiciens: Diligam te, Domine, fortitudo mea: Dominus firmamentum meum, et refugium meum, et liberator meus: Deus meus, adjutor meus, et sperabo in eum. Protector meus, et cornu salutis meæ, et susceptor meus. Laudans invocabo Dominum, et ab inimicis meis salvus ero. Domine, nomen tuum et memoriale tuum, in desiderio animæ. Anima mea desideravit te in nocte: sed et spiritu meo, in præcordiis meis, vigilabo ad te: Anima mea liquefacta est, ut dilectus meus locutus est mihi. O Deus meus! noverim te, noverim me: Utinam te summam bonitatem, omnes homines cognoscant, et peccare desinant, et condignas gratiarum actiones pro beneficiis, universæ creaturæ tuæ tibi persolvant! Excessivam redemptionis humanæ caritatem, cum jucundissima voluntatis inflammatione, et ardentissimo imitationis virtutum, in cruciatibus Domini nostri F Jesu Christi, expressarum desiderio, tenerrima compassione medullitus liquescens, contemplabatur. Officium gloriosissimæ virginis Matris Dei, horis Canonicis adjungebat; et Coronam illius, cum interno quodam supernæ dulcedinis gustu et animi serena voluptate, quotidie recitabat. Invaluerat jam tunc pia in Polonia consuetudo, nam simul cum Evangelio, cultus erga Deiparam in partes nostras devenit angelicas Salutationes, ad numerum annorum, quibus in terris morata est, replicandi; eamque sexagies, et ter salutandi, singulis Salutationum decadibus Dominica oratione adjuncta; qui mos orandi, a sancto quodam Eremita, ipsa Deipara ipsum edocente (ut fideli majorum traditione accepimus) profluxit.

VII Frequenti et attentæ orationi deditus,

precibus item jaculatoriis assuetus fuit,

et Officio atque Coronæ Marianæ,

11 Hunc supplicandi ritum Advocatæ nostræ numquam intermisit Bogumilus; puero sibi, a piis parentibus traditum, cujus devotionis evidens argumentum est, lapideus globus grandior, quales Eremitæ ac nostri peregrini plerumque gestare solent, in eremitorio suo, inter quatuor quercus inventus, quem magni muneris loco ferebat Matthias Lubienski, Archiepiscopus Gnesnensis, eximius Deiparæ

[illegible]

A. DAMALEVICIO.

A Deiparæ cultor; qui in honorem ipsius regali magnificentia basilicam a fundamentis erexit Lovicii, et alteram Uniejovii magno sumptu restauravit et concameravit. Sed ad Bogumilum revertamur; et modum, quo se ad operandum tremendo Sacrificii mysterio disponebat, prosequamur. Jacebat pronus humi, manibus in formam crucis extensis; et largo lacrymarum imbre, præ dulcedine spiritus prosilientium, terram irrigabat: Christi Domini exemplum imitans, qui prolixius Patrem orans in horto, cum lacrymis et sanguineo sudore, se ad cruentum Sacrificium, in ara crucis pro nobis offerendum, præparabat. Commendabat suas Angelis preces, supremo Domino præsentandas, non exiguo ipsorum portitorum solatio. Nam (teste Augustino) Oratio est animæ sanctæ præsidium, Angelo bono solatium, diabolo supplicium, gratum Deo obsequium, pœnitentiæ laus, religionis perfecta gloria, spes certa, salutis incorrupta. Implorabat supplex Virginis Deiparæ patrocinium, ut cujus mater extitisset purissima, ad ejusdem conficiendum corpus et sanguinem, sibi necessariam impetraret a Filio puritatem. Flagitabat Cœlitum intercessionem, potissimum B vero illorum, in quorum memoriam rem divinam facturus erat. Propitiabat Numen divinum animabus fidelium defunctorum, ac eo quidem ferventius, quo majore vivorum, in extrema constitutos necessitate, consideraret indigere suffragio; deprecans majestatem altissimam, ut hostiæ salutaris interventu, pœnis ergastuli purgatorii reos dignaretur absolvere. Liquescebat meus Sancti cœlestibus perfusa deliciis, quoties sacrificium sacrosanctæ Missæ, in mensæ caritatis erga genus humanum pignus, offerebat: ut dulces lacrymæ ab oculis celebrantis, in ipso cordis meditullio divini amoris æstu distillatæ, quandoque sacro altaris linteamini aspersæ, prorumperent.

Ad Missæ sacrificium præparatio

et pia sub eo lacrymæ.

CAPUT III.

Dobroviensis Parochiæ cura, fideliter administrata.

VIII. *Parochiæ Dobroviensi præfectus,*

Vacat interea Dobrovensis ecclesia parochialis Sanctissimæ Trinitatis; cujus curam et administrationem defert Bogumilo Archiepiscopus, tanquam illius nuper extructæ ac dotatæ patrono, et villæ Domino hereditario. Nihil refragatur obediens Sacerdos jussis Antistitis; accipit non invitus pro- C vinciam, divinitus sibi (ut interpretabatur) voluntate Archiepiscopi oblatam: conscius autem infirmitatis suæ, supremi bonorum omnium Largitoris gratiam et auxilium precatur, ad majora usitatarum virtutum adnitens incrementa. Diligenti attentione secum revolvit, magnum esse dilectionis Dei argumentum, in curam salutis humanæ incumbere; et animarum, pretioso Christi sanguine redemptarum, vigilantem gerere sollicitudinem. Magno igitur amoris divini æstuans incendio, et, quod diligere proximum tamquam seipsum majus sit omnibus holocautomatibus et sacrificiis, considerans; quemadmodum pro se, ita et pro populo summæ Majestati offerebat sacrificium; in quo dulcedo suavissimæ caritatis, tamquam in proprio fonte degustatur. Majorem nempe hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis; cujus animæ positionis sive mortis annuntiatio est sacrosanctæ Missæ sacrificium, juxta illud oraculum Apostoli; Quotiescumque enim manducabitis panem hunc et calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat: et, In hoc est caritas: non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse dilexit nos, et misit filium suum propitiationem pro peccatis nostris. Nimirum hoc

pro sibi commissis frequenter sacrificat,

1 Cor. 11

est vinculum dilectionis Dei, primum erga nos et D nostræ cum illo ac inter nos unionis; quam tantopere Deus amat, ut qui eam sciderit, sacrificium de manibus illius oblatum repudiet, ipso dicente Domino: Si offers munus tuum ad altare, et recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adversum te: relinque ibi munus tuum ante altare, et vade prius reconciliari fratri tuo: et tunc veniens offeres munus tuum.

usque mutuam caritatem inculcat, Mat. 5, 24

13 Quoties igitur ad tesseram Christianæ caritatis, et communionis æternæ gloriæ pignus, in divinissimo Eucharistiæ sacramento, percipiendam fideles accedebant, toties bonus Pastor, dilecti Discipuli mandatum illis inculcabat: Diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos. Si quis dixerit, Quoniam diligo Deum, et fratrem suum oderit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum, quem videt, Deum quem non videt, quomodo potest diligere? Et hoc mandatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum, diligat et fratrem suum. Proponebat et Christi Domini testamentum, summæ dilectionis erga nos plenum: Mandatum novum do vobis? ut diligatis invicem, sicut dilexi vos, ut et vos diligatis invicem. In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem. Sic Bogumilus, quemadmodum caritate Dei ac proximi se urgente Sacerdotum adiit; ita primum officium esse Sacerdotis, in cordibus fidelium mutuæ excellentis virtutis radicare plantationem, existimavit. Proinde plurimum operæ pastoralis in eo posuit, ut omnium mutuarum offensionum in populo suo tolleret scandala, et dissensionum causa ex animis, irarum vepribus silvescentibus, radicitus extirparet; dulcem vero fraternæ dilectionis et Christianæ concordiæ insereret olivam.

1 Joa. 4

præsertim sub sacra Communione. Joa. 13

E

IX. *In Sacramentis ministrandis est sedulus,*

14 Sacramentorum administrationi (quod alterum est Sacerdotis officium, et eximium veræ Dei dilectionis argumentum) illorum præsertim, quorum omissione salus æterna nequit obtineri, sedulus inhæsit; cogitans, ne aliquando pretium mæstinabilis lytri, sua incuria in aliqua Christi periret ove. Proinde frequenter populum admonuit, ne infantium procrastinaret baptismum; demonstrans, in quanto versetur periculo infans, nondum salutaris unda baptismi tinctus: utpote qui mancipium sit infensissimi generi humano tyranni, qui quidvis audet in eos, qui hereditatem æternæ salutis per gratiam baptismi sunt adituri. Quod si de vita periclitaretur nasciturus puer, formam pro illo casu materiamque baptismi docebat obstetrices; monebatque serio ne quid minuere vel addere auderent, quod substantiam interverteret maxime necessarii, ad vitam æternam obtinendam, Sacramenti. Proximas puerperio feminas hortabatur, ut pœnitentiæ Sacramento culpas delictorum expiarent, inter spem ac metum vitæ mortisque, sub Evæ maledictione constitutæ; quum doctrinam etiam longum et periculosum iter ingressuris, navigaturis, militibus prælium inituris, et ægritudine aliqua lecto affixis, crebro inculcabat: ne tunc primum Sacerdotem ad excipiendam peccatorum suorum confessionem vocarent, cum in extremo vitæ discrimine positos, vix sensuum rationisque compotes, ac quod exinde sequitur, vix gratiæ divinæ capaces, amittendæ salutis æternæ periculo supina illos negligentia objicit. Ipse interim tam sanos quam ægrotos parochianos libenter invisebat; illos in prospera rerum affluentia, ad gratiarum actionem Deo debitam, et eleemosynam pauperibus pro Christi nomine impertiendam, invitans; hos autem, ad tolerandas ægritudinis molestias patienter adhortans, paterna iis consolatione proponens, morbos, qui nobis a Deo immittuntur, vel futurorum peccatorum esse amuleta

maxime circa baptismum infantum,

pœnitentiam de vita periclitantium,

A leta, vel præteritorum satisfactoria remedia. Si quos autem longiori vel graviori ægritudine in periculum vitæ adduci animadverteret, ad muniendum se sacro divinissimæ Eucharistiæ Viatico suaviter inducebat, et inductos eo benigne refocillabat; suadens né Unctionis extremæ Sacramentum postponerent; cujus ea vis et efficacitas esset, ut reliquias peccatorum præsertim venialium deleret: ac proinde fortiter Christi athletas, ad resistendum hosti calcaneo insidianti corroboraret; et corporis etiam sanitatem quandoque, juxta Dei beneplacitum, restitueret.

Viaticum et Unctionem;

15 Suadebat suis, ut ægrotos libenter visitarent, et necessitatibus eorum, animi et corporis, quisque pro sua virili subvenirent: ipse in iis quæ docebat, alacri præiens exemplo. Inter alia misericordiæ opera, ut mortuorum funera ducerent, et in sepulturam pauperum ditiores sumptum facerent, hortabatur, copiosam ejus commiserationis retributionem in operibus sancti Tobiæ declarando: ipse pietatis hoc officium Christianæ numquam oblata occasione intermittens, et proprio sumptu justa pauperibus persolvens. Ne autem quis desiderare posset in eo aliquod solicitudinis pastoralis officium, et ejus culpa se periisse coram supremo Judice juste queri posset; assiduo se intra limites parochiæ continuit; convivia luxum redolentia, tam parochianorum quam vicinorum nobilium devitando. Ubi tamen, quando, et quibus speraret suam præsentiam, ac potissimum simplicibus profuturam; semper se eumdem, benignum, lenem, modestum, affabilem, et cunctis accessu facilem exhibebat; cibi, potui, somnoque parcius indulgens, ut in vigili pastoralis officii statione, ad reficiendas suæ fidei commissas oves Sacramentorum mysteriis, noctu diuque esset expeditus.

Sanis commendat opera misericordiæ,

B

et pauperum sepulturas.

16 Nec vero illud obscurum est Dei et proximi dilectionis indicium, talenta divinitus sibi tradita in negotiationem cœlestium margaritarum, et usuram lucrumque animarum familiæ Domini, liberaliter expendere. Hunc enim servum fidelem atque prudentem præpositum familiæ significat [inquit S. Hilarius] commoda atque utilitates sibi commissi populi curantem; qui si dicto audiens, et præceptis obediens erit, id est, si doctrinæ opportunitate et veritate, infirma confirmet, disrupta consolidet, depravata convertat, et verbum vitæ in æternitatis cibum alendæ familiæ dispendat, atque hæc agens hisque immorans deprehendatur; gloriam a Domino, tamquam dispensator fidelis et villicus utilis, consequetur, et super omnia bona constituetur; id est, in Dei gloria collocabitur. Nactus erat naturæ beneficio præclaras ad persuadendum dotes Boguslaus; justam viri staturam, quæ nec proportionis et symmetriæ totius corporis partium excederet mensuram, nec ab ea quavis parte deficeret; latera firma, vocem sonoram, vultus graviter compositi majestatem, sermoni etiam conferente gratiam facie liberali. Sed in his omnibus plus operabatur fervens proximi caritas, ardens propagandæ divinæ gloriæ zelus, indefessum sacrarum litterarum studium, sanctorum Patrum lectio, beneficiorum Dei maxime redemptionis humanæ meditatio; et virtutum, quas auribus mentibusque instillabat auditorum, in seipso expressum exemplar. Æstuabat cor ejus divini amoris incendio tam vasto, ut totum orbem illo igni, quem Christus Dominus venit in terram mittere, conflagrare desideraret. Quidquid opportunum videret ad Dei gloriam amplificandam, nullo modo sibi negligendum putabat, tamquam fidelis talentorum Domini dispensator.

Evangelicus verbi divini minister,

C

et egregiis ad hoc dotibus instructus,

17 Quidquid de suggestu dicturus erat populo, sive vitia detestaturus, sive virtutes commendaturus, sive suppliciorum æternorum pœnas exaggeraturus, sive felicis bonorum operum retributionis gaudia explicaturus, sive beneficiorum Dei et in his potissimum redemptionis generis humani magnitudinem enarraturus, sive ad pœnitentiam de sceleribus admissis peccatores hortaturus; omne illud intra præcordia et medullas cordis Dei amore flagrantis decoquere, lacrymis foras erumpentibus, usitatum habebat; non prius populo, quam sibi magister. Nulla sibi, quamtumvis elaborata, et ad profectum proximorum accommodata sapiebat oratio sive concio, quam non suavi dulcissimi nominis Jesu commemoratione condivisset. Nomen quippe hoc divinum, sciebat esse oleum effusum, quod et odorem salutis halaret, in vitam æternam anhelantibus; et fœtores peccatorum dissiparet proficientibus; virtutum splendores illuminaret, tepidos accenderet, fessos recrearet, pusillanimes corroboraret, et igni caritatis liquefactas mentes, in consortium divinæ naturæ insereret. Neque enim aliud nomen est sub cœlo datum hominibus, in quo nos oporteat salvos fieri. Quoties autem nomen hoc salutiferum vel Deiparæ Virginis Mariæ pronuntiandum illi fuit, tam in ecclesia quam extra, toties cum demissa reverentia caput inclinabat; exemplo docens, et verbis quandoque rudem admonens plebem, quanta sacrosanctis Nominibus veneratio deberetur.

D

nonnisi bene paratus accedebat ad dicendum

sacra nomina semper profunde se inclinat

E

18 Et quamvis, tamquam ignitus Seraphim, maxime in votis haberet, voluntates hominum ad Dei amorem, plurimorum ejus beneficiorum recordatione, inflammare; tamen ad captum hebetis plebeculæ sese demittens, comprimis necessaria scitu doctrinæ Christianæ capita, vulgaris sermonis simplicitate, adhibitis etiam, ubi res posceret, similitudinibus, præsertim circa Sanctissimæ Trinitatis, Incarnationis Dominicæ, atque sacrosanctæ Eucharistiæ mysteria, et alios fidei articulos, explanabat. Maximus autem illi labor fuit, in exstirpandis paganæ superstitionis reliquiis. Nam quamvis per fidem Christo adhæsissent a centum jam et amplius annis Poloni; tamen indocile vulgus, somniorum conjecturis, vanas observationes, et diversas divinationes in humanarum actionum eventibus, eo retinebat obstinatius, quo diuturniore majorum consuetudine circa priscam idololatriam fuissent radicatæ. Præceptorum ergo Decalogi errabundis ovibus diligenter materiam elucidabat; docens tam medendi modos, qui fundamentum in connexione causarum naturalium non haberent, quam sortilegia, incantationes, magiam, necromantiam, et quasvis divinationis species, a diabolicis fraudibus et pacto seu expresso sive tacito promanare; ac proinde qui talibus occupantur aut credunt, primo præcepto divino repugnare. Reliqua illis in ordine Dei præcepta retexens, et obligationem illorum, sub peccati mortalis reatu et salutis æternæ dispendio, annuntians; quoniam qui talia agunt regnum Dei non consequentur. Commendabat illis testamentum S. Adalberti Martyris sive Canticum, Polonis antequam iret in Prussiam relictum; in quo is præcipua quædam Christianæ institutionis capita brevi compendio, pro faciliori reminiscentia complexus fuerat; potissimum cultum et venerationem Deiparæ Virginis, redemptionis humanæ mysterium, et invocationem Sanctorum continens; atque ut illud devote cantarent, hortabatur.

Superstitiones eliminat,

F

et S. Adalberti catechesim inculcat

19 Multi quidem et graves Sancto labores, in tam difficili rudis plebeculæ cultura, exantlandi fuerunt; eos tamen solabantur dulces percepti fructus, in populo simplici, et sincero corde monitis pastoralibus obsequente. Monebat agricolas, ut ita suos temperarent alternis operibus labores, ne solicitudo rerum temporalium intentionem animi, ab iis quæ

virtutes.

A quæ ad cultum Deo exhibendum pertinent, averteret. Tum etiam frequenter insinuabat illis, ne ad ullum opus peragendum sese accingerent, nisi prius actus omnes diei præsentis ad Dei gloriam collimarent ; quod, dum festis celebribus opere servili abstinentes, et sacrosanctum Missæ sacrificium audientes, fideliter exequerentur, magna voluptate solicitum exhilarabant Pastorem : qui sancta æmulatione et fervent zelo, quas auditorum mentibus virtutes optabat inserere, illas a trunco et radice sui exempli, luxuriantibus surculis transplantabat ; ita suaviter ad currendam mandatorum Dei viam populum alliciens, imo fortissime pertrahens, signorum gratiam, a Christo Domino credentibus promissorum, uberem consecutus. Quantis enim ille cæcis, in via veritatis errantibus [ut loquar cum S. Maximo] et de summa jam in profundum rupe pendentibus, amissum reddidit visum, et illum quo Christus videretur reparavit intuitum? Quantorum auribus surdis, et infidelitatis obturatione damnatis, ad percipiendam vocem cœlestium mandatorum, pretiosum infudit auditum ; ut vocanti Deo ad misericordiam, responderent per obedientiam? Quantos intrinsecus vulneratos, Angelici oris arte et orationum, ab infirmitate curavit? Quantos, per longam incuriam, peccati labe resolutos, et quadam lepræ contagione perfusos, castigationibus et exhortationibus expiando, Deo in se operante, mundavit? Quantorum animas, vivente in corpore jam defunctas, et delictorum mole obrutas ac sepultas, ad emendationem tam piam ad lucem vocando, Deo resuscitavit, ut Domini sui admirandus imitator, jam mortuas Deo, e contrario mortificet vitali morte peccato?

exemplo æque ac verbo prod.

B

CAPUT IV.

Decani Gnesnensis munus accurate impletum. Miracula.

XII. *Citra ambitionem vel simoniam*

Gratificaturus tantis viri laboribus Archiepiscopus, Decanali eum in Ecclesia Metropolitana Gnesnensi dignitate condecorat, nihil prensantem : procul enim aberat a viri sancti moribus, illud subtile malum, secretum virus, pestis occulta, doli artifex, mater hypocrisis, livoris parens, vitiorum origo, tinea sanctitatis, excæcatrix cordium, ambitio. Non munus illi ab obsequio, vel a manu, vel a lingua aditum paravit ad dignitatem ; quibus viis eniti plerumque solent ambitiosi homines, ad summa honorum fastigia, sponte cæco impetu in præcipitium barathri ruentes ; non examinata virium ad dignitatem proportione, et quid humeri oneri ferendo valeant nihil considerantes. Ipse simplex virtutis candor, et vehemens cultus divini propagandi ardor, laborque in quærendis animarum lucris indefessus, aditum ad eam dignitatem paravit Bogumilo. Laborabat fidelis in vinea Domini operarius, non se quærens extra, parvo contentus beneficio, satis locuples suo patrimonio, de quo sibi et pauperibus vitæ necessaria providebat. Tamen, sicut ad hunc dignitatis gradum superba cum non provexit ambitio, ita neque opum paternarum abundantia animum generosum in superbiam impulit, ut aspernaretur inter illustres Ecclesiæ Metropolitanæ Senatores, facundus Prælatus conscribi, onus in honore considerans. Etenim Decani officium est, ritum divini cultus per diœcesim ordinare ; horis Canonicis, ut devote ac graviter in ecclesia Cathedrali peragantur, attendere ; inter beneficiatos, Choro perpetuis temporibus adscriptos, pacem, concordiam, tranquillitatem animorum fovere ; seriem ministeriorum, juxta ordinem et personarum senium, disponere ; et, ne quid desit ad implenda divinæ laudis munia, solerti consideratione circumspicere. D

C *factus Decanus Gnesnensis,*

munus illud accurate implet ;

21 Porro quamvis, ut annexo dignitati oneri satisfaceret, abdicare vellet a se beneficii Curati ecclesiæ Dobrovensis solicitudinem ; tamen ab Archiepiscopo rogatus ne id faceret, obedienter acquievit : nihil sanctum reputans, quod quis contra obedientiam auderet aut moliretur. Fuit tunc ea temporum conditio, ut unus in pluribus ecclesiis conscribi deberet, ob Sacerdotum penuriam. Itaque onera imposita sibi beneficiorum sic alternabat, ut celebrioribus diebus Choro ecclesiæ Metropolitanæ adesset ; ac ne ulla in persolvendo divini Officii debito negligentia obreperet, diligentius circumspiceret, substituto interim Sacerdote ad parochiam, qui onus curæ pastoralis sustineret ad tempus modicum, dum reverteretur ; reliquis temporibus assiduus in sua parochia residebat, juris divini mandato religiose obtemperans.

nec tamen dimittit curam pastoralem.

22 Adeptus eam dignitatem, Collegium Vicariorum convocat ; præmissaque de divinæ laudis excellentia oratione, in qua diserto sermone, quomodo Angelorum cœtus suis hierarchiis distincti, summo Creatori alternantibus choris, tota virium collectione, cum profunda reverentia, filiali timore, ac voluntatis ardore flagrantissimo jubilant, cum explicuisset; eos ad æmulam cœlestis chori contentionem, quantum imbecillitati humanæ liceret, adhortatus est diligenter ; ut memores quod eidem Domino in conspectu Angelorum psallerent ; devote, reverenter, attente, cum gravi pausa, munus Angelicum, ut ipsi Angeli Domini exercituum, exequerentur. Atque ne ulla torpedo mentis, tarditas corporis, aut Horæ alicujus omissio subreperet, Vicedecano serio injunxit, ut semper Choro interesset ; et ne quid eorum, quæ a se ordinata sunt, intermitteretur, accurate invigilaret. Punctarori deinde negotium dedit, eos qui abessent, aut infra Officium confabularentur, vel quoquo modo cursum illius sive impedirent sive interturbarent, connotandi ; ut negligentibus stipendium pro pœna subtractum, in subsidium diligentiorum cederet.

XIII *Vicarios monet Psalmodiæ intendere.* E

23 His ita constitutis, redibat ad parochiam, boni pastoris officium impleturus. Non illum sublimior dignitas a conversatione rudis plebeculæ abstraxit ; non egit in transversum rectæ intentionis scopum honorum cupiditas ; non tumor vanus aut inanis fastus solicitudinem curæ pastoralis remisit ; non amor excellentiæ propriæ altius adduxit supercilium, ut aliquem pauperem aliquando despexerit ; idem qui supra Bogumilus, comis ad omnes, accessu facilis, benignus, affabilis, liberalis ; nisi quod opulentiore auctus censu, necessitatibus egenorum quam ante provideret sufficientius. Eumdem in prædicando tenuit fervorem, eamdem sustinuit in administratione Sacramentorum curam, eamdem in fovendis Christi pauperibus servavit solicitudinem, fidelis bonorum Domini dispensator. Quod sancti viri studium, et ardens salutis proximorum zelus, quantum sibi placuerit, Divina Majestas miraculo comprobavit. Nam cum Horis Canonicis rite persolutis in ecclesia Metropolitana Gnesnensi, festis principalioribus ad parochialem suam Dobrovensem, quindecim milliaribus Gnesna distantem, rem divinam facturus pergeret ; summo desiderio populus adventum ipsius in ripa fluminis præstolari solebat, eo quod Varta rapidus fluvius, qui vernis autumnalibusque aquis plus nimio ultra usitatum alveum excrescit, sibi aditum ad insulam, in qua templum situm est, intercluderet. Quo cum vir sanctus perveniret, magna fiducia divini auxilii fretus, superficiem fluvii siccis pedibus premens, ad insulam permeabat ipse ; populumque suis vestigiis jussum

Idem qui antea circa plebem suam,

F

miraculo illustratur :

A jussum pergere, confidenter ad Ecclesiam adduxit, eodem miraculo super aquas ambulantem. Rite vero peractis in templo divinis Officiis, eodem itinere vir sanctus cum populo sequente se, in adversam fluminis ripam siccis plantis regrediebatur; ubi consistens, pisces in Dei nomine ad se vocavit, qui cum glomerantibus cuneis plurimi, jussis viri Dei obtemperantes, accessissent; complures ex iis captos, in esurientem populum, quantum cuique opus erat, distribuit; reliquos in undas abire, benedictionem illis impartitus, jussit: ac eodem tempore Gnesnam pro prandio, una cum collegis Prælatis et Canonicis hora solita sumendo, redibat.

XIV. *quod cum sex miracula complectatur,*

24 Sex in his actibus viri sancti miracula emicant. Primum, quod quindecim milliaria, (post horam sextam Officii divini, juxta usum patriæ, videlicet post horam nonam in medio horologio, intra unam circiter horam, ut competenti ad celebrandum tempore adesset Dobroviæ, confecerit. Secundum, quod super aquas ipse siccis pedibus ambulaverit. Tertium, quod populum etiam per eas mirabiliter traduxerit. Quartum, quod eadem via cum populo redierit: nam longa qualis est Missæ et concionis interpolatio, B miraculum tanto temporis intervallo, prodit esse diversum. Quintum, quod pisces imperio habuerit obsequentes. Sextum denique, quod intra horam, per milliaria quindecim, ad sumendum tempore congruo cum Canonicis prandium, reverti soleret. Increbuit hæc in illis partibus fama, quod sancti viri benedictione, de qua præmissum est, pisces eo loci in tantum sint multiplicati; ut etiam nunc inibi abundent magis, quam alibi usquam in Polonia; et sapore longe aliis, qui eodem Vartensi continentur fluvio, præstent. De cancris certo compertum est, eos ibi saporis optimi reperiri, in tanta copia, ut toti non modo Syradiensi oræ, verum etiam Posnaniensi tractui, qui ad eumdem fluvium situs est, affatim sufficiant. Atque hinc perspicuum est, quantum divina Bogumilus excelluerit fide, cui Christus Dominus miraculorum operationem attribuit; Amen dico vobis, quia quicumque dixerit huic monti, Tollere, et mittere in mare, et non hæsitaverit in corde suo, sed crediderit, quia quodcumque dixerit, fiat, fiet ei. Cum vero, montis nomine [ut inquit Beda] nonnumquam diabolus significetur, propter superbiam, qua se contra Deum erigit, et esse vult similis Altissimo; mons, ad præceptum eorum, qui fide fortes sunt, tollitur de terra, et in mare projicitur; cum prædicantibus Doctoribus C sanctis, immundus spiritus ab eorum corde repellitur qui sunt præordinati, et in turbulentis amarisque infidelium mentibus vesaniam suæ tyrannidis exercere permittitur. Manifeste autem constat, quod ferventi Evangelii prædicatione, quæ fidem in mentibus auditorum generat, complures tales montes, e superbis fastuosorum divitum animis ejectos, in Phlegethontæum more præcipitaverit sanctus Bogumilus.

apparet quanta fuerit ejus fides,

Mar. 11

qui certius quam Petrus supra aquas ambulavit,

25 Hæc nempe assidua est Prædicatorum occupatio, cum vaferrimo generis humani hoste confligere; ac ipsius fallaces technas, ne iis incautæ fidelium mentes illaqueentur, retexere ac dissolvere. Fide, quam instillant Prædicatores auribus, corda credentium attolluntur; ut conversationem suam in cœlis recognoscentes, terrenas possessiones et divitias, salutarem verbi Dei sementem suffocantes, generosa magnanimitate despiciant. Hac Petrus, cui non caro et sanguis, sed Pater cœlestis revelavit, altius a terrenis elevatus cogitationibus, per insanos furiosi maris fluctus, corporeæ concretionis immemor, ad Christum cucurrit, cujus nisi fidei ardor intepuisset, optatum iter secure fuisset emensus. Mergi cœpit, quia dubitavit, modicamque fidem Christo vocanti habuit. Quis vero hic non videt, D quanto sublimius nostrum Bogumilum fidei constantia extulerit; dum nihil dubitat inusitatum hominibus iter aggredi, et rapidos Vartæ vortices siccis urgere vestigiis? Neque solus dumtaxat tantæ fidei stabilimento inhæsit, sed illius solidam firmitudinem, etiam verbum Dei devote audientis turbæ auribus et pectoribus feliciter impressit: ut se, quemadmodum salutis æternæ ducem, ita et itineris fluctivagi cordibus impavidis sequi præeuntem minime hallucinarentur. Jucundum erat effusæ vicinitati spectaculum, novos Israelitas, in semine Abrahæ benedictos, portentosis ausibus fluctus, tumida eluvione aquarum superbos, siccis exuperantes plantis intueri. Admirandam fidei exuperantiam multum diuque religiosa suspexit antiquitas, dum in vetustis templi parietibus, per aquas populo præeuntem, et piscibus imperantem, rudi quidem, sed ipsa vetustate commendabili penicillo, transmisit Bogumilum, numquam de tantis hæsituræ miraculis posteritati.

A DAMALEVICIO.

et simul per eas plebem traduxit;

26 Fuit hoc calcandi aquas miraculum, ad corroborandam in fide Poloniam, ante centum annos ad Christum conversam, peropportunum: quo iterum fidem, innocentisque vitæ integritatem, atque E ardens in promovenda salute proximorum studium, post annos centum, sancti Hyacinthi Poloni Ordinis Prædicatorum placuit supremæ Majestati condecorare: cum is Vandalum fluvium, prope Visegradum aquis redundantem, nullo navigio trajecit, sociis quoque expanso super undas pallio traductis. Est profecto cur Poloni singulares gratias divinæ Majestati agamus, quod majoribus quam ipse fecerat Christus Dominus, nostros Sanctos miraculis dignatus sit honorare. Legimus Christum Dominum sæpe in trajiciendis aquis navigio usum, semel dumtaxat super aquas ambulasse; et B. Petrum ambulantem in fluctibus sua dextera, ne mergeretur, erexisse. Sanctus Bogumilus citra navigium, sæpius trajecit Vartam. Christus Dominus quatriduanum Lazarum suscitavit a mortuis; S. Stanislaus triennalem Petrum e tumulo, ad perhibendum veritati testimonium, excivit. Nempe illa fides horum Sanctorum extitit, cui majora miracula Christus Dominus appromisit. Amen, amen dico vobis, qui credit in me, opera, quæ ego facio, et ipse faciet, et majora horum faciet.

sicut postea S. Hyacinthus

Joa. 14, 12

CAPUT V.

F

Bogumili in Archiepiscopatu virtutes: cura diœcesi visitandæ, liberalitas pauperibus impensa; monasterium Coronoviense fundatum.

Joannes, primus Gnesnensis Archiepiscopus vulgo Janicus, extremum interea vitæ diem clausit, ischiatica ægritudine, qua diutius laboraverat, confectus; postquam Ecclesiam per annos quindecim gubernasset. Cum igitur frequens Senatus Prælatorum Canonicorumque, ad providendum de sponso Ecclesiæ viduæ convenisset; deliberatio non diuturna cleri populique desiderium tenuit, ut ad Bogumilum, cujus vitæ sanctitas satis omnibus fuit explorata, fasces dignitatis excelsæ deferrent. Obluctatur suffragiis collegarum vere humilis Sacerdos, qua precibus qua lacrymis, ne onus angelicis humeris formidandum imponerent, suæ imbecillitati, obsecrando; sed potius merita dignioris, qui tam arduo labori sustinendo par esset, virum nomine proprio indigitando, tum sublimis honoris fastigio coronarent. Cum vero reluctanti electores frustra suas preces opponerent; severam iis comminationem

CAP. XV. *Mortuo Archiepiscopo Joanne I,*

A tionem adjunxerunt, ut apud se diligentius expenderet, an electioni dissentire, non sit resistere Spiritui sancto, qui voluntates et animos omnium concordi suffragio in se pertraxisset. Tandem passus sibi persuaderi, accinxit fortitudine lumbos, Spiritus sancti opem implorans; ut qui se ad onus tantum vocasset, vires ferendo illi dignaretur suppeditare idoneas. Ab Alexandro igitur tertio summo Pontifice, confirmationem obtinuit; atque a vicinioribus consecratus Episcopis, et Pallio decoratus, MCLXVII, maxima omnium Ordinum de sancto Præsule ovantium congratulatione, apprehendit.

[illegible] unanimi suæ electioni assensus Bogumilus,

consecratur an. 1167

28 In tam excelso dignitatis culmine constitutus, tamquam bonus speculator, rationes primum vitæ suæ circumspexit, et firma timoris Domini lege circumscripsit; serio considerans, quam exactam rationem in die districti judicii, de tot ovibus suæ curæ commissis, summo Principi pastorum esset redditurus. Itaque nihil de contemplatricis vitæ studio remisit; imo vigiliis, orationibus, jejuniis, animi perturbationibus edomandis, cupiditatibus frangendis, et corpori ad rationis imperium subigendo, tanto vacavit intensius, quanto hæc arma regendis ac moderandis aliorum affectibus expeditiora et magis necessaria judicaret. B Revolvens porro illud jugi meditatione Apostoli effatum: Omnis Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad Deum, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis; et satagens ut ei muneri satisfaceret accuratius; tempus, ante omnia stabili dispensatione ita distribuit, ut tres horas contemplationi, orationibusque tam publicis officii divini quam privatis, et lectioni sacræ Scripturæ piorumque librorum impenderet; deinde ad sacrosanctum Missæ sacrificium, cum ordinata facultatum animi sensuumque recollectione celebrandum, e cubiculo prodiret. Hoc autem tanta devotione pro se ac populo solebat offerre, ut crebris prosilientibus ab æstu amoris divini lacrymis, circumstantium voluntates compunctas, violento quodam impetu in Deum rapere videretur: illud maxime Deum interno mentis affectu precatus, ne pretium sanguinis Christi Redemptoris, peccatorum nostrorum propitiatio, suo tempore vilesceret; aut culpa sua, in aliqua ovicula sibi commissa periret: et ne loco placationis iræ divinæ, severam ob sua peccata et negligentiam, ignavus pastor in oves accenderet vindictam. Reliquum quod supererat matutini temporis, C libellorum supplicum, a subditis pauperibusque sibi porrectorum, lectioni, causarum judiciis, et disceptationibus controversiarum, viduarum et pupillorum necessitatibus sublevandis; pomeridianum vero rei œconomicæ ordinandæ, litium anfractibus explicandis, reipublicæ negotiis agitandis, ac litterarum expeditionibus, finiumque regundorum, necnon bonorum Ecclesiæ defendendorum, mediis inveniendis, attribuebat. Residuam denique diei partem, vespertinis precibus, meditationi et examini conscientiæ litaniis ceterisque pietatis exercitiis dabat.

Et hinc ille sibi attendere solicitus;

Heb. 5, 1

et tempus accurate partitum,

orationi

officioque Episcopali impendere

XVI.

Exteriori specie Præsule digna:

29 In conversatione humana eminebat quædam in ipsius vultu augustior ac humano prorsus fastigio sublimior majestas, ob pulcherrimam morum symmetriam, gestuumque corporis decentem compositionem: qua in se bonorum operum vivum exemplar ad imitandum ovibus exhibebat, nullius virtutis prædicationem suscipiens, cujus species et pulcritudo in suis actionibus non reluceret. Enitebat in viro Dei singularis actionum animique motuum temperantia, iræ aliarumque cupiditatum refrænatio, consilii sani stabilitas, rerum gerendarum dexteritas, in tolerandis perversorum importunitatibus æquanimitas, in perferendis injuriis fortitudo, in cura subditorum indefessa sollicitudo, D in colendis amicitiæ legibus imperturbata constantia, in cibo potuque discreta moderatio et frugalis parsimonia, in excipiendis hospitibus generosa liberalitas, in sustentandis pauperibus profusa munificentia, in sermone seria gravitas, in incessu circumspecta maturitas, in vultu severitati conjuncta modestia, in castigandis erroribus et vitiis misericors benignitas, in ornandis templis apparatibusque sacris augendis heroica magnificentia, in propagandi cultus divini studio zelus exæstuans, in salute hominum promovenda incredibile desiderium; quæ insignia candidæ mentis ornamenta maximam illi apud omnes, non modo gratiam, sed venerandam etiam augebant auctoritatem: qua plurimum pollebat, in peccatoribus ad meliorem frugem et saniora vitæ laudabilis consilia reducendis.

jungens virtutes eidem congruas:

30 Quod munus, Episcopis maxime proprium, ut cum majori subditi gregis exequeretur emolumento; cura prædicandi in ecclesia cathedrali aliis commissa, ipse visitationis amplissimæ diœcesis negotium suscepit: in qua plurimos charactere Confirmationis insigniens, docebat in hoc Sacramento rite dispositis conferri septem dona Spiritus sancti, E præsertim fortitudinis, ad libere nomen Domini confitendum, et fidem Christi absque vano seculi timore constanter promulgandam; et alios, cum profusione etiam sanguinis, si hoc ferat necessitas, publice docendam; nullas ob ejus constantem professionem adversitates, injurias, et persecutiones extimescendo; in cujus fortitudinis evidens argumentum, circa hoc Sacramentum, non erubescunt palam sustinere alapam generosi Christi milites. Si aliquos reperiebat publicis peccatis obnoxios; leniter admonebat, et ad publicam pœnitentiam peragendam, sceleris gravitate proposita, hortabatur; et quo quis deinceps remedio ad vitanda peccata uteretur injungendo, tamquam bonus medicus salutifera cataplasmata, exemplo Samaritani vinum austeritatis et oleum commiserationis infundens, pœnitentibus applicabat. Compatiebatur quidem ille humanæ fragilitati, non tamen justum corripiendi modum deserebat; præsertim ubi ad plures exempli perversi sceleris imitatores dimanare videret. Ita se benignum in admonendo patrem præbebat, ut simul severum vitiorum se censorem exhiberet, quando id poposcit, et peccantis profectus, et conscitorum criminis testium ædificatio, prudenter clementiæ severitatem, et severitati clementiam F intermiscens. Sunt namque nonnulli ita districti [teste S. Gregorio] ut etiam omnem mansuetudinem benignitatis amittant: et sunt nonnulli ita mansueti, ut perdant districti jura regiminis. Unde cunctis rectoribus utraque summopere sunt tenenda, ut nec in disciplinæ rigore, benignitatem mansuetudinis: nec rursus in mansuetudine, districtionem deserant disciplinæ: quatenus nec a compassione pietatis obdurescant, cum contumacem corrigunt; nec disciplinæ rigorem molliant, cum infirmorum animos consolantur.

Diœcesim visitat et Confirmationem impendit suis:

vitia præsertim publica corrigit,

discrete severus.

XVII.

Pro ovibus animam ponere paratus,

31 Cum vero bonus Pastor debeat dare animam pro ovibus suis, ita ut ubi viderit iis æternæ salutis a lupo infernali periculum imminere, teneatur se vitæ præsentis objicere discrimini, ut e faucibus tartari periclitantes eripiat, (unde tam in hostili fidelium persecutione, ubi non caput Pastoris petitur, sed evertendæ divinæ fidei ergo bellum geritur; quam in pestiferæ luis contagione, debet non subtrahere ovibus præsentiam, debet non fugere, quod facit mercenarius; sed fideliter ac fortiter adesse, ac Sacramenta ministrare periclitantibus) multo magis ad eumdem spectat, temporalibus subsidiis proximorum indigentiæ succurrere. In hoc enim

cognovimus

1 Joa. 3, 16 et 17.
egentibus liberaliter subvenit,

A cognovimus caritatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit: et nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit substantiam hujus mundi, et viderit fratrem suum necessitatem habere, et clauserit viscera sua ab eo, quomodo caritas Dei manet in eo? Implevit hoc Discipuli dilecti præceptum Bogumilus, dum vitæ propriæ urgente se caritate prodigus, per exundantem fluvium perrexit, ut populo salutaris doctrinæ panem frangeret esurienti; et peccatores, per pœnitentiam Deo reconciliatos, ab æternis gehennæ cruciatibus, ad supernæ felicitatis hereditatem transferret. Aquæ multæ non potuerunt extinguere caritatem illius, nec flumina obruere. Sic qui paratus erat vitam dare pro ovibus, libentius substantiam hujus mundi earum necessitatibus sublevandis erogabat, eo hilariore liberalitate; quo luculentius sibi constaret, partem sibi jure optimo in reditibus ecclesiasticorum beneficiorum pauperes vendicare, juxta illud [S. Augustini effatum], Quidquid habent Clerici pauperum est, et domus illorum omnibus debent esse communes: susceptioni peregrinorum et hospitum invigilare debent.

tamquam ex debito;

32 Nempe Doctorum populi scire illud interest:
B quod res quas aliqui superabundantes [juxta S. Thomam] habent, ex naturali jure debentur pauperum sustentationi. At nunc, eheu! quantis dici potest [istud Basilii], Non minoris est criminis habenti tollere, quam cum possis et habeas indigentibus denegare: esurientium panis est quem tu detines; nudorum indumentum, miserorum redemptio et absolutio, pecunia, quam tu in terra defodis: tantorum scias invadere te bona, quantis possis præstare, et nolis. Utinam [inquit S. Bernardus] timeant Ecclesiæ ministri, qui in terris Sanctorum, quas possident, tam iniqua gerunt, ut stipendiis quæ sufficere debeant minime contenti, superflua quibus egeni sustentandi forent impie sacrilegeque sibi retineant, et in usus suæ superbiæ luxuriaque victum pauperum consumere non vereantur: duplici profecto iniquitate peccant, quod sic aliena diripiunt, et sacris in suis vanitatibus et turpitudinibus abutuntur. Et quamvis, qui esurientem pane verbi reficit, et sitientem potu sapientiæ refrigerat, qui errantem in domum patris revocat, qui innocentem protegit, qui infirmum in fide assumit et confirmat, qui tribulatione oppresso subvenit compatiendo vel consolando, veram dilectionem adimplet; [teste Rabano tamen, cum hæc omnia veræ dilectionis
C argumenta implevisset Bogumilus, nondum se justitiæ Christianæ et pleno Pastoris officio satisfecisse arbitratus est, nisi etiam Ecclesiæ dispositioni obtemperaret, quæ sic beneficia Episcoporum partitur. Mos est Apostolicæ Sedis, ordinato Episcopo præcepta tradere, ut de omni stipendio, quod accepit, quatuor debeant fieri portiones; una videlicet Episcopo, ac familiæ ejus, propter hospitalitatem atque susceptionem: alia Clero, tertia pauperibus, quarta ecclesiis reparandis. Hanc ille consuetudinem fideliter observavit. Quamvis enim tam Prælatorum, et Canonicorum, quam aliorum Curatorum, Vicariorum, et Capellanorum Sacerdotum, reditus in suis Beneficiis erectis destinate fuissent constituti: tamen cum frequentibus Ecclesia indigeret ministris; domus Episcopalis, tunc clericorum et puerorum ad Ecclesiastica obsequia formandorum seminarium fuit. Neque solum de bonis et reditibus Ecclesiæ pavit esurientes, operuit nudos, sepelivit mortuos, hospitalitatemque peregrinis exhibuit Bogumilus; verum etiam de amplissima patrimonii sui sorte, plurimum in opera misericordia contulit.

trifariam partiendo ecclesiasticos reditus,

imo et patrimoniales census,

XVIII 33 Ut justorum semita quasi lux procedit, crescens in perfectum diem: ita liberalitas Bogumili, a D sustentatione pauperum, provisione viduarum et pupillorum, susceptione peregrinorum, ad heroicam progreditur magnificentiam. Nam hoc interest inter utramque virtutem, quod illam quisque privatus, pro modo facultatum suarum, exercere possit in egentes; hæc Principum propria est, quæ sublimi magnitudine animi, rarum quid et admirabile destinans, sumptus splendore Principum dignos, ad perficiendum excelsi propositi molimen, libenter impendit; qualia sunt admirationi hominum exposita monumenta, erectio Academiarum, fundatio Xenodochiorum, ædificia Basilicarum, quæ nonnisi larga pecuniarum profusione, ab heroibus perfici solent. Nam superbæ palatiorum moles, quamvis curiosos spectatorum oculos trahant in admirationem sui, obliquis tamen plerumque hirquis, a nonnullis non sine gemitu considerari solent; quod vel oppressione subditorum, vel alienæ sortis usurpatione, vel tenuioris viciniæ coarctatione, vel subtractione debitæ pauperum sustentationis, ad invidendum culmen assurrexerint; tamquam, ipsis oppressorum lacrymis ac læsorum maledictis in ruinam trahentibus, funesto aliquando casu succutienda ominantes, et nonnumquam vindex injuriarum bidental imprecantes. E

A DAMALEVICIO.
Deinde majus aliquid moliens,

34 Florebat tunc Ordo Cisterciensis, sub Regula sancti Monachorum Patriarchæ Benedicti religiose militans, Divi Bernardi sanctitate ac doctrina illustris, in quo et studiosa vitæ regularis observantia, et erudiendorum puerorum cura, et hospitum benigna susceptio, sed imprimis erga sanctissimam Virginem Dei matrem singularis devotio, longe lateque per orbem Christianum suavissimum sparserat odorem. Hunc cum antecessor suus Gnesnensis Archiepiscopus, pia voluntatis propensione, adamasset, vocatis ex Burgundia ejus Ordinis Sodalibus, Morimundensis cœnobii alumnis: totam hereditatis partem, septem villas, et de novem pagis decimas, a duobus Episcopis Cracoviensibus, Mauro et Radosto, de consensu Capituli obtentas, perpetua donatione attribuit; cujus Ordinis Fratres jam ante, Christi anno MCXLV, Miesco sive Miecislaus senex, Majoris Poloniæ Dux, in loco qui vocatur Landa prope Vartam fluvium, tredecim villis in eorum sustentationem adscriptis, præsentibus Petro II Archiepiscopo Guesnense, et Martino Episcopo Posnaniense, sub eodem Eugenio, pro dilectione Domini nostri Jesu Christi (ut diploma sonat) liberatoris animarum nostrarum, et pro veneratione F gloriosæ genitricis ejusdem perpetuæ Virginis Mariæ, et omnium Sanctorum, de longinquis terræ partibus adductos, de cœnobio videlicet Bergensi, pro vitis litteratis, divinorum celebrationibus, cœlestiumque contemplationibus, collocaverat.

Ordini Cisterciensi,

an. 1145 in Poloniam adducto,

attribuit de consensu Capituli

35 Trahebat omnium corda Principum, in sui admirationem, recens exorti Ordinis sanctimonia, reverenda morum compositio, generosus rerum secularium contemptus, assiduum divinæ laudis studium, eximius Deiparæ cultus, pacata vitæ contemplatricis tranquillitas, et excellentis doctrinæ opimo. Itaque Bogumilus, avunculi sui, Joannis Archiepiscopi, cum exemplum sequi apud se statuisset; quinque patrimonii sui villas, et de villis quatuordecim decimas, cum consensu Collegii Metropolitani, largitus est Ordini prædicto, ad fundandum cœnobium in loco, qui Capitulo generali videretur magis idoneus; quæ bona in manus Boguphali fratris, jam tunc professi in monasterio Lucnensi, anno Domini MCLIII, a Sbyluto nobili Polono condito, consignavit; quæ omnia bona, videlicet Dobrowo, Leszno, Rzuchowo, Zadowo, et Kuvoaczewo; Decimas in Chelm, Krobawo, Danbe, Ostrowo, Komorowo,

villas et decimas,

A rowo, Karszewo, Kakrzewo, Bessiekieri, Slavencino, Grabowo, Janislowo, Kolnica, Chociemino, et Wenglowa, Generale Capitulum, Christiano Episcopo Prussiæ, Monacho Cisterciensis, Ordinis, (eo quod sua bona, quorum plusquam centum villas in terra Culmensi habebat donatione Conradi Ducis Masoviæ, Pruteni vastaverant) in subsidium possidenda contulit. Quæ deinde cum resignasset Christianus anno Christi MCCXXXIII, Wilhelmo Abbati de Sulejow et ejus Conventui, pro voluntate Generalis Capituli possidenda ; is de mandato ejusdem Capituli, condidit monasterium ultra Vistulam, e regione Cathedralis ecclesiæ Vladislaviensis, in villa Szpital; quod deinde in Villam Byschow translatum, inde post annos septuaginta, ad oppidum Coronowo anno MCCLXXXVIII, in die sancti Vitalis Martyris, IV Kalend. Maji, sub regimine Engilberti Abbatis Byschoviensis, transtulit Vislaus Episcopus Vladislaviensis, gente Zabavius. Unde monasterium Coronoviense, primum sui fundatorem grato animo agnoscit et veneratur Bogumilum, hoc illi antiquitus tribuens elogium : Bogumilus, Archiepiscopus Gnesnensis, de domo et familia Rosarum, homo pius et ecclesiasticus, pauperum et pupillorum, strenuus defensor, in vita sua nulli injurius, cultus divini ardentissimus zelator et propagator, primus monasterii Coronoviensis fundator, Sic Sanctus Bogumilus substantiam hujus mundi et bona sui patrimonii dispersit, dedit pauperibus ; ac eo nomine potissimum illa Cisterciensi Ordini alacri largitione addixit, quod juxta sancti Patriarchæ Benedicti præceptum, hilaris ibi hospitum receptio accurate observetur ; ut ita inexhaustus fons liberalitatis suæ, perpetua scaturigine, in Christi pauperes et peregrinos manaret : tamquam sibi singulariter illud (S. Petri Damiani) dictum fuisset ; Stude ecclesias tenues prædiorum tuorum collatione ditare : da terram, et tolle cœlum : possessiones transitoriæ transferantur in titulos hereditatis æternæ.

A DAMALEVICIO.

ad fundandum monasterium Coronoviense

B

CAPUT VI.

Quam justus in omni vita et in suo regimine Bogumilus.

CAP. XIX.

Justitiæ, quæ unicuique jus suum tribuere mandat, a primis pueritiæ annis habitum induerat, parentum monitis diligenter auscultans; qui eum ab infantia C Deum timere docebant, et reddendi juris, supremo rerum omnium Domino debiti, reverentiæ, cultus, et amoris, recitando libenter balbutiente adhuc lingua orationem Dominicam, salutationem Angelicam, et divinæ fidei Symbolum, crebrius admonebant : ut jam in rasa quinquennis infantis intellectus tabula, fortiter hanc sententiam (Lactantii) impressisse viderentur, Hac conditione gignimur, ut generati, Deo justa et debita obsequia præbeamus ; hunc solum noverimus, hunc sequamur : hoc vinculo pietatis adstricti Deo et religati sumus, unde ipsa Religio nomen accepit. Postquam plenum rationis usum adeptus est, cor suum ac intellectum ad cognitionem Creatoris, divina fide ac spe sublatum, ad cœlestium bonorum desideria erexit ; jam inde statuendo, quidquid ad Dei gloriam magis conducibile putaret, se fideli obsequio executurum. Unde fiebat, ut dans operam litteris in Gymnasio Gnesnensi, libens ecclesiam visitaret, sacrumque Missæ sacrificium, antequam intraret scholam, audiret ; et munia divinæ laudis, a Sacerdotibus decantata, sedula cogitatione ruminabat : ob fideliter impensum Majestati supremæ tributum, mira voluptate animi oblectatus. Cum versiculum horæ Tertiæ diei Dominicæ, inter psallentes Sacerdotes, secundum Ecclesiæ Gnesnensis morem ex ordine, in schola constituto, se tangente, Inclina cor meum Deus in testimonia tua, decantaret ; intimo quodam suavitatis gustu afficiebatur, ardenti desiderio precando divinam Majestatem, ut se Sacerdotum collegio dignaretur cooptare. D

A puero debitum Deo reddere doctus,

37 Sic jam in annis puerilibus, dulces surculos, alendæ senectuti comprimis idoneos, trunco timoris Domini videbatur inseruisse. Principium etenim nostræ salutis sapientiæque, secundum Scripturas, timor domini est. De timore Domini, nascitur compunctio salutaris ; de compunctione cordis procedit abrenuntiatio, id est nuditas et contemptus omnium facultatum ; de nuditate, humilitas procreatur; de humilitate, mortificatio voluntatum generatur, de voluntatum mortificatione, extirpantur atque arescunt vitia; vitiorum expulsione, virtutes fructificant atque succrescunt ; virtutum pullulatione, puritas cordis acquiritur; per cordis puritatem, Apostolicæ caritatis perfectio possidetur. Quæ omnia cum in vitæ illius cursu ad amussim expressa cernantur, jam in ipsis pueritiæ annis vitæ Anachoreticæ videbatur statuisse fundamentum, nullis seculi tempestatibus eruendum, nullis voluptatum carnis blanditiis labefactandum, nullis sathanæ machinationibus de tenacis propositi constantia dimovendum. Atque in hoc fundamento sive columna immobili, stabilem sibi fixit legem, jus suum unicuique tribuendi ; cavendo diligenter, ne lingua volubilis non determinatam certa deliberatione mentem unquam præcurreret ; aut animus, in ancipiti bivio constitutus, verba in eam partem jactaret captiosa, ad quam se ipse minime inclinaret. Circumspecta ipsi cura semper fuit, nullos astus ambiguis verborum ambagibus involvere, nullos tenere callida simulatione dolos, nemini mendacium pro veritate obtrudere, nullum operarium constituta fraudare mercede ; sed omnium pactorum, conventorum, promissorum, licitationum, commissionum, depositorum, illibatam fide intemerata servare sinceritatem. Ad quam rem constanter implendam, ne verbis proximum quomodocumque læsuris offenderet, frænum linguæ pauca loquendo adduxit : ut quamvis natura disertus esset, in colloquio tamen hominum moderatione sermonis uteretur summa.

et in ejus timore fundatus,

E

proximo reddebat etiam jus suum.

38 Factus Archiepiscopus Gnesnensis, accurate jura justitiæ, officia et beneficia juxta meritorum uniuscujusque proportionem distribuentis, servabat ; diligenter invigilando, ne virtus et doctrina, exemplo et verbo in Ecclesiæ utilitatem laborans, condignis frustraretur præmiis ; ac imprimis, ut nemini cito manus imponeret, Apostolicæ obtemperans constitutioni, seriam vigilantiam adhibuit. Proinde cum Archidiaconus, cum deputatis ordinandorum examinatoribus, sacræ Theologiæ ac juris utriusque Doctoribus, suo fungeretur officio ; serio conditiones et dotes adscribendorum ministeriis Ecclesiæ, ad trutinam sacrorum canonum expendens ; et qua quisque diœcesi, patria, parochia esset oriundus, solicite inquirens ; tum singulorum mores, natales, ætatem, doctrinam explorans, solebat frequens adesse ; ne quid circa earum exactum desideraretur examen, considerando ; et utrum capita doctrinæ Christianæ alios iis imbuturi probe intelligerent, advertendo, tum et illud observari præcipiendo, ut non modo Clerici minoribus initiati Ordinibus, verum etiam scholæ parochialis Rector, chori puerilis Præcentor, et Æditui, tunicis talaribus, et nigri quidem coloris veste superiore sive toga uterentur : ut ita speciatim deputati ministeriis Ecclesiæ adolescentes, quantumvis Ordinis charactere minime insigniti, a communi populi vestitu discriminarentur : qui mos laudabiliter, in Ecclesiis

XX. ordinandos solicite examinabat,

F

1 Tim, 5

et habitum Clericalem exigebat

A Ecclesiis Poloniarum, ad Laurentii Gembicki Archiepiscopi Gnesnensis tempora perennavit; cum præsertim Albertus Baranowski suus antecessor, in prævaricatores hujus mandati pœnam statuisset. Tanta fuit olim Polonorum erga Sacerdotes observantia, ut non modo ipsis submissam exhiberent venerationem; sed eos etiam, qui ad illorum vestium cultum proxime accederent, reverenter haberent; et eis victum competentem alternatim sufficienter impertirent.

a quibuscumque Ecclesiæ ministris.

Pro majoribus Ordinibus majori utebatur delectu,

39 Qui ad sacros Ordines præsertim Subdiaconatus aspirarent, rigidiori subjiciebat examini; quod jam iis in sacro constitutis Ordine, missa semel ad aratrum manu, nefas esset retrospicere, et amplius ad vota secularia convolare. Ad gradum Presbyterii, nisi qui distinctis interstitiis in Subdiaconatus et Diaconatus Ordinibus ministeria sua fuissent executi, et in illis bene exercitati, ac ritus administrationis Sacramentorum callerent, ac ad populum in fidei articulis et morum homini Christiano congruentium doctrina erudiendum essent idonei ac sufficientes, non admittebantur: sed repulsam tantisper patiebantur, dum implendo muneri sui Ordinis dogmata necessaria ediscerent. Porro quamvis sine ti-
B tulo provisionis non admitterentur sacris initiandi Ordinibus Clerici; tamen, si quos videbat litteris magis excultos quam communiter essent alii, et ad curam animarum exercendam aptiores; penes se fovebat, mores eorum cominus inspiciendo, et cui Ecclesiæ cum majori emolumento possent adscribi trutinando: et quemadmodum in conferendis Ordinibus numquam præceps judicium est secutus; ita in evehendis ad Ecclesiam Cathedralem et ejus Dignitates atque Canonicatus viris, singularem habebat personarum delectum; quo nomine plurimum favit iis, qui morum gravitate ac doctrinæ soliditate antecellerent: providens, ut in collegio Senatus Ecclesiæ, mediam partem saltem haberet Doctorum, quorum in arduis Ecclesiæ negotiis secure niteretur consiliis. Sed per Joannem Laski, Archiepiscopum Gnesnensem, vigesimum nonum a Bogumilo successorem, obreptitia narratione Leonis X (alioqui litteratorum amantissimi Patroni) crebrius aures fatigantem, virtutis et doctrinæ præmio frustrati viri docti contabescunt. Nam in principalibus Ecclesiis quinque Cathedralibus, Gnesnensi, Cracoviensi, Vladislaviensi, Posnaniensi, et Plocensi, quatuor dumtaxat Doctores in singulis locum habent, duo in Theologia, duo in Jure utroque laureati; reliquis
C exclusis, excellentibus etiam Doctoribus, qui ab utroque parente nobiles non censerentur.

et maximo ad Canonicatus,

absque respectu nobilitatis.

40 Justitiæ, quæ vindicationem seu pœnas scelerum sacris Canonum sanctionibus propositas respicit, ita spiritu lenitatis et mansuetudinis moderabatur, ut se patrem, prius blandis dehortationibus a concepta licentiæ furentis iniquitate impios milites abducens, exhiberet; tandem ruenti in præceps audaciæ, cum magna plurimorum salutis ruina, severus morum censor et justus iniquitatem vindex, fræna pœnarum jure decretarum addudeceret, proclivior ad misericordiam, tardior ad vindictam. Habebat præ oculis modum corripiendi, a Doctore gentium descriptum, Fratres, et si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, ejusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne et tu tenteris. Considerabat, officium medendi efficax, a benignitate et mansuetudine paterna, antequam ad ferrum et ignem devenire oporteat, debere proficisci. Quemadmodum etenim medici, ut præfuturum ægroto antidotum exhibeant, cum sciant non aliter nisi amara potione malum averti posse, illius amaritudinem saccaro condiunt; ne medicinam æger fastidiens, medicum desiderato frustretur effectu; ita qui utiliter alterum admonere volunt, verbis primum blandis ut disponant morbo animi laborantem est necesse, ut amaram exhortationis potionem ferat levius, et sic ad saniora qui corripitur redeat consilia. Ubi vero desperata ægritudinis in tantum processit gravitas, ut aliis pestifera contagione vitam videatur ereptura; ad severiorem objurgationem descendendum erit, ut ad putidum membrum resecandum ferro sit opus, et igni, juxta sancti Augustini Doctoris edictum: Emendatoriam sustinere vindictam si quis forte recusaverit, de vestra projiciatur societate; non enim et hoc fit crudeliter, sed misericorditer, ne contagione pestifera plurimos perdat. Nimirum manifesta peccata [ut ait S. Gregorius] non sunt occulta correctione purganda; sed palam sunt arguendi, qui palam nocent: ut dum aperta objurgatione sanantur, hi qui eos imitando delinquerant, corrigantur. Dum enim unus corripitur, plurimi emendantur; et melius est, ut pro multorum salute unus condemnetur, quam ut per unius licentiam multi periclitenter. Porro, qui non corrigit resecanda, committit: et facientis culpam habet, qui quod potest corrigere, negligit emendare.

XXI.

Ad misericordiam quam vindictam proclivior,

Gal. 6

D

A DAMALEVICIO.

malis tamen publice noxiis non parcebat,

E

41 Accommodavit publicis peccatoribus opportuna remedia Bogumilus, cum probis moderate, cum supinis vehementer, cum audacibus acerbe, cum cautioribus leniter agens. Timiditatem pastorum, qui animo pusillo metuentes delinquentem offendere, seipsos et gregem perdunt, minaciter Deus redarguit, per Ezechielem; Quod infirmum fuit non consolidastis, quod ægrotum non sanastis, quod confractum est non alligastis, et quod abjectum est, non reduxistis. Ubi confractum alligari oportere, summus Pastorum princeps declarat, quod per censuras Ecclesiasticas fit commodissime, juxta potestatem, a Christo Domino Petro traditam, et aliis Pastoribus Ecclesiæ in partem solicitudinis vocatis communicatam per hæc verba; Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in cœlis, Quod eo diligentius exequi tenentur Præsules, quo magis illis timendum est, ne publicorum peccatorum, iram Dei contra totum regnum provocantium, fiant participes. Qui enim perversos aut metuit aut erubescit corrigere, nihil aliud facit quam favet impietati eorum; cum non careat scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obviare.

neminem reformidans.

F

42 Quoties pro tribunali jura redditurus, juxta præscriptos a sacris Canonibus terminos, sedit; toties memor, judicium Dei exerceri, ab omnibus illicitis, quæ possent aut æquum justitiæ cursum impedire, aut judicem transversum amore, odio, respectu amicitiæ, sanguinis, muneris, agere, abstinuit; solo veritatis examine solido suffultus. Neminem de plenitudine potestatis, quam usurpare nequiit salva Domini Apostolici auctoritate, motu proprio jussit adcitari, nisi ad requisitionem vel accusatoris, vel in publicis criminibus Fiscalis Curiæ; ut reo daretur, contra deferentes calumniose innocentem facultas agendi pro pœna rationis, in quantum in probatione defecisset accusator. Namque sic impune cuivis liceret innocentem calumniari, et omnis humanæ societatis jura convellere; si quod quis dicit, sine parte judex audiat; et contumacem, ad affectationem partis adversæ, illum qui non est pronuntiet. Meminerat recte processus summi Judicis, et rerum omnium Conditoris; cui quamvis esset Adæ inobedientia satis perspecta, utpote cui omnis voluntas loquitur, et quem nullum latet secretum; eum tamen condemnaturus, ut se sisteret judicio, vocavit. Et in superbo illo Babylonicæ turris molimine,

XXII

Secundum Canones solitus jus dicere,

neminem damnat nisi auditum;

A Damalevicio.

mine, descendit Dominus ut videret civitatem et turrim, quam ædificabant filii Adam. Et in nefandis Sodomitarum sceleribus puniendis, datus est pœnitentiæ locus; Descendam (inquit Deus) et videbo, utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverint; an non est ita, ut sciam. Atque ita ad sententiam numquam ferendam processit Bogumilus, nisi ad quam, utrum se res ita habeat, per visitationem et inquisitionem seriam descendisset. Sic judiciorum temperabat auctoritatem, ut de quibus sibi certa persuasione constaret, quod in Ecclesia laborarent enixius; non eos ad aniles famæ levis rumusculos, honore periclitari sineret; sed prius accurata facta visitatione, et in mores accusati ac vitam inquisitione, famæ publicæ clamorosa insinuatione, vel testium rigido examine convictum, ad se citari faciebat, ut comparenti reo diceret; Quid hoc audito de te? redde rationem villicationis tuæ. Servabat exacte modum a sanctis Canonibus puniendi definitum, ut prius trina Canonica monitione præmissa, reum, rebellem pronuntiaret, et tandem ad definitivam sententiam procederet.

non usurpabat jus alienum;

43 Reverebatur sanctæ Sedis Apostolicæ auctoritatem, ut in ea judicia falcem numquam immitteret, quibus sancta Sedes manum apposuisset, vel ad eam causa quoquo modo fuisset devoluta: religiosum ducens ab iis abstinere, quæ supremi Ecclesiæ Judicis majestatem attingerent. Non arrogabat sibi claves Petri, in confusionem ecclesiasticæ hierarchiæ, communicatione sibi earum de gratia Sedis Apostolicæ contentus. Causas quæ ad se nihil spectabant, ad forum competens et superioris judicis auctoritatem referebat; ne videretur libidine magis dominandi, quam veri rectique investigandi studio, in temerariam vindictam ferri præceps, amicorum causa vel familiarium, in quo peccassent, defensione pertinaciore. Mature negotia litigantium expediebat, et fomitem odiorum extinguendo, et superfluorum sumptuum occasionem tollendo et amputando. Videns merita causæ, secundum Deum, conscientiam, et jus scriptum judicabat; nihil affectibus litigantium indulgendo, et probe causa cognita et discussa inutiles et noxias conscientiæ reique domesticæ perniciosas procrastinationes amputabat;

pœnas exigebat moderate

sciens optime, ut de omnibus suis actionibus, ita et de judiciorum processu, rigidam se vivorum ac mortuorum judici rationem redditurum. In executione pœnarum contra contumaces hunc ordinem tenuit, ut numquam ad irrogationem illarum procederet, antequam causam legitimo processu cognovisset, ac definivisset; quas non secundum proprium voluntatis arbitrium reis inferebat, sed juxta quod sacri Canones fieri decreverunt; quas ita exequi habebat usitatum, ut pecuniaria primo mulcta sontes castigaret: deinde, si emendationis spes abesset, ad pœnam carceris reos condemnaret; tum denique inobedientes, spirituali mucrone truncaret, et satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus fieret, reum traderet potestati.

CAPUT VII.

Prudentia, Fortitudo, Patientia Bogumili.

XXIII. *Prudentia præditus singulari,*

Conciliabat viro Dei gratiam, et eximia quadam venustate ipsius actiones condecorabat, tam in judiciorum decretis, quam in reipublicæ consiliis, et variorum affectuum diversæ conditionis hominum motibus componendis, et mirifica quadam symmetria inter se concinnandis et coæquandis, solers prudentia. Est hæc virtus auriga ceterarum, lumen quoddam universale rerum gerendarum humanis actibus præferens; varietate scientiarum, et exterarum nationum peragratione, diversorum casuum inter homines, et multiplicium in negotiis eventuum, ac rerum præteritarum futurarumque connexione acquisitum: quo vir prudens illustratus, temporum locorumque proprietates, tum personarum naturas ac humorum constitutiones considerans, horumque omnium pensatis adjunctis, et congrua singulorum inter se proportione bene trutinata, quid hic et nunc agendum sit, quid deceat, quid oporteat, quid conducat, quæ intento fini media respondeant, solerti circumspectione concludit ac decernit. Hujus virtutis eo amplius radiat claritudo, quo rectius timore Domini circumactam, per omnes humanarum actionum eventus, tam prosperos quam adversos, agentiumque personas, sicut affricta magnete acus ad Ursam majorem, ad Dei gloriam dirigit gnomonem. Eam sibi tam nationum extranearum lustrationibus, quam litterarum scientia, et actibus sæpius, in diversis Collegii Senatus Metropolitani officiis cum laude obitis, frequentatis, Bogumilus comparaverat. Nam præclare functus munere Decanali, cum ob alias excellentes animi dotes, tum præcipue ob prudentiam, ad excelsum dignitatis Metropolitanæ fastigium, omnium Collegarum votis suffragantibus, est evectus.

junctam cui habuit pariter sapientiam.

45 Conjunxit prudentiæ sapientiam justorum, cujus officium est [juxta S. Gregorium] nil per ostentationem fingere, sensum verbis aperire; vera ut sunt deligere, falsa devitare; bona gratis exhibere, mala libentius tolerare quam facere, nullam injuriæ ultionem quærere, pro veritate contumeliam lucrum putare. Pollebat et spirituum discretione, insidiasque callidi serpentis caute deprehendere sciebat. Nam cum pisces in cibum populo distribuendos advocaret: adfuit inter hos anguilla, quæ ita manum ipsius fuit circumplexa, ut illecebrosa quadam titillatione voluptatis corpus viri sancti motu inordinato solicitaret: quas satanæ insidias, in specie anguillæ, posteaquam deprehendisset, excussum manu piscem perpetuis temporibus a Dobrovensi alveo exulare jussit. Exinde, quamvis in locis aliis anguillarum copia Varta fluvius abundet,

et spirituum discretionem

Dobrovi numquam comparet amplius hic piscis; quemadmodum a majoribus longa traditione id acceptum, curiose hactenus ejus loci piscatores observarunt. Clarebat omnibus ab Apostolo præscriptis Episcopo virtutibus, identidem eas memoria repetens: Oportet Episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem; non superbum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum; sed hospitalem, benignum, sobrium, justum, sanctum, continentem, amplectentem eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem; ut potens sit exhortari in doctrina sana, et eos qui contradicunt arguere. Tit. I, 7.

XXIV. *Bonorum ecclesiæ raptoribus,*

46 Earum virtutum fiducia invicti et excelsi animi magnitudinem nactus, potens erat exhortari in doctrina sana, eo tempore potissimum, quo effusis licentiæ habenis, tam furibunda libidine in bona Ecclesiarum impii Milites grassabantur, ut nullis humanarum divinarumque legum repagulis in officio contineri possent. Ita cæca illos in præceps egerat cupiditas, ut nullo Christianæ religionis metu aut reverentia, vel conscientiæ synderesi paterentur sibi persuaderi ut sacrilegas a bonorum Ecclesiæ usurpatione manus abstinerent; et jam vel in atheismum declinare, vel in pristinam idololatriam obstinata peccandi voluntate retroagi videbantur. Non multo ante quam Archiepiscopale subiisset fastigium Bogumilus, Bolesta impius ausu temerario bona Ecclesiæ Plocensis invasit; Vernero nunc, equestri Rosarum prosapia oriundo, sanctimonia vitæ conspicuo, et insigni doctrina prædito, illam gubernante.

A *et Bolestæ ob cæsum Episcopum.* gubernante. Fuit Bolesta ejus gentis, quæ soleam equi gerit pro stemmate, cruce altrinsecus eminente, Castellanus Viscensis, vir potens et audax, audaciam hominis fovente Principe, cujus auctoritate oram Prussiæ finitimam gubernabat. Is Craseum pagum Ecclesiæ Plocensi adimebat: Vernerus comiter ac blande orabat, ne vim Ecclesiæ inferret. Ubi nihil proficit Episcopus admonitione, vocat in jus occupatorem, causam obtinet, in possessionem immittitur. Bolesta subornatos sicarios in Villam Bi ku[illegible]ice, ubi tunc Episcopus morabatur, cum fratre Bieniassio expedit, qui dormientem Episcopum in cubiculo, una cum Benedicto, sancti Ordinis professo, crudeliter trucidant.

47 *Supplicio non emendatis,* Quod ubi facinus patratum Archiepiscopo Gnesnensi Petro innotuit, synodum Provincialem indicit, ac omnes Episcopos convocat, de pœna, tam atroci facinori constituenda deliberaturos: qui postquam convenissent, et atrocitatem sceleris inquisitione diligenti examinassent, Sacris interdicendum esse toti Poloniæ votis concordibus decreverunt. Motus et atrocitate facinoris et interdicto promulgato Boleslaus Crispus, Boleslai Crivousti filius, Poloniæ Princeps, Bolestam comprehendi, et ex B vinculis causam apud se dicere jubet: atque convictum criminis et condemnatum, in foro Gnesnensi sceleris atrocis immanitatem expiaturum, flammis addicit. Bieniassium, terræ hiatu absorptum, pœnas immani facinori justo Dei judicio debitas pendisse, creditum est. Et quamvis sceleris auctor meritum *resistit fortiter Bogumilus:* tulerit supplicium, non defuerunt tamen tam scelerati ausus, vel patroni, vel propugnatores, vel socii, vel imitatores, etiam Bogumili temporibus, qui bona Ecclesiarum truculenta rabie vastarent. Quorum facinorum cum præcipuos auctores frequentius admonuisset, nihilque blandis admonitionibus profecisset; constanti magnanimitate ac imperterrita fortitudine gladium spiritualem strinxit in sacrilegos; non alio eventu, quam ut in bona Ecclesiarum sæviore tumultu irruerent; et in eis devastandis tanto furerent insolentius, quanto se læsos ab Archiepiscopo gravius interpretarentur.

48 Fortitudinis comes patientia est, cujus vis
XXV. *magnaque cum patientia* per omnia Christianæ vitæ officia ita est diffusa, ut nihil sine illa sanctum, nihil excelsi animi conatibus dignum, nihil unquam geri aut perfici possit gloriosum. Ita enim præposita Dei rebus est, ut nullum præceptum implere quis possit a patientia C extraneus. Et hoc ideo, quia quodam modo singula nobis præcepta contraria sunt, utpote opposita libertati et naturæ, propensæ erga voluptates et vitia: Mat 5, 25 propter quod Augustinus, verbum illud Christi; Esto consentiens adversario tuo, dum es cum illo in via; exponit de præcepto et lege, nostris conatibus improbis obsistentibus. Quod si in præceptis omnibus illa clavum tenet directionis, ad exequendum uniuscujusque officium; multo validiore gubernaculo, ad exercendum pastorale munus prout convenit, navarchum circumagit; quando præsertim oves in naturam luporum conversæ, famam lacerant, bona diripiunt, ac vitæ insidiantur pastoris. Ad ejus virtutis soliditatem Bogumili, allidebantur furiosi militaris impietatis fluctus; quos omnes, tamquam immota rupes Marpesia, invicta fortitudine animi sustinuit; admonitioni Apostolicæ fideliter 2 Tim 4 *sustinet incursus eorumdem.* obtemperans: Prædica verbum; insta opportune, importune, argue, obsecra, increpa in omni patientia et doctrina. Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros, prurientes auribus; et a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur.

49 In tam arduo exercitio patientiæ unum maxime doluit Bogumilo, quod magistri, prurientes D auribus, qui in partem laboris pastoralis ab illo ad- *A [illegible] a Paro his concubinariis et mulatorum* sciti fuerunt, incestis deinde nuptiis irretiti, tantum abest ut annuntiarent populo scelera, illumque ira Dei ac æternis suppliciis peccato constitutis perterrefacerent; ut etiam militarem furorem in sanctum Præsulem, sacrilegas damnantem nuptias, accenderent: ut quo minus ipsi, plurimis vexationibus, injuriis, et persecutionibus implicato, vacaret in hæresim Nicolaitarum, inter Sacerdotes late serpentem, animadvertere; eo licentiosiorem vitam securius agerent cæci cæcorum duces, impiorum consiliorum contra pastorem fomenta subministrantes. Videbatur tunc jam in ea tempora Polonia devenisse, quæ prædixit Apostolus. In novissimis 2 Tim 3 diebus instabunt tempora periculosa: erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti; sine affectione, sine pace; criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate; proditores, protervi, tumidi, et voluptatum amatores magis quam Dei; habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes. Plus in Polonia invaluerat impietas, quam ut ei aliqua pietatis species obtendi posset. E Faciebat unusquisque quod sibi liberet, nulla tergiversatione scrupulum movente, an liceret.

50 Sed jam infelicem illorum temporum calamitatem, verbis Cromeri Episcopi Varmiensis, gra- XXVI *Rusticorum vel [illegible] oppressionem.* vissimi nostratis historici, juvat retexere. Inoleverat superiorum Principum negligentia et conniventia, parvus et barbarus mos apud Proceres et Equites Polonos, ut iter facientes, quotiescumque et ubicumque collibitum esset, agros atque prata agrestium et oppidanorum depascerent; ac non modo pabulum, sed etiam victum omnem ipsis imperarent, sive adeo ipsi effractis horreis atque cellis per vim auferrent: neque contenti quantum libuisset absumpsisse, reliquum etiam malitiose profundebant, dissipabant, et corrumpebant: jumenta e pascuis et stabulis, atque etiam juncta curribus et aratris, utenda vel potius ad cursum abutenda abdu- *[illegible] usitatam,* cebant: eaque vel defatigata et enecta dimittebant, vel si forte placuissent retinebant et usurpabant. Quin et Præfecti Principis idem faciebant, et Principis horrea, prædia, fiscumque facultatibus, quæ cultus divini administris et egentibus dedicatæ erant, augebant. Hæc quamvis iniqua, injusta, crudelia et impia, quamvis acerba miseris hominibus et F intolerabilia; tamen quia longa consuetudine inveteraverant, legisque vim propemodum obtinebant, et a Proceribus quibus erant utilia defendebantur, difficile erat abrogare.

51 Coegit nationale Concilium Lancisiæ Archiepiscopus Gnesnensis, quærens remedia quibus iret *et ecclesiis injuriosam* obviam, tam sceleratis Militum ausibus: ad quod cum omnes Episcopi convenissent, concordibus votis et unanimi consensu sanxerunt; ut qui bona, possessiones, et quasvis facultates obitu Episcoporum defensoribus orbas, occupasset aut invasisset; qui agricolarum jumenta, currus, aut annonam vi extorquerent; qui res decedentium Sacerdotum usurparent, et pro libitu diripere, distrahere, aut in suos usus convertere auderent: tam diu anathemati subjacerent, donec omnia plene dominis suis, vel iis ad quod de jure dispositio spectabat, restituerent: quæ lex ut perenne firmitatis robur obtineret, et potentius improbis obsisteret conatibus, decreto supremi Ecclesiæ Hierarchæ Alexandri III firmata est; et tandem a Zdislao, Bogumili secundo succes- *Synodali lege coercet* sore, ad executionem deducta; Casimiro Justo Principe auctoritatem et vires executioni necessarias interponente. Nunc autem usurpantes jura, fructus etc. Sedis Apostolicæ, vel aliarum Ecclesiarum, vel qui

A Dama Levicio.

A qui ea sequestrant absque licentia Superioris competentis, excommunicantur in Bulla Cœnæ Domini num. 17. Gerebat Principatum eo tempore in Polonia Mecislaus senex; qui oppressionibus non tantum Ecclesiasticos, sed etiam Equites, ita vexaverat: ut ei fasces imperii ademptos, ad Casimirum deferre habuerint necesse. Impotentem dominatum ipsius, ne filius quidem Otto sustinere potuit; sed in patrem arma sumpsit, atque illum principatu exuit, in partes Casimiri concedens.

CAPUT VIII.

Dimisso Episcopatu, Camaldulensium eremiticum institutum amplectitur Bogumilus.

Turbata Italia per schisma, a Friderico II inductum

Neque in Italia felicior rerum status regimen
XXVII. Bogumili excepit, gravissimum schisma in Ecclesia fovente Friderico II, dicto Barbarossa. Ænobarbum Dlugossus vocat. Is Alexandro III, vero et indubitato Pontifici, quatuor Antipapas summa contentione opposuit; Victorem III, qui mortuus est anno Christi B MCLXIV, Alexandri Pontificatus anno quinto; Paschalem III Cremensem, qui antea Guido fuit dictus, Cardinalis tituli sancti Calixti; qui cum sedisset annos quinque, mortuus est anno decimo Pontificatus Alexandri; Calixtum III, qui Joannes Monachus, fuerat Abbas Strumiensis, Episcopus Tusculanus; qui cum sedisset annos septem, mortuus est anno decimo sexto Pontificatus Alexandri; Innocentium III, qui tandem vero et legitimo Pontifici Alexandro debitam obedientiam et reverentiam præstitit, Pontificatus illius anno XVII, Christi anno MCLXXVI, postquam desideratam pacem victus a Venetis Fridericus restituisset. Miserabile fuit intueri corpus Christi mysticum, summa violentia a Capite revelli per Cæsarem, ita contra obedientes summo Pontifici sævientem, ut ne fido quidem consiliario eo nomine pepercerit. Petrus tunc Vinea Campanus, obscuro ratus loco, sed doctrina atque eloquentia, quantum illa ætas tulit, insignis, ipsius arcanorum particeps omnium ac moderator fuit. Is per invidiam, quæ in aula et oritur et nutrimenta habet, atque virtutis perpetua est insectatrix, in suspicionem adductus, tamquam sentiret cum Pontifice Alexan- C dro, quocum Fridericus bellum gerebat, luminibus est privatus; cujus rei impatiens, atque ob id in furorem conversus, ad sanctum Miniatum, quod oppidum est in Hetruria, sibi ipsi mortem conscivit.

propter investituræ jus ab eo prætensum,

Nimirum Imperator uti volebat auctoritate, et consuetudine, et auctoralibus privilegiis Imperatorum, qui a Carolo Magno, (qui post [Græcos] de Regibus Francorum imperavit Romanis) jam per trecentos annos imperaverant sub LXIII Apostolicis; et dare Episcopatus et Abbatias, per annulum et virgam, consueverunt. Sic Otto Bambergensis Ecclesiæ de manu Imperatoris Episcopatum accepit, ægre consentiens, propter contentionem illam quæ erat inter Regnum et Sacerdotium, causa investituræ et erectionem Ecclesiarum: quas evacuare, sibique vendicare plus æquo nitebatur Imperialis auctoritas. Qui deinde Romam veniens ad Paschalem summum Pontificem, ad ipsius pedes pedum et annulum abjecit, veniam petens; ibique denuo ab illo investitus et confirmatus, ipso die Pentecostes consecratus est.

invaluerat hæresis Simoniaca

53 Dederat ansam Imperatorum prætensioni maximam Leo VIII pseudopapa; qui potentia Imperatoris culmen summi Pontificatus adeptus, ut eadem suæ ambitionis superbiam stabiliret, edictum tulerat, ut solus Imperator Pontificem deligeret et solus confirmaret: quo decreto duabus nefariis hæresibus Simonis magi et Nicolai Antiocheni viam D aperuit, cum qui pretio Sedem emisset, pretio pariter Sedes distraheret. Nec mirum ex tam venenoso fonte scaturivisse originem prædictorum peccatorum; quandoquidem vitiato capite, necesse est reliquum corpus vitiari. Sic nempe quandocumque deficit religiositas Pontificum, et marcescit districtio regularis Abbatum, per illorum exempla cetera plebs mandatorum Dei prævaricatrix existit; quam

et concubinaria;

quam ante illum Adrianus Papa Romanus, cum universa Synodo tradidit Carolo Magno ejus et potestatem eligendi Pontificem, et ordinandi Apostolicam Sedem, et definivit, Episcopos ab eo investituram accipere. Sed cum Ludovicus Pius, Otto Magnus, et Henricus sanctus considerarent, illud privilegium Hadriani Primi, sicut et Leonis VIII, fuisse magna temporum iniquitate et Pontificum oppressionibus extortum, propter dissensiones schismaticorum et hæreticorum, quibus Ecclesia Dei periclitabatur; illi juri et consuetudini renuntiarunt, illudque jus Clero Romano et Ecclesiasticis electoribus resignarunt: tandem autem omnem illam consuetudinem et privilegium abrogavit Hadrianus II. E Alterum malum, a Simoniacorum Pastorum conniventia, ingruerat in Ecclesiam Dei, Sacerdotum incontinentia; cum cuncti fere Clerici, cum publicis uxoribus sive scortis (quæ sunt hæreticalia conjugia) suam ignominiose ducerent vitam.

iis extirpandis incumbunt Sancti Romualdus et Jo. Gualbertus.

54 Cumque sic impune in orbe Christiano duæ pestes exitiales hæreseon, simonia et concubinatus, grassarentur, ut religio Christiana, et præsertim in Ecclesiis Dei, turpissimis hominibus et omni scelere coopertis repleta fuerit ea tempestate; suscitavit Deus spiritum Enoch et Eliæ, ardentissimo gloriæ suæ propagandæ zelo flagrantes, S. Romualdum et S. Joannem Gualbertum ejus discipulum, Vallisumbrosæ Abbatem, qui horum scelerem virus radicitus extirparent. Nam S. Romualdus inter ceteros, Clericos, qui per pecuniam ordinati fuerant, durissima severitate corripiebat: et eos, nisi Ordinem sponte desererent, omnino damnabiles et hæreticos asserebat. Nonnulli quoque Episcopi, qui per simoniacam hæresim sacras Sedes invaserant, ad eum causa pœnitentiæ concurrebant; qui etiam venerabili viro se committentes, et Episcopatum termino statuto deserere, et ad sanctæ conversionis se promittebant ordinem festinare. S. Joannes Gualbertus, tamquam unus de Seraphim, flamma divini amoris F incomparabiliter æstuans, Petrum Florentinum Archiepiscopum, hæreseos simoniacæ per ignem convicit.

Poloniam puram a Simoniacis,

55 Porro quamvis tunc simoniaca labes in Polonia locum non invenisset, diligenti consideratione meritorum, qui ad Episcopatus eligebantur, eam excludente, cum Prælati et Canonici, virtutum exercitiis conspicuis viris, non divitiarum opulento censu valentibus, tam sublimes dignitates libertate suffragiorum inconcussa, conferrent; attamen alia gravissima clerum populumque scelera inquinabant; Sacerdotes quidem incestæ nuptiæ, verius sacrilegi et publici concubinatus; Milites vero extrema licentia, et vesanus quidam furor in bona Ecclesiarum grassandi. Quid faceret anxius inter inanes curas Pastor? cum nec Sacerdotes spem frugis melioris pollicerentur, et Milites a rapinis cohiberi se neque admonitionibus neque censuris ecclesiasticis paterentur; et a Sede Apostolica nullum sperari posse videret remedium? cum Summi Pontificis, quam a Cæsare sustinebat, persecutio, omnem modum improbos castigandi et scelera coercendi adimeret, ut impune quisque quod collibitum esset, faceret; ipse autem Archiepiscopus gravius indies, crebris reprehensionibus et objurgationibus, odium in se accenderet

sed concubinariis et raptoribus scatentem,

A cenderet; ut non modo monita salutis a sceleratis contemnerentur, sed etiam ipsa monentis auctoritas apud obstinatos et pertinaces jam esset despicatui.

absque spe remedii,

deserendam sibi statuit Bogumilus

56 Solicitus ergo, ut si nollent resipiscere, saltem in sua persona Deum graviter offendendi occasionem furentibus animis subtraheret; re diu apud se agitata, virisque religiosis in consilium adhibitis communicata, exemplum gentilis sui S. Adalberti, refractarios Pragenses deserentis, sequi constituit: ac proinde ad Alexandrum III, Venetiis tunc commorantem se contulit; cui exposita Sacerdotum populique sui protervitate, et supervacaneis curæ pastoralis recensitis laboribus, solutionem ab Ecclesiæ Gnesnensis vinculo demissa supplicatione poposcit, ut tranquilius suæ saluti vacaret, alienæ curis inutilibus exolutus. Cujus petitioni non difficilem præbuit assensum Alexander, compati edoctus alienæ calamitati, sua quam interea tolerabat persecutione. Venetiis rediens, perrexit in Ungariam, ubi Eremitæ Camaldulenses, a sancto Patriarcha Romualdo missi morabantur; a quibus modum vivendi eremiticum didicit: atque sic obtenta summi Pontificis licentia,

et ab Alexandro 3 impetrat absolutionem.

B secessit in eremum Dobrovensem, ubi duo rapidis vorticibus flexuosi fluvii Varta et Nyr coeuntes, omnem aditum populo mæandris tortuosis et profundis intercludunt; tamquam vocem lapsam divinitus ad Arsenium in sua vocatione audivisset; Arseni, tumultus fuge, et salvaberis.

Digreditur hic per sex integra Capita Auctor noster, ad Camaldulensis, imo totius Eremiticæ institutionis originem; ejusque initia apud Polonos, et Hungaros, Martyriali sanguine, et propagatione fidei gloriosa: quæ omnia nihil attinet hic recudere, cum ex ipsius sancti Institutoris Romualdi Actis, die VII *Februarii illustratis, haberi possint. Numerum tamen Capitum, quem Auctor cœpit, continuabo in margine.*

XXVIII.

Gnesnensi ecclesiæ renuntians,

57 Sic calamitatum Ecclesiæ pertæsus, quibus remedium per id tempus adhiberi nequibat; diligenter animo perpendens Bogumilus, quod pastoralis curæ solicitudo nihil aliud sit quam fluctuantis mentis afflictio, ubi propriis omissis commodis, alienis vacare necessarium sit; atque illud extimescens, ne se alienæ tempestatis fluctibus involutum, vis consilii expers in æternum traheret præcipitium; juxta quod de se scribit Hieronymus ad Eustochium; Scito quia nunc essem de numero damnatorum, si fuissem de numero Episcoporum; Archiepiscopatu

C Gnesnensi se abdicat, illumque in manus Apostolici Nuntii, quod multo ante jam maturo consilio deliberaverat, resignat, et in eremum solitudinis Dobrovensis concedit. Excelsis Principum palatiis, vile tuguriolum permutat; pro splendido et pretioso vestitu, rudem tunicam induit; pro interula, cilicium assumit; pro Magnatum et Ducum conversatione, bestiarum et ferarum societati adjungitur; caput fessum vigiliis et orationibus, pro molli culcitra vel cervicali, viridi cespite vel sacco paleis insarto reclinat. Surgit modica quiete recreatus, somno brevi, non fracto, sed expleto; [inquit Petrarcha] et interdum, pernoctantis philomelæ cantibus experrectus; pulsisque torporibus, quietis horis psallere incipiens, janitorem labiorum, ut ingressuris laudibus matutinis aperiat, devotus exposcit: et cordis sui Dominum in adjutorium vocat; nihilque viribus suis fidens, et imminentium consciusque metuensque discriminum, ut festinet obsecrat; nullis texendis fraudibus intentus; sed Dei gloriam, et Sanctorum laudes non in dies tantum sed in horas, et indefesso linguæ famulatu, et pio mentis obsequio repetens: ne quando forsan ingrato animo, divinorum munerum memoria evanescat; et sæpe interea, securi timoris ac tepidæ

secedit ad eremum Dobroven.

D spei plenus, memorque præteriti, ac futuri prævidens, læto (mirum dictu! dolore, felicibus lacrymis abundat. Inde suspiciens cœlum, ac stellas, ac illis habitantem Dominum Deum suum, tota mente suspirans; ac patriam cogitans, et de exilii sui loco ardenti tædio ad illam anhelans, admirandam rerum Conditoris majestatem veneratur, et adorat: crebrius in voces divini Psaltæ erumpens: Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra! Quoniam elevata est magnificentia tua super cœlos.

A DAMALEVICIO.

suavissime occupandus oratione matutina,

58 Deinde recreatas modico cibo vires, ad studium jucundæ lectionis confert, ignemque amoris divinorum beneficiorum recordatione suscitat; et conceptas illius scintillas, studiosæ voluntatis affectibus, in flammam difflat eminentem; lacrymis interim, ab æstuantis cordis incendio, vapore divini spiritus elicitis, in refrigerium vultus accensi, per genas suavi dulcedine rorantibus. Tandem actis Deo gratiis, dieique partibus ad calculum revocatis, qua virtute in singulis profecerit aut defecerit accuratius examinando, et humi membra fusus intervigilando, quæ interdiu legerat memoria repetens,

parce reficiendus sub meridiem;

E multa cum animi tranquillitate venturæ lucis initium præstolatur. O eremus sanctarum mentium delectatio! o intimi sensus inexhausta dulcedo! O torrens voluptatis, a fonte in vitam æternam saliente, dimanans! Nemo credit nisi qui sitibundus accedit, quanta ubertate domus Dei, cum suavissimo interni gustus oblectamento, tuos cultores reficis et inebrias. Una gutta tuæ refocillationis pretiosior est omni balsamo, cunctis Regum et Principum deliciis jucundior, incomparabilis totius mundi thesauris: Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam. Hic sponsi cœlestis desideriorum implentur æstus: Ducam eam in solitudinem, et ibi loquar ad cor ejus. Hic divinis impar Sponsa deliciis, cœlestes in auxilium vocat spiritus: Introduxit me, inquiens, in cellam vinariam, ordinavit in me caritatem, Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo. Anima mea liquefacta est, ut Dilectus locutus est. Hic mutuos æterni fœderis et numquam dissolvendarum nuptiarum Sponsus et Sponsa paciscuntur arrhabones. Sponsus offert annulum, Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum: Sponsa recipit suavissime olentem a Dilecto myrrhæ fasciculum, quem olfaciens et cordi apponens, tenerrime

iterumque cælestibus deliciis fovendus Vesperi,

F tantum complexa pignus, lætabunda canit: Fasciculus myrrhæ Dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur. Offert vicissim Sponso poma et vinum; Omnia poma nova et vetera, Dilecte mi, servavi tibi: dabo tibi poculum ex vino condito, et mustum malorum granatorum meorum. O amor! o voluptas! Quem talis amor ebriat, quam felix est quem satiat! quam profundus ut capiat! quid dulcis Jesus sapiat! Non importunæ ibi vanarum cogitationum muscæ, inter orandum tranquillitatem animi tendentis in Deum perturbant; non angoribus mens quassatur anxiis, ne cui de se querendi dederit occasionem; non serenitatem conscientiæ obscurat, alienæ famæ restitutionis solicitudo; non cupiditatum noxiarum pernicioso pulsatur tumultu. Composita pectoris quies, absunt jurgia, silent lites, contentiones exulant: Meum, et Tuum, pronomina bellum moventia, non audiuntur. Non invenit, cujus se præferat excellentiæ, superbia: non habet, in quem distortos vibret obtutus, invidia: non reperit opes, quibus cor apponat, avaritia: non ira furentis vindictæ suscitat incendia: non saginatum diversitate ciborum ventrem supinat acedia: non habet irritamenta voracitatis vel ebrietatis gula: desunt

procul ab omni perturbatione

illecebrosæ

A illecebrosæ fomenta luxuriæ : secura quies, tranquilla statio, hilaris malatia ridet inconstantes tumultuantis mundi fluctus, dulces æternæ pacis delicias cœlestis Hierusalem prælibando.

A DAMALT-VICIO

CAPUT IX.

Vita Bogumili eremitica; ipsius obitus, et hunc secuta miracula.

XXIX 1 Magnarum et heroicarum virtutum, in hoc ad eremum secessu, S. Bogumilus specimen exhibuit, et in primis paupertatis, quæ Apostolicæ perfectionis est fundamentum; juxta Principis Apostolorum S. Petri, Christo constanter adhærentis, manifestationem : Ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te Reliquit S. Bogumilus non spem dumtaxat habendi, sed ipsam possessionem eorum, quæ mundus suis pollicetur sectatoribus; et ad quæ obtinenda toto conatu ambitiosæ mentis anhelant, spe voluptatis æternæ conculcata, seculi præsentis amatores. Renuntiavit avito splendori natalium, ut inter pauperes, quos regni cœlestis heredes scripsit unigenitus Dei filius, securiore versaretur fiducia. Déseruit B amplas possessiones, ut in domo Patris æterni multarum mansionum esset habitator. Egressus est de domo et cognatione paterna, ut inter cives Sanctorum et domesticos Dei, non dubius coheres censeretur. Sprevit excelsum dignitatis culmen, amicorum famulorumque numeroso stipatorum agmine posthabuit frequentiam, ut ei, qui cum esset dives nostri causa egenus factus est, quam simillimus appareret. Contempsit heroica magnanimitate opes caducas, ut se dignum in pauperibus Christi ministrum exhiberet. Nemo enim alius est Deo dignus, quam qui opes contempsit. Ille ingentis est animi, qui divitias ridet ; magnus, qui in divitiis pauper est ; securior, qui caret. Bonum est facultates cum dispensatione erogare; melius est pro intentione sequendi Dominum insimul donare; et absolutum, in solitudine egere cum Christo. Sciebat sanctus vir uberes in paupertate provenire fructus; peccatorum præservationem, virtutum conservationem, cordis quietem, desiderii cœlestis impletionem, divinæ dulcedinis participationem, exaltationem, cœlestem hereditatem ; quos omnes magna jucunditate degustavit, et nunc, beatus hereditatis æternæ possessor, copiosa mercede strenuus mundi triumphator, obtinet immensas Regni cœlestis, pauperibus promissi, divitias.

Mat 19, 17
Rei omnis terrenæ contemptor,

paupertatemque amplexus,

C 60 Quod si nihil est tam angusti animi tamquə parvi, quam amare divitias ; nihil honestius magnificentiusque, quam pecuniam contemnere, si non habeas; si habeas, ad munificentiam liberalitatemque conferre; vastam animi amplitudinem necesse est ut habuerit Bogumilus, cujus desiderii æstus, quidquid infra Deum esset, ne dicam extinguere, sed nec mitigare posset. Nimium capax et excelsus est animus, qui sola Dei voluntate contentus, fucatam et instabilem mundi totius fastidit pulchritudinem; et si generosum decet virum non habitam contemnere pecuniam, et nulla in eam ferri cupiditate; quam longe gloriosior et omni humano sublimior fastigio censendus est Bogumilus, qui habitam abjecit, dispersit, dedit pauperibus? et non modo pecuniæ, verum etiam omnium divitiarum, possessionum, civitatum, oppidorum, villarum, prædiorum, hortorum, horreorum, monilium, gemmarum, auri, argentique opulentiæ numquam cor apposuit; imo iis omnibus heroica fortitudine renuntiavit, ut nudus cum nudo diabolo, invictus athleta Christi in eremo luctaretur. Vilescebat illi amor vitæ præsentis, tanto fastidiosius, quanto ad cœlestium bonorum secretas divitias mente ferebatur sublimius, et præ dulcedine amoris divini omnes præsentis seculi felicitates D amarescebant. Nihil sapiebat illi, nisi legis Dominicæ meditatione conditum ; nihil virum Dei oblectabat, nisi quod ab oblectamentis sensuum carnem abstraheret; ut animi facultatibus in crucis obsequium subactis, et in servitutem Crucifixi redactis sensibus, non injuria usurpare videri posset illud Apostolicum elogium : Vivo ego, jam non ego; vivit vero in me Christus : ita enim omnes sensus rationis imperio subjecerat, et ad exemplar Crucifixi mancipaverat, ut iis nonnisi ad ipsius servitutem uteretur.

sua omnia liberaliter dispergit in pauperes,

atque ad sola æterna anhelat.

Hinc porro describitur Bogumilus tentationes ingentes superare, spe ac fide subnixus, nec minori constantia, et Romualdinam abstinentiam in solitudine imitari; ubi, particularis historiæ defectu, ad locos communes diffunditur Auctor, huic operi minime opportunas. Igitur alia quatuor Capita transilio, ad finem properans.

61 Quamvis autem nuntium Archiepiscopali dignitati et solicitudini prorsus remisisset; non tamen curam salutis proximorum penitus abjecit, reputans animo, præcipui amoris in Deum tesseram dilectione proximi æstimari ; ac proinde Petrum prius a Christo de amore sui examinatum, quam ei oves pascendas E commisisset. Etenim quisquis virtutibus pollens, gregem Dei renuit pascere, summum Pastorem convincitur non amare. Equidem fuit jam alius populi Dobrovensis pastor, quem Bogumilus, postquam culmen Archiepiscopatus adiisset, instituerat; ut Sacramentorum administrationi aliisque Parochialibus officiis incumbens, fructus Curioni fundatione adscriptos perciperet; tamen si qua in re illius opera uti vellet Parochus, eam impendere humilis Eremita minime recusabat. Prædicationi Verbi Dei de licentia ipsius eo ferventius institit, quo dulciores immissionum cœlestium voluptates, in eremo fuisset expertus; et mente secularibus expedita negotiis, supremorum bonorum considerationi liberius intenderet. Prodibat ex eremo tamquam Joannes ipse, vitæ anachoreticæ severitate metuendus magister; pallebat os confectum jejuniis; emaciatus diuturnis vigiliis pendebat vultus; frons cute contracta caperatos lirabat sulcos; dejecta supercilia in terram vergebant ; oculi, tamquam e profundioribus prominentes cavernis, ora vultusque intuentium obliquo splendore feriebant; intonsum caput et mentum, rigore pilorum horrebat; ipsa vultus exuccique oris compositio in viro Dei, pœnitentiam populo annuntiabat : quem tanta spiritus vehementia et vocis contentione a vitiis deterrebat, ut plurimi auditorum F in lacrymis resoluti, seriam emendationem vitæ proponentes, ab ejus concione reverterentur....

XXX.
Nihilominus Dobrovensi Parocho promptus subservit,

velut Baptista prodiens ex eremo.

62 Ita cum in asperioribus exercitationibus eremitarum , et austeriore disciplinæ Romualdinæ observantia, per annos duodecim, postquam Archiepiscopatum Gnesnensem abdicavit, vitam traduxisset, et finem jam illius imminere levi febricula tentatus cognovisset; vocatis sociis, qui in ejusdem solitudinis vicinis habitabant tuguriolis, pauca de cœlestium bonorum divitiis, brevi labore ac patientia comparandis præfatus, ac eos ad constantiam in studiis et occupationibus vitæ solitariæ adhortatus; ad extremum se agonem oratione ac crebris suspiriis disponebat; rite Sacramentis munitus; Beatissimæ Mariæ Virgini Deiparæ, in cujus venerationem propensiore semper voluntate ferebatur, sanctis Adalberto et Stanislao, nec non quinque Martyribus Eremitis, finem vitæ suæ religiose commendando. Quo jam instante, vidit gloriosam Dei genitricem Mariam, frequenti Angelorum cœtu stipatam, cum puero Jesu inter manus matris hærente, ad præmia se regni cœlestis invitantem. Atque sic in his verbis : Jesu, Fili Dei et Virginis Mariæ, esto susceptor animæ meæ præsentem vitam cum æterna commutavit

XXXI.
Post annos 12 ita actos,

moritur feliciter anno 1182,

A commutavit. Cujus anima, in specie columbæ candidæ, visa est in cœlum penetrasse IV nonas Junii, anno Christi millesimo centesimo octogesimo secundo.

in Dobrovensi ecclesia sepultus,

63 Extremum sepulturæ honorem accepit in ecclesia Dobrovensi sanctissimæ Trinitatis, in qua vivens, ante et post Archiepiscopatum Gnesnensem, laboraverat: cujus viri sanctitatem plurimis Deus miraculis honorare dignatus est. Nam statim ab ejus obitu, secreto quodam divini spiritus impulsu, ad visitandum illius sepulcrum, maxima populi multitudo, ope ipsius ac meritis, in variis necessitatibus, calamitatibus, angustiis, variisque morbis, auxilium et solatium a Deo perceptura confluxit. Qui concursus hominum, in tanta frequentia solet continuari usque ad præsens, pro decima Junii; ut gravissimorum Senatorum testimonio, qui præsentem turbam conspexerunt, ad octo millia personarum, decem quandoque, numerum pervenisse censeretur. Ex quibus plurimi narrabant, numquam se, sine aliquo solatio et mentis refocillatione, a sepulcro Sancti recessisse. Cum autem sepulturæ locus indies pluribus claresceret miraculis, Fulco Archiepiscopus Gnesnensis, successor ab eo quintus, qui temporibus Alexandri IV vixit, ossa illius levavit; et

sub Alexandro 4 elevatur;

B ad partem ecclesiæ meridionalem altiore sepulcro condidit, sculpta imagine Pontificis cum Episcopalibus insignibus superaddita. Præter votivas tabellas, cerea donaria, et fulcra claudorum, in utroque templi pariete suspensa; plurimam pecuniam ad tumbam Sancti offerebat populus, quæ trifariam quotannis solebat distribui ordinatione Archiepiscoporum. Pars una in sustentationem Parochi aliorumque ministrorum Ecclesiæ cedebat, altera, pro fabrica ecclesiæ collegiatæ Uniejoviensis, in cujus Archidiaconatu sita est parochialis Dobrovensis, convertebatur; tertia, pro templo in honorem Sancti exædificando reservabatur. Cera, postquam usui ecclesiæ per annum sufficisset, reliqua vendebatur, et cumulo pecuniæ reservatæ aggregabatur. Plurima Deus ad locum ejus sepulturæ, ad laudem et gloriam nominis sui, honorem Sancti, et utilitatem consolationemque populorum, ad opem ipsius implorandam confluentium, miracula solet operari; quorum hic unum, et alterum venit retexendum.

et magno concursu visitatur 20 Junii.

64 Jusserat Vincentius Cotus Archiepiscopus Gnesnensis, S. R. Ecclesiæ Cardinalis, et una cum Collegio Metropolitano Prælatorum et Canonicorum sanxerat, anno Domini millesimo quadringentesimo tertio, ut venerabilis Dominus Albertus Parochus

Anno 1403 colliguntur miracula,

C in Turek, diligenter et fideliter signa, quæ per merita S. Bogumili fiebant, conscriberet et in protocolla reponeret. Sed liber hic, in quo fuerunt descripta, incendio interiit; ut ex gravissimis illustrium virorum magnisque in Republica officiis præfectorum relationibus, officiose juramento confirmatis, evidenter constat. Unus pro multis oculatus sufficiat, Illustris et Magnificus Dominus Sebastianus Glembocki, Thesaurarius Brestensis, annorum sexaginta quatuor juratus, non processatus, non excommunicatus, hereditariorum bonorum centum millium florenorum Polonicalium possessor, confessus et sacra Eucharistia refectus, in Ecclesia Collegiata Crusficiensi, profesto B. M. Virginis purificatæ ita deposuit, interrogatus ad requisitionem non Fiscalis Curiæ Mathiæ Lubienski Archiep. Gnesnensis, qui, cum singulari propensione Sancto addictus esset, cujus ossa in urnam stanneam deposuit; maximaque diligentia conquisivit librum, volens eum typis orbi Christiano propalare; magna enim et plurima ibi fuisse descripta inaudierat. Plurima, inquit, miracula a sancto Bogumilo facta scio; nam habui librum descriptorum diligenter, a ducentis et

sed liber incendio periit,

D ultra annis: qui cum incendio palatii mei, in villa Glembokie periit; in quo recordor quod plusquam ducenti claudi, sanitatem receperunt, per intercessionem ipsius; et fulcra sua quibus innitebantur, in signum gratitudinis et præstiti beneficii, ibidem reliquerunt. Recordor et cæcos visum recepisse, et mortuos resuscitatos; quem librum, ab antecessoribus mihi donatum, etiam ceteris legendum præbebam.

a damnificio.

65 Et Perillustris ac Reverendissimus Dominus Alexander Glembocki, Archidiaconus Gnesnen. Decanus Posnaniensis, Cracoviensis, et Plocensis, Canonicus, S. R. M. Secretarius, annorum sexaginta septem, juratus, non excommunicatus etc. recognovit, quod cum esset Commissarius, ab Illustrissimo olim Laurentio Gembicke Archiepiscopo Gnesnensi, una cum Illustri Domino Joanne Crzeciewski Archidiacono Lanciciensi, Canonico Gnesnensi, ad examen miraculorum Sancti deputatus, per juratorias senum depositiones intellexerit, præcipue vero ex Fausto Suski filio Stanislai, qui jam centum triginta annos habebat; et ab alio Brictio Fastek, qui jam vigesimum quintum super centesimum annum agebat, (uterque natus in Dobrovensi

E pago, innumerabilia miracula, ad sepulcrum S. Bogumili fieri continue: plurimis infirmis, per intercessionem illius, sanitatem restitutam. Unde claudi, in signum recuperati gressus, plurima fulcra quibus innitebantur reliquerant: quæ postea per Parochos, uti impedimenta ecclesiæ, combusta fuerunt in præsentia ipsorum. Alia plurima signa ex cera, uti oculi, capita, pedes, et alia membra, a piis fidelibus relinquuntur. Quoniam igitur aut quorum miraculorum memoria interiit, vel Parochorum incuria, vel temporum iniquitate, maxime hostium variorum incursibus; utpote Crucigerorum, qui per annos fere ducentos, majorem Poloniam populati, oppida et pagos crebris incendiis miserrime afflixerunt; et Tartarorum, qui universam Poloniam ferro ignique atrociter vastarunt; unum alterumve sufficiet attulisse.

et plurima anathemata per incuriam Parochorum.

66 Refert unum Martinus Baronius, Clericus Jeroslaviensis Polonus, in libro quem de vitis Sanctorum Polonorum octo Martyrum Eremitarum Ordinis sancti Romualdi Camaldulensium scripsit, et auctoritate Illustrissimi Domini Bernardi Maciejowski; Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, Archiepiscopi Gnesnensis edidit, primum Romæ anno Domini MDCII. a Fratre Joanne Maria Vercellensi, Magistro sacri Palatii, visum et approbatum; deinde

Unum tertio recensum memoratu,

F Cracoviæ anno Domini MDCIV, ab Illustrissimo Domino Claudio Rangonio, Comite, Sedis Apostolicæ Pauli V Legato, Episcopo Regii et Principe, ad Serenissimum Sigismundum Tertium Regem Poloniæ, suo robore confirmatum; ac tandem anno Domini MDCVIII, per Reverendum Dominum Andream Schoneum Theologiæ et utriusque Juris Doctorem, pro tunc Universitatis Cracoviensis generalis studii Rectorem, ut in lucem ederetur admissum, impressit Cracoviæ Basilius Skalski, anno Domini MDCX. Quodam tempore, pius erga sanctum Bogumilum vir, Stanislaus Vach, civis Colensis, currum panno nimis oneratum, sex trahentibus equis, ducebat. Dumque prope villam Dobrowo, ubi corpus sancti Archiepiscopi quiescit, pergeret; unus equorum pressus onere occubuit; cui postquam illico fecit detrahi corium, muneris loco illud ecclesiæ Dobrovensis Sacerdotibus obtulit, petens ut sanitatem reliquorum sancto Bogumilo commendarent; ipse interim flexis ad sepulcrum ejus genibus, Dei protectionem in cœpto itinere per merita sancti Præsulis diligenter implorabat. Deum finita oratione digreditur ab ecclesia, equus ille (mirum dictu!) ad

de equo post detractam pellem resuscitato

circa an. 1510

A ad fores templi adstitit hinniens; quem dominus, actis Deo pro tanto beneficio gratiis, lætus recepit; junxit currui; viam feliciter prosecutus est; mirabilia Dei opera, meritis sancti Bogumili sibi præstita, omnibus per omnem viam prædicans. Sacerdotes, ut tanti miraculi perennaret memoria, pellem sibi donatam foribus ecclesiæ affigi curarunt, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo **sexto**.

A DAMALEVICIO

Ideo nova Sancto ecclesia struitur,

67 Atque hæc prodigiosa equi suscitatio, et increbrescentia ope Sancti miracula, quæ diligenter connotari jussit, movit Archiepiscopum Gnesnensem, postulante præsertim Metropolitano Senatu, Vincentium Cotum S. R. E. Cardinalem, ut Bogumilum pronuntiaret Sanctum; et in ejus honorem ecclesiam de latere cocto ædificandam, de oblationibus ad ipsius tumbam fieri solitis, cum omnium Prælatorum et Canonicorum unanimi assensu, decreverit. Vidi ego, sepulchrum Sancti visitans anno Domini MDCXLIV, corium hoc, nucerini coloris, foribus ecclesiæ affixum; quod populus, equos et alia jumenta patrocinio S. Bogumili commendans, scindere usitatum habebat, animantibus in medelam propinans. Nulla jam ad præsens corii cernuntur vestigia, in medicinam jumentorum distracti. Durat B hactenus vicinorum populorum ea devotio, ut quoties ad visitandum sepulcrum Sancti conveniant, toties equos et boves circa ecclesiam ducant, precibus Sancti a contagione pestilenti et morbis aliis servatum iri suas animantes confisi. Per annos CCCCLXXVIII pagus Dobrowo in favillam et cineres trina vice conversus, nullum periculum ecclesiæ sanctissimæ Trinitatis, a viro Dei de plancis abiegnis extructæ, flammis undique coopertus, attulit; ut nullum adustionis vel fumi vicinos parietes denigrantis appareat vestigium; quod eo mirabilius evenit, quo propinquiores rusticanæ casæ, in templum, in medio pagi situm, undequaque incendiorum fomenta jactarent.

pro veteri, per annos 478 ter a flammis servata.

ANALECTA D. P.

§. I. *Diplomata seculi 12 et 13, titulos Archiepiscopi et Beati stabilientia.*

Idem Damalevicius, a quo editam novissime Vitam hactenus dedimus, ejusdem compendium ac veluti rudimentum præmissurus, inter Vitas Archiepiscoporum Gnesnensium, sic præfatur; Ne temere videar obstrepere antiquitati, et ab accuratis veterum monu- C mentorum scrutatoribus prætermissum Bogumilum, in ordinem Archiepiscoporum Gnesnensium importune inferre; duorum monasteriorum Ordinis Cisterciensis in Polonia celebrium, Suleioviensis et Vangrovecensis, diplomata visum est præmittere. *Suleioviensis chartæ* ex originaria scriptura, fide publica in Cura Illustriss. Primatis recognita, tenor *ad rem nostram potissimum facit, tum quia* Beati *titulum,* Bogumilo *adscriptum intra primos* XL *ab obitu annos, luculenter probat, et fundationem Dobrowensem concernit; tum quia probat,* illius fratrem Boguphalum (quod et traditio Coronoviensis monasterii approbat) Monachum fuisse. *Vangrovicenses litteræ,* a Joanne sanctæ Ecclesiæ Gnesnensis Venerabibi Archipræsule signatæ, sub privilegiali cautione, anno MCLIII, Boleslao, Miescone. Henrico fratribus germanis in Polonia principantibus, *solam hanc clausulam historiæ præsenti præstant, utilem ad intelligendum, quomodo in Vita num.* 47 Boleslaus Crispus *vocetur* Poloniæ Princeps, *et quemodo num.* 15 *dicatur, quod* Principatum in Polonia, gerebat Miecislaus senior, *sive* Mieczo.

Ex antiquis chartis anni 1153

probatur Bogumilus fuisse Gnesnensis Archiepiscop.

69 *Nam uti tradit Mathias a Muchovia, in Chronico lib.* 3 *cap.* 15, *Boleslao Crivousto quinque fuere filii:* Vladislaus, *cui, ut primogenito atque supremo* D *inter fratres, cum Cracoviensi, Cujavensi, Siradiensi, et Lanciciensi Palatinatibus, cesserunt Silesia et Pomerania:* Boleslaus Crispus, *cui pater Masoviam, Dobrzinium, Cujaviam, et Culmam attribuit:* Miecislaus, *a morum maturitate dictus* Senex, *qui Gnesnam, Posnaniam, et Calissium obtinuit, ex testamento:* Henricus, *Sendomiriensis et Lublinensis districtuum Dominus: ac denique* Casimirus *puer, cui ex patris moribundi prophetia plus ceteris obtigit, facto tandem Monarchæ Poloniæ. In isto autem diplomate tacetur* Vladislaus; *quia fratrum suorum possessiones appetens, propriis exui et excommunicari meruit, compulsusque est fugere in Alemanniam, prius quam diploma istud scriberetur. Cum autem* Bogumilus *dignitate cesserit anno* MCLXXI *dominantibus adhuc* Boleslao Crispo *et* Miecislao, *quorum primus usque ad annum* MCLXXIII *pervenit, posterior usque ad* MCLXXXVIII, *juniori fratri* Casimiro *cedere Ducatum coactus; constat vehementer errasse Martinum Baronium, quando causam abdicandæ dignitatis, contulit* in odium Premislai II, Principis Posnaniensis et Majoris Poloniæ, qui Lucardim, pudicam consortem suam, eo quod nullam ex ea prolem susceperat, necari jussit. *Hic enim, prædicti Miecislai ex filio Premislao nepos, non nisi an.* MCCLVII *mortuo patri in Posnaniensem et Gnesnensem Principatum successit: et uxorem Luchardim, anno* MCCLXXIII *ductam, jugulari a suis pedissequis jussit anno* MCCLXXXIII; *ut plus quam integro seculo Baronius exerraverit, tam longe dissita inter se connectens.*

idque corregnantibus 3 filiis Boleslai Crivousti,

et eorum fratre Vladislao exulante:

cessisse vero regnantibus, anno 1172

E

non propter uxoricidium Premislai patratum an. 1283:

70 *Verior ergo discessus causa a Damalevicio proditur: qui idem in serie Archiepiscoporum prælaudata, secessus ipsius locum vocat* eremum, Dobrovensi pago vicinam, in ditione bonorum Archiepiscopi, tractus Unieoviensis *(quindecim milliaribus Polonicis Gnesna distare Baronius asserit)* ubi monstratur hactenus opaca insula, inter altas quercus flumine Vartha circumflua, in quam asperioribus vacaturus exercitiis secedere usitatum habuit Sanctus; unde zelosus Divi Joannis imitator, ferventior ad prædicandum Dei verbum populo, ad sacra in pagum Dobrovensem adventanti, prodibat; qui locus nunc est ob memoriam Beati, imagine Christi patientis, mandato Illustrissimi Matthiæ Lubienski *(cui sub an.* MDCXLI *ordinato Archiepiscopo Seriem suam Damalevicius dedicat)* signatus est.

secessit autem ad insulam Unieov a 15 leucis dissitam

71 *His præmissis, venio ad promissam initio Sulejoviensis cœnobii chartam, Beatitatis antiquum titulum* Bogumilo *datum ab anno* MCCXXXII *comprobaturam, quæ talis est.* In nomine Domini. Amen. Ego Vladislaus, Dei gratia Dux Poloniæ, incliti olim Ducis Odonis filius, notum esse volo universis Christi fidelibus, præsentibus et futuris, quod piæ memoriæ B. Bogumilus, quondam Archiepiscopus Gnesnensis, ecclesiam suam et Ecclesiæ Gnesnensis in Dobrowo, cum possessionibus et hereditatibus ad eam pertinentibus, videlicet ipsam villam Dobrowo, Lessno, Rzuchowo, Zadowo, et Kakwzowo, cum saltuariis et piscationibus, et cum decimis ipsarum possessionum, scilicet, Chelm, Krokowo, Dambe, Ostrowo, Komorowo, Karzewo, Zakrzewo, Bissecre, Slaventino, Grobowo; item Janissewo, Kolnica, Choternino et Weglowa, contulit et dedit, ob honorem Dei beatissimæque Mariæ semper Virginis, Ordini Cisterciensi, cum usufructu, plene, libere, in perpetuum possidendam; et ad manus Fratris Boguphali Monachi consignavit, pro voluntate generalis Capituli ejusdem Ordinis disponendam; et quod idem Capitulum, post mortem Fratris Boguphali, Monachi de Lechna præfati, eamdem ecclesiam cum pertinentiis suis omnibus prædictis, Religioso Domino Patri Christiano, Episcopo Prussiæ, Monacho Cisterciensis Ordinis, ad tempus vitæ suæ contulit, tenendam

Vladislaus Poloniæ Dux anno 1232

F

attestatur donationi factæ a B. Bogumilo

post mortem fratris Boguphali

A tenendam et possidendam, pro subventione terræ suæ.

Christiano Cisterciensi, Prussiæ Episcopo,

72 *Hic est ille* Christianus, *qui anno* MCCX *cum Sociis Missus ad Evangelium Prussiæ prædicandum, ab Innocentio Papa III, et circa annum* MCCXXII; *postquam Conradus Masoviæ Dux Culmensem et Lubaviensem tractum, Poloniæ viciniores Pruthenorum provincias, in suam potestatem redegisset; Prussiæ Episcopus fuit constitutus, auctoritate Honorii III Sede constituta* Culmæ *ac deinde* Lubaviæ; *unde alterutro nomine appellati postea Episcopi sunt, quia antea simpliciter dicebantur* Episcopi Prussiæ. *Scimus autem, ex querela Gregorii IX, ab infidelibus, metu Teutonicorum Equitum suscipiendi baptismi desiderium simulantibus, circa annum* MCCXXXIII *evocatum fraudulenter fuisse* Christianum; *cessante autem metu, obtruncatis sociis datum in vincula, liberatum tamen, egregie istic fructificasse, Cruce contra illos prædicata. Refertur autem in Kalendario Cistercien., ubi nota anni* 1617 *Divione impresso, ad* IV *Decembris cum titulo* Apostoli Lubaviæ, *et a Chalemoto cum titulo* Beati, *Manriquez vero in Annalibus absolute* Sanctum *vocat, sed annum vel diem mortis non notat.*

B

qui illam transtulerit in jus Abbatis Sulejoviensis

73 *Pergit porro in diplomate suo Dux:* Idem autem Pater, Domnus Christianus Episcopus, postmodum coram me in Posnania consistens, et in præsentia Venerabilis Patris Domni Fulconis Archiepiscopi Gnesnensis, cum instrumento mandati memorati Capituli Generalis, præfatam ecclesiam de Dobrowo, cum omnibus attinentiis prælibatis, Abbati Wilhelmo de Suleiow et ejus Conventui, post suam vitam consignavit et tradidit, pleno jure tenendam, ac pro voluntate Capitali Generalis possidendam. Ad istius facti testimonium et robur æternum, præsentem paginam conscribi jussi, meoque jussu et sigillis Dominorum prædictorum, Fulconis Archiepiscopi Gnesnensis et Christiani Episcopi Prussiæ communiri. Acta sunt hæc anno Domini MCCXXXIII, Indictione quinta, in festo beatorum Apostolorum Petri et Pauli: præsentibus probis viris et Dominis, Baldevino Gnesnensi et Alberto Lanciciensi Decanis, Magistro Andrea de Cracovia, et Stephano Cancellario meo; item Jarosio Posnaniensi, Petrone Sandicensi, et Vincentio de Zbaussin Castellanis, Nemera Pincerna meo, Vislao

C Vexillifero, Laurentio Venatore, et aliis multis.

et Dobrovensis ecclesiæ privilegia

74 Ego etiam intuitu miserationis divinæ, omnes libertates a prædecessoribus meis, solennis memoriæ Ducibus Poloniæ, Miescone avo meo, Vladislao patruo meo, ac Odone patre meo, sæpedictæ ecclesiæ de Dobrow, possessionibus et incolis earum cujuscumque conditionis collatas, renovo et confirmo. Videlicet quod jus plenum piscationis et [venationis] castorum, habent in fluminibus Warta et Nyr, intra terminos possessionis suæ: nec aliquod vectigal ducunt, nec aliquam solutionem solvunt mihi, vel meis Castellanis et Officialibus, nec coram ipsis citantur, sed ad meam præsentiam tantum, per litteram meo annulo signatam: nec caput mihi aut meis solvunt, nec septuaginta; neque castra, neque pontes ædificant vel emendant, nec ad expeditiones vadunt: sed per omnia ecclesiæ de Dobrowo et Fratribus possessoribus ejus legitimis, quiete deserviunt in æternum. Hos autem Fratres in protectionem meam suscipio, ac meis successoribus, in spe retributionis divinæ, semper protegendos committo: et quicumque eos molestare præsumpserit, a Deo et sancta ejus genitrice Virgine Maria, et omnibus Sanctis sit anathema maranatha. Amen.

Cisterciensibus confirmat anno 1232.

D

§. II. *Elevatio corporis seculo 13, et cultus successive continuatus.*

AUCTORE D. P.

Fusco Archiepiscop.

Ex *diplomatis præmissis colligimus, non solum ecclesiam Dobrowensem, una cum sepulcro* B. Bogumili *venisse in possessionem Abbatiæ Sulejowensis; sed etiam quanta tum ipse contulerit, tum Duces Poloniæ ipsius intuitu prædictæ ecclesiæ: quæ, uti Damalevicius loco præcitato notat, ex tunc* celebris est hominum frequentatione ac veneratione, maxime Colocensium oppidanorum, vicinorumque accolarum: qui precibus ac benedictione hujus Divi, pisces et cancros loco illi abundare, et ceteris alibi acquisitis sapore anteire dictitant. *Ipse autem* Fulco *præmemoratus, ab anno* MCCXXX, *usque ad* LVIII, *Archiepiscopalem Sedem tenuit; interimque, sicut in Vita dicitur num.* 63, ossa Sancti levavit, et ad partem ecclesiæ meridionalem altiore sepulcro condidit. *Quod porro de frequentibus ad eumdem tumulum oblationibus constitutum ibidem indicatur anno* MCCCXLIII; *id clarius intelligetur ex sequenti Capitulari Actu, qui ab eodem Damalevicio, post primam et ante secundam Vitam, tali tenore exhibetur.*

elevat ossa S. Bogumili

76 Reverendissimus in Christo Pater et Dominus Vincentius Archiepiscopus, cum præfatis Dominis de Capitulo Gnesnen. superius, habitis tractatibus multis inter se super offertorio Dobrowo, talem ordinationem fecerunt. Ut Plebanus recipiat offertorium in toto de altaribus, et alias oblationes. Quantum autem de offertorio quod offertur ad tumbam S. Bogumili, ibidem in Dobrowo, præfatus Dominus Præpositus cum supradictis Dominis vult, et ita ordinat, quod medietas dicti offertorii quod offertur ad tumbam, fiat ad murum; ad quam medietatem recipiendam et conservandam constituit honorabilem Albertum Plebanum in Turek. Medietatem autem residuam dicti offertorii de eadem tumba S. Bogumili, Plebanus Dominus Ostha, et successores sui recipiat, pro suis usibus, et pro sustentatione ministrorum ecclesiæ convertat. Cera vero, quæ offertur ibidem in ecclesia Dobrowo, pro divini cultus administratione [recipiatur] per Plebanum et Vicarios: de eadem cera præfatus Dominus Albertus Plebanus in Turek teneatur retinere ceram, pro luminibus ad Divina celebranda quantum sufficeret decenter. Residuam vero ceram si extat, seu extabit, ipse Dominus Albertus tenebitur vendere: et pecuniam cum aliis pecuniis quas accipiet, videlicet medietatem de tumba, fideliter conservabit, et congregabit, et congregata Domino prosperante, incipiet murare ecclesiam in Dobrowo, de consilio Dominorum prædictorum. Signa autem quæ fiunt ad meritum ejusdem Sancti, idem Dominus Plebanus in Turek fideliter et diligenter conscribat, et ad sua protocolla reponat. Actum in Generali Capitulo, post Festum S. Adalberti, penultima mensis Aprilis die Mercurii, anno Domini MCCCXLIII, præsentibus Dominis P. de Grandi Præposito, Joanne Decano, Joanne Archidiacono, Joanne Cantore, Andrea Scholastico, Joanne Forman Custode, Joanne Cancellario Jaroslaw, Joanne de Rudzica, N. Glebocki, Mathia Drya, Andrea Jaczkowski, Lascario, Stanislao Bielanski, Joanne de Brizestowo, Lutkone, Joanne Falouis, Magistro Thoma Stizampinski, Nicolao Niewiess; Jacobo de Dambno, et Jarando, Prælatis, et Canonicis, ad sonum magnæ campanæ congregatis.

E

ad cujus monumentum factæ oblationes anno 1343 jubentur impendi,

partim ad sustentationem Plebani et Vicariorum,

F

partim ad murum ecclesiæ construendum.

77 Hanc deinde Ordinationem, *inquit in serie Archiepiscoporum Damalevicius*, successor *Vincentii* Joannes Sprowski, consentiente Capitulo anno Domini MCCCCLXII ita immutavit, ut LX marcæ pro fabrica ecclesiæ Gnesnensis, XXX pro ecclesia in Uniejowo

Inde in anno 1462 partis decerpitur

auctore D. P.
ad alios usus pios

A Uniejowo per ignem absumpta, et residuæ xx pro structura ecclesiæ in Dobrowo converterentur. *Porro Vincentius de Seve I. U. D. vigilantissimus Ecclesiæ Gnesnensis Archidiaconus, in visitatione ecclesiæ Dobrovensis, anno Christi* MDCXVII *peracta, sic scripsit.* Reliquiæ S. Bogumili, qui in dicta ecclesia quondam sepultus fuit et pro Sancto habetur, servantur in sacrario ejusdem ecclesiæ, in quodam scriniolo. Ex sepulcro *autem* dicti Sancti, tempore Jacobi Uchanski Archiepiscopi (*sedit is ab anno* MDLXII *ad* MDLXXXI) quædam fuerunt accepta, ut annulus Pontificalis, cum pretioso sapphiro, tabula aurea cum certa inscriptione, et alia, quæ supradictus D. Archiepiscopus accepit et ecclesiæ non restituit. *Nec mirum, utpote qui non solum parvam ad eliminandas hæreses curam gessisse; sed et assidua cum hæreticis conversatione tam multum fidei suæ caluisse dicitur, ut olim Vladislaviensis Episcopus, meruerit a Pio IV anathemate percelli; et jam Gnesnensis Archiepiscopus frequenter reliquerit conducere suas cum eis tractabat, non adhibitis Doctoribus earum peritis*: facilis in hæreticorum argumentis admittendis, nec satis paratus ad reddendam rationem de ea, quæ in nobis est, spe: *contra quem etiam Canonici sui necesse* B *habuerunt appellare Apostolicam Sedem, eo quod* Villam Kociari, nepoti suo Paulo Uchanski ad multos annos locare proposuerat.

Anno 1561 spoliatur sepulcrum,

ab Archiepiscopo fere hæretico

78 *Sub tali capite, necesse est membra multum elanguisse in cultu reliquiarum, etiam ejus quam fovebant erga sanctum suum Archiepisc. non periisse; erat tamen ille inter primores Catholicos, apud quos hujusmodi Orationem in usu fuisse, videtur indicare Martinus Baronius, Vitam cum ea claudens hac forma.* Deus qui B. Bogumilum, Confessorem atque Pontificem tuum, æternæ beatitudinis præmio sublimasti; concede propitius, ut cujus merita veneramur in terris, intercessionis ejus auxilio, apud tuam misericordiam muniamur in cælis. *Damalevicius autem, post primam et ante secundam Vitam, infra scriptas* Orationes, *ut* in Missa dici consuetas *proponit*. I. Exaudi quæsumus, Domine, populum tuum, tota mente tibi subjectum, et beati Confessoris tui, atque Pontificis Theophili supplicatione custodi, ut, corde et corpore protectus, quæ pie credit, juste petita accipiat. Per Dominum nostrum etc. II. Suscipe Domine preces et munera, quæ ut tuo digna sint conspectui, sancti Confessoris tui atque Pontificis Theophili precibus adjuvemur. Per Dominum etc. III. Præsta quæsumus, omnipotens Deus, ut de perceptis mu- C neribus gratias exhibentes, beato Confessore tuo atque Pontifice Theophilo intercedente, beneficia potiora sumamus. Per Dominum etc.

Manet nihilominus cultus apud Catholicos,

cum propriis de Sancto Orationibus

§ III. *Instauratus hoc seculo* XVII *cultus, Vita edita, corpus translatum.*

Seculo 17 ineunte cœpto restaurari religio loci,

R*enascente seculo, et defuncto Jacobi successore Stanislao Karnkowski; suffecti eidem, anno* MDCIII *Bernardus Maciejowski, et anno* MDCIV *Joannes Barnowski, hic quatuor, iste unius solum anni Pontifex, vel brevitate temporis, vel potius ut Stanislaus restaurandæ tota Polonia rei Catholicæ cura impediti, parum admodum agere pro Dobrovensi parochia et* Bogumili *honore potuerunt. Quod successores electi, anno* MDCVII *Albertus Baranowski, et anno* MDCXV *Laurentius Gembicki moliri cœperunt, legimus in præfatione Damalevicii. Illius ab anno* MDCXXIV *ad* XLI *successores tres, ut multa recte, nihil tamen pro* S. Bogumilo *egisse sciuntur, donec Cathedram ascendit* Matthias Lubienski. *Hic, ut testatur Damalevicius in Bogumilo*, Ossa beati Archipræsulis, stanneo scriniolo imposuit; et publicæ venerationi solenniter, in maximo populi concursu, exposuit, *sub annum, ut notis Calissio scribitur,* MDCXLVI; *cumque suo prælo dabat prælaudatus scriptor Seriem Archiepiscopalem*, diligenter laborabat, inferri nomen ejus Catalogo Sanctorum, *sacro Collegio Sedis Metropolitanæ pios conatus ipsius alacriter promovente, et negotium commendante, ex quo Vitam dedicatam postea diximus, per hujusmodi mandatum.* D

ossa transferuntur sub annum 1646,

80 Nos Prælati et Canonici Almæ Ecclesiæ Metropolitanæ Gnesnensis, Perillustri et admodum Reverendo Domino Matthæo Joanni Judicki, I. V. D. Archidiacono Pomezaniæ, in Ecclesia Vladislaviensi, Protonotario Apostolico, salutem cum Dei benedictione.

et Capitulum Gnesn. committit Domino Judicki,

A trecentis annis et ultra; maximopere desideratum fuit a Prælatis, Canonicis, totoque Venerabili Capitulo Almæ Metropolitanæ Gnesnensis Ecclesiæ, Antecessoribus et Fratribus nostris desideratissimis, prout ex Actis Capitularibus constat, ut sancto Dei viro Bogumilo, ex Decano in Archiepiscopum Gnesnensem electo, propter ipsius vitæ innocentiam, modestiam, et alias innumeras virtutes, ab universa Ecclesia Catholica decernantur honores; et Nobis sæpius in Capitulis generalibus super hac materia deliberantibus, præcipue cordi fuit, ut causa, Beatificationis et Canonizationis ejusdem servi Dei promoveatur, et ad debitum finem, divino aspirante auxilio, perducatur. Cumque coram Illustrissimo Principe et Reverendiss. Domino Ar- E chiepiscopo Gnesnensi, loci Ordinario nostro, antequam ad ulteriora in dicta causa procedi possit, debeat adimpleri forma Decretorum sacræ et generalis Congregationis sancti Officii, in materia cultus et venerationis, ac super eorum observatione fieri processus, et pronuntiari per eumdem Ordinarium fuisse paritum dictis Decretis; quibus peractis, juxta formam eorumdem Decretorum et sacrorum Canonum ac sacri Concilii Tridentini, procedi poterit ad ulteriora, in conficiendis processibus super virtutibus, sanctitate, et miraculis, ad effectum illos transmittendi ad sacram Rituum Congregationem. Ideo confisi de tua prudentia, diligentia, et experientia, tenore præsentium, auctoritate nostra plenaria, te constituimus Procuratorem generalem et specialem in dicta causa, ita ut generalitas specialitati non deroget, nec e contra, ad comparendum in judicio et extra, nomine totius Venerabilis Capituli nostri, coram Illustriss. et Reverendiss. Domino Archiepiscopo Gnesnensi, et coram quocumque alio Tribunali; et instandum, ut conficiatur primo loco dictus Processus, super observantia di- F ctorum Decretorum sacræ Congregationis sancti Officii; et deinde alius, super virtute, sanctitate, et miraculis, servata forma dictorum Decretorum, sacrorumque Canonum, et sacri Concilii Tridentini; et ad eumdem effectum producendum jura et articulos, inducendum testes, illosque jurare faciendum, et examinandum, et faciendum in præmissis et circa præmissa, omnia quæcumque fuerint necessaria vel opportuna, usque ad complementum dictorum Processuum; quibus peractis, procurandum de ipsis fieri transsumptum, et clausum et sigillatum transmitti ad dictam sacram Rituum Congregationem; nec non generaliter ad faciendum, gerendum, exercendum, et expediendum, omnia præmissa et quæcumque alia, etsi magis speciale mandatum et specialissimum requirerent, cum libera administratione et facultate præstandi quodcumque juramentum in animam ipsius constituentis, licitum et honestum; ac etiam cum facultate substituendi unum vel plures procuratores in solidum, ad faciendum omnia præmissa, et cum omnibus prædictis facultatibus Promittentes quidquid per te et procuratorem, seu per procuratores, a te substituendum seu substituendos, factum fuerit, illud totum habere ratum et gratum.

ut præmissis præmittendis,

curet formari Processus,

tamquam Procurator Capituli

In

A In quorum fidem has præsentes, nostri sigilli soliti impressione munitas, manu Præsidentis Universalis Capituli firmavimus. Gnesnæ in Capitulo Generali Gnesnensi S. Adalberti, quarta die mensis Maji, anno Domini millesimo sexcentesimo quadragesimo septimo.

Hoc dum agitur,

81 Biennio post *edidit jam sæpe dictam Archiepiscoporum Seriem Damalevicius, quando (ut ait ipse) elogium Bogumili pingens, adhuc* diligenter continuabatur *institutus* Processus super vita et miraculis prædicti Beati, indies Romam transmittendus, studio et sumptu Illustriss. Mathiæ Lubienski *antecessoris*, sui ex avia utraque gentilis et cognati. *Sed lenti moliminis ejusmodi negotia sunt; et ipse Archiepiscopus adeo multis ac magnis tunc distinebatur curis, ut ejus tam pridem electi, confirmati, Palliique donati accessus ad Primatiale solium differendus fuerit usque in annum* MDCLIII; *quando eidem*, inter festivas apprecationes felicis ingressus ad ecclesiam Metropolitanam Gnesnensem, *a Prælaudato Matthæo Joanne Judicki, amplo in folio* oblata *est, sculpta in ære* Vita S. Bogumili Poloni, ex Archiepiscopo Gnesnensi Eremitæ Camaldulensis, de Domo Rosarum; qui in vita et post mortem miraculis claras Dobrovi quiescit. *Sub hoc titulo, stat media in area, Pontificaliter indutus, et radiato capite Sanctus, coram apparente in nubibus Deipara; et extrema hæc verba ad filium, quem gremio illa tenet, proferens:* Jesu, fili Dei et Virginis Mariæ, esto susceptor animæ meæ. *Sub eadem area adest Epigraphe dedicatoria: et amplum quo ista circumdantur limbum, partitim obtinent* ***areolæ quatuordecim, insculptæ aliqua parte vitæ:*** *quarum prima repræsentat Decanum, in choro Gnesnensi* ***vacantem horario Canonicorum penso; ultima, conspi-*** *cuum in fulgida nube, et omnis generis languores curantem; omnes, diademate vel radiis ornatum.*

offertur novo Archiepiscopo anno 1653, B

effigies cum Actis æri incisa

82 *Anno* MDCLXI *impressa est Romæ, sacri Palatii Magistro approbante, eidemque Matthæo Joanni Judicki dedicata, quam dedimus, Vita, ipso Auctore vices ejus tunc forsitan ibi agente: nec adhuc quidquam ad solemnem declarandæ sanctitatis actum promotum erat; nisi quod probatum fuerit, tacito potius quam expresso consensu, ut* Sancti *titulus usurparetur, quem anno* MDCXLIV *non fuerat ausus adhibere; sicut nec ante ipsum Martinus Baronius; uterque* Beatum *scribere contento. Nec puto, quidquam ulterius effectum Romæ. In Polonia ut jam intelligo, quinto post editam Vitam anno, cum jam Lubienskius Archiepiscopus vita functus, successorem haberet; novum Sancto erectum monumentum,* ***quod hujusmodi ad caput illius inscriptio denotat.*** Peregrinæ olim terris sanctitati, nunc cælestis consorti beatitudinis, his quondam Prædecessoris S. Bogumili Archiepiscopi Gnesnensis sacris cineribus, hunc struxit et adornavit tumulum, Venceslaus Comes de Leszno Archiepiscopus Gnesnensis, anno Domini MDCLXVI. D

et 1661 imprimitur Romæ Vita:

an. 1666 erigitur novus tumulus, C

VICTORI D. P.

83 *Hoc autem mox vita functo, successor ejus consilium cepit, Uniejoviam transferendi ipsum hunc novum, cum clauso intus sacro pignore, tumulum; prout explicat titulus, ad dexterum ejus latus sic descriptus.* Tenuem ne existimes thesaurum, qui tot annorum decursus manet illæsus. Etiam flamma vorax et insanum elementum sacro pepercit deposito; et ostendit nimis quam verum: Custodit Dominus omnia ossa Sanctorum suorum, unum ex his non conteretur. Floruit hæc Rosa, odorem dans sanctitatis anno Domini MCLXXII: nunc Illustriss. Principis et Reverendiss. D. Nicolai de Prazmow, successoris sui XLIX cura, et consensu Venerabilis Capituli Generalis, huc translatus, anno Domini MDCLXVII, ut magis efflloresceret. Sanctitatem servi sui, Deus præpotens, vivi et mortui compluribus illustravit miraculis: et scitote, quia mirificavit Dominus Sanctum suum. *Ad sinistrum latus hæc loquitur:* Hic elegit abjectus vivere, humana universa dimittens; et quidquid a contemplatione cælestium avocabat, ne retraheret, declinavit: Deoque et sibi vacare reliquo vitæ flexu contendit. Ne putes extraneum: Polonus est, e familia Rosarum, S. Adalberti successor decimus, ejusdemque pronepos, Castellani Gnesnensis filius, Radosti Episcopi Cracoviensis patruelis, Boguphali Posnaniensis Episcopi nepos, eremo addictus Polonis. Venerare, Hospes, humilitatis prodigium S. Bogumilum, Pontificiam Infulam, Pastoritium Pedum cum hac permutantem solitudine.

qui mox una cum corpore transfertur Uniejoviam,

additis duplici novo Epitaphio E

84 *Ipsum tumulum hic videres æri insculptum, Lector, si tam facile eo loci fuisset pictorem invenire idoneum; quam facile R. P. Rector Calissiensis Joannes Kanthiewicz, ad suggestionem R. P. Ignatii Dierkins, ex nostra Flandrobelgica provincia in Poloniam missi Visitatoris, litteris exceptas mittere potuit prædictas Epigraphes aliasque notitias, quarum in epistola ejus,* XXIX *Maji data, hæc est conclusio:* Quin et cives Collocenses et Uniejovienses, opem Sancti implorantes, ab incendio liberati: claudi itidem gressum, visum cæci, et alii invalidi sanitatem, ejus invocata ope receperunt: atque hoc ipso anno MDCXC magnifica Domina Lethowska, Castellani Plocensis filia, in partu periclitans, et fere jam moribunda, per ejusdem Sancti invocationem, enixa feliciter fœtum, et sanitati restituta est. *Atque hæc sufficiant, donec plura submittat Polonia.* F

periculo incendii cives, morbis, parturiens liberantur

DE BEATIS SANCTIMONIALIBUS

DIANA, CÆCILIA, AMATA,

C. H.

ORDINIS S. DOMINICI BONONIÆ.

De veneratione Corporis et Vitæ scriptoribus.

ANNO MCCXXXVI

Martyrologium, *juxta ritum sacri Ordinis Prædicatorum S. Dominici auctoritate Apostolica reformatum et approbatum, et jussu Reverendissimi Patris Seraphini Sicci, præfati Ordinis Generalis Magistri, Romæ anno* MDCXVI *editum, habet sub finem adjunctum* Indiculum Beatorum aliquot et Confessorum sacri Ordinis Prædicatorum; *atque post* Viros sanctitate illustres, *nominat* Sorores sanctitate illustres, *sive alio titulo* Sorores Beatas Ordinis S. Dominici: *earumque prima, de qua hic nobis est agendum, ita indicatur:* Soror Diana, quæ in manibus S. P. N. Dominici habitum nostræ Religionis professa, fundatrix Conventus S. Agnetis Bononiæ, sanctitate et miraculis gloriosa. Ejus corpus in eodem monasterio multa cum veneratione asservatur. *Hactenus Indiculus præcitatus.*

Corpus in veneratione

2 *Hujus Sanctimonialis virtutes ac miracula describunt Hispanice* Ferdinandus de Castillo *lib.* 2 *Historiæ*

A *vitæ S. Dominici ejusque Ordinis, cap.* 15: *Italice* Seraphinus Razzius; *et Gallice* Joannes Blancontus *parte 2 de sanctis et beatis Sanctimonialibus, quarum prima profertur* B. Diana, Fundatrix monasterii S. Agnetis Bononiæ. *Item Italice* Joannes Michael Pio *lib.* 1 *de Personis illustribus Ordinis S. Dominici cap.* 65; *et mox citandus Auctor Diarii, Gallice*, Joannes de Rechac de S. Maria *lib.* 3 *de sanctis et beatis Sanctimonialibus Ordinis S. Dominici p.* 1 *et* 2. *Latine*, Thomas Malvenda, *in Centuria prima sacri Ordinis Prædicatorum, potissimum ad annum* MCCXXIII *et annum* MCCXXXVI, *qui citat: a quo præterea citantur* Chronicon monasterii S. Agnetis, quod manuscriptum ibidem asservatur, *et Chronicon parvum* MS. Ludovici Pan... *Dictus porro* Malvenda *suam relationem ad citatum annum* MCCXXXVI, *sic concludit*: Ista omnia, quæ in probatis memoriis monasterii sacrarum Virginum S. Agnetis Bononiensis Dominicani instituti, de beata Diana continentur, tametsi diversis longe temporibus contigerant, hic in ejus obitu simul conjungere visum: ne, si suis locis reponerentur, nimium distraheretur narratio, et ut lector commodius ea in promptu haberet. *Hæc Malvenda, a cujus calamo non habemus nisi primam Ordinis centuriam: ut divina dispositione reliqua, ad*

annum MCCCC *narranda, hic habeamus. Nos præterea Malvendam sequimur. In Anno sancto Ordinis Prædicatorum, Gallice et Belgice ... memoria B.* Dianæ *notatur die* XXVII *Maji; eamdemque* Arturus a Monasterio *Gynæceo suo sacro inscripsit die* XVI *Februarii ... in mappa ... Pauli Mo..., in Bononia perlustrata, ipsam referenti ad X Junii.*

Dies obitus incertus.

3 *Hactenus Henschenius, post cujus obitum, primum ... Neapoli allatum est Diarium sacrum Ordinis Prædicatorum in sex Tomos distinctum a Domino Marco Marchesio, qui editam Latine Vitam Italice reddidit, pridem fere reperiri apud Malvendam, et ... ad X Junii. Et hanc dum eamdem comparavimus cum monasterii monumentis, nobis ibidem exscripta curante Simone a S. Antonio, Congregationis S. Mariæ majoris Bononiæ Canonico, in tam ... benevolentia ... ab anno* MDCLX, *quo illac transeuntes ad sacra omnia lustranda devenerat, humanissime coluit usque in extremum ætatem, promovendi operis nostri studiosissimus. In istis monumentis legitur quod* Diana anno Domini MCCXXXVI, pridie festum S. Barnabæ, cælestium regno donata fuit. *Dies tamen non exprimitur in Epitaphio, quod inibidem sic descriptum accepimus.* Hic requiescit Soror Diana de Andalo, quæ in manibus beati Dominici vota Religionis emisit, et monasterium S. Agnetis extruxit, in quo annis XIII sanctissime vixit, migravitque ad Deum MCCXXXVI. *Hoc Epitaphio, absque titulo* Beatæ, *credebam primæ sepulturæ impositum: et similia fortassis alia erant posita duabus ejus Beatis coinstitutricibus,* Cæciliæ et Amatæ; *quarum prima, et ... circa* MCCXC *obiit: et ambæ positum ... posita sunt. Circa annum* MDX *permutata ... causam transfer... ut ... 13 ... quas fuit, ad caput B.* Dianæ ... *et ... eamdem ... composita sunt anno* MDXXXIV, *sicut infra apparebit ex prædictis monumentis. Et hæc mihi causa fuit, ut B.* Dianæ, *quæ alias præcipue ac fere sola nominatur, et in iisdem monumentis num. 14, tamquam Beatas, in titulo jungerem* Cæciliam et Amatam, *prætermissas quamvis alioquin* Cæciliam *referat Marchesius ad IV Augusti, ad* IX *Decembris Auctor Anni sancti.*

4 Dianæ *perquam vetusta effigies, et propter ætatem ea parte carens, habetur in monasterio S. Agnetis: quæ dici videri posset post mortem ipsius picta, cum illa jam aliquem cultum haberet; propter lilium pectori* D *appositum; et radios circum caput fusos: lilium tamen sic positum est, ut verisimile sit postea appictum vetustiori tabellæ, ex ... tamen ... sumptæ. Etenim cum velum attollit, ... cum linteo ... strictissimo ... altius ante pectus deflexum, imaginem refert primarum institutricum; quemadmodum et vetustas quædam aliqua S. Dominici imaginum evidenter declaratur, ex capitio, nec ultra capitis mensuram largo, cum cappa ... infra scapulas non protensa, comparatis cum posteriorum seculorum usu, quibus utraque in latitudinem et longitudinem pene in immensum creverunt. Picturæ illius accuratam delineationem habere me fecit Illustriss. D. Comes Valerius de Zanis, quam cum ærei insculptam ... et prototypo simillimam affirmavit, prout hic vides.*

Scriptores rerum gestarum

et monumenta monasterii

Epitaphium,

translationes duæ,

et Sepulcra,

antiqua effigies.



Vetus Effigies
B. DIANÆ BONONIEN

VITA

A Thoma Malvenda ex variis collecta.

CAPUT I.

Vita B. Dianæ in domo paterna sub voto virginitatis. F

Fuit Diana illustri genere nata, pater ejus Andalus, qui in eam genuerat; vineam territoriumque contigua monasterio Prædicatorum S. Nicolai Bononiensi possidebat. Cumque angustior locus ille S. Nicolai esset, quam ut capiendis tot Fratribus, qui quotidie institutum Prædicatorum amplectebantur, sufficeret; S. P. Dominicus, qui magna cura prædicto cœnobio amplificando incumbebat, vehementer optabat ex vinea Andali locoque propinquo sibi aliquam partem attribui, quo laxius monasterium ædificari posset. Diana virguncula, in primævo ætatis flore, quæ erga Fratres sanctitatis exemplo mirifice commovebatur, tantum apud patrem blanditiis precibusque egit, ut Fratribus gratis atque liberaliter Andalus vineam concederet. Eam donationem factam anno MCCXVIII auctores asserunt: at, si præsente S. Dominico, fieri non potuit ante annum MCCXIX, quo vir Dei primum Bononiam venit.

A patre pro S. Dominico impetrat vineam:

3 Ergo cum ex liberalitate Andali et Fratrum cura

A cura, monasterii fabrica egregie succederet ; magna cum hominum admiratione et fructu, prædicante tunc Bononiæ B. Reginaldo, Diana majori animi devotione, quam per ætatem liceret, conciones ejus frequentabat. divinoque Spiritus sancti impulsu

concionibus B Reginaldi commota deponit ornatum

agitata, ornatum omnem, pretiosas vestes, torques, annulos, gemmas, et cetera, quæ mundana vanitate florentibus virginibus in pretio esse solent, ab se procul abjecit ; menti infigens illa, quæ in concionibus Reginaldi audiebat ex epistola ad Timotheum:

1 Tim. 2, 9

Mulieres in habitu ornato cum verecundia et sobrietate ornantes se, et non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis vel veste pretiosa ; sed quod

1 Pet. 2, 3.

decet mulieres, promittentes pietatem per bona opera. Et ex epistola S. Petri: Quarum non sit extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri aut indumenti vestimentorum cultus; sed qui absconditus est cordis homo in incorruptibilitate quieti et modesti spiritus, qui est in conspectu Dei locuples. Nec dubium esse potest, quin hæc ornamenta et deliciæ feminarum magna sint ad evertendas virtutes lenocinia : nam rerum terrenarum amor maxime his fomentis enutritur. His impedimentis submotis,

B Diana solidiores gressus in virtute figens, paulatim

honorat Prædicatores:

cœpit mundum despicere, mentem et cogitationem in Deum rerumque cœlestium desiderium attollere, magno animi propensione Fratres Prædicatores, qui recens tunc Bononiam advenerant, diligere, summo honore ac veneratione prosequi.

4 Hinc illi cum S. P. Dominico, qui tum animos

potissimum S Dominicum :

hominum doctrina et sanctitate sua complebat, singularis contracta familiaritas. Cum quo sæpius de rebus ad salutem animæ suæ pertinentibus disserebat, cunctaque cordis sui desideria, quibus impense ad perfectam vivendi rationem aspirabat, perspicue eidem exponebat. Lapsus conscientiæ sæpius per sacram Confessionem viro Dei detegens,

privatim vovet virginitatem :

omnem ab eo expiationem consolationemque recipiebat ; tanto eum honore et observantia complectens, ut non secus ac Angelum Dei, de cœlo ad ipsius salutem amandatum, nedum ut hominem sanctum veneraretur. Tandem sacris divini Patris documentis et adhortationibus incitata, virginitatis religionisque votum in manibus ejusdem emisit. Quamvis pro ea temporis conditione mutare habitum, sacraque Religionis indumenta sumere non placuerit; sed in opportuniorem vocationem rem omnem visum differre; quod parentes ejus, qui e prima Bononiensi nobilitate, opibus et cognationibus

C in ea urbe inclyti erant, ægre laturi viderentur ejusmodi a filia susceptum institutum, dandumque id paternis affectibus existimabant, ne deteriora inde mala nascerentur, si commotis ad indignationem ob filiæ novum propositum eorum animis, exorienti

in ædibus parentis manens :

novo Ordini non parva invidia conflaretur. Interfuere præsentes sacræ illi ceremoniæ, qua Virgo Diana in manibus S. Dominici virginitatem suam voto nuncupato Deo consecraverat, simulque Religioni se devoverat, B. Reginaldus, Fr. Gualia Brixianus, Fr. Radulphus Faventinus, nonnullæque matronæ Bononienses. Erant tres illi Patres insignes primævi Ordinis columnæ: sicque oportuit factum votum illud anno Domini MCCXIX, nam non ante S. Dominicus Bononiæ fuit; nec B. Reginaldus ultra eum annum vixit. Non fuere ista parva initia augendi et propagandi Ordinis in celebri illa urbe : siquidem multæ illustres feminæ, singulari illo Dianæ exemplo permotæ, eamdem vitæ rationem intra paucos dies amplexæ sunt.

5 Ceterum Diana, in cujus pectore immensum ardebat desiderium palam et publice profitendi, quod privatim et coram paucis præstiterat; egit cum S. Dominico de construendo monasterio quodam Sanctimonialium, quod ipsi pro paternis opi- D

bus factu facile videbatur. Id cum libenter sanctus Pater audisset, rem cum Fratribus communicavit :

constituit ædificare monasterium Sanctimonialium:

sed potissimum in preces ardentiores totam noctem incubuit, ut Dominus, quid in eo negotio agendum esset, inspiraret. Postera die vocatis Fratribus exposuit, quod animo statuisset, intermittendam interim Conventus S Nicolai constructionem, ut novo erigendo Monialium monasterio totis viribus operam darent. Quod cum primis necessarium videbatur, recipiendis multis claris et nobilibus feminis, quæ divino spiritu tactæ, rejectis mundanis illecebris, religiosam vitam capessere decrevissent. Quatuor e præstantioribus Conventus Bononiensis novi monasterii fabricam demandat : ii erant Fr. Paulus Hungarus, Fr. Gualla, qui postea fuit Episcopus Brixianus; Fr. Ventura Veronensis, Prior Conventus Bononiensis, et Fr. Radulphus de Faventia, ejusdem cœnobii Procurator. Atque videtur id contigisse anno Domini MCCXXI, nam eo anno Fr. Paulum Hungarum nomen in Religionem dedisse, et in Hungariam missum, suo loco abunde monstravimus.

6 In hunc modum rebus constitutis, cum illis E

Patribus omnem curam promovendi monasterium, et quid agere deberent, S. Dominicus reliquisset, Bononia ad invisenda Galliæ Cisalpinæ monasteria profectus est. Inter hæc B. Diana corpore potius quam animo in paterna domo morabatur. Omnes siquidem cogitationes et studia in novum illud, quod ædificabatur, monasterium contulerat, nec requiem ullam menti reperiebat, quoad in illud ingressa, se totam Domino sanctisque exercitiis mancipasset.

cilicio et catena ferrea induta,

Sed quo tantopere concupitæ vitæ religiosæ quædam interim veluti prælibata, inter delicias domus paternæ, auspicaretur; sub sericis et auratis vestibus asperum et mordens cilicium induerat, nudamque carnem ferrea catena cinxerat. Hæc illi erant quotidiana exercitia : quamprimum diluxisset,

incumbit pietati

tres horas et amplius orationibus et sacris meditationibus impendens, reliquam diei sanctis operibus transigebat; nempe lectionibus, opere manuum, silentio, sanctis confabulationibus, et id genus honestissimis actionibus, se ad omnem virtutem comparabat.

CAPUT II.

Ingressus Dianæ in monasterium : hujus institutio per BB. Cæciliam et Amatam Roma submissas. F

Istud vitæ genus cum non satis pro votis animum Dianæ impleret, quod vitam illam in monasterio religiosam ardenter expeteret; Sanctoque Dominico promisisset se monasterium ædificaturam, nec id in domo parentum satis explere posset ; die quodam, qui S. Mariæ Magdalenæ sacer erat, magna

Accipit habitum in monasterio Ronzanen

suorum frequentia comitata, ad novum illud monasterium, de Ronzano vocatum, quod tunc ædificabatur, laxandi animi causa, ut præferebat, se contulit Ingressa Monialium dormitorium, habitum petiit, atque extemplo recepit, (sic enim ex composito res agebatur, omniaque in ejus usum parata habebantur) sicque dimissa a suorum turba, in monasterio cum honestissimis illis feminis remansit. Quamprimum id parentes et cognati rescivere, in furorem et rabiem conversi, secum complures amicorum atque nobilium trahentes, in monasterium irrumpunt ; maximoque excitato tumultu, ut in gravi conflictu, virginem inde, plagis, injuriis, ludibriis onustam, vi abstrahunt, reluctantem prorsus, ac morte ipsa acerbiorem illam injuriam reputantem.

Additumque

A Addit itaque tot malis, quod crudelitate suorum, cum beata virgo totis viribus, ne a monasterio avelleretur, detrectaret, costa illi una contracta est : quo ex vulnere multos dies postea lecto graviter ægra decubuit, reliquumque vitæ, signa et cicatricem plagæ circumtulit.

[illegible] costa confracta:

8 Redierat illis diebus Bononiam S. Dominicus, jamque ex supremo morbo lecto detinebatur, qui carissimæ filiæ ærumnis vehementer indoluit : sed cum ipse per se ad eam ire non posset, cum ob ægritudinem, tum quod parentes acri custodia filiam sepserant, nec ullus ad eam a Fratribus vel a Monialibus ingrederetur, aut nisi coram aliis alloqueretur, crebris epistolis sanctam Virginem consolabatur, et ut in suscepto vitæ sanctioris proposito permaneret, magnopere hortabatur ; aperturum viam Deum sua benignitate, qua tandem voti compos evaderet : interim bono esset animo, omnemque curam et fiduciam in Deum conjiceret, nec eam assiduis precibus interpellare desisteret. Inter hæc vir Dei Dominicus naturæ concedens, terram cum cælo commutavit. Diana vero, nuntio mortis ejus accepto, graviter ingemuit : sublatumque sibi omne solatium, et unicum parentem, rerumque suarum

confortatur epistolis S. Dominici,

B directorem, ex intimis visceribus deplorabat. Sed cum se omni consilio præsidioque, in re quam tantopere cupiebat, destitutam cerneret ; totam se ad Deum et ad S. Dominicum, quem divina in cælo gloria perfrui certissime credebat, convertit. Nec cælestes, in re tam pia et honesta, defuit auxilium. Nam in Vigilia festi sequentis omnium Sanctorum, cum jam ex vulnere morboque convaluisset ; opportunam occasionem nacta, in præfatum Ronzani monasterium se raptim proripuit : quam Sorores illæ summo cum gaudio exceperunt. Pater Andalus, cum se, in revocanda filia a sancto instituto, omnem operam ludere animadverteret ; tandem emollita duritia, intellexit non esse Spiritui sancto resistendum, qui tam manifestis indiciis filiam agebat. Itaque nihil amplius molitus est, nec ullam vim adhibendam esse censuit.

cumque mortuum implorat

redit ad monasterium

9 In monasterio ergo libere relicta, dici non potest, quanta animi lætitia et alacritate religiosam vitam exercere cœperit. Dum hæc geruntur, Magister Jordanus, qui jam generalem Ordinis Præfecturam susceperat, cum aliis Patribus magna cura surgentis monasterii constructioni incumbebat, quam tantopere illis S. Dominicus commendaverat. Sed quia Bononiensi Episcopo visum non est, ut

C in eo loco Ronzani monasterium, ædificari jam cœptum, ulterius procederet, quod urbi nimium esset propinquum ; scitu ejus ac beneplacito locum alium delegerunt in Valle S. Petri. Ibique novi cœnobii fundamenta jecerunt, quod ad hanc usque nostram ætatem manet, appellaturque monasterium S. Agnetis in Monte : illucque beata Diana cum reliquis Sororibus, quæ tum tantum quatuor erant, translata est anno Salutis MCCXXIII per Octavas Ascensionis Domini. Atque hæc sunt initia præclari monasterii Sanctimonialium S. Agnetis apud Bononiam, in quod inducta B. Diana cum quatuor sociabus, quæ hoc eodem anno in die sanctorum Apostolorum Petri et Pauli sacrum Religionis S. Dominici habitum de manu B. Jordani Magistri Ordinis susceperunt. At paulo post duæ aliæ illustres matronæ Ferrarienses in eamdem societatem admissæ sunt.

translatum ad Vallem S. Petri,

et S. Agneti dicatum

habitum a B. Jordano suscipit cum sodalibus,

10 Ceterum ut novum monasterium accuratius omni regulari disciplina imbueretur, misit B. Jordanus Romam Fr. Guallam et Fr. Radulphum, ut ex religiosissimo illo et totius sanctitatis seminario, S. Xysti Sororum monasterio, ex præstantioribus, permissu Honorii Pontificis, Bononiam ad recens S. Agnetis monasterium deducerentur, quæ novitias illas Sorores omnem ritum Ordinis plenius edocerent. Agente igitur Ugolino Cardinali Episcopo Ostiensi (qui B. Dianæ sanctissimos mores jampridem cognitos habebat, eamque Bononiæ cum S. Dominico in paterna domo aliquando inviserat, eo tempore quo legationem Apostolicam in Lombardia obibat) impetratum est a Pontifice, ut quatuor insignis sanctitatis Sorores, e monasterio S. Xysti, mitterentur Bononiam ad monasterium S. Agnetis. E numero harum quatuor Sanctimonialium una fuit insignis illa Soror Cæcilia : quæ cum septemdecim solum annorum ætatis esset, prima omnium apud S. Xystum habitum Ordinis Prædicatorum de manu S. P. Dominici meruit accipere ; præsens interfuit, oculisque suis aspexit, cum S. Dominicus Napoleonem a mortuis suscitavit..... Adventu sacrarum Virginum mirum in modum monasterium illud S. Agnetis in religione, sanctitate, regularis vitæ arctissima custodia vigere cœpit. Tam excellenti exemplo multæ nobiles feminæ permotæ, quotidie in novam societatem trahebantur, numerusque Sororum plurimum augebatur : quarum curam et gubernationem Magistro Jordano Honorius Pontifex demandavit. Sed inter omnes B. Diana magno virtutum et sanctimoniæ intervallo eminebat. E

D

ad quarum institutionem aliæ a Roma petuntur

et numerum insigniter augent.

CAPUT II.

Pius obitus Dianæ. Hujus et Sociarum duplex Translatio. Miracula ex authenticis MSS.

Anno salutis millesimo ducentesimo trigesimo sexto, mirabilis illa et sanctissima virgo Diana, monasterii sacrarum Virginum, nominis S. Agnetis sub instituto Prædicatorum fundatrix, corpore soluta, magnarum virtutum præmia perceptura, in cælum migravit. De tempore affirmant ejusdem monasterii veteres memoriæ, et scriptores omnes, qui ea prodidere ; sacrum Virginis corpus, maxima cum veneratione a Fratribus in ligneam arcam illatum, prope altare S. Agnetis sepultum, in ecclesia ejusdem monasterii. Auctores rerum ejus tradunt, fuisse Dianam, virginem prudentissimam, et disertissimam, eximia castimonia insignem, dignam Christi sponsam, quæ se totam Sponsi servitio mancipaverit. Orationes ei et divinæ meditationes assiduæ atque ferventes : in quibus maximam lacrymarum vim fundere consueverat. Tanto devotionis sensu afficiebatur, ut intuentes ad pietatem et lacrymas inflammaret. Disciplinæ regularis observantissima, F ut vel minima quæque summo zelo custodiri curaret, quæ sciret a S. Dominico instituta. Alta humilitas, ingens paupertas et terrenarum rerum abdicatio, denique incredibile gaudium inde capiebat, cum se deliciis et ceteris seculi oblectamentis privatam cerneret.

Dianæ, anno 1236 mortuæ,

12 Hæc et alia scriptores de B. Diana. *De cujus Institutricibus in disciplina religiosa, et in sepultura, translatione, atque cultu sacro sociabus,* Cæcilia et Amata, *nihil fere nisi jam dicta reperio. De* Cæcilia *solum addit Marchesius, quod* anno ætatis suæ XVII, Christi MCCXVIII, sancti Patris Dominici institutioni sese tradiderit ; sub ejusque Regula Bononiæ vixerit, usque ad decrepitam ætatem annorum LXXXIX, defuncta anno MCCXC ; *et quidem ipso die, quo S. Dominicus ante annos LXIX, scilicet* VI Augusti. *Utinam hoc ex certa satis notitia scripserit citatus a Marchesio Cimoricus, nobis ignotus, nec alium forte auctorem habens, quam Arturum a Monasterio in Gynæceo sacro : qui solitus iis, quorum quorumve Natales non invenit, diem pro beneplacito assignare. Congruum forte judicavit primogenitam, ut sic loquar, filiam Patri suo spirituali*

D. P. superstes B. Cæcilia, annis 46,

moritur ætatis anno 89.

A *spirituali secare. Dominicus de Herre in Anno sancto Ordinis, simili licentia diem IV Decembris assumpsit B. Cæciliæ commemorationi. Quidquid de die mortis sit; in anno MCCXC nondum obiisse manifeste eruitur ex prælaudatis Cimeriis. Etenim Theodoricus de Apoldia, Cæciliæ coævus, post annum MCCXCVI suo tunc temporis Generali Nicolao Tarvisino dedicans compositam a se Vitam S. Dominici; lib. 3 cap. 7. ita scribit:* Soror Cæcilia, cum esset annorum septemdecim, prima e manibus S. Dominici habitum Ordinis accepit: eaque, Bononiam translata, ut illic S. Agnetis monasterium instauraret, ibidem etiamnum vivit, in senectute bona et summa vitæ sanctitate. *De B. Amata nullus hactenus seorsim fecit mentionem: apparet tamen ex mox dicendis, quod, ut communis ipsi cum aliis translatio fuit, sic et cultum habeat communem, saltem a dicta Translatione captum. Interim latet annus mortis, quo priorem aliis defunctam esse, possumus verosimiliter opinari. Redeo ad contextum Malvendæ, quem hic interrumpi oportuit.*

Hanc præcessisse videtur B. Amata.

13 In monumentis ejusdem monasterii, quæ sacræ illæ Virgines servant, et ad nos fideliter scripta miserunt, istiusmodi leguntur de B. Diana, digna

B quæ ad notitiam posteritatis transferantur. In prima corporis B. Dianæ translatione, quæ facta fuit anno Domini MDX, cum Sorores magnopere desiderarent certius cognoscere, quodnam esset caput sanctæ Virginis [erant enim in eodem sepulcro præter illud Dianæ, duo etiam alia corpora, nempe Cæciliæ et Amatæ, quondam discipularum S. P. Dominici] nec vel scriptione, signo, aut indicio aliquo inter alia dignosci poterat; magna fiducia in preces se dedere, Dominum obsecrantes, ut signo aliquo eis ostendere dignaretur verum caput magistræ suæ et beatæ monasterii fundatricis. Vixdum preces finierant, cum subito unum ex illis capitibus, cunctis inspicientibus, sudare cœpit guttis grandibus et candidis, ac suavissimum quemdam odorem spirare; cum tanta rei novitate et omnium admiratione, ut vicini circumquaque confluxerint, quærentes unde tam insolita fragrantia dimanaret. Quo divino indicio deprehensum est, esse illud B. Dianæ caput. Miraculum, per manus conservata traditione, hodieque Moniales narrant; remque gestæ certam memoriam una ex illis Sororibus, scripto Latina lingua proditam, integra fide consignavit. Id nos scriptum nacti, ne excidat, hic inserendum merito duximus, quod est hujusmodi.

Dum anno 1510 transferuntur corpora

B. Dianæ caput mira sudore et odore dignoscendum se præbet.

C 14 Anno Domini MDLXIII. Cum nihil fere ita fidelium ac piorum animos in divinæ Majestatis amorem pertrahat, veluti cognitio infinitæ bonitatis illius: hæc autem cum plurimis aliis in rebus eluceat, tum vero maxime in his, quæ ob Sanctos suos honorandos mirabiliter operari dignatur; hinc fit, ut rerum hujusmodi enarratio ac promulgatio nonnisi maximo honori Deo ipsi, nobisque utilitati esse possit. Quam ob causam ego Soror Martha a Rosa, cum longævæ sim jam ætatis, ne mirabile divinæ providentiæ ac pietatis opus, quod ego anno MDX factum agnovi, me reticente atque hinc commigrante, latere contingeret; illud idcirco ut omnibus fierat exploratum curavi. Hæc autem quæ relatura sum, Deum ipsum testor, me a Matribus, iisque sanctissimis audivisse, quæ rei ipsi interfuerunt. Et vero sunt hujusmodi. Decreverant tunc fortasse templum hoc nostrum ampliori quadam forma extruere, majusque reddere. Erat autem in quadam ejus parte sepulcrum, in quo B. Dianæ, primæ Matris nostræ, duarumque item aliarum Virginum Sororum corpora tumulata esse dicebantur. Id igitur ne institutæ ædificationi impedimento esset, inde alium in locum transferri necesse fuit.

prout testata est an. 1563 Martha a S. Rosa,

ex relatione præsentium,

15 Quod cum factum fuisset, venit in mentem

D Sororibus his, quæ tunc aderant, inter confusas ibi corporum reliquias, Matris suæ caput internoscere velle. Cum autem id se nulla humana ratione consequi posse viderent, nemo quippe erat qui indicare posset, ad Deum, cui nihil ignotum, a cujusque immensa pietate nihil est quod sperare non liceat, conversæ sunt, summa fide orantes, ut præberetur sibi signum, quo monitæ, quodnam esset B. Dianæ caput, cognoscerent. Vix finem orationis fecerant (et ecce rem maxime admirabilem, divinæque providentiæ argumentum clarissimum) cœpit statim caput, quod sibi ostendi poposcerant, majoribus quibusdam guttis, iisque albis sudare; simulque tantam suavissimi odoris fragrantiam emittere, ut novæ insolitæque suavitatis causam sciscitantes, undique vicini confluerent. Tunc sacrum illud caput inde magna cum veneratione elevantes, in urna artificiose celata pulcherrimaque locarunt. Dignus itaque Dominus, qui in Sanctis suis et nunc et semper laudetur. Amen. Hactenus Soror Martha de Rosa.

A MALVENDA scribens quæ junior viderat,

Caput illud in sento inclusum.

CAPUT IV.

E *Secunda sanctarum Reliquiarum translatio: hanc secuta miracula, ex MSS. monasterii.*

Non finit suam hic de B. Diana relationem Malvenda; sed ex monumentis monasterii B. Agnetis miracula, variis temporibus patrata, *subjungit, fideliter quidem, non tamen originalis ipsorum MSS. verbis: Hæc ego beneficio Simonis a S. Agatha nactus, malo narrata exhibere. Primum, quo continetur altera Translatio sacrarum ossium cum tribus miraculis, Latine scriptum fuit. Italice cetera. Latini textus Auctor Sororem Silvestram se nominat, stylo per attum quæsitis studiose verborum transpositionibus ac parenthesibus longis obscuro ... quod in eis stilum elegantiam putavit ... stylumque ... mutare non præsumpsi, sed inornatam malui more nostro dare. Sic ergo illa.*

17 Anno MDXXXIV die XXIII Decembris, templo nostro causa fabricationum magna ex parte rupto ac everso, et inde præsertim ubi ossa trium beatarum Virginum, B. Dianæ Bononiensis, illustri de Domo Andaloa, dicta Bentivola (quæ cum tredecim annis caste ac sancte vixisset anno Domini MCCXXXVI, S. Barnabæ pridie festum, cœlorum regno

F donata fuit) duarumque ipsius consortium, Romanæ S. Sixti Monacharum, huc Bononiam Matri Dianæ, hujus monasterii fundatrici, nec non feliciter auspicanti vitæ normam, opitulandi gratia profectæ; B. Cæciliæ quæ resuscitatum auctore D. Dominico vidit Neapoleonem et B. Amatæ (cum qua idem Sanctus expulit dæmones) corpora gloriose conquiescebant; convenerunt Rev. PP. Confessores, P. Prior, P. Jordanus e Cypro, cum P. Francisco Foroliviensi, aptiorem hisce Reliquiis destinaturi locum. Qui postquam, cum luminibus et cruce, ad sacellum rite concessissent, arculam, mirificam odoris emanantem fragrantiam, reserarunt in ferreamque capsulam obvolutis linteo compositis ossibus, claustra solemnissime ambiverunt. Ego autem; cum, quo capsa locaretur instruendo prætecta forent loco; reliquis quibusdam cum ossiculis, exacte legendos curavi cineres, quos una cum linteo et assula, quæ olim operuerant corpora illa, cistulæ ad hoc paratæ impositos, meæ latenter cellulæ in arcam pertuli. Prima jam sequentis hora noctis, ingenti excidente pluvia, ad cassam recepta lucerna properans; ecce mirum! Arcam illam per quemdam perfectæ instar lunæ splendorem, ei directe oppositum, a lumine cerno illustratam. Quo

Anno 1534, cum repositorium trium B. illarum esset destruendum,

iterum ossa sacra transferuntur

quorum ablata particula luce cœlesti illustretur.

A sane perterrita, nec ingredi, nec regredi audebam. Tandem, sanctæ Crucis facto signo, animo e, intro me recepi, et genibus ubinde flexis, hæc pie, Si quid est boni, Deo, qui me peccatricem tali dignatus est gratia, ago gratias: sin autem diabolum, fidem non adhibeo, idque in Deum confero. [Hæc] verba dicens, summo sum repleta gaudio.

A MALVENDA

18 Soror Silvestra, ex ancillis nostris, hæc Beatarum observatrix, cum ita graviter laboraret febri, ex brachioque tumore; ac non parvum medici caperent metum, Virgines et B. Dianam precibus imploravi; nobisque argenteum voventibus brachiolum, mane summa cum omnium admiratione sanata est. Franciscus villicus noster, fortuito immodica sanguinis effusione sibi genu vulneravit, ut animam prope ageret: qui invocata B. Diana nostrisque petiit precibus, se Bononiam curandi causa deferri jussit, et brevi confirmatus argenteum reliquit genu. Anno Domini MDXLV, die x Augusti, cum patruus meus; vocatus Bartholomæus Supravivus, a medicis destitutus, jam morti propius esset, ego Soror Silvestra ejus neptis, eumque loco patris ducens (quippe qui mihi foret proximus) D. matrem nostram S. Agnetem, et B. Dianam Conventus

Curantur, brachium infirmum

et genu læsum,

B nostri fundatricem, quam potui vehementissime imploravi. Insequenti nocte S. Agnes simulque B. Diana, infirmi accesserunt cubili; et ut gauderet (nempe qui valetudine ita non esset moriturus) hortatae sunt. Jam restitutus, ad monasterium illico venit; atque S. Agnetem, quasi esset sponsa, optime ornatam, Monachamque, habitu nostro indutam, ei comparuisse, asseruit: quare ad noctem, sub qua ipsis ægrotum commendavi, factum cognovi.

ac morti propinquus,

19 *Italice porro accepi, quæ sequuntur, et Latine reddo, velut patrata post* remotionem sacrorum corporum, factam anno MDLXXXIV. Ego soror Clementia, cum filius cujusdam meæ neptis, ex Bonfiliorum familia, pessime ægrotaret: commendavi ipsum ist Beatæ, cum proposito offerendi puerulum argenteum: eoque sanato, voti reus, eadem me exolvi. Ego Soror Clementia, non semel tantum, sed sæpius, pessimo capitis dolore sum cruciata: vovi ergo eidem Sanctæ, curaturam me ei caput argenteum; et malo omni libera, votum implevi. Patri Fr. Laurentio, Confessario nostro, dens unus dolebat, usque eo chirurgus fuerit advocandus: qui omni artis suæ industria nunquam dentem extrahere potuit. Cumque interim cruciatus esset intensissimus, neque consilium ullum medicis sup-

puerulus æger,

dolor capitis,

dentis,

C peteret; recursum est ad hanc nostram Sanctam, vovendo dentem argenteum: itaque liberatus fuit. Ego Soror Artemisia, in pede uno vehementissimos patiebar dolores, nullumque mihi inveniebatur remedium: voto autem Sanctæ eidem facto, recuperavi pristinam sanitatem, votumque solvi. D. Hieronymus Ludovici, frater Sororum Hippolytæ et Ludovicæ, ægrotabat ad mortem: pro quo illæ cum votum fecissent Sanctæ, cito convaluit, et ipsæ votum impleverunt. D. Alexander, earumdem Sororum frater alter, simili earum voto similiter liberatus a gravi morbo fuit. Soror Isotta Malueza, ab integri anni morbo quo laboraverat absoluta, ex voto effigiem argenteæ Monachæ obtulit. Sor. Plautilla Frantuccia, tibia una gravissime laborabat; sed, mediante argenteæ unius tibiæ voto, sanitatem recepit. *Atque hæc collectim, Notariali fide, in ecgrapho nobis misso, attestatur* Joannes Baptista Cavacius, die II mensis Aprilis MDLXXXII: *fidem faciente* Hieronymo S. R. E. Card. Boncompagno Bononiensi Archiepiscopo, *per Secretarium suum* Carolum Manarium eodem die et anno.

ac pedis,

ægri ad mortem,

aliaque incommoda.

20 Cum ego Peregrina Covenini, haberem filium, gravissima infirmitate pressum, atque ad ultima vitæ adductum; commendavi eum B. Dianæ, positæ in conventu S. Agnetis Bononiæ, ejusque meritis et intercessione filius iste meus ad pristinam rediit sanitatem, idque anno MDCIV, die x Augusti. Cum ego Maria Cattanei, vehementissimo gravata morbo, intensissimos paterer cruciatus, neque ulla corporis mei parte uti possem; commendavi me B. Dianæ, quiescenti in conventu RR. Matrum S. Agnetis Bononiensis. Apparuit autem mihi ipsa Beata, supra altariolum positum in cubiculo, ubi jacebam in lecto: cumque mihi benedixisset, visa sum subito habere melius; erexique me, ut saltem sedens ei facerem reverentiam, meque signo Crucis signarem, prout feci absque ullo dolore. Deinde ad tam devotum spectaculum advocans domesticos, de lecto surrexi: ac brevi, per intercessiones ipsius Beatæ, fui restituta pristinæ valetudini, anno salutis nostræ MDCIII, die XI Decembris. D. Helena Bentivoglii. Visani gravi laborans cephalalgia, magna cum devotione se devovit Beatæ, eo quod esset ejusdem stirpis; brevique liberata, caput argenteum obtulit. D. Anna Clari, simili voto a gravi infirmitate liberata, effigiem matronæ argenteam attulit.

D

Item alii an 1604

et 1603

E Anno MDLXVII, mense Octobris Ego soror Monica Paltroni, cum cerebrum mihi invertendum formidarem, præ intenso dolore capitis; curavi novum velum ponendum supra caput B. Dianæ, per R. P. Fr. Gasparem de Ferraria, ipsumque admoveri capiti meo; neque ultra dolorem sensi; unde laudetur Dominus ac Sancti ejus. Die XIV Novembris MDCIII, Sebastiano Zanconio cavilla pedis sic intumuerat, ut inde pessime haberet, et spasmos etiam pateretur. Votum is fecit B. Dianæ, primæ Priorissæ ad S. Agnetem; statimque sopitus fuit, et experrectus reperit omni se malo levatum, unde laus sit Deo et B. Dianæ. *Atque hic rursum eadem authenticatio subnotatur quæ supra.*

21 *De familia ipsius Beatæ, quæ nobilissima fuisse dicitur; tractat Pompeius Scipio Dolfi, in Chronologia nobilium familiarum Bononiensium, quam mihi hactenus videre non contigit: sed epistolam ab eo accepi, qua allegatur liber cujusdam* Butii Parmensis, *cui titulus* Bononia illustrata ab anno MCCCCXLVI, ad Principem Joannem II Bentivolum. *Item testimonium præ aliis communi nobilitatis dicitur, quod* ex ea antiquis temporibus, multi variis in civitatibus summos gesserunt Magistratus. Inter alios

Familiæ Andaloæ nobilitas

F enim ipsius Beatæ pater Andalus, postquam montano Bononiensis territorii tractui cum titulo Potestatis præfuerat, ad idem officium exercendum, primum a Mediolanensi civitate accersitus fuit, deinde a Genuensi anno MCCXXVI Brancaleo, Eques et Doctor legum famosissimus, fuit etiam ipse Potestas Genuæ; deinde Senator Romanus, primus exterorum ad eam dignitatem evocatus, et quidem cum stipendio, quia erat vir magni animi atque consilii; ut apud Platinam videre est in Vita Urbani IV, et in historia Ghirarducciorum; ipse vero eum gradum septennio tenuit, atque post ipsum Castellanus ejus filius triennium eodem honore fulsit, Anno MCCXXXVI Petrus, Senensium Potestas fuit, MCCII Loderingus Mutinensium, et ut talis legationem ad Pontificem obiit; factus deinde Potestas Florentinorum, unus ex fundatoribus equestris Militiæ, sub nomine B. Virginis Mariæ, maximæque apud Ghibellinos auctoritatis; unus etiam trium electorum ad pacificandas discordias, quibus in sua patria Nobilitas discindebatur. MCCXIII Andreas, filius Castellani, a Frederico Episcopo Cerviensi in emphyteusim accepit castella, Plancaldoli, Belvere, et Sanogettanum; ejusque uxor Constantia, filia Comitis Guidonis de Madiliana, Domina

e que a pluribus civitatibus delatum Potestatis officium

A mina arcis Codironæ ac territorii ab ea pendentis, ut erat pia ac devota, Virginibus Misericordiæ resignavit jus suum in dictam arcem, pro parte D tertia, anno MCCCXCVIII.

DE B. HENRICO BAUCENENSI,

TARVISII IN DITIONE VENETA.

D. P.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De scriptoribus Vitæ ac miraculorum, cum Actorum synopsi, ex panegyrico Balthasaris Bonifacii.

ANNO MCCCXV. Bauceno Tarvisium advectus,

Baucenum, *Tridentinis Comitatus oppidum præclarum, inter Tridentum et Brixinam, vulgo* Bolzano *dictum, mundo hunc* B. Henricum *dedit, de quo agere instituimus; et cujus apud Philippum Ferrarium, in Catalogo Sanctorum Italiæ, hoc extat elogium, seu Vitæ epitome.* Henricus Bocenti seu Bauzani natus, adolescens ab hæreticis B odio habitus Tarvisium habitatum venit: ubi victum, labore manuum quærens, opera pietatis coluit. Illius cives humilitatem, modestiam, miramque in tolerandis injuriis patientiam admirabantur: siquidem turbari numquam visus est. Loca pia frequens invisens, divinis officiis aderat: ex lucro sibi etiam necessaria subtrahens, eleemosynasque faciens, egenos sustentabat: sacras conciones, Pœnitentiæ sacramentum, sacramque Eucharistiam cum devotione frequentabat: cilicio et vili amictu indutus, funiculis et scutica ferrea corpus suum flagellabat, saxoque pectus tundebat. Cum senio confectus baculoque innixus, ecclesias de more visitaret; accidit ut pluvia repentina et copiosa descenderet, ob quam ceteris sub porticus aufugientibus, solus Henricus, sub dio ante imagines quasdam Sanctorum orans, a pluvia ne gutta quidem tactus inventus est. Denique cum vitæ finis advenisset, animam Deo reddidit, anno a partu Virginis MCCCXV, ecclesiæ Cathedralis, in qua conditus est, campanis ultro sonantibus. Ad cujus corpus, antequam sepulturæ inferretur, cæci, muti, variisque languoribus pressi accurrentes, salutem adepti sunt. Ejus dies festus Tarvisii non mediocri solennitate agitur.

post multa virtutis signa ibi mortuus, claret miraculis,

2 *Fuit eodem seculo etiam alius* Henricus sanctus, C *qui prope Veronam duxit eremiticam vitam, defunctus anno MCCCI, et nomen inscriptum habens Veronensibus tabulis ad* XXX *Junii, uti testatur supradictus Ferrarius in Annotatione subjuncta jam descripto elogio; eo quod* Veronæ ejus corpus hac die anno Domini MCCCCVII, in loco S. Felicis in monte inventum est, in ecclesia S. Joannis in Fonte cum catenis ferreis et scutica ferrea asservatur. *Sed cum suum* Henricum *ita sibi vindicent Tarvisini, ut corpus ablatum numquam fateantur; nec appareat translationis vel faciendæ occasio ulla, vel facta testimonium aliquod; et discrepet annus mortis, quem eruit Raphael Bagata Archipresbyter Veronensis, in libro de Sanctis Veronensibus; merito censemus distinguendas personas, ob solam homonymiam confusas a Ferrario: quem mirum est id non esse suspicatum, quando eum, de quo ad* XXX *Junii dixerat, quod* in tabulis Ecclesiasticis Tarvisinis natalis hactenus minime annotatus legitur; *postea in Catalogo generali ad* X *Junii retulit his verbis;* Tarvisii in Venetia B. Henrici Confessoris; *et in Notis scripsit, eum se dare* ex Tabulis Ecclesiæ Tarvisinæ, licet Officio ecclesiastico ibi non colatur.

a Veronensi S. Henrico diversus,

licet ab aliis cum eo confusus.

3 Officium, *ut nullum fiat, festum tamen* non mediocri solennitate *agi Ferrarius jam ante dixerat, idque ex Vita typis excusa anno* MDC, *quam in epitomen a se redactam profitetur. Balthasar Bonifacius, Archidiaconus et Vicarius Generalis Tarvisinus, postea Episcopus Justinopolitanus sive Capitis Istriæ, Panegyricum sacrum de eodem Beato formavit anno* MDCXLVII; *hunc autem Simon de Ponte typographus vulgavit anno* LIII: *eique præfixit syllabum Auctorum de Henrico scribentium hoc ordine:* Petrus Baonius scripsit Vitam B. Henrici lingua Latina anno MCCCXXXI, Paduanus origine ex Comitibus Baonii, primum Canonicus, postea Episcopus Tarvisinus *ab anno* MCCCLIX *ad* MCCCLXXXIII *et ultra*, quemadmodum in libro VII et XI Historiæ Tarvisinæ affirmat Joannes Bonifacius, qui non simpliciter Petrum, sed Petrum Paulum appellat. *Ubi manifesta æquivocatio est, nam ipse in Prologo ad Vitam, de qua mox, non* Petrum Paulum, *sed* Petrum Dominicum de Baono *sese nominat; et Ughellus, pro anno* MCCCXLIV *profert tabulæ marmoreæ inscriptionem, per quam constat eo anno consecratum altare,* per Rev. in Christo Patrem et Dominum, D. Petrum Paulum Dei gratia Episcopum Tarvisinum; *cum subjungit quemdam simpliciter* Petrum *defunctum anno* MCCCL, *ac denique, post alios tres intermedios,* Petrum ex Baonii Comitibus: *qui anno* MCCCLIX *ab Innocentio VI, quod etiam ipse in Prologo præfato indicat, isti* E *Ecclesiæ præpositus sit. Et de hoc Bonifacius ex Panegyrico prælaudato pag.* 19 *sic loquitur.* Auctor Vitæ Petrus, cum moreretur Henricus, erat adhuc juvenculus, sed istius temporis Episcopo familiaris, et virum sanctum cognovit, ac morienti adfuit, *quod ex Vita num.* 22 *acceptum apparebit.*

Vitam prioris scripserunt,

Petrus Baonius Episc. Tarvisinus,

F

4 *Idem deinde Bonifacius pag.* 79; Christianissima, *inquit*, Respublica Tarvisina, sciens quod Ecclesia sancta solet canonizare eos quorum innocentia et morum integritas, testimonio miraculorum concurrente, probatur publica veneratione digna; tempore quo B. Henricus immortalem vitam gloriose transierat, recurrit ad auctoritatem Petri Baonii Episcopi sui: qui assistentibus sibi Canonicis et Antianis, suscepit formandum Processum de miraculis, quæ magnus iste Dei servus quotidie operabatur; et illius Processus scripturæ servantur in archivo Cathedralis ecclesiæ. *Antea vero pag.* 53 *cum dixisset,* a X Julii, quo Beatus obiit, usque ad V Julii numerata *fuisse* anathemata et monumenta patratorum ad intercessionem B. Henrici miraculorum ad quadringenta quinquaginta, *provocat ad* Acta Antonii Baonii, Cancellarii Episcopi Salomonii, *scilicet Castellani de Salomone, sub quo Beatus obiit, quique ab anno* MCCCIV *ad* XXII *Ecclesiam Tarvisinam rexerat* et Protocolla Gerardi de Merlo, Secretarii Reipublicæ Tarvisinæ, deputatorum ad registrandum jam dicta miracula, sub directione et inspectione Bartholomæi Castilioni Decretalistæ et Examinatoris designati. *Ea Acta et Protocolla, diu frustra quæsita; tandem reperit rerum nostrarum studiosissimus*

sub quo formatus ad Canonizationem processus,

ex Actis miraculorum statim post scriptis.

quæ dantur cum Vita.

AUCTORE D. P.

A *dioecesanus Patavini Collegii [illegible], P. Joannes Baptista Romagnoli, et P. Raimundo Maria Raimondi Venetus commendavit transcribendam: quod cum hic sua manu fecisset, misit ad nos anno 1692, una cum praefata prolixiori Vita, quam infra dabimus, et post hanc etiam illa. Est autem liber temporis ejusdem, littera ut vocant Longobardica, seu potius Teutonica exaratus in pergameno, forma communis folio, servaturque in Archivo Capituli Ecclesiae Tarvisinae.*

Scripsit deinde Jo. Bonifacius

5 *Secundus in dicto Syllabo Auctor nominatur* Joannes Bonifacius, Assessor, qui Vitam, mortem, et miracula B. Henrici descripsit, lib. VII Historiae Tarvisinae, Tarvisii nuper sic apud Dominicum Amicum [illegible]. *Et hanc Historiam Lectores a nobis desiderabunt, tum hic tum alibi futuram usui. Tertius est*

et Nicolaus Maurus ex quo epitome apud Ferrarium

Nicolaus Maurus Jurisconsultus, qui paraphrasi usus, reddidit Vitam, ex Latino Episcopi [illegible], vulgavitque typis Tarvisinis Evangelistae Deuchini anno M[illegible]. *Quartus recensetur* Bartholomaeus Burchelati Medicus et Philosophus, *qui* lib. I de rebus Tarvisii memorabilibus inseruit elogium Beati, publicavitque dudum per Angelum Righettinum, anno

B MDCXVI. *Nominatur praeterea Raphael Bonola, et*

aliique,

Philippus Ferrarius, atque ad extremum dicitur, quod supra portulam cellae B. Henrici, in aedibus Bonifacianis, quae ipsae etiamnum nomen B. Henrici conservant, characteribus antiquis atque evanescentibus, sed a Burchelatio integritati primae redditis pag. 220, haec legatur inscriptio: Extremis Beati Confessoris, Henrici Bolzanensis, sanctae vitae locus; unde die x Junii, MCCCXV, omnibus Tarvisinis suis sponte pulsantibus campanis, Deo jubente, aeterna petiit: cujus innumera et stupenda miracula Tarvisium praeclare illustrarunt.

Inscriptio cellae

6 *Ceterum non probo, in Mauri paraphrasi, [illegible] Epitome Ferrarii, Balthasar Bonifacius, quod [illegible] Henricus, Tarvisium [illegible]*, qui etiam, *pag.* 17, erat enim Germania [illegible] annis prius, quam Wiclefus [illegible], apud Anglos haeretica, inde Joannes Huss atque Hieronymus Pragensis, zizania sua spargere coepissent, Constantiensibus demum ignibus exurenda? *[illegible]*

Ejus tempore qui fuerint haeretici,

[illegible] Henricum. [illegible]

a quibus possit pa[illegible]

C *[illegible] S. Petrus [illegible] XXIX [illegible] Italiam Germaniamque [illegible] ut significantis haeresis [illegible] Ketters, a Catharis [illegible] nomen. Cum tamen de haereticis nihil dicat Episcopus Bonifacius, [illegible] memoravit; [illegible] fidem hic derogari Mauro, quasi ex propria conjectura loquenti.*

7 *Idem Maurus, teste Balthasare Bonifacio, affirmat.* Henricum sua in patria uxoratum vixisse, sed virginitatem cum conjuge servasse: qua mortua Tarvisium venerit, viduam ac solitariam vitam acturus: primum vero ejus receptum *Bonifacius ait pag.* 20, fuisse in aedibus antiquis, nunc Episcopalibus, quas tunc possidebat Jacobus Castagnolus Notarius; quae cum deinde transissent in jus Joannis Bonifacii, patrui sui, admirationi fuit cryptula tam pii viri, non nisi septem pedes larga, novem longa

uxore jam mortua

eademque obscurissima, utpote ad quam per exiguum foramen crepera dumtaxat lucula introibat: unde licet consequens esset foetentem gravemque aerem istic haberi; salubris tamen siccusque manebat locus, ac suavem perpetuo spirans odorem. Quam cryptulam cum deinde anno MDCXLVII Archidiaconus ipse pro suo Generalis Vicarii munere, visitasset; pluribus illam fenestris illuminandam curavit: quando etiam in parietibus distinctius apparuerunt antiquitus ibi picta, Dei mater cum filio, Michael Archangelus, Jacob Patriarcha, Matthaeus Evangelista, et Virgo ac Martyr Catharina; conjectantibus ex verosimili qui familiam noverant, quod loci dominus, sicut ibi pingi fecerat suum Patronum uxorisque, ita etiam expresserit Patronos patris socerique. Ibi dispositos habebat Henricus lectulos tres, quibus per vices utebatur. Unum ex nodosis contextum funibus; craticulatum ac sarmentitium, alterum; tertium, non nisi raro et infirmo corpori sternendum ex foeno et palea: quibus pro cervicali erat truncus quernus, unius non amplius pedis. Reliquus autem scipio, quo utebatur ad membra senilia sustentanda, una cum flagello aliisque poenitentialibus instrumentis, servatur in gazophylacio aedis cathedralis.

D *ejus Tarvisii cryptula,*

cum triplici lecto poenitentiali,

aliae reliquiae in Cathedrali

E

8 Quam severus fuerit sensuum suorum domitor, ex eo probatur; quod in sacramentali, quam quotidie faciebat Confessione, nihil fere occurreret gravius quod accusaret, quam aliquam [illegible] delectationis cepisse ex aspectu viriditatis cujusdam prati, per quod forte transierat, vel cantu aviculae [illegible]. Cum autem aliquando vidisset [illegible] turbam, fluvii [illegible] cancros captantium, eorumdem appetitum sensisset, ab una earum cum plenis fiscellis transeuntium petiit aliquot sibi donari; acceptosque non [illegible] misit intra vestem atque carnem; ubi, chelibus eorumdem vellicandus et cruribus, tamdiu eos retinuit quoad vixerunt; mortuorum autem foetorem diutius toleravit. Erat ipse statura pusillus, sed corpore bene compositus. Ad vestitum utebatur panno griseo, ex rudi contexto stuppa, quem percurrebant subtus attexti funiculi setacei, per modum cilicii: quo cum sudore induruisset, contigit ut sutor, reparandam vestem resarturus, acum in eis frangeret, [illegible]; sed ubi Henricus [illegible] simul et [illegible] vulnere et cruentatum expulit. Festivioribus sive solemnioribus utebatur eodem modo [illegible] alia vestis interior ei erat; superior autem [illegible] ab humero ad genua usque pertingens: tibiis vero incedebat ac plantis semper nudis, caput vili ac cinereo galericulo tectus, et plane talis, qualis nunc visitur expressus in ecclesia sub [illegible] Canonicorum: *cujus [illegible] tibi [illegible] possem similitudinem hic dare, si saepius petitam denegatam non [illegible] potuissem.*

Sensuum severus custos

quam vili vestitu usus sit

F

9 Obiit Henricus anno MCCCXV, die x Junii, sub horam III, Feria III, quando Veronenses cum Potestatis titulo, regebat Magnus della Branca, Episcopus autem, Castellanus Salamonus. Corpus divite primo conjectum in arca [illegible] stetit, multis cum funalibus illuc allatum, quo ad usque fabricata fuit arca marmorea, limbos habens ex lapide porphyretico et serpentino, cum figuris alabastrinis, repraesentantibus Christum Salvatorem, Prosdocimum, aliorumque plurium eadem in ecclesia quiescentes Sanctos, Theonistum, Thabram et Thabratam Martyres, Florentium et Vindemialem Pontifices, Liberalem Confessorem, ipsumque Henricum. *Haec sunt, quae, [illegible] Ferrarium [illegible] Panegyri [illegible] Bonifaciano, [illegible] ex Sanctis [illegible] ornatur.*

Sepultus honorifice altera.

Tarvisinorum [illegible] tumbam.

A *ornatur Henrici mausoleum*, S. Prosdocimum Episcopum, *Petri Apostoli discipulum, credi Tarvisinis a se conversis ædificasse ecclesiam, Deiparæ nuncupandam, nisi ministri sui martyrium edocti revelatione Angelica mutasset consilium, unde nunc Patronus primarius ibi habeatur Petrus: sed quam hoc pro ea ætate difficile est credere, tam certum est, quod S.* Prosdocimum *colit* VII *Novembris; Theonestum Altinensem, sub Arrianis Martyrem, Romano Martyrologio inscribi* XXX *Octobris; cum sociis vero Albano commemorari* XXII *Novembris. De Florentio et Vindemiale jam egimus* IX *Junii; et de S. Liberale* XXVII *Aprilis, ubi etiam actum de corporis translatione Tarvisium.*

10 *Agit de arca illa Episcopus Baonius in Vita, num. 18 et 24*, [illegible] *translatam ait, una cum aliis* [illegible] *tempore Episcopi, Castellanum sequentis, Ubaldini de Gabrielibus, qui sedit ab anno* MCCCXXIII *ad* XXXIV*; translatam autem ad locum* [illegible], *ex cujus* **regione ipse Baonius fabricari fecerit capellam SS.** *Trinitatis, ubi ad illud ipsum, quod in conspectu* [illegible] *altare*, prima Missa in

B aurora continue celebratur, ad laudem Dei et pro memoria et reverentia B. Rigi: *sic enim*, [illegible], *usu vulgi, nomen* Henrici *breviatur.* [illegible] *sculpta* [illegible]. *Interim vide antiquam* [illegible] *prototypo* [illegible] *sculptricis Scoris Tabellæ* [illegible] *hunc* [illegible] *nunc aptatum, qualem suo tempore* [illegible] *solitum, in consueto sancti viri habitu, teste Baonio num. 6. In ista* [illegible]

antiqua ejus figura.



facta anno 1381 corporis incorrupti inspectio

mansit immotum et nemini [illegible] *conspectum corpus, usque ad annum* MCCCLXXXI *Christi*, [illegible] *Episcopi* XXII*; quando die anniversario mortis solemniter fuit* ostensum membris totaliter integrum, ac miro et **suavissimo odore repletum.**

Scriptores de illo alii

11 *Ex recentioribus porro scriptoribus*, B. Henrici *etiam meminerunt cum laude, sed inter ipsum ac Veronensem nihil distinguunt. Abrahamus Bzovius ad ann.* 1315 *num.* 15. [illegible]

allegata quam **et** *ille allegat* **Vita***; atque* **Matthæus** D
Raderus tom. 2 *Bavariæ sanctæ p.* 329, *ubi eadem* *Vita videtur allegari, cum dicitur quod* studia vitæ, moresque et virtutes in Acta publica missa, et in orbem evulgata sunt ante paucos annos, *ab anno* 1624, *quo volumen istud prodiit, retro trahendos. Quæ* [illegible] *Raphaelis Sadeleri expressi imagine, tamdum Sancti repræsentans, cujus* [illegible] *ipse* [illegible] *barbi* [illegible]*; quam apte ostendit* [illegible] *ad sepulcrum*; [illegible] *ad rem nostram, non* [illegible] *veram lineamenta* [illegible] *satis* [illegible] *descriptione; cum* [illegible] *nullam habeat* [illegible].

VITA,

Auctore Petro Dominico Episcopo Tarvisino

ex sua aliorumque certissima scientia.

PRÆFATIO.

E

Dum sacræ historiæ, et Sanctorum virorum, qui ex hoc seculo transierunt, vitæ et gesta devota et sedula devotione leguntur, et studiis debitis speculamur in eis; fides Catholica roboratur, et [illegible] mentibus traditur, mandescit animus ad superna et multiplices consolationes suscipit incrementum. Et propterea videmus humanas laudes et [illegible] [illegible] scripta, et [illegible] memoriæ commendata [illegible], qui [illegible] *Cur Vitæ Sanctorum scribendæ.*
[illegible] et [illegible] doctrinæ et exemplis [illegible] totaliter [illegible], et fides [illegible] potuisset [illegible]. Et [illegible], quare non [illegible], quæ [illegible] notæ sunt, [illegible] perfectorum merita [illegible] tradere; et [illegible] ad laudem Creatoris [illegible], qui [illegible] in hoc seculo vixe[illegible], [illegible] explicare [illegible] Dei est, cum [illegible] Sanctis honor exhibetur, [illegible], incredulis [illegible], et [illegible] Christi fidelibus gaudium [illegible]. *F* *Ejus utilitas. Cur ipse scribat.*

2 [illegible] considerationes, et aliis plurimis [illegible], ego Petrus Dominicus de Baonio, [illegible], [illegible] **postquam ad hanc dignitatem, me ignorante, pro**[illegible] provisione [illegible] recordationis Domini Innocentii Papæ VI, [illegible] perveni, [illegible], quam [illegible], quam [illegible], [illegible] fuerat et erat, praeclara merita et opera mirabilia, quæ cœlestis providentia in beato Henrico, origine de Bolzano, *B. Henrici* et in Tarvisio [illegible] temporibus commorato, tam [illegible] vivente, quam etiam in obitu ipsius, et post ostendit et clare demonstravit, tanto tempore siluisse, et adhuc negligenter silere; disposui, quamvis imperitus **et insufficiens aggrediendi tantum opus, sup**plere negligentiam præteritorum, utique valentium virorum, in ipsa ecclesia hactenus præsidentium et beneficiatorum, cum omni debita reverentia, pro me [illegible], quæ vidi et oculis conspexi ac audivi de beato viro prædicto, in scriptis redigere, ad perpetuam memoriam futurorum; ne in oblivione tot et tanta labantur de ipso: cum hodie nullus in ipsa ecclesia consistat, qui ultra me memoriam de

Auct. F. D. Ep. Tarv. ex MS.

A de hujusmodi possit verius habere, aut melius recordari.

CAPUT I.

Vita Tarvisii sancte acta ab Henrico, et vulgo talis æstimata: quædam item miracula.

Qui primo vivens labore manuum,

Porro vir venerabilis iste, propria patria relicta, Tarvisium devenit, et ibi vitam suam, sudoribus et laboribus insistens, ut poterat, longo tempore duxit; et de his, quæ lucrabatur ex laboribus suis, partem suam erogabat, et continuo mentem devotam gerebat, et operibus divinis secretius intendebat. Tandem in ætate procedens, et viribus corporeis incipiens destitui, nec valens more consueto acquirere corporis alimenta; se ad contemplativam totum transvexit, et ex eleemosynis, quantum requirebat necessitas, corpus suum reficiens, quidquid sibi supererat ultra victum, ipse pauper, Christi pauperibus erogabat; nil sibi retinens per horam vel diem, ni quantum tenue transiret, de sibi misericorditer erogatis.

dein parum eleemosynis,

B 4 Et dum sic, ut poterat, duceret vitam suam; quidam Jacobus de Castelnovis, Notarius, bonæ conditionis et vitæ, habens conjugem sibi similem nomine Catharinam, quibus iste beatus Henricus notus erat; compatiens eidem, in domo sua, posita in contrada de Panceria, a parte dextra eundo versus portam Sanctorum Quadraginta satis prope domum Monialium S. Mariæ-novæ, ipsum suscepit, deputans sibi quamdam camerulam, e fine domus, mediante quadam curte, in qua suam abstinentiam et pœnitentiam longo tempore, usque ad obitum suum, more B. Alexii, ut infra patebit, incognitam et clandestinam duxit. Et si forsan idem B. Rigus in eleemosynis acquirendis defecisset; Jacobus in sua domo sibi subvenire curabat.

occultam vulgo sanctitatem sectatus;

5 Et quia lucerna in monte posita abscondi non potest, ex actibus suis extraneis et devotis, a pluribus cœpit agnosci, et caritativa subsidia et eleemosynæ porrigebantur eidem. et quanto amplius suscipiebat, tanto magis pauperibus dividebat. Et recordor, quod bonæ memoriæ Dominus et Prædecessor meus, Dominus Castellanus de Salomone, tunc Episcopus Tarvisinus (qui me designavit in Clericum, et cujus familiaris longo tempore fui) per dicto d. venerando viro, transeunti plateam ante Episcopatum, eleemosynam in pecunia destinavit: quam, ut mos erat, in ecclesia cathedrali, quam C continue frequentabat, aliis mendicantibus erogabat. Et sic de aliis sibi datis (ut publica fama erat) continue faciebat. Siquidem quod intus gerebat secretum, ejus humilitas et conversatio foris manifestius ostendebat.

erumpente tamen paulatim fama,

6 Quædam inerat in eo loquela benigna, et admodum gratiosa. Semper de cælestibus avidius auditor; et si forsan per pueros, vel displicem perversum aut fatuum, molestia quævis verbo vel facto inferebatur, eidem, cum omni patientia humiliter tolerabat, nil ostendens actu vel signo, imo irrogantibus injurias benedicebat. Continue de panno griso indutus et tabardum *a* cum allotis, ac capellum planum, ut depingitur, deferebat, et baculum, pro sustentatione sui corporis, jejuniis *b* et vigiliis, ac aliis abstinentiis nimium afflicti, ut postea rei evidentia docuit, semper etiam deportabat. Fuit namque parvus in persona, sed satis grossus; et habuit uxorem, antequam ad istam vitam se transferret: in ecclesia devotissimus, et divinis Officiis et præcipue Missis adstabat, semper cordulam Pater nostri in manibus gerens. Tam in Officio quam alibi oratiunculas suas, juxta ipsius intellectum, Creatori reddebat; nam

Sanctus habebatur,

a

b

et talis etiam exterius apparere.

litteris ignarus erat. Prædicationibus quoque, tam D in ecclesia cathedrali, quam in locis Religiosorum, continue properabat, nullam prætermittens, quantum temporis spatium sibi vacabat; et si possibile fuisset, omnibus præsens libenter voluisset interesse; et, quantum poterat capere, ut fervens auditor, memoriæ commendabat. Sic namque vitam suam, et actus ducebat, et duxit quantum valebat occulte; et conversatione laudabili, quod nemo ipsius opera tam perfecta tunc cognoscere, vel perpendere liquido poterit, aut credere ullo modo.

Erat in Ecclesiis assiduus,

7 Ecce aliud mirandum. Homo sic senilis, et abstinentiis sic afflictus, cum baculo suo se sustentans, omnes ecclesias suburbiorum civitatis Tarvisinæ, omni die visitabat; ibique orationes pronus in terram, juxta suum morem, fundebat: et, si forsan clausam aliquam reperisset, ante fores genua flectens, prolixius orabat. Et, ut tunc ferebatur, ecclesiam Fratrum Eremitarum post ecclesiam Cathedralem sæpius visitabat; et cum eisdem Fratribus conversabatur, et familiaritatem habebat; et in tantum, sicut tempore obitus sui extitit divulgatum, apud eos jam elegerat sepeliri; sed ipsorum Fratrum negligentia, vel forsitan quia pauper erat, et hoc E publice dicebatur, caruerunt eodem. Decanus vero et Canonici ecclesiæ Tarvisinæ, quorum mos semper fuit, et est, ad quæcumque suæ parochiæ, cujuscumque conditionis existant, funera personaliter et collegialiter ire; illud venerabile corpus, juxta consuetudinem ipsorum, cum omni solicitudine susceperunt.

præsertim Cathedrali et Augustiniana;

8 Verum omnibus ecclesiis visitatis, et omni alio actu quocumque completo, semper ad ipsam ecclesiam Cathedralem redibat; et pro majori parte sub porticali in angulo, versus palatium Episcopale, coram quadam figura beatæ virginis Mariæ ibi depicta se ponens, et residens, et se appodians *c* ad lapides porticalis, cum capello suo in manibus, manebat continue; aspiciens figuram prædictam, et orans devote, prout clare poterant etiam de podiolo episcopatus intueri: et quam pluries præfatus Antistes, D. Castellanus, eidem ibi sic manenti eleemosynam destinavit. Nullum Officium divinum in ipsa ecclesia prætermittebat, et semper in Matutinis citissimus erat. Tantæ enim conscientiæ fuit, quod omni die aut cum Sacerdotibus d. ecclesiæ, et potissime cum Presbytero Joanne Ricio, Præbendato in ecclesia Tarvisina, postmodum Rectore S. Agnetis, aut Presbytero Petro de Zenone, vel cum Presbytero Alexandro Sacrista; et interdum cum Religiosis, et præcipue cum dictis Fratribus Eremitanis F sua minima peccata confiteri volebat. Imo audivi a d. Presbytero Joanne Ricio, dum de ipsius venerabilis viri vita et conversatione ad invicem colloquium haberemus, inter alia dicente; quod si vidisset ex delectatione vel aliqua curiositate avem aliquam volantem per aerem; ipse protinus confitebatur: quod jam de hujusmodi et aliis minimis cum ipso fuerat confessus.

Officiis omnibus solitus interesse,

c

et minima quæque confiteri.

9 Multis quoque miraculis claruit in vita, et multa alia fecit, quæ a fide dignis referentibus sæpius audivi. Dum enim quadam vice pluribus existentibus sub *d* porticali B. Joannis Baptistæ (inter quos erant, memoratus Presbyter Petrus de Zenone, et quidam Gabus Laurus de contrada hujus ecclesiæ, a quo audivi) paulum præfatus venerabilis vir exiret de ecclesia Cathedrali, et transiret per cœmeterium versus dictum porticale S. Joannis, et moram faceret coram illis figuris, positis in muro d. ecclesiæ S. Joannis, orans devote; ibidem supervenit quædam subita pluvia, mirabilis et exundans et valde copiosa: et cum diutius in oratione permaneret supradd. existentibus sub d. porticali, videntibus

Illustratur miraculis, d

e orat intactus ab imbre,

A dentibus, et ridentibus seu triumphantibus *e* de ipso, cum crederent ipsum fore totum aquam ex dicta pluvia respersum et madefactum; et dum appropinquasset apud eos, interrogaverunt eumdem dicentes: Frater Rigo, quare stetistis tantum in illa pluvia? Et ipsis tangentibus eumdem et pannos ejus, compererunt et tetigerunt ipsum et pannos ipsius totaliter absque ulla madefactione pluviæ vel aquæ, acsi in sole stetisset; de quo omnes stupefacti, de tanto miraculo mirari cœperunt, et ipsum sanctiori vita et virtutibus quam prius reputare.

Sanctorum alloquio fruitur.

10 Et revera adeo cœpit crescere fama et vita sua, et operibus coruscare; quod a senioribus, et quasi ab omnibus pro Sancto habebatur; et sæpe a multis videntibus eum dicebatur; Iste est Sanctus. Nec mirum, quia ejus conversatio et continua cogitatio erat in cœlis, juxta Apostolum dicentem; Conversatio nostra in cœlis est. Et hoc claruit manifeste, quia cum Sanctis et Angelis quotidie meditabatur: referebat namque suprad. Catharina uxor d. Jacobi, quæ more feminarum, amplius quam d. Jacobus, habitabat et morabatur in domo sua (et etiam d. Jacobus affirmabat) quod dum ipsa staret B in domo, et d. beatus homo esset in camerula sua clausa, sæpius audiebat et videbatur, quod ipse cum aliquibus loqueretur, et ipsi cum eo; tamen ipsa intelligere non valebat. Et dum similiter de camerula exibat, ipsa interrogabat eumdem; Ah, Frater Rigo, cum quibus modo loquebamini? Ipse vero obaudiens, et fingens, non dabat responsum; sed exibat domum, et suum iter prosequebatur juxta morem.

sartoris sui digitum acu læsum sanat:

11 Audivi quoque a quadam Domina fide digna, quæ ab infrascripto sartore audiverat, quod dum magister. .... sartor, pauper et bonæ vitæ, de quo idem beatus vir in suendis caliciis secreto totaliter confidebat, semel quasdam ipsius caligas sueret, et quasdam cordulas imponeret in eis; ipse Sartor propter duritiam cordulæ sibi digitum perforavit, et acus quasi media remansit in digito: ex quo d. pauper homo tantum dolorem recepit, quod requiem habere non poterat: et credebat, clamans et lacrymans, digitum perdidisse, et quod de cetero se adjuvare non posset de eo, nec de manu, dicens: Heu me miserum! quod me oportebit deinceps mendicare, etiam ad hospitale manere, non valens ulterius laborare. Quod audiens et perpendens beatus Rigus, cœpit sibi dicere; Non dubites, frater, quia C sanus eris. Et orans ac sibi digitum tangens, nullam de cetero læsionem [sensit] vel dolorem: et ad plenam sanitatem, ut prius, extitit restitutus. Quis ergo dubitare potest aut debet, quin conversationem habuerit cum Sanctis et Angelis? Quis fidem, quantum humana natura valet comprehendere, adhibere non debet, quin vitam cœlicam et illibatam perduxerit? dum ad examen veræ cognitionis pervenitur.

defuncti miracula scribuntur.

12 Qualem et qualiter in præfato loco seu camerula vitam et dies suos, cum quanta afflictione corporis occulte perduxit, sic post ejus obitum claruit universis: et nos vidimus, et cuncti tunc viventes aperte videre potuerunt. Nam ipso defuncto incredibilis concursus hominum et mulierum subito viguit: itidem et tota civitas, cum magna admiratione et inaudita, extitit in tumultu. Et licet adhuc hodie in sacristia ecclesiæ cathedralis per vestes, cilicia, et alia valde devota, quæ fuerunt in camerula reperta, habeatur liquido testimonium veritatis; tamen ad devotionem fidelium amplius excitandam, quam brevius poterimus, de modo vivendi in dicta camerula, et de his, quæ in die obitus sui, et postmodum mirabiliter, contigerunt, curabimus enarrare.

ACC. P. D. EP. TARV. EX MS.

13 In d. namque paupercula cellula tres lectos D habebat, siquidem non de pluma, aut purpura vel serico consternatos; unum quidem de sermentibus *f* vitium, et hoc durum; et aliud de funibus tortis, ex grossis restis *g* lini, et istud durius; et tertium aliquantulum mollius, videlicet de puris paleis; in quo, cum ex jejuniis et oratione erat nimis lassus, se aliqualiter extendebat, et aliquam recreationem corporis resumebat, ut postmodum jejuniis et orationibus fortius posset vacare. Cilicium de eisdem funibus tortis semper in die et nocte super carnem gerebat et tenebat. Et similiter in caligis ad poplitem, similes funes tortos semper gerebat. Linteamina sua de griso grosso cum cordulis erant. Ad caput suum quoddam lignum satis parvum, pro pulvinari, in nocte semper tenebat: et flagellum, cum quo in nocte se acriter verberabat, ac quemdam lapidem vivum retontum *h*, cum quo pectus percutiebat, etiam tenebat. Quæ omnia in sacristia ecclesiæ ad perpetuam memoriam conservantur; quamvis ex devotione per multos sint de prædictis particulæ acceptæ. Et sic suam pœnitentiam, et vitam occultam, et prorsus ignotam, usque ad exitum duxit ibidem: unde quantum reputandus, quantumque venerandus fuerit et sit, legentium et auditorum E judicio relinquo.

f g utensilia ejus pro reliquiis honorantur. h

ANNOTATA D. P.

a Tabardum, *alias passim usurpatur pro Toga, uti videre est apud Cangium in Glossario: sed juxta picturam videtur gestasse vestem strictiorem, qualem Itali passim* Sottanam *nominant.* Allota *quid sint, videor mihi intelligere ex Miraculis § 5 num. 8, ubi quidam claudus sanatus, dicitur* portare calcaneum rectum sine aluto, *id est quantum puto sine subere, quo id erat contum elevetur, ut Allota idem sint, calcei subere suffarti.*

b Capello *Italis, Francis* Chapeau. *a Capitedictus, quasi* Capitellus, *idem apud* Galeras *Latinos, sive pileus, marginibus prominentibus contra injurias aeris.*

c Appodiare, *reclinare, acclinare. Franc.* Appuyer.

d Porticale, *vestibulum templi, ductum a Porticu. Franc.* Portail.

e Triumphare, *magis vulgariter et contractius,* Truffare, *id est ludere, illudere.* Truffa, *ludus.*

F

f Sermento *Italis, Latine* Sarmentum, *a verbo* Sarrio, *unde etiam* Sarculum.

g Resta, *Latine* Restis, *funis.*

h Retontum, *Italis* Retondo. *i.* rotundum. *Franci et Belgæ* Rond.

CAPUT II.

Concursus ad defuncti corpus et exequias: miraculorum per Notarios exceptorum multitudo.

Defuncto Henrico, 10 Ju. 1315,

Adveniente vero, sicut Deo placuit, die obitus, videlicet die x mensis Junii MCCCXV; quo tempore in statu communi; et populari ac pacifico florebat ipsa civitas Tervisina; ipsiusque Præsule præfato Domino Castellano, multæ reverentiæ et auctoritatis; in regimine temporali, nobili Milite Domino Magno de la Brancha de Eugubio *a* Potestate, utique Milite strenuo, existentibus; quot et quanta miranda et ineffabilia omnipotens Deus, qui est verus remunerator bonorum, ostenderit et demonstraverit evidenter, si porro cuncta membra mea converterentur in linguas, aut oraculis Poetarum scirem uti, et ea adhibere vellem vel possem, procul dubio exprimere non valerem.

a

Mortuo B. Henrico ultro sonant campanæ,

A 15 Ecce namque quid Dominus operatus est in ipso seu pro ipso. Dum ipsa die post dormitionem starem et essem sub porticali ecclesiæ Tervisinæ, versus ecclesiam S. Joannis; et respicerem ad palatium Episcopale vitrum fenestræ cameræ ubi Dominus Episcopus Castellanus dormire solitus erat, campanæ d. ecclesiæ majoris pulsari cœperunt valde suaviter, et ultra morem consuetum. Vidi Decanum et Capitulum ejusdem ecclesiæ, cum omnibus Mansionariis et Capellanis egredientes de ipsa ecclesia, et gressus suos versus contratam Panceriæ dirigentes, in quo quidem Capitulo in ipsa ecclesia tunc aderant omnes, ut inferius describentur. Et ante, ut mihi visum fuit, et adhuc credo, quando ad domum, ubi dictum venerabile corpus jacebat, applicuissent, vox aperte plateæ communis et callis majoris insonuit; et sine numero per illam viam cucurrerunt clamantes, et alta voce dicentes; Mortuus est unus Sanctus. Hoc continue frequentantes, et reiterantes vocem eandem, et versus d. domum d. Jacobi cum nimio tumultu citissime properantes; adhuc, Deo mihi teste, me non de d. loco sub porticali remoto, sed ibi manente. Et adeo fuit tantus

ipse vulgo proclamatur Sanctus,

B gentium continue clamantium, et Deum laudantium ad d. funus concursus, quod vix et cum magno labore, dictum corpus post dictum Clerum potuit deferri.

concurritur ad funus.

16 Et in tantum tumultus crevit gentium, antequam dictum funus foret ad d. porticale ecclesiæ deductum; quod ex devotione tota cassa lignea, in qua positum erat, a parte superiori et de retro dirupta extitit, et asseres deportati, et corpus de vili panno, seu de quadam camisia involutum, totaliter apparebat, et per ipsam cassam fluctuabat; et ego vidi oculis meis. Sequebatur ipsum corpus post d. cassam quidam cum duabus crozolis *b* in manibus, ipsas alte portans, qui fuerat ante contractus, in tantum, quod antea per se ipsum, sine adjutorio ipsarum ferularum, non poterat ambulare; et audivi quod venerat antea Tarvisium, causa faciendi sibi mederi. Et etiam alii plures infirmi, tunc et postmodum liberati, d. corpus similiter sequebantur. Campanæ vero, dum sic ad ecclesiam portabatur, tam suaviter, tam melodiose pulsabantur; quod a seipsis sonum videbantur emittere in auribus audientium easdem.

b

infirmi sanantur:

17 Tandem ex multitudine gentium, cum maxima instantia et pressura, intra dictam ecclesiam extitit deportatum. Quid loquar? quid dicam? quis credere posset? Ex templo et in momento tota civitas excitatur, et currunt undique omnes ad tam spectabile

præ turba vix illuc perrumpit Prætor,

C et mirabile factum. Supervenit Potestas prædictus, qui in dormitione adhuc fuerat; cum tota familia sua et aliis civibus sociatus: cupit attingere d. corpus, positum in medio ecclesiæ adhuc supra terram, et non valet cum tota valitudine sua atque nimis, ex superabundanti multitudine gentium continue invalescente. Non permittitur corpus sepeliri, ex devotione omnium, volentium tangere et videre ipsum corpus venerandum, quod non mortuum, sed dormiens apparebat. Episcopus quoque prædictus, expergefactus etiam a somno, audiens de palatio suo tumultum et clamorem, in ecclesiam ut potuit sociatus cito cucurrit; ubi reperit d. Potestatem; et finaliter in fortia *c* et cum terroribus, d. corpus adierunt; et ipsum sic laceratum in pannis et cassa mirantes, et laudes Deo referentes, foveam in ipso medio ecclesiæ fieri fecerunt, et quamdam gratulam *d* de lignamine super ipsam foveam deponi mandaverunt. Concurrunt infirmi pro liberatione obtinenda, concurrunt incolumes pro devotione obtinenda, et pro tanta virtute videnda Miracula pullulare et coruscare cœperunt: tota ecclesia ipso die

c

d

cum Episcopo:

et nocte gentibus plena manet, cum luminaribus et clamoribus infinitis. Vix defenditur, quin d. gratula frangeretur. D

18 In crastinum supra dictam foveam, fabricare cœperunt, non sine magna pressura, quamdam cancellam quadratam de fortissimis lignis, cum porta una, serratura atque clavi. Extrahitur dictum corpus integrum, et tractabile et palpabile, supra terram; et in medio d. cancelli, in quadam lectica ponitur, quasi dormiret coopertum quodam pallio, ut per fenestrellam d. cancelli ab omnibus videretur; ubi mansit sic supra terram in d. lectica multis diebus, et coopertus d. pallio octo diebus, in tanto calore, et tali tempore, quo statim debuisset fœtere. Quid plura? Aliud majus mirabile apparuit manifeste, et omnes viderunt. Ipso sic manente, sanguis ex corpore ipsius cœpit effluere: et in tanta copia perfluxit, in vasis argenteis collectus, quod plures ampullæ impletæ fuerunt, et adhuc hodie in sacristia conservantur. Supra vero d. cancellam quoddam solarium de asseribus constructum extitit; ubi multitudo languidorum jacebat, supplicantium et clamantium, pro eorum sanitate recuperanda. Postmodum transactis dd. octo diebus, in quadam arca lapidea, E de Venetiis deducta, fuit positum venerabile corpus.

corpus postridie spectandum exponitur,

et fluit ex eo copiosus sanguis,

19 Interim et subsequenter, fama ipsius per civitates, et loca vicina divulgatur: populorum tam virorum quam de Venetiis, Padua, Vicentia, Verona, Brixia, et Lombardiæ toto, nec non de partibus Tridentinis, Feltrensibus et totius Forojulii, Istriæ, Marchiæ pariter, ac de Romaniola, Ferraria, Clugia habetur concursus mirabiliter, et per totam Italiam celeberrima fama defertur; et in tantum, quod etiam Romæ et in Perusio, et partibus illis, imago præfati commendabilis viri depingitur in multis locis, ad quarum imagines concursus mihi multis habitus fuit; et Deus ostendit multa miracula, ob merita et preces d. gloriosi viri. Sic namque crevit ejus devotio, et divulgata est opinio, quod de Verona et de Vicentia et Padua et aliis pluribus partibus, populi congregati veniebant ad ejus sepulcrum se verberantes, et sic de tota ditione Tarvisina: tantus enim fuit concursus infirmorum, quod in ecclesia non capiebantur. Supra dictam solariam ponebantur de ipsis infirmis, quotquot stare poterant in eodem. Et adeo multiplicavit copia pauperum et infirmorum, quod circum circa plateam d. ecclesiæ *f* de Domo, et sub *g* fontico, et juxta palatium Episcopatus, et per omnia claustra, et sub canonica ipsius ecclesiæ, ipsi pauperes et debiles morabantur; et non erat locus, qui non esset plenus eorumdem, et etiam F per totam civitatem in plerisque locis dispersi [erant]; quibus subveniebatur per devotas personas eleemosynis operum.

Undique illuc accurritur

ab infirmis et sanis:

f

g

20 Et cum in ipsa ecclesia, et apud eam, et circumcirca, dd. pauperum et infirmorum crebresceret multitudo, in ipsa ecclesia a parte sinistra fuit ordinata quædam campa *h*; et ad eam quidam boni viri, per Episcopum et Commune deputati, recolligentes panem et vinum, per cives Tarvisinos illuc transmissum, pro substentatione pauperum prædictorum: qui olli, des postmodum id pauperibus et languidis quotidie dividebant. Et continua devotione bonorum [virorum] et mulierum in dicta campana non deficiebat panis et vinum: imo (sicut d. officiales referebant, et extitit publice divulgatum, dum una die de quodam *i* mastello vinum distribuerent, et pauperibus propinarent, et transmitterent juxta morem omnibus pauperibus intus et extra ipsam ecclesiam residentibus; vinum ipsum continue durabat, et non deficiebat: et non defecit per longum spatium diei, prout ipsi manifeste perpenderunt; et ad tantum miraculum omnes astantes in ecclesia concurrerunt, bibentes

h

pauperes congrue sustentantur:

i

vinum in vase multiplicatur.

A bibentes et gustantes quam plurimi de d. vino.

Excipiendis miraculis designati Notarii,

21 Alia miracula quam plura, et plura, ex virtute et precibus d. gloriosissimi viri, coruscare cœperunt in ecclesia memorata : et in tantum, quod pro memoria eorum habenda perpetuo, et aliis conditionibus infirmorum sciendis, per d. Dominum Episcopum, et Potestatem, et Commune fuerunt deputati tres, ad dicta miracula discutienda, videnda, et in scriptis redigenda; videlicet Dominus Bartholomæus de Castagnolo, dictus Becha, canonici Juris peritus, qui postmodum extitit Prior S. Jacobi de Schinali, tamquam Præsidens; et Magister Antonius de Baona, Scriba et Notarius dicti Domini Episcopi, frater meus, ac Girardus de Nerbo Notarius Communis, qui erat in *k* ancha contractus; ut ad mandatum d. Domini Bartholomæi, facta prius diligenti examinatione et discussione de dictis infirmis sanatis, reducerent, in scriptis ipsos infirmos sanatos, prout factum fuit, et plenius observatum.

audiunt singulorum testes,

22 Nam cum aliquis sanabatur, ad præsentiam d. Domini Bartholomæi, et Notariorum prædictorum, assistente gentium multitudine inibi plurimum co-

B piosa, illico ducebatur; et de ejus infirmitate, et postmodum de reddita sanitate plena informatione et scientia habita, a parentibus, vel a propinquis, aut notis ipsorum infirmorum, per ipsos Notarios concorditer notabatur in scriptis : ubi nos ut plurimum tunc, tamquam juvenculus, cum d. fratre meo, præsentes fuimus et multoties ipso absente, vice ipsius, de mandato præfati Domini Bartholomæi, scripsimus, ut sciebamus, plura ex ipsis miraculis manu nostra, prout adhuc in quaterno eorumdem evidenter apparet. Quæ omnia miracula tunc sic in scriptis redacta, in fine hujus præsentis historiæ, ad perpetuam memoriam et laudem omnipotentis Dei omniumque Sanctorum, ac commendationem tam solennissimi viri prædicti, fecimus per ordinem annotari : ut quivis sanæ mentis meditari valeat, quantum divina clementia vitam, quam suus servulus humilis et devotus in corpore gessit, miraculis et prodigiis attollere voluit in fine, et patefacere toti mundo.

Peregrini sæpe ad 30 millia die uno confluunt :

23 Porro concursus populorum quasi per annum duravit : sed maximus et potior per tres menses, et ultra. Et revera credimus, quod in ipsis diebus, a principio potissime, aliquando triginta mille personæ forenses fuissent in hac civitate repertæ. Si-

C quidem credi non posset concursus gentium et populorum, ac tumultus et jubilatio in ipsa ecclesia; illuminatio cereorum, appositio staturarum et imaginum, et similiter ferularum, quas infirmi dimittebant, et appendi faciebant, quæ longo tempore appensæ steterunt; rursus vociferatio infirmorum, et aliorum cunctorum fidelium, Deum laudantium de tanto dono et munere divinitus attributo. Quid ultra? Infiniti, de quibuscumque criminibus irretiti, ad confessionem suorum peccatorum mirabiliter properabant : injuriæ quæcumque remittebantur, concordiæ inter inimicos capitales fiebant, tam civium quam forensium quorumcumque; et in brevi tanta pax et consolatio viguit illo anno, et etiam sequenti et vigebat, quod si Homerus adesset, vix explicare valeret.

plerique inimici reconciliantur,

altare juxta arcam erigitur :

24 Verum, ut Altissimo pro tanto dono gratiarum actiones et laudes exsolverentur ampliores, et pro reverentia hujusmodi beatissimi viri, coram arca posita (ut præfertur) in medio dictæ ecclesiæ, in qua ejus corpus conditum erat, quoddam altare fuit erectum solenne; super quo Missæ quotidie celebrabantur, devote omni populo concurrenti. Et tandem de ordinatione Episcopi et Capituli ac Communis [decretum est], ut prope capellam S.

D Mariæ *l* piccolæ, infra ecclesiam ipsam cathedralem, construeretur solennis capella, in qua dictum corpus venerabile, cum arca in qua præsentialiter jacet, perpetuo maneret. Et incepto opere, ut adhuc apparet, prope d. capellam, superveniente guerra *m* Canis de la Scala, et aliis novitatibus in hac urbe (ut infra dicetur) non potuit expleri. Sed tandem arca fabricata [est] in columnis, cum Angelis desuper; in qua hodie jacet d. corpus, in ipsam translatum, et in eodem loco medio ecclesiæ firmata, cum altari ante ipsam solenni : ubi mansit usque ad tempora Venerabilis Patris Domini Ubaldini de Gabrielibus *n* de Eugubio, Episcopi Tarvisini (cujus etiam familiaris extiti, et valde devotus) famosi et multa commendatione digni, successoris immediate d. Domini Castellani, per quem cum Capitulo suo tempore dicta arca, cum columnis et corpore intus manente, fuit translata, et posita in loco ubi nunc est, inter columnas ecclesiæ a parte sinistra, et hodie ex opposito Capellæ per nos ædificatæ ad honorem sanctæ et individuæ Trinitatis : et ibi ad illud altare, ut notorie patet, prima Missa in aurora continue celebratur, ad laudem Dei, et pro memoria et reverentia dicti beati Rigi;

E ad quam arcam et in eodem loco, ob merita ipsius et preces, omnipotens Dominus plurima miracula ostendit, et virtutibus illustravit eumdem.

ALIC. P. D. EP. TARV. EX MSS.

Inchoatur capella,

et fundatur ibi Missa quotidiana

Cœpta Canonizationis causa,

25 Sane, ad finem hujus operis intendentes, sed tamen tacitæ quæstioni, quæ posset moveri, ac quæri, cum iste gloriosus vir divina clementia tot et tantis miraculis coruscaverit in hoc mundo, quare non extitit per Clerum et populum Tarvisinum procuratum, ut per summum Pontificem, et sanctam Ecclesiam Romanam scriberetur in Catalogo Sanctorum et canonizaretur, ut moris est aliorum Sanctorum, antequam in hoc opere concludamus, deliberavimus respondendum. Porro idem Clerus, et Populus, et dictus Antistes Dominus Castellanus cum Capitulo suo voluntarii erant, et proposuerant ipsam canonizationem ducere ad effectum : sed in tertio anno post obitum dicti viri beati, superveniente proditione, tentata per nonnullos cives Tarvisinos, et de comitatu Tarvisino, et alios cum dicto Domino Cane de la Scala, nato quondam Domini Alberti de la Scala, tunc Veronæ et Vicentiæ Domino, et guerra horribili circa civitatem Tarvisinam suborta et secuta, non potuit hujusmodi desiderium Tarvisini Cleri et Populi executioni mandari. Nam in eadem proditione d. Do-

F minus Canis habuit castrum *o* Anoalis, sibi datum per Articum *p* Advogarium, natum quondam Domini Guidonis Advogarii; et Asillum, quod tunc d. Dominus Castellanus nomine Episcopatus possidebat, proditionaliter traditum dicto Domino Cani, per Guecellum de Monfumo, et Nicolaum et Antonium de Roverio, et alios plures rebelles de *q* Pedemonte; Castrum a Monte *r* Belluno, et omnia alia fortalitia habuit in dicto *s* Pedemonte; et duravit d. guerra per triennium, et ultra. Et tunc Dominus Guecellus de Camino, Dominus *t* Seravalli, et aliorum suorum castrorum, se confœderavit cum d. Domino Cane : et ipse Dominus Guecellus postmodum se.

o' turbatam civitatis pacem dimittitur.

Cetera desiderantur..

ANNOTATA D. P.

a *Ex more scilicet liberarum per Italiam Urbium,* Potestatem, *id est Prætorem, aliunde sibi tunc petere solitarum, virum jurisprudentia celebrem.*

b Forcia, *Fr.* Force, *violentia, a Latino* Fortis.

c Cruzolæ. *i.* Cruculæ, *sive furcillæ subaxillares.*

d *Id est, crate, seu sepimento ligneo.*

e Solarium, *id est, contabulatio, quasi* solidarium, *a solidando; Belgis Solder.*

ACT. P. D. EP. TARV. EX MS.

A f *Id est, Ecclesiæ Cathedralis, quam Itali vulgo* il Duomo *vocant.*

g *An porticus aliqua, sic dicta ab ibi manante* fonticulo?

h Canipam, *intelligo, tabernam, a Teutonico* Kan, *poculum.*

i Mastello, *Italis est, labellum sive œnophorus, in quem ex dolio vinum hauritur, juxta Academicos Cruscanos.*

k Ancha, *alii* Anca, *Fr.* la Hanche, *Coxendix.*

l Piccola, *id est*, Parva.

m Guerra, *bellum : de Scaligeris autem vide scriptores Italicos, ac nominatim Onuphrium Panvinium in Antiquitatibus Veronensibus. Ea in urbe diu illi dominatum obtinuerunt, bellica virtute formidabiles, præsertim hic indicatus, et ab illis dictus,* Canis Grandis. *Narrat Onuphrius quomodo is, an.* 1319 *a Patavina obsidione desistens,* converso in Tarvisinos bello, omnes fere agri illius villas; pagos et arces occupavit: qui viribus suis diffidentes se Comiti Goritiæ dederunt: quæ res Canem Grandem a Tarvisii obsidione avertit: *quin etiam sub certis conditionibus, reddidit occupata; sed rursus an.* 1320 omnia recuperavit, *nec reddidit nisi facta cum Patavinis et Duce Austriæ pace, seu potius induciis quinquenna-*

B *libus : quibus finitis, non statim iterum movit in Tarvisinos, sed anno* 1329, *quando* diu obsessam urbem in deditionem accepit xvi Kalend. Augusti, et ipse quinto die post, xi Kal. Augusti Tarvisii mortuus est; fratris sui filiis relinquens principatum Veronæ, Patavii, Vicentiæ, Tarvisii, Feltriæ, Belluni, Brixiæ, et diœcesium suarum. *Orto tamen bello inter ipsos et Venetos anno* 1337, *illi* partim dolo, partim vi Tarvisium amiserunt, quod a Venetis occupatum est.

n Ubaldinus *hic, ab Ecclesia Foropopaliensi ad Tarvisinam translatus an.* 1323, *ipsam tenuit usque ad* 1334, *teste Ughello, qui in Appendicibus post tom.* 9 *suffectum et docet Fr.* Joannem de Benedictinis.

o *Tale castrum nunc non invenio in tabula agri Tarvisini.*

p Avogarios *Onuphrius scribit, et Prætorem Tarvisinum ex ea gente producit anno* 1330 *et seq. cui* Bructerus Tempestas Avogarius *nomen.*

q Asillum, *vulgo* Asolo *dici videtur, est pro castrum in monte situm,* 15 p. m. *ab urbe ad Occidentem : dubito tamen, quia in miraculis* §. 4, *num.* 2 *nominatur quidam* Bonapastus de Ezello.

C r *In tabulis* Monte Beluni, *vero sicut in potest in* 10 p. m. *ab urbe.*

s Pedemontem *apparet dici Occidentalem agri Tarvisini partem, ad montes vergentem, qui in tabulis vocantur* Montes Feneræ; *longe dissitum a* Pedemontio *Insubriæ versus Alpes.*

t *Vulgo* Serravalle *oppidum grande, ad* 20 p. m. *ab urbe versus Septentrionem, in confinio agri Bellunensis.*

CAPUT III.

Miracula primis statim a morte diebus per Notarium excepta.

H*actenus in Archivo Tarvisino servatum MS. una alterave pagina evulsa mutilum : unde et contigit, ut quæ supra num.* 22, *dicit auctor, se fecisse,* in fine præsentis historiæ, per ordinem annotari *Miracula, exordio et actis dierum* xi *ac* xii *ablatis, acephala habeantur, paucis ex die* xii *residuis; jactura non amplius reparabili, cum verosimile non sit aliud alibi exemplum extare. Hæc miracula, uti solum servant temporis, quo notata sunt, non item quo contigerunt, ordinem ac ferme in arthriticorum et contractorum curationibus consistunt, sæpe solis nominibus sanatorum diversa, strictimque notata ; sic opus non habent marginali synopsi illustrari, aut alia distinctione quam ordine dierum, sub quibus in originali describuntur.* D

MIRACULA

A die x Junii usque ad v Julii, sub fide publicorum Notariorum descripta.

Dies xi *Junii, ac pars* xii, *desiderantur in MS.*

Pro quibus ex die xiii *et* xv *hæc accipe.*

Anno mcccxv, Indictione xiii, die Martis, x mensis Junii, beatissimus Henricus, hora tertia de hoc seculo emigravit, et in quarta et quinta diebus, videlicet Veneris et Sabbati hora sexta, sanguis pretiosissimus et odoriferus de suo corpore revoluto *(id est vestibus aut pannis honestis cooperto)* in spaddrappore *(panno phrygio, si non fallor)* et in cassa nova posito, emanavit, et sub ipsa cassa etiam, apposita quodam tapeto. *Ita scriptum post miraculum* vii *inter Acta diei Dominicæ : antea autem, post miraculum* E
xliv *præcedentis feriæ sextæ, sic scriptum fuerat :* Domnus Frater Renaldus, Prior monasterii seu loci S. Margaritæ, Fratrum Eremitarum, cum decem Fratribus de Conventu suo, dixit et confessus fuit, quod esset verus sanguis et miraculosus. Domnus Frater Almericus, Prior monasterii seu loci S. Nicolai Fratrum Prædicatorum, cum duodecim Fratribus sui Conventus, dixit ut supra. *Nunc quæ ex die* xii *supersunt, accipe.*

1 .... Contracta in brachio, sanata est.

2 Margarita, filia Azonis de Portu, guttosa, a dextro latere claudicabat, et sanata est.

3 Beatrix, filia Ulani de Rexio, infirma in anchis et guttosa, sanata est.

4 Martha, filia Oldradi de Pergauzolo, guttosa et clauda in ancha dextera, et claudicabat; sanata.

5 Meliorina, filia Martini de Villanova, guttosa, et clauda in ancha dextera, sanata est.

6 Benvenutus, quondam Joannis de Forojulio, et mater ejus est Agnes, quæ moratur in contrata S. Leonardi; cæcus a nativitate de oculo sinistro, quod nihil videbat; modo vidit. Testes F
de infirmitate Franciscus de Manso, et frater ejus.

Notata die Veneris xiii *Junii.*

1 Birdicta, filia Joannis de Ollis de Burgo *a* S. Geni, guttosa, et clauda in utraque ancha; et ambulabat cum dolore; sanata est. *a*

2 Bona-femina, quondam Jacobi de Mantua, et moratur cum Jacobo, in *b* curtino S. Martini, guttosa in manu, quod manum non poterat aperire, et sex annis circiter; sanata est. *b*

3 Petrus quondam Andreæ de Bragantio, qui moratur in curtino Boni de Aurali, a pueritia in pede dextro claudicabat, et sanatus est.

4 Victor, qui dicitur Michael, qu. Barbani de Formegano Diœcesis Feltrensis, retractus et guttosus in ancha dextera, et claudicabat : sanatus est.

5 Marchesina, quondam Bochadeconi, retracta in pede dextro, et claudicabat; sanata est.

6 Clarius, qu. Masconzani, et mater Gysla; in ancha sinistra ingottatus, *c* et claudicabat; sanatus est. *c*

7 Berardus, dictus Peruz de Cervana, guttosus in *d* spalla dextra, et guttosus in ancha sinistra, et claudicabat; sanatus est. *d*

8 Joannes : qu. Dominici Tevignano, guttosus in *e* ginochiis, et in anchis, et claudicabat ; sanatus est.

9 Bartholomæus, filius Michaelis de Brayda, et moratur puer cum Antonio de Morgano, sanatus, quia erat guttosus in anchis, et claudicabat.

10 Leonus qu. Pasqualis de Coneglano, et mater Maria, quæ moratur in Burgo S. Geni, sanatus de sinistra parte, quia de brachio se non poterat adjuvare, et claudicabat.

11 Jacobina, qu. Jacobi de Guerro, guttosa in ancha sinistra et claudicabat ; sanata est.

12 Gerardatius, natus nobilis viri Domini Rambaldi, Comitis de Collaudo, retractus in ancha dextra, et fortiter claudicabat : sanatus est.

13 Albertus, filius Taldini de Colfosco, revolutus in brachio sinistro, et non poterat......... sanatus est.

14 Benvenuta, filia Albertini de Silvanesio, contracta in pede sinistro et clauda, sanata est prope *f* Mestre.

15 Lucia, filia Antonii de Salsa, qui moratur Venetiis in contrata S. Cassiani de Venetiis, non poterat suum ponere calcaneum in terra : et modo bene ponit.

16 Benevegna, qu. Petri de S. Maria de palude, de Roncadellis, et modo moratur cum Hengelmano de Stablutio, ingottatus in manu dextera et gamba *g* zancha, sanatus est.

17 Lanza, filia Bosi Vivert, de Posnovo de ultra *h* Plavim, guttosa, non poterat ire sine baculo; et modo vadit.

18 Dominicus, filius Fantibelli de Fontani, perditus totus a latere sinistro a cunabulis, et sedecim annorum ; sanatus est, et nullo modo poterat ire, vel ambulare.

19 Bona, qu. Ognabeni de Cartuco, et moratur in Castro Franco, guttosa, et claudicabat de ancha dextra : sanata est.

20 Magister Aurodenus Campanarius, heri de nocte, dum ejus uxor vellet venire ad majorem ecclesiam, ad visitandum Sanctum, dixit ei : Si iveris, ego claudam portas, et non aperiam tibi. Hoc dicto, ascendit ad lectum sanus ; et subito arripuit eum dolor crudelissimus, qualem numquam senserit in tibia et in pede. Et statim misit pro Sacerdote, et confessus fuit ei verbum, quod dixerat uxori suæ ; et statim cœpit mitigari dolor, et hodie venit cum *i* doplerio, et magna devotione, ad visitandum corpus sanctissimi Henrici ; quo facto statim ex toto sanatus est.

21 Donella, filia Anselmi de Spineda, ingottata in pedibus, et non poterat ire sine baculo : bene vadit.

22 Petrus, filius Benevenuti de Faucedo, contractus in pede dextro, et non poterat ire ; et modo vadit.

23 Bartholomæus, filius Marcholini de Apruino, defectivus in palato, ita quod non poterat apte loqui, quod intelligeretur ; nunc bene loquitur, et bene intelligitur.

24 Beatrix, filia Gilberti qu. Guillelmi Parmezani, guttosa in genu et ancha, et claudicabat ; sanata est.

25 Petrus, filius Jacobi de Teranno, de Mestre, a nativitate claudicabat, cum pede dextro revoluto : sanatus est.

26 Nicolaus, filius Boni Dompne basse, contractus in ancha dextra a cunabulis, et claudicabat : sanatus est.

27 Joannes Coneglanus, filius qu. Coneglani de Coneglano, contractus in brachio sinistro, propter quamdam infirmitatem, quia incisus fuerat in ipso brachio, ita quod non poterat elevare ad caput aliquo modo ; et sanatus est : et hoc a duobus amicis dicitur.

EX ACTIS NOTARR.

28 Jacobina, filia Jacobi Joannis Vahee, contracta in calcaneo, quem non poterat firmare in terram : modo firmat æqualiter cum alio. Testis ejus mater.

29 Antonius filius Bartholomæi Foratirii de sancto Augustino, habebat pedes obliquos foris, propter quod claudicabat : modo ambulat pedibus directis. Testis pater ejus.

30 Suliga, filia Petri de Sulico, contracta in tibia dextra, ita quod non poterat ponere calcaneum in terram, et bene octo annis claudicabat : modo ponit, et sanata est.

31 Trivisana, qu. Martini de Orsenico, et modo moratur in Lanzanico, contracta in ancha et tibia sinistra, ita quod non poterat ponere calcaneum in terram, claudicabat : sanata est.

32 Joannes de Furnis de Hungaria, contractus in manu sinistra a quinque annis circiter, quam non poterat aperire, vel erigere : modo aperit, et ducit, quo vult.

33 Blancha, qu. Joannis de Riso, et moratur cum uxore quondam Bocadeconi, guttosa et retracta in ancha dextra ; et non poterat ire sine suffragio baculi : et modo sanata est.

34 Michelenda, neptis Ferrarii de Levada, cæca utroque lumine, quasi nihil videbat : modo videt, et cognoscit ea quæ videt.

35 Mercoleta, filia Leonardi de Tauzedo, retracta et guttosa in ancha dextra, et claudicabat : sanata est.

36 Bonaventura, filia Sophiæ de contrata S. Cassiani de Venetiis, contracta et *k* fistolata in omnibus membris, a sex annis circiter, nec poterat se movere absque suffragio ferularum : modo vadit sine ferulis, et dicit se sanatam. Testis mater ejus.

37 Benevenuta, filia Andreæ de Campaia, plebis de Amianis de valle Mareni ; contracta et guttosa ab utroque latere ; sanata est.

38 Catharina, filia Philippi Cupani, contracta in ancha dextra, et claudicabat : sanata est.

39 Censa, Avancii de Sutigana, contracta in anchis fortiter claudicabat ab utroque latere : sanata est.

40 Franciscus, filius Antonii qui dicitur Paralupus, de Burgo Sanctorum XL., contractus et perditus a latere dextro, nec poterat aperire manum a duobus annis circiter : sanatus est.

41 Talia, qu. Gerardi Canatoris de Castro-franco, contracta et clauda in anchis ab utroque latere, a duodecim annis circiter ; sanata est.

42 Gerardina, qu. Jacobi de Burgate ; contracta in ancha dextra a cunabulis circiter, et claudicabat : sanata est.

43 Joannes, qu. Dominici de Moniago, et moratur in Silvarosa ; contractus in anchis, et non poterat ire sine crozolis aliqualiter ; et modo vadit sine crozolis.

44 Antonia, qu. Bartholomæi Notarii de Castro-franco, fracta in cossa dextra a quatuordecim annis circiter, et non poterat ire sine baculo ullo modo : et modo vadit sine baculo....

45 Vincentius, filius Leonardi de Taunedo, de ultra Plavim, contractus et claudus in anchis ; et non poterat ponere calcaneos in terram : modo ponit directe eundo. Testis Manfredus, ejus patruus.

46 Vendramina, uxor Leonardi de Fauzedo, contracta et clauda in ancha dextra a nativitate, propter

EX ACTIS NOTARII

propter quod fortiter claudicabat ; in sanatione sensit fragorem ossorum : modo vadit recte sine dolore.

47 Florentia, uxor Marci Calegarii de Coneglano, contracta et clauda in ancha dextra ab uno anno circiter, male ambulabat : modo melius ambulat, et credit se liberatam.

48 Margarita, qu. Almerici de Villa-Todesca, contracta in tibia et pede sinistro, ita quod non poterat ponere calcaneum in terra, et modo ponit aequaliter cum alia, et vadit magis. Testes Nicolaus ejus....

49 Tomazina, qu. Benevegne de Claura, contracta in ancha dextra et pede a nativitate, ita quod non poterat ponere calcaneum in terram : modo ponit directe cum alio, et ambulat magis recta.

50 Joannes, filius Michaelis de Farra, contractus in anchis fortiter claudicabat, a septem annis circiter : nunc ambulat multo magis recte. Testis ejus pater.

51 Uliana, filia Viviani de Campo S. Petri, contracta in pede dextro, non poterat ambulare sine baculo ; et pass a est quatuor annis, et primitus fortiter claudicabat : nunc non claudicat.

52 Fina, filia Leonardi de Lanzeno, de ultra Plavim, contracta in ancha dextra, et non poterat ponere calcaneum in terram : nunc ponit, et multo melius ambulat. Testis Lucia ejus mater.

53 Grescenda, filia Rodulfi de Portu, contracta in ancha sinistra, et nullo modo poterat ponere calcaneum in terram, et multum claudicabat : nunc ponit calcaneum in terram, et multo melius recte ambulat.

54 Catharina, qu. Pauli Barberii, de contrata S. Mariae Majoris, contracta in ancha dextra, non poterat ponere calcaneum in terram : nunc ponit directe cum alio : primitus claudicabat, nunc autem non claudicat.

55 Antonia, filia Petri de Laceto de Petra rubea, contracta in ancha dextra, claudicabat : sanata est.

56 Diamata, filia Bertaldi de Coneglano, a nativitate contracta in ancha, non poterat ponere calcaneum in terra, et claudicabat : sanata est.

a S. Genium *vel* Genum *nullum novi : sed vix dubio quin sit contractum pro nomine* Genuini *vel* Ingenuini *Episcopi Sabionensis 5 Februarii ; aut* Geminiani *Episcopi Mutinensis, 31 Januarii ; vel per aphæresim ex nomine* Eugenii.

b Curtinum *puto esse diminutum a* Curte, *quo nomine Itali etiam dicunt aream, domibus circumpositis inclusam.*

c Ingottatus ; *artritide, quam Guttam Itali vocant, afflictus.*

d Spalla, *id est humerus, seu Scapula.*

e Ginnochium, *quasi* Geniculum, *a* Genu.

f Mestre, *agri Tarvisini oppidum* 10 p. m. *ab urbe in Meridiem.*

g *Forte legendum* Gamba seu Zancha *quod utrumque Italis significat Tibiam.*

h Plavis, *vulgo* Piave, *olim* Anaxus, *Tarvisinum agrum medium persecat,* 8 p. m. *ab urbe versus Boream.*

Cerei funales, sic dicti a duplicato fune, vulgo Doppieri.

k Fistulam, *Itali vocant quamcumque exulcerationem jugiter manantem.*

Die Sabbati, XVI *Junii.*

1 Benedicta, qu. Antonii Barberii, de Zero, contracta et clauda in anchis, a nativitate claudicabat, nec poterat elevare pedes, ad ascendendum : modo ambulat recta, et elevat pedes, et conscendit : sanata cum dolore. Testis Maria, mater ejus.

2 Aulivenus, qu. Bonacursii de Rizardo de Levada, obliquus in pede sinistro a quadraginta annis circiter, portabat pedem cum digitis extra, et calcaneum intus, et claudicabat : nunc autem recte ambulat, et portat pedem directe cum alio. Testis Odorica mater ejus, quæ moratur in villa de Busco apud Fagaredum, super mansionem Bonipacii de Ezello, et Bartholomaeus avunculus d. pueri.

3 Jacobina quondam Joannis de Arsico Paduae, et modo moratur in Cafa-corba, a duobus annis circiter guttosa a cingulo inferius, et nullo modo poterat ambulare sine baculo et sine magno dolore : nunc vadit sine baculo, et sine dolore.

4 Almengarda, filia Henrici de Enego, uxor Tomazii de Toreseliis, habebat tumorem in cruribus, et vesica a duodecim annis circiter, propter quod non poterat bene ambulare ; et nunc ambulat, et sanata est. In sanatione sensit dolorum et extensionem.

5 Forliana, filia Nicolai Verronis de Varrigo, contracta et guttosa in ancha dextra ; claudicabat, nec poterat firmare calcaneum in terra : nunc ponit, et vadit recte.

6 Oglebenus, filius Albertinus de Laisa, obliquus in tibia et pede sinistro, et in manu et brachio sinistris, ita quod claudicabat ; nec poterat se adjuvare de manu et brachio : sanatus est in totum de omnibus membris, et vadit rectus. In extensione tibiæ sensit dolorem in genu. Testis pater ejus, quod obliquus a nativitate.

7 Benedicta, qu. Ubertini de Villa, Comitatus Paduae districtus, guttosa et clauda a nativitate in anchis, et habebat tumorem et grossitiem in ossis ancharum, fortiter claudicabat : sanata est, et vadit recta. In sanatione sensit dolorem et extensionem ancharum. Testis Maria mater ejus.

8 Catharina, filia Ferranti de Glaura, contracta in ancha dextra, fortiter claudicabat a duodecim annis circiter, taliter quod non poterat ponere calcaneum in terra : nunc ponit directe cum alio, et cessavit tumor in ancha.

9 Gullelma qu. Conradi de Silvarosa, contracta in anchis, et claudicabat : et nunc non claudicat.

10 Gullelma, filia Aulivenii de S. Paulo de ultra Plavim, guttosa et contracta in sinistra ancha, et non poterat ponere calcaneum in terra : nunc ponit directe cum alio.

11 Benevenuta, filia Odorici de Grochepana, contracta in anchis a nativitate, ita quod ossa foris apungebat, et non poterat ire sine magno dolore, fortiter claudicabat : nunc autem ossa restituta sunt ad locum suum, et directe ambulat. In extensione ossorum sensit magnum dolorem.

12 Palma filia qu. Beraldi de Romanis, contracta, et defectiva, et guttosa in ancha dextra, a cunabulis ; fortiter claudicabat, et non poterat firmare calcaneum in terra : sanata est.

13 Diodocus, filius Aulixierii de Collo, plebis de Feltro, guttosus et contractus in pede sinistro, et caligla ; et habebat pedem revolutum : claudicabat. Modo rectus est pes, et vadit directe ; et hoc a quatuor annis circiter : sensit dolorem.

14 Joannes filius Veadrami de Susiguio de ultra Plavim, contractus et guttosus in ancha dextra, ita

A ita quod recte non poterat ambulare : nunc ambulat directe, et sensit dolorem in extensione ; et hoc a cunabulis.

15 Petrus, filius qu. Joannis de Vulnico, contractus et guttosus in ancha dextra, claudicabat, et modo sanatus est. Testis Maria mater ejus.

16 Agnes, filia Odorici Portatoris, de Burgo S. Mariae Majoris, jam sunt sex anni, quod non bene viderat de oculo dextro, propter zapaturam *b* cujusdam equi : linivit oculum cum sanguine, qui emanat de corpore beati Henrici : et modo clare videt, sicut de alio.

17 Henricus, filius Andreæ de Grigiono, contractus in manu et brachio, pedem revolvit foris, et fortiter claudicabat : modo erigit brachium ; et ambulat directe : et pes erectus est.

18 Guecello, filius qu. Jacobi de Silvarosa, contractus, et retractus in tibiis et pede dextro : et non poterat ire sine ferulis, nec ponere ipsum pedem in terra directe in digitos : modo vadit sine ferulis, et ponit pedem directe in terram.

19 Agnes, filia Claribaldi de Cornuda, retracta et clauda in ancha sinistra a nativitate : nunc B vadit recta, et cessat tumor et grossities in ancha. In sanatione sensit dolorem.

20 Palmeria, qu. Marci Bechani de Cisono Vallismareni, gibbosa in spalla dextra et clauda, et contracta in ancha dextra a cunabulis, sanata est. Testis Jacobus quondam Francisci de Gualfredo.

21 Conradus qu. Nicolai Piscatoris, qui fuit de Sala, et nunc moratur cum Monachis sancti Pauli, guttosus et claudus a recordamine *c* suo, sanatus est, cum dolore et extensione ossorum.

22 Palmeria, qu. Lazari de Pagnano, et Rosæ, quæ fuit de Ponto, a quatuor annis circiter curva in spatula et in collo, non poterat se curvare ad terram : sanata est. Testes mater, et Dominicus patruus d. puellæ.

23 Pinza, filia Domini Uberti de Calubrio, dum esset unius anni, cecidit de brachio cujusdam mulieris : propter hoc læsa fuit in ancha dextra, ita quod fortiter claudicabat ; et ambulando os dictæ anchæ pungebat foris. Modo ipsum reseratum est, et vadit recta. In sanatione et extensione sensit dolorem.

C 24 Palma, qu. Rodolfini de Cornuda, contracta in anchis, ita quod fortiter claudicabat ; modo sanata est cum dolore.

25 Agnes filia Joannis de Amolis Cenetensis diœcesis, contracta in ancha dextra, ita quod ab utroque latere claudicabat : et modo sanata est, et vadit directe. Testis, dictus ejus pater.

26 Maria, filia Joannis de Bisali, a nativitate contracta in ancha dextra et guttosa, ita quod ambulando os anchae pungebat foris fortiter : nunc autem ambulat magis recta, et sine punctione ossis : et in extensione sensit dolorem. Testis Zana, mater ejus.

27 Richelda, filia Mutii de Rodellis, contracta a nativitate in ancha dextra, et claudicabat fortiter : nunc vadit recta.

28 Dinus, qu. Spinabelli de S. Salvatore, contractus in ancha sinistra, et non poterat ponere calcaneum in terra, et male ambulabat : nunc autem ponit pedem directe in terra cum alio, et ambulat sine baculo.

29 Donella, filia Jacobi de Nervisia, contracta in anchis, et fortiter claudicabat ab utraque parte a nativitate : modo sanata est, et vadit directe.

30 Vendramina, qu. Pasii de Sulco majori, contracta in anchis, fortiter claudicabat : modo vadit magis recta.

31 Joannes filius Petri Rubei a Fræmis, de contracta S. Augustini, retractus in gambis taliter, quod gambas portabat quasi revolutas : modo portat rectas, et bene vadit. D ex actis notarii

32 Vendramina, filia Joannis Callegarii de Hospitale Flavis, contracta in ancha dextra, fortiter claudicabat : modo vadit magis recta.

33 Tinus, qu. Joannis de Florentia, et moratur Tarvisii cum Donato de Infangatis in contracta S. Joannis de Ripa, habebat digitum medium manus sinistræ obliquum, ita quod non poterat erigere, et extendere : nunc autem ipsum erigit, et extendit.

34 Margarita, filia Perucii Butiglarii de Vidoro, venit heri ad corpus Sancti contracta, et clauda in anchis a nativitate, et claudicabat fortiter. Nunc extensæ sunt anchæ et abolita est grossities, ita quod vadit recta. Testes Presbyter Nicolaus Parochialis, et Paz.... venditrix pannorum.

35 Bartholomæus, qu. Otti de Resio, qui ab octo annis circiter non poterat quasi loqui, impeditus ab infirmitate, quam habebat in pectore, quia de flatu *d* non poterat satiari. Nunc bene loquitur, sine impedimento sanus est. *d*

36 Tomasina, qu. Mariani de Conegliano, retracta in pede dextro, quod non poterat ponere in terram directe, et fortiter claudicabat : modo bene ponit pedem in terram, et minus claudicat. Et hoc habebat a suo recordatu circiter. Testis Mogardus Notarius de Conegliano. E

37 Almengarda, qu. Manfredi de plebe Feleti, quæ moratur in Conegliano, cum Zichino in domo, gibbosa post tergum a quinque annis circiter ; modo recta est, et sanata.

38 Oca, qu. Pelegrini de Feltre, et mater Albonita, quæ moratur in Varago, contracta in ancha dextra ita quod os anchæ movebatur, et claudicabat : modo sanata est.

39 Jacobina, filia qu. Tani morti do Burio, villani de Fracta, contracta in ancha dextra, propter quod claudicabat, et non poterat ponere calcaneum in terram : modo ponit directe cum alio, et ambulat magis recte. Testis Calderius frater ejus.

40 Passerinus, filius Antonii de Pasano, contractus in pede dextro a nativitate circiter, ita quod digitus major quasi revolvebatur ad calcaneum : nunc autem erectus et directus est pes ejus. Testis Adeleeta mater pueri. F

a Foris pungere, *id est, foris prominere : estque Italicismus, ac Germano Lombardismus.*

b *Vide* Zapatura *accipi pro ictu calcis equi*, *ita ut Zapite sit calcem imponere. Hispanice* Zapata, *calceus est.*

c *Id est a quanto tempore recordatur seu meminit.*

d Flatum *vocat*, anhelitum; *nec qualemcumque, sed præcipitatum.*

Die Dominico xv *mensis Junii.*

1 Vendramina, filia Martini de Sugusino, contracta et clauda in genu dextero a quatuordecim annis circiter, ita quod fortiter claudicabat, nec poterat firmare calcaneum in terra : modo firmat, et vadit recta. In extensione et sanatione sensit dolorem. Testis Florbana, mater ejus.

2 Vivelda, filia Leonardi Sacheti de Vidoro, a nativitate contracta, et tumorosa in ancha dextra, ita quod fortiter claudicabat, modo cessavit tumor et grossities in ipsa ancha, et melius ambulabat. Testis Margarita de eodem loco.

3 Benevenuta, filia Vendrami Buscaroli de Guero, contracta et guttosa in ancha dextra, propter quod

EX ACTIS NOTARII. EX ACTIS.

A quod fortiter claudicabat; modo vadit recta: sensit dolorem in extensione, et sanatione. Testis Daniel et Landus de dicto loco

4 Jacobina, filia qu. Landi de Conegliano, et Mabiliæ, contracta et guttosa et tumorosa in ancha dextra a nativitate, et non bene ponebat calcaneum in terra; fortiter claudicabat: sanata est: in sanatione sensit dolorem in dicta ancha. Testes dicta mater ejus, et Petrus Paga de Castro Franco.

5 Benevenuta, qu. Odorici de Belluno, a cunabulis *a* gumba in spalla dextra, sanata est. Testes frater Henricus de Collando, et Magister Schena, de dicto loco.

6 Jacobus quondam Guidoti de la Frata de Opitergio, cum esset novem annorum, percussus fuit in oculo cum cultello; ex qua percussione totus perditus, et guttosus fuit factus; ita quod nullo modo poterat se adjuvare de persona, nec in aliquo ambulare, vel se movere absque suffragio baculi. male loquebatur: modo bene loquitur, et in aliis sanatus est. In sanatione et extensione sensit dolorem.

7 Maria, filia Henrici de Paesio, a nativitate contracta et guttosa in ancha dextra. Os ipsius B anchæ pungebat foris fortiter, et claudicabat: portabat calcaneum revolutum; nunc vadit recta, et portat calcaneum rectum sine *b* baluto; restauratum est os anchæ, et sanatum est: sensit dolorem.

8 Alegranza, filia quondam Curmani de Forojulio a nativitate contracta et guttosa in anchis, fortiter claudicabat, et ossa ancharum foras pungebant, cum ambulabat. Restaurata sunt ossa; recte ambulat; in sanatione sensit dolorem.

9 Jacobina, filia Pagani de Belluno, a nativitate contracta in ancha dextera, claudicabat; non bene poterat ponere calcaneum in terra. Modo bene ponit, restauratum est os anchæ, et vadit magis recta. In sanatione sensit dolorem.

10 Catharina, filia Joannis de Colfusco, contracta in anchis, et cum pedibus tortis, et gumbosa in pectore, et propter hoc claudicabat fortiter. sanata. Testis dictus ejus pater.

11 Mileval, quæ etiam vocatur Mila de Arole de valle Mareni, contracta in anchis, fortiter claudicabat; et nunc parum claudicat, quia restituta sunt ossa ancharum.

C 12 Joannes de Faura de Credatio, qu. Luciani de d. loco, tempore Indulgentiæ generalis de Roma: cecidit plaustrum, oneratum surgis *c* super ancham dexteram, et denodavit eam taliter, quod non poterat se adjuvare ad laborandum: fortiter claudicabat, portabat baculum. Restauratum est os: vadit sine baculo, et multo magis rectus; sensit dolorem in sanatione.

13 Savia filia, Dominici de Sedetolo, contracta in ancha sinistra, os cujus pungebat foris; et fortiter claudicabat, nec poterat ponere calcaneum in terra, et hoc a cunabulis: nunc autem reconciliatum est os, et ponit calcaneum in terra cum alio, et incedit magis recta. In sanatione sensit dolorem.

14 Bartholomæus, filius Nicolai de Raso, contractus in tibia, fortiter claudicabat. Sanatus est.

15 Benevenuta, filia Dominici de Cusignana, contracta in tibia, propter quod os pungebat foris; fortiter claudicabat. Nunc autem reconciliatum est os, et incedit magis recta. Testis Flavia mater ejus.

16 Agnes, filia Nicolai de Lanzanico, contracta in ancha dextra, et fortiter claudicabat. Modo incedit magis directe. Testis d. Pater ejus. Et hoc a nativitate circiter.

17 Bartholomæus, filius Zanini de S. Martino de D Luparo, habens lumen obfuscatum a duobus annis circiter, et habens os revolutum versus aurem sinistram; nunc autem os est directum, et satis melius videt.

18 Margarita, filia Henrici de Villorba, contracta in ancha dextra, et pedes ferebat simul revolutos, et fortiter claudicabat. Nunc autem recti sunt pedes, vadit, et sanata est.

19 Maria, filia Nicolai de Molianis, contracta in ancha dextra a decem annis circiter, et habebat pedem dextrum et obliquum: nunc autem est erecta, et ambulat directa. Testes mater ejus, et Flabianus, qui dicitur Rana de Molianis.

20 Beatrix, qu. Hecelini de Pugnana, contracta in anchis, fortiter claudicabat. At nunc magis directe ambulat, et sensit dolorem in sanatione. Et hoc a nativitate circiter.

21 Vincentius, filius Dominici de Cormedella, a quindecim annis circiter contractus in brachio et manu sinistris, quod non poterat erigere vel elevare; nunc elevat et erigit, et sanatus est.

22 Beatrix filia qu. Guili de Longano de Episcopatu Feltrensi, a nativitate contracta in ancha E dextra, propter quod fortiter claudicabat: nunc vadit recta, et restauratum est os anchæ. In sanatione et extensione sensit dolorem.

23 Odorica, filia Aycardi de Campo a nativitate contracta in ancha, et clauda in pede sinistris, fortiter claudicabat, portando dictum pedem indirectum. Nunc vadit magis directa in pede, et in ancha: in sanatione sensit dolorem.

24 Seray, qu. Odorici Furlani, qui moratur in Canizano, dum esset parvula, et quædam ejus soror portaret eam in brachio suo; ita quod læsa fuit in ancha dextra, quod fortiter claudicabat: pungebat os anchæ foris, nec firmabat calcaneum in terra. Restauratum est os: ponit pedem directum cum alio, et vadit recta. In restauratione ossis sensit dolorem.

25 Andriolus, qu. Suani de Padua, qui moratur Venetiis in contracta S. Hermagoræ, a duobus mensibus circiter perditus in tibiis, propter frigus, quod sensit et passus fuit quadam nocte eundo Brundulum; et non poterat ambulare absque suffragio baculi. Modo ambulat sine baculo, et sensit se liberatum. In liberatione sensit F dolorem.

26 Natalia, qu. Andreæ de S. Michaele de Ulmo, habebat a quatuor annis circiter cicatricem in tibia, et spigulo *d* dextro; ita quod, quando ambulabat, sentiebat magnam puncturam pedis. Sanata est cicatrix, et liberata est.

27 Beatrix, qu. Ecelini de Pugnana, contracta in anchis, et clauda ab utraque parte, fortiter claudicabat, et foris pungebant ossa ancharum. Restaurata sunt ossa ancharum, et vadit recta. In sanatione sensit dolorem.

28 Bartholomæus, filius Vitalis de Crespignaga, dum esset trium annorum, habuit nebulam in sinistro oculo, de quo non videbat. Ablata est nebula de dicto oculo, et modo videt.

29 Luciana, filia Jacobi de Scandoleria, cum esset parvula, et portabatur a quadam muliere, cecidit de brachio, propter quod læsa fuit in ancha dextra, ita quod fortiter claudicabat. Sanata est: in sanatione sensit dolorem.

30 Catharina, filia Balanti de Martignago, contracta in ancha dextra, et fortiter claudicabat, sanata est. In sanatione sensit dolorem.

31 Benevenuta, qu. Aprilis de Rivulo S. Martini, et modo moratur in Mugnico, contracta in ancha sinistra, et fortiter claudicabat, et non poterat

A terat ponere calcaneum in terra : modo ponit, et sanata est.

32 Agnes, filia Dominici de Colfusco, contracta in ancha dextra fortiter claudicabat. Nunc directe ambulat, et sensit dolorem in sanatione.

33 Jacobina, filia Martini de Muris, contracta in ancha dextra, fortiter claudicabat, habens tibiam dextram breviorem altera tribus digitis. Nunc habet æqualem cum alia, et vadit directe; et sensit dolorem.

34 Margarita, filia Joannis Cusini de Orsenico, a cunabulis contracta et guttosa in ancha dextra, claudicabat fortiter : cum ambularet non firmabat calcaneum in terra : modo firmat, et vadit recta.

35 Nicolaus, Peliparus dictus, qu. Odorici de Pereno, a cunabulis guttosus, contractus totus a latere dextro, fortiter claudicabat, nec poterat ponere calcaneum in terra. Sanatus est in totum.

36 Martinus Pozasius, quondam Bartholomæi de Pegauzolo, in festo S. Leonardi præteriti, dum iret B cum curru suo onerato, denodatus fuit pes sinister, ita quod non poterat ire sine ferulis vel baculo. Modo sanatus est in totum.

37 Almengarda, filia Jacobi de Sulico, a nativitate contracta, et guttosa in anchis, fortiter claudicabat. Sanata est.

38 Palma, quondam Menegaldi de Sugusino, contracta, clauda et guttosa in ancha dextra a nativitate, habebat tibiam dextram breviorem altera de tribus digitis. Nunc habet æqualem cum alia : restauratum est os anchæ, et vadit recta. In restauratione sensit dolorem.

39 Bilisanza, qu. Leonardi Becarii, qui moratur in Medulo, jam est diu quod habuit guttam in pede, quem sine dolore gravissimo non poterat ponere in terram; portabat baculum. Modo non portat : sanata est.

40 Margarita, qu. Benevenuti de Lanzanico, dum esset unius anni, arripuit eam gutta fortissima ; fortiter claudicabat, portabat pedem dextrum obliquum. Nunc portat rectum æqualiter cum alio, et vadit recte. In sanatione sensit dolorem.

41 Benedicta, qu. Antonii de Lero, contracta et guttosa a nativitate in ancha, fortiter claudicabat. Sanata est, et vadit recte.

C 42 Catharina, filia Laurentii Vinerii de Muranis, dum esset novem mensium, cecidit de brachio cujuspiam mulieris; propter quod graviter læsa fuit in ancha sinistra, foris pungebat os anchæ, ita quod fortiter claudicabat. Restauratum est os, et vadit recta. In restauratione sensit dolorem. Testis Jacobina mater ejus.

43 Maria, uxor Bonaventuræ Cavacini, de contrada S. Moysis de Venetiis, jam sunt quinque anni quod guttosa erat in spalla, brachio, et in toto latere dextro, Non poterat se juvare : continuum patiebatur dolorem. Sanata est in totum.

44 Lambonus, qu. Dominici de Arfico Paduani districtus, propter variolam, perdiderat visum, totus contractus et claudus. Modo vadit, et sanatus est ; et prius non poterat ire, nec se de brachiis adjuvare.

45 Benevenuta, filia Benedicti, qui dicitur Blancus de Glaura, dum esset in cunabulis, eversa fuit quodam die de ipsis cunabulis; taliter quod læsa fuit, et ab illo tempore fortiter claudicabat. Cessavit tumor in ancha, et restauratum est os æqualiter, et recte vadit. In sanatione et extensione sensit dolorem.

46 Jacobina, qu. Henrici de Coneglano, a nativitate contracta, in anchis fortiter claudicabat ab D utroque latere : ossa ancharum foris pungebat. Ex actis notarii Restaurata sunt : in restauratione sensit dolorem, et vadit magis recta. Testis Joannes de Prando de Coneglano.

47 Alegranza, qu. Dominici de Brayda, contracta in ancha dextra fortiter claudicabat, nec poterat ponere calcaneum in terra. Modo ponit, vadit magis recta, et sensit dolorem in extensione et sanatione ossorum.

48 Maria, uxor Joannis de Carogna prope Vulnicum, contracta in anchis pungebat os foris, fortiter claudicabat. Restaurata sunt ossa, et ambulabat directe, et habebat hanc infirmitatem a viginti novem annis circiter.

49 Bona, filia Gerardi de S. Alberto, contracta in ancha sinistra, fortiter claudicabat. Nunc autem vadit magis recta, et sensit dolorem in extensione et sanatione ossorum. Et hoc a sua nativitate. Et non poterat ponere calcaneum in terra : nunc ponit.

50 Benevenuta, qu. Francisci Segatoris, de Contrada S. Mariæ de Venetiis, contracta in anchis a E pueritia, fortiter claudicabat. Modo sanata est, et vadit recta. In extensione anchæ sensit dolorem. Testis Benevenuta, quondam Joannis de Cechoto ejus vicina, et Dominus Bartholomæus Duce de Florentia, qui habitat Venetiis in contrada S. Matthæi de Rialto.

51 Fumia, Michaelis Marangoni, de contrada S. Mariæ de Venetiis, contracta et perdita tota, quod non poterat se adjuvare nec ire, et habebat quamdam gubbam ab utroque latere de ante. Modo ex toto sanata est. Testis Peregrina ejus mater.

52 Juliana, filia Zanini Cortelarii, de Contrada S. Juliani de Venetiis ; contracta in ancha sinistra, fortiter claudicabat, et non poterat ponere pedem directe in terra. Modo sanata est ex toto. Testis magister Andreas Barberius de Carubio.

53 Agnes, filia Bartholomæi de Pezano de Melma, a nativitate contracta in anchis, fortiter claudicabat. Modo sanata est. Testis pater ejus.

54 Benedicta, filia Facini de Cornuda, guttosa in brachio et manu, ita quod non poterat brachium ad caput elevare, nec manum stringere vel elevare ab octo diebus circiter : Modo sa- F nata est.

55 Benevenuta, qu. Odorici de Belluno de Quinto, a nativitate sua habuit gubbam de post. Modo sanata est cum dolore. Testes Benevenuta uxor Jacobi, qui fuit de S. Angelo de contrada portæ Altisiæ. [Testis] Zaninus Calegarius de insula.

56 Andreas, filius qu. Almerici de Nogaredo, contractus et fistulosus in brachiis et ancha sinistra, fortiter claudicabat. In sanatione sensit dolorem. Testis Maria, mater ejus.

57 Nicolaus, filius qu. Laurentii de Muranis, a sex annis circiter contractus in ancha sinistra, fortiter claudicabat. Sanatus est. Testis Palma, mater ejus.

58 Blasius, filius Marci de Burgo Coneglani, a cunabulis contractus et obliquus in pede sinistro, vadit rectus, et sanatus est : sensit dolorem in sanatione pedis.

59 Petrus, filius Joannis de Cornechino, a nativitate contractus et guttosus in manu sinistra, quam non poterat aperire ; modo aperit; claudus in pede sinistro et contractus, non ponebat calcaneum in terra. Sanatus est.

60 Almengarda, filia Odorici Peripari de Ceneta, contracta in ancha dextra, fortiter claudicabat, et

A et ambulando non poterat ponere calcaneum in terra. Modo vadit recta. Testis Titianus frater ejus: item Sova, filia Domini Petri de S. Martino de d. loco; et Franciscus, quondam Andreæ de d. loco.

61 Mabilia, qu. Andregeti de Castignedis, vinaria, dum esset in cunabulis, eversa fuit de ipsis, ita quod læsa fuit in ancha sinistra, propter quod fortiter claudicabat. Sanata est, et vadit recta.

62 Nicoletus, filius Natalis Cosaroli, qui habitat in contrada S. Catharinæ de Venetiis, contractus et claudus in ancha dextra, fortiter claudicabat; et non ponebat calcaneum in terra ambulando. Restauratum est os anchæ, ponit calcaneum in terra, et ambulat recte. In extensione ossis sensit dolorem. Testis Maria, de contrada S. Mariæ Formosæ de Venetiis.

63 Agnes, filia qu. Conradini Cavaloti de Storga, dum esset annorum duorum, arripuit eam gutta in pede sinistro; fortiter claudicabat, et cum dolore ambulabat: non firmabat calcaneum in terra. Sanata est, et vadit recta. In sanatione sensit dolorem.

B 64 Catharina, filia qu. Almerici, de mansione de Portu, contracta et guttosa in ancha sinistra, et os anchæ pungebat fortiter foris, claudicabat. Os est restitutum, et vadit recte. In sanatione sensit dolorem. Testis Bartholomæus frater ejus, et Cognitus consanguineus ejus: et non poterat ponere calcaneum in terra; modo bene ponit.

65 Agnes, filia qu. Peregrini de Stablutio, contracta in ancha, ita quod ossa foris pungebat, et fortiter claudicabat. Nunc restituta sunt ossa, et magis vadit directe.

a Gumbus *videtur idem esse quod* Gibbosus, *infra num.* 11 Gumbosus *et num.* 51 Gubba *pro* Gibbus.

b *Jam dixi Annot. a ad Caput* 1. Mutum *videtur sabot esse, quo dicitur calceorum unus, æqualem longiori tibiæ faciat contractam.*

c Surgus *quid sit, opto doceri.*

d Spigelus *videtur hic dici* talus.

Die Lunæ XVI *mensis Junii.*

C 1 Anastasia, filia Nascimbeni de Quanto, infirma in manu, taliter quod tenebat clausam, et non poterat aperire ipsam, et pedem habebat revolutum. Sanata est de pede et manu in totum.

2 Margarita, filia Acoldi de Arolis, dum esset duorum annorum, arrepta fuit a gutta in ancha dextra, ita quod os foris pungebat: fortiter claudicabat. Restauratum est os, et vadit recta. In restauratione sensit dolorem. Testes Jacobina mater ejus, et Joannes de Venetiis de contrada sanctissimæ Trinitatis.

3 Antonia, filia Jacobini de Bladino, a nativitate contracta in anchis, fortiter claudicabat: sanata est: in extensione ossorum et sanatione sensit dolorem.

4 Gerardus, filius Vendrami de Agardo, qui moratur Venetiis in contrada S. Augustini, a nativitate contractus in ancha dextra, habebat tibiam dextram breviorem alia tribus digitis; itaque eundo non poterat ponere calcaneum in terra. Modo ponit: habet tibias æquales: et cum fortiter claudicaret, modo vadit magis rectus. In sanatione sensit dolorem.

5 Tomazina, filia Spineli, qui moratur in Levada de plebe trium basilicarum, cum esset parvula, contracta fuit in genu sinistro; itaque claudicabat in ipso genu obliquo. Sanata est, et vadit D recta. In sanatione sensit dolorem.

6 Margarita, filia quondam Martini Piere de la Costa de Petra rubea, a pueritia contracta et guttosa in anchis, ossa anchiarum foris fortiter pungebat, fortiter claudicabat. Restaurata sunt ossa cum magno dolore. Sanata est in totum, et longata, et vadit recta. Testis sanationis Benevenuta, quondam Bartholomæi Scudelari de Venetiis, qui moratur prope plateam Carubii.

7 Citadinus, filius Laurentii de plebe Teletina, teste nativitatis circiter habebat guttam, et cicatricem in genu sinistro, ita quod non poterat ambulare sine ferulis, nec ducere tibiam sinistram, nec pedem ponere in terram. Sanatus est, et vadit rectus. Testis Agnes mater ejus.

8 Dominicus quondam Joannis de Gualaginis, de monte Belluno, ab infantia contractus, et guttosus in ancha dextra, cujus os foris pungebat, fortiter claudicabat, non ponebat pedem in terra: modo ponit, et vadit rectus: et restauratum est os anchæ cum dolore. Testis Saray, mater ejus.

9 Jacobina, filia Mag. Gualfredi Seragnaui, cum set infirma, guttosa, et contracta in ancha sinistra, fortiter claudicabat, et os anchæ pungebat foris, ita quod non poterat ponere calcaneum in terra. Nunc autem recte et æqualiter ponit cum alio, et melius vadit. E

10 Gisla, filia Bonincontri de Nervesia, jam sunt quindecim anni, contracta et guttosa in ancha dextra, fortiter claudicabat: os anchæ foris fortiter pungebat. Restauratum est os, et cum magno dolore: vadit recta. Testis Dionysia, mater ejus.

11 Alexander, filius Benvenuti, qui fuit de Moliopardo, et moratur in Cornuda, ab uno anno circiter guttosus in schinali et in a schina, non a poterat se curvare ante vel retro: die noctuque vociferabat: non poterat ambulare sine juvamine baculi. Sanatus est, et vadit sine baculo. Testis Bartholomæus qu. Jacobini de Cornuda.

12 Alexia, filia Joannis de Viguntia Paduani districtus, a nativitate contracta et guttosa in ancha dextra, ita quod os anchæ pungebat foris. Restauratum est os in locum suum. Fortiter claudicabat, non ponebat calcaneum in terram: F nunc ponit, et vadit recta, Testis Mabilia, uxor Renaldi.

13 Jacobina, filia Petri de Tazino, quæ moratur in Loria, a cunabulis contracta, et guttosa in brachio et manu sinistris, non poterat se juvare de brachio, nec aperire manum. Nunc se juvat, aperit manum, et stringit, et sanata est in totum. In extensione nervorum sensit dolorem.

14 Albertus, qu. Bonasii de Pagnano, jam sunt quatuor menses, quod arripuit eum gutta et dolor gravissimus, cum tumore in genu et tibia dextris, ita quod non poterat ambulare sine juvamine ferulæ. Recte vadit sine ferula.

15 Vicentia, uxor qu. Romerii de Trivignano, a cunabulis contracta, et guttosa in genu et tibia dextris ita quod non poterat ambulare, nec ponebat calcaneum in terra; fortiter claudicabat. Extensa est tibia, sanata est, et vadit recta. In sanatione sensit dolorem. Testes Presbyter Petrus Parochianus ejus, et Dominus Hendrighetus de monte Belluno.

16 Palma, quondam Beliæ de Colle-pagnani, ab infantia contracta et guttosa in ancha dextra, ita quod os ipsius anchæ pungebat foris, fortiter claudicabat. Restauratum est os, et vadit recta. In

A In sanatione sensit dolorem. Testes Antonia mater ejus, Hendreghetus *b* barbarius ejus.

17 Benevenuta, filia Francisci de Portu-Ymolano Episcopatus Feltrensis, a cunabulis guttosa, et retracta in ancha sinistra, et foris pungebat os anchæ: [sanata est,] et melius ambulat. Testis Agnes, amita ejus.

18 Magdalena, filia Tisonis de Musolento, qui nunc habitat Tarvisii in contrada de Domo, a cunabulis guttosa et contracta in ancha dextra; cum ambularet non ponebat calcaneum in terra, foris pungebat os ipsius anchæ, fortiter claudicabat. Modo restauratum est os anchæ, eundo firmat calcaneum in terra, et vadit recta. In extensione ossis sensit dolorem. Testis D. Episcopus Tarvisinus, et Tiso pater ejus.

19 Vita, qu. Francisci de Sorengla, a nativitate contracta et guttosa in ancha dextra, non bene ponebat calcaneum in terra, os anchæ foris pungebat. Restauratum est os anchæ cum dolore, bene firmat calcaneum in terra, et vadit recta.

20 Martha, filia Oldradi de Perganzolo, dum esset parvula, et ambularet super quodam canolo *c*, læsa fuit in ancha dextra, ita quod os anchæ foris pungebat, fortiter claudicabat. Restauratum est os, et vadit magis recta. Sensit dolorem in extensione ossorum. B

21 Ayca, qu. Alberti de S. Vitale, quæ nunc moratur in Pergauzolo, jam sunt quinque anni, quod quædam gutta gravissima arripuit eam in genu sinistro, ita quod contracta erat in eo, et habebat tibiam sinistram breviorem altera, nec poterat ponere calcaneum cum ambularet, nec ambulare poterat sine suffragio baculi. Nunc ambulat sine baculo, et firmat calcaneum in terra, et sanata est.

22 Juliana, qu. Guarnerii de Castro Roguncudi, a duodecim annis circiter arripuit eam gutta a latere sinistro per totum, ita quod erat defectiva in spatula, contracta in ancha et manu sinistris, ita quod non poterat aperire manum, nec cum ea aliquid operari. Sanata est.

23 Benevenuta, filia Michaelis de S. *d.* Vendemiano, a nativitate contracta et guttosa in anchis, fortiter claudicabat. Sanata est, et in sanatione sensit dolorem. Testis Almengarda Mater ejus.

C 24 Almengarda, qu. Joannis de dicto loco, a nativitate contracta in ancha sinistra, non poterat ponere calcaneum in terra; fortiter claudicabat. Nunc autem ponit directe, et minus claudicat. Sensit dolorem in sanatione. Testis dicta Almengarda ejus amita.

25 Lucia qu. Benedicti de Magnico, a nativitate contracta in anchis, fortiter claudicabat. Modo vadit recta, et in sanatione sensit dolorem. Testis Padavina, ejus mater.

26 Lazara, filia qu. Titiani de Collice, contracta in anchis et guttosa a nativitate, ossa pungebat foris, et fortiter claudicabat ab utroque latere. Modo restaurata sunt ossa; et sensit dolorem in sanatione. Testis Joannes ejus frater, et Margarita de d. loco.

27 Elica, filia qu. Joannis de Burgo S. Geni, a nativitate contracta et guttosa in ancha dextra; os anchæ foris pungebat; fortiter claudicabat. Restauratum est os cum dolore: vadit recta. Testis Desiratus, Notarius.

28 Agnezina, filia qu. Marci, quæ moratur Torcelli in domo Dominæ Agnetis, dicto loco, a duodecim annis citra, contracta et guttosa in brachiis et manibus, de quibus non poterat se juvare: in *e* cavigliis pedum guttosa similiter, D ita quod non bene firmiter ambulabat; sanata est in totum. In sanatione et extensione ossorum et nervorum, per totam diem passa est dolorem maximum; et grossities in collis sive juncturis manuum similiter erat. Testis dicta Agnes.

EX ACTIS NOTARII *e*

29 Benevenutus, filius Artusii de Ceneta, jam sunt quinque anni quod propter nimium laborem quadam die arripuit eum gravissima gutta in pedibus, ita quod portabat pedes obliquos, nec poterat ambulare sine suffragio baculi, nec aliquatenus laborare. Modo vadit rectus, et sine baculo, et sanatus. In sanatione pedum sensit dolorem. Testis Hendricus molendinarius de d. loco.

30 Magdalena, qu. Avancii præconis de districtu Tarvisino, quæ moratur Venetiis in contrata S. Marci de Venetiis, jam sunt quatuor anni quod contracta fuit in manu sinistra, quam non poterat aperire, nec se de ipsa adjuvare, nec brachium elevare. Sanata est in totum, cum dolore in sanatione. Testes Deleguarda mater ejus, et E Maria de contrata S. Gemmiani de Venetiis.

31 Antonia, qu. Dominici de Mareno, a nativitate contracta et guttosa in ancha dextra, fortiter claudicabat. Sanata est: in sanatione sensit dolorem. Testis Contessa ejus mater.

32 Adeleda, filia Benenchæ de Alpago diœcesis Bellunensis, a cunabulis, dum quædam mulier portaret eam in brachio suo, cecidit taliter, quod os ipsius anchæ foris pungebat, nec poterat ambulare sine juvamine baculi. Nunc restauratum est os anchæ, vadit recta sine baculo. In sanatione sensit dolorem.

33 Margarita, filia Jacobi de Lanzanico, a nativitate contracta in ancha dextra, fortiter claudicabat: non bene ponebat calcaneum in terra; foris pungebat os anchæ. Modo ponit calcaneum in terra, restauratum est os, et vadit recta. Testis Bonaventura mater ejus.

34 Nicolaus, filius Bartholomæi Luchi de Molianis, jam sunt quinque anni quod cecidit de quadam equa, ita quod læsus fuit in ancha dextra, et fortiter claudicabat. Sanatus, et vadit rectus: in sanatione sensit dolorem. Testis Maria mater ejus.

35 Alegrenza, qu. Vitalis de Buso, a nativitate contracta in ancha dextra, foris pungebat os; F fortiter claudicabat; vadit magis recta. In extensione ossi sensit dolorem. Testis Aculvella soror ejus.

36 Palma, filia Francisci de Porciliis, ab infantia contracta et guttosa in anchis, fortiter claudicabat. Modo vadit recta: in sanatione sensit dolorem. Testis Agnes soror ejus.

37 Marcus, filius Guidonis Cararii, qui fuit de Vicentia, nunc moratur in burgo S. Mariæ majoris; dum esset duorum annorum, arripuit eum gutta in spatulis, ita quod non poterat elevare brachia. Modo elevat, et ducit quo vult, et liberatus est. In liberatione sensit dolorem. Testis pater ejus.

38 Cæcilia, filia Franzoni de S. Zenone, a nativitate contracta et guttosa in ancha, sinistra fortiter claudicabat. Sanata est, et sensit dolorem. Testis Juliana, uxor Palati d. loci.

39 Donata, filia Ameti de Camponegaria Paduæ, a nativitate contracta et guttosa in anchis, fortiter claudicabat. Sanata est, et in sanatione sensit dolorem. Testes Padavina, uxor Andreæ d. loci; Damora, uxor Alberti d. loci.

40 Joannes Rizardus, quondam Leonardi de Trivignano,

EX ACTIS NOTARII

A vignano, contractus in ancha dextra, a viginti annis circiter fortiter claudicabat. Vadit magis recte : in sanatione sensit dolorem. Testes Leonardus Bichatus de d. loco, Pasqualinus quondam Guardi d. loci.

a Schina, *vulgo* Schiena, *pars corporis posterior ab humero ad cingulum dicitur ; apud Academicos Cruscanos ; sed hi ipsi, cum* Schienale *interpretantur morbum in parte tibiæ anteriori, satis indicant, etiam hanc partem* Schienam *dici, quæ Belgis* Schene *est.*

b Barbarius, *a tondenda barba, dicitur* Chirurgus, *seu medicus manu faciens curationem.*

c Canulus *fortassis pro* Cannula ; *ut pueriliter illa luserit, equitando in arundine longa.*

d S. Vendemanum, *vel* Vendemarium *hactenus non novi : ex ipso loco hic indicato libenter discam quando colatur. Idem forte etiam* Vendramus *dicitur.*

e Cavigliæ, *Francis* Chevilles, *claviculæ pedum, sive tali dicuntur. Pag.* 378 *scribitur* Padiglia.

Die Martis, XVII *mensis Junii.*

1 Domina Benevenuta, mater Presbyteri Andreæ B de S. Fusca de Venetiis, jam sunt tres anni elapsi et ultra, guttosa fuit per totam personam ; non poterat ambulare, sed in lecto continue morabatur ; nunc autem sanata est in totum, et in sanatione sensit dolorem. Testis d. Presbyter, ejus filius.

2 Nicoleta, filia D. Federici de Portu-gruario, quæ moratur in domo D. Benevenutæ, uxoris qu. D. Nicolai de Bene, a septem annis citra guttosa in brachio dextro, et digitum medium ipsius manus habebat obliquum, et ipsum non poterat erigere vel levare. Modo sanata est in totum, et sensit dolorem in sanatione.

3 Margarita, filia Vendrami de Ronchadellis, a quatuordecim annis circiter contracta et guttosa in anchis, et plus in sinistra ; ossa ancharum foris pungebat, fortiter claudicabat, calcaneum pedis sinistri non firmabat in terra cum ambularet. Modo firmat, restaurata sunt ossa ancharum cum magno dolore, et vadit recta. Testes d. pater ejus, et Pascha mater ejus.

4 Benevenuta, qu. Joannis Callegarii, de civitate Belluni, a nativitate contracta in anchis et clauda ; C fortiter ossa pungebat foris, non bene ponebat calcaneum in terra. Restaurata sunt ossa cum magno dolore : sanata est, et vadit recta. Testes Bonaventura Benevenuta, Petrus et Carasia de d. loco.

5 Benevenuta, qu. Albertini de Camperto, a nativitate contracta in brachio et manu sinistris, et a toto latere sinistro ; non poterat elevare brachium, nec aperire manum, nec se juvare de ea. Elevat brachium, manum aperit, et cum ea se juvat. Testis Facina, uxor Raynaldini de Asillo.

6 India, filia Barnabæ de Vidoro, a tribus annis circiter infirma in genu sinistro, in quo habebat cicatricem, propter quam fortiter claudicabat : sanata est, et vadit recta, et cum dolore. Testis Benedictus de Tonello, ejus *a* cusinus.

7 Adelmata, filia Hengelfredi de Colle S. Martini, a nativitate contracta in anchis, ita quod ossa ancharum foris pungebat, fortiter claudicabat. Restaurata sunt ossa cum dolore, et vadit recta.

8 Bellina, qu. Daineti de Porcille Paduæ, quæ moratur in Castro-franco cum Jacobino de Campo S. Petri, a cunabulis contracta in ancha sinistra, fortiter claudicabat, non bene ponebat calcaneum in terra : modo bene ponit, et sanata est. D

9 Rigenza, filia Bertoldi de Colle S. Martini, ab infantia contracta in dextra ancha, fortiter claudicabat, os anchæ foris pungebat. Modo ambulat recta, os anchæ restauratum est. In restauratione sensit dolorem. Testis d. ejus pater.

10 Martha, filia Guidonis de Ceneta, a nativitate contracta in ancha dextra, fortiter claudicabat. Sanata est. Testis d. Pater ejus.

11 Daria Picardi de Ceneta, a nativitate contracta in ancha dextra, habens pedem dextrum obliquum foris fortiter pungebat, fortiter claudicabat. Sanata est. In sanatione sensit dolorem. Testis d. pater ejus.

12 Mabilia, qu. Alberti de S. Zenone, a nativitate contracta in ancha sinistra, fortiter claudicabat, os ipsius anchæ foris pungebat. Restauratum est os cum magno dolore ; modo vadit recta. Testis d. pater ejus, et Francisca de d. loco.

13 Maria, filia Belbecharii de Glezino, a nativitate contracta in ancha, fortiter claudicabat ab utroque latere. Sanata est, et vadit recta. In sanatione sensit dolorem. Testis Raynaldus patruus ejus. E

14 Superna, filia Bartholomæi de Plaudeto, de plebe S. Felicis diœcesis Bellunensis, a cunabulis contracta in anchis, fortiter claudicabat, foris pungebat ossa ancharum. Sanata, et vadit recta. In sanatione sensit dolorem. Testis d. pater ejus.

15 Natalis, dictus Piva, qu. Joannis Vace de Feltro, a carnisprivio circiter guttosus in anchis, ita quod non poterat se elevare de loco, nisi a quindecim diebus circiter, in quibus ambulat cum magno gravamine, et cum suffragio ferularum, nec sine ipsis ferulis poterat aliquatenus ambulare. Sanatus est in totum. In sanatione etc. Testes Jacoba ejus uxor, et Dominica Tomazina, Soror Domini Jacobi de Bonhomo.

16 Margarita, quondam Vincentii de Maxerata, a magno tempore arripuit eam gutta in ancha sinistra, ita quod os anchæ foris pungebat, et fortiter claudicabat. Restauratum est os anchæ cum magno dolore. Modo vadit recta. Testis Bonaventura, ejus noverca.

17 Antonia, filia Saphini de Pagnono, a nativitate contracta in ancha dextra, foris pungebat os, F fortiter claudicabat. Restauratum est os. Non ponebat calcaneum in terra, modo ponit, et vadit recta. In restauratione sensit dolorem.

18 Maria, quæ dicitur Cina, qu. Leonardi de Porcedo apud Vidorum, a nativitate contracta in ancha sinistra, fortiter claudicabat. Sanata est, et vadit recta. In sanatione sensit dolorem.

19 Domina Catharina, qu. Andreæ Schene de contrata S. Barnabæ de Venetiis, uxor Nicolai Pajatri, de contrata S. Mariæ Zupanico, a viginti annis circiter perdita, et alienata de tota persona ; ita quod non exibat de domo, nec se poterat adjuvare de persona ; modo sentit omnia membra consolidata et confirmata, ita quod vadit, et omnibus membris se juvat. In sanatione sensit dolorem. Testes d. vir ejus, et Domina Tomazina ejus vicina.

20 Jacobina, qu. Lamboni de Monte-Belluno, a nativitate contracta in ancha dextra, fortiter claudicabat, ita quod ambulando patiebatur dolores. Modo vadit recta. In sanatione sensit dolorem. Testes Petrus et Bonacursius frater, filii quondam Joannis de Villa.

21 Agulea, de plebe Tarcii, filia Guidi Catanii, a nativitate contracta in ancha dextra, pungebat os

A os ipsius anchæ foris, claudicabat fortiter, nec firmabat calcaneum dextrum in terra. Restauratum est os cum dolore magno, et firmat calcaneum in terra, vadit recta. Testes Nicolaus de d. loco, consanguineus ejus germanus.

22 Margarita, filia Jacobini de Corpo, contracta in ancha dextra a nativitate, os ipsius anchæ pungebat foris, portabat pedem dextrum revolutum, fortiter claudicabat. Restauratum est os cum dolore, portat pedem rectum, et vadit recta. Testis Gisla mater ejus.

23 Benevenuta, qu. Bernardi, neptis Domini Andreæ Judicis, de S. Vito, contracta a nativitate in ancha dextra, fortiter claudicabat, os foris pungebat. Restauratum est os ipsius anchæ cum dolore, vadit recta.

24 Guereius, filius qu. Marci de Corno, quem retinet pro amore Dei Catharina Teotonica, quæ moratur in contrata S. Martini juxta molendina, habebat nebulam in oculo sinistro, de quo nihil omnino videbat. Abolita est nebula de oculo, et videt. Testis d. Catharina,

B 25 Rosa, soror qu. Carboni de Asillo, jam sunt sex anni quod, dum esset in partu, perdita fuit et contracta in anchis, et abinde inferius; nullo modo poterat ambulare sine suffragio baculi, laboriose trahebat pedes super terra cum ambularet, ex quo perdidit omnes ungues pedum. Sanata est, et vadit sine baculo. In sanatione sensit dolorem. Testis Nicolaus d. Ragalus de Asillo.

26 Conradinus, filius Petri de Jendulo, jam sunt duo anni et plus, quod cecidit de quadam scala, ita quod læsus fuit taliter in genu dextro, ita quod fortiter claudicabat. Sanatum est genu cum dolore, et vadit rectus. Testis d. pater ejus.

27 Agnes, qu. Joannis de Lavaze de Episcopatu Bellunensi, a quinque annis contracta et guttosa in brachio, manu, et pede dextris, non poterat elevare brachium, nec se adjuvare cum eo; portabat pedem obliquum. Sanata est cum dolore. Testes Guidolucius de Prata; Gerardinus de Levase.

28 Bonaventura, filia Jordani de Coldenardo Bellunensis diœcesis, jam sunt viginti anni quod cecidit, ita quod læsa fuit in ancha dextra; fortiter claudicabat, non ponebat calcaneum in terra.
C Modo ponit; vadit recta. In sanatione sensit dolorem,

29 Carafia, soror præd. Bonaventuræ, guttosa in tibia dextra a nativitate, ambulabat cum dolore, et aliquantulum claudicabat. Sanata est cum dolore.

30 Nicolaus, qu. Symeonis de Portu-Naonis, jam sunt quinque anni, quod læsus et contractus erat in genu dextro; claudicabat. Modo vadit rectus, et sanatus est. In sanatione sensit dolore. Testis Catharina ejus mater.

31 Calandria, filia Joannis de Canat diœcesis Bellunensis, a nativitate contracta in ancha dextra, ita quod os foris pungebat, fortiter claudicabat. Restauratum est os, vadit recta. In sanatione sensit dolorem. Testis d. pater ejus.

32 Chara, uxor Michaelis Mantuani Segatoris, de contrata S. Benedicti de Venetiis, ab uno anno circiter guttosa in anchis, quod nullo modo poterat ambulare, nec se juvare sine juvamine baculi. Modo ambulat sine baculo, et dicit se sanatam: in sanatione sensit dolorem. Testis Benevenuta ejus privigna, et Leonarda ejus vicina.

33 Vivelda, filia Sordi de Asyllo, contracta in anchis et guttosa, ossa pungebat foris, et pedes D obliquos portabat; fortiter claudicabat. Nunc restituta sunt ossa pedis, portat directe, et ambulat magis recte. Testis Darius de Asyllo. EX ACTIS NOTARII.

34 Barafilia, filia Symeonis de S. Martino de Pagnano, contracta a nativitate in ancha sinistra, fortiter claudicabat, non poterat ponere calcaneum in terra, cum ambularet. Nunc ponit, vadit magis recta. Testis Adelecta ejus mater.

a Cusinus, *id est*, *Cognatus*, *Consobrinus*; *Francis* Cousin.

Die Mercurii, XVIII *mensis Junii*.

1 Dionysia, filia Auliverii de Istrana, a sedecim annis circiter contracta, et læsa in ancha dextra, fortiter claudicabat. Modo vadit recta. In sanatione sensit dolorem. Testes, pater et mater ipsius.

2 Cæsaria, filia qu. Guilielmi Capellæ de Feralis, quæ moratur in Opitergio: ab infantia læsa et contracta in anchis, fortiter claudicabat, ossa E ancharum foris pungebat. Restaurata sunt ossa, et cum dolore, vadit magis recta. Testis Guccello Rubeus de Opitergio.

3 Vendramina, filia Petri de Campajola, ab infantia portabat pedem sinistrum obliquum foris; nunc portat rectum, et vadit recta. Testis Palma mater ejus.

4 Jacobus filius Boni de Corino, et nunc moratur in Orgnano Tarvisinæ diœcesis, jam sunt sedecim anni, contractus et guttosus in genibus et in tibiis: cum ambularet, trahebat pedes per terram, et debiliter ambulabat: nunc autem eos elevat, et bene vadit, et sanatus est. In sanatione sensit dolorem.

5 Antonia, filia qu. Petri Boni de Lognano Paduanæ diœcesis, et nunc moratur in Orgnano diœcesis Tarvisinæ, a cunabulis contracta, et guttosa in ancha sinistra, claudicabat: nunc vadit recta. In sanatione sensit dolorem. Testis Lazara mater ejus.

6 Blanca, filia Tardinelli de Arvanta de Plebe Targi, diœcesis Cenetensis, a pueritia læsa fuit in ancha sinistra, ita quod claudicabat fortiter, nec poterat ponere calcaneum sinistrum in terra. Modo ponit, et vadit magis recta. In sanatione F sensit dolorem.

7 Benencha, qu. Brunelli de Melma, et nunc moratur Venetiis, a pueritia læsa fuit in ancha dextra, in qua continue patiebatur dolorem, et fortiter claudicabat: liberata est. In liberatione sensit dolorem. Testis Presbyter Jacobus de Melma.

8 Richa, filia Alterisii de Plebe Cavolæ Bellunensis diœcesis, a cunabulis contracta et guttosa in ancha dextra, claudicabat fortiter, nec poterat ponere calcaneum in terra. Modo ponit, et vadit magis recta. In sanatione sensit dolorem. Testis d. pater ejus.

9 Benevenuta, uxor Ysachini de Mus lento, a quatuor annis circiter guttosa in anchis claudicabat, nec ullo modo poterat ambulare sine baculo. Modo vadit magis recta, et sine baculo. In sanatione sensit dolorem. Testis d. vir ejus.

10 Margarita, filia Antonii de Musolento, jam sunt tres anni et ultra, quod habebat cicatricem in tibia dextra, et ipsam tibiam tumorosam: foris pungebat cavigla ipsius pedis dextri, claudicabat. Sanata est. In sanatione sensit dolorem. Testes Andreas avus ejus et Florita ejus mater.

11 Margarita, filia Thomæi de Tarudis, a pueritia læsa

EX ACTIS NOTARII

A læsa fuit in ancha sinistra; fortiter claudicabat: non ponebat calcaneum in terra cum ambularet. Modo ponit, et vadit magis recta. In sanatione sensit dolorem. Testis Albertus ejus avus.

12 Bartholomæus, filius qu. Patii de Cardiano, a nativitate tamquam cæcus quasi nihil videbat. Modo bene videt. Testis Lucia mater ejus.

13 Gisla, filia Alberti Belleosse de Farra diœcesis Cenetensis, a nativitate contracta in ancha dextra, fortiter claudicabat. Modo vadit magis recta. In sanatione sensit dolorem. Testis Presbyter Bonus, Rector d. loci.

14 Salvator, qu. Leonardi de Alpago Bellunensis diœcesis, dum esset parvulus, cecidit de brachio cujusdam sororis suæ, et læsus fuit graviter in ancha dextra, propter quod postea fortiter claudicabat, nec poterat ponere calcaneum in terra ambulando. Modo ponit; restauratum est os anchæ cum dolore: vadit magis rectus. Testes Domina Turra de Civitali Bellunensi, et Domina Alucia de d. loco.

15 Joannes qu. Joannini de Campajada apud Cesaltum, a quatuor annis circiter guttosus in B anchis et ab inde inferius, nullo modo poterat ambulare sine suffragio ferularum; continue sentiebat dolores. Sanatus est in totum. Testes Blasius de Cesalto, et Franciscus de Opitergio.

16 Bartholomæus, filius Tomasii de comitatu Bellunensi, a quinque annis circiter habebat genua et caviglas pedum guttosa et tumorosa, in quibus patiebatur dolores; portabat pedem sinistrum obliquum. Sanatus est de prædictis. Testes Elica mater, et Rica de d. loco.

17 Alda, filia Symeonis Becarii de Asyllo, cum esset in infantia, cecidit de quadam scala: læsa fuit in ancha sinistra taliter quod postea claudicavit: cum ambulabat, non poterat ponere calcaneum in terra. Nunc vadit recta. Testes d. pater ejus, et Pera de d. loco.

18 Antonia, filia qu. Albertini Fornarii de Asylo, a nativitate contracta in ancha dextra, foris pungebat os ipsius anchæ; fortiter claudicabat. Restauratum est os anchæ cum dolore, et vadit recta. Testes, Jacobus de Pagnano, et Clara mater d. Antoniæ.

19 Margarita de Crespano, qu. Dominici de S. Luca, ex gutta in anchis a sex annis circiter, fortiter C claudicabat, non potens ire sine suffragio baculi. Modo recta vadit. Testis Agnes ejus vicina de d. loco.

20 Benevenuta, filia Petri de Valle Maseni plebis Cesoni, a nativitate surda in hunc modum, quod non audiebat, nisi clamaretur fortiter super eam, et cominus. Modo audit etiam loquentes voce suppressa. Testis Nicolaus, dictus Cinna de dicto loco.

21 Aylizia qu. Alberti, quæ moratur cum Recia de Fagaredo, jam sunt decem anni, quod arripuit ipsam quædam gravissima infirmitas. Nam supervenit in brachio sinistro quidam tumor, de quo incisa fuit per quemdam barberium, et ex illa incisione provenit fistula in d. brachio, taliter quod ossa brachii foris erumpunt; ita quod ipsum brachium contractum factum fuit, adeo quod non poterat erigere vel levare, vel cum eo se adjuvare. Sanata est in totum. In sanatione sensit dolorem. Testes Liberalis de Bordenalis, et Bartholomæa uxor qu. Joannis de Arena.

22 Auxilia, filia qu. Joannis Vesoti de Feltre, a quinque annis circiter guttosa et contracta in spatulis et spinali, nullo modo poterat se curvare in terram. Modo se curvat leviter, et sanata est. In sanatione sensit dolorem.

23 Pasqualinus, qu. Albrici de Coneglano, a duobus annis circiter portabat pedem sinistrum fortiter obliquum, propter quod claudicabat. Sanatus est, et vadit rectus. Tertius Artusius qu. Galvani de Villa-longa, de plebe Mansuedi, Cenetensis diœcesis. D

24 Juliana, filia Antonia de Seravale, a nativitate contracta in ancha dextra, cujus os foris pungebat, claudicabat. Restauratum est os. Sanata est cum dolore, et vadit recta. Testis Aylis et Benevenuta de d. loco, et Magister Joannes Ferrator de Burgo Sanctorum XL.

25 Aylis, filia Avancii Marangonis de Seravale, ab infantia cecidit de brachio fratris sui; læsa fuit in ancha dextra, propter quod claudicabat, et portabat pedem dextrum obliquum. Sanata est, et vadit recta. Testes prædicta Juliana, et Benevenuta de d. loco.

26 Benevenuta qu. Rudegerii de Seravale, dum esset parvula, arripuit eam dolor in pede sinistro, ex qua infirmitate contracta fuit in ancha sinistra, propter quod claudicabat, nec firmabat calcaneum in terra; os ipsius anchæ foris pungebat. Restauratum est os; firmat calcaneum E in terra; vadit recta. In sanatione sensit dolorem. Testes prædictæ.

27 Catharina, filia Corace de civitate Bellunensi, dum esset parvula, cecidit de brachio cujusdam fratris sui, et læsa fuit in ancha dextra, propter quod fortiter claudicabat; eundo non ponebat calcaneum dextrum in terra; modo ponit. Restauratum est os anchæ cum dolore, et vadit recta. Testes Diana amita ejus, et Franciscus de Cereta, et Antonius de civitate Bellunensi.

28 Nasinbenus, dictus Taberellus de Silva, a decem annis circiter contractus, et læsus in ancha sinistra, claudicabat fortiter. Nunc vadit rectus, et sanatus est. Testis Jacobina, uxor qu. Fratelli de Silva.

29 Jacobina, uxor Joannis de Tenerio, cum esset annorum duorum, arripuit eam gutta in ancha sinistra, ita quod erat contracta et claudicabat, eundo non poterat firmare calcaneum sinistrum in terra. Modo firmat, et vadit recta. In sanatione sensit dolorem, Testis dictus ejus vir.

30 Viventia, quondam Azonis de Sochero, diœcesis Bellunensis, sed a septem annis circiter contracta in anchis, fortiter claudicabat ab utroque F latere, quia ipsa ludente cum a lenza, sibi hoc evertit. Nunc autem vadit recta, et sanata est in totum. In sanatione sensit dolorem. Testis Viventius Notarius de civitate Bellunensi.

31 Philippa, filia Bertutii de S. Hermagora de Venetiis, propter quamdam infirmitatem, quam habuit circa tres annos elapsos, contracta in duobus digitis mediis manus dextræ, et uno digito medio manus sinistræ, ita quod non poterat claudere manus, nec aperire; et obliqua in genibus, ita quod claudicabat fortiter ab utroque latere, et trahebat tibiam dextram post se in eundo. Restaurata sunt membra ejus, et sanata est in totum. In sanatione doluit. Testes Zaneta mater ejus, et Catharina soror dictæ Zanetæ.

32 Bona quondam Bartholomæi de S. Georgio de Brenta Paduani districtus, a x annis circiter contracta in digito indice manus dextræ, habebat ipsum obliquum, nec poterat erigere vel elevare. Modo erigit et elevat, sanata est. Testis Gisla, quondam Almerici de Padaxo, quæ moratur in Fonto.

33 Blanca-flor, filia Bartholomæi, qui laborat ad fornaces de contrata S. Mariæ Magdalenæ de Venetiis, a cunabulis citra, contracta in anchis, os ancharum

A ancharum pungebat foris, fortiter claudicabat. Restauratum est os anchæ, melius ambulat. In sanatione doluit. Testis domina Lucia ejus mater.

34 Tomazina, quondam Leonardi de Saltore, a XII annis circiter contracta in ancha dextra, nec poterat ponere calcaneum in terra, fortiter claudicabat. Nunc autem calcaneum ponit in terra, melius ambulat. In sanatione sensit dolorem. Testis Avinanta, uxor qu. Boni de Castro-Bernardo; et Antonia, uxor qu. Leonardi de d. loco

a Lenza, *id est. fascia linea : hinc* Lenzuolo, *Linteum ; quasi* Linteolum, *Francis* Linceul.

Die Joris, XIX *mensis Junii.*

1 Beatrix, filia Michaelis de Crespano, ab uno anno circiter de oculo dextro nihil videbat. Nunc autem bene videt. Testis Gerardus ejus frater.

2 Sophia, filia Trivisani de Spineta, a nativitate contracta in ancha sinistra, fortiter claudicabat. Sanata est, et vadit recta. Testis ejus noverca.

B 3 Armelenda, quondam Uberti de Vigo-argeris, et moratur ad plebem S. Ptosdocimi districtus Paduæ, a nativitate contracta in ancha dextra, os anchæ foris pungebat, fortiter claudicabat. Restauratum est os et vadit recta. In sanatione sensit dolorem. Testis Abricus ejus frater, et Prosdocima uxor Zachariæ de d. loco.

4 Bartholomæus, qu. Jacobini fabri de Baxiano, jam est medius annus quod habebat apostema in coxa sinistra; quod cum fecisset medi, statim arripuit eum gutta fortissima a latere sinistro, taliter quod nullo modo ambulare poterat, vel etiam se movere absque suffragio ferularum. Vulnus apostematis continue emittebat putredinem. Sanatum est vulnus. Sanatum est de gutta, vadit rectus, absque aliquo suffragio ferularum. In sanatione sensit dolorem. Testis Borsanellus Notarius de Bursio, qui moratur Tarvisii.

4 Benevenuta, quondam Joannis, qui fuit de Calubrio, et moratur Cenetæ, a nativitate contracta in ancha dextra, os anchæ pungebat foris, fortiter claudicabat, eundo non ponebat calcaneum dextrum in terra. Restauratum est os ipsius anchæ cum dolore, modo ponit calcaneum

C in terra, cum vadit, et recta vadit. Margarita ejus mater.

6 Flos, qu. Romerii de Abriana, de apud Artallum, a nativitate contracta in ancha dextra foris pungebat os ipsius anchæ; habebat tibiam dextram breviorem altera de una palmite *a*; non firmabat calcaneum in terra, cum ambulabat. Modo restauratum es os anchæ, et longata est tibia æqualiter cum alia: firmat pedem in terra, et vadit recta. Testis Venetiana ejus mater.

8 Magdalena, filia qu. Domini Jacobi Philippi, qui dicebatur Lazarellus, jam sunt XVI anni, quod arripuit eam gutta in genu sinistro, ita quod non poterat extendere vel retrahere tibiam sinistram, nec eam ducere huc et illuc, et claudicabat. Modo extendit, et retrahit, et ducit quo vult, et vadit magis recta. In sanatione sensit dolorem. Testis Domina Altedina, noverca ejus.

9 Anno Domini 1315, indictione 13, die Martis, 17 mensis Junii. Dum quædam *b* zata veniret de civitate Bellunensi per Plavim, super quam erant circa quinquaginta personæ inter masculos et feminas, qui ex devotione veniebant ad civitatem Tarvisii, causa visitandi corpus B. Henrici: et ipsa zata applicuisset ad pontem de Cesana, qui est super dictum flumen Plavis, subito et ex D improviso confracti fuerunt tres remi, quibus gubernabatur dicta zata: ita quod ipsa zata ducta sine remigio allisa fuit ad *c* stillos d. pontis, et scissa in duas partes. Et cum cœpisset mergi, clamaverunt omnes misericordiam omnipotentis Dei et beatissimi Henrici, cujus corpus veniebant ad visitandum. Et factum est, auxilio Dei et precibus B. Henrici, quod nullus hominum vel mulierum submersus est, nec aliquid perditum est de rebus eorum: sed omnes applicuerunt ad ripam dicti fluminis, sani et incolumes. Et dum unus eorum submersus esset in aqua, adjutus fuit per quemdam alium, ita quod non periclitavit. Gubernatores dictæ zatæ erat quidam, qui vocabatur Bisertus cum sociis suis. Testes hujus rei Unericus, qui dicitur Faxana, qui moratur in civitate Belluni, et erat super d. zata Presbyter Jacobus, Mansionarius d. Ecclesiæ majoris Tarvisinæ; Presbyter Tybaldus de Scandolerio; Presbyter Andriolus Tiverono, qui Presbyteri erant ibi super una dicta zata, Domina Catharina, uxor Magistri Antonii physici de civitate Belluni; Domina Bonaventura, uxor Domini Antonii Merlini. E

10 Joannes, filius quondam Odorici de Posmono, a duobus annis circiter guttosus in ancha sinistra, ita quod non poterat ponere calcaneum sinistrum in terra, os ipsius anchæ foris pungebat. Restauratum est os, calcaneum ponit in terra, et sanatus est. Primitus claudicabat, vadit rectus. Testis Guidotus de Posmono.

11 Ricarda, filia Zanini de Mausnedo, ab infantia contracta in ancha dextra, ita quod fortiter claudicabat, os pungebat foris; restauratum est os anchæ, vadit recta. In restauratione sensit dolorem. Testis Ricolda, uxor Bonaventuræ Butacerii.

12 Francisca, qu. Bartholomæi Favoti de Fonte, jam sunt XIV anni, quod habuit in coxa sinistra apostema, ex quo fuit incisa; et postmodum semper vulnus apostematis putredinem emittebat: contracta erat propter hoc in genu sinistro, fortiter claudicabat, nec ponebat calcaneum sinistrum in terra, cum ambulabat. Sanatum est vulnus, ponit calcaneum in terra, et vadit recta. In extensione genu sensit dolorem. Testes Presbyter Marganus et Gubertinus de Fonte.

13 Maria, qu. Michaelis, Spectarii de S. Zumano *d* de Malo-passo, a cunabulis cecidit de alto, et læsa fuit in ancha sinistra, ita quod os pungebat foris, claudicabat fortiter, non ponebat calcaneum sinistrum in terra. Sanata est. In sanatione sensit dolorem. Testis Benevenuta de Taxillis, de dicta contrata.

14 Domina Beatrix, qu. Domini Henrici de Lano, et uxor qu. Gualberti de Costis, ab octo mensibus circiter ex quadam infirmitate effecta fuit contracta et guttosa in manibus, brachiis, anchis et tibiis, atque pedibus; de quibus membris non poterat se juvare, et præsertim in brachiis, quæ non poterat elevare, nec aperire manus. Bene aperit et claudit, elevat brachia quo vult, firma vadit super pedes et tibias, restituta est sanitati. In sanatione sensit dolorem. Testes Domina Mabilia, uxor Sachetti de Comarano, Domina Beatrix, uxor Domini Aulivenii de Robegano.

a Palmes, *et quidem feminino genere, hic accipitur pro* mensura palmi.

b Zata, *id est*, ratis.

EX ACTIS NOTARR.

c Stillus, *palus*, *Teutonice* Styl.
d S. Zuuanus, *quis? quando?*

Die Veneris, XX *mensis Junii.*

1 Fontana, quæ fuit de Guardiglano, et moratur in Burgo Lesene Vicentinæ diœcesis, jam sunt IV anni, quod habuit cicatrices in manu, brachio et cubitu dextris, propter quod contractum et quasi aridum habebat brachium, cum dicta manu, nec poterat elevare, nec se adjuvare. Sanata est in totum. Testes Maria de d. loco, et Albertina.

2 Petrus, qu. Vani de Florentia, et modo moratur Venetiis in contrata S. Mariæ novæ, jam sunt IV anni, quod increpatus et deruptus erat in parte inferiori, videlicet in testiculis. Sanatus. Testes Magister Guido Cyrologus, qui eum tentavit, et asseruit eum liberatum. Testes de infirmitate Bernardus de Agolantis de Florentia, qui moratus Venetiis in contrata S. Zanpauli; Benosius frater.

3 Berta, qu. Odorici de Trivillis, a nativitate contracta in ancha dextra, foris pungebat os ipsius anchæ, non bene firmabat calcaneum in terra cum ambularet, fortiter claudicabat. Restauratum est os ipsius anchæ cum dolore, vadit recta. Testis Bonerscia, filia quondam Jeremiæ de dicto loco.

4 Agnes, filia Benedicti de Petra rubea, contracta in anchis fortiter a nativitate, ita quod ossa foris pungebat fortiter, ab utroque latere claudicabat. Restaurata sunt ossa, recta vadit. In sanatione sensit dolorem.

5 Albertus, qu. Albrici de Arsico, et moratur in Quinto, dum laboraret a XV diebus circiter in Cesalto, quoddam lignum cecidit super eum, et super eum taliter ponderavit, quod sine juvamine ferularum non poterat ambulare, nec pedem sinistrum ponere in terra. Nunc autem veniendo a Cesalto Tarvisium in via sanatus est, et ambulat sine ferulis. In sanatione sensit dolorem. Testes Laurentius de Glarino, et Magister Guarnientus faber de Cesalto.

6 Flumina, qu. Antonii de Valle Mareni, de prope lacum de Todena, cum esset VII annorum, supervenerunt ei in coxa sinistra cicatrices, quæ duraverunt per VII menses: contracta fuit in ancha sinistra, et in nervis, ita quod fortiter claudicabat. Nunc vadit recta. In sanatione sensit dolorem.

Die Sabbati, XXI *mensis Junii.*

1 Clara, filia Magistri Ravagnini physici, de civitate Belluni, a nativitate contracta in ancha dextra, ita quod foris pungebat os; claudicabat, non firmabat calcaneum in terra, cum ambularet. Restauratum est os dictæ anchæ, elongata est tibia cum alia æqualiter, ponit calcaneum in terra, et vadit recta. In sanatione sensit dolorem. Testis D. Argentina, filia quondam D. Rochi de Castello; et D. Rechia, filia qu. Rochi de Castegnono.

2 Petrus, filius Savafuscoli sartoris, de contrata S. Jeremiæ de Venetiis, jam sunt VII anni quod habebat cicatricem in genu sinistro, propter quod ipsum genu contractum erat et tumurosum, et tibia sinistra brevior altera: non firmabat calcaneum in terra. Recessit tumor de genu, tibia elongata est æqualiter cum alia, firmat calcaneum in terra, et vadit rectus. In sanatione sensit dolorem. Testes presbyter Nicolaus S. Jeremiæ, et Helena de d. contrata.

3 Viventia, filia Alberti de Prino, diœcesis Feltrensis, a nativitate contracta in anchis, ab utroque latere fortiter claudicabat. Restaurata sunt ossa ancharum cum dolore, et vadit recta. Testes pater ejus, et Symeon filius Andreæ de d. loco.

4 Marosteganus de Castro cucho, jam sunt V menses, dum vellet exire de quadam clausa, in via cecidit; propter quod sibi devastavit genu taliter, quod nullo modo ire poterat sine suffragio ferularum. Nunc vadit sine ipsis ferulis. Sanatus est. In sanatione sensit dolorem.

5 Maria, qu. Nicolai de Pomerio, jam sunt XXII menses, quod ex casu contracta et guttosa fuit in manu dextra, quam bene non poterat aperire, nec de ea se adjuvare. Liberata est in totum. In sanatione sensit dolorem. Testis Franciscus, qu. Joannis Marchese de d. loco; et Francisca, qu. Paschalis de d. loco.

6 Catharina, filia qu. Marci de Grigno, Episcopatus Feltrensis, cum esset trium annorum, cecidit de quadam scala, et læsa fuit in anchis, et præsertim in dextra, cujus os foris pungebat. Restaurata sunt ossa, et cum dolore; vadit recta, prius claudicabat fortiter. Testis Desiderata, mater ejus.

7 Maria, qu. Joannis de Viguntia, a nativitate contracta in anchis, et plus in sinistra, fortiter claudicabat ab utroque latere, et non poterat ponere calcaneum sinistrum in terra, cum ambulabat. Restaurata sunt ossa, et cum dolore; firmat calcaneum in terra cum alio, vadit recta. Testis Jacobina, mater ejus.

8 Stephanus, filius Joannis de Vanaxia de Calubrio, a nativitate contractus in ancha dextra, fortiter claudicabat, et foris pungebat os, nec poterat ponere calcaneum in terra. Restauratum est os, recte ponit calcaneum in terra æqualiter cum alio, et recte vadit. In sanatione sensit dolorem. Testis Zuvanus, frater Bartholomæi cæci.

9 Philippa, filia qu. Jacobelli de Viguntia, uxor Petri d. loci, a nativitate contracta in ancha sinistra, foris pungebat os, et fortiter claudicabat. Restauratum est os. Sanata est in totum. In sanatione sensit dolorem. Testis Jacobus, qu. Gerardi de Ploncha Paduæ; Dobzana, uxor qu. Benedicti de Carpone.

10 Almengarda, uxor Leonardi de Nervesia a XVI annis circiter percussa fuit a quodam super digitum pedis dexteri: ex qua percussione digiti pedis se in sursum revolverunt, nec ipsos ponere poterat directe in terra. Modo bene ponit. In sanatione sensit dolorem. Testis Jacobina, uxor Benedicti de Nervesia.

11 Antonius, filius Ognobeni de Valle Sugana, qui moratur in Aresio, a duobus annis circiter habebat in coxa super genu duas plagas, quæ continue emittebant putredinem, ex quibus fortiter claudicabat, nec poterat ire, raro sine juvamine baculi. Nunc sanata sunt vulnera, vadit recte, et sine baculo: in sanatione sensit dolorem.

12 Fontana, filia Socacere de Baxiano, a nativitate contracta in ancha sinistra, os anchæ foris pungebat; fortiter claudicabat. Restauratum est os ipsius anchæ, et vadit recta. In sanatione sensit dolorem.

Die Dominico, XXII *mensis Junii.*

1 India, filia Petri de Musolento, a nativitate contracta

A tracta in ancha sinistra, fortiter claudicabat. Sanata est. In sanatione doluit. Testes Lucia, mater ejus.

2 Maria, filia Petri de Mantellato de Fontanella, contracta in anchis a nativitate, ossa ancharum foris pungebat, ita quod fortiter claudicabat. Restaurata sunt ossa, et vadit recta. In sanatione sensit dolorem. Testes, d. pater ejus; Joannes de Fontanella, et Lazara, uxor d. Joannis.

3 Maria, quondam Petri de Servo, Episcopatus Feltrensis, jam sunt XI anni, quod cecidit sub uno plaustro, propter quod læsa fuit in ancha dextra, ita quod os foris pungebat, et fortiter claudicabat, nec poterat ponere calcaneum in terra. Nunc restauratum est os, ponit calcaneum in terra, vadit recta. In restauratione sensit dolorem. Testis Jacobina, uxor Jacobi de Servo diœcesis Feltrensis.

4 Leo, filius qu. Petri de Venetiis, de contrata S. Mariæ, ab uno anno circiter contractus in ancha dextra, ita quod os foris pungebat, fortiter clau-
B dicabat, et non poterat ponere calcaneum in terra. Sanatus est in totum.

5 Vendramina, qu. Henrici de Montefumo, a cunabulis circiter contracta in anchis, ita quod ossa foris pungebat, et fortiter claudicabat ab utroque latere: non poterat ponere calcaneum in terra. Sanata est in totum. In sanatione sensit dolorem.

Die Lunæ, XXIII *mensis Junii.*

1 Palmeria, qu. D. Jacobi de Padua de Zachis, cum esset mensium XVII, contracta fuit in ancha sinistra: os anchæ foris pungebat fortiter claudicabat, non poterat ponere calcaneum in terra. Restauratum est os, ponit calcaneum in terra, melius ambulat. In restauratione sensit dolorem. Testes Conradus qu. Ugonis de contrata S. Sophiæ de Padua; D. Phyna, uxor D. Antonii de Zachis.

2 Marchesina, filia Leonardi Magnoni Zopellaii de contrata S. Juliani de Venetiis, dum esset XVIII mensium contracta fuit in ancha dextra fortiter claudicabat. Modo vadit recta. In sanatione sensit dolorem. Testes, Symona, uxor Vinciguerræ de contrata S. Mariæ Formosæ; Avorderia,
C mater Jacobi Zopellaii de contrata S. Leonardi.

3 Benevenuta, qu. Bartholomæi de Petra-rubea, a XVI annis circiter guttosa in brachio et manu dextris; non bene poterat erigere brachium, nec manum aperire et claudere. Nunc autem elevat brachium, et manum aperit et claudit. In sanatione sensit dolorem. Testis Maria, mater ejus.

4 Lucarda, filia Jacobi de Brugerio, a nativitate contracta in anchis, fortiter claudicabat. Sanata est, et vadit recta. In sanatione sensit dolorem. Testis Jacozotus de Necte de d. loco.

5 Uliana, filia Michaelis de Pedenova, Feltrensis diœcesis, a cunabulis circiter contracta in anchis, os foris pungebat, fortiter claudicabat, non poterat ponere calcaneum in terra. Restauratum est os, vadit recta, ponit calcaneum in terra. In sanatione doluit. Testes Benevenuta ejus mater, et Jacoba filia Petri de contrata S. Stephani.

6 Gerardina, qu. Martini de Vidoro, a nativitate contracta in ancha dextra, habebat tibiam breviorem altera, ita quod fortiter claudicabat. Elongata est, et vadit recta. In sanatione sensit dolorem. Testis Ricabona ejus vicina.

7 Margarita, qu. Henrici de Tirali a II annis cir- D
citer guttosa in genibus, nec poterat stare in IX ACTIS NOTARII.
pedibus, et habebat ipsa genua retracta. Modo stat in pedibus, et genua directa. In sanatione sensit dolorem. Testes, Adelecta mater ejus, quæ moratur in contrata S. Moysis; et Albertus, manualis de contrata S. Cantiani.

8 Odorica, quondam Titiani de Villa Buschi, et uxor Bonacursi de Levada de ultra Plavim, ab uno anno circiter cecidit, et quoddam plaustrum surgi super eam; ex quo contracta fuit in ancha sinistra, nec poterat ire sine suffragio ferularum. Sanata est cum dolore.

9 Mabilia, filia Paris de Barbara, de villa Dobladis, a nativitate contracta in ancha dextra, os anchæ pungebat foris, fortiter claudicabat, nec poterat ponere calcaneum in terra. Restauratum est os anchæ, ponit calcaneum in terra directe cum alio, melius vadit. In sanatione sensit dolorem. Testes, dictus pater ejus, et Romanus qu. Joannis Grassine, barberii d. loci.

10 Vivaldus, qu. Arpolini de Fonto, ab infantia contractus in ancha dextra, ita quod os ipsius
anchæ foris pungebat et non ponebat calcaneum E
in terra: cum ambulabat, fortiter claudicabat. Restauratum est os, et melius vadit. Testis Tomazina, ejus consanguinea.

11 Bellaydossa, filia Tomazini, de Burgo Ausugi de valle Sugana, a nativitate contracta in ancha, ita quod foris pungebat ossa, fortiter claudicabat ab utroque latere. Restaurata sunt ossa cum dolore. Sanata est, et vadit recta.

12 Catharina, soror prædictæ Bellaydosse, ex eodem patre et ex eadem matre, contracta a nativitate, sicut prædicta soror ejus, fortiter claudicabat. Sanata est. Testis Jacoba, mater dictarum puellarum.

13 Catharina, filia quondam Nicolai de Padua de contrata S. Biasii, a nativitate contracta in ancha sinistra; fortiter claudicabat. Sanata est, et vadit recta. In sanatione sensit dolorem. Testis Florina, uxor Henrici de d. loco.

Die Martis, XXIV *mensis Junii.*

1 Margarita, filia Bonifacii de Girardino Paja de
Castro Guiberto, de Valle Drossoni Vicentini F
districtus, a nativitate contracta in ancha sinistra, fortiter claudicabat, et portabat pedem foris directe. Modo vadit recta, pes ejus erectus. In sanatione sensit dolorem. Testis Antonia mater ejus, et Mabilia quondam Vivani d. loci.

2 Joannes, filius Bartholomæi de Burso, a nativitate contractus et claudus, in genu sinistro claudicabat. Sanatus est. Testis dictus pater ejus.

3 Bona, quondam Marci de Ableno de valle Sugana, contracta in ancha sinistra, os anchæ pungebat foris, fortiter claudicabat, et erat contracta a IX mensibus circiter. Restauratum est os, vadit recta. In sanatione sensit dolorem. Testes Ognobenus qu. Alberti de d. loco, et Guannetus de Ableno.

4 Margarita, quondam Vinerii de Spercenico, et neptis Nigri de Spercenico, a nativitate contracta in ancha dextra; foris pungebat os anchæ, non poterat ponere calcaneum in terra, fortiter claudicabat. Restauratum est os anchæ cum dolore, ponit calcaneum in terra, melius ambulat.

5 Pelegrinus, filius Jacobi de Citadela, et moratur in Lona, jam sunt XII anni, quod habebat cicatricem

EX ACTIS NOTARII

A cicatricem in tibia sinistra juxta caviglam intrinsecus; ex qua exibat putredo continue, propter quod fortiter claudicabat. Sanatum est vulnus, et vadit rectus. Testis D. Aulvenus de Misen.

Die Mercurii, xxv *mensis Junii.*

1 Alegrenza, filia Dominici de plebe Calubrii, ab infantia contracta in anchis, foris pungebat ossa ancharum, fortiter claudicabat ab utroque latere. Restaurata sunt ossa, et cum dolore, et vadit recta. Testis Maria, ejus vicina.

Die Joris, xxvi *mensis Junii.*

1 Grasenda, filia Henselmi de contrata S. Trinitatis de Codalunga de Padua, a cunabulis circiter, propter quamdam infirmitatem, effecta fuit contracta et guttosa in anchis, ita quod ossa ancharum foris pungebat, fortiter claudicabat ab utroque latere. Restaurata sunt ossa ancharum cum dolore. Restauratum est et genu sinistrum, quod erat contractum, et vadit magis

B recta. Et d. puella, quæ est circa x annorum, hesterna die vidit (ut asserit) B. Henricum cum vestibus suis, apud Majestatem divinam cum B. Virgine Maria; quæ vestes videbantur sicut deauratæ. Vidit et ibi S. Augustinum, et S. Antonium de Padua; quibus omnibus Beata Virgo administrabat cibum et potum. Et B. Henricus dicebat d. puellæ; Ne timeas, quia bene liberaberis. Item dicebat et B. Henricus, quod diceret omnibus Presbyteris, quod deberent lætari et die noctuque ire per ecclesias, cantando, et orando; quia Jesus Christus propter hoc mitteret pacem in universum mundum precibus B. Henrici. Et prædicta dicebat d. puella, se vidisse et audivisse in majori ecclesia. Testes multitudines hominum et mulierum.

Die Veneris, xxvii *mensis Junii.*

1 Aldegarda, filia Viviani de contrata S. Crucis de Padua, a nativitate contracta in anchis, ita quod ossa foris pungebat, ab utroque latere fortiter claudicabat. Restaurata sunt ancharum ossa, et recta vadit. In sanatione sensit dolorem.

C Testes Rig. de Angolo Paduanæ diœcesis; Bellenda ejus avia, Antonia d. loci et d. diœcesis, Jacobus ejus avunculus.

2 Gufredus de Vicentia, qu. D. Jacobi de Gaigo, a nativitate contractus in genu, in crure, et in pede, taliter quod non poterat ponere calcaneum in terra, fortiter claudicabat. Modo restauratum est genu, ponit pedem et calcaneum in terra, et recte vadit. In sanatione sensit dolorem. Testes Bartholomæus de Vicentia, qu. Antonii de Monteradio, Petrus de Marostica Mastellarius, Boninus Calegarius, Floravantus qu. Magnaferri.

Die Sabbati xxviii *exeuntis Junii.*

1 Joannes, filius Antonii qu. Petri de S. Germano districtus Tarvisini, a pueritia circiter contractus in ancha sinistra, quia cecidit de quadam scala, fortiter claudicabat: cum dolore modo sanatus est, et vadit recte. Testis Carabona mater ejus, et Bonaventura qu. Florentii d. loci.

2 Lena, filia Francisci de Crespano, a cunabulis circiter contracta in ancha sinistra, ita quod foris pungebat, fortiter claudicabat. Restauratum est os, et vadit recta. In sanatione sensit dolorem. Testis Gisla, filia Joannis de Crespano; Dominicus, qui moratur cum Joanne de Manico. D

3 Henricus de Abrunchecet, Episcopatus Brixiensis, a festo Resurrectionis circiter turbatus in oculo, ita quod quasi nihil videbat, sicut haberet pannum lineum ante oculos; dum moveret se de domo sua, causa visitandi B. Henricum, credens et sperans impetrare gratiam luminis, meritis dicti Sancti. Ipso veniente occurrit ei quædam mulier, et obviavit ei inter villam Levegi, et Castrum Yvani Episcopatus Feltrensis, quæ mulier habebat aliquantulum sanguinis dicti B. Henrici: et in continenti restitutus est visui et sanitati, ita quod poneret filum per foramen acus, cum mulier tetigisset oculos dicti Henrici sanguine eodem, quem habebat in bombacino: et tamen ante raro cognoverat hominem a muliere. Testes, Conradinus de Clusa, Nicolaus quondam Luterii de Tridento.

4 Ubertus quondam Tixi de la Careta, de contrata de la Fossa de Vicentia, a xx annis circiter, propter quemdam equum, qui percussit eum cum pedibus in anchis, contractus in anchis, ita quod ossa foris pungebat, fortiter claudicabat ab utroque latere, et non poterat ponere calcaneum sinistrum in terra. Restaurata sunt ossa, et ponit calcaneum directum in terra cum alio, et vadit recte. In sanatione sensit dolorem. Testes, Januarius, Barberius a Portanova; Galvanus, Notarius de Maxone, de contrata S. Faustini de Vicentia: Gulielmus, qu. Græci, caligarius de Cargnano. E

Die Dominico penultimo Junii.

1 Jacobina, filia Jacobi de Vello Vicentinæ diœcesis, et nunc moratur Paduæ, a cunabulis contracta in brachio et manu sinistris, non poterat elevare brachium, nec aperire manum; nunc elevat brachium, et ducit quo vult; aperit manum et claudit, et cum ea se adjuvat libere, sicut cum alia. Item contracta erat in ancha sinistra, ita quod os foris pungebat; fortiter claudicabat, nec ire poterat sine suffragio baculi. Modo restauratum est os, d. anchæ, vadit magis recta, et absque suffragio baculi. Testis F Bonzaninus, tabernarius de Mantua, in cujus domo sanata est.

Die Lunæ ultimo mensis Junii.

1 Patavinus, qu. Paduani de Lunina, Paduanæ diœcesis, a nativitate contractus, et circiter xxviii annorum, numquam locutus fuit, sed faciebat signa, quando aliquid volebat. Modo loquitur omne verbum; et dicit quod in sanatione magnum dolorem sensit in corde et gutture, et dicit se sanatum precibus B. Henrici; cujus nomen primo protulit de ore suo, secundum nomen Virginis gloriosæ. Testes, dictus pater ejus; et Ricafina, soror dicti patris sui.

2 Malgarita, filia Jacomoti de portu Naoni, a nativitate contracta in anchis, fortiter claudicabat: cum ambulabat pungebat foris ossa, non poterat ponere calcaneum sinistrum in terra. Restaurata sunt ossa ancharum cum dolore: eundo firmat calcaneum in terra, et vadit magis recta. Testis, pater ejus; Maria, qu. Jacobi de Poneya. Jam sunt xxii anni quod contracta et guttosa erat in anchis, ita quod non poterat ambulare absque suffragio baculi. Sanata est, vadit sine baculo.

A baculo. In sanatione sensit dolorem. Testis Tomazinus ejus filius.

3 Malgarita, filia D. Jacobæ, quæ stat in contrata S. Andreæ, et neptis D. G. Petenele, a nativitate contracta in ancha dextra, non poterat quasi ire, fortiter claudicabat, os multum foris pungebat. Restauratum est os, et bene recta vadit. Testis Nicolaus, qu. Symeonis de Ripa; Lucia, qu. Michaelis de d. contrata; Nicolaus de Spignimbergo, de dicta contrata.

Die Martis, primo Julii.

1 Catharina, quondam Ferranti de Venegecudo, ab XI annis circiter contracta in ancha dextra, fortiter claudicabat, et tibia ipsius anchæ brevior erat altera. Nunc æqualis est cum alia: os dictæ anchæ foris pungebat, modo restauratum est, et vadit recta. Testes Malgarita, uxor Tarvisii qu. Cranzæ piscatoris, qui fuit de Tridento; et D. Humilitas, de contracta S. Dominici.

2 Bartholomæa, filia Pasqualini de Verona de B Muro-noxo, ab VIII annis circiter contracta in ancha dextra, fortiter claudicabat. Tibia ipsius anchæ erat brevior altera: nunc æqualis est cum alia. Calcaneum non poterat ponere in terra; modo bene ponit, et recta vadit.

3 Fulvius, qu. Gerardi de Monali de Forojulii, a Paschate Resurrectionis circiter, subito arreptus fuit a gravissima gutta a bragerio inferius, ita quod de anchis, coxis et tibiis nullo modo poterat se juvare, nec se per lectum volvere, nec aliquatenus ambulare sine suffragio ferularum. Hodie applicuit Tarvisium cum dictis ferulis: et dum vellet intrare ecclesiam majorem, per portam quæ est versus campanile, obviavit cuidam Sacerdoti, qui infirmis portabat corpus Christi. Et cum maxima pœna genibus flexis oravit Corpus Domini, et B. Henricum, quod deberet misericordiam suam facere omnibus languentibus et infirmis, et etiam ipsi. Et hoc dicto, continue surrexit leviter sine ferulis: et gratias agens Domino cœpit ambulare per ecclesiam, sanus et incolumis atque rectus. Testis Otisius, avunculus dicti. Flavii.

4 Malgarita, filia D. Dominici, qui est de Furnis de Florentina, a nativitate circiter contracta in C anchis, fortiter claudicabat: ossa ancharum foris pungebat. Restaurata sunt, et vadit recta, et libere sicut et aliquis. Non poterat ponere calcanea in terra, modo ponit. In sanatione sensit magnum dolorem. Testis Miliana, mater ejus; Flos, ejusdem Malgaritæ avia.

Die Mercurii, II Julii.

1 Almengarda, qu. Vincentii de Tegolo Vicentinæ diœcesis, contracta in ancha sinistra, non poterat ponere calcaneum in terra; modo ponit; os foris pungebat, modo restauratum est; pedem sinistrum revolutum habebat, nunc habet rectum; oculum sinistrum clausum habebat, nunc autem videt, et recta vadit. Testis ejus mater.

2 Henselmus, qu. Petri de Pheo de Castro-novo, ab VIII annis circiter fractus in schinali, quia ipso laborante cecidit de quadam arbore; portabat pedes obliquos, et cum tremore. Sanatus est in totum, et vadit rectus. In sanatione sensit dolorem. Testes Bonaventura quondam Mutii d. loci. Armerina filia Joannis d. loci.

Die Joris, III Julii. D

EX ACTIS NOTARII.

1 Michael, qu. Petri Grandi de Brazolo Paduanæ diœcesis, die Lunæ proxime præterito fuerunt octo dies, quod dum curreret supra quemdam equum, cecidit equus taliter, quod tibia dextra in ipso casu confracta fuit, et os ipsius tibiæ ultra confractum fuit. Et dum ligatus esset per quemdam medicum cum stellis et aliis opportunis; quæsivit licentiam ab ipso medico veniendi ad visitandum corpus B. Henrici, sperando in eo de sanatione. Et medicus dixit; Bene poterit te sanare; sed periculum est in eundo, propter confracturam ossis. Ille vero respondit: Penitus volo ire, quia spero in Deo et B. Henrico, quia eundo et stando, me juvabunt. Et arrepto itinere cum ferulis, applicuit ad civitatem Tarvisii, et intravit ecclesiam Tarvisinam majorem, ubi pernoctavit. Et hodie non sentiens dolorem in tibia, posuit ferulas super spalam, et potuit ambulare per Ecclesiam sanus et directus. Testis de restauratione ossis Magister Franciscus cirologus, qui tentavit ipsius tibiam E et os. Testis de infirmitate Dominicus, filius Jacobi de villa Bajoni Paduanæ diœcesis.

Die Veneris, IV Julii

1 Joannes, filius Marchesini de Verona, de Burgo S. Zeni, contractus in tibia dextra, propter quamdam infirmitatem, quam habuit in ipsa tibia, a tribus mensibus circiter, fortiter claudicabat, nec poterat ire sine suffragio baculi. Modo sanatus est in totum, et vadit rectus. Testis Marcus, filius Sixti de Verona.

2 D. Frater Joannes, Prior S. Mariæ de monte Sumano Vicentinæ diœcesis, a nativitate contractus in anchis, ossa foris pungebat, fortiter claudicabat ab utroque latere. Restaurata sunt ossa, vadit rectus. In sanatione sensit dolorem. Testis D. Archidiaconus Vicentinus, et D. Presbyter Jacobus, Mansionarius Vicentiæ.

3 Berta, qu. Bertoldi de Turcio Tortonicæ diœcesis, a IX annis circiter vexata a dæmone, cujus nomen Symothe; dum erat in ecclesia vel ante altare Dei, vel aliquo loco sancto, non poterat se signare; Pater noster, nec Ave Maria, nec orationem aliquam, quæ ad Deum pertineret, F dicere. Nunc autem, precibus et meritis beatissimi Henrici liberata est in totum: quia simpliciter ille maledictus dæmon, qui eam vexabat, exivit de corpore ipsius, et super d. Bertam nullam habet potestatem: per aurem sinistram exivit, prout confessa fuit præd. Berta. In sanatione sensit magnam rabiem et dolorem. Testis Odoricus, frater ipsius Bertæ.

Die Sabbati, V mensis Julii.

1 Aplens, qu. Henrici de Bolzano, a III annis et dimidio guttosus in brachio, et a tota parte sinistra, taliter quod non poterat brachium elevare ad caput, nec jacere super ipsa parte sinistra; Modo elevat brachium ad caput, et ducit quo vult, et bene jacet super d. parte sinistra. Et quia ab ipsa parte sinistra non poterat se adjuvare, a cunctis reputabatur tamquam ...... In sanatione sensit dolorem. Testes, Dominicus Gualterius, et Litoldus de Bolzano.

2 Benevenuta, qu. Viviani de Tumis de Sotiguda, a II annis circiter nullo modo poterat ambulare absque baculi suffragio; multum curvata

EX ACTIS NOTARII.

A ibat a parte anteriori. Nunc autem liberata est in totum, et recta vadit. In sanatione sensit dolorem.

3 Jacobina, filia Barbantini de Bragautino Vicentinæ diœcesis, a nativitate contracta in ambabus anchis, fortiter claudicabat ab utroque latere, ossa ancharum foris pungebat. Restaurata sunt, et recta vadit, precibus beatissimi Henrici. Testes Barbantinus ejus pater, et Gerardus de Vicentia ejus vicinus; Vincentius de Rogeriis, de contrata S. Martini de Vicentia.

APPENDIX

De elevatione corporis incorrupti.

Anno 1381, 10 Junii ostenditur corpus, adhuc integrum,

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Patris, et Filii et Spiritus sancti. Amen. MCCCLXXXI, Indictione IV, die Lunæ X mensis Junii, in hac ecclesia Tervisina, fuit ostensum solenniter B. Henrici corpus, membris totaliter integrum, ac miro et suavissimo odore repletum, et a populo divinis laudibus devotissime veneratum; numquam plus visum nec ostensum, a die depositionis ipsius in saxea aut marmorea arca sua citra. Qui quidem B. Henricus B obiit anno MCCCXV, populo Tervisino Tervisinæ civitati dominante et regente. Quo quidem MCCCLXXXI, die II mensis Maji, serenissimus Princeps et Dominus, D. Leopoldus Austriæ Dux dictam civitatem Tervisinam in dominium habuit a dominatione Venetiarum; quæ eamdem obtinuerat, ut fertur, per annos XLIII, menses V, dies XI; et quæ eamdem d. Domino Duci donavit, cum amplius retinere non posset, propter insuperabiles guerras, contra d. Dominationem Venetiarum et terras suas, factas in mari et in terra, per plures et plures annos, et usque ad diem et horam introitus d. Domini Ducis, videlicet per Regem Ungariæ Lodovicum nomine, deinde Marquardum Patriarcham Aquileiensem, et alios certos colligatos, et per Commune Januæ, et per D. Franciscum de Cararia Dominum Paduæ, omnium prædictorum ductorem. Et dicto tempore ostensionis prædictæ, præsidente in dicta Ecclesia in Sede Episcopali Rev. in Christo Patre et Domino D. Petro de Baono, per Dei gratiam et Apostolicæ Sedis, qui quidem d. Beatum viventem vidit, et multa miracula, quæ omnipotens Dominus, tempore mortis ejusdem Beati, meritis et precibus ipsius C potentialibus ostendit; et quæ quidem miracula frater ipsius Domini Episcopi, Magister Antonius nomine, tunc Notarius Domini Castellani Episcopi Tervisini, una cum ipso Domino Petro Episcopo, tunc temporis ipso Magistro Antonio juniore, scripsit de mandato prædicti Domini Castellani Episcopi, Canonicis et populo Tervisino instanter petentibus, et volentibus. D Et postmodum ipse Dominus Petrus, existens Episcopus, quamdam Legendam compilavit, et scribi fecit in libris magnis ecclesiæ ejusdem, cum miraculis, ut supra. Dein est per eosdem fratres scriptum de Beato præfato. Omnes igitur cognoscant, et firmiter credant, dictum corpus beatum, in dicta arca, circa medium ipsius Ecclesiæ Tervisinæ posita super quatuor columnis, reconditum esse; et prædicta omnia vera fuisse, et verum et optimum fuisse ipsius Domini Petri Episcopi testimonium; quia quæ vidit et scripsit, dixit, composuit atque narravit in omnibus præmissis, juxta illud verbum Evangelicum: Et qui vidit testimonium perhibuit etc. Quo quidem tempore ostensionis, reperti sunt Beneficiati in ipsa Ecclesia Venerabiles Domini et Clerici;

Leopoldo Austriæ Duce Tarvisium obtinente,

ac Petro de Baono Episcopatum gerente

Legendæ auctore; qui et miracula transcribi fecit.

Ostensum est autem corpus,

coram 39 Beneficiatis Tarvisinis.

Dominus Petrus Paulus Decanus, dicti Domini Petri Episcopi nepos.

D. Bithinus de Pergamo. Mauracenus de Venetiis.

Georgius de Baysio. Bartholomæus Centrego de Venetiis.

Georgius de Tervisio. Antonius et Pavinus fratres de Mestre.

Gasparinus Favacio de Venetiis. Bartholomæus de Eccello de Tervisio. E

Dominus Petrus de Cinchiis de Roma. Dominus Bartholomæus de Senis.

Dominus Joannes de Pontremolo, utriusque juris Doctor, Auditor Papæ Urbani VI.

Dominus Antonius de Lamone, Archidiaconus et Mansionarius.

Presbyter Pelegrinus, Vicarius perpetuus.

Presbyter Jacobus Bagatinus, Thesaurarius et Mansionarius.

Presbyter Joannes Matthæus, Magister scholæ et Mansionarius.

Victor Presbyter. Hendricus Presbyter. Zandonatus [Presbyter].

Presbyter Benevenutus, Mansionarius. Presbyter Thomasius.

Presbyter Hendricus Abbas. Presbyter Lazarus.

Presbyter Joannes Zuchetus. Presbyter Campus.

Presbyter Franciscus Fey. Presbyter Andreas. Presbyter Dominicus.

Presbyter Antonius. Presbyter Joannes de Picardia

Presbyter Franciscus de Ceneta. Presbyter Nicolaus.

Presbyter Zan-Franciscus de Alpago. Presbyter Zan-Franciscus de Serravalle. F

Jacobus Bonaldi. Presbyter Fredericus. Presbyter Candus, et Presbyter Marinus. Capellani præbendati.

DE BEATO BONAVENTURA

ORDINIS EREMITARUM S. AUGUSTINI

S. R. E. PRESB. CARD. TIT. S. CÆCILIÆ, ROMÆ

D. P.

Ex Alphabeto Augustiniano Thomæ de Herrera.

AN. MCCC-LXXXVIII

Unde hic relatus ad 10 Junii

Inter viros et feminas sanctitate illustres ad Ordinem prætitulatum spectantes, quos diligentissimus venerator monumentorum Augustinianorum Herrera digessit serie Alphabetica, sub littera B *occurrit* B. Bonaventura de Paraga Patavinus. *Hunc ad præsentem diem referendi auctor nobis est Georgius Garnefelt Carthusianus, ex Onuphrio Panvinio referens* obiisse eum die x Junii. *Non est quidem mihi ad manum Garneseltii istius Appendix ad Vitas B. Nicolai Albergati, Cardinalis et Episcopi Bononiensis : sed cum in Præfatione ad Lectorem lego, quod in ista Appendice ipse secundo loco adjunxit* Cardinales quosdam sanctitate conspicuos *: minime cunctanter credo Herreræ, ipsum istic de* Bonaventura *agere, itaque de*

die

A *die et anno mortis sentire. Habuit ea mors aliquam martyrii speciem, ut infra apparebit : sed cum ea nondum sit Ecclesiæ judicio vindicata ut talis, laudo Herreram, isto titulo abstinentem ; eoque libentius adscribo titulum* Beati, *tum ex perpetuo (ut ille asserit) usu Ordinis, tum ex hoc capite, quod (sicut idem ait)* hujus *tituli* monumentum durat adhuc *(durabat, inquam, cum ille scriberet, nunc enim nusquam apparere, intelligo)* in veteri quodam Pontificum Sacello in Palatio Vaticano, in quo Bonaventuræ nostri effigies radiis Beatorum coruscat, et titulo Beati ab ipso fere mortis tempore honestatur.

et titulus Beati quo jure nixus ;

2 *Invenio apud eumdem Herreram, littera* D *inter Ministros Pontificum, pro anno* MCCCXCI, Dietricum de Nuremberga, Pontificium Capellanum : *nam ab antiquissima memoria munus istud apud Ordinem Augustinianum manet : ipsumque hodie gerit, ex Belgio nostro accersitus, Eximius P. Mag. Petrus Lambertus Ledrou, Sacræ Facultatis Theologicæ in Academia Lovaniensi Magister-Regens, publicus Sacrarum in Romana Sapientia Scripturarum Interpres, Apostolicus studiorum de propaganda fide præfectus, ac Provinciæ suæ Flandro-Belgicæ nuper Provincialis, nunc Episcopus Porphyriensis. Istius ergo Dietrici cura, videri posset ex sensu Onuphrii sic pictus dicto loco* B. Bonaventura, *sub oculis ipsius Pontificis Bonifacii scilicet Papæ IX, quod Beatificationis expressæ vim haberet. Verum ex Francisci Taurisii libro de Cryptis Vaticanis pag.* 380 *discimus* Joannem Angelicum *Dominicanum de quo plura ad Vitam B. Joannis Dominici infra, accersitum fuisse ad istius sacelli picturas faciendas, a Nicolao Papa V, cujus Pontificis nomen subscriptum legitur tabulæ, a Gregorio XIII instaurari jussæ : et consilium* Bonaventuræ *sic ibi pingendo cum Sanctis, Stephano, Laurentio, Evangelistis quatuor, Augustino, Nicolao, Silvestro, Gregorio ac Thoma Aquinate, suggessisse potuit vel* Joannes Petri *(si hic Nicolai Capellanus fuit, sicut fuisse scitur proxime succedentis Callisti III) vel* Franciscus Pauli, *qui, teste apud Herreram Possevino, ipsi Nicolao fuit a Concionibus sacris. Neque* Beati *titulo, in favorem* Bonaventuræ *usurpando, videtur debere officere, quod* pium ejus cadaver, absque ullo prorsus cultu, jacet in ecclesia S. Augustini de urbe, in sacello B. Nicolai Tolentini ; *quodque in elogio versibus adscripto non addatur Beatitatis titulus. Etenim ecclesia S. Augustini, quæ nunc cernitur, primum condi cœpit anno* MCCCCLXX ; *ad eam ... translatum*

B

ut talis videtur in sacello Papali pictus,

curante Augustiniano, illius Præfecto,

sub Nicolao V circa 1450

C *postea est corpus ex parva S. Triphonis ecclesia, Eremitis ab Honorio IV concessa sub annum* MCCLXXXV. *Ibi, ut ait Ciacconius, sepultus* Bonaventura *fuit,* pilo marmoreo cum ejus insignibus, effigie et inscriptione, *sculptis ipso (ut ego quidem existimo) anno mortis ; prius saltem quam* Beatum *vocari Pontifex aliquis expresse vel tacite annuisset. Habeo autem etiam libellum iconum, Martyres Eremitani Ordinis sculptio eleganti repræsentantium, et Leodii curatum anno* MDCXII *per Fr. Georgium Maigretium : ubi, post Martyres Afros seculi* V, *adscriptos Ordini velut S. Augustini discipulos, primus exprimitur* B. Bonaventura, *cum Palma et Diademate.*

Icones,

3 *Monumentum illud, in quo sepultum primitus corpus fuit, in novam S. Augustini ecclesiam, una cum ipso corpore translatum dicerem, si insignium et effigiei meminissent qui Epitaphium istud, quod apud Herreram legitur, describunt et monumento inscriptum fuisse putant : hoc autem rude ac tale est.*

tumba,

Hic Bonaventura est (qui doctus dogmate sacro,
Augustine, tuis Eremis jam præfuit orbis)
Padua provectus ad solium Cardinis. Inde
Anno milleno, decies septemque, triceno,
Additis bis novem Christi, requievit in Urbe.
Cives Cœli, animam; tu possides ossa, sepulcrum.

et Epitaphium

Ita lectum Epitaphium nullam habet difficultatem ; D *significat enim obiisse* Bonaventuram *anno* MCCCLXXXVIII : *sed quia Herrera, ex eoque Oldoinus, ubi ego scripsi* bis *(ex vero, ut reor) legerunt scripseruntque* his, *itaque inveniebant annum* MCCCCLXXIX ; *hunc certum obitus annum esse censuit Oldoinus, licet sententiam retractasset Herrera ; cum invenisset subscripsisse* Bonaventuram *anno* MCCCLXXXI *die* I *Junii Bullæ Urbani VI, de investitura regni Siciliæ, in favorem Caroli Regis, hoc modo :* Fr. Bonaventura, Presbyter Card. tit. S. Cæciliæ. *Hoc argumento motus Herrera, nullum annum definit : solum,* quanto *ille* tempore supervixerit, incertum *sibi esse, ait (cum sint qui notent annum Christi* MCCCLXXXVI, LXXXIX, XC *et* XCVI) *nihil hæsitaturus, si unius litterulæ vitium subolfecisset.*

AUCTORE D. P.

ex quo habetur obitus an. 1388

4 *Annum ab istis omnibus diversum, scilicet* MCCCLXXXV *notaverunt, qui inferiorem porticum Augustiniani cœnobii hoc nostro seculo, certe post editum anno* **1601** *Ciacconium, curarunt picturis Sanctorum Ordinis condecorandum. Ibi enim, ut in Additionibus ad Ciacconium scribit Augustinus Oldoinus noster,* aspicis optimi Cardinalis imaginem, palmam manu tenentem, *cum sequenti elogio* B. Bonaventura Patavinus, Generalis Magister et Cardinalis, dum ecclesiasticam libertatem Romæ tueretur, sagitta confossus, pro Christi gloria, supremum in terris diem gloriosissime conclusit, anno MCCCLXXXV. *Legerant, credo, in Chronica Josephi Pamphili, Signini Episcopi, tali anno creatum Cardinalem : et in Ciacconio,* haud longe post *defunctum. Sed Cardinalem citius creatum Bonaventuram, convincit, non solum subscriptio præcitata anni* MCCCLXXXI ; *sed etiam S. Catharina Senensis, uno anno citius ad cælos translata : cujus tamen extat Epistola* XXXI *scripta* Domino Bonaventuræ de Padua, Cardinali Ordinis S. Augustini, Florentiæ *degenti. Erat ergo jam pridem Cardinalis* Bonaventura.

quamvis alii alium notent,

E

5 *Hic, ut passim habent, qui ejus meminerunt, fuit nobili* familia Baduariade Peraga *apud Patavinos* natus, die lunæ, XVII Junii, anno MCCCXXXII ; in primo autem ætatis flore Augustini miles effectus, pares doctrinæ et probitatis progressus fecit. Inter novem insignes Doctores de mandato Innocentii VI vocatus, ad erigendam Facultatis Theologicæ scholam in Academia Bononiensi, loco licet octavo, electus fuit anno MCCCLXII. *In hoc fortassis prælatus fratri suo* Bonsemblanti, *quem in ætatis flore et adhuc recenti laurea doctorali vernantem, anno* MCCCLXIX, *die* XXVIII *Octobris, e vivis sublatum legimus.* In hujus funere Petrarcha ad ipsum Bonaventuram litteras consolatorias dedit ; *vicemque hic reddidit, quando* in exequiis Petrarchæ, defuncti anno MCCCLXXIV, die XVIII Julii, pro rostris oravit. *Idem* perpetuo inculpatæ vitæ tenore, litterarum eruditioni suffragante, per omnes honorum gradus ad summum Ordinis sui Magistratum ascendit. Mortuo enim Ordinis Magistro, Guidone de Bello-reguardo, Provinciæ Lombardiæ majoribus Comitiis Veronæ in Venetis congregatis ; ipse omnium Patrum suffragiis, XVI Kal. Junii MCCCLXXVIII, decimo octavo loco, et suffectus est, et Ordini summa cum laude præfuit annis VIII.

An. 1332 *nobiliter natus Patavii,*

F

dixit anno 1374 *in funere Petrarchæ.*

6 Cum autem vir in omni disciplinarum genere doctissimus, et tam scribendo quam docendo exercitatus esset ; multa scripsit, in quibus Sermonum de tempore et de Sanctis libri tantum duo supersunt. *Ita Ciacconius : sed multo plura nominat, nescio an etiam superesse invenerit, novissimus Ciacconii locupletator Oldoinus,* Commentarios in libros Sententiarum, Meditationes in Vitam Christi, Speculum Mariæ, Vitas Sanctorum, Commentaria in epistolas Jacobi et Joannis ; Ternarium sive primum bonum de regimine conscientiæ ; Breviloquium, in quo

libros postea plures scripsit

quo subtilissimo modo Theologico, a prima causa ad suos effectus progreditur. *Primos nominatos libros duos etiam novit Abbas Trithemius, in libro de Scriptoribus, ubi dicit, quod* Bonaventura *fuerit*, in divinis Scripturis eruditus, et sæcularium litterarum non ignarus; ingenio promptus et clarus eloquio; non minus conversatione quam scientia reverendus: *sed erravit Trithemius vehementer in tempore, scribens quod* Bonaventura *prædictus* claruit sub Ludovico Imperatore IV, anno MCCCXX; *tunc enim necdum natus erat* Bonaventura; *et si quidem Ludovicus Austriacus intelligatur, electus anno* MCCCXIV, *contra Ludovicum Bavarum, qui diutius vixit, dictum V, etiam Ludovicus Imperator obierat prius, quam idem* Bonaventura *veniret in lucem.*

primus deinde Cardinalis sui Ordinis factus,

7 Primus *fuit, ut Pamphilus ait,* qui ex Ordine Augustiniano et civitate Patavina, ad Cardinalatus dignitatem assumptus fuerit, *idque ab Urbano Papa VI*, cujus, *inquit Ciacconius*, in schismate partes secutus fuerat, *et quidem* virtutis ergo, absens ac tale nihil cogitans. *Factum id est anno, non* MCCCLXXXV, *ut Pamphilus censuit; neque præcedenti, ut Ciacconius; sed prima vel secunda creatione anno* MCCCLXXVIII *vel* IX. *De S.* Bonaventura, *Ordinis Minorum similiter Generali Ministro, in Feriis Pentecostalibus anni* MCCLXXIII *creato Cardinali, scribit Waddingi Epitomator Haroldus, ad initium sequentis anni quo obiit, voluisse Pontificem, ut* penes ipsum remaneret gubernium Religionis usque ad proxima Comitia. *Et multo magis in hoc, quo de agimus* Bonaventura, *Generali Augustinianorum, valere debuit Papa Urbanus, propter schisma tunc fervens, per quod impossibile erat, alium eligere ab eo, qui jam pridem consensu totius Ordinis electus fuerat, cujus ubique vigeret auctoritas. Et hoc videtur sensisse Josephus Pamphilus, quando scripsit, quod* anno Christi MCCCLXXXV Synodus coacta est Strigoniæ in Hungaria, XIV Kal. Junii, in qua Prior Generalis electus fuit Ptolomæus Venetus, qui præfuit annis XV: *et addit idem Pamphilus* Schisma, in Ecclesia Romana hoc tempore exortum, effecit, ut contra leges Ordinis Comitia in hoc usque tempus dilata fuerint. *Sed male existimavit, non prius factum Cardinalem* Bonaventuram, *quam magistratu absolveretur.*

cum esset ejusdem Generalis,

propter jura ecclesiæ

8 *Porro Ciacconius elogium ejus sic prosequitur.* Cum ecclesiasticæ libertatis unicus assertor et patronus esset; ortis inter eum et Franciscum Carrariensem Patavinum Regulum, ob jus ecclesiasticum, simultatibus; impiis Principis conatibus constantissime se opposuit. Quare Carrariensis iratus, clam per occultos sicarios egit (sic enim omnes suspicati sunt) ut tantæ virtutis vir Romæ, dum Pontem Ælium transiens, ad basilicam Vaticanam ire pergeret, sagitta ab incerto emissa inhumaniter transfixus, nefarie interficeretur: ita occulte, ut neque de homicidio, neque de tanti sceleris auctore, quidquam unquam certi sciri potuerit. *Hanc rem his verbis brevissime commemorat lib.* I *de Cardinalibus Paulus Cortesius:* Nec minus acute Bonaventura Patavinus, est in sententiarum selectu enodando versatus; qui reipublicæ tuendæ causa est a Patavino tyranno confixus. *Et alibi sic scribit:* Hic doctrinæ sanctitatem adjecit, ut pro Martyre fere colatur, a Carrariensi Principe sagitta confixus, cum Ecclesiæ libertatem contra tyrannos tueretur.

missa ex occulto sagitta confixus,

fere pro Martyre colebatur,

9 *Floruit Paulus Cortesius sub Julio II anno* MDII. *Diu dein post hunc sæculo vixit et scripsit opus suum, de Antiquitate urbis Patavii et claris ejus civibus, Bernardinus Scardeonius, Canonicus Patavinus: qui lib.* 2 *classe* 7 *cum* Bonsemblantem *laudans, Petrarchæ de eo ad* Bonaventuram *verba adduxisset, et cum eodem exclamasset:* Felix Patavium, ubi geniti estis et nutriti! *asserit; quod ille,* judicio bonorum, ob sanctitatem vitæ, ita inter Beatos adnumerari potest, ut Bonaventura ejus frater inter Martyres. *Ad hunc deinde, stylum flectens, primus ea omnia narrat, quæ jam, ex ipso verbotenus sumpta, dedimus ex Ciacconio, quoad vitam ac mortem: elogium denique sic concludit.* Hic Francisco Petrarchæ fuit arctissima familiaritate, et similitudine morum, litterarum etiam studiorumque conjunctissimus. Quocirca cum idem Petrarcha diem clausisset extremum, Bonaventura noster, nondum ad supremos honores promotus, in præclarissimo et frequentissimo illius funere, in collibus Euganeis peracto, in Arquadi vico, quo et Episcopus cum Clero, et Princeps Carrariensis, et universa Academia, et tota fere Patavina civitas, ad justa ei honorificentissime solvenda convenerat; funebrem orationem habuit luculentissimam, tanto sane Poeta, et tanta eruditissimorum virorum frequentia et expectatione, dignissimam.

sicut Bonsemblantes ejus frater, fere pro Sancto

10 Hunc autem multa scripsisse credere par est.... verum, ut sæpe accidit, vel imperfecta ob improvisam mortem manserunt; vel, cum longe a patria versaretur, in tanta rerum perturbatione, ab extraneis direpta ac prorsus deperdita fuerunt. Attamen audivi apud quosdam extare ejusdem orationes elegantissimas. *Ad familiam quod attinet;* olim e nobilissima et præclarissima gente Paduaria, at tunc dicta de Peraga, natum *ait: postea vero lib.* 3 *classe* 14, *quæ est de claris mulieribus Patavinis, ubi Balzanellam Peragrinam laudat, Marino Baduario Patricio Veneto nuptam:* Ex hac, *inquit*, muliere orta est pulcherrima illa proles, quæ aliquamdiu Patavii commorata, antiquato fere Baduario cognomine, a Peraga vico Patavino, Peraghina a cunctis dicebatur; unde Bonaventura Cardinalis, et alii insignes viri, de quibus supra, orti sunt. Idem cognomentum adhuc in sepulcris illustrium illorum ex duabus familiis conjunctum legitur, ut dicantur ubique Baduarii de Peraga. Plura si suggerant scriptores Ordinis, libenter dabimus.

Nobilitas familiæ, unde ambo nati.

DE B. JOANNE DOMINICI

DICTO ARCHIEPISCOPO RAGUSINO

S. R. E. PRESB. CARDINALI TIT. S. SIXTI

ORDINIS PRÆDICATORUM, BUDÆ IN HUNGARIA

D. P.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

De ejus vita, Beatitatis titulo, die atque anno mortis.

ANNO MCCCCXIX

Vita a Fr. Joanne Caroli scripta,

Inter studiorum nostrorum fautores, quos anno* MDCLXI *Florentiæ constituti, nacti sumus etiam adjutores, non postremus meretur nominari Franciscus Redi, Patritius Aretinus, professione Medicus, idemque ob Hetruscæ Latinæque linguæ cultu istic tunc æstimatissimus, quod et opuscula nonnulla deinceps edita comprobarunt. Hic nostrum in transcribendis Sanctorum Actis laborem sublevaturus, tum alia*

A *alia quædam nobis scribi fecit ex Bibliotheca Laurentiana, tum ex MS. Conventus S. Mariæ Novellæ Ordinis Prædicatorum prolixum tractatum; cui titulus,* Fr. Joannis Caroli Florentini, Ordinis Prædicatorum, Vita Fr. Joannis Ragusini Antistitis, ac S. Sixti Titulo Cardinalis: *et ex observatione posita num. 78 intelligitur, scripta ante annum* MCCCCLXXXIV. *Hanc deinde excusam reperimus, sed Præfatione et longioribus quibusdam digressionibus mutilam, in libro de Viris illustribus dicti Ordinis, sub nota anni* MDXVII. *Utrobique legitur,* ad ejus venerabile corpus, *sepultum* ad templum Fratrum S. Pauli primi Eremitæ in suburbano civitatis Budæ, prodigia fieri multa; plurimasque ibi imagines adstare, prodigiorum testimonia referentes, quæ meritis hujus viri fideles sunt consecuti. *Hinc pridem me cupido incessit discendi; primum, an alicubi extarent in Italia cultus veteris indicia: nec enim apud Scriptores Ordinis, nisi quosdam recentiores, videbam usurpari titulum* Beati. *deinde, ad quem diem esset referenda Vita tam præclara: nec enim dies mortis exprimebatur sicuti declaravi ad Vitam S. Antonini, ab eodem recepti ad Ordinem, cap. 1 Annot. c.*

ante annum 1484,

cum indicio cultus apud Budam.

2 *Utriusque voti compotem me fecit insignis diligentia Fr. Mag. Raphaelis Badii, in eodem S. Ma-* B *riæ Novellæ Conventu ad nostrum auxilium propensissimi. Hic primum ex Fæsulano Conventu, qui* Joannem Dominici *fundatorem agnoscit, habere me fecit effigiem illius, radiato, ut Sancti solent, capite, pictam supra portam, quæ a claustro in hortum ducit, ab anno circiter* MDLX: *meque præsumere voluit, illius Conventus Patres, cum exprimendam ibi curarunt, fuisse secutos vetustius aliud exemplum. Sed cum ipsemet opinionem eo deposuit, quando in claustro conventus S. Marci, aliam longe vetustiorem vidit, quæ manu ejusdem pictoris expressa majorem præ se ferret veræ effigiei speciem, qualem noster chalcographus formavit hic subtus, ex delineatione inde huc missa.*

imagines cum titulo Beati Fesulis;

et Florentiæ vera effigies,

3 *Ectypi veritati attestabatur is qui ipsam exceperat pictor, his verbis:* Ego Dominicus qu. Taddei Baldini, civis et pictor Florentinus, per præsens scriptum testor, verum fuisse et esse, quod consistens ex opposito effigiei B. Joannis Dominici de Florentia, Cardinalis Dominicani, exemplum hic adjunctum sumpserim ex originali, quod inveni ex adverso portæ capitularis in conventu S. Marci Florentiæ, positum in primo claustro manu B. Joannis Angelici, quemadmodum et Crucifixus et C reliquæ effigies, ibidem depictæ intra orbiculos concatenatos, tamquam folia unius arboris, explicantis Sanctos et Beatos Dominicanos; quemadmodum refert Eques Georgius Lasali in Vita B. Joannis Angelici: idque feci ad instantiam et preces P. Mag. Raphaelis Badii, coram infrascriptis ibidem præsentibus: quemadmodum manu propria affirmo. *Quod idem affirmant; ut testes de visu, primum ipse* P. Mag. Raphael, *tum* Fr. Mauritius Mazzeti, D. Cajetanus Gadini Presbyter Ferrariensis, et Damianus Georgii Clericus Florentinus. *Desunt huic effigiei radii: sed non deerat nomen cum titulo Beatitatis, intra ipsum orbem litteris satis rudius expressis formatum, supra humeros, infra Galerum ex utraque parte Capitis pro quo Crucem signo:*

cujus fidele ectypon hic datur

Eam pinxit B. Joannes Angelicus

B-ꝰ JOAN. ✠ DOMIN.ꝰ
DE FLOREN. CARDL.

quibus characteribus, tali loco sic exprimendis, abstinere chalcographum malui, et titulum paulo aliter digestum sic exprimere, ut etiam extra librum nostrum servire icon possit. Eccum ipsam.

D



B. IO. DOMINICVS DE FLORENTIA
S. R. E. Card. Ep. Ragus. Ord. Prædic.
ex Prototypo B. Jo. Angelici ad S. Marci
Kotr Caust Sculp.

E

4 *In Vita num. 31 nominantur aliquot insigniores* B. Joannis *discipuli, qui ejus studio meruit, in* nostra *Dominicana* Religione præsertim, maximo fuerunt et miseris et universæ Ecclesiæ Dei adjumento, *inter quos secundus et ultimus* Joannes, pictor egregius, *hac utique arte potius quam doctrina notus.* Erat enim Joannes, vir honestus ac simplicissimus, *adeoque Eugenio Papæ IV carissimus, ut scribit E[illegible] Lippus in Vita S. Antonini, edita anno* MDLXXI, *ubi in Appendice nostra inde sumpta num. 1 narratur, promoto Pontifici, seligendo de Episcopo Florentinis ducto, S. Antoninum suggessisse* *Pictor iste. Eadem is gratia valuit apud Eugenii successorem Nicolaum V, cujus jussu in Vaticani Palatii sacello inter alios, B. Bonaventuram Cardinalem pinxit, de quo supra. De eo, tamquam ex Fæsulani Conventus monumentis, suggerit Badius, quod* Anno MCCCCVII Fr. Joannes Petri de Mugello, optimus pictor, qui multas tabulas et parietes in diversis locis pinxit, accepit habitum Clericorum in hoc *Fæsulano* Conventu. *Idem Badius interrogatus, quo anno pictum exornatumve sit claustrum S. Marci prædictum; respondit,* id factum videri post annum MCCCCXXXVII, *quando [illegible] ab* XVIII *annis obierat* Joannes Dominici; *tunc enim primum absoluta fuit domus et [illegible] fabrica, sumptibus Cosmi et Laurentii Medicæorum fratrum; certe ante annum* MCCCCXLV, *quo Romam* Joannes *migravit; ab artis præstantia et morum innocentia, cognominatus vulgo* Angelicus, *et defunctus anno* MCCCCLV, *atque sepultus supra Minervam in marmoreo sepulcro cum effigie; passim etiam* Beatus *dictus, sed absque ullo quod sciatur cultu. Est qui* XI *Feb. mortuum dicat, ætatis anno* LXVIII, *atque hoc epigramma ei positum recitat*

illius discipulus,

Pontificibus carus,

circa annum 1437,

F

defunctus an. 14..

Non mihi sit laudi, quod eram velut alter Apelles;
Sed quod lucra tuis omnia, Christe, dabam.
Altera nam terris opera extant, altera cælis,
Urbs me Joannem Flos tulit Etruriæ.

5 *Hujus ergo pictura, adeo parum post mortem* Joannis Cardinalis *facta; juncta testimonio miraculorum Budæ patratorum, et cultus sepulcro exhibiti, quamdiu res ibi Christiana stetit, sufficere videntur ut illi in hoc opere locus detur; et Fratrum Florentinorum ac Fæsulanorum negligentiæ esse imputandum, quod nulla ejus rei distinctior notitia habeatur, ne dies quidem quo suus olim Pater ac Fundator obiit. Excusationem tamen nonnullam habet negligentia talis ex eo, quod Budensem*

Cultus a Turcis an. 1541 Budæ.

A *densem civitatem sui juris Turcæ fecerint anno* MCCCCXLI, *et ecclesiam S. Pauli suburbanam paulatim, non tantum desolari, sed etiam funditus everti necesse fuerit, obsidione multiplici Christianorum, recuperare illam frustra conantium. Interim crediderim in urbem ablatum corpus ad ecclesiam majorem; itaque factum ut in Florentini conventus Necrologio dicatur requiescere in illa, et absque mentione prioris loci. In hoc durabat tamen adhuc cultus aliquis cum scriberetur Vita, sicut vidimus: scribebatur autem illa ante finem seculi* XV, *ut supra docui, licet Auctor, teste Ambrosio de Altamura in Bibliotheca Dominicana, solum obierit anno* MDIII. *Referebant autem, qui, post receptam anno* MDCLXXXVI *feliciter Budam, Romam ad Capitulum Generale veniebant ex Hungaria Fratres; referebant, inquam, velut ex incolarum traditione, quod Turcæ, qui loco movere volebant venerabile istud corpus, cæcitate percussi sint, ideoque ipsum quidem ubi habebatur reliquerint, sed everso desuper muro obruerint, ut memoriam ejus delerent; quam utinam eo retecto dignetur Deus instaurare!*

perseverat cultus in suburbana ecclesia reliquo seculo;

postea occultato corpore abolitus,

6 *Dominicus Maria Marchesius, postea Episcopus Puteolanus, in Diario Sanctorum sui Ordinis Neapoli Italice scripto, Vitam daturus, elegit* XIX *Martii, ex Gallico quodam (ut mihi scripsit) suorum Kalendario:* B *sed qui Diarium istud Gallica lingua donarunt, Ambianis excudendum, videntur Marchesium voluisse corrigere, detracto Denario, et* IX *Martii substituendo: sed neutrius diei apparet aliquod fundamentum. Malim igitur adhærere huic* X *Junii, quod mors ejus collocatur in quodam brevi Chronico seu Summario post Ordinis Constitutiones, Romæ excuso ad annum* MDLXVI, *unde mihi Badius hæc verba transcripsit:* Fr. Joannes Dominici Florentinus Tuscus, ex Provincia Romana, ignobilibus parentibus ortus, ex Ordine Prædicatorum de observantia, eximiusque concionator; fuit quondam Prior in conventu S. Mariæ Novellæ, post Provincialis Provinciæ Romanæ: a populo Florentino optimus omnium existimatus, et propterea Pisas ad Gregorium Papam XII missus, ut eum hortaretur ad Ecclesiæ unionem, quæ tunc maximo schismate laborabat. A quo sane Pontifice Lucæ in Tuscia primus Archiepiscopus Ragusinus, et Presbyter Cardinalis tituli S. Sixti, anno MCCCCVIII mense Junio, cum aliis tribus renuntiatus fuit: verum numquam pro Cardinali habitus est, usque ad Concilii Constantiensis tempora, a quo in numerum Cardinalium, ob spontaneam Gregorii XII cessionem receptus, creationi Martini V interfuit. C Cumque ab eo totius Germaniæ Legatus Apostolicæ Sedis factus fuisset, Budam in Hungariam accedens, ibidem sanctissime obiit, anno Domini MCCCCXIX, IV Idus Junii, Cardinalatus anno XII. Cadaver Budæ in Ecclesia Fratrum Eremitarum S. Pauli primi Eremitæ honorifice conditum est. *Interrogatus a me Badius, a quo et quando Elogium istud conditum crederet, primum respondit; Summarii prædicti auctorem haberi* Felicem de Castel-franco, *cui prædicta editio Constitutionum anno* MDLXVI *commissa fuit, cum postea apud Altamuram legisset, Summarium istud majori ex parte exceptum ex Brevi Chronico Ordinis, quod scripsit coævus* Joanni Cardinali *Jacobus de Susato Coloniensis, idem qui anno* MCCCCXV *sacro Inquisitionis officio functus in Germania est; maluit huic ipsum adscribi. Verum probandum prius nobis foret, Jacobum* Joanni *superfuisse, atque post ejus obitum scripsisse.*

sunt qui 19 et 9 Martii mortuum statuant

Veresimilius tenetur 10 Junii,

juxta elogium Constitutionibus Ordinis subjunctum

et annus 1419

Elogium istud videtur compositum anno 1466

7 *Prolixius elogium scripsit Fr. Modestus Biliottus, in Chronico Conventus S. Mariæ Novellæ, quod anno* MDLXXXVI *collegit; sed hoc omisso, malo transcribere quæ nobis de suo Magistro tradidit S. Antoninus, parte 3 Histor. tit. 25 cap.* 11 § 3, *ubi quod in impressis legatur* Joannes *obiisse anno Domini* MCCCCVIII, D *errore typothetico factum manifeste apparet; supplendus ergo denarius, qui exciderat. Et quoniam istius seculi anno* XVIII, VI Idus Julii, *expedita primum Bulla fuit, cum qua Legati Apostolici munus demandatum* Joanni *est a Martino Papa; pro certo habeo melius fecisse eos, qui unum alterumve annum addendum putaverunt. Finiat ergo hunc Prævium Commentarium Ugolinus Verinus, nobilis eodem* XV *seculo Florentiæ Poeta, de* Joanne Dominici *sic canens:*

aliud anni 1386 indicatur.

Apud S. Antoninum corrigendus annus mortis;

> Dominici plebæ domus, splendore Joannis
> Emicat illustris, vitæ probitate vel ipsa
> Doctrina insignis; morisque exemplar honesti;
> Dominici sancti Fæsulanam condidit ædem,
> Cardineumque apicem sola virtute recepit.

Quibus aliisque, et imprimis a Martino Papa et S. Antonino laudatoribus, refutata, manet maledicentissimi Poggii gravis censura, in nuper protracto ad lucem dialogo de Hypocritis sui temporis, annumerantis iisdem Joannem Dominici, *quem et ipse ante Cardinalatum maximi fecerat; tum vero eodem insectabatur spiritu, quo Gregorium, a quo* Joannes *promotus fuerat.*

interim ex eo aliisque refutantur, qui hypocrisis Joannem damnant.

Nov 19

ELOGIUM

Ex S. Antonino Beati Discipulo,

E

Parte 3 Historiarum tit. 23 cap. 11 § 3.

Ingratitudinis argui possem; si oblitus invenirer illius magnifici et per omnia laudabilis viri, qui me attraxit suæ doctrina prædicationis ad Religionem *(Dominicanam)*, de qua sermo extat: *toto enim Titulo* XXIII *agitur* de Origine et confirmatione Ordinis, prædicatione et conversatione sanctorum Patrum Ordinis ejusdem. *Pergit Antoninus:* Dominum dico Fr. Joannem *a* Dominici de Florentia, Cardinalem Ragusinum: qui ultra dignitatem eximiam scientiæ et sapientiæ, sermone ac morum sanctitate effulsit in Ecclesia Dei. Hic in adolescentia sua, XVIII *b* ætatis annum agens vel circa, Ordinem ingressus est Fratrum Prædicatorum, litterarum non *c* [valde] gnarus, sed egregiæ indolis: qui otia horrens, totum se studio lectionum tradidit, somni tempus vigiliis occupando. Et quia memoriæ erat tenacissimus, ut nil oblivisceretur apprehensum, et perspicacis ingenii; tempore brevissimo doctissimus in logica, philosophia, et theologia evasit, nec etiam expers juris canonici et matheseos. Qui tamen sub jurejurando testatur in libro, quem Noctis luculam appellavit, ad Collutium *d* Cancellarium Florentinum directum, se in nulla scientia habuisse doctorem: unde quasi alter Augustinus, per se omnia didicit quæ legere potuit. F

Ingressus Ordinem:

a

b

c

doctrinæ sine Magistro acquisita;

d

2 Opera ejus protestantur scientiam ejus. Scripsit enim super Ecclesiasten egregie et diffuse, per modum Lectionum, quas Venetiis Lector existens, publice civibus legit: super Canticum Canticorum, quorum primum et secundum Capitulum [exposuit], per modum *e* Lectionum. Diffuse super Matthæum usque ad Capitulum XIX, et super Magnificat *f*, non brevi sermone commenta fecit. Itinerarium insuper *g* [devotionis], in Psalmos et Cantica canticorum, in quo satis devoti sunt sermones. Edidit et Luculam noctis, in [quo] libello Christicolas contra invehitur, de divino cultu neglecto, et studio immodico litterarum gentilium, ita ut pene contemnant divina oracula et ecclesiasticos libros. Ut etiam illitteratis doctrinam spiritualem relinqueret, librum in vulgari venusto composuit stylo, quem Amorem *h* caritatis intitulavit, exponens illud Capitulum, Si linguis hominum loquar et Angelorum, I Cor. XIII, per modum

libri scripti:

e

f

g

h

A dum sermonum numero XLIII, si bene recolo : nec simile in vulgari reperitur *i*.

Conciones habitæ.

3 Prædicavit eximie Quadragesimis multis, Venetiis maxime et Florentiæ, et in aliis civitatibus. Et inter alias una Quadragesima Florentiæ in ecclesia Cathedrali, omnes Regulas Juris, quæ habentur in sexto, bis dietim prædicavit, cum magno concursu audientium, unam de mane, aliam de sero, proponendo cum themate Evangelii vel Epistolæ admirantibus cunctis. Unum solum Quadragesimale ejus vidi recollectum, ubi cum themate occurrenti proponebat versus Psalmorum per unum vel duos, incipiendo a capite Psalterii, Beatus vir, in Septuagesima ; et continuando versus sequentes terminavit in tertia feria Paschæ Psalmum, Confitebor tibi Domine in toto corde meo ; qui est Psalmus IX, divisiones formando super dictos Versus magistrales, et Evangelia ibi includendo. Et in ipsa eadem Quadragesima legit publice de sero Epistolam Pauli ad Romanos : quæ fuit aliqualiter recollecta.

modus et gravitas dicendi.

4 Exhibebat autem, in manerie et modo evangelizandi, magnam gravitatem et quasi majestatem. Vox ejus sonora quasi tuba : nec extollebat eam, nec supprimebat, sed valde imprimebat ; non solum B apte docens et declarans, sed et flectens corda, etiam obdurata emolliens. Rare allegabat Poetas vel Philosophos seu sententias eorum. Sacra Pagina erat testimonium suæ doctrinæ, quam novis et miris expositionibus decorabat. Vitiorum rigidus, sed honestus objurgator : devotus et fervens, quotidie celebrabat : humilis in habitu, incessu gravis, statura magnus, aspectu gratiosus, pauperibus et ignobilibus affabilis, mediocribus communis, magnatibus reverendus, consilio magnus ad omnem materiam, facie jucundus, sed cum gravitate ; pudicissimus et circumspectus, ita ut numquam, sinistra vel suspicio de eo oriretur in hominibus. Nec solum simplex, ut nemini machinaretur dolos, vel hypocrisim ostentaret ; sed et rectus, ut aliorum non supplantaretur insidiis. Tantus paupertatis amator, ut non solum argentum et aurum ei deesset, etiam in via aut in vestimentis ; sed [nec] libros ad legendum, nec ad prædicandum Bibliam possideret. In abstinentia cibi et potus austerus sibi, et in vigiliis nimius, ut insomneitatem aliquando incurreret periculose. Singularitates evitans ; zelator Religionis, etiam in ceremonialibus. In laboribus plurimis indefessus ; in legendo aliis, in prædicando C populis, in audiendis Confessionibus.

Virtutes aliæ

resuscitata in Religiosis observantia,

5 Hic Joannes fuit ille primus suscitator observantiæ regularis in Italia, quæ jam collapsa erat in Ordine Prædicatorum, eam inchoans in conventu S. Dominici Veneto, cum quibusdam in sancto proposito adhærentibus. Cujus odor vitæ adeo diffusus est per orbem, ut in processu temporis multiplicati sint conventus, et reformati ad vitam regularem complures, in Provincia Romana, et Longobardiæ superioris et inferioris, et in regno Siciliæ. Conventus quoque S. Dominici in diœcesi Fæsulana ab ipso a fundamentis ædificatus est : complementum tamen beneficii illius habuit ex legato sex millium florenorum, facto per nobilum virum Barnabam de Aleis, mercatorem. Monasterium quoque Monialium ipsius Ordinis in civitate Venetiarum construi fecit : in quo degunt Sanctimoniales in copioso numero, religiose Domino servientes, et intitulatur monasterium Corporis Christi.

Gregorio 12 suasa Unio Ecclesiæ :

6 Postquam autem in Ordine plurimum defundavit, cum multo fructu animarum ; disposuit divina providentia, ut majorem sibi coronam pararet, et virtus ejus magis orbi innotesceret, eum ad altiorem gradum perducere, ut universali Ecclesiæ efficacius prodesset. Unde defuncto Innocentio Papa VII, D Dominium Florentinum destinavit eum ad Curiam, ut futuro Pontifici suaderet unionem Ecclesiæ faciendam. Quo cum applicuisset, lecto Domino Angelo Coriario Veneto in Pontificem, et Gregorio VIII *k* vocato, sermonem fecit coram eo in publico Consistorio, ad unionem exhortans, et civitates quaslibet offerens Communitati subjectas ex parte ejus, pro loco conveniendi ad id efficiendum. Expleto sermone cunctis gratissimo, Gregorius, qui ejus et prudentiam et vitæ sanctitatem Venetiis noverat, ut Angelum Dei, sibi destinatum ad tantum opus, suscepit ; nec licentiam ad Ordinem redeundi concedere voluit ; et non se ingerentem, sed renuentem, ad suscipiendum Archiepiscopatum Ragusinum *l* coegit ; postea etiam eum ad Cardinalatum *m* exaltans. In quo plurimos labores et persecutiones sustinuit, factus in derisum populo Florentino, cui prius fuerat acceptissimus ; quia noluit acquiescere injustitiæ quorumdam Satraparum, non sincere unionem tractantium.

EX S. ANTONINO

Archiepiscopatus et Cardinalatus collatus Joanni,

7 Hic sua prudentia et virtute sustentavit Curiam : quæ cum esset Cajetæ, et ille Ladislaus Rex Apuliæ, sine rationabili causa *n* subtraxisset obedientiam a Gregorio ipso Domino [suo] ; Joannes E præfatus accessit ad Imperatorem Sigismundum, in habitu transformato, cum paucis, tamquam Plebanus ; et cum eo tractavit modum ad unionem efficiendam : quæ demum secuta est ; cujus causa non modica ipse fuit. Pius *o* autem [Joannes] Gregorium ipsum secutus *p* Frigolium, ubi Concilium generale celebrandum per ipsum Gregorium fieri debebat ; cum ibi esset, dicitur veneno potatus ab uno ex familiaribus : nec tamen eum extinxit, sed vim ejus natura cum Dei gratia superavit ; ipsi tamen pellem vetustam excoriato, ut serpens, dimittere fecit. Et quia pro ætate decrepita Gregorius Constantiam male conferre se poterat ; Arimini residens, destinavit Legatum vice sua Gregorius ipse venerandum Cardinalem Joannem Dominici.

opera ad Unionem in Concilio Constantiensi efficax,

8 Peracto Concilio, et jam unione secuta, in ipso Martino V, ibi canonice in Papam electo et coronato, ad requisitionem Domini Imperatoris Sigismundi, missus est Legatus *q* in Ungariam, ad extinguendam hæresim exortam Bohemorum. Qui profectus illuc, cum vidisset gentem illam obduratam in ea hæresi, nec verbis posse reduci ; consuluit Imperatori, ut populos illos gladio exponeret, cum adhuc essent debiles in potentia ; ne forte multiplicati, postea domari non possent. Durus visus est F Imperatori sermo iste ; et carnaliter compatiens corporibus eorum, ne occiderentur et regnum ejus desolaretur, non acquievit ; forte sperans, per alium modum ab erroribus revocandos *r*. Pergens igitur Joannes Dominici in civitatem Ungariæ Budam, infirmatus graviter, spiritum suum Domino, commendans, ad cœlos migravit : sepultus in monasterio Fratrum S. Pauli primi Eremitæ, cum honore decenti : ubi dicitur miraculis clarere. Obiit autem anno Domini MCCCC[X]VIII, ætatis suæ LXIII ; Cardinalatus vero sui anno XII, vel circa.

Legatio in Ungariam,

obitus Budæ

ANNOTATA D. P.

Utor ea, quæ sola mihi est ad manum, editione Lugdunensi anni 1527. *Hæc, licet profiteatur dare tres Partes* historiarum Domini Antonini, solertiori studio recognitarum, cum triplici Indice luculentius edito, et a quam plurimis mendis expugnato, *quibus (credo) inficiebatur editio Narimbergensis anni* 1484 ; *quia tamen correctio facta non est per collationem ad ipsius Auctoris autographa, vel per plura apographa inter se collata, restat quod in utilissimo opere emaculando agat labor eruditorum. Interim licere mihi censui,*

A *censui, operam ipsorum hic prævertere, supplendo deficientia aliunde verba, vocesque nonnullas inepte transpositas reducendo ad ordinem naturalem.*

EX S. ANTONINO

a *Ex nomine scilicet patris facto cognomine, in aliis tamen idem dicebatur* Joannes-Dominicus, *et ita adscriptum imagini ejus vetustæ quam lego.*

b *Sub annum* **1374**, *natus circiter* 1356, *non* **1340** *ut Poccianttus.*

c *Impressum,* non ignarus; *verum adversativa particula,* sed, *hunc sensum non admittit; et Vita absolute ut rudem describit, utique earum artium quæ assurgunt ultra Grammaticam: nam hac saltem leviter tinctum fuisse oportuit eum, qui non pro laicali, sed clericali gradu recipiebatur ad Ordinem; ideoque non probo Poccianttum, qui in Catalogo mox citando ait, fuisse* primorum elementorum adhuc ignarum, *cum receptus est.*

d *Poccianttus, in Catalogo Scriptorum Florentinorum asserit,* Coluccium Pierum Salutatum *(nos Nicoluccium diceremus, diminutivum a Nicolao) Urbano V et Gregorio XI* a secretis *fuisse, adeoque inter annos* **1362** *et* **1378**: ad quod etiam officium a Rep. Florentina fuit acclamatus, *defunctus an.* **1406**. *Libros ejus plures enumerat Poccianttus, interque eos*

B *unum* de fortuna et fato; *contra quem scripsit Joannes Dominici suam* Luculam noctis *(quæ MS. extat Florentiæ ad S. Mariæ Novellæ) cum ille,* licentia forsan poetica ductus, *quædam ibi* non satis consona sacræ Scripturæ *edidisset. Inter Poetas enim laureatos Romæ, notatur apud Poccianttum in Indice.*

e *Bilottus in Chron. Conv. secutus Vitam num.* **32**, Meditationes *appellat.*

f *Hoc titulo opusculum MS. extat in Bibliotheca S. Mariæ Novellæ, exaratum anno* **1482**; *sed notat Badius, ipsum alio ordine ac spiritu procedere, quam verum Joannis-Dominici opus; nec hujus, sed Joannis-Caroli videri, qui Vitam scripsit.*

g *Ita supplendum docet Gesnerus in Bibliotheca, et assentitur Altamura.*

h *Hujus operis duplicatum exemplar ibidem haberi, notat Badius; ipsumque etiam excusum fuisse Venetiis anno* 1555.

i *Alia quædam enumerantur ab Altamura, scilicet,*

NOT. 20 Vita B. Fr. Marcolini Foroliviensis, *opus quod S. Petrum Martyrem excedit ante conversionem; (dameam a nobis in supplemento ad* **24** *Januarii.* Sermonarium de Sanctis et aliis festivitatibus anni; Epistolas multas, doctrina, suavitate et devotione refertas; Sermones

C de B. Virgine: Tractatum de Conceptione Virginis. *Habet præterea Illustriss. Magliabechius in sua Bibliotheca ejusdem opusculum in membrana, lingua vulgari, cui titulus,* Regula vivendi; *et initium Prologi,* Timor filialis, ut ego quidem censeo. *Poccianttus denique addit* lib. 1 de Possessionibus.

k *Electio hæc processit an.* **1406**, **30** *Novembris, cum* **14** *præcedenti jurassent Cardinales omnes, quod cedente Benedicto, cessurus esset unusquisque eorum si eligeretur, et jurata intra mensem a sua inthronizatione novo juramento ratificaturus, exigentibus aliis omnibus si promissa non impleret. Vide hæc plenius ex nostro MS. in Tract. Chronico hist. de Pontificibus ante Acta Maji.*

l *In Vita dicitur numquam voluisse consecrationem suscipere: et Seraphinus Razzius, in Vitis illustrium hominum Lucæ editis anno* **1596** *pag.* **45**, *scribit, lectam sibi Chronicam Ragusinam, in qua dicatur, quod Beatus hic fuit* Ecclesiam istam, *seu potius jus ad illam vel nominationem, non tenuit nisi unum circiter* annum; renuntiavit autem, quia ibi non potuisset residere, *jam scilicet factus Cardinalis et Pontifici necessarius.* Eidem tamen Ecclesiæ semper se benevolum demonstravit, eidemque argenteam suam suppellectilem *(quam modicam fuisse oportet)* et Galerum Cardinalitium testamento legavit, qui Galerus D usque in præsens ibi suspensus servatur. *Ita ille, nobis transcriptus a Badio, et quasi supplens punctum illud, prætermissum in Majori de Sanctis ac Beatis Ordinis opere anni* **1575**. *Dato tamen semel titulo perrexit vulgo appellari* Cardinalis Ragusinus. *Ughellus Italiæ sacræ Tom.* **9** *col.* **655** *scribit, quod idem Gregorius anno* **1410**, **16** *Maji, commendaverit Ecclesiam Tropeensem* Joanni Dominici *Cardinali, quam ille simul iter resignaverit in manus collatoris; credo, quia fore videbat ut numquam ibi resideret.*

m Anno **1408** mense Junio *factum hanc promotionem, supra diximus ex Felice de Castelfranco: hoc secutus Ciacconius est: sed qui hunc postea interpolarunt, addiderunt,* seu melius ex aliis die Mercurii nona Maji; *nec publicatam* nisi die sabbati **12** ejusdem mensis. *Alii autem tunc pariter creati, nominantur ab Antonino tit.* **22** *cap.* **5** § **1**. Antonius, nepos ipsius Gregorii, prius ab ipso Bononiensis Episcopus factus; Gabriel etiam Venetus, et dicti Antonii socius individuus, prius Senensis Episcopus. *Quarti nomen reticet Antoninus, solum dicit, quod fuerit,* vir etiam multum religiosus et probus Episcopus. *Odoricus Raynaldus ad hunc annum num.* **8**, Jacobum

E Uticensem, Pronotarium *indicat. Auctor, Vitæ num.* **46** *aliorum duorum nomina præterit, et secundum Laudat.* Mag. Lucam ex Humiliatorum Religione, *quem Antoninus videtur annumerare secundæ creationis Cardinalibus,* prius Fæsulanum Episcopum factum. *Antiqui tamen Cardinales, ratione difficiliorem unionem reddi, dicentesque id esse contra jusjurandum a Gregorio et ipsis præstitum, neutros voluerunt umquam agnoscere; sed a Gregorio velut fœdifrago secessionem fecerunt, nec illos vocarunt ad Concilium Pisanum, in quo utrumque contendentium abdicarunt: quo jure, disputat Auctor Vitæ infra: Gregorius etiam excusatur ex eo capite, quod, Bonifacio manifeste malignante, appareret nulla spes unionis.*

n Ladislaus *Rex Siciliæ, qui mortuo Innocentio VII, ejus successore Gregorio XII, multa damna intulerat, pluribus civitatibus ipsaque urbe Roma occupatis, anno tamen* **1409** *ad se confugientem honorifice receperat; rursus anno* **1412** *defecerat ad Joannem, hostem suum antea infestissimum, a quo et urbe Roma pulsus fuerat, et sacro bello petitus; sed anno mox secuto* **1413**, *contra hunc se erigens, Romam occupavit; ac tandem an.* **1414** *male periit.*

o Frigolium, *vulgo* Friuli, *proprie ac Latine* Forum Julii, *Sigismundo Imperatori subdita provincia* F *in confiniis Venetorum. In hac Gregorius, cum a se desciscere Cardinales antiquos sentiret, atque Concilium Pisis indicendum moliri; præoccupavit Concilium indicere, electo ad id. Utino; deinde an.* **1409** *in* Civitatem, Austriæ *dictam, olim Forum-julii, nunc Venetæ ditionis, 7 milliaribus Utino. Ibi habitas sessiones, 6 Junii et 5 Septembris, unamque inter eas mediam, describit Raynaldus; et quomodo insidias ab Aquileiensi Patriarcha structas evadens Gregorius, per triremes sibi a Ladislao submissas, ab eo Cajetam deductus sit; ultimum denique refugium habiturus Ariminum.*

p *Impressum,* Pius autem Grego, *truncato (ut alias hic sæpe) nomine: quod tamen cave ne referas ad* Pius, *legasque,* Pius autem Gregorius, *huic enim non quadrat quod sequitur, veneno potatum; sed necessario referri debet ad Joannem, qui* Gregorium ipsum secutus est, *quod* Gregorius ipsum Joannem: *quam amphiboliam sustulerim addito nomine: conformiter ad ea quæ leguntur tit.* **22** *cap.* c § **3**.

q *Operæ pretium hic fuerit ad ipsius Beati commendationem, ex Raynaldo describere partem Brevis, ubi post expositas regnorum illorum calamitates et declaratum justum desiderium tantis malis occurrendi,* Ecce, *inquit*

A *inquit Pontifex*, quem potentem quidem opere, et in magnis expertum et arduis, eximiæ circumspectionis industria, claritate scientiæ, probitate ac fidelitate et morum elegantia probatum, divinarum humanarumque rerum notitia, ac gerendarum rerum experientia, maturitate, et altitudine consilii; in cujus affectibus geritur, prout indubitanter tenemus, extirpare hæreses; veritatem Catholicæ fidei labefactatis et eo inquinatis hæretica coinquinatione multorum mentibus, sacris suis eloquiis, inserere; et aberrantes ac devios hujusmodi ad veritatem Catholicæ fidei, et unitatem ipsius Ecclesiæ, nostramque et Sedis præfatæ fidelitatem et obedientiam, revocare atque reducere salubribus argumentis: et ad unitatem et concordiam cunctos dissidentes reducere, et universa dissidentia in pacis pulchritudinem commutare; et sic oberrationes ejusmodi, in perfidia suæ malignitatis, per sedulos nuntios, justitia mediante compescere omnibus viis et modis; ut eorum malignitas persecutione qualibet, tam juris quam facti, modis omnibus prosternatur: licet tuæ circumspectionis præsentia, nobis et apud nos Ecclesiæ universali perutili, careamus inviti; nostræ
B convertimus deliberationis intuitum, pro tuarum consideratione virtutum, tibi a Domino concessarum, te, tanquam pacis Angelum, de Fratrum nostrorum consilio, ad regna Hungariæ atque Bohemiæ, et terras ac Dominia, Sigismundi Romanorum ac Hungariæ, nec non Wenceslao Bohemiæ Regibus illustribus supposita, et eorum jurisdictioni subjecta, Apostolicæ sedis Legatum inpræsentiarum, ut in ipsis evellas et destruas, dissipes et disperdas, ædifices atque plantes, deformata reformes, indirecta dirigas, corrigenda corrigas, et convertas aspera in vias planas, ac deviantes ad semitam reducas veritatis; ac statuas in nomine Domini, prout cœlestis gratiæ infusio tuaque tibi providentia ministrabunt, providimus destinandum; *cum amplissimæ scilicet plenitudine potestatis ad quæcumque eo spectantia; prout legere est in ipso Brevi*, dato Gebennis, v Idus Julii, anno i Pontificatus, *Christi* 1418.

r *Idem fuerat Joannis Gersonis in Concilio sensus anno* 1417; quod serenissimus Rex Romanorum, invocatus a sacro Concilio, acciperet factum illud prosequendum et terminandum, sicut et alias hæreses in Bohemia, cum potentia etiam brachii secularis, attento.... quod in regno fratris sui, cujus
C est successor, hæc hæresis habet exordium; et, nisi provideatur, serpet in longinquum: *prout contigit. Dum enim ignavus Wenceslaus laxas hereticis habenas dabat, experimento sero didicit, eversa religione regna simul verti; et tandem in ultionem sævissimæ conjurationis Pragæ constitutæ experqiscens, corripitur paralysi et extinguitur* 16 *Augusti; frater vero Sigismundus, cum expeditionem Bohemicam intermisisset, uti Turcica vacaret, nec defendit Hungariam, et Bohemiam amisit, uti ex Ænea Silvio, atque Joanne Cochlæo, pluribus prosequitur Raynaldus ad an.* 1419 *num.* 19.

s *Imo ut minimum* 1419; *siquidem* 10 *Junii obiit, vel potius* 1420.

D

VITA

Auctore Fr. Joanne Caroli Florentino,

Ex MS. Conv. S. Mariæ Novellæ Florentiæ, Collato cum editione Leandri Alberti.

PRÆFATIO

Ad Franciscum Berlingerium fratrem.

Cogitanti mihi sæpenumero, Francisce frater, quid pro maximis in me beneficiis tuis efficere possem, quod et tuo et meo foret statui convenientissimum, et nostrum utrimque dignissimum, quo et animo in te meo et meritis tuis aliquid satisfactionis impenderem; nihil sane accommodatius visum est, quam si studiorum meorum ad te aliqua munuscula destinarem, quibus (rejectis iis quæ animos nostros dejicere, ac majorem in modum pessumdare consueverunt) instituere vitam, et animum Deo
E tuum ut præstantissimum munus posses offerre. Nam cum superioribus annis, publicis et privatis detinerer curis, et ob id ea ipsa intermisissem; iis nunc peropportune liberatus, confestim ad ea me retuli, quæ mihi suavissima judicabam, et omni posteritati nostræ utilia. Quippe cum, Seneca teste, ad exempla, ac præsertim hac nostra ætate, vivamus; plurimum interest quale nobis exemplar ante oculos proponamus, ad cujus formulam componamur: quod si bonum, si egregium, sique insigne extiterat; et is, qui ex illo prodierit, ejusdem conditionis futurus profecto est: sin vero malum, turpe, et indecens deligatur; nostra quoque omnia talia sint oportet. Proinde vulgato proverbio aiunt; Quidquid ex gallina ortum est, pulveres agitet oportere.

Fratri bene merito gratiam relaturus Auctor,

statuit et dignum vitæ exemplar proponere;

2 Itaque in hac re quam maxime elaborandum censeo, ac præsertim eo temporis quo firmanda atque in omne tempus vita componenda est, ut quam optima et dignissima vivendi exempla sumamus, ne nos tandem errare turpi animadversione pœniteat. Habet enim hoc in omni fere veritatem arte, ut in Rhetoricis, Dialecticis, et in Philosophia atque Theologia: in quibus nisi præceptores bonos et præclaros auctores quos sequaris assumas, profecto et tibi et aliis quam amplissima detrimenta afferes.
F Plurimum siquidem confert in omni re, si apprime optimam doctrinam imbibas; qua educatus atque nutritus, in sapientem et eruditum virum evadas. Videmus autem et in infantibus aliquid tale accidere: quos si materno, optimo, ac puro lacte, non alieno enutrias aut infecto, et humoribus multis immixto; et corpore valent, et nullis morbis obnoxii, aut orbati solida ac firma incolumitate persistunt. In practicis quoque artibus idem quisque intelligere potest, ut in pictoribus, musicis, fabrisque: qui nisi optimo se exemplo instruxerint, ad ejus artis perfectionem pervenire vix possunt. Proinde et Cicero noster in Rhetoricis Crotoniatum exempli mentionem facit, qui statuam fabricare volentes, non nisi a puellis honestissima forma præstantibus hoc fieri posse ex peritissimo didicere fabro.

in hoc enim plurimum esse momenti,

ut rem quamcumque recte emendandam;

3 Perexiguus enim in principio error, inquiebat noster ille Philosophus, longe maximus in fine putandus est. Communis quoque Philosophorum sententia est, principium omne plus totius dimidio fore. Quonam enim modo infecto semine podagrosus, nisi podagrosum gignet? Sed et Propheta noster, cum sancto sanctos nos esse futuros aiebat, cumque in-

ne scilicet erretur in ipso principio.

Ps. 17, 27

 nocentissimos

A nocentissimos, et cum electo eligendos, et cum perverso omnino pervertendos. Cum enim caro omnis ad malum sit ex sua ipsa corruptione propensior; si præterea et se impellentem ac provocantem habeat, duplici violentia corruit labiturque, et ea quam habet innatam, et illa quæ ab exteriori pervenerit. Quare nec mirum, si misero deinceps labantur homines casu; qui non ea qua decet diligentia in præstituendis sibi vitæ primordiis elaborarint. Unde et agricolarum ea solertia est, si viderint teneras arbores ex sua imbecillitate torpentes, illas erigere, et lignis sustentaculisque alligatas studiosius emendare; ne si obduruerint, frangi potius possint quam dirigi. Quod ergo sustentacula vitibus faciunt atque arboribus, id præstant optimi præceptores doctrinis nostris et moribus. Qua quidem in re si mundi homines non errarent, o quam beati, quam felices, quamve divinæ bonitatis amici essemus; neque in tanta tamque acerba incideremus corporis et animi mala, nec tantis injuriis Deus afficeretur a nobis. At ubi non ea nobis solertia est, neque id quod, licet pauci, tamen boni efficiunt: sed quod plures facere certe studemus; hinc profecto omnis mali nostri labes progreditur, quasi non cum B paucis salvari magis, sed cum pluribus ad æterna supplicia deputari omni studio properemus.

A Joan. Caroli ex ms.

Id autem cavetur delectu boni præceptoris;

4 Memini me a majoribus accepisse natu, hunc ipsum de quo locuturi sumus, cum Venetiis verbum Domini prædicaret, apud Venetorum illum honestissimum præclarumque Senatum, diutius subtiliter locisque fortissimis disputasse; tandem vero, posteaquam multa dixisset, ita decrevisse; nullum potius, aut Deo acceptius, aut nobis utilius posse fieri bonum, quam doctum et peritum enutrire virum. Nam qui hospitalia, qui templa, qui aras et altaria construunt; qui largas eleemosynas largiuntur; qui pupillorum et viduarum incumbunt patrociniis; sive puellas nuptui suis sumptibus tradunt, sive hujus generis multa efficiunt; bona quidem ea sunt et non minima laude digna; sed ea omnia ad periti hominis laudes numquam accedunt. Hic enim, postquam talis evaserit, ea omnia quæ supra memoravimus cumulate in semetipso gerit. Persuadet quidem, illa hominibus esse facienda, animos movet stimulatque; nec solis viventibus prodest, sed etiam vita functis; infinitosque doctos viros temporum propagatione efficit: quibus item alii, ex iis procreati succedunt, qui populos, qui civitates, qui C respublicas, qui familias omnes, ad extremum qui regna moderentur et regant. Illa vero omnia superiora, aut solis viventibus prosunt, aut certe non omnibus; nec magnopere propagantur et crescunt, sed nonnumquam ignaviæ et negligentiæ causas secum ferunt: quæ omnia doctorum hominum felix illa educatio abjicit, et innumera mortalibus beneficia et utilitates confert.

qualem in republica formari pluris sit,

quam aliud quodlibet bonum curari.

4 Quocirca resipiscendum quandoque censeo, apertisque tandem oculis, ad bonorum studia et exempla respiciendum, quibus et meliores fieri, et virtutum amatores esse et haberi possimus: neque enim alia via felicitatem quam cupimus adipiscemur, nisi sanctis et Deo placitis operationibus irremisso studio optimorum provocati incumbamus exemplis. Maxime vero elaborandum atque enitendum est, ut bonam (quemadmodum dicunt) ætas dum tenera est, assumamus plicam, quæ nobiscum per omnem perseveret vitam: quandoquidem in ea nostra salus omnis ac perfectio posita est: in qua nisi erremus, nequiquam imposterum nos deviaturos verebimur. Ad te igitur, mi Francisce, sermo mihi vertendus est: tibi exemplar unum ante oculos proponendum, quo, audeo dicere, nullum præstantius nostræque ætati recentius afferri certe potuerat: idque in ejus vita, quam ad te mitto, fiet luce clarius manifestum. D Is autem erit, Frater Joannes Dominici, Ragusinæ quondam Ecclesiæ Præsul eximius, ac S. Sixti titulo Cardinalis præcipuus; quo certe viro nemo ætate sua melior fuit, nemo illustrior: cujus si vitam tibi inspiciendam proponas, intelliges nil in homine isto fuisse, quod non fuerit summa laude ac celebratione dignissimum. Fuit quidem in eo cumulatissime, quod in paucis certe videmus, verborum elocutio admiranda, litterarum egregia et præstans notitia, sanctitati vitæ et morum gravitati conjuncta; quæ ita hominem honestabant, ut ad humanam salutem eo tempore et ætate in Italia, videretur quam maxime constitutus.

Quapropter Fratri suo

offert Vitam B. Jo. Dominici,

6 Eam vero idcirco ad te mittendam institui, quando nondum ipse mundo nupsisti, et adhuc tibi facultas est in Christo nubendi. Quamdiu siquidem homines, in mundo viventes, hac non sunt lege astricti; adhuc qua vivant, non videntur delegisse vitam, quam exoratos delegisse perspicuum est. Quot namque vidimus, mares simul et feminas, qui non minimum hæsitationis animis hominum intulere, quasi in statu victuri forent: quod tandem patuit cum ad seculum vel ad religionem, sumpta vel spreta uxoris vel viri copulatione, se contulissent? E Fit enim uxoratus homo tum primum, altera quidem ex parte juris proprii ac ditionis suæ; quandoquidem incipit tum de re sua, de uxore, familia, filiis, deque illorum educatione atque profectu anxius cogitare: quarum rerum curam omnem ceu alienis dormiens oculis, ante parentibus relinquebat. Neque vero id abjicit quod supra retulimus: sed in hac re vel maxime curam habet, ut uxorem deligat optimis et honestis parentibus procreata; cum noverit, ea re vel beatum se vel omnino infelicem fore. Itaque qui mercaturæ, qui architecturæ, quive aliis hujuscemodi artibus dediti sunt, non jam vitam delegisse videntur, quando ea ipsa relinquere in potestate est cum voluerint: sed cum uxoribus copulati, aut illæ viris, aut ad religionem accesserint, tum demum ea illis vita futura est, quam transgredi aut relinquere, absque Dei hominumque injuria, omnino non possint. Et tamen rei uxoriæ alligati, et patris familias nomine, et peculiaris rei jam dominio sortiuntur: itaque deinceps in alienam vitam se ipsos, conjuge vivente, nisi ex communi consensu, transferre non possunt; sed ejus illis lege vivendum est, quam sibi carnalem sponsam assumpserint. F

maxime quod nondum uxoratus,

necdum habeat vitæ statum;

7 Quod cum ita sit, idem et usu ipso et legum sanctionibus iis evenire certissimum est, qui religionem acsi sponsam assumpserint: quæ tanto speciosior ac proinde præstantior est, quanto et incorruptior, et omni puritate illa consistit illustrior: quæ cum non carnis, sed spiritus filios gignat; non gravitate molesta est, non filiorum multiplicatione superba, non denique sua ipsa fœcunditate debilis fit aut ulla ratione infirma; sed eorum procreatione venustior, atque pia illorum educatione fit semper gratia divina jucundior. Neque enim perituram hereditatem aut patrimonia carnis filiis parat, non hanc quam cernimus suppellectilem variam repromittit; sed ejus semper participatio in id ipsum, summum videlicet Deum, tendit, qui ejus pars, ejusque futurus est æternæ felicitatis pignus: quod nemo nisi volens amittit, nemo non consequitur volens; sed æque volentibus cunctis expositum, hos quidem fugit, illos miro amore prosequitur. Igitur in hoc te speculo sæpius intueri suadeo. Invenies in eo, quod ad studia litterarum, et ad animi sanctitatem et devotionem, quod ad corporis compositionem atque ornatum, quodque ad gerendarum rerum magnitudinem plurimum tibi prodesse atque conferre non mediocriter ponit.

adeoque adhuc possit Religionem amplecti,

cujus speculum in Joanne Dominico habebat

A 8 Visum autem mihi est, idcirco eam ad te esse mittendam : quo et ipse tecum sum intima et sincera familiaritate conjunctus, et ejusdem nominis particeps ; cui non ingratum futurum sit ; tam excellentis et summi in Ecclesia viri cognovisse gesta, cuique utinam similem hac nostra nacti essemus ætate ! Profecto nostrum, ut aiunt, pondus et libra longe amplior atque dignior et haberetur et esset, nec tantis fortasse hominum inquietaremur molestiis. Tu igitur eam ex me solita tibi et innata virtute suscipies, deque illius editione pro nostra benevolentia et tua eruditione judicium feres æquissimum. Neque vero hoc ideo dixerim, quo ex me scripta lectitatione aut memoria digna existimem ; sed potius ut videar præstitum mihi tempus non turpi inertia absolvisse ; et aliis, qui scribere vellent, viam quamdam facilemque dicendi materiem contulisse. Qua in re si alio fortasse tibi viderer more locutus quam existimes oportere ; meminisse profecto debes, quod cum non de qualicumque homine, sed de viro sim devotissimo locuturus ; aliud mihi dicendi genus assumendum fuit, aliisque vocabulis, in sanctitatem potius quam in elocutionem tendentibus, utendum : ut laudatissimo quodam modo felicia ejus gesta meis B quam decentissime responderent verbis : sic enim facientibus nobis, nihil erit a sua natura et conditione diversum.

Petit ergo ut hanc scriptionem accipiat gratanter,

excusatque stylum, magis pium quam cultum.

CAPUT I.

Natales, educatio, et pia Joannis adolescentia.

Varias admodum et diversas, homines nominandi causas hactenus extitisse, qui ignoret est nemo. Aut enim fortuito casu, aut consuetudine, aut gratia publica vel privata, aut præclaro aliquo virtutis facinore, homines nominati sunt. Quæ tametsi non absque divina voluntate proveniant, miro quodam modo nostris animis inspirante quid dein futurum sit, nobis etiam vel ignorantibus vel invitis ; nonnumquam tamen aperta et clara insinuatione, sola gestarum rerum hoc ipsum gloria manifestat, [quod] non absque summa divinæ bonitatis providentia eo ipso videatur quis quam nomine decoratus. Hanc profecto extremam causam reor in Joannis nostri prima ad sacros fontes denominatione fuisse : qui undequidem aut Domini gratiam aut in quo illa quiescit, aut cui C privilegio quodam collata sit, illum ipsum nomen designare videtur. Neque enim vita ille vixit communi, neque vulgato more eadem usus est in vita progrediens ; sed summa virtute et gratia, in extremam usque ætatem, fortissime atque integerrime perseverans, egregia virtutis et sanctitatis exempla omni posteritati suæ reliquit.

Joannes, non sine gratia præsagio, nominatus,

10 Pater illi Dominicus *a* fuit, vir quidem popularis, suo tamen in genere clarus : maternum vero genus, a populari item femina, et eadem pudicissima duxit. Neque vero molli nimium aut delicata educatione enutritus crevit : sed ut illi hominum generi accidere solet, qui operibus manuumque labore victum sibi acquirere consueverunt, necessaria solum adhibentes ; rejectisque deliciarum superfluitatibus, rem suam agere diligentissime curant. Alitus tamen est populari more, optimis artibus et pio parentum studio ac diligentia. Ad potiora siquidem longeque majora, quam illa ipsa paternæ domus fortuna requireret, divina bonitate vocatus ; non ea debuerat mollitie educari, ut labores quos esset pro Domino toleraturus illis deliciis refugiendos putaret, aut certe in perferendis illis infirmior appareret : sed apprime in iis educatus rerum difficultatibus, semper ad majora ex iis videretur evocari discrimina.

et honestis parentibus, sed tenuibus, natus,

ut labori innutriretur.

11 Ita profecto et in Moyse, viro illo sanctissimo, gestum accepimus ; qui cum multa et longe maxima esset pro divina voluntate facturus, in summo vitæ timore ortus est, clam enutritus, deinde fiscellæ et aquis commendatus, hæc suæ nativitatis primordia est sortitus. David quoque, acceptissimum Deo virum, pastoralis cura enutrivit primum : deinde regalis invidia mortisque expectatio diuturna, periculorumque infinita depressio, currentem hominem plurimis retinuere annis ; quo ad regni fastigia, post talia tantaque rerum omnium volumina, perveniret, ut etiam evadendi gratia stultitiam simulare illi fuerit opportunum, Dei sic providentia disponente. Ita ergo et Joanni Dominico nostro, quem miseratio ipsa divina ad res magnas et graves vocarat evenire operæ pretium fuit : ne tamquam novus, sed exercitatus longeque expertus miles, in acies duceretur ; nec ad primos congressus pedem omnino, ut timidus ac delicatus, manusve referret ; sed ut athleta fortissimus, hostium cuneos innato quodam robore securus penetraret. Nihil tamen nato infanti defuit, nec toto illo tempore quo apud parentes versatus est quopiam caruit, quod conditioni et fortunis conveniret suis. D

A. JOAN. CAROLI EX MS. et sicut Moyses

et David

ad magna formaretur.

E 12 Itaque ut primum eam attigit ætatem, quæ optimis posset moribus informari, quave parentibus posset sua opera auxilio et adjumento fore ; mox ad eas artes concessit, quæ utrisque videbantur quam maxime profuturæ, quibus et sibi et aliis pro facultate subministraret. Ceterum licet parentibus ille devotissime obtemperaret, magis tamen voluptuosiusque et solertiori quodam studio circa ea obvolvebatur loca, quæ viderentur ad religionem et pietatem proximiora fore ; diurnoque opere expleto, numquam animo quievisset, quin ad ecclesias se conferret, pia vota sua Domino soluturus. Fastidire quidem jam incipiebat animo quidquid mundanum illi ante oculos obtigisset : insignibus vero festisque diebus eas adolescentium seu puerorum societates, quas Confraternitates vocant, perfectis primum divinis laudibus deinde studiosissime visitabat ; illasque eorum cerimonias, nihil prætermittens omnino, diligentius observabat : si quid vero temporis superfuisset, iterum divinis rebus id totum tribuere properabat. Operiebantur autem nonnumquam illum parentes domi ; cum ille cibi ac potus domusque paternæ oblivione concepta, nec necessarii quoque victus curam gerere videretur ; sed ita in iis absorptus, ut in omnibus jam illa opinio esset, eum brevi F Religionem esse intraturum. Quare parentes ejus, ob filii caritatem, non nihil doloris et anxietatis assumpserant, cernentes omnino in sententia tanto filio se quandoque esse privandos.

diurno tamen labore,

recurrere ad ecclesiam solitus,

et festis diebus ad Confraternitates ;

13 Maxime autem Prædicatorum ecclesiam frequentabat : ibique cupidissime divinis rebus intendens, non ante redibat domum, quam in vesperam inclinasset dies. Erat enim ea tempestate domus nostra florentissima, cum virorum excellentia, tum religionis sanctimonia, litterarumque permulta peritia : quocirca tanta devotione ei obvolvebatur, ut qui Joannem vocasset, haud alibi frequentius quam apud Prædicatorum invenisset domum. Unde et proverbio cantum apud parentes erat, cum quis Joannem postulasset ; Ubi credis hominem facilius quam apud Prædicatorum familiam invenire ? ibi diuturnas suas orationes agit, nostri pene oblitus. Quasi vero jam præsagiret animo, se ad illorum vocatum, secularibusque illis exercitationibus nulla ratione intendere videbatur mente, acsi nostri Salvatoris sententiam didicisset, Operamini, non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam. Proinde ubicumque verbum Domini prædicari audisset, illo se conferebat tanto studio, ut nonnumquam

præcipue frequentabat Prædicatores,

Joan. 6, 27

et cetera opera quasi fastidiebat.

A quam veluti stupidum homines accusarent; negligentem, desidem, temporis amissorem, ac propemodum vecordem puerum vocitantes. Ceterum illa ipsa quæ videbatur segnities, in rebus mundi agendis, non ex vitio, sed ex virtute internæ contemplationis prodibat; nec quod operam renueret, sed quod ea ipsa quæ proponebantur illi opera non placerent.

A Joan. Caroli ex Ms.

14 Neque vero hoc ignoravere parentes, cum alias solertissimus esset: sed ejus studia cognoscentes, ita utebantur eo, acsi jam pridem filium amisissent. Quippe nec contristare illum, quem tenerrime diligebant, ulla ratione volentes, quandoquidem nulli vitio videretur obnoxius; putabant ea, non ob negligentiam ab eo fieri; sed propter tædium secularium rerum, illa ipsa vita tum quidem sibi vivendam instituisse, nam et societatibus optimis delectabatur plurimum, semperque cum iis versari, quorum fieret virtute melior et devotione præstantior. Itaque nemo sibi persuadere poterat, eum absque aliqua alia majori virtute et gratia tali pacto vitam conducere. Verba præterea ejus iis faciebant fidem, et spem optimam promittebant; cum B essent gravia, opportune prolata, devotionisque et sanctitatis plena. Igitur deinceps nihil sibi negabatur domi; ad nullas vero res cogebatur, nisi ad quas necessitas compulisset. Parentibus quidem ita erat obtemperans, ut non multum eis laborandum esset, cum quid eum facere vel dicere decrevissent: paucis vero in rebus illi molestias inferebant, animadvertentes eum secretioribus horis, suis quibusdam orationibus, quas materno studio didicisset domi (non ut pueri solent) deditiorem esse, quam in omnibus aliis rebus: convicinis autem, et coætaneis suis ita erat acceptus et carus, ut cum quid eis temporis vacaret, Joannem Dominici filium avidissime convenirent.

Quod cum parentes viderent,

parcius eo ad talia utebantur.

ANNOTATIO D. P.

a *Hic Vitam incipit Leander Alberti, primis verbis sic leviter mutatis:* Joannes Dominici Florentinus, Romanæ Provinciæ, patrem habuit Dominicum, virum popularem, suo tamen in genere clarum etc. *Ignobilem e plebe Florentina dixerat Caccianus, hujus interpolator Oldoinus:* Obscurissimis parentibus in lucem prodiit. *Sed Badius, in suis ad me litteris, contendit,* Plebeiam familiam *dici, quatenus opponitur* C Patriciæ seu Consulari, *cum aliqua etiam in plebe sit species quædam nobilitatis civilis, sive secundi ordinis: quemadmodum olim apud Romanos. Talem autem vult credi familiam, ex qua Beatum putat prodiisse. Extat enim in Bibliotheca S. Mariæ Novellæ Necrologium scriptum in Pergameno, ab anno* 1238 *ad* 1436, *nomina continens, sepultorum in ecclesia istius Conventus; inter quos notatur* Dna Tessa, uxor Vitalis, et ava Fr. Joannis Dominici, cum habitu Ordinis, MCCCLXXXI: *Ubi titulus* Dnæ *videtur aliquid claritatis importare. Deinde allegat, idem Badius Prioristam, sive seriem Priorum Communis Florentini, qui fuit olim summus in ea Republica Magistratus, descriptam a quodam Juliano Joannis de Riccus; ubi ab anno* 1353 *notatur aliquis* de Banchinis *et pro anno* 1377 Petrus de Banchinis Lanio, *Prioratum ingressus* 1 *Maji, et eo defunctus* 30 *Junii ejusdem anni. Ad hunc autem locum notat Badius,* Lanionem *dici* Petrum, *non quod opificium istud exerceret; sed ratione vici in quo commorabatur. Equidem valde dubito, an placitura Florentinis Antiquariis ista explicatio sit: sic enim nobilissimus quisque, in eo vico commoratus, dici* Lanio *posset; nec tamen (ut puto) vellet. Potius crediderim* Lanionum, *nomine, non solum venire eos, qui mactatorum animalium car*D*nes concidunt ac vendunt; sed etiam mercatores eos, quibus, negotium est in armentis ac gregibus, quos suis in villis pascunt que saginari faciunt, turmatim distrahendos ad usum lanionum: qualis unus potuit Petrus iste fuisse; et tamen in suo popularis hominis gradu clarus opibus, officio, ac genere. Ut ut est, ex marginali ista unius incerti scriptoris et Poccianțio ignoti, et forsan alterius adhuc minus certa auctoritate, non ausim* Banchinis *inserere* Joannem Dominicum; *ne mihi idem contingat quod illis, qui Burgesiæ familiæ, tamquam cum Benincasa communem originem habenti, inseruerunt S. Catharinam Senensem, fullone patre natam, ut alibi indicavi. Auctor Vitæ pro certo supposuit,* ex eorum genere *fuisse Dominicum,* qui operibus manuumque labore victum sibi acquirere consueverunt, *idque hactenus verosimile censeo, etiamsi pater ejus aliqua ratione ad* Banchinos *spectaret: scio enim quam variis modis fieri possit, ut plebeius opifex, non solum nomen gerat commune magnis Nobilibus; sed etiam ab iisdem ducat ignobile genus.*

CAPUT II.

Ingressus ad Ordinem Prædicatorum, Noviliatus, Professio. E

Cum ergo jam dudum in animo statuisset Religionis ingressum, ad nullam aliam quam ad nostram videbatur esse propensior: cum et in ea prospiceret viros, et spiritus fervore et carnis nobilitate præcipuos, ac præterea peculiari quodam ad nostros vocaretur affectu: quod et convicinus esset, et suorum apud nos haberentur pervetusta sepulcra majorum. Quare tandem Prædicatorum habitum, annos jam duodeviginti natus, a Patribus postulavit. Intuitus autem adolescentem is qui tum domui ac familiæ nostræ habebatur Præfectus; quid causæ foret percunctatus est, cur is qui jam parentibus plurimo posset præsidio et auxilio esse, eos ita relinqueret: eorum illum senectæ misereri debuisse, ac præterea [considerare] quantis, si eos relinqueret, angoribus et difficultatibus facto isto compleret. Ille vero, longe plura Deo quam parentibus, animæ quam corpori se debere respondit: quocirca ut reciperetur suppliciter postulare. Cujus propositi firmitate perspecta, se quidem morem illi gesturum respondit; ceterum hoc sine Patrum consensu fieri ulla ratione non posse; se vero pro ejus causa Patribus verba facturum. Iret interea et secum omnia diligentius cogitaret: examinatisque omnibus, parentum, si fieri posset, veniam postularet; eorum si quid fecisset beneplacito, omnia melius et quietius perventura. F

An. 18 æt. petens ad Habitum recipi,

jubetur rem ad suos parentes referre

16 Relata igitur hac ejus postulatione ad Patres, varia fuit inter eos sententia. Erat quidem jam pridem notus fere omnibus: et aliqui quidem annuendum putabant adolescenti, neque rejiciendum esse qui ad serviendum Deo veniret, omnino judicabant: alii vero aut supersedendum aut negandum censebant penitus. Eorum autem hæ rationes erant. Rudem adolescentem, et quamvis bonum, ineptum tamen et inertem fore. Omnes a diu hominem cognovisse, otio vero satis deditum, et qui non nisi in ecclesiis versaretur terendo tempus, videri ex iis posse, laboris fugiendi gratia, potius quam devotione moveri. Præterea jam satis provectæ ætatis esse: omnino litteris esse ineptum: scire se et id ex eo audisse, eum prima etiam elementa ignorare, quæ pueruli solent excurrere; nec nisi quartum decimum, eo quod rotundum sit, nosse: cumque fere annos sit viginti natus, quid de illo facturi sint, ignorare. Satis laicorum et rudium hominum domi esse:

Interim de eo consultantibus

et nonnullis [illegible]

A esse : posse vero desiderio suo satis efficere, in aliqua alia religiosorum familia, quæ ita litterarum peritiam non requirat ut nostra. Ad hæc adjiciebant, nostram Religionem a prædicationis officio Prædicatorum vocari : hic vero, cum impeditioris sit linguæ ac balbutientis, ut nostis omnes et experimento probare potestis, quid tandem ejus consortio indigemus ? Quare omnino ad aliam familiam properet, suadendum illi, in qua utilior sit, et ad singula Religionis munera aptior, quam esset in nostra : idque demum sibi videri.

tamquam Ordini ob inscitiam litterarum ineptum ;

17 Erant autem in eo tum collegio excellentes viri, nobilitate carnis et scientia clari, Andreas Jaffacanus, Zenobius Bonacci, Guasconus Jacobi, Alexius Stroxa, Benedictus Neri, Ardinghellus, Franciscus Boccinus, et Matthæus Brunus : quos inter unus erat, ex quo omnium pendebat sententia. Huic annuentibus cunctis ut diceret, ut erat vir eloquentia et gravitate insignis, in hunc fere modum locutus est. Ego quidem, Patres ac Fratres mei, frequenter in hoc collegio nostro fui, deque variis rebus et verba feci et alias sententias præclaras audivi ; quibus vehementer sum delectatus. Nunc autem videtur mihi quod non religiosorum, at se-

majoris auctoritatis unus.

B cularium, vel potius gentilium more (pace omnium dixerim) in hac ipsa re quam tractamus de futuris eventibus augurari velimus ; tamquam in nostra sit positum potestate hominum mores bonos vel malos efficere. Et quamquam existimem eos, qui hunc adolescentem rejiciendum putant, bono quodam et sincero zelo moveri ; hebetioris tamen visus esse noscuntur, qui mala vel bona quæ circa eos posita sunt intuentur solum, a longinquis vero aciem sui aspectus removendam putant : atque hoc vitiosum certe esse scimus, ita de futuris nimium præsagire velle præsumptuosum, ac summa vituperatione dignum, in religioso præsertim, existimo. Itaque in hoc rejiciendo adolescente magnopere animadvertendum censeo, ne volentibus nobis domui nostræ prospicere, ac sapientes et prudentes videri, divinam gratiam negligamus, quam suadet Apostolus nequaquam in vanum recipiendam esse. Lubrica quidem gratia Dei est ; cumque non capitur cum advenerit, haud in nostra potestate est eam revocare cum semel abierit : generosi quidem cum sit animi, nequaquam semel abjecta cito regreditur, sed differt, ut melior iis qui eam efflagitant videatur. Hic ergo adolescens, non nisi divina gratia illustra-

illos ut humana tantum sapientes refellit,

2 Cor. 6, 1

suadetque recipiendum, ut divinitus impulsum,

C tus, ad nos hodie se contulisse putandus est : quam nos ei nulla ratione negare debemus, quandoquidem illam Deus ei condonare dignatur : quales enim sumus nos, cujusve meriti, ut divinas illustrationes metiri ac dijudicare velimus ? An ignoratis, divinorum judiciorum rationem inexplicabilem esse ? attingi quidem aliquo modo posse, comprehendi omnino impossibile fore ? Præsumptuosi hominis est, et divinæ nimium sapientis, altiora se quæsitum ire.

18 At desidem juvenem, semperque in ecclesiis obversantem, negligentiæ deditum, respuendum censemus. Sed et bonum etiam paulo superius dicebatis. Qui in templo libenter moratur, nulla ratione accusandus certe est. Quid enim diceretis, si in platea, si in foro, si in ludis et ganeis, sique in aliis hujuscemodi locis fuisse versatum sciretis. Negligentiam vero fugere, non optare videtur, qui in Religionem ingredi curat ; nisi vos omnes negligentes et desides vestra sententia faciatis. Sunt certe nobis permulta exercitia, quam maximæ occupationes, plurimi variique conflictus ; quibus ne morula quidem, si Religiosi vere esse velimus, vacandum nobis profecto sit. Sed rudis et omnino ignarus est. Creditis, Patres, abbreviatam Domini manum esse, ut non possit ex lapidibus his, ut ita

nec desidem reputandum, quia pius sit,

aut spernendum, quia rudis

dixerim, filios Abrahæ suscitare? Nonne et David D ex pascuis, et Jeremiam ex ovibus bene Deus elegit? Neque enim, aiebat Apostolus, fortia et nobilia, sed ignobilia et contemptibilia elegit Deus, ut fortiora et robustiora confunderet ; ne gloriaretur omnis caro coram illo. Quocirca videte, ne sancto Spiritui resistatis, qui ubi vult spirat, vocemque ejus audis, nescis autem unde veniat aut quo vadat. Quod si bonus vestra sententia est, bonum qui renuit, non satis animo aut mente consistit. Ex sua quidem natura bonum numquam, teste Philosopho, sui appetitum abjicit. Quare infectus appetitus est, qui non solum non concupiscit bonum, sed etiam ultro se ingerens excludendum putat.

[illegible]

1 Cor. 1, 28

quem bonum esse constat,

19 Neque vero id multum refert, quod ætate ut diceris provectior sit, ut ad litterarum studia credatur omnino ineptus : sed Deo nequaquam impossibile est, qui jam pridem sic ejus animo inspiravit, ejus quoque sic ingenium illustrare, ut longe doctior multis evadat atque præstantior. Anne memoria excessit, Apostolos omnes, et ætate provectos, et ingenio rudes, a Domino fuisse delectos? Ipse enim os et sapientiam tribuit : ipse prudentiam, ipse bonitatem spiritusque gratiam, quibus ipse voluerit, E impertitur : vidimusque sæpissime eos qui videbantur ingenio multo valere, ineptos deinde atque obtusos evadere, negligentia hoc aut contrarii consuetudine faciente ; eos vero qui nullius videbantur probitatis futuri, in egregios et summos viros converti. Nihil enim adolescentis via obscurius, nihil involutius ; atque in nulla re magis, quam in ista vidimus homines fuisse deceptos. Quod si pro divina voluntate, ob ingratitudinem nostram, qui divinare velimus, nobis accideret ; iste vero in amplissimum et singularem evaderet virum ; quanta nostris pœnitentia esset, cum deinceps ejus gloriam cerneremus? Itaque divina gratia prævenienda potius est, quam præoccupanda.

[illegible] autem [illegible] dicendum,

20 Præterea ad memoriam certe, o Patres, revocare debetis, quanta quamve gravia passa fuerit domus nostra, cum nobiles illos nostro habitu induendos superioribus annis suscepimus ; quantæ nobis infamiæ fuerit, quod ob divitias, ob nobilitatem carnis, obque hujusmodi causas suscipiendos duxerimus : quas omnes oblocutiones, si hunc ejecerimus, verissimas faciemus : quod quam Religioni nostræ indignum futurum sit, vos ipsi considerate. Quod si linguæ impedimenta præfertis nimium certe de divina bonitate diffiditis. Nonne et Isaiam, pollutum labiis, ipse Prophetam fecit ; et Jeremiam, loqui omnino ignarum, suo populo prædicatorem dedit? Linguas ipse infantium disertissimas reddere novit, qui Balam asinæ nec elocutionem omnino sua mirabili virtute negavit. Moysem quoque et impeditioris linguæ fuisse, minimumque gravissimarum, sacræ Litteræ ferunt. Ergo ne hac quoque causa rejiciendus videtur : quamquam et illa ipsa hujus adolescentis impeditio linguæ, non ad elocutionis turpitudinem, non ad impedimentum, sed ad decorem atque delicias, si recte considerare velitis, ei videtur esse tributa. Esto autem quod horum nihil futurum certo sciremus : nonne in magna domo, inquit Apostolus, diversa et varia genera vasorum esse oportet? et alia quidem aurea, illa vero argentea, hæc lignea, altera vero testea ; queis tamen majorum diligentia ad commoditatem et gratiam utitur, quandoquidem unicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Gratiæ præterea conferuntur diversis divina largitate diversæ. Dedit quidem et ipse quosdam Apostolos, alios vero Evangelistas, alios autem Pastores et Doctores, ut sæpe noster referebat Apostolus : ut qui ad unam rem

et linguæ tarditatem non [illegible] impedimento [illegible]

[illegible]

2 Tim. 2, 20

Ephes. 4, 11

A rem ineptum se esse prospiceret, in altera semetipsum exercens proximorum utilitati consulat et suæ saluti, ut Domini gratiam est sortitus.

A JOAN. CARO-LI EX MS.

21 Quamobrem, nisi incerta pro certis velimus assumere, et (ut prædiximus) more gentilium divinare; hunc adolescentem advocandum censeo, illique gratiam quam postulat esse concedendam: Deo vero cetera omnia relinquenda, cui non impossibile est gratiam ei atque virtutem talem tantamque conferre, ut omnibus nobis, et Religioni nostræ, ac demum toti Ecclesiæ Dei futurus sit magno ornamento atque saluti. Quæ omnia ubi ex seniore atque præstanti viro prolata sunt, in sententiam ejus frequentes omnes iere: advocatumque adolescentem, qui pro foribus operiebatur responsa, coram eis ex more prostratum, cum intellexissent postulationem ejus, piis annuere votis. Habitum igitur omnium suffragio consecutus, incredibile dictu est, quam illo habitus nitore ac forma in alium visus sit virum contestim mutatus. Neque idem nunc illi adspectus, nec eadem corporis habitudo mox in adolescente apparuit: sed omni illa qua ante videbatur ruditate deposita, ac si anguis B pristinam exuisset pellem, ruditas in decentiam, forma in gratiam, habitus in reverentiam, incessus et corporis dispositio omnis in devotionem repente conversa sunt.

Ita persuasis cunctis,

receptus ad Ordinem,

mox alius a se ipso est visus,

22 Fuit autem ejus ad Ordinem nostrum ingressus anno salutis MCCCLXXVIII completus. Novitiorum autem custodiæ deputatus, mirum in modum ceteros in rebus omnibus anteibat. Quippe litterarum licet omnino ignarus esset, bonitate tamen ingenii, et sedula exercitatione, et assiduitate ac perseverantia, celerrime omnem divinarum laudum excurrit notitiam, ita ut brevi in iis apprime videretur educatus. Neque ut pueri utque adolescentes consueverunt, qui minus quæcumque agant considerant, ore illas duntaxat libare nitebatur; sed corde et mente, quantum illa pateretur ætas, et nonnumquam supra ætatem, contingere; tantoque desiderio ferebatur in illas, ut non avidius corporis assumere videretur cibum. Retinebat autem eas tenaci memoria, quæ ita in homine viguit, ut vulgata fama sit, quidquid semel didicisset numquam fuisse oblitum. Mox ergo spei evasit optimæ: nec jam annumerandus videbatur eos inter qui obtuso erant ingenio; sed et ea quam conservare studebat spiritus devotione et plurimarum cognitione rerum, jam sperabatur præstantissimus evasurus. Namque futuram in eo facundiam, et sermonis elocutionem amplissimam, omnia portendebant. Nam et novitiis, apud quos versabatur, nonnumquam salutaria ita depromebat verba, ut omnibus esset admirationi, tanto illa spiritus ardore dicebat. Neque illi impedimentum linguæ detrahebat quidquam, quo minus persuadendi aut prædicandi ei demeretur facultas; sed ea ipsa impeditio linguæ ita in ejus ore deliciose sedebat, ut ad gratiam decoremque potius quam ad inconcinnitatem ei videretur esse tributa.

An. 1378 ingressus noviliatum,

Psalmodiam cito perlegit,

facundus etiam apparet

23 Omnibus vero exercitationibus, quibus ille novitiorum status instrui solet, tantopere incumbebat; ut nulla in re aut inferior ceteris aut deterior appareret. Cumque tempus sibi nequaquam superesse intellexisset, paucissimo indulgebat somno; moxque exurgens, aut divinis laudibus, aut privatis suis orationibus, aut lectioni vacabat. Deinde obedientiæ et humilitati ita studebat, ut nullus Joanne obedientior, nullus eo et gestu et habitu haberetur humilior. Conversatione vero ita facilis fuit, ut omnibus miro quodam modo esset acceptus et carus. Levitati vero numquam deditus fuit: sed illa ipsa solicitudine, qua ante in seculo, illa gravitate atque devotione accuratius utebatur. Cum autem Pro- D fessione jam confirmatus, satis illa novitiorum disciplina videretur imbutus; mox ad arctiora se transtulit. Lino quidem ad carnem deinde semper abstinuit: carnibus, nisi eum hoc corporis valitudo postulasset, omnino interdixit: vinum aqua multa conditum sumens, cibi proinde abstinentiam amplexus, et ultra quem illius ætatis facultas requireret parcitati studens, omnia jejunia, non solum Christianis omnibus communia, sed etiam illa ad quæ ex Religione tenebatur, ad ungnem (ut aiunt) usque servabat. Cumque ad solidiorem jam pervenisset ætatem, magis sibi proficiendum ratus, cœpit haud nisi semel singulis diebus cibum assumere. Sæpissime vero panis et aquæ abstinentia utebatur: interdicebatur autem [hæc] ei propter stomachi imbecillitatem. Quamvis enim satis esset robusto corpore, staturæ vero in proceritatem potius quam in parvitatem inclinantis; languebat tamen sæpe stomacho, medicorumque indigebat consiliis et opitulatione. Nec alio utebatur lecto, quam sacco, capite superposito pulvinari, vili cooperimento contentus; staminibus quoque laneis, et iis admodum E grossioribus; idem in suis quoque vestibus omnino conservans. Delectabatur tamen tunica et scapulari albescenti et nitido; utque animi, ita corporis ægre ferebat sordes.

aliisque ob multam virtutem præstantior.

Professus, vitæ austeritatem intendit.

CAPUT III.

Prædicationum Joannis præstantia, et efficacia.

Itaque his optimis jam artibus institutus, ad litterarum studia se convertit: brevique grammaticæ jura transcendens, dialecticæ atque philosophiæ præceptis incubuit. In quibus tamen seculi artibus haud diutius immorandum ratus, tantum hæc attingenda existimans, quoad suo instituto satis efficerent; tandem ad sacras Litteras omnem operam suam conferre curavit. In his vero tanto desiderio atque amore ferebatur, ut omnes sacrarum litterarum subtilitates, quosque illarum sensus, plurimas quoque ac varias Doctorum sententias, perspicaci ac claro ingenio penetraret. Neque vero in his omnibus tam seculi quam sacrarum litterarum disciplinis, communis illi aut vulgaris eruditio fuit: sed accurata et recondita ac singularis: ut in omni re, de qua disputandum esset, facilem et promptam, ac F præterea eruditam et gravem Joannes ipse proferret sententiam. Consilio quoque sincero pollebat et gravi: et in iis præsertim quæ ad animorum attinere videbantur salutem, tantam diligentiam adhibere curabat, ut ejus nihil esset consilio clarius, nihilque illius putaretur sententia posse afferri solidius. Sed et manuum operibus officiosissimus erat: quippe et plurimos propria manu transcripsit libros musicaque, nota impressit, qui ad hanc usque ætatem, uti reliquiæ quædam, mira diligentia conservantur a multis.

Litteris humanis

divinisque instructus,

consilii quoque gratia pollens,

25 His itaque rite et summa diligentia comparatis, Majorum suorum præceptis obtemperans, cœpit verbi Dei prædicator existere, multaque in ea re gratia apud populos eminere. Præstabat autem cunctis fere suæ ætatis hominibus, memoriæ tenacitate et mentis illustratione; ut ea quæ vellet cito caperet, et jam accepta sempiterna memoria retineret; et ea, quæ maxime prædicatores efficit gratos, pronuntiatione scilicet, quam maxime excellebat. Neque vero ita austerus erat in verbis, ut animos hominum desperatione dejiceret; neque ita remissus, ut peccandi audaciam condonaret: magis tamen prædicatio ejus ad contemplationis dulcedinem atque devotionis ardorem propensior erat, quam

prædicare incipit.

modeste ac graviter,

A quam ad austeritatem. Existimabat enim, generosum homines animum fuisse sortitos; magisque sermonis dulcedine quam severitate conduci. Quapropter ejus prædicatio et sermo omnis, præter doctrinæ vivacitatem qua pollebat plurimum, et amplissimam dignitatem, multa erat devotione et sinceritate conditus: ut qui hominem audisset, tamquam exemplar quoddam Doctoris gentium videretur audire.

magna cum approbatione,

26 Obtemperabant autem illius prædicationibus fere omnes; nec id accidebat illi quod Salvator dicere solitus erat, neminem in patria sua prophetam acceptum existere: sed divino quodam munere, in nulla patria acceptior erat quam in sua. Prædixerat autem et Salvator noster, majora quam ipse faceret, servos Dei quandoque esse facturos. Quocirca, non una ejus prædicatione satiati abibant; sed ea apud nostros perfecta, si ad aliam binamque invitasset, proficiscebantur omnes; et avidius illius ab ore pendebant in quinta, quam fuissent in prima: nam sæpissime quinquies prædicabat in die; ita erat robusto corpore, et rerum multarum cognitione fœcundus. Quodque in hoc præstanti vero B mirabilius erat, ipse et sua virtute et probitate, omnium quam de eo habebant opinionem superabat: tanta gratia illum Deus ipse perfuderat. Facilia vero illi ea omnia fuere, quando necdum prædicationis munus esset, ut hac nostra ætate videmus, corruptum.

Luc 3, 24

Joa 14, 12

indefesse audientium, etiam quinies una die,

non corrupto dicendi modo, qui postea invaluit.

1 Cor 2, 4

27 Hoc enim tempore in doctis plerumque humanæ sapientiæ verbis prædicationis muneribus incumbimus: tum vero, ut suadebat Apostolus, in ostensione spiritus et virtutis. Nunc histriones et joculatores et saltatores (ut ita dixerim prædicatores effecti, iis artibus et novitatibus populos nituntur attrahere: quæ cum humanæ sint artes, nec mirum si minimum utilitatis inferunt populis; et utinam non ad perniciem quandoque plebis institui videantur! tum autem gravitati, mansuetudini, corporis et rerum corporalium abjectioni, devotioni vero quam maxima opera studebatur: et adeo severa illa perseverabat divini verbi pronuntiatio et disciplina, ut miraculi haberetur loco, si prædicatores hujusmodi quandoque manus populo videndas educerent. Plicatis manibus, erecto corpore, pure et absque simulatione aliqua Domini legem populis annuntiabant: nec gesticulationibus aut novitatibus, vel in risum provocantibus verbis, ratione aliqua utebantur: sed summa gravitate eorum honestabatur C sermo, ea modo populo proferentes, quæ Apostolorum didicissent fuisse sanctionibus confirmata. Quas artes, Deo et hominibus acceptissimas, cum Joannes noster a primis imbibisset annis, uberrimos fructus ubique in horreis dominicis inferebat. In iis tamen virtutum generibus, quæ universæ Religioni erant ornamento atque saluti, humilitate ac mansuetudine, diuturnam operam exhibebat; hominum laudes effugiens, populorumque favores majorem in modum devitans: cum sciret, homini religioso et in aliorum præsertim exempla constituto, nil periculosius superbia et animi tumiditate fore: quam qui superasset, in aliis rebus posse felicius atque utilius Domino famulari.

sed plane Apostolico utens;

Prioratu aliisque Præfecturis fungens,

28 Qui licet per omnem vitam semper ita faciendum putaverit; nonnullas tamen in nostra domo atque familia Præfecturas adeptus est. Nam et Prioratus honore dignatus est; et in hac nostra Romana provincia, plurimis aliis muneribus nostro more donatus. Quæ cum omnia ita diligenter, studiose et cum summa omnium commendatione et laude perfecisset, omnium in se provocavit benevolentiam et amorem. Nam et prudentia singulari præstabat, et digna meritis erga omnes solertia utebatur, quibus carus omnibus et amabilis erat. Discretionis D quoque virtutem, longe gubernatoribus opportunam, sibi familiarissimam habuit; ut omnium in se miro quodam modo transformaret naturam. Nec austeritatem, quam ipsemet exercebat, in alios experiri volebat: sed cum sciret a Deo nos factos omnes, non autem paribus gratiis fuisse dotatos; imbecillitati omnium consulens, ac pie uniuscujusque conditioni prospiciens, nil inexpertum aut inexploratum post se relinquere properabat; quo minus omnibus omnia, si fieri posset, evaderet. Cumque esset omnium sua ætate doctissimus, et in multarum rerum scientia nulli secundus; Magisterii tamen dignitatem numquam assumendam putavit, licet ad hoc eum Patres Ordinis quam sæpissime impulissent. Horrebat quidem eam nominis appellationem, quam omnino videret divinæ sententiæ adversari, qua, Nec vocemini Magistri, discipulis inquiebat.

A JOAN CAROLI EX MS.

mira præcellit discretione;

Generalatum recusat.

Mat 23, 10

29 Quare pro divina voluntate populorum magister esse promeruit; eoque illustrior, quo non corporis, sed animorum magisterio excellebat. Quippe tam validus illi et auctus, et usque ad interiora animi et spiritus penetrans sermo collatus est; ut E mutare animos, figere mentes, adunare plebes, continere populos, incredibili quodam privilegio facillime posset. Itaque non sceleribus dediti, non perditissimis moribus instituti, non denique illi qui nullo Dei agebantur timore ac metu, resistere valebant vivacitati et efficaciæ sermonis ejus; sed confestim mutata sententia animisque conversis, in aliam se vivendi transferebant formam; ut ex audacibus mansueti, ex impiis piissimi, et ex petulantissimis fierent morum gravitate præcipui. Mulierum quoque levitates, lascivias, atque omnis generis pompas; ita devotione sua coercuit; ut abjectis illis pompæ secularis illecebris, ac periculosissimis lenociniis, ad religiosam vitam plurimæ se conferrent, sequebanturque illum, quocumque abisset, plurimi, ejus præstantia, et sanctitate illecti: perque Hetruscorum civitates omnes, hujus viri celebrabatur nomen. Cumque permulti relicto seculo ad religiosam se contulissent vitam, monasterium sancti Dominici in Fæsulano Monte constituit, in quo discipulorum haud negligendum numerum adunavit: quam domum deinceps, non minimo sumptu, Barnabas, Alliorum clara familia ortus, extruxit et in pluribus ornavit. Quo in loco egregiis virtutum exemplis religionis cœpit instituta ac ceremonias re- F novare, ac plurima memoratu digna gerere; quibus civium animos, miro suæ devotionis exemplo, ad vitæ sanctimoniam invitabat.

Sermone apud omnes efficacissimo valet,

ad peccata

et vanitates abolendas,

Fesulis conventum fundat;

30 Neque vero hoc in seculi hominibus solum illi facere posse concessum est: sed cum Religiones omnes pene ad tantum dissolutionis venissent, ut paulo minus religiosi a seculi distarent hominibus; iste in Italia primus spiritus sui fervore animos omnium sic accendit, ut collapsas et jam pridem in ruinam corporis et spiritus proruentes Religiones suis sermonibus restauraret, et optimis institutis in pristinam formam redigeret. Aiunt eo temporis Florentinæ domus Abbatem Guasconum, nobili familia natum, et ob id fortasse non ita religioni quam esset professus deditum ut decebat, hujus prædicatione, quam casu audierat, mente et animo sic fuisse mutatum; ut ipse inter primos annumeratus sit, qui prætermissis omnibus prioris vitæ præludiis, ad religionis observantiam summa omnium admiratione regressus, mira deinceps devotione et sanctimonia vitæ tempus omne absumpserit; et ita fecerit, ut plurimos ad nostram usque ætatem perseverantes condiscipulos in domo Domini adunare curaverit. Idem vero Pisis et apud Lucanos ejus opera gestum: deinde Cortonii et ad Fabrianum oppidum agens

collapsas Religiones instaurat,

primum Florentiæ,

tum aliis in urbibus,

A agens, Romam usque ejus devotionis et sanctitatis fama prolata est.

S. Joan. ... præsertim Venetiis,

31 Inde ad Cisalpinam Galliam prætergressus, Venetias usque concessit : qua in urbe clarissima, tantam et nobilium et populi gratiam est consecutus, ut adhuc in eorum memoriis vivat : teneantque non solum illius gesta, sed etiam scripta summa veneratione dignissima. Plurimi quidem ex nostris et Venetorum Nobilibus, relicto seculo, religiosam delegere vitam. Nobiles quoque feminæ nonnullæ, spiritus fervore tantopere sunt accensæ, ut in ea urbe egregium nobilium mulierum monasterium constituerit, quod corporis Christi titulo nuncupavit : cujus tanta religio est, ut aliud nullum Venetiis esse feratur, quod illi regularis vitæ observantia possit æquari. His creditur præclarum caritatis edidisse librum, vernacula lingua compositum, sed multa elocutione et sententiarum gravitate præcipuum. Hispanias ex S. Dominici monasterio, quod Pisis est, contulit Matres, cui primum quidem plurimum adjumenti et favoris dedit ; quando quidem insignes matronas, Veneria et Janua venientes in eo recipiendas misit : ex quibus et egregium monasterium sancti Petri Martyris, quod in nostra est urbe prodiisse videtur ; quod omnium humanitate, et religiosæ vitæ conversatione clarissimum extat. Nam et primam ejus monasterii Matrem, quam Pinissam dicunt, ex Veneto patre viro nobilissimo natam ferunt.

ubi parthenonem Corporis Christi condit

B

et duum Florentiæ S. Petri M.

32 Sed et plurimi ejus studia imitati, et in nostra Religione præsertim (quam alios commemorare longissimum esset) maximo fuerunt et nostris et universæ Ecclesiæ Dei adjumento atque decori : ut Joannes Masius, Florentia ortus ; ut Laurentius Pisanus, et Antoninus, deinde Florentinus Præsul, nostræ profecto ætatis decus ; ut Andreas Duccius, ut Bartholomæus Lapaccius, ut Joannes pictor egregius ; ut permulti alii, quorum virtute atque doctrina plurimum nostræ Religioni dignitatis accrevit et gratiæ. Ad cumulum quoque ejus laudis et gloriæ facit, quod a majoribus natu audisse me recolo. Nam cum Beatus ille Vincentius, vir doctrina et sanctitate præcipuus, Januam verbum Domini populo nuntians advenisset, eumque hortarentur cives Florentiam se conferret, hoc responso ab ea petitione dimovit ; non se ad has civitates missum, alteri vero eas creditas esse, cujus doctrina atque vitæ C mores suos mores componerent atque emendarent. Joachim quoque Abbatis, vel unius alterius, volunt de Joanne hoc nostro vaticinium extitisse, cum de summis Pontificibus multa prædiceret, in unius vaticinatione conclusit *a*, Et finis Corvi est, mortem profecto summi hujus viri prænuntians. Et recte id quidem : ut enim sectantur cadavera corvi; illaque vorant et sua crocitatione alios ad idem evocare creduntur ; ita hic noster verbi Dei Prædicator eximius, quæ devoraret peccatorum cadavera sequebatur, aliosque suæ virtutis exemplo ad ea conterenda invitabat ore.

multos quoque præclaros viros adjungit ordini

a laudatur a S. Vincentio Ferrerio, videturque etiam Joachimo Ab. revelatus.

33 Neque vero hoc facere verbis properabat solum, sed etiam scripto plurima refellebat crimina, et objurgabat delicta ; in faciem eos arguens, quos vidisset in Domini leges nimium audaces. Nam cum Poeta Coluccius, in aliis vir excellens, de fortuna vel fato quemdam edidisset librum, in quo non satis probe de fide videbatur sentire, poetica forsan licentia ductus ; cum quandoque is liber ad ejus devenisset manus, passus nequaquam est impune illius abire sententias : sed mox adversus eum edidit librum, quem Luculam noctis vocavit : in quo ejus omnia sic male dicta purgavit, ut facile eo ipso et illius errores et hujus pietas atque eruditio designentur. Commentaria quoque et in Ecclesiastem descripsit, et in Cantica canticorum meditationes egregias, et super Magnificat almæ Dei Genitricis laudes multa devotione conspicuas : suarumque prædicationum adhuc sunt in manibus libri, quorum lectione nil dulcius, nec quidquam est eorum eruditione præstantius. Sed et super Epistolas Pauli, ad quas miro afficiebatur amore, et pro Psalmorum explanatione neququam negligenda descripsit; quæ tanta sunt dignitate referta, ut longe mirabile considerantibus videatur, tantam in homine virtutis et intellectus gratiam extitisse. Tanta vero fuit et ita excedens, ut etiam cum prædicaret, permulti scriptores adessent, qui ea quæ diceret, summo studio et aviditate, litteris commendare it, ne scilicet nunc primum audita citius elaberentur.

Celebrem de fato poemata scripto refutat.

D

item alios libros eruditos ac pios edit

34 Multa quidem inerat homini dignitas, multa auctoritas : atque populos ita ducebat, ut pueros solent pii parentes, nummo vel pomo, quo voluerint promovere : neque ita is qui improbo est confectus amore, amatam desideratamque faciem contuetur, nec ita narrantis pendet ab ore ; ut populi in ejus auditione faciebant omnes. Semper enim se nova, seu per meliora atque cultiora, quæ discerent, arbitrabantur ex homine audituros : nam præter eloquentiæ majestatem, qua naturali quodam privilegio excellebat ; opinione quoque et odore virtutum omnes ad sanctimoniam provocabat. Nihil quidem in homine durum, nihil asperum, nihilque obtusum : sed ea quæ viderentur difficillima fore, illa ejus pronuntiatione atque explanatione facilia evadebant, et dulcedinis et suavitatis plena. Cumque multa sibi darentur, ut fieri prædicatoribus solet ; illa, innata quadam ad egenos pietate, ita omnia distribuenda curabat, ut plurimorum miserias propria compassione levaret. Ejus proinde opera et puellæ nuptui tradebantur, eo ipso procurante dotem, vinculisque liberabantur captivi ; varus quoque detentos ærumnis sua providentia atque solatiis refovebat.

Mira dicendi gratia

E

fide quodlibet persuadens,

35 Consolationi autem eorum qui angustiis et calamitatibus tenerentur, tam præcipua erat frugalitate aptissimus, ut nulla vis ægritudinis esset, nec tam excellens dejectio animi, nec ita acerba consternatio mentis, quam non ad modestiam seu temperantiam sua adhortatione revocaret atque suasu. Iratorum quoque hominum, et ad injuriarum ultiones atque vindictas ardentium, placandorum tam singulare et præstans id munus illi munus fuit, ut quosque, ex cerebro etiam animo et maxima iracundia æstuantes, ad patientiam, ad tolerantiam adversorum, ad amorem ad pacem, conciliatis invicem animis, provocaret : nec quisquam ejus ætate fuit, qui tanta in animos hominum posset efficere, quantum in omni re et persuadendo et arguendo valebat. Itaque cum seculi hominibus de rerum mundanarum contemptu atque despicientia, de divinis beneficiis, de supernæ felicitatis consecutione, de tolerandis ac perferendis præsentis vitæ laboribus, de diuturna mortis expectatione, deque aliis hujuscemodi sanctissimis conferebat rebus, queis in eorum mentibus seculi hujus amorem extingueret, et ad cælestis patriæ desideria inflammaret. Quocirca juvenum tantopere ingenia excitabat, ut permulti nobilium filii, suarum adhortationum suavitate pellecti, de gremio quodammodo avellerentur parentum ; filiaque, relicto dulci matrum suarum complexu, seculi abjectis illecebris atque pompis, ad Religionis statum devotione amplissima demigrarent. Tantum quidem illi tribuebatur ab omnibus, ut tamquam ex Deo dicta, omnia Fratris Joannis Dominici verba ita susciperent, quæ nulla ratione transgredi oportere singuli recte sentientes putant.

animos quantumlibet turbatos sedat

F

et multos utriusque sexus, Religionem persuadet,

36 Qua ex re nonnulli civitatum primarii, pro filiorum (ut arbitrabantur) amissione, tanta in eum indignatione

A indignatione completi sunt; ut nec etiam ab ejus contumeliis temperarent; sæpissimeque in suis consiliis agitabant, eum a suis civitatibus deturbare. Ille vero, ut erat mitis et innocens, ita eorum calumnias tolerabat, ut Stoicorum quempiam, qui nulla ut volunt passione moventur, esse putares: cumque pro ea quam prædicabat veritate, ex qua plerumque non mediocriter homines indignantur, plurimis esset infensus; ipse nihilominus, pro infinita caritate qua singulis erat affectus, complectebatur omnes; nec animum remittebat, quo minus illa proferret, quæ salutaria hominum animis viderentur. Itaque et arguere cum modestia, et eorum animos sibi et aliis conciliare illa ipsa mansuetudine consueverat; quodque in homine mirabilius fuit, quanto permultis erat infestior, eo illorum quisque vel ejus auditionem accedebat ardentior. Subito quippe omnium in se mentes et oculos convertebat, nequaquam memoria retinentes ea, quæ paulo ante adversus hominem cogitassent. Nam cum ad aquas divinæ gratiæ, quæ illius ex ore fluebat, accederent; ut serpentes solent aquis ingressi venena relinquere, ita profecto eveniebat istis, qui B extra ecclesias positi virum præstantissimum laniabant, cujus tamen ad prædicationes avidissime concurrebant.

nihil parentum indignatione deterritus;

quin etiam ipsi concurrebant ad eum.

ANNOTATIO.

a *Sic fuit Vaticinium,* Joachimo *attributum, ubi is esse creditur de Gregorio XII; sed ita ut* Corvi *nomine intelligatur schisma, Ecclesiam lanians, et per illius cessionem extinctum. Verum quum non sint Joachimi illa, sed alterius impostoris alicujus, de præteritis (quod facile satis congruit commenti), de futuris autem prorsus aliter; ostendit App. 4 ad partem 1 Conatus Chronico hist. in Propylæo Maji; cum simili de Vaticiniis S. Malachiæ attributis censura.*

CAPUT IV.

De causis relaxatæ tunc Religionis; earumque potissima Schismate diuturno.

37 Sed quoniam de Religionum dissolutione, quarum iste primus in Italia reparator fuit, supra fecimus mentionem; ejus rei causam placet, quemadmodum C arbitramur, exponere. Primum igitur ex humanarum conditione potuit provenire, demeritis nostris id ipsum majorem in modum poscentibus, ex quibus permota Divinitas rebus omnibus finem imponit. Nam et David ea sententia est, Omnis consummationis vidi finem. Consumptis enim omnibus bonis, nil superest nisi malum: quod, teste Aurelio Augustino, in sui ipsius corruptionem tendit: sic et potissima regna, et civitates amplissimæ, populi ac familiæ, quæ videbantur virorum copia atque divitiis duraturæ in ævum, nunc prostratæ et dirutæ ante oculos jacent. Quidquid ergo oritur, occidat necesse est. Religiones ergo miro primum fervore constiterant; deinde refrigescente sensim caritate ut Salvator multo ante prædixerat, tepuerunt; tandem vero pene extinctæ atque deletæ, nisi sola nomina apud eas, et illa plerumque inania, remansere.

Prima relaxationis causa

Ps. 118, 96

rerum humanarum instabilitas,

Mat. 24, 12

38 Qua ex re factum constat, ut irato Deo crebra pestis illuvies hominum quosque invaderet: quæ ita regiones depasceretur omnes, ut vix paucissimi homines remanerent. Anno quidem salutis MCCCXLVIII tantopere eam sævisse memoriæ proditum est, ut in nostra domo atque familia, septem et LXX Fratres quatuor mensibus sint extincti: neque enim usque adeo mortis timor quosque invaserat, nec ita caritas ipsa in cordibus humanis tepuerat, ut hac tempestate videmus, qua et filii parentes, et mariti relinquunt summa impietate uxores. Deinde anno supra millesimum CCCLXIII et LXXIIII; peste iterum confecta tota Italia est. Cumque jam arbitrarentur se homines esse quieturos, anno MCCCC tantopere sævit, ut ad primam illam accederet. Hinc ergo potuit pervenisse, ut Religiosorum familiæ pene omnes contritæ sint. Cum enim maxime homines divinis deberent rebus intendere, suæque saluti et aliorum consulere, tum omnium fit dissolutio morum, tum ut lætius vivant licentiam omnem assumunt, ac si animorum salus ex corporum salute penderet. Decedentibus vero capitibus, et supervenientibus novis, Religiones ipsæ depereunt. Proinde magnopere dolendum, quandoquidem pluribus annis et summo labore homines nutriuntur, quod una mox hora decidunt; omnisque illa diligentia, qua in educandis et nutriendis præstantibus viris ante homines usi fuissent, vana redditur et inanis.

2 frequens pestilentia,

D

A JOAN. CAROLI EX MS

per quam sublata fuere capita:

39 Extrema vero causa potuit esse, quod per ea tempora, quibus iste, cujus vitam describimus, nostrum Ordinem est ingressus, anno scilicet salutis MCCCLXXVIII, Ecclesia Christi non minimam schismate sit passa ruinam; qua non minus religionem omnem, quam superioribus pestilentiis, deperisse certissimum est. Nam, ut paulo post explicabimus, cum bini essent in Ecclesia Pontifices summi, ac nonnumquam trini; et hic quidem illi, alius vero alteri adhæreret; crescebat audacia malis ex summorum hominum dissensione; et pro suis facti utrimque favores plurium requirentes, non sinebant rigorem in Religionibus solitum observari. Cum enim ingratum aliquid cuipiam obtigisset, mox abibat; et ab altero Pontifice haud ingrate susceptus, assumpta fiducia omnia proruebant in præceps. Quid namque non facerent inferiores, qui videbant tantopere dissidentia capita, ut alter in alterum Pontificem maledicta et criminationes inferret, ad ultimum interminationes et pœnas invicem graves imprecarentur?

E

3 schisma, quo factum

40 Miserabilis profecto tum rerum omnium facies erat, cum omne totius Ecclesiæ corpus legitimo capite caruisset; monstruosoque jam simile factum corpori, nec firmum aliquid, nec stabile quidquam sibi posset promittere; cum quidquid ille fecisset, alter reprobare contenderet. Quare nec obedientia jam, nec humilitas, nec mansuetudo nec virtutes aliæ, quibus Religiones solent et conservari et crescere, poterant sua jura tenere: sed pro arbitrio et voluntate omnes in sententiam, modo hujus, deinde illius paulo post, nullo Dei respectu, secederet. Itaque et principes, et civitates, et populi, et Religiosorum familiæ omnes hac erant peste confectæ; ita ut in Religione nostra, sicut a majoribus natu audivi, duo haberentur generales Magistri, et in Provincia Provinciales bini; in nostra autem domo duo essent Præfecti: et ita apud Religiones singulas agebatur. Qua in re sæpenumero cogitanti mihi longe admirabilem Dei providentiam esse videri solet, ut tum medicinam Deus ipse parare studuerit malis nostris, cum jam mala ipsa orirentur atque prodirent. Siquidem ea tempestate anno videlicet salutis MCCCLXXVIII, ut prædiximus, apud nostros Joannes Dominici Prædicatorum Ordinem est ingressus; apud Hispanias vero et Gallias B. Vincentius, Valentia ortus, in nostra Religione florebat, quo etiam anno schisma pestiferum hujuscemodi causa volunt fuisse exortum.

ut sub incerto capite membra nutarent;

F

et omnes similes sententur:

Deo interim remedium præparante.

Nam anno eo Ordinem ingressus Joannes est;

41 Gregorius Undecimus Pontifex Maximus, qui multa adversus Civitatem nostram animo hostili tentaverat, eo quem supra retulimus anno, VI Kal. Aprilis Romæ diem suum obierat. Ejus mors, quandoquidem

tum mortuo Gregorio 12,

A doquidem per opportuna et salutaris civitati futura videretur, prodigio quodam, qua facta est hora, nostris innotuit. Vigilantibus enim ad S. Fridiani portam custodibus, repente secunda noctis hora et pulsari, et vocibus ut aperirent clamari: nam se bona afferre. Audierunt multi: nemine tamen invento qui ista protulisset, nimio stupore omnes completi sunt. Itaque cum Pontifex decessisset Romanus; Populus, quem Gallici imperii jam tædebat, Patres rogare pergebat publice et privatim, ut deinceps aut Pontificem ex Romanis, aut saltem ex Italia Romanæ Ecclesiæ darent. Erant autem inter Cardinales factiones duæ; altera quidem, numero præstans, Ultramontanos omnes habebat: altera vero Italicos. Bonis ergo verbis populo responderunt, re autem vera ejus mentis erant, ut ex Gallia unum eligerent. Ceterum veriti Romanorum iras, in hanc sententiam convenerunt, ut nomine quidem Italicum, facto autem ex Ultramontanis unum eligerent.

[illegible]

discordantibus ad electionem Cardinalibus,

42 Erat Cardinali Lemovicensi, qui Ultramontanorum habebatur Princeps, Bartholomæus Archiepiscopus Barensis intima familiaritate conjunctus, cujus fidei omnia se credere posse putabat. Eum B ergo, pro ea quam in homine habebat fiducia, eligendum Ultramontanis suis proposuit; quem Pontificium accepturum, cum vellet, et resignatarum, existimabat. Ceterum ille, ut erat vir callidus et gloriæ cupidus, omnia se in tempore facturum jurejurando promisit. Ut primum ergo electus est, ac deinde coronatus ex more; publice postulavit, ut se verum et indubitatum successorem Petri existimarent ac Vicarium Christi, Annuentibus cunctis, ita significatum epistolis ubique terrarum constat, Urbanusque sextus appellatus est. Matre hic Pisanus, Patre vero Neapolitanus fuisse ferebatur; homo certe naturali sagacitate præcipuus, audax vero et ingenio astutus, longe magis quam Pontifici pateretur status. Mox itaque, ut videretur conventa servaturus, Roma Tibur concessit. Suadentibus autem Ultramontanis Patribus ut promissa servaret, rem verbis protrahebat in longum. Cumque sibi ab amicis diceretur, nisi hoc fecisset, Ultramontanos Cardinales abituros; respondebat se Cardinalibus plenum sinum habere.

Ultramontani pacti cum Barensi,

cum Urbanum 6 creantes declararunt verum Papam,

43 Ea cum non laterent Patres, nam erumpebant, certe tandem ob indignationem hi septem Cardinales, invicem conjurati, Anagninum primum, deinde ad Fundorum civitatem demigravere. Inde vero C citissimis epistolis, principibus populisque significarunt; hunc non vere, sed ad speciem, quo Romanorum postulata rejicerent fuisse delectum; jurequejurando promisisse, cum primum Romanorum effugissent manus, Pontificatui resignaturum: quod cum renuat, tamquam in fœdifragum animadvertendum fore. Itaque mox ad alterius creationem convenientes, Gebennensem Cardinalem, qui superioribus annis inauditam crudelitatem Cæsenæ c patraverat, cum Marchiæ esset Legatus, multaque alia in Italicos gesserat, Pontificem creavere; illum adverso suæ naturæ nomine Clementem VII appellantes. Atque in hunc fere modum sacrum Ecclesiæ corpus misere scissum est, unumque Pontificem Gallia, alterum habebat Italia.

sed eo cessionem facere recusante,

Clementem 7 contra eum creant.

44 Sed quoniam ea quæ natura consistunt, sempiterna sunt; quæ vero naturæ repugnant, non possunt esse diuturna; idcirco Romanorum Pontificem, qui naturalior videbatur, plures secuti sunt; Gallicum vero, duo. Clemens videlicet supermemoratus et Benedictus XIII, qui et Petrus de Luna vocatus est. Nam Urbano, posteaquam multa dire fecisset, Bonifacius IX suffectus est: quo e vita migrante, Innocentius VII, deinde Gregorius XII invicem successere. Hi vero Pontifices omnes cum D crearentur, de schismate tollendo jurabant: ceterum cum Pontificatum inissent, nec modus nec locus inveniebatur aptus. Ita enim se habent humana ingenia, ut non facile potestate cedant. Ubi ergo ad Gregorium ventum est, multæ legationes hinc inde ab utroque Pontifice mittebantur, vel re vera vel simulatione quadam schismatis removendi. Et Petrus quidem de Luna ad portum usque Veneris se cum suis contulerat, Gregorius autem venerat Lucam; quo in loco multa, schismatis removendi gratia, frustra tentata sunt. Et ille quidem Saonam pro Concilii deligebat loco, alter vero alio ferebatur; neque enim invicem confidebant, sed utrisque omnia, etiam tutissima, videbantur suspecta. Gallici Principes fere omnes cum Benedicto erant: Germani vero atque Hispania omnis dissentiebant, et pars quidem cum Gregorio, pars cum Benedicto, pro uniuscujusque Principis gratia vel indignatione, sentiebat.

Huic Benedictus 13,

ibi post Bonifacium 9 et Innocentium 7, succedit Gregorius 12.

cum quo frustra agitur de concordia.

Divisis in partes regnis,

45 Maxima vero familiaritas erat Gregorio cum Ladislao Neapolitanorum Rege: qui cum Venetis nostrisque adversaretur, Pontificis vero sectaretur partes, animos nostrorum civium ac Venetorum ab E Pontifice alienaverat. Nihil tamen firma sententia decernentes, operiebantur, quem tandem finem res esset habitura. Nam legati Principum Lucæ apud Pontificem plurima pro tollendo schismate suadebant: Regis vero legati contraria sentiebant. Mediolanensium vero Tyrannus, modo Gregorio, modo alteri favebat Pontifici. Ariminensis Carolus Malatesta, Flaminiæque Principes, omnes cum Gregorio erant. Inter hæc, dum legationibus tereretur tempus: subito Ladislaus, magna manu Romam aggressus, cito urbe potitus est.

Florentini ambigui hærent.

ANNOTATA. D. P.

a *Cum Gregorius IX ex suo voto, et impellente S. Catharina Senensi, ex Gallia Romam retulisset Sedem; resurgentem ea re Pontificiam potentiam suspectam habentes Florentini, non solum ipsi subtraxerunt se, sed alias quoque civitates nonnullas, sublato Libertatis signo, ad rebellionem induxerunt, multa etiam hostilia moliti; quare coactus fuit optimus Pontifex, qui mittendis legationibus nihil profici ad pacem videbat, Primores anathemati, civitatem interdicto subjicere.*

b *Historiam Conclavis hujus, quo electus* Urbanus, F *satis accuratam dedisse me puto ex nostro MS. Nulla de talis juris jurandi mentio, neque apud S. Antoninum tit.* 22 *cap.* 2, *neque apud alium quempiam coævorum, quod sciam: sed neque ipsi schismatici unquam expostulasse inveniuntur de cessione sibi jurata et non præstita; solum autem metum objecerunt, quo ad fingendam electionem, quam ratam habere non intenderunt, fuerint compulsi. Fabula ergo hæc est de juramento faciendæ cessionis; et qui hanc postea suadere Urbano conatus est Fr. Alfonsus ex Ordine Prædicatorum, Petri Card. de Luna tunc Confessarius, apud Raynaldum n* 29, *alio argumento non est usus, quam quod hac sola via videretur occurri posse imminentibus a schismate, jam jam erupturo, malis. Dicit tamen S. Antoninus, quod Cardinali Lemovicensi, consulenti Barensem*, qui fieri posset, ut et populus Romanus quietaretur, et Curia Romana ad Gallias rediret; *ab eo acceperit hujusmodi responsum;* Hoc esse remedium, ut unum, nomine tantum; alium, re et facto eligerent; quem postea, sublato periculo, nominarent. *Sed licet ille forsitan sic responderit; a ceteris tamen Gallis non Lemovicensibus, itemque ab Italis, talis consilii ignaris, nihil minus reipsa factum esse, apparet ex ipsius Antonini relatu: tale interim consilium*

A *lium a Barensi datum, si vere datum fuit, fundasse potest fabulam de præstito per eum in cessionem juramento, si tali modo eligeretur.*

c *Hac de re plenius infra num.* 52 *et* 53.

CAPUT V.

Joannes a Gregorio Ragusinus Episcopus, tum Cardinalis S. Sixti creatus, ei constanter adhæret: quam id merito.

Jo. Dominici nominatur Ragusinus Episcopus,

Ea tempestate apud Lucam Gregorius versabatur. In his ergo rerum suarum difficultatibus constitutus, cum jam pridem Fratris Joannis Dominici nostri claram accepisset famam, necessarium fore sibi hominem arbitratus, ac præterea Florentinæ cupiens gratificari civitati, eum Ragusinæ Ecclesiæ Præsulem declaravit. Ille vero, ut erat mitis et bonus, eam dignitatem suscipere renuebat; cupiens magis animarum saluti intendere, quam humanis his favoribus ad hæc fastigia promoveri. Ceterum videns ita Pontificem decrevisse, annuit voluntati ejus: B numquam tamen voluit ob humilitatem consecrari, sperans se demum sedatis perturbationibus ad Ordinem rediturum. Pontifex autem longe diversa animo pertractabat; jura quidem Romanæ Ecclesiæ ad se deferenda credens, quandoquidem ipse verorum Pontificum successor existeret. Alter vero intrusus, (sic enim non legitimos vocant) enitebatur optimis viris statum suum et Ecclesiæ confirmare: prosequebatur autem rem ipsam viis multis et artibus. Cum vero non satis in rebus suis proficeret, propter varias hominum mentes diversaque studia; peropportune, capta a Ladislao ex Pontificis voluntate Roma, de amovendo schismate consultatio omnis infecta ac perturbata est.

invitus licet

dein Cardinalis nominatur,

47 Itaque [Gregorius], arctius sibi Ragusinum Præsulem jungere studens, nihil veritus propter aliorum Cardinalium contradictionem modo viros optimos in Ecclesia collocaret, quatuor Lucæ consistens, Cardinales creavit; alterum S. Sixti titulo præficiens, Ragusinam videlicet Antistitem, Joannem Dominicum; et Magistrum Lucam, ex Humiliatorum Religione, virum egregium; aliosque duos præstantes et excellentissimos viros, quibus existimavit statum suum quam maxime roborari. Sed longe secus ac sperarat evenit. Indignatis enim Cardinalibus ceteris, ac de fuga cogitantibus (timebant enim ne quævis eis a Pontifice inferretur), non C minimum anxietatis Pontifici attulerunt. Civibus quoque nostris, maximeque Rempublicam gubernantibus; vel quod facto isto haud dubie et Pontificis et Ladislai augerentur vires; vel quod aliis pro suo arbitrio (ut sæpe faciunt) eam voluissent dignitatem conferre; vel certe quod, jam pridem supramemoratis causis, Fratri Joanni Dominico infensi animis essent, non satis grata horum promotio fuit.

ea res ingrata Florentinis,

Procerum calumnias ipsum exponit;

48 Populares quidem sanctum hominem laudibus extollebant, suis virtutibus Joannem Dominicum ad Cardinalatus gloriam pervenisse vociferantes; fierique tali homini posse, ut hujuscemodi malis et scissionibus ejus opera et suasu imponeretur finis. Ceteri vero calumniabantur, dicentes hypocritam hominem ac simulatorem, mundi gloriam, licet contemnendam, magnifice sitivisse; cum vero vigilia jejunasse, ut hilarior interesse posset festivitati: atque his et hujuscemodi verbis in præstantissimum invehebantur virum. Ille autem, nec dignitate elatus est, neque dejectus horum calumnia; neque ob eam quam consecutus est dignitatem, aut pristinam devotionem et sanctimoniam vitæ remisit, aut corporis habitum commutavit; sed eadem viro humilitas, eadem victus austeritas. Non alia illi in conversatione facilitas fuit quam ante habuisset: D in summis autem rebus, cum esset præter suam voluntatem constitutus, ea tamen omni studio et dicere et facere meditabatur, quæ existimaret Ecclesiæ Christi et proximorum saluti conducere: sed cum multæ difficultates adessent, non una quidem die res tanta poterat, in summa hominum et sententiarum varietate, componi.

A JOAN. CAROLI EX MS. quibus contemptis,

manet ille in fide Gregorii,

49 Sed neque rationi consentaneum fuerat, recedentibus a Pontifice ob eam indignationem Cardinalibus aliis, ut ipse quoque abiret a quo nuperrime esset ea dignitate ornatus. Quis enim laudasset hominem, si hodie Cardinalis declaratus, postridie se Pontificis adversariis conjunxisset? Quod enim unio gratissima ei fuerit, ex iis quæ deinde gessit facillime intelligi potest. Itaque unioni adversatus est numquam, sed eam cupidissime exoptabat: habendam tamen esse et temporum et hominum rationem videbat. Non ergo pro illius creatione, aut ejus in dignitatem consensu, aut quia cum Pontifice remanendum putaverit, calumnientur homines; E quandoquidem nec divinorum judiciorum penetrare possunt arcana, nec hominis investigare mentem, nec tandem eorum est de gratitudine hominis judicare. Nam si ea omnia, optima et Deo acceptissima potuerunt ratione compleri; satius est bonam in omnibus rebus quam malam mentem assumere.

Ex quo cur culpandus sit non apparet;

Florentini certe debuissent ea promotione lætari

50 In hac autem re mihi quam sæpissime cogitanti, longe de civibus nostris soleo admirari; qui cum alias prudentissimi sint et præ aliis omnibus futuris eventibus occurrere norint, in hac tamen re tantum ægritudinis sibi concedunt, ut in semetipsos inferre manus magnopere videantur. Quæ enim civitas est, quis populus, quæ oppida vel Villulæ, quæ et Cardinales et nonnumquam Pontifices summos non fuerint consecutæ? Sola Florentia sæpe hoc munere caret. Hoc vero non alia existimo ratione provenisse, nisi quod cives nostri, non ea qua in aliis rebus utuntur prudentia. Dum enim et hunc nolunt, et iste non placet, hic vero non conduceret nobis, neminem consequuntur. Prudentis autem est scire, plurimum interesse, an hoc dono vel debito sit consecuturus. Si enim quis debitor sit, voluntati creditoris parendum est: si autem recipiendum munus, non in recipientis, sed in dantis est arbitrio constitutum, ut et quo tempore et modo voluerit illud alteri præstet. Qui vero secus existimant, quam vehementer errent experientia ipsa periculum facit. Nam si civitatis et reipublicæ, ut debuerant, amatores essent; quicumque eis a Pontifice concederetur, is F optimus et utilis foret, modo Florentinus haberetur civis, modo civitas honoraretur nostra. Non satis ergo gratitudinis Gregorio civitas nostra ostendit; quæ duobus his Cardinalibus ab eo creatis, nec magnopere læta est, nec debitas tanto muneri gratias referendas duxit.

Cum autem jus Gregorii penderet ab Electione Urbani

51 Quod autem Ragusinus noster in Gregorii prosecutione haud quaquam erraverit, facile his suaderi potest. Schismatis jam exorti vis omnis in prima Urbani electione constabat: qui si vere fuit electus, et verus ipse Pontifex, et veri successores ejus omnes fuere; atque in ejus electione, ut prædiximus, erant factiones duæ; alteram quidem Italos, alteram vero Ultramontanos habebat; hæc vero altera erat numero præstantior. Aut ergo Urbani electio vera fuit, aut falsa, aut certe nulla. Nulla quidem esse non potuit, ex qua Pontifex Urbanus quovis modo processerat. Falsa vero nequaquam: ex numero constanti siquidem fieri quidquam [inconstans] impossibile est: falsum autem et inconstans idem. Itaque si falsa electio et ad speciem facta, profecto fuit et nulla. Cum autem electio omnis sit in personam, idem eligi non potest et reprobari; nec

A nec altera quidem ex parte eligi, altera vero non eligi. Quare cum persona indivisibilis sit, aut tota eligitur, aut penitus reprobatur: nam et apud Dialecticos individuum appellatur. Inconsutilis quoque Domini tunica fuisse describitur: quocirca electio illa ad speciem fieri jure, ulla ratione non potuit. Præterea in rebus omnibus facta solent plus ponderis habere quam verba: quippe et illa feminas, facta vero masculos dicunt. Si ergo Urbanum elegerunt facto, constat Urbanum vere Pontificem extitisse. Quod autem facto Urbanum elegerint et consecratione, et Pontificalis infulæ collatione, tandem et publica adoratione, apertissime indicatum est. Deinde cum, an verus esset et indubitatus Pontifex, et Vicarius Christi, et successor Petri, fuisset percontatus; omnes vere ita rem se habere professi sunt, nullaque vis intercesserit, suisque litteris id ipsum ex more significaverint; constat eum vere Pontificem sua quoque sententia statuisse. Vitæ quidem præsentis Ecclesia, non corda hominum, sed verba et facta dijudicat.

A. JOAN. CARD. LI EX MS. non solis verbis sed et factis declarati veri Pontificis,

52 Promissio vero quam fecit, ut dicunt; Ultramontanis dumtaxat, non autem Italicis, qui eorum B cupiebant manibus liberari, facta profecto est. Esto autem quod utrisque facta fuisset ante Pontificatum; eadem, status mutatione, remanebat invalida: unde et Pontificatui jam resignare non poterat. Lege quidem cautum ac sancitum est, cum Cœlestinus, ille vir beatissimus, Pontificatu cessit, neminem id ipsum deinceps c licere, propter ea quæ in Christi Ecclesia possent oriri discordias. Postremo, esto quod ab Ultramontanis ad speciem fuisset electus, quo Pontificatum suis vel tribuerent vel certe servarent; a nostris, vere ac sine dolo fuit electus. Quamvis ergo primum Ultramontani ad speciem, nostri vero pro veritate elegerint; utraque tamen factio eum deinde ut verum Pontificem adoravit. Quocirca verus Pontifex Urbanus fuit, ejusque successores omnes: cumque Pastorem oves Dominicæ prosequantur, si Gregorius Pastor fuit, Ragusinus vero noster ovis profecto mitissima; eum Pontificem esse prosecutus jure nequaquam accusandus videtur.

et pollicitatio cessionis ut summum facta Ultramontanis sit,

c

nec obligare ordinatum potuerit,

verus Pontifex fuit Gregorius,

53 Postremo cum electio omnis jure ipso in melius tendat; in hac re Ultramontanos Præsules vehementer errasse perspicuum erit, si eum quem elegerunt diligentius intueri velimus. Eligendum vero putarunt Gebennensem Cardinalem, cujus plurima et ingentia quædam memorantur fuisse C facinora, præcipuum vero Cæsenensis immanitas *d* fuit. Nam cum is esset in Flaminina Gregorii XI Legatus, Bononiæque dominatum ambiret; quo facilius potiretur Urbe, Britones et Anglicos milites in auxilium convocavit: castris vero ad Bononiam collatis, cum aliquantum illi temporis absumpsisset, ubi se cernit nihil proficere nam multorum auxiliis fovebatur relicta Bononia, Cæsenam hiematum cum Britonibus suis concessit. Cumque illa ipse quidem moraretur in arce; Britones autem cives injuriis, rapinis, ac persæpe contumeliis multis afficerent, questi pro iis omnibus cives, verba excipiebant pro intolerabilibus Britonum factis. Multiplicatis ergo querelis, cum ferre injurias nequaquam ulterius possent, tandem ferunt Legatum respondisse, armis si possent suas injurias vindicarent. Quo responso exagitati cives, sumptis repente armis factaque seditione, Britonum ferunt eo tumultu supra octingentos cecidisse. Quod cum prospexisset Legatus, orabat, multa promittens, arma Cæsenates deponerent.

Clemens autem etiam indignus eligi,

d

qui Cæsenates sese de Britonibus ultos,

54 Id ubi minus impetrabatur, metuentibus illis et Legati et Britonum iras; tandem Galeotti Malatestæ adhortatione atque suasu, promittente Legato nihil se eis illaturum mali, posuerunt arma. Quod D ubi factum est, noctu per arcem Britones intromissi junctique Anglicis, subito armis civitatem invasere; occursantesque omnes, nulla misericordia vel pietate, nulloque sexus aut ætatis discrimine, crudeliter perimentes, supra tria hominum millia prostraverunt; neque vel infantibus qui habebantur in cunis parcentes, pedibus eos inaudita crudelitate captos allidebant muro, aut certe gladiis perforabant, ne matribus quidem aut prægnantibus feminis abstinentes. Constat autem usque adeo a Britonibus fuisse sævitum, ut eos qui ad ecclesias confugissent, etiam super altaria immanissime trucidarent: deinde totam diripientes urbem, solos eos evadere, qui extra urbem fugerant, permisere.

sed jam persuasos arma ponere,

eosdem crudelissime mactandos dederat

55 Ferunt autem id quoque tum miraculi contigisse, cum Britonum unus in ea civitatis devastatione super altare quempiam occidisset, illeque forte ad pedes imaginis B. Antonii oppetiisset; ferus ille ejusdem Sancti ferire adortus imaginem, tanta illum mox veluti flamma vis incendii cepit, totumque ita corpus depasta est, ut dolore superante in furorem E versus, currens marinis se immerserit aquis: quemiro quodam modo accensis, quamdiu illius super fuere ossa, tamdiu flammæ illæ in aquis arsere quæ circa annum salutis MCCCLXXVI gesta fuisse memoriæ proditum est. Hunc ergo Ultramontani Patres qui ab Urbano perfugerant, Pontificem elegere; atque adversus, ut prædiximus, nomine Clementem septimum vocavere: qui si hac in re culpabilis fuit, quo jure eum Ecclesiæ sanctæ præficiendum putaverint, judicent sapientes. Hæc autem omnia pro rerum cognitione et pro veritate, referendo magis quam asserendo dixerim.

absque ulla reverentia ecclesiarum,

anno 1378,

ANNOTATA D. P.

a *Calumniam hanc, a* Gregorii *inimicis Florentiæ excusam, refutat ipsiusmet epistola ad Ladislaum, expostulatione de invasis Ecclesiæ civitatibus ipsaque Roma, contra datam fidem: quas res Senas confugere Pontificem coegit, unde et prædictas litteras ad eum dedit* 8 *Sept. anno suo* I, *Christi* 1407 *quas vide apud Raynaldum num.* 25 *et seqq. restitutionem postulans ablatorum. Postea tamen, inita Antipapæ Romam invasurus, dissimulavit cum Ladislao Gregorius, nec ægre tulit ipsum sequenti anno* 1408 *triumphaliter ingressum in Urbem, possessionem ejus accepisse.*

b *Aliquos tamen subinde habuerat Florentia Cardinales, puta ab Urbano II anno* 1088, Bernardum de F Ubertis; *ab Innocentio II an.* 1130 Guidonem Bellugium; *ab Alexandro III an.* 1159 Hugonem de Ricasolis, *ab Innocentio IV an.* 1244, Octavianum Ubaldinum *a Clemente VI an.* 1341, Andream Gini; *ab Urbano V an.* 1366 Petrum Ternaquinenum *et an* 1370, Petrum Corsinum; *ab Urbano VI an.* 1378 Angelum Acciatolum. *Post istam vero Joannis Dominici creationem, usque ad finem seculi* XV, *fuerunt creati Cardinales Florentini a Joanne XXII an.* 1410 Alamannus Adimarius; *a Martino V an* 1417. Leonardus Datus; *ab Eugenio IV an.* 1431, Albertus de Albertis; *ab Innocentio VIII an.* 1484, Joannes Medices, *et ab Alexandro VI an.* 1492, Franciscus Soderinus *quos tamen duos ultimos existimo scriptione Vitæ posteriores fuisse, et Auctorem respicere non solum integrum seculum, quod fluxit absque nominatione ullius Cardinalis Florentini ab an.* 1244 *ad* 1341: *sed etiam ad dimidium ab anno* 1431 *ad* 1484, *intra quod spatium scripta Vita sit.*

c *Papam cedere Pontificatu posse, dubitantibus nonnullis, expressa Constitutione Sanxit Cœlestinus, moxque reipsa se abdicavit; contrariæ Constitutionis postea emanatæ nullum uspiam apparet vestigium; eam*

sanc

A *sane non tacuissent Pontifices in Schismate, tam importune et toties ad cessionem impulsi, tantumque tergiversati. Mirum unde eam hic Auctor acceperit.*

d *Hæc tragœdia fere verbotenus hic describitur ex S. Antonino p. 3 tit. 22 cap. 1 § 4, ex eoque Raynaldus ad an. 1376 quo gesta est, absente adhuc in Gallia Gregorio, cui hæc quoque una ex causis fuit reditum in Italiam maturandi.*

CAPUT VI.

In Pisano Concilio eligitur Alexander V; huic ut cedat suadet Gregorio Ragusinus; et ab hoc, illo mortuo, ad Sigismundum Imp. pro unione legatur.

Cardinales fere omnes,

Sed revertamur unde digressi sumus: neque enim ea omnia alia ratione narraverim, nisi ut quibus rationibus potuit Frater Joannes Dominici, ut Gregorium sequeretur, noveri, clara quadam ratione omnes intelligant. Quippe cum vir litterarum peritia clarissimus fuerit, ac propemodum vitæ integritate sanctissimus; nequaquam verisimile est, eum in tanta re inconsulte aut inconsiderate vixisse. Itaque cum B jam a Gregorio fere omnes Cardinales abcessissent, cum solis quatuor illis relictus, Senas se contulit. Sed et ii qui cum Benedicto erant omnes profugerant. Utriusque ergo Pontificis Cardinales ... se litteris cohortantes, tandem quatuor ex utriusque Pontificis factione ad Liburnum oppidum convenere, de rebus singulis invicem consilium acceptur. Benedictus autem, videns se ab omnibus derelictum, in Aragonum regnum secessit. Posteaquam ergo plurima contulissent, tandem legatos Florentiam misere, qui a nostris civibus postularent, ut locus eis deputaretur aptissimus, et ad Concilium celebrandum idoneus. Sed, ut plerumque fit in seditione, seditio nova facta est.

dejectis Gregorio et Benedicto,

57 Nam cum Pisis omnes ad designatum convenissent locum, utrosque Pontifices ad indictam convocavere diem. Ea ubi Pontifex Gregorius intellexit, Cardinales omnes qui Pisis convenerant, ut Concilium adversus Pontifices celebrarent, ut hæreticos ac schismaticos, et sanctæ ecclesiæ inimicos, omni ecclesiastica dignitate privavit: et ita scribendum Christianis principibus et populis censuit, ac Congregationem illam non Concilium, sed Conciliabulum appellavit: nullius enim Pontificum auctoritate constabat. Deinde ut plurimos in suam sententiam traduceret, novos alios Cardinales creavit; bonos quidem ac sapientes viros; sed, Deo aliter disponente, minimum ea res roboris Gregorio aut fidei attulit. Scribentibus enim Cardinalibus qui Pisis erant adversus Pontifices, illi plus fidei obtinebant. Inter hæc Ladislaus Rex, partium Gregorii fautor, magna irrupit manu in Senensem *a* et Aretinum agrum, quo Concilium si fieri posset dirimeret, aut advenientes illo armorum tumultu tardiores efficeret; multaque in his locis prædatus, tandem civium factione, Ludovicus Cortonensium *b* tyrannus, ad Regem in castra deductus, civitatis dominatum Ladislao reliquit: itaque hoc modo civitate potitus, cœpit nostris terribilis imminere.

Pisis convenientes;

Gregorius iis depositis C

novos creat;

Ladislaus ... armis terret

58 Dum vero ea ita a Ladislao gerantur, cœpissetque nonnulla pacis mentio fieri Regem inter et nostros, Pontifex autem ut quietius viveret Ariminum secessisset: qui Pisis erant Cardinales ceterique Proceres et Legati omnes, adversus ambos Pontifices, pro sanctæ Ecclesiæ unione certabant. Quo cum nullus venisset, iis omnibus quæ videbantur ex more facienda rite perfectis, tandem in eos, ut in hæreticos ac schismaticos, sententiam protulerunt: deinde VII et X Kalendas Julii pro novo eligendo Pontifice in archiepiscopatu inclusi, in unicum et verum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Pontificem, Petrum Cretensem, præcipuum et singularem virum, ingenti omnium lætitia elegerunt, cui Alexander V nomen impositum est. His ita gestis, plurimæ Regum et Principum legationes Venetias convenerunt, quorum alteræ quidem pro Gregorio, aliæ pro Benedicto, plures pro Alexandro erant. Tandem Venetiis ita publico decreto firmatum, ut Alexandro obedientia præstaretur, idemque Florentiæ gestum. D

Gregorius Ariminum secedit:

... contra utrumque creatus Alexander V.

59 In hac vero rerum omnium perturbatione, summo studio et diligentia nitebatur Ragusinus noster Gregorio Pontifici suadere, ut Pontificatui pro divina voluntate resignaret: memorabat autem intueri illum oportere, quod cum multa facienda curaverit quæ suo statui viderentur salutaria fore, quonam pacto omnia inania evasissent; fore si ipse cessisset, ut pax et tranquillitas tandem Ecclesiæ redderetur: nec debere illum, dum rebus suis intenderet, ecclesiasticæ unioni cum summa sui infamia impedimento esse: quin eo libentius eum debere in hac ipsa re consentire, quo semper et viri optimi et mansuetissimi nomen habuerit, cujus conservandi prudenti homini non minimum operæ pretium est sollicitudinem esse. Pro communi quoque reipublicæ bono certissimum est, bonis omnibus privatis ... relinquenda: quocirca et Pontificatui, quem aliquando vel morte esset amissurus, si cederet, eum immortalem gloriam et æternum ... esse ac perpetuam....

Huic ut cedat, suadet Gregorium Joannes ...

60 Ego quidem, o Pater Beatissime, non aliam existimo fe causam Deum me tibi comitem præstitisse, nisi ut qui aliis suaserim multis, tibi quoque nunc pro animi tui salute suadeam. Quis enim apud te mea pro causa stabat, ut me, nihil tale aliquid cogitantem, ad tantum culminis promoveres? Deinde, Pater Sanctissime, credisne tantas animorum a tua beatitudine alienationes nisi ex divina posse voluntate provenire? Quis tuorum Venetorum tibi extorsit animos? Nonne et cives tui desierant, omnibus etiam aliis contraria sentientibus, in tua devotione manere? Sed et meæ civitatis cives, quos nuper una binis Cardinalibus honestati, quis eorum tibi voluntates ademit? Non sunt hæc omnia nisi divinæ voluntatis indicia. Sed etsi omnia pro nobis viderentur humana militare jura, nonne divina voluntas apud nos semper iis omnibus debet esse præstantior? Ad nostram siquidem salutem semper ille aspirat: diversis autem viis et artibus id ipsum, vel ignorantibus nobis vel certe nolentibus, pro sua bonitate efficere consuevit: et hos quidem adversis in cœlestia horrea, contritis his primum paleis, reponendos curat; alios vero secundis rebus ad sempiterna regna perducit.

ostendens, omnibus ... defectionibus,

... Dei ... voluntati ...

61 Quid igitur amplius expectandum censes? Nonne melius est, integris adhuc rebus, ultro ad id venire, quo veniendum nihilominus esse, et præterita et præsentia omnia probant? Nam et de futuris quis dubitet? Roma jam in periculo est, quæ diutius in fide permansit. Viterbium amisisti: Nepotem tuum, quem civitati præfeceras, captum nuperrime accepisti; omnia vero adversariis tuis secunda, tibi singula, etiam quæ videbantur esse tutissima, adversantur. Itaque, Pater beatissime, non pertinaciter censeas cum divina voluntate pugnandum. Quippe Dathan et Abiron, qui pro Pontificatu adversus Moysem summa pertinacia pugnavere, scis quali quamve acerba animadversione puniti sunt. Magis autem, temporali ac perituro pontificatui cedens, David viro illi sanctissimo similis esto: quem cum filius exegisset regno, ille vero profugus abiret; Semei Geraritæ insultante Regi, lapides in eum et terram

cui perdendum ... non sit,

... David ... imitandum,

[illegible] [illegible], convitiisque pluribus maledicente; cum [illegible] manus in eum voluisset irruere, et [illegible]; Cave ne [illegible], inquit, Dominus enim præcepit illi ut malediceret David: quis scit si pro his maledictis Deus misereatur mei. Suadeo ergo tibi; Pater Beatissime, omnia tua in divina voluntate ultro reponas [illegible] cedere, cum amplius [illegible] retinere non [illegible] Vicarius Christi [illegible] ad arbitrium [illegible] eamdem [illegible] dignitatem [illegible]. Ipsi tibi, si ei placuerit, [illegible] ipse [illegible] et dignitatem tuebitur, ipseque mutavit hominum mentes, quo certo loco et tempore et modo sibi videbitur, qui omnia hæc pro suo arbitrio temporalia versat. In eum ergo te [illegible] tua [illegible] ipse te fovebit et [illegible], ipse tibi, si non [illegible] hominum dignitates, aliam tibi gloriam, pro hac tua humiliatione, in cœlestibus reservabit.

[illegible] ipse mercedis æternæ si pareat.

62 [illegible] Gregorio [illegible] ingenium, [illegible] rationibus [illegible] ad [illegible] et maximi in adversam sententiam [illegible]. [illegible] non [illegible] Pontifi[illegible] cogitaturum. Interea Alexander Pisa Bononiam, suasu [illegible] Legati, [illegible] decreverat; suadentibus plurimis ut Romam, pro status sui confirmatione, quandoquidem eam nuperrime recepisset, [illegible] Bononiensi [illegible] [illegible] Pratum [illegible] Bononiam se recepit. Quo in loco cum [illegible] Christianorum Principum [illegible], jam [illegible] obedientiam præstitissent; decimo postquam creatus est mense e vita migravit. Suspecta vero illius mors multis rationibus fuit. Igitur pro novo eligendo Pontifice Patres [illegible] Idibus Maji, Bononiæ [illegible] elegerunt. Joannem XXIII appellantes. Jam vero propter hujus electionem, quæ maximis suspicionibus nequaquam caruerat, conversis omnium animis in variasque sententias distractis, omnia novitatibus perturbata sunt. Pontifex tamen, cum jam Bononiæ [illegible] anno, Romam [illegible] statuerat. Itaque Bononia [illegible], per Florentinam Senensemque agrum, tandem Romam pervenit; eodem [illegible] anno pax cum Ladislao Rege firmata; ab eoque Cortonensi civitate, [illegible] aureum [illegible] millibus, data.

Istis pene moto Gregorio.

moritur Alexander Bononiæ,

et an. 1410 eligitur Joannes XXIII.

63 [illegible] Alexandri mors Gregorii et [illegible] animos haud parum erexerat. Maxime vero rem omnem turbaverant Bononia atque Forum Livii, quæ civitates ab Ecclesiæ [illegible] defecerant. Quo circa tres et decem Cardinales, eo qui secutus est anno, [illegible] Gregorium, [illegible] fuit [illegible] Pisanus Antistes. [illegible] Pontifice Ladislai pax [illegible] dentur [illegible] Joannem Pontificem [illegible]. Citato [illegible] cursu Florentiam venit, et in ea Florentinorum vulgo [illegible] decretur, civitate tamen excusus est, ad S. Antonii Præsulis domum et habitatione [illegible]. Dissidebant enim in his perturbationibus civium [illegible] mentes, nec [illegible] pedem figere possent habebant, sed [illegible] Pontifici. Iter vero alteri adhærebat.

[illegible] iterum 13 [illegible]

Joannes PP. Roma pulsus Florentiam se recipit. c

64 Dum vero esset hic status rerum, peropportune Sigismundus electus d est Romanorum Imperator, vir certe et animi magnitudine et prudentia singularis. Tum vero Ragusinus noster Antistes multis verbis rem apud Gregorium prosecutus est, ut animum ad Ecclesiæ unionem intenderet. Quod cum [illegible] Sigismundus vero [illegible] [illegible] causa [illegible] et litteris et [illegible] ipsum studiosissime prosequebatur. Tandem ex Pontificis voluntate, ad Sigismundum se contulit Ragusinus, [illegible] rebus sanctissime [illegible] et cognitis, [illegible] Gregorii [illegible] in Ecclesia [illegible] [illegible] ad [illegible] sperabant se [illegible]. Itaque [illegible] litteris Joannis [illegible] tentandum esse decreverunt.

d Ragusinus iterum Gregorio suadet cessionem;

e ab eoque mittitur ad Sigismundum Imp.

ANNOTATA D. P.

a *Factum id anno* 1409.

b [illegible] Aloysium *vocat Paulus Laur[illegible], sub finem* 4 *partis in Hist. Cortonæ. Antoninus tit.* 22 *cap.* 5 § 4 [illegible] Aloysium *et* Ludovicum, fratrem Consobrinum Francisci Casali Domini Cortonensis, *anno* 1400, [illegible] 1407. 7 [illegible] *ut Ladislao traderetur, a quo Neapolim ad carcerem missus, diutinas luit fratricidii pœnas.*

c Præsulem S. Antoninum *[illegible] vocat Auctor, [illegible]* 1446, *jam inde ab an.* 1405 [illegible] *locus intelligi debeat de paterna ejus domo.*

d *Electus* Sigismundus *an. Domini* 1410 *mense Martio, simul cum Judoco Moraviæ Principe, quem [illegible] sed hoc intra sex menses mortuo, solus ipse Regnum tenuit* 8 *Novembris, ab omnibus quippe Electoribus unanimiter coronatus Aquisgrani.*

e Galliam *vocat* Franciam Orientalem, *alias Alemanniam, sive Germaniam Adrhenanam.*

CAPUT VII.

Indicitur Synodus Constantiensis: ad eam venit per se Joannes, per Legatos Gregorius et Pontificatu cedit: Joanne et Bonifacio depositis Schisma extinguitur.

His ita gestis cum Ragusinus ad Gregorium revertisset, [illegible] expectaretur eventus; cœpit Sigismundus, ut [illegible], rem ipsam [illegible] summo studio agitare. Ne vero Joannes ecclesiasticæ unitati videretur impedimento esse, legatos duos ad Sigismundum misit: qui multa cum Imperatore tractantes, nullo tandem pacto rem tantam posse componi, nisi [illegible] Concilio [illegible], censebant [illegible] valuisset, [illegible] et tempore Concilii [illegible]. Cum ergo [illegible] legati, Imperatoris [illegible], cœpit Joannes Pontifex [illegible] locus pro Concilio sancto [illegible] esset [illegible]. Verebatur enim ad Imperatoris devenire manus, decernebatque potius omnia facere, quam ad locum, quo plus Imperatoris quam sua valeret auctoritas, pervenire. Id autem ei et [illegible] suadebant amici. Quare ita ab eo decretum, ut publica quidem mandata quam liberalissime daret, ceterum [illegible] ad certa loca [illegible] mandata restringeret; sic enim sperabat se absque dubio [illegible] Pontificem fore. Sed certe cor Regis in manu Domini, et quo voluerit vertet illud. Ut enim ad eam diem ventum est, in qua Pontifex mandata le-

Pro unione Ecclesiæ decernitur Synodus,

in loci de [illegible] Princeps,

A gatis erat daturus: subito a prima illa sententia miro quodam modo mutatus, in hanc sententiam Legatis *a* dedisse mandata fertur.

tandem tamen totum committit,

66 Cum multa et magna, et animis corporibusque nostris periculosissima, Ecclesia Christi per superiora tempora passa discrimina sit; nunc pro divina voluntate in proximo est ut his omnibus liberetur. Ad hanc vero rem omnes vos, Fratres mei, totis viribus et omni conatu debetis insistere. Vos autem, o Fratres, quos ipsa re mittendos decrevimus, nequaquam ignorare decet, quanti ponderis quantæve auctoritatis futura sit hæc legatio vestra. Equidem reor, ante multa secula nullam fuisse legationem, quæ tantæ esset dignitatis et gratiæ. Non enim pro qualicumque re ut fieri solet estis ituri, sed pro ea non minus gravi quam sancta, pro ecclesiæ unione revocanda, pro capitis unitate, pro animorum corporumque nostrorum salute, proque totius Christianitatis tranquillitate ac pace. Quanta ergo prudentia, quantave bonitate ac fide vos in hac ipsa re decat ornatos existere, vos ipsi beatissime consideratis. Ego quidem hominum mores studiaque veritus, ita in animo meo jam pridem statueram, ut mandata vobis ad certa loca restringerem, in quibus nullo

B modo fieri Concilium sineretis: nunc autem, Deo sic volente, ita sum repente mutatus, ut omnia in manibus vestris reponenda putem: et siquidem Deo placuerit ut in eo loco nobis dignitate maneamus,

arbitrio missorum a se Legatorum.

erit quidem ut volumus; si autem decretum aliter sit, in aliis licet peccatores simus, in hoc tamen numquam divinæ repugnabimus voluntati: functi profecto erimus officio nobis collato, si studio nostro et opera eorum manibus, quos nos ipsi misimus, omnia hæc dependere videantur negotia. Ite ergo, et quod divina vobis gratia ministraverit, summa bonitate et fide cum deliberatione tractate. Hoc enim, quidquid per vos fuerit gestum, id divina potius voluntate quam humano opere existimabimus fuisse confectum. Ea cum Pontifex perorasset, chartulam designationis locorum, quam manibus continebat, ante eorum oculos laceravit.

68 Illi vero, ejus benedictione percepta, protinus abiere; magnisque itineribus ad Sigismundum profecti, brevi Constantiam civitatem pro loco futuri Concilii delegerunt, eum locum Pontificis auctoritate confirmantes. Quod ubi Pontifex intellexit,

Ibi Conc. Constantia

sera pœnitentia ductus, non alium quam seipsum magnopere accusabat, quod in alienis ultro se credidisset manus: sed ne videretur adversus illa agere quæ esset ante pollicitus, brevi inde Florentia Bononiam concessit, dissuadentibus tamen

C amicis, qui ejus statui metuebant; cum scirent Sigismundum virum esse præstantem, et ad quæque magna promptissimum. Sigismundus quoque et ipse Germania movit, Pontifici occursurus. Placentiæ ergo primum, deinde Laudum, post Cremonam pariter convenerunt: ibique mense integro, de futuris omnibus consultantes, mansere. Cum autem Sigismundo, adveniente hieme, placuisset in Germaniam remeare; compositis omnibus, ille quidem in Regnum suum, Pontifex autem Mantuam se recepit: exacta vero jam hieme, Pontifex iterum Bononiam est reversus. Agitabatur quidem animo, ac libenter causas remorandi aut penitus Synodum resolvendi composuisset (verebatur enim Sigismundi potentiam) eo tamen loco res erat deducta, ut facile absque summa infamia atque dedecore non posset Pontifex resilire. Itaque cum, adveniente profectionis tempore, jam animo fluctuaret, cum Ladislao Rege pax denuo intercessit, pauloque post perop-

Joannes Bononiam redit

portune Rex ipse extinguitur. Per ejus mortem Joannis quidem reparatæ videbantur vires, quando inimicus ei capitalis et potentissimus hostis e vita esset sublatus: Gregorio vero penes spes omnis

D ablata.

S. Joannes Vincentius Gregorius, suadentibus ut ipse iret Ragusino.

69 Cum ergo Ragusinus noster jam apud Gregorium multa suaderet, quæ salutaria magnopere videretur, maxime vero ut litteras et mandata ad Synodum perferenda perficeret, jam tempus eundi commemorans esse; verbis ejus altera ex parte commotus, ita Pontifex respondisse fertur. Tu quidem nobis, Ragusine frater, ea verbis tuis suades quæ nos jam dudum nobis ipsis persuasimus sæpe: neque enim usque adeo bene concupivimus Sedem, ut non magis Deum amaverimus animæque nostræ salutem. Quæ ergo tibi nunc referimus, non ideo sint dicta, ut nos existimes ulla ratione divinæ nos velle voluntati obsistere; sed magis ut prohominum ingratitudine hoc extremo loco queramur. Nemo enim adest qui doleat vices nostras, nemo hujus misereatur senectæ, nemo hos dies ipsos commiserabitur mecum.

70 Hæc si ab alienis reciperem, tolerabilius id certe fuisset. Sed quid ego vel civibus meis, vel tuæ civitati feci, ut tam acerbe tamque atrociter me debuissent evertere? Jam enim, non ut Pontifex, sed ut privatus loquor. Præterea quæ Venetus ego

queritur de ingratitudine Venetorum,

vis sum, quod in eos beneficii multa contulerim, quodque semper eos in honore habuerim, et profecto longe pro eis majora fecissem, si ve voluissent vel certe postulassent. Nunc autem cum David sanctissimo dicere possum; Extraneus factus sum fratribus meis, et peregrinus filiis matris meæ. Civibus propriis tuis nomine Pontificatus mei annis tribus tres Cardinales concessi? Equidem meo tempore consecuti sunt, quod ante numquam, ut ipse experimento ipso probabunt, in posterum fortasse numquam erant habituri. Tandem vero sustinui qui simul contristaretur, et non fuit; qui consolaretur, et non inveni. A Joanne vero hic suo simulacro, vicerunt annis quinque quot sunt consecuti, nolentibus atque eos non juvantibus eis. Quod si Ladislao adhæsi, pro Ecclesiæ causa; nec ea, teste Deo, non alia me fecisse ratione, quam ut Ecclesiæ causam tuerer; et quandoquidem omnes in me detrahebantur, fidelem certe in hac Sede reperi neminem. Quæ tamen vero ad Pontificium attinet, quem ... adeo ipse senex, pro vobis ... et vestra ... mea commoditate hactenus illum retinui. Existimabam

Excusat priores moras,

præterea jus suum fieri nunc quæ res ... nam nisi reges omnes Ildeam tempore et negotio isto perverti, ... semper pro meo Pontificatu stetit. Sed quando ex signis, ut sæpe retulisti, scitus est ab æterno lege ... melius certe consilio cedo: quidem volente Deo et libenti animo cedo, etiamsi nullæ lites aut humanum ... adessent.

71 Ceterum, Ragusine, vide ne nos ... ista miseri evadamus. Nosti insidias hominum, nosti mores et studia, quanta et qualia sint. Ego enim in hoc angulo meo relictus atque desertus, documentum posteritati ero, ne quis in hujusmodi rebus longe, aut in hominum fide, aut in eorum pollicitatione confidat. Ita ergo dispone singula, ut et eorum animorum saluti, et ecclesiasticæ tranquillitati, tandem vero et nostro honori quam prudentissime atque cautissime consulas. Ea ubi Senior verba perfecerat, Ragusinus Pontificem consolatus, bono eum animo esse respondit. Quo autem magis, Pater beatissime, ingratos homines esse probasti; eo maxime divinam debes agnoscere voluntatem; quæ si ita disposuit, parendum est. Honorem autem Sanctitatis tuæ tuebimur omni studio et conatu: tu modo binas litteras facito, alteras quidem mandata communia continentes, alteras vero privatas, in quibus singularia quædam in tempore aperienda committantur.

Cuiusmque suum Ragusino credit

A committantur. [Ita spero] fore ut Joannes Pontifex, si ad Synodum venerit, primus fallatur, continentiæ aliarum ignarus. His igitur in hunc modum gestis, omnibusque comparatis ad iter; Ragusinus noster et Carolus Malatesta, vir armis et litterarum peritia clarus, a Pontifice exorata venia ejusque benedictione percepta, non sine lacrymis a Gregorio digressi, Constantiam versus assumpsere iter.

[illegible] Hic cum Malatesta Constantiam vadit:

72 Joannes vero initio Mensis Octobris, anno salutis MCCCCXIV, Bononia Veronam se contulit. Dissuadebatur ei a plurimis, ne ad Synodum, ut promiserat, properaret, idque multis rationibus astruebant; verum ille, ut conventa servaret, nullo modo potuit a sententia dimoveri. Ferunt autem eum sæpe dixisse, altiori quadam et majori se virtute agi, qua, etiamsi vellet agere secus non posset, quin illo properaret. Igitur transmissis Alpibus, tandem ut Constantiæ proximus factus est, Sigismundus Imperator ei obviam fuit; multaque illum reverentia et honore prosecutus, Constantiam usque deduxit. Quo postea quam ventum est, Synodo jam incepta, venit et Ragusinus et Carolus, plena secum Gregorii mandata ferentes. Tanta vero hominum millia in eo loco convenerant, ut supra XL equorum millia fuisse referantur. Confirmata autem ex Gregorii auctoritate Synodo, cum jam mandata Pontificum scrutarentur ii, qui præfecti negotio erant; cum attulissent Ragusini et Caroli communes litteras illas, ut earum Pontifex Joannes tenorem inspexit, fertur dixisse suis: Gregorium fraterne Ragusinum tractasse: ignorabat autem quid in secretioribus haberetur.

eodem contra suorum consilium,

venit Joannes,

B *et visis Gregorii litteris nimis deceptus,*

73 Itaque tum is qui sancta quadam astutia fallebatur, existimaret jam se periculum evasisse, securior factus, cum instaret dies quo ista omnia conficienda erant; cœpit Joannes Pontifex longe magnificis et amplissimis rem exornare verbis, omnesque ad capitis unitatem hortari, paratissimum se asserens fore, si alii cederent etiam Pontificatum resignare. Ad idem Sigismundus optimus et piissimus hortabatur verbis, Pontificis mentem plurimum laudans, fidemque verborum ejus deposcens. At ille non alia quam vidisset Gregorii mandata adesse existimans, jure jurando ac litteris *a* coram tota Synodo se facturum pronuntiat, si modo Gregorius ipse vere ac sincere cessisset. Jam vero de tertio Pontifice actum erat, quandoquidem nec venisset ad Synodum convocatus, nec legatos etiam destinasset.

promittit cessurum se si alii cessissent

a

C 74 Tum vero assurgens Ragusinus et Carolus, coram toto illo conventu hujuscemodi orationem habuit. Etsi virtutes omnes, Præsul amplissime, tuque Imperator invictissime, et Vos qui adestis omnes, qualis quantusve homo sit astruant atque probent; nulla tamen est quæ ita homines probat ut fides facit. Equidem fide salvati sunt omnes, eademque salvantur. Per fidem enim Sancti victoriam sunt consecuti: per fidem justitiam operati, perque fidem æternas promissiones, adepti. Ea vero quamvis in rebus multis posita sit; in nulla tamen re magis quam in capitis unitate consistit. Nam et una fides et unum baptisma; unus Deus et Pater omnium, magisterque unus et legis lator existit. Unum præterea corpus multi sumus; omnesque uno pane unoque calice participamus: neque vero plures partes de inconsutili tunica sua passus est fieri Christus: nec cum alia vestimenta diviserint, eam scindere et dividere illis impiis concessum est: sed illam sortiri, ut unius tantum usui esse posset, Spiritu sancto illis ut arbitror inspirante, quatenus hoc exemplo futuris hominibus suaderent, ab ejus tunicæ scissura quam maxime esse cavendum. Postremo cum unica sit Virgo et Mater Ecclesia, uni dumtaxat viro copulanda profecto est: quandoquidem, Apostolo teste, et virum ipsum unius esse uxoris oportet: quos autem Deus conjunxit homo non separet. Quæ omnia cum ingenti ac summo desiderio cuperet noster ipse Gregorius; distulit tamen in hunc usque diem et horam, quod hominum non cerneret animos ad eam rem, ut opportunum fuerat, esse dispositos: at ubi ex multis signis divina illi voluntas innotuit, pro ecclesiæ tranquillitate ac pace, nos suos Legatos ad hanc sanctam Synodum destinavit, ut ejus nomine, in Dei et Ecclesiæ manibus omnia reponentes, ea disponatis, et de illius dignitate, et de ceteris omnibus, quæ videantur universorum saluti conducere.

Tum Ragusinus

exposita unionis necessitate,

D *Gregoriique ad eam voluntate,*

75 Ea cum dixisset coram, secundis litteris explicatis et in omnium audientia lectis, adjunxit; Pontificatum ergo et omni quod in eo habuisset juri aut habere potuisset, ejus nomine libere cedimus, et sincere ac sine dolo renuntiamus, hujus humilitatis et operis a Domino præmia percepturi. Ego quoque, qui illius hic legatus assisto cum meo jam functus officio sum, et Pileo et dignitati ab eo mihi collatæ ultro ac sponte resigno. Et cum Ragusinus dixisset, obstupuit Joannes, ac veluti ad ignem cera diriguit, deprehensum se ac circumventum omnino intelligens, nullamque sibi deinceps superesse viam ratus, pro tempore pauca respondit, se pro causa sua cogitaturum. Cum vero Ragusinus ad inferiorem alios inter Episcopos se contulisset locum, Imperatoris et omnium qui aderant summo consensu Synodi, ne auctoritate illum et Cardinalatus dignitati restituendum, et Concilii præsidentia honorandum, cum ingenti gloria decrevere. Itaque jam nihil in ea Synodo gerebatur, nihil apud Imperatorem, ubi Ragusini haud intercessisset auctoritas: maxima vero apud Sigismundum illius dignitas habebatur, plurimumque Ragusino tribuebatur ab omnibus.

ex aliis ejus litteris cedit Papatui,

E *seque ipse abdicat Cardinalatu:*

quem mox jubetur recipere

76 Mox autem cum dissimularet Joannes, deque die in diem cessionem suam differret; cœperunt invicem Sigismundus et Joannes sibi esse suspecti: deinde multa simulantes, in apertas tandem inimicitias devenere. Opitulabantur Joanni Archiepiscopus Maguntinus, et Federigus Austriæ Dux, et præterea omnes sui. Videns ergo Joannes tutum sibi non esse, si diutius in ea Synodo remaneret, eoque præsertim quod vim sibi inferri metueret, jamque de nonnullis animadverteret conjecturis; cum mensibus jam quatuor in eo loco ut Pontifex permansisset, de fuga jam cogitare cœpit. Nocte igitur, paucis clam comitantibus, nullo Cardinalium conscio, simulatoque habitu, fugam iniens, venit *b* Scafusam: cumque hoc innotuisset mane, nonnulli cum Cardinales vel re vera, vel quasi eum revocaturi secuti sunt. Ubi nil minus impetravere, veriti Imperatoris Synodique potentiam, Constantiam rediere: et cum in Burgundiam festinaret, a Federigo Austriæ Duce, qui e manibus eum Imperatoris se promiserat erepturum, cum accelerearet iter, in via detentus, in vinculis et carcere tempore multo miserrimam vitam egit.

Joannes Schafhusam fugit,

F

b

et ab Austriæ Duce datur in vincula.

77 Jam vero, remotis omnibus quæ videbantur Synodum impedire, liberius cuncta gerentes, ambos illos Benedictum atque Joannem, veluti sanctæ Ecclesiæ teterrimos hostes, atque hæreticos ac schismaticos, omni honore ac dignitate privarunt, anno salutis MCCCCXV. Deinde plurimas pro sanctæ Ecclesiæ reformatione instituentes leges: cumque tandem omnia satis viderentur ex sententia esse composita, ad novum eligendum Pontificem convenerunt. Ea vero electio hac maxime ratione fuit præ omnibus aliis dignissima, quod non, ut aliæ fieri consueverunt, a Cardinalibus solis est facta, sed ab his et ab unaquaque Natione, quæ ad eam viros egregios

Abdicatis Joanne et Benedicto

Florentinis tribus ad electionem concurrentibus,

A egregios electores miserunt. Ad cumulum autem nostræ laudis et gloriæ, illud quam maxime videtur conferre, quod in ea electione Martini, tres ex nostris, viros amplissimos extitisse, memoriæ proditum ipse comperio. Primus fuit Joannes Dominici, cujus modo gesta narramus; alius Leonardus *c* Statius, quem Tusca natio ad Concilium destinavit; tertius *d* Dominicus, Archiepiscopus Tolosanus. Quocirca operæ pretium fuit major et diligentior rerum et personarum discussio et examinatio haberetur, quando ad eam tot viri insignes ex diversis mundi partibus convenerunt. Quarto igitur Idus Novembris anno salutis MCCCCXVII, ingenti omnium frequentia et assensu, Oddonem Columnam in summum Pontificem elegerunt, quem Martinum quintum appellavere: qui mox Ecclesiæ et Christianorum Principum compositis rebus, solutaque Synodo ad Italiam remeans, Florentiæ tandem summo *e* honore susceptus est.

an 1417 Papa fit Martinus 5

78 Joannes vero eo tempore vinctus apud Bavariam tenebatur; et quoniam nonnulla dubitatio erat, an illius privatio, ob illatam violentiam jure esset confecta; decrevit Pontifex, ne quid novitatis eo ipso oriretur signo, eum inde educere, et apud B Mantuam perpetuo illum carceri mancipare: sed amicorum auxilio et favore, antequam illo venisset quo ducebatur, in Ligures profugit: deinde vel conscientia, vel potius meliori consilio inde profugiens, Florentiam se recepit, pedes Apostolicos *f* osculaturus. Ad ejus vero ingressum tantus concursus omnium factus fuisse fertur, ut nusquam ante meminerint homines, Florentiæ tantum populi pariter convenisse. Miserabantur quidem eum, quem tantæ quondam sublimitatis vidissent, nunc privatum sordidisque vestibus involutum, omniumque miserrimum, suis luminibus intueri. Quem cum Martinus benigno excepisset vultu, civium nostrorum rogatu titulum ei Cardinalatus restituit: quo suscepto, vix anno uno supervivens, e vita subtractus est, et in S. Joannis sacello, marmoreo sepulcro donatus.

cui se subjiciens Joannes 23,

Florentiæ moritur Cardinalis

79 Gregorius quoque Arimini degens, vel tædio rerum, vel primis illis perturbationibus fatigatus, vel certe ingravescentis ætatis causa, antequam Synodus solveretur, e vita *g* migravit. Fuit hic profecto Pontifex vir optimus atque justissimus, et cui semper bonorum et illustrium virorum consortia placuerunt: idque licet in omnibus perspici posset, in eis tamen quas fecit promotionibus quam C maxime claruit. Ceterum, ob lites quæ in Italia erant, nec satis acceptus, nec magnopere (ut ita dixerim) fortunatus fuit: atque ex hac maxime radice provenit, ut nullus Pontificum, qui deinde creati sunt iis nominibus [quibus dicebantur] qui in isto schismate præfuerunt, ulla ratione nominentur: nam semper esset difficultas in numero. Quippe si Gregorius verus Pontifex fuit, sequens qui eodem nomine vocaretur tertius decimus esset; sin autem duodecimus: sicque possent non minimæ difficultates *h* oriri. Sed Redeo ad Ragusinum nostrum.

Moritur etiam Arimini Gregorius.

ANNOTATA D. P.

a *Litteras hasce signatas* 2 *Martii profert Raynaldus ad an.* 1415 *num.* 3; *sed fallitur Auctor noster, cum porro sic rem actam scribit, acsi mox facta esset* Gregorii *cessio, et sic coactus etiam cedere* Joannes. *Priores quidem Gregorii litteræ, sponsionem cessionis continentes si cessissent competitores, quas Arimino legati attulerant, datæ erant anno* 1414 *mense Octobris, sed Procuratorium ad renuntiandum nomine suo si alii renuntiassent, primum signatum legitur, post illud Joannis juramentum anno* 1415, 10 *Martii. Cum autem vix credibile sit intra septem dies nuntium, quamD vis expeditum, ivisse ac rediisse per iter centum viginti leucarum, quot Ariminum inter et Constantiam numerantur; apparet quod Legati Gregoriani, ex plena quam habebant potestatem spatium scribendo dici vacuum in litteris Arimino allatis Constantiæ suppleverunt. Deinde prius quam cederet* Gregorius, *legitur coactus se abdicare* Joannes, *prout fecit sub finem Maji, Concilii de se sententiam recipiendo et approbando: die autem* 4 *Julii, post multam inter partes tractationem, primum facta est cessio ex parte* Gregorii, *quam ipse denique* 17 *Julii, in Montefloro diœcesis Ariminensis, cum hactenus sibi adhærentibus, confirmavit, extremo Pontificiæ potestatis actu; nihil moratus* Benedictum, *quem Concilium declaraverat jure omni, si quod habuerat, excidisse.*

A JOAN. CAROLI EX MS.

b *Fuga* Joannis *Schafhusiam, ejusque apud Austriæ Ducem captivitas: nedum cessionem* Gregorii *sed etiam sententiam in* Joannem *latam præcessit; ut toto hoc capite, quoad rerum ordinem, corrigendus Auctor noster sit.*

c Lucas Statius Ord. Prædicat. *laudatur a Poccianto in Biblioth, Florent.* ut divini verbi orator insignis, sacrarumque Litterarum præclarus E interpres: *composuit autem pro utriusque facultatibus opus insigne, quod* Petitiones *vocavit, et ad S. Mariæ Novellæ MS. servatur.*

d Dominicus *hic, sui Ordinis in Aquitania Provincialis, et Clementis VII in Schismate Confessarius, ab eoque Albiensi primum Episcopatu, deinde Tolosano Archiepiscopatu ornatus, hunc tenebat an.* 1412; *in eodemque fuit confirmatus a Martino V; ac denique de Ecclesia et Ordine suo bene meritus, obiit* 1421; *de quo vide Sammarthanos.*

e Anno Domini 1419, 3 Februarii, de Mantua (*ubi Curiam tenuerat mensibus circiter quatuor*) discessit Martinus; et per Ferrariam transiens et Romandiolam, venit Florentiam, ubi Curiam tenuit mensibus XVIII. *Ita ejus Acta, ex nostro MS. edita in Conatu, num.* 11.

f *Exceptus a Martino* Joannes *Florentiæ est, in Vigilia Corporis Christi,* 14 *Junii; et eodem adhuc anno ibidem obiit,* 22 *Decembris.*

g *Obiit* Gregorius, *non* Arimini, *sed* Recineti *ubi et tumulus ejus in Cathedrali magnifice erectus, qualis apud Ciaconium spectatur* 4 *Julii* 1417.

h *Duravit hæc cautela usque ad an* 1492, *quando Pontifex electus Rodericus Borgia,* Alexandri VI *nomen optavit; relati electionem* Alexandri V, *a Pisano Concilio factam, approbans; econtra vero Julius de Medicis, an.* 1523, *nulla habita ratione Petri de Luna et Ægidii Munionis, qui sibi sumpserant nomen* Clementis, *sub numero* VII *et* VII, *voluit dici* Clemens VII, *quem secuti et numerum istum prosecuti successores tres. Denique an.* 1572 *Papa factus Hugo Boncompagnus accepto* Gregorii XIII *nomine, indicavit quod Duodecimum crediderit verum Papam fuisse, saltem usque ad Pisanum Concilium. Interim ex illa Auctoris observatione habetur certo, ante* Alexandri VI, *creationem scriptam Vitam hanc esse.* F

CAPUT VIII.

Ragusini laudes. Legatio in Ungariam: obitus et sepultura Budæ.

Igitur in hac ipsa Synodo plurimum apud omnes valuit Ragusini nostri auctoritas, cum sermonis elegantia et virtute, tum prudentia et ingenio singulari. Nam illius ex ore omnium videbatur pendere sententia; quippe et adire omnes, quosque hortari, præclaras in omni re sententias ferre, et apud singulos miræ dignitatis existere so-

Magna Ragusini auctoritas in Synodo

A litus erat. Maxime autem in persuadendo quæ vellet solertissimus habebatur : neque enim ejus ætatis viri, quibus nunc, verborum utebantur pompis ; nec rhetoricis (ut ita dixerim) sertis aut inanibus foliis ornabantur ; semperque Apostolicam illam verebantur sententiam, qua dicebat ; Hominibus si placerem, Christi servus non essem. Quare hac solertia sermones conficiebant suos. Plurimas sacrorum Doctorum, ac nonnunquam Gentilium, ornatiores sententias, et memoriæ commendabant, et in unam sententiam cohærentes : cumque sermones ad populum essent pronuntiaturi, aut certe ad Clerum oraturi, earum plurimas assumebant ; invicemque nectentes, repente et spatio brevissimo præclaras videbantur orationes egisse. Quocirca nec longe mirum, si melioribus fundamentis roboratæ, digniores atque efficaciores ac miro modo utiles eorum orationes erant ; non assentationibus, sed sententiarum gravitate refertæ ; proximorum saluti magis, quam humanæ gratiæ vel periturae gloriæ servientes. In his ergo tam excellenter alios anteibat Ragusinus noster, ut laudes ejus universa Synodus prædicaret. Accedebat ad hæc amplissima bonitatis opinio, quæ ita omnium animis erat inserta, ut
B quæque diceret, quæcumque consuleret, quasi ex divino oraculo viderentur accepta : feruntque enim, ob insignem de eo apud omnes famam, nonnullas ad Pontificatum voces fuisse sortitum.

A. JOAN. CAROLI EX MS.

Gal 1, 10 propter gravitatem dictionis, eo avo æstimatam ;

et opinionem virtutis :

81 Tanta præterea erat hujus viri apud Imperatorem Sigismundum auctoritas, tanta fides, tantaque devotio, ut eum suis omnibus consiliis admittendum putaret ; non mediocri aut vulgari, sed arcta et intima, cum Ragusino familiaritate suscepta. Mira quoque ad illam Procerum erat reverentia ; et ad Ragusinum, veluti ad patronum et suæ salutis alumnum confluebant omnes. Itaque si interpretandæ leges, si statuta condenda, si discordiæ componendæ, si salutaria consilia et pro animarum salute præcipua forent hominibus conferenda, nemo Ragusino nostro ingenio major, nemo circumspectione solidior, nemo illo ipso habebatur illustrior. Nulla siquidem in gerendis rebus animi ægritudine agebatur, nec hominum gratia plus apud eum valebat quam ratio, et rerum quæ ad ejus perferrentur manus justitia : quippe qui omnia refert in Deum, quosque humanos respectus, ubi animi salutem adesse non viderit, algi tendos putat. Quid dicam de illius liberalitate et mundanarum despicientia rerum? qui cum talis et tantus esset, ut pro maxi-
C mis quæ ad eum deferebantur rebus immensas posset concervare divitias, vel saltem cognatis elargiri suis ; nihilominus maluit in terra magis egere, quam plus habere, ut ditior et copiosior posset esse in cœlo, iis modo contentus quæ sua dignitas postularet : si quid autem necessitate majus adesset, id totum tribuebatur egenis, ad quos miro afficiebatur amore. Neque enim studebat dites facere suos ; sed illa solum eis conferre curabat, quæ consentanea viderentur eorum conditioni fortunis esse. Sed et si quis ejus familiam ostendisset, esto ignoraret cujus Domini familiares essent ; ipsa eorum compositio et aspectus miro eos modo prodebat : tales enim erant, ut et illi tali domino, et ipse eadem familia dignus haberetur.

item apud imperatorem

ac Proceres.

Ejusdem in pauperes liberalitas,

et modestia etiam famulorum.

82 Itaque ob eas res non poterat Sigismundus ejus familiaritate satiari ; quin magis, quo eum sibi majori quodam copularet nexu Pontificem postulavit, ut eum Legatum in Boemiam atque Ungariam destinaret. Ejus autem legationis ejusmodi causa fuit. Hussus quidam sic appellatus, novum dogma inter fideles ejus regionis astuta quadam malignitate diffuderat : capita autem illius hæresis habebantur duo, aliud quidem eorum, qui de Christi paupertate fidei contraria sentiebant, quæ ortum habuisse D
fertur Joannis XXII temporibus, quando Pontifex ipse damnavit quos Fraticellos *a* vocant ; aliud novissimæ hæreseos atque obscœnissimæ, quæ demum *b* Simplicis animæ dicta est ; qui Cynicorum vel Nicolaitarum more, feminarum usum promiscuum esse volebant. Quæ cum nova esset, et hominibus carnalibus abunde placeret, mortalium multos infecerat. Ex his ergo duabus *c* hæresim unam conflantes, et permultos alios nonnullis coloribus ac ceremoniis subinferentes errores, Boemiam omnem atque *d* Poloniam a vera fide averterant, et in perniciem tantam eruperant, ut invicem se armis tueri atque defendere auderent, tumultusque multos et seditiones periculosissimas excitarent.

Legatus ad Boemiam, et Ungariam, postulatus,

a

b

propter grassantem hæresim Hussitarum,

c

d

83 Pro hac igitur hæresi extirpanda, quæ Hussitarum vocabatur, Ragusinus noster Antistes, Imperatoris rogatu, in Boemiam, Poloniam atque Ungariam legatus dimittitur ; ad quæ loca, Synodo jam perfecta, una cum Sigismundo profectus est. Quo cum pervenissent, invenit hæresim tantopere confirmatam, [tamque] multorum Principum et Procerum favoribus roboratam, ut nec adhortationibus,
E nec optimis virtutum exemplis, non solertissimis disputationibus, nec Ecclesiæ interminationibus atque pœnis, a concepta jam pridem pertinacia moverentur. Apparebat igitur eos non nisi armis et violentia et suppliciis esse ad veritatem fidei reversuros. Ceterum Sigismundus, eorum magis corpora quam animos diligens, cum posset parva manu pertinaces extinguere (nam vis solum in Capitibus erat) maluit eos hæreticos vivere, quam fideles omnes paucorum morte salvare : dicebat autem, Non leviter in arma veniendum : Mortuos homines ulterius converti non posse ; quamdiu vero vixerint, tempore quandoque in melius mutari. Sed secus ac sperarat accidit. Dum enim teritur tempus, tantum apud eos perfidia illa invaluit, et ita adaucti sunt ; ut jam duo illa regna misero lapsu invaserit, perseverantque in hanc usque ætatem, incendiis et cæde multa vastantes.

eoque cum Sigismundo Imperatore profectus,

malum jam incurabile ferro secandum censet·

quod non probanti Imperatori, prædicit,

84 Videns itaque Ragusinus Imperatoris esse hujusmodi mentem, ita Principem est allocutus : Tu quidem, o Invictissime Cæsar, innata bonitate ductus adversus hos pestilentissimos viros, nequaquam armis decernendum putas, credisque eos bonis verbis ad viam veritatis reducere : ego vero prædico tibi, me hos homines talibus conjecturis hoc tempore cognovisse, ut sperare non possim eos nisi ad pejora et perniciosiora venturos. Tu igitur
F eo loco et tempore remedia adhibere tentabis, cum, illis majorem in modum roboratis, facere id ipsum non poteris. Melius autem fuerat, cum adhuc res ipsa recentior est, cum nondum tantos pestis invasit, eorum perfidiam armis opprimere ; quam in illud differre tempus, in quo plurimi fidei quam magna pericula sunt incursuri : talis enim hæc pestis est, ut sensim multos invadat, nec bonis possit verbis ad meliora et saniora converti.

id volutum, cum serius erit

85 Hæc Pontifex allocutus, ubi cernit Imperatorem in sententia permanere, se vero nihil inde fructum efficere ; ne sanctum canibus videretur dedisse, quibusdam eis locis interminationibus factis, Budam se recipere statuit. Id autem non sine magno bonitatis consilio gestum esse puto, et pro iis contra quos agebatur, et pro eo ipso qui rem ipsam curandam susceperat. Pro illis enim, quia ita eorum demerita postularent, ut quemadmodum sacræ litteræ dicunt, Omni habenti dabitur ; ei autem qui non habet et quod videtur habere auferetur ab eo ; ac præterea, ut qui in sordibus est, sordescat adhuc ut alius Propheta referebat : fit enim plerumque ut peccata nostra ipsa efficiant, ut et prioribus gratiis privemur

Budam seque recipit.

Deo sic disponente, in pœnam pravorum, Mat 13, 12 Ap. 22, 11 *et ad ipsius probationem.*

A privemur, et iis etiam quæ secuturæ esse videbantur. Pro Ragusino vero nostro ob eam rem existimo ita Deum voluisse accidere : cum enim multa, ut prædiximus, in Ecclesia Dei gloria floruisset, ne qua fortassis inanis gloriæ illius mentem tumor invaderet, si cuncta illi ad votum succederent; placuit Deo hanc ejus gloriæ doloris immixtionem præbere ; ut semper meminisset, quia calix in manu Domini vini meri, plenus mixto. Neque enim verisimile est piissimum virum non vehementer pro illorum populorum perditione indoluisse.

Ibi ille se ad extrema disponit,

86 Venit ergo Budam : et quasi jam animo præsagiret, ocyus sibi vitæ terminum adfuturum, multa diligentia et studio cœpit divinis rebus incumbere ; vigiliis, orationibus, jejuniisque, si quod sibi tempus superfuisset, consumens : et quasi publica jam videretur cura liberatus, rem suam incredibili devotione gerebat. Insignis in eo pietas et miserorum compassio fuit : nullique rei parcebat, ubi cerneret eorum miseriis subvenire posse. Itaque egregia illius fama, et in ea urbe, et circumadjacente provincia, brevi amplissime diffusa est : ita ut omnes eum ob vitæ sanctimoniam multa reverentia et honore dignissimum judicarent. Cum B ergo febri ardentissima correptus, tandem vitæ finem sibi adesse sentiret ; ad Proceres omnes ac domesticos, qui undecumque convenerant, ut in tanti Præsulis transitu collacrymarentur, quasi supremum ei officium præstituri, in hunc modum lectulo insidentem verba fecisse Præsulem dicunt.

et febri correptus,

mortem sibi diu optatam fuisse dicit.

Quamvis ego multa, Fratres ac Filii mei, in præsenti vita, pro mea et aliorum salute, ex Deo consequi desideraverim, nihil tamen tantopere concupivi, ut ab hujus miseria carnis dissolvi et esse cum Christo. Earum rerum quas sum consecutus vivens, fecit bonitas divina, non virtus mea ; quas vero non sum adeptus, mea potius volo existimare causa, quam aliorum provenisse. Homo quidem peccator cum fuerim, si me Deus non ita exaudivit ut cupiebam, scimus quia peccatores Deus non audit, ut felix ille cæcus natus referre solebat. Quod cum ita sit, utrisque, et bonis et peccatoribus, terminus vitæ desiderabilis esse debet : bonis quidem, ut laborum suorum præmia longe meritis suis percipientes majora, bonitatem Dei in semetipsis agnoscant; malis vero, ut jam tandem aliquando desinant peccatores esse.

ab adstantibus sibi petit ignosci offensas,

87 Hac ergo extrema causa, non propriæ virtutis fiducia, ego peccator expetebar mortem, cupie- C bamque ab his peccatorum nexibus liberari. quod cum intelligam me in proximo consecuturum, Deo immensas gratias ago, cujus ope gratiam atque misericordiam me habiturum spero. Id ut facilius adipiscar, oro atque obtestor, ut si quid aliquando in vobis deliqui, veniam mihi atque indulgentiam præstare atque condonare dignemini. Cavete autem ne, mei fortassis opinione ducti, huic corpusculo funeris pompas, cum e vita excesserim, faciatis insignes : sed ut Fratrem decet (quandoquidem nulla in hac vestra urbe est meæ Religionis domus) apud venerabiles illos S. Pauli primi Eremitæ e Fratres, meum oro corpus deponite : ipsi me servent, et mihi apud Dominum sanctis illis suis orationibus suffragentur. Terræ igitur, tanquam propriæ matri, vos una cum eis hos commendabitis artus : funebres autem illas pompas, in suffragia et orationes pro animi mei salute convertite ; id enim et Deo erit acceptius, et necessitati meæ scio futurum esse utilius. Quid autem vobis, fratribus et filiis meis, in hoc meo decessu relinquam, nihil invenio ; nisi ut pacis et fidei semper jura servetis, et mei memoriam vestris orationibus inseratis.

jubet se humiliter apud Paulitas sepeliri,

e

a Joan. Caroli ex ms extremoque valedicto,

88 Ea cum dixisset Antistes, collacrymantibus cunctis et ipse pariter collacrymatus est. Deinde D omnes ad unum consalutavit, et ad pacis deosculationem, mira caritate atque omnium qui aderant devotione, suscepit. Demum, extensa dextra, Pontificali eos benedictione consolatus est : et cum omnia jam et publica et privata munera esset prosecutus, veluti jam suo videretur functus officio, omnibus valedicens, cum jam pridem Sacramentis omnibus fuisset devotissime roboratus, uti subito arriperetur somno, sic felix ille spiritus, et ausim dicere sanctus, relicto corpore et hac lutea domo, ad non manufactam angelicis comitatus obsequiis accessit. Fuit enim vir in omni genere virtutis excellens, et apud quem in spirituali vita omnis mediocritas sordida semper erat. Tum vero ad ejus transitum commota omnis civitas est, omnesque artium tabernæ reclusæ, singulique ad ejus funus multa devotione ac lacrymis undique concurrebant. Præcedebant autem ex more, Religiosorum omnium familiæ, cordialibus lacrymis plenæ, quæ tanto Patrono deflebant se jam destitutas esse, cui similem non æstimarent se facile reperturas.

placide exspirat.

89 Circa venerabile autem corpus ejus ingens erat luminum ac funalium multitudo, familiaresque ejus, lugubri veste induti, feretrum ambiebant ; E nec segniores illis lacrymæ erant, quam si parentis aut filii funera celebrarent. Prosequebantur autem funus Magistratus primum, deinde Proceres omnes, et nobilium postremo et popularium sexus utriusque innumera multitudo : qui omnes ut in proprio funere lamentabantur atque dolebant. Deportatum est ergo venerabile ejus corpus ad templum Fratrum S. Pauli primi Eremitæ, quæ domus in suburbano est civitatis Budæ, quoniam in eo loco domum Prædicatorum Ordo non habet : ibique omnibus rite perfectis, tandem insigni sepulcro traditum est. Ferunt autem in eo templo, ad ejus venerabile corpus, prodigia fieri multa plurimosque ibi imagines astare, prodigiorum testimonia (ut ita dixerim) referentes, quæ meritis hujus viri fideles sunt consecuti.

Magno cum concursu Budensium elatus ad S. Pauli,

ibidem miraculis claret;

90 Qua in re sæpenumero cogitanti mihi nihil est quod animo ita commovear, quam quod numquam præstantis hujus viri præsentia licuerit nobis nostra hac in civitate frui : quem cum alii omnes super pupillam (ut aiunt) cupidissime comportassent, nostra solum ab urbe, posteaquam Cardinalis fuit, exclusus est. Habeant ergo sibi divitias suas, et inanes mundi prosequantur honores, eosque probent mortales, et in amicitiis præferant qui eis magis F juxta cupiditates suas videantur conducere. Ecce autem hic noster Antistes apud Budam in S. Pauli primi Eremitæ jacet, summa gloria et honore sepultus : et quem sui visi sunt non magni fecisse dum viveret, Hungariæ regnum ingenti et singulari honore prosequitur. Sed divina sapientia omnia certe, probe, suaviterque disponit : nam si Florentiæ ejus funera sortiremur, non nisi Florentiæ notus esset : nunc autem in remotissimis partibus degens, longe magis virtutis et probitatis ejus fama diffunditur. Hic ergo finis fuit Fratris Joannis Dominici, Ragusini Antistitis, ac sancti Sixti titulo Cardinalis, viri omnium sui ætate clarissimi ac præstantissimi : cujus si domus nostra ac Religio omnis in ævum lacrymis prosequeretur funus, ne minimam quidem ejus meritorum partem certe videretur ut debuerat persolvisse. Sed et bene gestorum ejus copiam et dignitatem annus supra millesimum quadringentesimus *f* vigesimus beato fine conclusit.

Deo ejus a patria urbe exilium,

compensante in Hungaria honore majori.

f ut circa an. 1419.

ANNOTATA D. P.

a *Vide* Joannis XXII *Acta in nostro Conatu n.* 14

e

A *et seqq. ubi intelligitur anno* 1323 *mense Novembri suscitata quæstio, an Christus et Apostoli aliquid possedissent saltem in communi; et negantes dicuntur hæreseos damnati. Anno autem* 1323 *damnavit Pontifex. Post illam Petri Joannis Minoritæ*, ex qua fomentum sumebat secta pestifera illorum, qui Beguini sunt vulgariter appellati, qui se Fratres pauperes tertii Ordinis S. Francisci communiter nominabant, *brevius aliter* Fratricelli *dicti*.

b *Hujus nominis necdum alibi indicium reperi: sectam ipsam superioris ævi Anabaptistæ resuscitarunt, quorum præcipuum dogma, Christianis omnia debere communia esse, etiam uxores.*

c *Hussitarum aliquos utraque turpitudine infamatos fuisse, non ausim negare: fundamentales sectæ errores, a Wicleffo accepti, potissimum adversabantur Ecclesiasticæ et Civili potestati; quibus in Bohemia accessit usus Calicis, laicis communicandi, veluti propria Hussitarum tessera. Itaque huic Auctori, longe a Germania scribenti, non satis nota videtur fuisse hæresis illorum; et ex vulgi sermonibus accepta idea ejusdem, minus propria.* D

d Poloniam *nescio unde acceperit Auctor, ejus sic infectæ non meminerunt Concilii Constantiensis Acta, nec ad ipsam extenditur Legatio* Joannis, *in diplomate Martini Papæ, supra allegato.*

e *De hujus Ordinis institutione, Regula Augustiniana informati an.* 1263, *vide Bollandum nostrum* 15 *Januarii.*

f *Ita scilicet habentur a suscepto Cardinalatu anni* 12 *completi; sed cum ambigue loquatur S. Antoninus, mallem accipere medium, ut* Joannes *mortuus sit an.* 1419. *mensibus circiter* 10 *in ea Legatione peractis, anno Cardinalatus* 12 *inchoato.*

UNDECIMA

UNDECIMA DIES JUNII.

SANCTI QUI III IDUS JUNII COLUNTUR.

Sanctus Barnabas, Apostolus, Salamine in Cypro.
S. Felix, S. Fortunatus, — Fratres, Martyres Aquileiæ.
S. Emeritus, S. Heretus, seu Acretus, S. Victorianus, S. Victor, — Martyres Aquileiæ.
S. Theopemptus, et Socii quatuor, — Martyres apud Græcos.
S. Basilia, S. Crispolus, S. Restitutus, — Martyres Romani.
S. Batatzunus, S. Palæmon, S. Garuma, — Abbates in Habassia.
S. Amabilis Presbyter, Patronus Ricomagensis in Arvernia.
S. Blitarius Presbyter, Anachoreta in Trecensi Galliæ diœcesi.
B. Petrus Rodriguez, Commendator, Ordinis S. Jacobi,
B. Mendus Valle, B. Damianus Vaz, B. Alvarus Garcia, B. Stephanus Vasquez, — Equites
B. Valerius de Ora,
B. Garcias Rodriguez Mercator,
Tarviræ in Alegarbiis Martyres.
B. Aleydes de Scharembeka, Sanctimonialis Cisterciensis, Cameræ prope Bruxellas.
S. Parisius, Monachus Camaldulensis, Tarvisii in ditione Veneta.
S. Flora Virgo, Ord. S. Joannis Hierosolym. apud Cadurcos in Gallia.
B. Joannes Teutalbene, B. Joannes ab Avellino, — Ordinis Minorum prope Tudertum in Umbria.
S. Rosselina, Virgo Carthusiana, prope Arcus in Provincia.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI.

G. H. Opera R. P. Godefridi Henschenii piæ memoriæ, nisi aliud indicent Litteræ margini additæ.

Sanctus Anastasius, Abbas Suppentoriensis, *memoratur in quodam MS. Benedictino. De eo egimus* xi Januarii.

S. Antonii corporis inventio, *indicatur in MS. Florario; item a Greveno, Canisio, et aliis, uti diximus ad ejus Vitam* xvii Januarii.

S. Rembertus, Episcopus Bremensis, *memoratur a Greveno, Molano, Galesinio, Wione, Mabillone in 4 seculo Benedictino et aliis monasticis, uti diximus ad ejus Vitam* iv Februarii.

Chlodobaldus, discipulus S. Amandi et Præpositus Marchianensis cœnobii, paralysi ob inobedientiam percussus et a S. Amando sanatus, vir sanctus habitus et miraculis clarus, *hoc die refertur a Rayssio, in Auctario ad Molanum in Natalibus Sanctorum Belgii et quidem, cum titulo* Beati, *uti etiam a Bucelino. De eo egimus ad Vitam S. Amandi, et potissimum ad cap.* ii *Vitæ per Philippum Abbatem die* iv Februarii.

S. Gajus, Martyr in Maja insula, *indicatur in Menologio Scotico Camerarii, videtur is esse, qui a nobis est relatus* iv Martii.

S. Ædelwaldus, Presbyter et Anachoreta in Anglia, *refertur in prima editione Martyrologii Anglicani et a Ferrario in Catalogo generali. Nos cum secunda editione et aliis, dedimus ejus Acta ad diem* xxiii Martii.

Gabrielis Angeli *memoria aliqua apud Græcos in Menæis extat. Nos cum eisdem Græcis de eo egimus* xxvi Martii.

Postea decretus est ei cultus suus xviii Martii.

S. Apollo, Episcopus Martyr, *indicatur in MSS. Menæis Chiffletianis* xxix Martii. et viii Decembris. *Ab aliis sine titulo Martyris.*

S. Drogonis, Reclusi in Hannonia, elevatio aliqua facta *dicitur* anno 1272, alia per Richardotum Archiepiscopum Cameracensem, *indicatur a Saussayo. Vitam illustravimus ad diem* xvi Aprilis.

S. Gregorii Nazianzeni Translatio corporis, Constantinopoli Romam, *celebratur in Martyrologio Romano, et aliis. De ea egimus ad Vitam* ix Maji.

S. Petri Cœlestini apparitio, Aquilæ facta, *indicatur a Ferrario in Catalogo generali. De ea egimus ad Vitam* xix Maji.

Achas pueri, Thorhouti in Flandria mortui, *memoria refertur a Cantipratano, lib. 2 de Apibus cap. 27 seu 28; et a Meyero in Annalibus Flandriæ ad annum 1220, et ad hunc diem a Molano in Natalibus Sanctorum Belgii, Miræo, et Saussayo; sed inter* Pios. *Quod sufficit indicasse: quia eum more suo* Beatum *appellat Arturus, in Martyrologio Franciscano.*

Aigulphus, Episcopus Bituricensis, *adfertur a Menardo et Bucelino. Acta ejus dedimus* xxii Maji.

S. Ebremundus, Abbas in territorio Bellovacensi, *ad quod corpus translatum fuit, memoratur a Menardo et Bucelino. Hic alium arbitratus, retulit eum etiam ad diem præcedentem, et tunc de eo egimus* x Junii.

SS. Hippolyti et Justini Martyrum Translatio, Septempedæ

Septempedæ in Piceno, *memoratur a Ferrario in Catalogo generali citatis*..... Tabulis Ecclesiæ Sanseverinatis. *De quibus aliud hactenus non potuimus scire.*

D. P. Gajus Episcopus Hierosolymorum, *hodie refertur in MS. Florario, estque apud Theodoricum Pauli Patriarcha*, XXIII *tempore Antonini et Commodi, dicitur autem hoc die obiisse, quod satis sit indicasse; de eo egi ante Tomum 3 Maji in serie Chronologica istorum Patriarcharum.*

Maria, sanctimonialis in Hispania, castitate et abstinentia clara, *cum titulo* Sanctæ *inscripta est Appendici Wionis et Menardi, quod dies natalis ignoretur; quæ ob Arturo in Gynæceo sacro ad hunc diem primo loco habetur, et citatur ab omnibus Ambrosius Morales, quod libro 15 Historiæ Hispanicæ cap. 54 eam protulerit. Is hos versus repertos refert.*

Membra fulgent hic urna.
Anus religiosæ,
Rite carne devicta,
In sobria fama casta,
Arce cœlesti et aula,
Sum tecta hic saxea cava.

Additur ista explicatio, quod primæ litteræ quinque primorum versuum indicent nomen Maria, *et sextus versus compleat sensum* Maria sum. *Quid si nomen aliud exciderit? Sed esto; nomen Maria fuerit: unde scitur* Sanctimonialem fuisse, *ac præterea* Ordinis Benedicti? *ac denique, unde probatur illi deberi nomen* Sanctæ? *An vetusti poetæ, cœlo adscriptam sperantis, vim potest Canonizationis habere?*

Hugo, Abbas Marchianensis ad Scarpum fluvium, Ordinis S. Benedicti, mortuus anno MCLVIII, ut vir sanctus et humilis *laudatur a monacho antiquo Marchianensi libro 2 miraculorum S. Rictrudis, a nobis ad* XII *Maji editorum ubi pag.* 113 *num.* 62 *et sequentibus aliqua ejus Vita et obitus describuntur, sicuti etiam a Bucelino lib.* 5 *Annalium Gallo-Flandriæ pag.* 234 *et sequenti, et a Rayssio in Auctario ad Natales Sanctorum Belgii Molani: qui duo ipsum titulo* Beati *honorant. In tractatu de Patrocinio S. Rictrudis, auctore Gualberto, a nobis etiam edito, sub finem enumerantur Sancti Marchianenses, nulla facta hujus* Hugonis *mentione.*

B. Hilderici Abbatis depositio, in Samnio, milliario XXX ab urbe Roma, *proponitur in scriptis additionibus Carthusiæ Bruxeliensis ad Grevenum: de quo nihil alibi, ne quidem in Samnio Ciarlatti, legimus.*

Lintbertus Abbas Hirsaugiensis *inde indicatur a Bucelino, præposita littera* V *quo videbatur inter* Venerabiles *haberi.*

Raynerus, Prior Claræ-vallis, *e Flandria a S. Bernardo eo ductus, cum titulo* Beati *indicatur ab Henriquez et Bucelino: omittitur a Chalmoto et aliis.*

Bernardus a Viridanto seu Vigitantis Assisias et S. Francisci socius, *vitæ sanctitate præclarus æstimatur a scriptoribus Ordinis: sed ubi mortuus sit controvertitur; ab aliis in Conventu S. Mariæ ab Angelis Assisii sepultus dicitur, ab aliis missus in Aragoniam et Cæsaraugusta sepultus: ejusque, et Lupi Marochiorum Episcopi corpora ad novam Conventum translata et miraculis comprobata Kalendis Maji. Res Bernardi confusionis plena invenitur ab Arturo et Jacobillo; qui cum ad hunc* XI *Junii referunt et more suo* Beatum *appellant, non tamen cultum Ecclesiasticum indicant: de Lupo inter Prætermissos Maji egimus.*

Helizarius, Generalis Carthusiani Ordinis, *cum elogio longo ob eximias virtutes laudatur a Saussayo, sed solum inter* Pios.

Fr. Stephanus, cognomento Bandellus Ordinis Prædicatorum, sacrorum Canonum ac Theologiæ Doctor solennissimus, divini verbi velut alter Paulus prædicator egregius, anno MCCCCL vitæ suæ LXXXI, vitæ sanctitate ac miraculis insignis, apud Salutias provinciæ Lombardiæ, tertio Idus Junii migravit ad Dominum; sepultus honorifice in Ecclesia Fratrum, ubi usque hodie venerabiliter custoditur, et suppliciter adoratur. Claruit namque post mortem miraculis, ut ceræ imagines et tabulæ, ejus miracula continentes, ad ejus tumulum dependentes, protestantur. Nam Sebastianus, filius Festæ de Salutiis, in Pado cadens, per magnum horæ spatium sub aquis consistens, invocato B. Stephano ejus meritis liberatus est. Hujus miraculi testes sunt pater dicti juvenis, et alii fide digni, qui per fluminis prædicti ripam dictum juvenem quærentes, ipsum incolumem repererunt. In hujus autem miraculi testimonium tabellam ad prætati B. Stephani tumulum appendi fecit. Alius Salutiis, Lanfranchus Rogerii nomine, cum de Saona Genuam navigio pergeret, sæva orta tempestate, ita quod de ejus vita non parum timebat, voto emisso ad B. Stephanum, incolumis Genuam applicuit: in cujus miraculi fidem, tabulam prædictum continentem miraculum, ad ejus tumulum apponere curavit. *Ita Taegius in Chronico MS. Mediolani fol.* 358. *Nulli autem, ac ne Marchesio quidem in novo Ordinis Diario notus est iste* Stephanus, *ideoque etiam Prætermissus a nobis, donec de perseverante, nec rite abolito cultu, constet.*

Gualdentonus, Ordinis Prædicatorum, *ut* Beatus *indicatur in Scriptis Additionibus Carthusiæ Bruxellensis ad Grevenum. Nobis et Ordini hactenus ignotus.*

Petrana a Castro, Virgo Dominicana, Cæsaraugustæ cum opinione sanctitatis mortua an. 1601, *ut* Beata *refertur ab Arturo in Gynæceo.*

Guilhelmus, Jacobus, Joannes, } *Valencenis* 13 *seculo.*
Leonardus Tiferni,
Gerardinus in Navarra, an. 1433,
Lucas de Almadebat in Mexico, an. 1550,
Vincentius in India Orientali, an. 1550,
Livinius Brectinus, in Belgio, an. 1560,
Elisabeth, a Navarra in Gallia, an. 1500,
Philippa, a Salo Major, in Hispania 1505,
} Ordinis Minorum fama virtutum celebres, *referuntur in Martyrologio Franciscano Arturi, et Virgines etiam in ejus Gynæceo.*

Franciscus a S. Vedasto, Ordinis Minimorum Provincialis in Francia, *a pietate laudatur apud Saussayum, inter* Pios.

Raphaela Ybarra, Tertiaria Carmelitana, *Valentiæ in Hispania mortua anno* 1604, *cum opinione sanctitatis, et* Beata *inscripta est Gynæceo sacro Arturi.*

S. Maximus Episcopus Neapolitanus, *olim celebratus hoc die, nunc autem, teste Caraccciolo* XII Junii.

S. Onuphrius Anachoreta, *apud Galesinium, Maurolycum, Canisium: in Romano et Menæis* XII *et* XIX Jun. D. P. NOT 22

S. Zeno, in pace requiescens, *indicatur in Menæis MSS. Divionensibus: in excusis et aliis MSS.* XII Junii.

S. Triphyllius Episcopus, *memoratur in MSS. Menæis Divionensibus, sed iterum in illis et in Martyrol. Romano* XIII Junii.

Guidolus Confessor, *indicatur in scriptis additionibus Carthusiæ Bruxellensis ad Grevenum, nobis ignotus,*

tus, visi sit Guido Minorita, *referendus* XII Junii.

S. Joannes de S. Facundo *Ordinis S. Augustini, Salmanticæ defunctus an.* 1479 *in festo S. Barnabæ, hoc etiam die refertur in Catalogo generali Sanctorum Ferrarii, et in Hispanico Martyrologio Tamayi. Sed impedito die illo, statuit Clemens VIII transferendum festum et Officium, in diem sequentem* XII Junii.

S. Ætherii Episcopi Viennensis elevatio, *indicatur a Saussayo ; at Natalis incidit in* XIV Junii.

S. Leufredus, Confessor in pago Madriacensi, *indicatur in MS. Luxoviensi. Ejus Vitam dabimus* XXI Junii.

SS. Marcellus et Anastasius, Martyres in agro Bituricensi, *proferuntur a Saussayo. Nos de ipsis agemus die eorum natali* XXIX Junii.

S. Reginæ viduæ, | relatio corporum refertur
S. Ragenfredis Virginis | *a Molano, Saussayo et aliis.*

S. Regina, fundatrix in Dononii, *colitur* I Julii.

Ragenfredis Abbatissa *apud Molanum Saussayum et Bucelinum habetur* VIII Octobris.

Silvester, S. Palladii socius in Marria, *indicatur in Menologio Scotico Dempsteri, et ex ejus Scriptis in Catalogo Ferrarii. Si quid haberi possit certi dabitur ad diem* S. Palladii *qui est* VI Julii.

Spinalus Confessor, vir summæ humilitatis et obedientiæ, discipulus B. Hildulphi Archiepiscopi Trevirensis, *memoratur in Auctario Greveni ad Usuardum, et secuti sunt, Molanus in prima editione suarum Additionem, Canisius, Ferrarius, et Saussayus in Supplemento Martyrologii Gallicani. In Epitome seu Medulla Gestorum Trevirensium ex Germanico Joannis Enen Latine per Joannem Scheckmannum anno* 1517 *edita, sub finem in Indice dicitur,* Spinalus monachus coli Kalendis Augusti. *Verum ejus gesta præclara continentur in Vita dicti Episcopi Hildulphi, ad hujus natales una illustranda* XI Julii.

SS. Nabor et Felix, Martyres Mediolani, *proferuntur in antiquis Martyrologiis, etiam S. Hieronymi et aliis : et in MS. Strossiano additur* Crutius. *Acta dabimus* XII Julii.

S. Anacletus Papa *indicatur a Rabano et Nothero. In Martyrol. Romano et aliis* XIII Julii.

Egbertus sive Edbertus, Northumbriæ Rex, dein Clericus seu Monachus, ut Sanctus *inscriptus est Martyrologio Anglicano Wilsoni in secunda editione, et Alfordus ad annum* 798 *num.* 3 *asserit*, inter Sanctos collocatum a majoribus, *quos utinam nominasset ! Wigorniensis ait* XVI Kalendas Septembris defunctum esse. *Dunelmensis tunc* apud Eboracum feliciter spiritum emisisse ad Superos. *Si quod publicæ venerationis signum adferatur, poterit de eo agi dicto* XX Augusti.

S. Bartholomæus Apostolus *solemni cum veneratione colitur a Græcis una cum S. Barnaba et eorum exemplo refertur a Galesinio. At Latini ejus festum celebrant* XXIV Augusti.

S. Audomari Translatio *indicatur in scriptis Additionibus ad Grevenum, uti in aliis præcedentibus diebus Vita danda est* IX Septembris.

S. Amabilis, Abbas Ricomensis in Arvernia, *profertur a Jacobo Branche quasi hoc die coleretur, ejusque Vita deducitur. Parisiis in ecclesia S. Pauli sacellum is habet, verum in Officiis Propriis, et in Ordine divini Officii diœcesis Claromontensis, sub ritu semiduplici colitur, et in variis Martyrologiis annotatur,* XIX Octobris.

S. Sosthenes, discipulus S. Pauli, *inscriptus est Martyrologiis Adonis Notkeri, Bedæ supposito, Greveni, Maurolyci, et aliorum. Verum alii cum Martyrologio Romano eum habent* XXVIII Novembris.

S. Judoci Abbatis *quædam commemoratio habetur in MS. Florario, item apud Grevenum et Canisium. Ejus Vita danda est* XIII Decembris.

DE S. BARNABA APOSTOLO,

SALAMINE IN CYPRO.

D. P.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De, cultus die, et anno Martyrii ex actis. Hæc quando et, quomodo, sub nomine Joannis Marci, composita.

AN. LXIII

Ejus et S. Bartholomæi cultus serius susceptus

Laudatissimus in Actis Apostolorum *Barnabas, et ipse cum Paulo Apostolus Gentium, extra patriam Cyprum, nullum, qui quidem doceri possit, cultum in alia aliqua Ecclesia habuit, aut locum in antiquiori Occidentalis Ecclesiæ Martyrologio; sed neque Orientalis, nisi admodum sero, additus* S. Bartholomæo *Apostolo ; quem hoc die præcipue colunt Græci, a Latinis dilatum ad mensem Augusti. A Græcis utrumque simul etiam acceperunt Moschi eodem hoc die colendum ; de suo autem addiderunt, ad singularem festi æstimationem indicandam, ut esset* permissio vini et olei, *scilicet pro Monachis ;*

Nomina Fastis inscripta a Floro Lugdunensi,

quæ quia rara, subinde etiam ad certos dies invenitur notata in Menæis Græcorum. Mirum porro est quam similis fortuna fuerit utriusque Apostoli, in adipiscendo serius cultu tam apud Græcos quam apud Latinos ; et quod neque Hieronymianum Martyrologium, neque vetera Sacramentaria Barnabæ *aut* Bartholomæi *meminerunt. Nam quæ in Gregoriano habetur Missa de S. Bartholomæo, ei primum accessit post corpus translatum ex Lipara Beneventum, atque inde Romam*

NOT. 22

anno DCCCXL.

2 *Utrum autem genuinus Beda, qui* Bartholomæi *nusquam meminit, revera meminerit* Barnabæ, *etsi ita aliis nobis visum sit, vehementer nunc ambigo, vereorque ne, sicut Florus primus ei eloquium addidit ex Actis Apostolorum ; sic et nomen primus inscripserit Fastis. Florum secutus est Ado, et Adonem Usuardus, ac ceteri ; per Usuardum autem passim ubique receptum, quaquaversum invaluit, ut S. Barnabas Kalendariis inscriberetur : et sic Radulfus de Rivo,*

quem secuti Ado, Usuardus, etc

initio seculi XV *florens, lib. 2 de Observat. Canonum, Propos* 17. Barnabæ *festum inter ea numerat, quæ* Generali consuetudine habent festivitatem novem Lectionum. *Clemens VIII, procurante Bartholomæo Garanto,* Lectiones *proprias* addidit, et declaravit esse Duplex majus : *uti testatur idem Garantus in Comm super Rubricas Breviarii. Colunt ipsum Habessini Æthiopes* XXI *Chiac, qui* XVII *Decembris respondet :*

NOT. 23

eique ipsorum Poeta, in suo Hagiologio metrico, hanc strophen accinit : Salutem dico Barnabæ, qui nullis carnis vinculis detentus fuit, quo minus Spiritu sancto actus, statuta ejus impleret, verbi ministerio

cum Habessinis 17 Dec

potens

potens. Cum ab hoc mundo migrasset, et ardor ignis esset extinctus, pollinctum est corpus ejus manibus Marci Evangelistæ.

In Periodis Barnabæ 11 Junii compositus cum feria 2

3 Joannem *cognomento* Marcum Consobrinum Barnabæ *locus hic indicat, quem eumdem esse Evangelistam infra probabile faciemus. Hæc imputantur Periodi* S. Barnabæ, *quæ habentur, nobisque transcriptæ sunt ex Bibliotheca Vaticana Codice* 1667, *Latine autem reddita a Guilielmo Card. Sirleto, simul eis ex ejus autographo ibidem asservato sub num.* 1687 *transscribi nobis fecimus, et ad Græcum textum collata nunc damus. Ibi num.* 14, *dicit Auctor, quod quando corporis combusti cineres in speluncam abdidit*, erat hora tertia noctis, secunda Sabbati, mensis secundum Ægyptios Pauni dies decima septima, Generationis anno XII secundum Romanos autem, mensis Junii XI dies. *Græce scriptum erat* τοῦ δὲ γένους ἔτους ιβ' *pro quod Sirletus vertit* anno autem centesimo secundo post natalem diem Domini, *quasi in suo MS. nactus* ρβ'. *Verum neque vox* γένος *hoc apta est significare, neque mos antiquis erat annos a Nativitate Christi signare, neque est credibile tamdiu vixisse* Barnabam, *coætaneum Pauli. Itaque si in Sirleti Codice vere legebatur* ρβ', *notata fuerit alia quæpiam Æra, quam Sirletus perperam crediderit esse Æram a Christi nativitate ductam, quod in subjecto casu erat incongruum.* B

et an. 102

indicat nobis annum Christi 53,

4 *Primum ergo considero, prænotato loco componi secundam Sabbati sive Feriam secundam, cum die* XI *Junii, ideoque notari annum qui secundum cyclum litterarum Dominicalium curreret sub littera* G. *Ex pluribus autem Æris, quarum annus* CII *posset ad examen vocari, si forte capax sit talis concursus, solum duæ occurrunt: earum vero alterutra si Cypriis in usu fuerit, habemus annum requisitum. Prior est Æra Juliana, initium sumens a primo Julii Cæsaris Dictatura, quam vicio eisque Pompeio suscepit anno* I *Olympiadis* CLXXXIII. *Nam ab hoc loco, inquit Eusebius in Chronico,* Antiocheni *sua tempora computant; et hic usus apud Chronologos vocatur* χρηματισμὸς ὡς Ἀντιοχεῖς. *Evagrio nonnullisque aliis usitatus, a Cedreno quoque indicatur; sed hic nescio quomodo componit initium ejus cum* anno XLVIII regni Augusti, *qui solum annos natus* XIV, *anno duntaxat quinto post appellatus est Cæsar. Ex tali Epocha annis* XLIX *præveniente Epocham Æræ vulgaris, ductus annus* CII *convenit cum anno Christi* LIII, *quando currebat littera Dominicalis* G, *et pro hac Æra hic intelligenda facit, quod Antiochiæ, quorum Præsidi etiam Cyprus suberat cum tota Syria, licet in gratiam Cæsaris instituissent annos numerare a pugna Actiaca, quæ Romanum Imperium Augusto asseruit, Æram vulgarem annis* XXX *prægressa: Augusto tamen ejusque successore Tiberio mortuis, redierunt ad usum Æræ Julianæ, sicuti ex pluribus eorum antiquis nummis demonstrat Joannes Harduinus noster in Antirrhetico pag.* 60. *Exemplo sit Nummus primus, Claudii Imperatoris imagine signatus et inscriptus* ΕΠΙ ΠΕΤΡΩΝΙΟΥ. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΕΤ. ϟ', *id est,* sub Petronio *Præside* Antiochenorum *(cusus)* an. XC; *quod non posse de alio anno quam Juliano intelligi, probatur ex ipso anni numero, qualis nullus convenit cum imperio Claudii in nummo expressi, præter Julianum, concurrentem cum anno Æræ vulgaris* XLI, *quo currebat usque ad Majum annus* I *Claudii, ut eo signatum esse nummum oporteat: convenit autem annus Julianus* CII *cum Christiano* LIII.

potius quam annum 64.

quia Æra Juliana, in usu erat Antiochenorum,

adeoque et Cypriis.

non vero Hispanica,

5 *Altera Æra, ab Hispanis tempore Augusti recepta et pertinaciter usurpata usque ad seculum* XIV, *annis* XXXVIII *Æram vulgarem prævenit; habetque annum* CII *cum anno Christi* LXIV *concurrentem, et simili littera* G *notabilem. Huic posteriori Æræ (quam tamen extra Hispaniam valuisse nullo adhuc deprehendimus indicio, nec unde originem sumpserit hactenus definire potuerunt Eruditi) posteriori, inquam, Æræ faveret, quod cædes depreperata dicatur, metu venientis in Cyprum cognati Neronis, et Sanctum forsitan liberaturi: cœpit autem primum imperare Nero anno* LIX. *Scio quod istud nomen familiæ commune fuerit, sicque dicantur* Tiberius Nero *Augusti successor, et* Tiberius Claudius Nero *decessor* Neronis Claudii, *ut cum respectu ad priorum duorum aliquem, et non etiam ad ultimum, dici quis potuerit* Neronis consanguineus. *Verum tale, pro Æra Juliana hic intelligenda, effugium, ad mortem Barnabæ adscribendam anno* LIII *præcludere videtur S. Paulus, anno* LXI *aut etiam serius, in sua ad Colossenses epistola cap.* IV §. XI, *sic scribens.* Salutat vos.... Marcus, consobrinus Barnabæ, de quo recepistis mandata. Si venerit ad vos, recipite illum. *Equidem non video cur hæc de absente et adhuc vivente* Barnaba, *Colossensibus per alias litteras commendato, intelligi potius, velit Vir eruditus D. T. in Memoriis suis Historiæ ecclesiasticæ ad sex prima secula, infra adhuc citandas; quam de Marco post Barnabæ mortem ad Paulum regresso et in Cyprum regressuro, adeoque per Colossenses transituro, quorum me vix ac ne vix interfuerat Barnabas, qui ipsis cum Paulo fidem non initiaverat ante annum* XLIII, *quo sunt ab invicem separati, Marco Barnabam per sex reliquos vitæ annos comitante.* D E

6 *Maneat ergo verosimilius mortuum esse* Barnabam *anno Æræ Julianæ sive Antiochenæ* ρβ', *id est* CII, *qui respondebat anno* LIII *Æræ vulgaris. Restat jam ut moneam quid ad eamdem calculum faciat vox* γενεᾶς, *ubi ex Generationis apud Sirletum ita quoque in nostro ectypho reperiatur numerus* ιβ', *id est* XII? *Dicturus sum ego, Cyprios fuisse aliquam annorum definitorum periodum, quam illi sic vocabant; similem illi, quæ sub Constantino Magno; ubi cœperunt Romani, toto suo Christiano per Orientem et Occidentem Imperio post singulos quindecim annos redeuntes ad caput numeri denuo ordiendi; et sicuti nunc etiam in Pontificum Bullis notatur* annus MDCXCII, Indictionis XV; *sequenti autem anno notabatur* Indictio I; *ita Cyprios fluxisse tempora per* γενεὰς Generationes, *periodo annorum* XX, XXV *vel* XXX *æstimatas: atque ibi cum anno Juliano* CII, *compositum fuisse annum* XII *Generationis tunc fluentis; sicuti (teste Hesychio* τῆς γενεᾶς *χρόνον ... ἐτῶν οἱ μὲν κ', οἱ δὲ κε', οἱ δὲ λ',)* Generationem intelligunt annorum alii viginti, alii viginti quinque, alii triginta. *Secundum hanc conjecturam, nullus tam in Græco, quam in Latino sensus, si esset interpretandus: ... μηνὶ Παϋνὶ κατὰ Αἰγυπτίους ἑπτακαιδεκάτῃ, [ἔτους ρβ'] γενεᾶς δὲ ἔτους ιβ', κατὰ δὲ Ῥωμαίους μηνὶ Ἰουνίου ια'.* Erat autem hora quinta noctis, secunda Sabbati; mense Payni secundum Ægyptios dies XVII, [anno CII], Generationis vero anno XII; secundum Romanos, mense Junii die XI. F

qui etiam videntur Generationes, ut alii postea Indictiones numerasse,

et sic dici passus Barnabas Generationis anno 12

7 *Utinam nunc, quam apte conciliari videntur Chronotactici characteres in utroque Græco MS. signati, et annum docere quo passum Apostolum dicunt Acta; tam verisimile quoque reddi posset, verum esse, quod initio Sermonis de* S. Barnaba *scribit Jacobus de Voragine, alias Januensis, in Historia Lombardica, aliis Legenda aurea dicta, his verbis.* Ejus *Barnabæ* Passionem compilavit Joannes qui et Marcus, ejus consobrinus, maxime a visione illius Joannis usque fere in finem *(nam in fine aliquid additur de inventione Reliquiarum sub Zenone Imperatore)* quam *Passionem* Beda de Græco in Latinum creditur transtulisse. *Laudatur a Turgoto Priori Dunelmensi Beda, in Vita ad* XXVII *Maji data num.* 2 *quod* cum in Latinis erudiretur litteris, Græcæ quoque peritiam non mediocriter percepit: *sed stylum et elegantiam Bedæ nullatenus sapit illa versio, quam ex Ultrajectino S.*

Periodos præfatas, Joannes-Marcus scripsisse et Beda vertisse dicitur

Salvatoris

A *Salvatoris MS. habemus, intelligimusque et Neapoli et Capuæ inveniri: Romæ autem etiam reperit eum Baronius, et de interprete parum sollicitus, contendit, ut demonstraret, Acta ipsa non esse ejus Auctoris qui in exordio prætenditur, assumpto* Joannis Marci *nomine. Hoc tamen etiam deceptus fuit is, qui composuit Acta a Bonino Mombritio excusa: et cum prædictis MSS. ferme eadem. Sic enim præfatur num. 2:* Qualiter vir iste Domini Barnabas... certaverit, ac deinde per martyrii gloriam ad paradisi palmam pervenerit, per authenticam seriem et auctoritatem S. Lucæ Evangelistæ, et Joannis cognomento Marci, discipuli atque exadelphi ejus gradientes, fida relatione pandere curamus. *Deducta vero prima propositi operis parte, ad secundam transiens, de se ipso, veluti Joannis Marci interprete, sic loquitur:* Quo autem ordine ad martyrii coronam pervenerit S. *Barnabas*, ex Græco eloquio Joannis, exadelphi ejus, transferentes, sensum magis quam verba sequentes, fideliter declaramus. Joannes igitur, qui et Marcus, *etc. Reliqua eadem, sicut habentur in prædictis MSS. nisi quod loco primæ partis ex Actibus Apostolorum, ponit Præfationem, ex Januensi sumptam.*

primum credidit interpres,

non Beda,

B 8 *Si Bedæ autem esset Mombritiana Legenda (quam potius alicui Mediolanensi adscripserim, propter ejus novum Apostolatum ibidem S. Barnabæ operose adscriptum) non omisisset hunc referre in suo genuino Martyrologio, vel solo non fuisset contentus nomine; solitus addere elogia nominibus Sanctorum, quorum Acta nancisci potuerat; imo eos fere solos Fastis suis inserere. Joannes autem ipse, si scripsisset* Martyrium Barnabæ *(ut præfertur) non dixisset, quod Judæi* ipsum κατέκαυσαν πυρί, ὥστε καὶ τὰ ὀστᾶ αὐτοῦ κόνιν γενέσθαι, *id est, incenderunt,* Judæi ipsum conbusserunt quousque etiam ossa ejus in cinerem redegissent: *quem deinde cinerem ab ipsis studiose inclusum ac plumbo sigillatum, suffuratus, ne mari mergeretur, in spelunca concluserit,* ... πρὸς Μαξίμου. *Prætendebant Mediolanenses integrum se caput Apostoli habere, et alibi alia ossa esse dicuntur, et infra apparebit. Nolens ergo Mombritianus interpres Mediolanensium possessionem dubiam reddere, tacuit redacta in cinerem ossa, solumque scripsit, quod* Impii Judæi, non satiati de nece illius (*Barnabæ*), zelo odii concitati, tulerunt sacratissimum corpus ejus, et in locello plumbeo concludentes, in mare præcipitare disponebant.

sed aliquis Mediolanensis:

Verum non dixisset Marcus ossa in cineres redacta.

9 *Prædictæ porro incinerationis fabulositatem con-*
C *vincere non possumus aliunde evidentius, quam ex Alexandro Monacho, qui non adeo diu post inventionem corporis scribens in Cypro, certe cum adhuc recens esset hæresis a Petro Fullone anno* CCCCLXXIV *suscitatæ, in cujus Sectatores n. 34 invehitur, ut novitatem nuper excogitatam tenentes. Describit hic rei gestæ historiam in Laudatione, ad finem dandam; et cum dixisset num. 28 quod Judæi* accenso quodam magno rogo corpus in eum conjecerunt, ut nullæ ipsius reliquiæ superessent; *non solum addidit,* divina vero providentia factum est, ut Apostoli corpus integrum permaneret, neque ab ipso igne læderetur; *sed etiam sic inventum scribit:* et Evangelium supra pectus positum, similiterque supra illud inventum eamdem corporis integritatem confirmat. *Alexandro consonat Theodorus Lector, qui circa an.* DXX *creditur scripsisse, unde Collectanea quædam diu postea excerpta sola nunc habentur in Bibliotheca Patrum. Ibi sub initium Collectaneorum, ex libro 2 ipsius Theodori, sic legitur:* Reliquiæ Barnabæ Apostoli inventæ sunt in Cypro, sub arbore cerasea, habentes sub pectore Evangelium Matthæi, manu ipsius Barnabæ scriptum... Evangelium autem illud Zenon sub alia corona condidit.

quia corpus fuisse ab igne servatum integrum

apparuit eo invento,

10 *Theodori sensum, si non ipsa ejus verba, Georgius Cedrenus, ad annum Zenonis quartum, Christi* CCCCLXXVIII, *sic retulit.* Τούτῳ τῷ χρόνῳ τὸ τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου Βαρνάβα λείψανον εὑρέθη ἐν Κύπρῳ, ὑπὸ δένδρον κερασέαν κείμενον, ἔχον ἐπὶ τοῦ στήθους τὸ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγέλιον, ἰδιόγραφον ὂν τοῦ Ἀποστόλου Βαρνάβα... τὸ δὲ τοιοῦτον εὐαγγέλιον Ζήνων ἀπέθετο ἐν τῷ Παλατίῳ ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Στεφάνου ἐν τῇ Δάφνῃ: *ubi* τὸ λείψανον, *non solum* Reliquiæ, *sed* Cadaver *multo melius vertitur a Xylandro, cum scribit,* Jacebat autem cadaver id sub arbore ceraso, Evangelium quod S. Matthæus composuit, in pectore gestans, manu Barnabæ descriptum. *Ex his autem non solum evincitur miraculosa integritas corporis, post passionem elapsis integris quatuor seculis; sed etiam intelligitur minime tumultuarie sepultum illud fuisse, sicut narrat suppositius Marcus, sed studiose procuratum a discipulis ipsoque vero Marco: id enim indicat Evangelium Matthæi positum supra pectus.*

D

AUCTORE D. P.

cum Evangelio supra pectus anno 478

11 *Quisquis tamen Periodos scripsit, procuidubio scripsit ante prædictam corporis inventionem, et traditione magis genuinam; cui de mortis tempore credi possit, veluti ex vetustioribus monumentis formato: et quoad locorum nomina, Apostolica prædicatione intra ipsam insulam illustrata. Isto autem posito, non mirabor ibi taceri quid in Italia Sanctus egerit; sed de Mediolanensi Barnabæ Apostolatu interponam aliquid, inter Acta ex Luca et Itinerarium ac Periodos prædictas: quæ licet falso præferant nomen* Joannis Marci, *haud tamen indigna cognitu videatur. Dabo deinde prædictam Orationem Alexandri Monachi Græcam, ex MS. Vaticano, acceptam beneficio Illustriss. Schelstratii, collatam cum versione Latina Francisci Zini Veronensis, per Lipomanum Suriumque excusa: est enim graviter ea ratio scripta, et quoad posteriorem partem ex certa scientia, quoad priorem autem ex recepta tunc apud Cyprios sensu, fundato in auctore Stromatum Clemente, qui anno CCXX floruit, aliorumque veterum hominum scriptis ut dicitur num. 8; in quibus tamen nec Periodi fuerint, quod vereris; neque Recognitiones Clementis Romani, chas potius commemorat, et multam materiam Laudationi suppeditaturæ; unde major operi æstimatio accedit, et prædicatio Romana adscripta* Barnabæ *plus fidei accipit, utpote ex istis minime sumpta.*

E

Quæ et qualia monumenta hic dentur?

ACTA VITÆ PRIORIS

Ex vetusta editione Bonini Mombritii, collata cum membraneo Codice nostro. a

a

F

Redemptor et Salvator noster Dominus Jesus Christus, antequam de inferni satanæ triumphans, victor et exultans penetraret regna polorum, sanctam Ecclesiam, quam pretioso sanguine acquisivit, per beatos Apostolos et Apostolicos viros immobiliter muniens fundavit, et mirabiliter corroborans solidavit. Scilicet, ut et ipsa inviolata semper et gloriosa maneret, et illorum prædicatione novam sibi progeniem plurimosque filios aggregaret, e quorum consortio et collegio extans Beatissimus Barnabas, tanta devotione pro ipsa decertare studuit, quanto divinitus, per Spiritus sancti gratiam, cum B. Paulo Apostolo ad Apostolatus gloriam vocatum se esse cognovit. Ergo cum sanctorum Apostolorum Natalitia celebramus, dignum equidem atque salutare videtur, ut ejus solemnitatem devotissime celebremus. Quoniam quidem, sicut non est incognitum ordine dicatio Apostolatus eorum: non tamen deest catalogo prædicationis excellentia miraculorum, quæ cum Beato Paulo (sicut Lucas Evangelista refert in Actibus Apostolorum) mirabiliter patravit, a tempore videlicet, quo per invocationem et gratiam Spiritus sancti, tertio decimo post Domini passionem b anno,

cum festum S. Barnabæ æque ac aliorum Apostolorum, venerandum sit,

utpote cum Paulo ordinati Apostoli,

b

EX MOMBRITIO,

A cum ipso Paulo, ad Apostolatus ordinem atque celsitudinem et prædicationem divinitus electus est; vocante illos eodem Spiritu sancto, et dicente; Segregate mihi Barnabam et Saulum, in opus quo assumpsi eos.

ejus Acta ex Luca et Joanne Marco dare proponit Auctor

2 Sed qualiter vir iste Domini Barnabas devotissime fidem Catholicam prædicando, et corda infidelium ab errore iniquitatis redimendo, opprobria et contumelias pro Christi amore sustinendo certaverit, ac deinde per martyrii gloriam ad paradisi palmam pervenerit; per autenticam seriem, et auctoritatem præfati Lucæ Evangelistæ, et Joannis cognomento Marci, disciPuli atque *c* exadelphi ejus gradientes, fida relatione pandere curamus. Denique iste est ille Barnabas sanctissimus, qui et Joseph dictus, unus ex septuaginta *d* discipulis Domini Salvatoris, qui secundum nominis sui præsagium, dignitatem promeruit: nam Barnabas Hebraice, Latine autem Filius consolationis dicitur. Communiter cum sanctis Apostolis degebat, et consolationem maximam præbebat eis; in quibus videlicet erat cor unum et anima una, nec quisquam eorum quæ possidebat aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Et quotquot possessores erant agrorum aut domorum, vendentes, pretia eorum

Joseph, ob levatam fidelium necessitatem dictus Barnabas,

B afferebant, et ad pedes discipulorum ponebant. Sic etenim scriptum est: Joseph autem, qui cognominatus est Barnabas ab Apostolis, quod est interpretatum, Filius consolationis. Levites, Cyprius genere, cum haberet agrum, vendidit illum, et attulit pretium, et posuit ad pedes Apostolorum *e*.

Paulum adducit Damasco Hierosolymas,

3 Postmodum vero, cum Beatus Paulus conversus fuisset ad fidei gratiam, eodem anno quo Dominus passus est *f* et resurrexit, iste Barnabas, in ipso initio fidei ejus, illum apprehendere dignus fuit, et ducere ad Apostolos: unde et sequitur: Barnabas autem apprehensum illum duxit ad Apostolos, et narravit illis quomodo in via vidisset Dominum, et locutus est ei, et quomodo in Damasco fiducialiter egerit in Domino Jesu. Plane diligenter considerare et admirari condecet, quantum illum divina gratia dilectum, quantumque amabilem atque dignum habuit, quando inter tot Discipulorum catervas, non alium ad instruendum et docendum suum novum militem miserit, nisi illum, qui Consolationis filius dicebatur: scilicet ut illi Saulo, qui novus tiro, novam tirocinii gratiam perceperat, dulcem sanctæ fidei gratiam dulceque mysterium sagaciter ministraret: cuique, dante gratiam Deo, dare quam non

C pœnitet umquam, quantum ejus instructio in novum Christi militem fructificaverit, quantumque inter sanctos Apostolos gloriosus enituerit, repletus Spiritu sancto, audiamus.

ipse Antiochiam missus,

4 Pervenit autem sermo ad aures Ecclesiæ, quæ erat Hierosolymis, super istis *g*, et miserunt Barnabam Antiochiam: qui cum venisset, et vidisset gratiam Dei, gavisus est valde, et hortabatur omnes manere in Domino; quia erat vir bonus, et plenus Spiritu sancto, et fide, et apposita est multa turba in Domino. Nonne quia illum cognoverant sancti Dei Apostoli esse virum bonum; et non tantum virum bonum, sed quod gloriosius est, atque beatius, plenum Spiritu sancto, ideo ad prædicandum illum mittere studuerunt, ideoque ei sanctus Spiritus turbam multam subjicere, atque ad cognitionem Domini nostri Jesu Christi mirabiliter perducere dignatus est. Sed quia non solum istos Domino acquirere cupiebat, ne novum tironem oblivione traderet, inhianti studio illum sibi comitem ad prædicandum sumere studens, profectus est, inquit Evangelista, Tharsum, ut quæreret Saulum; quem cum invenisset, perduxit Antiochiam, et annum *h* totum conversatus est cum eo

illum quoque eo adducit

D in Ecclesia, et docuerunt turbam multam, ita ut cognominarentur primum Antiochiæ discipuli Christiani *i*.

et collectas eleemosynas cum eo defert in Jerusalem

5 Verum quia non tantummodo in prædicationis gratia, sed etiam in hospitalitatis misericordia benignus extiterat; cum sancti Apostoli Hierosolymas eleemosynam destinare curarent, istum præ omnibus, et inter omnes eligere statuerunt: sic enim adstruit Evangelista: Discipuli autem, prout quisque habebat in ministerio proposuerunt mittere habitantibus in Judæa Fratribus, quod et fecerunt, mittentes ad seniores per manus Barnabæ et Sauli. Interim quantum talis obedientiæ, talisque eleemosynarum virtus Domino Deo placuerit, quantamque vicissitudinem exinde postquam reversi sunt in Antiochiam perceperunt, sequens lectio demonstrat. Barnabas autem et Saulus reversi sunt Hierosolymis expleto ministerio. Erant autem in Ecclesia, quæ erat Antiochiæ, Prophetæ et Doctores, in quibus Barnabas et Saulus. Ministrantibus autem illis Domino, et jejunantibus, dixit Spiritus sanctus; Segregate mihi Barnabam et Saulum, in opus quo assumpsi eos. Ecce beate nimis Barnaba, Apostole D. N. Jesu Christi, quanta tibi divina gratia tribuit dona, pro digno munere, quod dignus rite patrasti: scilicet ut Spiritus almificus te devote vocaret, mitteretque ad populum cœlestia dicta ferentem. E

Cum eodem profectus in Cyprum, k

6 Sequitur beati Evangelistæ ad clarificanda ejus miracula, divina lectio: Et ipsi quidem, dimissi a Spiritu sancto venerunt, Seleuciam, et inde navigaverunt Cyprum *k*. Repletus namque Spiritu sancto Beatus Barnabas, quid decebat ut ageret cum dilecto collega, nisi illud, quod nemo mortalium sine gratia Spiritus sancti patrare valet, sicut in præsentiarum manifestissime apparet, et declaratur? Nonne postquam illum Bar-jesu, qui Helymas dicebatur, lumine privarunt; et Sergium Paulum Proconsulem, a quo beatus Apostolus de Saulo Paulus vocatus est, ad fidem Catholicam converterunt, plurimam multitudinem ad lucem veritatis perduxerunt? Sic utique sacra Scriptura denuntiat: Secuta est, inquit, multitudo Judæorum et colentium advenarum, Paulum et Barnabam, qui loquentes suadebant eis permanere in gratia Dei. Et sequenti sabbato pene universa civitas commota est audire verbum Dei. Audientes autem gavisi sunt, et glorificabant Dominum, et crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam. O admirabile stupendumque mysterium divinæ dispensationis: O prædicandum et glorificandum sacramentum Domini Salvatoris! qui sibi recte famulantibus tantam gratiam conferre dignatus est, ut resistentes lumine privarent, et humiliter famulatos ad claritatem perpetuæ beatitudinis perducerent. Sed quia superbi unde resipiscere debent, inde inflammatur ad iram, seditionem facientes ejecerunt Apostolos de finibus suis. Illi autem gaudentes, repleti Spiritu sancto et prædicantes, converterunt ad Dominum Judæorum et Græcorum copiosam multitudimen. *l*

excæcato mago, multos convertit:

Claudum erigit Lystris,

7 Interea, quia unus inerat eis spiritus et una fides, sicut in ceteris Apostolis, ne minores viderentur esse in miraculis, qui æquales erant in amore sanctæ religionis; congruum fuit, ut sicuti Beatus Petrus et Joannes claudum ex utero matris curaverunt, B. Paulus et Barnabas similiter agerent; ac dispensante Deo, ita peractum est; venientesque Listras, claudum ex utero matris mirabiliter curarunt: adeo ut tale miraculum turbæ conspicientes, Deos illos existimarent, dicentes: Dii facti similes hominibus descenderunt ad nos; et vocabant Barnabam Jovem, Paulum vero Mercurium, quoniam ipse erat dux verbi. Sacerdos quoque Jovis, tauros et coronas deferens, volebat sacrificare. Quare itaque

A que hoc? Quare Barnabam Jovem, Paulum vero vocabant Mercurium? Quare tauros, quare coronas Sacerdos ferebat? Propter hoc namque Barnabam Jovem vocabant; quia secundum ethnicam fatuitatem, defensorem suum illum esse credebant: Paulum vero Mercurium, quia ipsum credebant eloquium linguæ præstare mortalibus: unde Mercurium, hoc est medium currentem inter aures linguasque dicebant. Tauros vero, ad victimam; coronas autem, ut quasi Diis Sacerdos Jovis illis imponeret. Sancti itaque Apostoli, reminiscentes præcepti Domini, dicentis; Qui se humiliat exaltabitur; tale facinus prorsus abominantes, et respuentes, scissis tunicis clamabant: Viri, quid hoc facitis? Et nos mortales sumus, similes vobis homines, annuntiantes, ut convertamini ad Deum vivum, qui fecit cœlum et terram.

et ipse pro Jove, Paulus pro Mercurio fere adorantur:

quod illi abominati,

8 Exinde in Derben evangelizantes, docebant multos. Vere digne, vere juste, gratia Christi præeunte et dispensante, multos docebant; ut qui se in mundanis rebus humiles fecerant, in divinis sublimes existerent; ut plurimos docerent, tenebrisque retentos ad lucem veritatis reducerent. Plurimas itaque provincias *m* peragrantes, verbum Domini annuntiando, tandem pervenerunt *n* Hierosolymam; B qui suscepti a sanctis Apostolis, annuntiabant, gaudentes, quanta Deus cum eis mirabiliter fecisset. Bene autem, non utique tristes, sed gaudendo annuntiabant, quia promissum habebant: Gaudete itaque et exultate, quoniam nomina vestra recepta sunt in cœlo.

m

n

et Hierosolymam regressi

9 Verumtamen, quia in Antiochia quæstio exorta erat de circumcisione ab improbis, consilio inito sancti Apostoli, quos destinare curaverunt ad tale facinus extirpandum, nisi hunc beatissimum atque fidelem Domino Barnabam, filium scilicet consolationis, cum collega fido beatissimo Paulo? quo consolando, atque prædicando elisos erigeret, ac perditos revocaret; quod, donante Deo, ita patratum est. Præterea quantam dilectionem erga hunc beatissimum Barnabam sancti Apostoli habebant, quantamque benignitatem: sanctus Evangelista denuntiat; Placuit, inquiens, nobis collectis in unum eligere virum, et mittere eum ad vos, cum charissimis nostris Barnaba, et Paulo, qui tradiderunt animas suas pro nomine Christi. Vere dignum, et justum, atque salutare decretum: quia destinare curaverunt, quos gratia Spiritus sancti jam pridem elegerat.

in lege cum Synodali decreto Antiochiam reversi,

C 10 Namque Antiochiam cum Apostolica epistola properantes, impiam hæresim destruxerunt: erantque docentes et evangelizantes verbum Domini nostri Jesu Christi. Porro, quia omnem solicitudinem erga sanctam Ecclesiam habebant, ne in aliquam hæresim incideret; placuit, ut revertentes visitarent Ecclesias, quibus prædicaverunt verbum Dei. Sciebant enim, callidam esse astutiam sathanæ; ideoque providebant, ne corda renovata sanctorum pestifero germine zizaniorum fœdaret. Postmodum vero ait Evangelista: Visum est eis, ut B. Paulus reverteretur Hierosolymis, Barnabas autem repeteret Cyprum Insulam, de qua assumptus erat: assumpto prædicto Joanne *o*, cognomento Marco. Bene utique providentes, bene intelligentes, ut unus pergeret ad visitandum fundamentum secundæ Ecclesiæ et Religionis; alter vero ad prædicandum, et liberandum ethnicos a nece perditionis *p*.

revisunt Ecclesias a se constitutas

o

p

ANNOTATA D. P.

a *Titulus apud Mombritium, hic est:* Passio S. Barnabæ Apostoli. *Rectius MS. Nostrum:* Sermo legendus in Natali S. Barnabæ Apostoli, *cum autem* noster hic codex in Gallia scriptus videatur ante annos D septingentos: *apparet, quod ibidem cœptus sit solennius celebrari natalis, priusquam in Romana Ecclesia; idque verosimiliter exemplo Ecclesiæ Mediolanensis, quæ ab illo se institutam prætendit: et in ejus die propriam Missam, cum speciali Præfatione usurpat: talem tamen, appareat post S. Ambrosii ætatem compositam, ut infra ostendetur.*

EX MONBRITIO.

b *Imo anno* 16. *Paulus enim, post annos* 14 *a sua conversione, cum Ramalu reversus est altera vice Hierosolymis Antiochiam; ubi ministrantibus illis (ut habetur Act.* 13. ℣ 2*)* dixit Spiritus sanctus, Segregate mihi *etc. Tunc autem eos primum ordinatos Episcopos, etsi Apostolicorum prædicatorum munere diu antea Presbyteri ordinati fungerentur, communis Interpretum opinio est. Annus porro* 16 *a Christi Passione, secundum Henschenium, est annus vulgaris æræ* 45, *Secundum alios* 59.

c Ἐξάδελφος *indifferenter* Patruelem *et* Consobrinum *significat, ex patris aut matris fratre vel sorore natum.*

d *Ita passim Græci ac Latini cum Eusebio, fulti auctoritate Clementis alexandrini lib.* 2 *Stromatum id asserentis: quæ sane magna auctoritas est, cum Clemens iste floruerit an.* 220. E *Abstinet tamen eo titulo Hieronymus, ubi de* Barnaba, *in libro de Scriptoribus cap.* 6*: et merito. Nam Discipuli* LXXII, *æque ac* XII *Apostoli, non videntur assumpti, nisi postquam venditis omnibus pretia in pauperes distribuissent, Domino inseparabiliter adhæsuri; neutrum autem vivente Christo fecit* Barnabas, *sed possidebat agrum de quo infra; et prædicante in Judæa Christo, Romam excurrit, uti asserit auctor Recognitionum de quibus infra. Tillementius tamen pag* 1187 *putat, neque satis certum esse, quod etiam* LXXII *Discipuli omnibus renuntiaverint sicut fecerant Apostoli; neque quod* Barnabas *agrum illum vivente Christo possederit, cum is ad ipsum possit hereditario jure fuisse devolutus post Domini resurrectionem*

e *Ita S. Lucas Act* 4, 36*: estque verosimile, ob hoc beneficium ordinatum fuisse ab Apostolis Presbyterum, et Coapostolum.*

f *Id est exactis solum decem abinde mensibus; siquidem conversio ista colitur* 25 *Januarii anno vulg. Æræ* 30 *juxta Henschenium: est enim verosimile diem istum fuisse a Damascena Ecclesia æterna memoria consecratum, nec arbitrario assumptum a posteris.*

g *Ita quidem consequenter loquitur Act.* 9, 26*: sed ipse Paulus ad Gal.* 1, 13, *aperte ostendit, intercessisse triennium, cum ait:* F Cum autem placuit ei qui me segregavit ab utero matris meæ, et vocavit me per gratiam suam ut evangelizarem eum in Gentibus, continuo non acquievi carni et sanguini, neque veni Jerosolymam ad antecessores meos Apostolos, sed abii in Arabiam, et iterum reversus sum Damascum, deinde post tres annos veni Jerosolymam videre Petrum. *Adductus ergo a Barnaba ad Petrum fuit anno proximo vulg. Æræ* 33 *vel* 37*; adductus autem fuit Damasco, quo tunc Barnabas excurrerat, missus haud dubie ab Apostolis, licet id in Actis non dicatur. Talem autem rerum disparatarum contractionem non miraberis in Luca, si consideres, quomodo in suo Evangelio, Præsentationi infantis in templo jungat reversionem parentum ejus in Nazareth, et mox duodennis pueri amissionem; licet Præsentationem secuta sit, Magorum adoratio, fuga in Ægyptum, et cædes infantum, ac denique mors Herodis, post quam primum redierunt in Nazareth, unde discesserant diu ante ad censum Bethleemi subeundum, et ubi morati fuerant usque ad Magorum adventum.*

h *Postquam scilicet Petrus, a baptizato apud Cæsaream Cornelio Hierosolymas regressus rationem receptorum a se ad fidem Gentilium reddidisset; et dispersi*

EX MOMBRITIO

A *spersi qui fuerant in tribulatione, perambulaverunt usque Phœnicen et Cyprum et Antiochiam, atque etiam illic multos Gentiles convertissent, ut citatur Act.* XI.

i *Puta annum vulg. Æræ* 41: *si quidem mox adveniens Antiochiam Propheta Agabus, prædixit famem quæ fuit sub Claudio an.* 42, *sicuti ex Dione Cassio probatur contra Eusebium, qui eam famem Claudii anno* 4 *non* 2 *adscribit: cujus causa discurrentes tota Syria Paulus et Barnabas, collegerunt eleemosynas deferendas in Jerusalem.*

k *Quid ergo, inquies, Tertullianus in Apolog. cap.* 5 *ait, quod* Tiberii tempore, *adeoque ante annum* 37 *quo is obiit,* nomen Christianum in seculum introivit? *Respondet Massutius noster, lib.* 3 *cap.* 7 *de Vita Pauli,* Christi notitiam *duntaxat significari a Tertulliano, quod et probant Tiberii circa Christum acta in Senatu, ista a Tertulliano memorata.*

l *Anno vulg. Æræ* 43 *vel* 47.

m *Hic transilit Auctor communem utriusque iter, ex Cypro in Pamphiliam, inde in Pisidiam, ac denique in Lycaoniam, ubi Lystris erectus claudus, ad cujus sanationem Auctor transit.*

n *Eadem fere qua usque in Lycaoniam venerant* B *via, sicut singillatim narratur Act.* 14. *usque Antiochiam Syriæ; ubi* tempus non modicum morati sunt.

o *Anno* 47, *a Pauli conversione* 17, *uti alibi docet Henschenius, et iterum hoc mense ad* 29 *diem Comment. prævio num.* 12

p *Act.* 12, 13, *dicitur quod* cum a Papho navigassent *Apostoli*, venerunt Pergen Pamphiliæ; Joannes autem discedens ab eis reversus est Jerosolymam. *Id inconstantiæ arguunt omnes Interpretes, Deinde Act.* 15. 35 *legitur, quod Apostoli Jerosolymæ Antiochiam regressi, ibi demorabantur evangelizantes.* Post aliquos autem dies dixit ad Barnabam Paulus: Revertentes visitemus Fratres per universas civitates, in quibus prædicavimus, quomodo se habeant. Barnabas autem volebat secum assumere et Joannem. Paulus autem rogabat eum (ut qui discessisset ab eis de Pamphilia, et non isset cum eis in opus) non debere recipi. Facta est autem dissentio, ita ut discederent ab invicem, et Barnabas quidem, assumpto Marco, navigaret Cyprum.

q *Pergit Auctor pluribus excusare sequestrationem prædictam, ac deinde ostendere, quod* S. Barnabas, *etsi non fuerit unus de duodecim, possit ac debeat dici* Apostolus: *ac denique ad alteram Legendæ partem sic transit.* Hactenus B. Barnabæ gloriosum agonem et veneranda magnalia declarantes, ex authentica C auctoritate Lucæ Evangelistæ; ut prædictum est, breviter deflorare curavimus: sed quia idem, sequendo B. Paulum Apostolum, S. Barnabæ Apostoli finem cernere non potuit; cetera quæ sequuntur, in aliis ejus Actibus authenticis reperiuntur, de quibus aliqua breviter interserenda duximus. *Ita ille et mox Romam atque Mediolanum ducit Apostolum, indeque in Cyprum; ubi acta ex Græco Joannis eloquio transfert,* sensum magis quam verba sequens. *Ego verba exhibere, non solum Latine, sed etiam Græce malo; cetera apud Mombritium quæri possunt.*

EMBOLISMUS

An et quando Romæ, Alexandriæ, ac Mediolani Barnabas prædicarit?

§. I *Examinatur excursus in Urbem ante mortem Christi, et Alexandriam post illam: ex Lib.* 1 *Recognitionum.*

S. Clemens, *post S. Petrum Romanus Pontifex, antea vero Apostolicarum ejus expeditionum fere ab ascensione Christi in cœlum individuus comes, qui Periodos sive Itinerarium ejus scripsit (quod ab Ebionitis vitiatum, paucis veris cetera supponendo, queritur Epiphanius) aliud quoque diversissimum opus scripsit, sub titulo* Ἀναγνωρισμῶν, *id est* Recognitionum *libros decem: quibus quatuor vel trium primorum annorum Petri, non tam itinera continentur, quam disputationes, ab Eunomio hæretico (uti Rufinus videtur præsumere) non parum suffarcinatas. Hoc ut verum sit de Disputationibus, S. Petri jussu a Clemente ut prætenditur exceptis, vix tamen posset officere non debere iisdem libris, quatenus historici sunt, et ipsummet Clementem tangunt, atque sub compendio referuntur in Epitome Clementina, una cum aliis operibus excusa; sed addita Pontificatus et Martyrii historia, non parum facultate ad corrigendos supplendosque defectus, qui librariorum vitio in contextum præcipuum irrepserunt. Nam in his adulterandis quænam Eunomio utilitas fuisset? Quod si etiam in historia istic contenta deprehendantur falsitates, in quas non potuit S. Clemens impegisse; profecto non interpolati duntaxat libri, sed toti deberent censeri suppositi, quamtumvis doctrinam continerent undecumque Catholicissimam. Videamus igitur, num libri* 1 *traditio scripta de conjunctione Christi Clementi a Barnaba primum impertita, videri commentitia debeant. Ex quo tenens ille a sua immortalitatis assequendæ cupidine, quam desperaverat per necromantiam consequi apud Ægyptios.* D

Libri isti quoad disputationes insertas interpolati.

veri esse possunt in factis quatenus narrant.

E

12 Cum his, *inquit*, cogitationis meæ æstibus agitarer, fama quædam sensim, in Imperio Tiberii Cæsaris, initio ex Orientis partibus sumpto, pervenit ad nos: et per singula convalescens, velut a Deo bonus quidam nuntius missus, universum replebat orbem, nec patiebatur divinam voluntatem silentio tegi. Diffundebatur enim per singula loca, adnuntians, quod esset quidam in Judæa, qui sumpto a tempore veris exordio, *melius in Epitome*, ex ea parte qua vere sol oritur incipiens regnum Dei evangelizaret Judæis; idque percepturos diceret eos, qui mandatorum suorum et doctrinæ instituta servassent. Ut autem sermo ejus fide dignus ac divinitatis plenus esse crederetur, virtutes multas et signa ac prodigia mira efficere jussione sola dicebatur; ita ut, tamquam a Deo potestatem habens, surdos faceret audire, et cæcos videre, et claudos erigeret, atque omnem infirmitatem et dæmones ab hominibus fugaret; sed et oblatos sibi mortuos suscitaret; leprosos quoque eminus videns curaret, et nihil omnino esset quod ei impossibile videretur. Hæc et horum similia processu temporis crebris jam rumoribus, sed et manifestis quodammodo adventantium ex illis partibus nuntiis affirmabantur: et ipsa jam per dies singulos rei veritas patescebat. Denique in Urbe per loca conventus fieri, et de hoc sermone tractari, in admiratione res haberi cœpit; quisnam is esset qui apparuerit, vel quis nuntii a Deo hominibus detulisset. *Populi Romani tunc temporis mores, et patulas ad nova undique allata aures, modulosque ad quamvis superstitionem animos, ignorare nemo esse est, qui dubitare possit, quin ista sic agi apud eos potuerint, anno saltem secundo ac tertio Christi in carne prædicantis.*

Christi adhuc viventis fama Romæ celebrem,

propter crebra quæ nuntiabantur miracula,

F

13 *Acta autem sic Romæ dicuntur*, donec sub eodem anno, *quo anceps animo pendebat* Clemens, *ut supra dixit, puta quarto jam inchoato*, vir quidam adstans in Urbis loco celeberrimo, proclamaret ad populum, dicens: Audite me, o Cives Romani, Filius Dei in partibus adest Judææ, promittens omnibus, volentibus audire se, vitam æternam: si quis tamen, secundum voluntatem ejus a quo missus est Dei Patris, actus suos direxerit. Propter quod convertimini a malis ad bona, et a temporalibus ad æterna. Agnoscite, unum esse Deum, cœli terræque rectorem,

confirmatam ab eo mente illic ex Judæa Barnaba.

A rectorem, in cujus justi aspectu, vos injusti, mundum ejus habitatis. Sed si convertimini, et secundum voluntatem ejus agitis, ad futurum seculum venientes et æterni effecti, ineffabilibus ejus bonis ac præmiis perfruemini. Si autem in perfidia permanetis, post hanc vitam in locum ignis conjiciemini; in quo æternis suppliciis affectos, frustra superioris vitæ pœnitebit: pœnitentiæ enim tempus præsenti uniuscujusque vita concluditur. Erat autem vir iste, qui hæc loquebatur ad populum, ex Orientis partibus, natione Hebræus, nomine Barnabas, qui se unum ex discipulis esse diceret, missumque ad hoc ut volentibus indicaret. *Neque hoc, ut sic dicta et facta crederentur, quidquam erat difficultatis: Quod enim Duodecim Apostolis dictum legitur* *Matthæi* x, In viam gentium ne abieritis.... sed potius ite ad oves quæ perierunt domus Israel, *non spectabat omnes Christi discipulos; et ut idem tenuerint illi septuaginta duo, quos postea elegit mittendos in* omnem civitatem et locum quo erat ipse venturus: *non ideo ceteri, minus intime Dominicæ sequelæ inhærentes, prohibebantur, et ad sua quoque proficisci, et Christum annuntiare aliis etiam quam Judæis, et si id plerumque nullo aut exiguo cum fructu; prout apud Romanos* Barnabæ *dicitur contigisse, ubi solus* Clemens, *in animum admiserit, quæ alii solis auribus hauriebant, sic porro de se narrare creditur in Epitome: nam notabilis hæc est in ipsis Libris lacuna, a nuntiata Romæ annuntiatione* Barnabæ *confestim cum eo ipso, non solum anno, sed fere etiam mense, quo Jerosolymam venit* Clemens: *Epitome autem sic progreditur.*

14 Ego vero qui audirem moleste ferebam, neminem ex tanta multitudine, qui tantæ rei nuntium audivisset, hoc dixisse: In Judæam proficiscar, ut sciam an vera hæc prædicet..... Cum ita in ceteris animatus essem, hæc et apud me ipsum, ipse dicebam, Cur tandem alios culpo et objurgo, cum in eodem quo illi negligentiæ crimine tenear? nec, iis quæ ad vitam degendam victumque pertinent præparatis, in Judæam proficiscor, ut horum tantum ipse testis sim? In hac deliberatione multum temporis consumebatur, cum res quæ mundum attingunt aliæ ex aliis inciderent, a quibus non facile liberari explicarive poteram. *Crucifigitur interim Christus, tertio die resurgit, ascendit in cælum, descendit Spiritus sanctus; fidem libere prædicant Apostoli, lapidatur Stephanus, Samaritæ convertuntur, corripitur Simonis Magi hypocrisis, convertitur Saulus et in Arabiam proficiscitur: Petrus per Judæam prædicabundus Cæsaream accersitur ad Cornelium, quibus omnibus insumi potuit annus unus, vel etiam alter, prius quam expeditus Clemens in viam se daret, quam in Epitome sic descriptam legimus.* Tandem vero, aliquando cum animo et cogitatione perpenderem, quam vita hæc instabilis sit et incerta.... prætermissis ut tempus tulit rebus meis omnibus, in pontum statim me contuli (*id est mari me commisi: nam de Ponto, minoris Asiæ regione, cogitare nos non patitur itineris Roma in Syriam instituti ratio*) et cum in Portum *Romanum* venissem, atque subduxissem *a littore navim*, contrariis ventis usus, Judæa relicta Alexandriam appuli.

15 Ibi ad Philosophos adibam: cum ventorum vis navigandi mihi plane potestatem eriperet: ab eisque petebam, ut si quid de rumore quem Romæ is qui visus esset, sparsisset, accepissent, quidque ille nuntiasset, ex ordine exponerent. Illi talem aliquem Romæ extitisse, omnino se nescire responderunt: de Filio autem Dei, qui in Judæa fuisset rumoremque prædicaretur, se a multis qui inde venissent audivisse, intellexisseque omnia illa mirabilia opera, quæ etiam verbo edidisset. Cumque me velle dixissem cum quopiam eorum qui illum vidissent colloqui, D ex eoque audire omnia quæ de illo cognoscere cuperem; iidem respondent ibi esse quemdam, qui non solum illum vidisset, verum etiam illi necessarius esset, vir clarissimus, Barnabas nomine; qui se unum ejus Discipulorum esse prædicaret, sedensque illic alicubi ea quæ ab illo promissa essent, iis qui talibus digni essent, et qui vellent, ultro narraret. Ego cum locum, in quo vir sedere solitus esset, occupassem, circumfusæque multitudinis pars essem, stans ea quæ dicebantur audiebam. *Hactenus Epitome, ex qua suppletum hunc primum operis hiatum fuisse, satis ex consequentibus, et nunc tandem apte intelligendis, probatur. Pergit ergo noster Auctor.* Intelligebam sane quod nihil dialecticæ artis esset in homine, sed simpliciter et absque ullo dicendi fuco, quæ audisset a filio Dei vel vidisset, exponeret. Assertiones enim suas non argumentorum virtute muniebat; sed verborum et mirabilium quæ nuntiabat testes multos, ex ipso etiam circumstante populo producebat.

16 *Ipsum Barnabam ut initio, prædicantem Alexandriæ, infra apparebit, non tamen quomodo Clemens non agnoverit, aut si agnovit non intellexerit hunc esse illum ipsum, quem ante biennium tam cupide audiverat Romæ, et cujus verbis motus jam tandem susceperat iter in Syriam. Non dissimulo tamen, quod tanta hac quam de Christum præfert Barnabas, dicta sua confirmare solitus miraculis non curaret: quia inde confirmatur ejusmodo, negans fuisse Barnabam ex illis Septuaginta duobus, quibus Lucæ* x ✠ 8 *dicitur,* In quamcumque civitatem intraveritis... curate infirmos qui in illa sunt; *quique* ✠ 17 reversi sunt cum gaudio dicentes; Domine, etiam dæmonia subjiciuntur nobis. *Interim nihil moratur me, quod ad dicta refellenda an.* 31 *num.* 50 *quærit Baronius,* quomodo Barnabas potuit ante Petri adventum Cæsaream, Romam abiisse ibique gentibus Evangelium prædicasse, et Clementem Romanum gentilem hominem ad fidem Christi suscipiendam adduxisse, s. Lucæ testimonio exploratissimum est, nondum fuisse apertum fidei ostium Gentibus, quod primum Cæsareæ tot prævüs visionibus, a Petro constat fuisse reseratum? Vel quomodo Barnabas, nondum initiatus, nec segregatus in Evangelium, Romam eo non missus accederet. *Nihil, inquam hæc me morantur. Nam Romam quod attinet; evidens est, tam in Recognitionibus, quam in Epitome earum, dici* Barnabam, *Romæ prædicasse Christum adhuc viventem,* dicendo, Dei filius in Judæa est. *Eorum autem jure quod quærit Baronius, quomodo eum tum prædicarit non missus; quærere etiam posset quomodo Joannes Apostolus Marci* IX *dicit Domino,* Vidimus quemdam in nomine tuo ejicientem dæmonia, qui non sequitur nos, *adeoque nec potestatem illam a Christo cum ceteris acceperat. Hic vero revera miracula operabatur;* Barnabas *vero, neminem tum, ne Clementem quidem, ut jam vidimus, adduxit ad Christi fidem. Post Christi autem Ascensionem aperitamque Gentibus januam, cum mitteretur ab iis qui erant Jerosolymis, quomodo non fuerit initiatus? nam segregatio, de qua Baronius loquitur, Antiochiæ primum est facta; et* Barnabas *ad summum tunc fuit ordinatus Episcopus, jam antea Hierosolymis factus Presbyter. Sicut autem hoc in Ordine prædicavit Antiochiæ, sic etiam potuit ad tempus aliquod prædicasse Alexandriæ, indeque propter pestum, ut mox dicetur, rediisse in Jerusalem: ac Petrum comitatus usque Cæsaream, ibi Clementem tandem advectum illi adduxisse, deinde creatur se Tharsum, ut Paulum, jam ex Arabia reversum anno* XXXIII, *adduceret Antiochiam.*

17 *Sed prosequamur Acta Alexandriæ.* Quoniam ad ea quæ sincere dicebantur, libenter annuere populu

Marginal notes:
(quod is fecisse potuit)
et inde solum Clementem
tandem uno alterove post mortem Christi anno;
appulsus Alexandriam,
itaque ea de Christo audivisse;
[illegible] simplici sed convincente sermone
et in eo ejus in Barnaba [illegible]
et quoniam [illegible] dubitat Barnabas [illegible]

A ejus septingentesimus nonagesimus quintus, hoc est annus Claudii primus, post vero ascensionem Domini octavus (*ut hos digessi*), annus Urbis conditæ octingentesimus, Claudii octavus, post Domini ascensionem decimus nonus, *ut alii ostenderunt Henschenius vel*, stansque in loco Urbis celeberrimo, ubi Romani populi crebrior concursus habebatur, primus ex Apostolis libere protestans, inopinatum filii Dei vivi ac veri adventum Romano cœtui proclamavit. Quo audito, quidam obstinatiores ridere et subsannare hominis rusticani verba impolita; quidam libenter his, quæ ipse fabatur annuere, et per singula sollicite intendere; in tantum ut nonnullis ex *Clementem lucratus,* Primatibus, quorum erat mens sanior, Christi jugo sua colla inflectere, et illius nuntii obsequiis devotissime insistere non contaretur: inter quos Clemens, qui postea Romanam Sedem tertius a B. Petro graviter gubernavit, quique ejus rei quam maxime, in sua de semetipso epistola, meminit: *ea scilicet, quæ licet apocrypha, nihil tamen certo falsum aut sanæ fidei contrarium continens, inter Clementis epistolas, pari fiducia suppositas, præcipua censetur.*

B 28 Quo in tempore, idem Christi minister beatissimus, nugacium insidias et malignantium captiositates declinans, totas cœpit circumcirca perlustrare *Mediolani autem prædicans,* provincias, cœlestis regni gaudia credentibus pollicendo; assertionesque suas non argumentorum fucis, sed dulcium prædicamentorum simplicitate non ficta muniendo. Et quoniam, post Romanam arcem, famosissima jam tunc habebatur civitas sæpe dicta Mediolanum, quippe quæ pari dignitate sublimis secunda post ipsam, ut præfatus sum, Augustales ejusdem Imperii infulas retentabat (*Seculo tamen* III *exeunte, Diocletiano et Maximiano Imperatoribus, non autem ævo Neroniano*) ad eamdem, assumptis in *non illibenter auditus est a plebe* prædicationis exequendæ ministerium sodalibus, maximeque Anatelon quodam, genere Grajo, sed morum probitate et fidei vigore præcipuo, cursus sui tramitem destinavit. Interea suprataxatæ urbis mœnibus introgressus, et aliquot in eadem moratus diebus, attendit ibidem, ut ipse postea profitebatur, quosdam ex plebe, dum veritatis sermonem educeret, libentius audientes; quosdam autem ingenti primum stupore perculsos, et incredibilia sibi quæ narrabantur videri, alternatim innuentes.

29 Tum ille, ut erat viscerum misericordiæ plenus, compassus utrisque, in lacrymas resolutus est. Istos enim, quos tetra caligo infidelitatis cæcaverat, ad lucem revocare cupiebat: illos vero, qui C ad haurienda verbi Dei pocula sitibundas fauces *pro cujus conversione Deum orans,* attulerant, fonte perenni desiderabat implere. Hortatur ergo socios, ut divinum supplices adesse implorarent auxilium: et apud quem est fons vitæ, et in cujus lumine videtur lumen, illius freti juvamine, opportune et importune vias vitæ incredulis pandere non desisterent: protestans eis divinæ voluntatis arcanum, et quod non absque maximo emolumenti cumulo cœlestia essent talenta largituri, evidenter insinuans. Igitur dum ipse ibidem verbo Dei operam daret; haud mora, cum plurimi (eo pure ac sinceriter de pœnitentiæ remediis et vita seculi futuri disputante) *multos fecerit Christianos.* ad fidem Christi convolarunt. Tum alloquens præclarissimum virum Anatelon, atque Apostolico dignitate fartum, Perge, inquit, ab urbe hac ad Orientalem plagam, lapide sexagesimo Brixiam versus, quæ est Alpibus contigua et una ex Venetiarum urbibus haud ignobilis, civibusque ejus salutaria verbi pabula impertire. *Præmissa certe* Brixinam *Alpibus Tridentinis subjectam et Veneticæ Provinciæ olim attributam haud dubie notant, et vel perperam hic adjuncta sunt, vel male hic nominatur* Brixia, *Insubriæ civitas et Mediolano solum distans* p. m. L, *nec minus quam ipsum remota ab Alpibus et in campestri regione sita. Quando tamen utriusque civitatis auctores consentiunt, Brixiensem ecclesiam ab Anatalone institutam,* D *inde Brixiam miserit Anatalonem,* *et ibidem ejus corpus haberi, nolim ego pro Brixinensibus stare, qui nec ipsi sibi* Anatalonem *vindicant, quod ego quidem sciam. Est tamen ab antiquo Episcopalis etiam ipsa Brixina.*

30 Credo equidem, *inquit, cœptum sermonem prosequens Sanctus*; Credo equidem, collatam tibi a *multis adhortatum* Domino gratiam, et non modicam post paululum ibidem adolescet, te prædicante, turba fidelium. Quam ille gratanti mente jubentis legationem suscipiens, ad eamdem properanter accessit urbem. Cumque agrestibus ac ferocibus Gentilium animis, dulcia vitæ perennis relata mellifluo mysteria reseraret, mox cooperante ineffabili Omnipotentis providentia, aliquanti ex plebe fidei rudimenta perceperunt ore sagaci. Quod ubi vir Dei aspexit, illico ad Magistrum rediens, prosperatum iter sui legati nuntiavit. At ille, immenso repletus gaudio, festivas bonitati Creatoris gratias egit; deinde iterumque commonens, ut insisteret credita sibi talenta cum numularis erogare; quatenus, cum bono ac fideli servo, vocem illam desiderabilem audire mereretur: Euge E serve bone et fidelis, intra in gaudium Domini tui. *et ordinatum Episcopum* Alloquensque deinde eum Anatelon (*ab* ἀνατέλλω, repleo, perficio *dictum*) ait: Frater et Comapostole, super multa constituendus, plurimum oportet, ut eruditum Domino repræsentes. Orans ergo et imponens illi manus, Episcopalem deinceps curam commissarum sibi a Christo ovium vigilanter exercere posset, inter Mediolanenses ac Brixienses Ecclesias, doctorem magisterio et illæ Christianæ institutionis delegavit. Hinc factum est, ut, secundum quod præceperat, impleretur; scilicet, ut omni tempore quo viveret, *communem utriusque civitatis,* utriusque Ecclesiæ plebibus pari tenore pastoralem curam impenderet. Præter quod sanxit, ut Mediolanensis, quam ipse fundaverat, principalis Ecclesiastici culminis Sedes, aliarumque in ea provincia Ecclesiarum Metropolis perpetualiter haberetur.

31 His ita decursis, beatissimus Christi Apostolus *tum valefaciens omnibus,* Barnabas suam cœpit accelerare profectionem; accitisque discipulis, indicit diem festum Paschæ adventare; et se, Christo opitulante, una cum confratribus et compatriotis *in Cypro insula illud* ex voto celebraturum. Fit mœror ingens, tam Christianorum quam Paganorum, qui se totius in eo felicitatis detrimentum pati clamabant, hoc est si discederet, si illos pauxillulum relinqueret. Præcipue vir Domini S. Anatelon lacrymabiliter ac graviter ingemi- F scebat, pro eo quod dixerat se non ultra reversurum, quia reliquo vitæ tempore cum suis esset compatriotis ac fratribus permansurus; illum semper suæ resolutionis diem gratulabunda mente operiens, quo sui laboris a Christo coronam recipiat immarcessibilem. Quem ita consolabatur Magister, *et Anatalonem solatus,* ut diceret: Quid tantum mei delectaris præsentia, cum tibi Christi Jesu, Domini mei, numquam defutura sit. Sic enim nobis polliceri voluit dicens: Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi. Annon de omnibus ejus dictis et operibus, ut ego a beatissimis Petro et Jacobo, Magistris *renavigarit in Cyprum.* Ecclesiæ, sic et tu a me eruditus es? Numquid aliquid tibi deesse poterit in vinea patrisfamilias desudanti? En cum doctrina fidei virtutum quoque tibi efficacia non deerunt; et quæ postulaveris, impetrabis. His et hujuscemodi alleviatum adstipulationibus dimisit, in omnibus diligenter instructum; protinusque ad Romanum regrediens portum, ingressus navim ad Palæstinæ gremium repedavit.

32 *Verba, quibus hic Sanctus dicitur necessitatem sui ab Italia Judæam reditus explicuisse, ita congruunt cum relatis num.* 18 *mox ejusdem discessu Alexandria, ex libro Recognitionum, similibusque in Epitome legendis: ut*

A *ut dubitare nequeam, quin inde huc translata sint, et sub eodem sensu amplificata. Quare sicut illis non moveor, ut Mediolano in Palæstinam credam certo, rediisse* Barnabam, *potius quam in Cyprum (quamvis non insolitum videatur Apostolis fuisse redire per intervalla Jerosolymam), ita hujusmodi scripturis, Mediolanensem Ecclesiam a* Barnaba *fundatam asserentibus, non aliter puto credendum, quam quatenus testimonia publica sunt traditionis, nescio an omnino vetustissimæ; dum neque in S. Ambrosii Mediolanensis, neque in S. Gaudentii Brixiensis operibus, ullus inveniatur locus, ubi suarum Ecclesiarum laudibus arrogant prærogativam Cathedræ, ab Apostolo* Barnaba *institutæ; nec alius utrobique, vel in vicinia occurrit, primus post illos seculis scriptor, qui eam eam prærogativam sua assertione confirmaverit; at forte tota illa traditio non habet auctorem alium quam Pseudodorotheum in Synopsi: cujus quam exigua fides sit locis fere omnibus notum est, quoties de Apostolorum sociis discipulisque, quos omnes Dorotheus in septuaginta discipulorum classem compegit, cuivis Sedem aliquam Episcopalem assignans, facienda in hoc opere mentio. Certius mihi videtur creditum; Anatalonem Cypriorum fuisse, et discipulum* S. Barnabæ: *at fortassis Mediolanensis Ecclesia solum hanc causam habuerit suam originem a* Barnaba *accersendi: quod poterit* XIV *Septembris, cum de* S. Anatelone *agetur, plenius examinari. Interim vide in nota ante* VII *Tomum Maji respost, illius Episcopatum definitum intra annos* XLIX *et* LX*: neque inde recedemus propter calculum Tillemontii pag.* **1192**, *quo initium Anatalonis differtur usque in annum* XCVI.

Hæc SS. Ambrosio et Gaudentio ignota,

primum forte credi cœpta,

ex eo quod S. Anatalon fuerit discipulus Barnabæ.

B

33 *Est quidem in Mediolanensi vetus Ambrosiani Missalis, sub annum* MDCXII *excuso, et forsitan in pluribus aut manuscriptis, propria Missa de* S. Barnaba, *sed hanc non esse a S. Ambrosio, quin potius diu postea compositam, probat si aliud non de eo veteris Antiphonarii Ambrosiani apud Mabillonium, prius scriptum quam ecclesia illa Patronam sumeret S. Theclam, pariter ibi prætermissam: idem probat,* prærogativa Metropolitici honoris, et Ambrosianæ Ecclesiæ Pontifex, *in Præfatione expressius nominatus. Juvat tamen eam ipsam recitare, sic progredientem post verba* Omnipotens æterne Deus. Quia Apostolorum collegio S. Barnabam aggregasti, magnificis merito præconiis extollendum. Hic namque Cyprius, ex stirpe Levitica ortus: terrenorum contemptor, zelator cœlestium, ad pedes Apostolicos agri substernit pretium. Hic ex septuaginta duobus discipulis assumptus, in Apostolum sublimatur. Hic Antiochiæ, Romæ Mediolani semen verbi tui disseminans, Gentium multitudines Christi convertit ad fidem. Hic Ambrosianæ Ecclesiæ primus Pontifex, prærogativa Metropolitici honoris ipsam insignivit. Hic corpus suum crebris vigiliis attenuat, orationibus assiduis macerat, frequentibus jejuniis castigat, perspicuis miraculis coruscat. Dum enim super languidos Matthæi deponit Evangelium, infirmitates repente sanat omnium. Dum etiam templo Gentilium hic maledicit, ejus pars subito funditus corruens, multos interemit. Hic multis pro tuo nomine quassatus et attritus suppliciis; per ignis incendium felix migravit ad regnum. Et ideo.

neque enim Ambrosiana est

C

propria de eo Missa, et Præfatio

D

MUCIOR D. P.

34 *Placidus Puccinelli post Vitam S. Barnabæ, de qua infra, profert bis binos, de illo* Hymnos *antiquos, quorum primos descripsit* ex MS. Basilicæ Laurentianæ Mediolani, *probantque festum toti urbi commune fuisse; alii* ex MS. cœnobii et ecclesiæ S. *Barnabæ Brixiæ, Ordinis S. Augustini, ubi inter alia ad Vesperas dicitur:*

Hymni de eodem

Lætare, felix Brixia, de tanto Patre Barnaba,
Cujus jussu Anathalon Lucem dedit in populum.

Bernardinus Faynus, in Notis ad suum Martyrologium Brixianum hæc dicit: Brixiani, *inquit, in tanti sui* benefactoris memoriam ædiculam illam, in claustro S. Petri in Oliveto ecclesiæ adjacentem, ab omni antiquitate erectam semper observarunt, eo quod constantissima traditio docuerit, Barnabam eorum Apostolum, locum illum, tunc Jovi consecratum, in sacrum oratorium vertisse, ibique sacram Missam fidelibus celebrasse: quod, præter scriptores, demonstrant ibidem venerabiles et perantiquæ picturæ, sub quibus legitur: *Hic in ipsius Christi* Barnabas, *ab idolorum cultura, Roma a Petro missus, cum Anathalone, Brixiam ad Christum convertit.* Idem etiam ostendit prisca sequens marmorea Inscriptio: *Sacrum hoc in Virginis Matris honore dicatum, inter Brixianas ecclesias primum fuisse, atque in eo loco Barnabas Christi Apostolus, divina celebrasse mysteria perhibetur.* His additur alia publica Inscriptio, super januam oratorii Disciplinatorum, non longe a principali ecclesia ipsius S. Barnabæ, et supposita consecrationi S. Anathalonis in Episcopum Brixiæ, picturæ efficta: *Barnabas Apostolus, primus ecclesiæ Brixianæ fundator, et Anathalonis primi ejusdem Ecclesiæ Episcopi consecrator.* Annua quoque Tabula ecclesiastica id indicat, his verbis: *Die* XI *Junii Barnabæ Apostoli, et Ecclesiæ Brixianæ Fundatoris.* Annales quoque civitatis, in quibus sic legitur: *Dies S. Barnabæ Apostoli perpetuo festivus, apothecæ sint clausæ, et fiat processio cum Paraticis* (Cangius in Glossario suspicatur, ea voce in Cremonensi quodam instrumento anni **1244**. et Vicinis opposita, Nobilitatem significari) *singulo anno; puta primus nunc civitatem ad fidem convertit.*

et Brixiæ oratorium a Sancto dedicatum ut fertur,

E

plures ibidem illius memoriæ

ut fundatoris Ecclesiæ Brixiensis.

F

ACTA ET PASSIO IN CYPRO [a]

Sub nomine Joannis-Marci, Barnabæ consobrini, edita:

ex MS. Vaticano, et Guilielmi Card. Sirleti interpretatione.

Ἐπειδήπερ ἀπὸ τῆς καθόδου τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ παρουσίας, τοῦ ἐλεήμονος καὶ εὐσπλάγχνου καὶ ἰσχυροῦ καὶ ποιμένος καὶ ἰατροῦ, τὸ ἀπόρρητον καὶ ὅσιον καὶ ἀμέμπτον μυστήριον, τῶν τὴν ἐλπίδα ὁσίως κατεχόντων καὶ ἐσφραγισμένων Χριστιανῶν, ἐθεασάμην καὶ εἶδον ἐγὼ καὶ ἐδούλευσα προθύμως, ἀναγκαῖον ᾠήθην καὶ ἃ εἶδον καὶ ἤκουσα μυστήρια ἐξηγήσασθαι. Ἐγὼ Ἰωάννης, συνακολουθῶν Βαρνάβᾳ καὶ Παύλῳ τοῖς Ἀποστόλοις, ὑπηρέτης ὢν τὸ πρὶν μὲν Κυρίλλου τοῦ Ἀρχιερέως· νῦν δὲ χάριν Πνεύματος ἁγίου λαβὼν, διά τε Πέτρου τοῦ Ἀποστόλου καὶ Βαρνάβα καὶ Παύλου τῶν

Quoniam post Servatoris nostri Jesu Christi, misericordis et validissimi pastoris et medici adventum, mysterium illud sanctum; omni ex parte laudandum, quodque nullis verbis explicari potest; Christianorum inquam fides, qui spem suam sancte coluerunt, et Christi signo impressi sunt, ego contemplatus sum, et vidi, et prompto animo ejusdem mysterii servitium obivi; necessario mihi faciendum existimavi ego; ut quæ mysteria vidi et audivi, eadem illa enarrarem. Ego enim Joannes, qui Barnabam et Paulum Apostolos secutus sum, quique antea

Auctor, assumens nomen Joannis Marci,

EX MS. VATIC.

A Cyrilli cujusdam *b* Pontificis minister fueram, nunc vero Spiritus sancti gratiæ particeps sum factus per Petrum Apostolum, per Barnabam et Paulum, viros Dei vocatione admodum dignos, qui et me Baptismo *c* tinxerunt. Postea vero quam aqua baptismi tinctus sum, per visum mihi quidam vir oblatus, alba veste indutus; Esto, inquit; bono animo, Joannes, mutato enim nomine Marcus appellaberis, tuaque gloria per orbem terrarum prædicabitur, ac tenebræ illæ quæ prius in mente tua inerant expulsæ a te sunt, tibique mens et intelligentia data est, ut Dei mysteria consequi possis.

b *ab Apostolis se baptizatum fingit.*

c

D ἀξίων τῆς κλήσεως, τῶν καὶ βαπτισάντων με. Μετὰ δὲ τὸ βαπτισθῆναί με, εἶδον ἐν ὁράματι ἄνδρα τινὰ ἐφεστῶτα, ἐν λευκῇ στολῇ περιβεβλημμένον, καὶ εἶπεν. Θάρσει, Ἰωάννη, καὶ γάρ τὸ ὄνομά σου μετονομασθήσῃ Μάρκος, καὶ ἡ δόξα σου ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ κηρυχθήσεται, καὶ τὸ ἐν σοὶ σκότος παρῆλθεν ἀπό σου, καὶ ἐδόθη σοι σύνεσις πρὸς τὸ γνῶναι τὰ μυστήρια τοῦ Θεοῦ.

seque divina apparitione animatum

36 Cum id vidissem, totus contremiscens, confugi ad pedes Barnabæ, eique nuntiavi quæ videram, et a viro illo audiveram mysteria. Paulus vero Apostolus non aderat, quo tempore hæc cum Barnaba communicavi. Tunc mihi Barnabas. Vide, inquit, ne cui visum hoc aperias: scito enim et mihi nocte hac Dominum astitisse, qui et me affatus; Esto, inquit; forti animo; quemadmodum enim mei nominis causa animam tuam exposuisti ad mortem usque, et a gente tua alienari passus es; ita et martyrii cursum perfectum assequeris; verumtamen et ministrum illum, qui prope vos est, tecum assume: B habet enim divina quædam mysteria sibi patefacta. Nunc igitur, fili, apud te serva quæ vidisti, et audivisti: tempus enim erit quod harum rerum declarationem postulabit,

ad evangelizandum.

36 Ὡς δὲ τὸ ὅραμα ἶδον, σύντρομος γενόμενος, ἀπελθὼν πρὸς τοὺς πόδας Βαρνάβα, ἀπήγγειλα αὐτῷ ἃ εἶδον καὶ ἤκουσα παρὰ τοῦ ἀνδρὸς ἐκείνου μυστήρια. Παῦλος δὲ ὁ Ἀπόστολος οὐκ ἦν ἔγγιστα, ἡνίκα ἀνεθέμην τὰ τοιαῦτα ῥήματα. Εἶπεν δέ μοι Βαρνάβας· Μηδενὶ ἐξείπῃς την δύναμιν ἣν ἴδες· γνῶθι γάρ, ὅτι κἀμοὶ τῇ νυκτὶ ταύτῃ παρέστη ὁ Κύριος λέγων· Θάρσει, ὡς γὰρ ἔδωκας τὴν ψυχήν σου ὑπὲρ τοῦ ὀνόματός μου, εἰς τὸ ἀποθανεῖν καὶ ἀπαλλωτριωθῆναι τοῦ ἔθνους σου, οὕτως καὶ τελειωθήσει. Πλὴν καὶ τὸν ὄντα ἐγγὺς ὑμῶν ὑπηρέτην, καὶ αὐτὸν συλλάβου μεθ' ἑαυτοῦ· ἔχει γὰρ τινα μυστήρια θεικά. Νῦν οὖν, τέκνον, φύλαξον σεαυτῷ τὰ ῥήματα ἃ εἶδες καὶ ἤκουσας· καιρὸς γάρ σε ἀποκαλύψαι μέλλει ταῦτα δι' ἐμοῦ. E

37 Cum igitur ita ab eo instructi fuissemus, mansimus dies multos apud Jerosolymam, et venimus Antiochiam; unde postea in urbem Seleuciam cum venissemus, et tres dies in illa morati fuissemus, in Cyprum navigavimus. Illis autem ego minister fui, quoad totam Cyprum obambulavimus. Cum vero e Cypro insula navigassemus, appulsi sumus ad Pergen urbem Pamphiliæ ubi duos fere menses permansi..... *d* Volebam autem ad Occidentis solis partes proficisci: sed non permisit me Spiritus sanctus. Reversus itaque Apostolos ipsos requisivi; quos cum in urbe Antiochia *e* esse cognovissem, illos adii, ubi Paulum Apostolum, labore atque itinere defessum, inveni; Barnabas vero Paulum rogabat, ut in Cyprum irent et hiemem transigerent; postea vero et Jerosolymam ad diem festum proficiscerentur. Multa itaque contentio inter illos fuit.

cum illis ivisse Antiochiam,

d

e

ubi propter eum inter ipsos orto dissidio,

37 Κατηχηθέντες οὖν παρ' αὐτοῦ, ἐμείναμεν ἐν Ἱερουσαλὴμ ἡμέρας ἱκανάς, καὶ ἤλθομεν ἐν Ἀντιοχείᾳ· ἐκεῖθεν τοίνυν κατηντήσαμεν ἐν Σελευκείᾳ. Ἐκεῖ δὲ προσμείναντες ἡμέρας τρεῖς, ἀπεπλεύσαμεν ἐν Κύπρῳ, καὶ ἤμην ἐγὼ διακονῶν αὐτοῖς, ἄχρις οὗ περιήλθομεν πᾶσαν την Κύπρον· ἀναχθέντες δὲ ἀπὸ τῆς Κύπρου, κατήχθημεν ἐν Πέργῃ τῆς Παμφυλίας, κἀνεῖσε λοιπὸν παρέμεινα ὡσεὶ μῆνας δύο... βουλόμενος ἐπὶ τὰ δυτικὰ μέρη πορεύεσθαι, καὶ οὐκ εἴασέν με τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ἐπιστρέψας δὲ πάλιν, ἐζήτησα τοὺς Ἀποστόλους· καὶ μαθὼν ὅτι ἐν Ἀντιοχείᾳ ἦσαν, ἐπορεύθην πρὸς αὐτούς. Εὗρον δὲ τὸν Παῦλον, ἀπὸ τοῦ κόπου καὶ τῆς ὁδοιπορίας ἐν Ἀντιοχείᾳ [νοσοῦντα]· Βαρνάβας δὲ παρεκάλει ὥστε εἰσελθεῖν αὐτοὺς εἰς Κύπρον, καὶ ποιῆσαι τὸν χειμῶνα, καὶ τότε ἀπελθεῖν αὐτοὺς εἰς Ἱερουσαλὴμ τῇ ἑορτῇ. Πολλὴ τοίνυν φιλονικία μεταξὺ αὐτῶν ἐγένετο.

38 Barnabas autem me rogabat ut illos sequerer, quippe qui ab initio illorum minister fueram, et per C totam Cyprum eis servieram, quoad Pergen Pamphiliæ profecti sumus. Et ibi satis diu *f* moratus sum. Paulus vero Barnabæ repugnabat, dicens? Fieri non posse, ut una cum illis ego irem. Fratres autem qui erant illic, aiebant me debere illos sequi; eo quod votum feceram, ut ad finem usque illos sequerer. Negavit hoc Paulus, ita ut Barnabæ dixerit: Si Joannem, qui et Marcus appellatur, tecum habere velis; non eamdem quam ego, sed aliam viam aggredere; non enim nobiscum veniet. Tunc Barnabas cum secum cogitasset; Qui semel, inquit, Evangelio inservivit, et nobiscum unum iter fecerit, eum Dei gratia non aversatur: quod si et tibi, Pater Paule, gratum hoc est, Barnabam mecum habens aliam viam aggrediar. Tunc Paulus: Vade, inquit, et tu Dei gratia, ut et nos Spiritu sancto adjuvante ibimus.

f

(nolente Paulo socium Joannem)

38 Βαρνάβας δὲ παρεκάλει κἀμὲ συνακολουθῆσαι αὐτοῖς, διὰ τὸ ἐξ ἀρχῆς ὑπηρέτην με αὐτῶν εἶναι, καὶ, ἐν τῇ Κύπρῳ πάσῃ ὑπηρετῆσαι αὐτοῖς, ἄχρις οὗ κατηντήσαμεν εἰς Πέργην τῆς Παμφυλίας· Κἀκεῖ ἐπέμεινα χρόνους ἱκανούς. Ὁ δὲ Παῦλος κατέκραζεν τῷ Βαρνάβᾳ λέγων, Ὅτι ἀδύνατον τοῦτον μεθ' ἡμῶν ἐλθεῖν. Καὶ οἱ ὄντες ἀδελφοὶ ἐκεῖ, ἔλεγον, ὥστε με [δεῖν] σὺν αὐτοῖς ἀκολουθῆσαι, διὰ τὸ εὐχήν μοι ὑπάρχειν ἕως τέλους αὐτοῖς ἀκολουθῆσαι· ὥστε λέγειν τον Παῦλον, ὅτι εἰ βούλῃ λαβεῖν Ἰωάννην τὸν καὶ Μάρκον μετὰ σεαυτοῦ, πορεύου εἰς ἑτέραν ὁδόν, οὐ γὰρ ἔλθῃς μεθ' ἡμῶν. Βαρνάβας δὲ ἐν ἑαυτῷ γενόμενος, εἶπεν· Ὅτι τὸν ἅπαξ δουλεύοντα ἡμῖν οὐκ ἀποστρέφεται ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ· εἰ οὖν καὶ τοῦτο φίλον σοι ἐστιν, πάτερ Παῦλε, λαβὼν αὐτὸν πορεύομαι. Καὶ αὐτὸς ἔφη· Πορεύου ἐν τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡμεῖς ἐν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι.

39 Cum igitur flexissent genua, Deum precati sunt, et Paulus ingemuit et flevit; eodem modo et Barnabas: qui Paulo dixit: Decebat quidem, nos quemadmodum vitam ipsam communiter exposuimus, ita et ad finem usque perseverare apud homines ipsos; quoniam vero tibi, Paule Pater, ita visum est; ora Deum pro me, ut labor ipse perfecte expediatur, et mihi requiem afferat: scis enim, quomodo tibi, et

Barnabas Cyprum navigat cum illo.

39 Κλίναντες οὖν τὰ γόνατα, προσηύξαντο, καὶ ἀναστενάξας Παῦλος ἔκλαυσεν· ὁμοίως δὲ καὶ Βαρνάβας, λέγοντες πρὸς ἀλλήλους· Καλὸν μὲν ἦν ἡμᾶς κοινῶς, καθὼς καὶ τὴν ψυχήν, καὶ τὸ τέλος ποιήσασθαι ἐν ἀνθρώποις· ἐπειδὴ δὲ οὕτως σοι ἔδοξεν, πάτερ Παῦλε, προσεύξαι ὑπὲρ ἐμοῦ, ἵνα τελείως μοι ὁ κόπος εἰς ἀνάπαυσιν γένηται· οἶδας γὰρ πῶς σοι ἐδούλευσα, καὶ εἰς τὴν χάριν τοῦ Χριστοῦ τὴν δοθεῖσάν σοι. Πορεύομαι γὰρ ἐν Κύπρῳ

τελειωθῆναι

A τελειωθῆναι, καὶ σπεύδω· οἶδα γὰρ ὅτι οὐκέτι ὄψομαι τὸ πρόσωπόν σου, πάτερ Παῦλε. Καὶ πεσὼν ἐπὶ τῆς γῆς εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ, ἔκλαυσεν ἱκανῶς. Ὁ δὲ Παῦλος ἔφη πρὸς αὐτόν· Κἀμοὶ τῇ νυκτὶ ταύτῃ παρέστη ὁ Κύριος, λέγων· Μὴ βιάσῃ Βαρνάβαν τοῦ μὴ πορευθῆναι εἰς Κύπρον, ἐκεῖ γὰρ αὐτῷ ἡτοίμασται φωτίσαι πολλούς· καὶ σὺ δὲ ἐν τῇ δοθείσῃ σοι χάριτι πορεύου εἰς Ἱεροσόλυμα, προσκυνῆσαι ἐν τῷ ἁγίῳ τόπῳ· κἀκεῖθέν σοι δειχθήσεται ποῦ σοι τὸ μαρτύριον ἡτοιμάσθη. Ἠσπασάμεθα τοιγαροῦν ἀλλήλους, καὶ παρέλαβέν με Βαρνάβας.

gratiæ quæ a Deo in te collata est; inserviverim. D Proficiscor enim in Cyprum, et martyrii finiendi causa illuc propero. Futuram enim scio, ut faciem tuam, Paule Pater; non amplius videam. Cumque in terram ad ejus pedes se abjecisset, valde flevit. Tum ille: Et mihi nocte hac, inquit, apparuit Dominus et dixit: Ne detineas Barnabam quominus in Cyprum eat. Divinitus enim ipsi datum est, ut illic fidei prædicatione multos illuminet: Tu vero, ea gratia quæ tibi data est adjutus, Jerosolymam proficiscere, ut in sanctis illis locis Deum adores, et illic tibi ostendetur quo loco martyrium tibi collatum sit. Vicissim igitur nos salutavimus, et me Barnabas secum duxit.

EX MS VATIC.

non amplius Paulum visurus:

40 Κατελθόντες δὲ καὶ εὑρόντες πλοῖον ἐν Λαοδικείᾳ, ἐσπουδάσαμεν περάσαι εἰς Κύπρον· καὶ ὁ ἄνεμος ἐναντίως ηὑρέθη, καὶ οὐκ ἠδυνήθημεν. Ἤλθομεν δὲ ἐν τῷ Κορακησίῳ, καὶ εἰσελθόντων ἡμῶν ἐν τῷ αἰγιαλῷ, ἔνθα πηγὴ ἦν, ἀνεψύξαμεν ἐκεῖ τὴν ὥραν, μηδενὶ ἑαυτοὺς ἐμφανίσαντες, διὰ τὸ μὴ γνῶναί τινα ὅτι ἀπεχωρίσθη Βαρνάβας τοῦ Παύλου· ἐκεῖθεν δὲ ἤλθομεν εἰς παλαιὰς τῆς Ἰσαυρίας, κἀκεῖθεν ἐλθόντες, ἐν νήσῳ τινὶ Πιτυούσῃ καλουμένῃ, καὶ χειμῶνος γενομένου, παρεβάλομεν ἡμέρας τρεῖς, καὶ
B ἐδέξατο ἡμᾶς ἀνήρ τις Εὔφημος ὀνόματι· ἐκεῖθεν δὲ παρεπλεύσαμεν τὰς Ἀκωνησίας, καὶ ἤλθομεν ἐν πόλει Ἀνεμουρίῳ· καὶ εἰσελθόντων ἡμῶν ἐν αὐτῇ, εὕρομεν δύο Ἕλληνας, καὶ εἰσελθόντες πρὸς ἡμᾶς, ἐπηρώτων, τίνες καὶ πόθεν ἐσμέν; εἶπεν δὲ αὐτοῖς Βαρνάβας· Εἰ βούλεσθε γνῶναι πόθεν ἐσμέν, ἀπορρίψατε ἣν ἔχετε ἐσθῆτα, καὶ περιβαλῶ ὑμᾶς ἐσθῆτα, ἥτις οὐδέποτε ῥυπαίνεται, ἀλλὰ πάντοτε λαμπρά ἐστιν. Ξενισθέντες δὲ ἐπὶ τῷ λόγῳ, ἠρώτων ἡμᾶς, Τί ἐστι τὸ ἔνδυμα ἐκεῖνο, ὃ μέλλετε ἡμῖν διδόναι; Εἶπεν δὲ αὐτοῖς Βαρνάβας, Ἐὰν ἐξομολογήσησθε τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν, καὶ συντάσσεσθε τῷ Κυρίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ, λαμβάνετε τὸ ἔνδυμα ἐκεῖνο, ὅπερ ἐστὶν ἄφθαρτον εἰς αἰῶνα.

40 Cum vero descendissemus Laodiceam *g*, invento navigio dedimus operam, ut in Cyprum transmitteremur. Cumque ventus nobis esset *h* contrarius, eo quo volebamus nequaquam venire potuimus. Venimus autem Coratium, et in littore expositi, in quo erat fons quidam, horæ spatio illic nos recreavimus; neque cuiquam nos ostendimus, eo quod nemo adhuc cognoverat Barnabam a Paulo separatum. Illinc venimus in Isauriæ partes et inde in insulam quamdam Pithusam nomine. Cumque maris fluctuatio et tempestas orta esset, illuc appu- E limus, et tres dies mansimus; nosque accepit vir quidam Euphemus nomine. Illinc prætervecti sumus Aconesias, et venimus in urbem *i* Anemurium nomine; in quo cum ingressi fuissemus, duos Gentiles illic invenimus: a quibus interrogati, quinam unde essemus; Adjicite inquit Barnabas, vestem istam quam habetis, et induam vos veste illa quæ numquam labefactatur; sed semper splendida est. Orationem hanc illi valde admirantes, a nobis quæsierunt, quænam esset vestis, quam illis daturi essemus. Si confessi fueritis, inquit Barnabas, peccata vestra, et Domino Jesu Christo conciliemini, accipietis indumentum illud, quod perpetuo incorruptum permanet.

g

h qui adverso vento rejectus in Pamphyliam,

E transita Isauria,

i prædicat in Cilicia,

41 Κατανυγέντες δὲ ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἔπεσον εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ, παρακαλοῦντες καὶ λέγοντες· Ἀξιοῦμέν σε, Πάτερ, δὸς ἡμῖν τὸ ἔνδυμα ἐκεῖνο. Καὶ καταγαγὼν αὐτοὺς εὐθέως κάτω εἰς τὴν πηγήν, ἐβάπτισεν αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρός, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· καὶ ἔγνωσαν ἑαυτοὺς ὅτι ἐνεδύσαντο τὴν στολὴν τὴν ἁγίαν. Λαβὼν δὲ παρ' ἐμοῦ μίαν στολήν, ἐνέδυσε τὸν ἕνα, καὶ ἐκ τῆς ἰδίας στολῆς ἐνέδυσε τὸν ἕτερον. Προσήνεγκαν δὲ αὐτῷ τὰ χρήματα αὐτῶν, καὶ εὐθέως διέδωκεν αὐτὰ Βαρνάβας πτωχοῖς· ἀφ' ὧν καὶ οἱ ναῦ-
C ται πολλὰ ἠδυνήθησαν κερδᾶναι. Κατελθόντες δὲ ἐν τῷ αἰγιαλῷ, ἠσπασάμεθα αὐτούς, καὶ ἐλαλήσαμεν τοῦ λόγου τοῦ Θεοῦ, καὶ εὐλογήσαμεν αὐτούς. Ὁ δὲ εἷς ἐξ αὐτῶν, ὁ κληθεὶς Στέφανος, ἐβούλετο συνακολουθῆσαι ἡμῖν, καὶ οὐκ εἴασεν Βαρνάβας. Διαπεράσαντων δὲ ἡμῶν, κατεπλευσάμεθα ἐν Κύπρῳ, καὶ εἰσελθόντες ἐν τῷ λεγομένῳ Κρομμυακίτῃ, εὕρομεν Τίμωνα καὶ Ἀρίστωνα τοὺς ἱεροδούλους, πρὸς οὓς καὶ ἐξενίσθημεν. Τίμων δὲ συνείχετο πυρετῷ πολλῷ· ᾧ καὶ ἐπιθέντες τὰς χεῖρας, εὐθέως ἀπεστήσαμεν τὸν πυρετὸν ἀπ' αὐτοῦ, ἐπικαλεσάμενοι τὸ ὄνομα τοῦ Ἰησοῦ. Ἦν δὲ ὁ Βαρνάβας μαθήματα παρὰ Ματθαίου εἰληφώς, βίβλον τῆς τοῦ Θεοῦ φωνῆς, καὶ ποιημάτων ὑγιασμοῦ· ταύτην ἐπιτιθεὶς πᾶσι τοῖς ἀσθενοῦσιν ὁ Βαρνάβας, κατὰ τὴν ἀπαντῶσαν ἡμῖν χάριν, εὐθέως τῶν παθῶν ἴασιν ἐποιεῖτο. Γενομένων δὲ ἡμῶν ἐν τῇ πόλει Λαπίθου, καὶ εἰδωλομανίας ἐπιτελουμένης ἐν τῷ θεάτρῳ, οὐκ εἴασεν ἡμᾶς εἰσελθεῖν ἐν τῇ πόλει, ἀλλὰ πρὸς τῇ πύλῃ ἀνεψύξαμεν μικρόν· Τίμων δέ, μετὰ τὸ ἀναστῆναι αὐτὸν ἐκ τῆς νόσου, ἦλθεν ἅμα ἡμῖν.

41 Compuncti autem illi a sancto Spiritu, ad pedes Barnabæ se abjecerunt, et ita eum rogaverunt: Precamur te, Pater, ut indumentum hoc nobis largiaris. Illos autem statim in fonte dimissos, baptismo tinxit, in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti; ac se ipsos cognoverunt sancta illa veste indutos esse. Unum autem a me accepit, et alterum in lut; alterum vero sua vestivit. Idem et pecunias suas Barnabæ obtulerunt, qui statim pauperibus illas distribuit: ex quibus et nautæ multum lucri fecerunt. Cum vero ad littus descendissemus, eos salu- F tavimus, et de rebus divinis admonuimus, eisque bene precati sumus ac benediximus: e quibus unus Stephanus nomine, volebat nos sequi; sed Barnabas nequaquam permisit.

multisque baptizatis

42 Transmisimus autem nos, et in Cyprum navigavimus; et ingressi in eum locum qui vocatur Crommacitates *k* invenimus Timonem, et Aristonem *l* ædis sacræ ministro, apud quos et hospitio accepti sumus. Timo autem magna febre tenebatur: cui manus imposuimus, et invocato nomine Jesu statim febre ipsum liberavimus. Acceperat autem Barnabas a Beato Evangelista Matthæo divinæ vocis librum et *m* operum scripta: eum librum omnibus ægrotantibus Barnabas imponebat, et pro gratia nobis collata statim morborum curationem afferebat. Cumque nos essemus ad urbem Lapitharum, et in theatro idolorum debacchationes celebrarentur, ejus urbis cives nos illuc ingredi non permiserunt, sed ad portam paullum nos recreavimus: Timo autem, cum a morbo convaluisset, nobiscum una venit.

k

l tandem Cyprum tenens;

m et a Lapithis exclusus,

42 Ἐξελθόντες δὲ τῆς Λαπίθου, διὰ τῶν ὀρέων διοδεύσαντες, ἤλθομεν εἰς κώμην Λαμπαδιστοῦ, ὅθεν ὑπῆρχεν καὶ Τίμων· πρὸς ὃν εὑρόντες καὶ Ἡρακλέωνα ὄντα

43 Cumque ab urbe *n* Lapitharum egressi fuissemus, per montes transivimus, et venimus in castellum nomine Lampadistum, unde et Timo ipse erat:

n inventum Lampadisti Timonem

ordinat Episcopum:

A erat : illic invenimus Heracleonem, et apud eum diversati sumus. Hic erat ab urbe o Tamasiorum, qui venerat ut suos viseret : quem cum Barnabas inspexisset, agnovit eum esse cui aliquando in urbe p Cithiensium occurrit una cum Paulo, cui et Spiritum sanctum dederunt, et mutato nomine Heraclidem appellarunt ; eumque in insula Cypro Episcopum ordinavimus, et ecclesiam in spelunca apud Tamatum, et fratres qui erant illic, una cum ipso instructos confirmavimus, et Dei sermonem illi commendavimus. Cum vero montem transivissemus, q Chionodemque hoc est nivalem appellatum, venimus in urbem veterem r Paphum; et illic invenimus Rhodonem quemdam, templi ministrum, qui et ipse cum ad Christi fidem conversus credidisset, nos secutus est. Occurrimus autem cuidam Judæo, cui nomen erat s Bar-jesu, et hic ab urbe Papho veniebat ; qui et Barnabam nuper cum Saulo viderat, et eum agnovit. Hic non permisit nos Paphum introire; Itaque reversi venimus in locum, Curium t nomine.

Papho exclusus a Bar-jesu,

44 Ibi execrabilem quemdam cursum in monte illo prope urbem celebrari vidimus, ubi mulierum et virorum multitudo nudis corporibus cursum exercebat. Id cum vidisset Barnabas, conversus est, et B factum increpavit : statimque montis pars ad Occidentem vergens decidit, et multos vulneravit : multi ex ipsis etiam mortui sunt ; reliqui ad Apollinis templum, quod prope erat confugerunt. Cum vero nos venissemus prope locum nomine Curium, Judæorum multitudo magna, a Bar-jesu illo concitata, extra urbem stetit, et nos illuc ingredi non permisit ; sed sub querceto, quod in monte illo est prope urbem, noctem illam transegimus, et recreati sumus.

Curioque prohibitus,

45 Postero autem die venimus in castellum quoddam, ubi erat Aristoclianus : hic, cum leprosus fuisset, in urbe Antiochia purgatus est, et a Paulo et Barnaba Episcopus ordinatus ; et ad castellum suum, in Cypri regione constitutum, missus est ; eo quod Gentiles multi illic erant. Apud illum diversati, ad speluncam in monte sitam diem unum mansimus. Illinc venimus Amathuntem u, et multitudinem magnam Gentilium, inhonestarum mulierum ac virorum, Diis suis libantium, in templo apud montem invenimus. Illuc etiam Bar-jesus ille accessit, et Judæorum gentem contra nos concitavit ; itaque in eam urbem nos ingredi non permiserunt, nisi vidua quædam pauper annos octoginta ; quæ cum neque ipsa idolorum superstitionem sequeretur, C nos attendens in domum suam per horam unam accepit. Nobis igitur illinc egredientibus, Barnabas ipse pulverem e pedibus suis excussit e regione templi illius, in quo execrabile illud libamen celebrabatur.

divertit ad Aristoclianum Episc.

Amathunte exceptus

46 Illinc egressi venimus per deserta quædam loca in urbem Citiensium (nobiscum autem erat et Timon, quem supra diximus) cum ingens tumultus et illic in ipsorum campo, ubi cursus exercebatur, concitatus esset. Cum id audivissemus, urbem prætergressi sumus, et pulverem e pedibus nostris omnes excussimus, nemo enim nos accepit : itaque horam duntaxat unam ad urbis portam, prope aquæ ductum, nos recreavimus. Cum vero ab urbe Citiensium navigassemus, in x Salaminem venimus, et appulsi sumus ad loca illa quæ y Insulæ vocantur : ejus autem regionis homines idolis addicti erant, et illic panigyris et libamina celebrabantur. Ibi rursus Heraclidem invenimus, quem studiose Christi Evangelium prædicare docuimus, Ecclesias constituentes, et rei divinæ ministros in Ecclesiis collocantes. Cum vero in urbem Salaminem ingressi fuissemus, occurrimus Synagogæ quæ prope locum illum erat, cui nomen est Bibliæ. Cum illuc introivissemus Bar-

Citio declinato

appellit Salaminem :

ἐκεῖ, ἐξενίσθημεν παρ' αὐτοῦ. Οὗτος ἦν ἀπὸ τῆς Ταμασίων ἐλθὼν, ἐπισκέψασθαι τοὺς οἰκείους αὐτοῦ· πρὸς ὃν ἀτενίσας ὁ Βαρνάβας, ἀνεγνώρισεν αὐτὸν, πρώην ἐπὶ τῆς Κιτίεων συντυχίαν πεποιηκὼς μετὰ Παύλου πρὸς αὐτὸν, ᾧ καὶ Πνεῦμα ἅγιον ἔδωκαν, μετονομάσαντες αὐτὸν Ἡρακλείδην, χειροτονήσαντες αὐτὸν Ἐπίσκοπον τῇ Κύπρῳ, καὶ Ἐκκλησίαν ἐπιστηρίσαντες ἐν σπηλαίῳ ἐν Ταμασῷ, καὶ τοῖς ἐκεῖ οὖσιν ἀδελφοῖς κατηχηθεῖσιν μετ' αὐτοῦ, παρεδέγεθα αὐτῷ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. Διελθόντων δὲ ἡμῶν τὸ ὄρος τὸ καλούμενον Χιονῶδες, κατηντήσαμεν ἐν παλαιᾷ Πάφῳ, κἀκεῖ εὕραμεν Ῥόδωνά τινα ἱερόδουλον, ὅς τις καὶ αὐτὸς πιστεύσας συνηκολούθησεν ἡμῖν. Συνηντήσαμεν δὲ Ἰουδαίῳ τινὶ, ὀνόματι Βαριεσοῦ, ἐρχομένῳ ἀπὸ τῆς Πάφου, ὅστις καὶ ἐγνώρισεν Βαρνάβαν ὄντα πρώην μετὰ Παύλου. Οὗτος οὐκ εἴασεν ἡμᾶς εἰς τὴν Πάφον· ἀλλ' ὑποστρέψαντες, ἤλθομεν ἐν τῷ Κουρίῳ.

43 Καὶ εὕρομεν δρόμον τινὰ μιαρὸν, ἐν τῷ ὄρει ἐπιτελούμενον, πλησίον τῆς πόλεως, ἔνθα γυναικῶν τε καὶ ἀνδρῶν πλῆθος γυμνῶν ἐπετέλει τὸν δρόμον. Τούτῳ ὁ E Βαρνάβας ἐπιστραφεὶς, ἐπετίμησεν, καὶ κατέπεσεν τὸ ἀπὸ δυσμῶν μέρος, καὶ πολλοὺς τραυματίας ἐποίησεν, πολλοὶ δὲ ἐξ αὐτῶν καὶ ἀπέθανον, οἱ δὲ λοιποὶ ἔφυγον ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Ἀπόλλωνος, τῷ ὄντι πλησίον. Ἐλθόντων δὲ ἡμῶν πλησίον τοῦ Κουρίου, πολὺ πλῆθος Ἰουδαίων ὂν ἐκεῖ, ὑποβληθὲν ὑπὸ τοῦ Βαριεσοῦ ἔστη ἔξω τῆς πόλεως, καὶ οὐκ εἴασεν ἡμᾶς εἰσελθεῖν εἰς τὴν πόλιν· ἀλλ' ὑπὸ τὸ δένδρον, τὸ ὂν ἐν τῷ ὄρει πλησίον τῆς πόλεως, ἐποιήσαμεν τὴν ἑσπέραν, καὶ ἀνεψύξαμεν ἐκεῖ.

45 Τῇ δὲ ἐπιούσῃ ἤλθομεν ἐν κώμῃ τινὶ, ἔνθα Ἀριστοκλιανὸς κατῴκει. Οὗτος λεπρὸς ὢν, ἐκαθερίσθη ἐν Ἀντιοχείᾳ, ὃν καὶ ἐσφράγισαν Παῦλος καὶ Βαρνάβας εἰς Ἐπίσκοπον, καὶ ἀπέστειλαν ἐν τῇ κώμῃ αὐτοῦ ἐν Κύπρῳ, διὰ τὸ πολλοὺς Ἕλληνας ὑπάρχειν ἐκεῖ. Ἐξενίσθημεν δὲ ἐν τῷ σπηλαίῳ πρὸς αὐτὸν ἐν τῷ ὄρει, κἀκεῖ ἐμείναμεν ἡμέραν μίαν. Ἐκεῖθεν δὲ ἤλθομεν ἐν Ἀμαθοῦντι, καὶ πολὺ πλῆθος ἦν Ἑλλήνων ἐν τῷ ἱερῷ ἐν τῷ ὄρει ἀσέμνων γυναικῶν τε καὶ ἀνδρῶν σπενδόντων· κἀκεῖ προσελθὼν ὁ Βαριεσοῦς συνεσκεύασε τὸ ἔθνος τῶν Ἰουδαίων, καὶ οὐκ εἴασεν ἡμᾶς εἰσελθεῖν εἰς τὴν πόλιν, εἰ μὴ γυνή τις χήρα ὡς ἐτῶν ὀγδοήκοντα, καὶ αὐτὴ τοῖς εἰδώλοις μὴ προσκυνοῦσα, προσέχουσα, ἐδέξατο ἡμᾶς ἐν τῷ οἴκῳ αὐτῆς μίαν ὥραν. Ἐξερχομένων δὲ ἡμῶν τὸν κονιορτὸν τῶν ποδῶν, Βαρνάβας ἐξετείναξεν κατέναντι τοῦ ἱεροῦ ἐκείνου, ἔνθα ἡ σπονδὴ τῶν μιαρῶν ἐγίνετο. F

46 Ἐκεῖθεν δὲ ἐξελθόντες, ἤλθομεν διὰ τῶν ἐρήμων τόπων· ἠκολούθει δὲ καὶ Τίμων μεθ' ἡμῶν. Καὶ ἐλθόντων ἡμῶν εἰς Κιτιεῖς, πολλοῦ θορύβου γενομένου κἀκεῖ, ἐν τῷ δρομίῳ αὐτῶν, μαθόντες παρήλθομεν τὴν πόλιν, ἐκτινάξαμενοι τὸν κονιορτὸν τῶν ποδῶν ἡμῶν ἅπαντες, οὐδεὶς γὰρ ἡμᾶς ἐδέξατο· εἰ μὴ ἐν τῇ πύλῃ μίαν ὥραν ἀνεψύξαμεν πλησίον τοῦ ὑδραγωγίου. Ἀναχθέντων δὲ ἡμῶν ἐν πλοίῳ ἀπὸ τῆς Κιτίεων, ἤλθομεν ἐπὶ Σαλαμῖνα, καὶ κατήχθημεν ἐν ταῖς λεγομέναις νήσοις, ἔνθα κατείδωλος ὁ τόπος ὑπῆρχεν, καὶ ἐκεῖ γὰρ πανηγύρεις καὶ σπονδαὶ ἐγίνοντο. Κἀκεῖ πάλιν εὑρόντες Ἡρακλείδην, ἐδιδάξαμεν αὐτὸν σπουδῇ κηρύσσειν τὸ τοῦ Χριστοῦ Εὐαγγέλιον, καθιστᾶν τε Ἐκκλησίας καὶ λειτουργοὺς ἐν αὐταῖς. Εἰσελθόντων δὲ ἡμῶν ἐν Σαλαμῖνα, κατηντήσαμεν εἰς τὴν συναγωγὴν τὴν πλησίον τῆς ἐπιλεγομένης Βιβλίας· κἀκεῖ εἰσελθόντων ἡμῶν, ἀναπτύξας ὁ Βαρνάβας τὸ Εὐαγγέλιον, ὅπερ ἦν λαβὼν παρὰ Ματθαίου, ἤρξατο διδάσκειν τοὺς Ἰουδαίους.

A

47 Καταντήσαντος δὲ τοῦ Βαριεσοῦ μετὰ δύο ἡμέρας, μετὰ τὸ κατηχηθῆναι Ἰουδαίους οὐκ ὀλίγους ὑπὸ Βαρνάβα, θυμωθεὶς ὁ Βαριεσοῦς, συνῆξε πᾶν τὸ πλῆθος τῶν Ἰουδαίων, καὶ ἐζήτησαν κατασχεῖν τὸν Βαρνάβαν, καὶ παραδοῦναι Ὑπατίῳ τῷ Ἡγεμόνι τῆς Σαλαμῖνος· καὶ ὡς ἔδησαν αὐτὸν πρὸς τὸ ἀπαγαγεῖν πρὸς τὸν Ἡγεμόνα, εὐσεβοῦς Ἰεβουσαίου, συγγενοῦς Νέρωνος καταντήσαντος ἐν Κύπρῳ, μαθόντες οἱ Ἰουδαῖοι, λαβόντες τὸν Βαρνάβαν νυκτός, ἔδησαν ἐν σχοινίῳ κατὰ τοῦ τραχήλου· σύραντες ἐπὶ τὸ ἱππόδρομον ἀπὸ τῆς συναγωγῆς, καὶ περάσαντες ἔξω τῆς πύλης, κατέκαυσαν αὐτὸν πυρί, ὥστε καὶ τὰ ὀστᾶ αὐτοῦ κόνιν γενέσθαι. Εὐθέως δὲ τῇ αὐτῇ νυκτί, λαβόντες τὴν κόνιν αὐτοῦ, ἔσχον ἐν σινδόνι, καὶ ἐν μολίβδῳ ἀσφαλισάμενα, ἐσκέψαντο κατὰ τοῦ πελάγους ῥῖψαι αὐτόν.

48 Εὑρὼν δὲ καιρὸν τῆς νυκτὸς ἐγὼ Ἰωάννης, ὁ καὶ μετονομασθεὶς Μάρκος, καὶ τοῦτο μετὰ Τίμωνος καὶ Ῥόδωνος βαστάσαι δυνηθείς, ἤλθομεν ἐν τόπῳ τινί, καὶ εὑρόντες σπήλαιον, κατηγάγομεν αὐτὸν ἐκεῖ, ὅπου τὸ ἔθνος τῶν Ἰεβουσαίων τὸ πρὶν κατῴκει· ἀποκεκρυμμένον δὲ τόπον εὑρόντες ἐν αὐτῷ, ἀπεθέμεθα, ἅμα τοῖς μαθήμασιν οἷς παρειλήφει παρὰ Ματθαίου. Ἦν δὲ ὥρα τετάρτη τῆς νυκτὸς δευτέρᾳ σαββάτου, μηνὶ Παϋνὶ κατ' Αἰγυπτίους ἑπτακαιδεκάτῃ, τῆς δὲ γενεᾶς ἔτους ρβʹ, κατὰ δὲ Ῥωμαίους μηνὶ Ἰουνίῳ ιαʹ.

B

49 Ὡς δὲ ἐκρύβημεν ἐν τόπῳ, ζήτησιν οὐκ ὀλίγην ἐποίησαν οἱ Ἰουδαῖοι καθ' ἡμῶν, καὶ μόλις εὑρόντες, κατεδίωξαν ἡμᾶς ἕως τῆς κώμης Λεδρῶν· καὶ εὑρόντες κἀκεῖ σπήλαιον ἐν τῷ ὄρει πλησίον τῆς κώμης, εἰσελθόντες κατεφύγομεν ἐν αὐτῷ, καὶ οὗτοι διελίπησαν εἰς ἡμᾶς· ἀπεκρύβημεν δὲ ἐν τῷ σπηλαίῳ ἡμέρας τρεῖς, καὶ ἀναχωρησάντων τῶν Ἰουδαίων, ἐξελθόντες κατελείψαμεν τὸν τόπον. Προσλαβόμενοι δὲ Ἀρίστωνα καὶ Ῥόδωνα, ἤλθομεν ἐν κώμῃ Λιμνήτῃ. Εὑρόντες δὲ πλοῖον Αἰγυπτίων, ἀνήλθομεν ἐν αὐτῷ, καὶ πλεύσαντες κατήχθημεν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ· κἀκεῖ ἔμεινα διδάσκων τοὺς προσφεύγοντας ἀδελφοὺς τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, φωτίζων αὐτούς, καὶ εὐαγγελιζόμενος ἅπερ ἐδιδάχθην ὑπὸ τῶν Ἀποστόλων τοῦ Χριστοῦ, τῶν καὶ βαπτισάντων με εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρός, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τῶν καὶ μετονομασάντων με Μάρκον ἐν τῷ ὕδατι τοῦ βαπτίσματος, ἐν ᾧ ἐλπίζω πολλοὺς προσενέγκαι εἰς τὴν δόξαν τοῦ Κυρίου, διὰ τῆς χάριτος αὐτοῦ· αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

C

nabas ipse Evangelium, quod acceperat a B. Matthæo, explicavit, et Judæos ipsos docere cœpit. D

47 Venit autem Bar-jesus duos dies, postquam Judæi non pauci a Barnaba ipso instructi fuerant. Itaque furore accensus, totam Judæorum multitudinem congregavit, et Barnabam quæsivit, ut detentum Hypatio Salaminis Præsidi traderet. Quem cum vinculis astrictum ad Præsidem ducturi essent, et prius quidam vir Jebussæus nomine, Neronis Imperatoris consanguineus, in Cyprum venisset, et hoc Judæi audivissent; de nocte Barnabam comprehenderunt; et fune ad ipsius collum appenso, ex Synagoga in campum pertraxerunt, et extra portam ductum igne combusserunt, ita ut ejus etiam ossa in cinerem redacta sint: statim vero in ipsa nocte cinerem acceperunt, et sindone involutum, et plumbo communitum, in mare projiciendum esse decreverunt.

48 Cum vero ego Joannes, qui et Marcus nominatus sum, noctis tempus idoneum nactus essem, et cum Timone atque Rhodone cinerem illum, sindone involutum et plumbo communitum, bajulare possem; venimus in locum quemdam: ubi cum speluncam invenissemus, illic ea detulimus, ubi Jebusæorum gens prius habitabat. Cumque occultum quemdam locum in ea spelunca invenissemus, Reliquias illas, una cum commentariis quæ ab Apostolo Matthæo acceperat, illic reposuimus. Erat autem quarta noctis hora, secunda die sabbati, mense Payni secundum Ægyptios die decimo septimo, anno autem centesimo secundo α, ut autem Romani menses numerant, undecimo die Junii.

sepultus a discipulo

49 Postea vero quam in eo loco delituimus, nobis inquirendis non parum studii adhibuerunt Judæi, ægreque inventos usque ad β castellum Ledrorum nos persecuti sunt. ubi cum speluncam in monte prope castellum invenissemus, in eam confugimus itaque a nobis discesserunt. Latuimus autem in spelunca illa dies tres. Cumque Judæi discessissent exivimus nos, et locum illum reliquimus. Cum vero Aristonem et Rhodonem nobiscum haberemus, venimus in castellum Limnetem. Cumque navem Ægyptiam invenissemus, illam conscendimus, et in urbem Alexandriam navigavimus, atque appulsi sumus: ibique mansi, Fratres qui eo confugerant Dei verbum docens, illos que illuminans, et evangelizans quæ ab Apostolis Christi edoctus fueram; qui et me ipsum baptismo tinxerant, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti; quique mutato priore nomine Marcum me nominarunt in aqua baptismatis, ad quod spero multos perductum iri, in gloriam Domini, per gratiam ipsius; cui gloria in secula seculorum. Amen.

ANNOTATA D. P.

a *Titulus in Cod. Vatic.* 1667, *hic erat.* Περίοδοι καὶ μαρτύριον τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου Βαρνάβα, Itinerarium et Martyrium S. Apostoli Barnabæ.

b *Siletus, cujus versionem nobis obtulit Vaticanus Codex* 6187, *addidit* Idolorum; *Mombritiana Legenda,* nefandissimi templi Jovis. *Baronio id videtur incredibile. Sed numquid magis mirum fuit,* Barnabæ *consobrinum matre gentili gigni, aut etiam ipsummet* Barnabam *nasci in Insula Cypro, ubi Gentilibus longe pluribus permixti vivebant Judæi; quam Timotheum, Pauli discipulum, matre Judæa, patre Gentili in Lycaonia? Si tamen vera est traditio, qua creditur Christus in ipsa domo, in qua parentes Marci habitabant, Pascha celebrasse; incredibile, mihi quoque erit, alterutrum eorum fuisse gentilem, aut etiam proselytum tantum, et non pure Judæum. Melius igitur hoc abest a Græco et Judæorum Pontifici alicui nomine* Cyrillo *ministravit Joannes. Id autem falsi non posset ex eo argui, quod in Catalogo summorum Pontificum nullus invenitur* Cyrillus. Ἀρχιερεῖς, *id est,* Summi Sacerdotes, *seu* Principes Sacerdotum *ætate Christi plures simul erant; quorum tamen unus solus dicebatur* Pontifex summus. *Sic enim nato Christo, Matthæi* 2 *Herodes convocavit τοὺς Ἀρχιερεῖς, quando tamen unus solus* Simon Boethi filius, socer Herodis *Pontificatum gessit per annos* XXV. *post quem singulis fere annis Pontifices mutati sunt, quorum nomina vix pro tertia parte potuerunt ex Josepho colligi, in quibus hactenus anonymis quidni fuerit* Cyrillus *aliquis?*

Summi Sacerdotes et Principes sacerdotum simul plures

c *Aliud quam in Mombritio legit Baronius, et nos quoque in MS. Ultrajectino invenimus,* baptizatum *Marcum dici* in loco, qui dicitur Iconium: *quod merito reprobatur, si intelligatur de ejus nominis civitate in Lycaonia: nec enim verosimile est, tamdiu dilatum*

ejus

INTERP. SIRLETO

A *ejus baptismum, qui ex Palæstina secutus erat, imo qui Petro quoque suam instructionem tribuit, utique Jerosolymis acceptam. Quid quod prius a Paulo et Barnaba discesserit Joannes-Marcus Act.* XIII, 13 *quam illi Iconium venirent* ℣. 51 *Ibid. Glossema igitur illud est, alienum a genuino textu, vel intelligitur locus aliquis prope Jerusalem.*

d *Hic omnino videtur excidisse*, et discedens ab eis reversus sum Hierosolymam, καὶ ἀποχωρήσας ἀπ' αὐτῶν, ὑπέστρεψα ἐν Ἱερουσαλήμ, *ut est Act.* XIII, 13.

e *Vide Actorum cap.* XV, 35, *cui loco nihil hic contrarium dicitur, etsi aliter res narretur. Nescio igitur quænam et ubi invenienda sint, Baronio contempta* quædam Barnabæ Acta, quæ nomine Joannis ab aliquo nebulone scripta circumferuntur, et ab imperitis magno applausu excipiuntur, multis et apertissimis coagmentata mendaciis, ut sunt ea potissimum quæ Actorum Apostolorum historiæ a Luca conscriptæ, repugnant.... Sed in his non immoramur, *inquit :* rejectum enim prorsus esse librum illum, Abdiæ nomine prænotatum, in quo hæc Joannis-Marci nomine de rebus gestis Barnabæ scriptis mandata sunt, dictum est. *Ita ille ad an* 31 *num.* 51. *Habeo Historiam Apostolicam, sub nomine Abdiæ Ba-*

Barnabæ Acta, Baronio contempta nos latent.

B *bylonii ex interpretatione Julii Africani, editam Parisiis anno* 157, *et a Rosvedo nostro cum MSS. Gladbacensibus diligentissime collatam ; habeo eamdem cum præfatione Melitonis Episcopi, manu Reinoldi Dehnii nostri transcriptam, ex plus quam sexcentorum annorum Codice Henrici Julii Baronis de Blum, S. C. M. in Apellationum Tribunali Consiliarii Pragæ : sed nulla ibi Acta S.* Barnabæ, *ut alia esse oporteat, quæ dictæ Historiæ subjuncta vidit Baronius.*

f *Sirletus, hæc cum priori sensu connectens, verterat;* quo loco, *scilicet Pergæ*, per aliquot dies moratus sum : *sed* χρόνοι ἱκανοί *longius tempus significant, quo scilicet Antiochiæ moratus sit Marcus, dissidentibus ejus causa Apostolis.*

g *Distat* Antiochia Laodicæa Syriæ, *amplo gaudens portu, paucis leucis versus meridiem ; unde* 30 *circiter leucarum est navigatio in Cyprum.*

h *Puta Septemtrionalis, quo repellente prætervecti Cyprum, eoque tandem in meridionalem converso, appulerint in confiniis Pamphiliæ, ubi* Coracesium, *hic dictum* Corasium.

i Anemurium, *oppidum et promontorium Ciliciæ, unde proximus in Cyprum trajectus, Coracesio circiter* 20 *leucis in ortum distans; ut littore interposito objectas oporteat concipere hic nominatas insulas*, Pitiusam *et*

C Aconesias ; *quarum alibi nulla mentio, nec locus in tabulis, circa istas partes valde imperfectis; neque enim huc faciunt*, Pitiusæ *Balearibus proximæ, et toto Mediterraneo remotæ a Cilicia.*

k *Ciceroni lib.* 12 *Epist.* Crommyon, *alias* Ceparum, Promontorium *Cypri, ex adverso Anemurii.*

l *Ita malim reddere Græcum* ἱεροδούλους, *quam cum Mombritiana Legenda et Sirleto* sacros Dei ministros. *Est enim* ἱερὸν templum, fanum. *Titulus iste infra datur* Rhodoni *adhuc Gentili, ut appareat hic promiscue vocem usurpari : fortassis autem sic illi hic dicuntur, ab eo quod ante conversionem gesserant munere.*

m *Sic quoque malo reddere, quam* Poematum.

n Lapithus, *aliis etiam* Lapathus, *et* Lapethus Λάπηθος *urbs, ad Sinum eumdem ad quem et* Soli, D *æque ac hi regionis sibi adjectæ caput,* Lapathia *inde dictæ.*

o Tamassus, *urbs olim mediterranea Cypri, nunc vicus exiguus prope Nicosiam, inquit Boudran in Lexico Geogr.* Tamesia *Polybio.*

p Cithium, *urbs et promontorium in meridionali latere insulæ : ubi etiam hodie vicus, dictus* Chiti, *et* Capo-Chiti.

q Olympum *veteres appellabant, montem insulæ medium.*

r *Hodie* Baffo, *caput partis Occidentalioris.*

s *De hoc vide Act.* 13 ; *et quomodo eum Paulus, sibi Paphi obsistentem, coram Proconsule Paulo excæcarit ad tempus.*

t Curium, *unde* Curetes, *Poetis noti; Plinio* Curias, *cum cognomine sibi promontorio, in modum peninsulæ procurrente, hodie* Capo de le Gate.

u Amathus, *trans promontorium jam dictum, hodie* Limisso ; *Papho et Cithio pari fere intervallo distans: Amathunte autem Cithium progressus est Apostolus.*

x Salamis, *postea* Famagusta *dicta, urbs hodieque regia, in ora insulæ Orientali : quam qui* Tamassum *veterem credunt, omnino falluntur.*

y Insulas *plures ante Famagustam notant tabulæ,* E *quæ portum ei formant, ad eum fere modum, quo Venetiarum civitas insulis variis præcingitur velut zona.*

z *Græcum* Εὐσεβὴς Pius, *in* Eusebii *nomen convertit Mombritiana et Ultrajectina Legenda, quibus consonat Petrus de Natalibus, addunt autem quod* Barnabæ *necem præcipitaverint Judæi,* verentes ne hunc ille eriperet de manibus eorum. *Suspicor revera genuinam esse horum lectionem, scriptumque fuisse*, Εὐσεβίου δέ τινος Ἰεβουσσαίου, Eusebio autem quodam Jebussæo, *eo quod infra dicatur ibi olim habitasse gens Jebusæorum ; expulsa scilicet ex Palæstina a Davide.*

α *Anno scilicet* 102 *Juliano, qui nostro* 53 *respondet. Quomodo erraverit Sirletus addens*, post natalem Domini, *supra diximus, et quis videatur dici annus* ιδ' τῆς γενεᾶς.

β *Sirletus pro* ἕως, usque, *videtur legisse* ἔξω, extra Λεδρῶν *autem, seu potius* Λεδριῶν Ledrensium Episcopatus, *adscribitur S. Triphyllio, crediturque postea Nicosiæ nomen adeptus : quæ est urbs olim etiam regia et mediterranea, distans Salamine* p. m. 30 *circiter.*

γ Illuminare, *est* baptizare, *usitata Græcis phrasi.*

Hactenus Itinerarium istud, in quo nihil mendaciter dictum invenias, solumque errasse arguitur auctor, F *ante corporis inventionem ex vulgi opinione, scribens illud in cineres redactum fuisse ; eoque demonstrans, se non esse quem præsefert* Joannem Marcum. *Sicut autem accurate prosequitur præcipua nomina civitatum Cypri, sic non dubitem, quin* Timon, Ariston, Heraclites, Rhodon, Aristochamus, *vera sint nomina Sanctorum, a* Barnaba *ibidem ordinatorum, quibus suus olim cultus fuerit, fortassis et nunc sit. Verosimile est etiam media et ultima Apostoli acta in Cypro, fuisse conjuncta, ab auctore, ignorante quid interim ille in Italia egerit, quoniam ejus rei nulla vigebat apud Cyprios memoria, cum istæc scriberentur ; necdum etiam natus erat supposititius Dorotheus, unde de adscripto illi Mediolanensium Episcopatu aliquid discerent Cyprii.*

LAUDATIO

LAUDATIO S. BARNABÆ APOST

Auctore Alexandro Monacho Cyprio [a].

Ex MS. Vaticanæ Bibliothecæ, et interpretatione Francisci Zeni.

PROLOGUS.

Μεγίστην λόγων ὑπόθεσιν προὔθετο τοῖς πτωχοτάτοις ἡμῖν ἡ πατρικὴ ὑμῶν φιλομαθία, ὦ Πατέρων ἄριστε καὶ ἀσκητῶν δοκιμώτατε Πάτερ· προεβάλετο γὰρ ἡμῖν εἰς εὐφημίαν τὸν θεσπέσιον, καὶ ὡς ἀληθῶς τρισμακάριον, καὶ [ἐν] Ἀποστόλοις ἐπισημότατον υἱὸν τῆς παρακλήσεως, καὶ φωστῆρα τῆς οἰκουμένης Βαρνάβαν τὸν πανύμνητον. Ἀλλ' ἐγὼ προστάτην τὴν ὑπὲρ λίαν ὑπόθεσιν, τὴν ἐμαυτοῦ ἀπαιδευσίαν ἀντεξετάζων, τὴν ὑπακοὴν ἐπὶ πλεῖστον χρόνον παρῃτησάμην, τὴν ἐγχείρησιν ὀρρωδῶν. Ποῖος γὰρ καὶ λόγος ἐφικέσθαι δύναται τῆς ἀποστολικῆς
B τελειότητος; Οὐ μόνον γὰρ ἐμοὶ ἀδύνατον τὸ τοιοῦτον καθέστηκεν ἐγχείρημα, ἀλλὰ καὶ πᾶσι δυσχερές. Οἶμαι γὰρ πᾶσαν ἀνθρώπων φύσιν λείπεσθαι πρὸς διήγησιν τῶν τοῦ μεγίστου Ἀποστόλου Βαρνάβα ἀγαθῶν πράξεων· εἰ δὲ καὶ ἐπιχειρήσειέν τις περὶ αὐτοῦ λέγειν τι, παρὰ πολὺ μετὰ μὲν τοῦ μέτρου τῆς ἀξίας τῶν πραγμάτων ἀπολειφθήσεται, κἂν λίαν σοφὸς καὶ ἐπιστήμων τυγχάνει, καὶ περὶ λόγους δυνατώτατος, εὑρεθήσεται δὲ βυθῷ θαυμάτων ἐγκλειστῶν.

Maximum orationis argumentum nobis, magna sermonis paupertate laborantibus, patrio certe studio et affectu commotus, proposuisti; Pater optime, et eorum qui virtutis exercitatione præstantes sunt, probatissime. Nobis enim laudandum proposuisti divinum et beatissimum virum, insignem Apostolum, Consolationis filium, orbis terrarum facem; Barnabam, inquam, multarum laudum præconiis celebratum. Ego vero, inscitiam meam cum argumenti magnitudine conferens, tractationem hanc exhorrescens, jussis tuis parere diutius recusavi. Quæ enim oratio tam perfecti Apostoli rebus narrandis par esse poterit, cum hujusmodi negotium tale sit, ut non solam meas vires omnino superet, sed omnibus etiam aliis difficultatem afferre possit? Omnes igitur inferiores esse arbitror, quam ut Barnabæ res gestas narrare valeant. Quod si quis de illo aliquid dicere aggressus fuerit, sit quamvis sapiens, peritus, et orationis facultate præstantissimus; longo tamen intervallo a tergo relinquetur, longe inferior existens, quam Apostoli dignitas postulat, et in ejus laudum pelago omnino demergetur. E

Jussus auctor

Apostoli encomium scribere,

2 Ἄλλος μὲν οὖν ἄλλο τι τῶν δικαίων ἕκαστος παρὰ τοῦ Πνεύματος ἁγίου εἴληφε χάρισμα· οἱ δὲ Ἀπόστολοι πάντων ὁμοῦ τῶν χαρισμάτων ὑπεδέξαντο τὸν θησαυρόν, καὶ πᾶσαν ἀρετὴν ἐπεδείξαντο. Πῶς οὖν ὁ τάλας ἐγὼ ὑπὸ μυρίων παθῶν καταποντιζόμενος, δυνήσομαι τὴν ἀποστολικὴν θάλασσαν διανήξασθαι; Ἰσχνόφωνος γάρ, γραφικῶς εἰπεῖν, καὶ βραδύγλωσσος, καὶ οὐκ εὔλαλος εἰμι ἐγώ, ἵνα τὰς ὑπὲρ ἄνθρωπον ἀρετὰς τοῦ θεσπεσίου Ἀποστόλου Βαρνάβα διηγήσωμαι· πάσας γὰρ ὁμοῦ οὗτος τὰς ἀρετὰς κατώρθωσεν ἀκριβῶς, ὡς οὐδεμίαν τῶν ἄλλων οὐδείς. Διὰ τοῦτο ἀνεβαλλόμην ἐπιπολὺ τὴν ὑπακοήν, εἰδὼς τὴν ἐμαυτοῦ ἀναξιότητα μὴ ἐπαρκοῦσαν πρὸς διήγη-
C σιν τῶν τοῦ ἀνδρὸς εὐκλεεστάτων κατορθωμάτων.

2 Alius quidem ex justorum hominum numero aliud quoddam a Spiritu sancto donum assecutus est: Apostolici autem ipsi omnes divinarum gratiarum thesauros acceperunt, et virtutes omnes se habere ostenderunt. Qui potero igitur, miser ego, infinitis perturbationibus oppressus, Apostolicæ virtutis pontum tranare? Namque tenui et tarda sum lingua, (ut, quod est in Litteris divinis scriptum, de me dicam) neque ita eloquens, ut divinas admirabilis Apostoli Barnabæ virtutes commode narrare possim. Ita enim perfecte virtutem omnem vir hic exercuit, ut nemo alius in una aliqua virtute sic profecerit. Quamobrem provinciam hanc mihi injunctam suscipere hactenus recusavi, cum meam imbecillitatem tanti viri gloriosis factis enarrandis imparem esse cognoverim. F

ob virtutum ejus præstantiam

cunctatum se fatetur,

3 Μνησθεὶς δὲ ἀνάγκης τῆς θεοπνεύστου γραφῆς λεγούσης, ὅτι ὁ μὲν πᾶς ἀνήκοος ἐν ἀπωλείᾳ ἐστίν, ὁ δὲ ὑπήκοος ἔσται ταύτης ἐκτός· μόγις μετὰ πολλοῦ τοῦ δέους διανέστησα ἐμαυτόν, εἰς τὴν τοῦ κελεύσαντος ἐπιτάγματος ἐκπλήρωσιν· κρεῖττον ἡγησάμενος περὶ τὸ ὕφος ἐγκληθῆναι μᾶλλον, ἢ περὶ τελείας ἀνηκοΐας καταγνωσθῆναι. Μόνον συναγωνίσασθέ μοι ἐν ταῖς προσευχαῖς, ἀρωγὸν τοῦ λόγου γενέσθαι μοι τὸ πανάγιον Πνεῦμα· ἀρέσει γὰρ ὡς οἶμαι καὶ τῷ εὐφημουμένῳ τὸ λεγόμενον παρ' ἡμῶν τῶν ἀναξίων, ὡς ποτε ἤρεσε τῷ αὐτοῦ δεσπότῃ τῶν δύο λεπτῶν τῆς πενιχρᾶς χήρας προσφορά. Οὐ γὰρ ἡ ποσότης τῶν διδομένων τῷ Θεῷ εὐπρόσδεκτος· ἀλλὰ τὸ μετὰ γνώμης ἀγαθῆς προσφερόμενον, εἴτε μικρὸν εἴτε πολὺ ὑπάρχει.

3 At cum memoria repeterem, quod in Litteris divinis scriptum legi, hominem, qui obedientiam non servat, interitum subire; qui vero est obediens, eum ab interitu liberum esse; vix id quod præcepisti, multum certe metuens, aggressus sum; satius esse ducens me eo ipso accusari, quod oratio mea manca sit, quam in contumaciæ crimen incurrere. Illud igitur unum a vobis peto, ut mecum una sanctissimum Barnabam, orationis adjutorem mihi esse precemini: ipsi autem viro, quem laudabimus, non dubito id gratum fore, quod a nobis, qui nihili sumus, dicitur: nam et ejus Domino ejus plane placuisse legimus duo illa minuta, olim a vidua et paupere muliercula oblata. Non enim Deo ipsi tam grata et accepta est earum rerum, quæ offeruntur, magnitudo; quam mens ipsa et æquus animus, quem is ostendit, a quo aliquid offertur, sive parvum, sive magnum illud sit. H

soloque obedientiæ intuitu

Luc. 21

4 Βαρνάβαν δὲ ἐπαινῶν, πάντων ὁμοῦ τῶν Ἀποστόλων τὸ ἱερὸν ἱεράτευμα ἐπαινέσομεν· ὧν γὰρ ἡ κλῆσις μία, καὶ ἡ δόξα ἡ αὐτή· καὶ ὧν ἡ τάξις μία, καὶ τὸ ἀξίωμα

4 Cum vero Barnabam laudamus, tunc et omnium Apostolorum sacrum collegium collaudamus: quorum enim vocatio una fuit, eorum eadem est et gloria.

ipsum et simul Apostolos omnes laudare aggreditur:

gloria : et quorum ordo unus, eorum eadem est et dignitas : quorum paria certamina, eorumdem coronæ diversæ non sunt : quorum denique institutionis ratio communis, eorum præmia æque honorata sunt. Jam vero Barnabam ipsum oratione nostra in medium producamus, et quam maxime possumus, laudum præconia illi concinamus : sum enim ejus viri amator ardentissimus. Scio autem, et mihi persuadeo, hujus Apostoli vel nomen ipsum auribus vestris jucundissimum accidere. Itaque illum honoremus, quatenus pro viribus de illo dicentes, æqui animi significationem demus : quod enim ejus viri dignitas postulat, id tale est, ut omnem orationem ab eo superari fateamur.

multis titulis laudabilissimum.

5 Laudetur igitur a nobis infimis magnus ille Apostolus Barnabas. Celebretur consolationis filius ab hominibus, qui Christo crediderunt. Extollatur a quovis homine ille, qui a Patre ipso honoratus, a Filio vocatus, et a Spiritu sancto perfectus est. Barnabas, inquam, magnus Ecclesiæ orator, illa Evangelicæ prædicationis tuba, magna Christi vox, Spiritus sancti cithara, divinæ gratiæ plectrum. Barnabas, in expediendis pro Christo bellis miles robustissimus; qui corpore incorporeum hostem, simul versans cum Apostolorum exercitu, validissime profligavit; qui bonarum disciplinarum religiosus præceptor extitit, et Christiani ovilis dux certus, et rationalis quidam summi Dei paradisus, omnium virtutum germina florentia in se continens; qui egregium quoddam fidei germen fuit, caritatis rosa suavissimum odorem mittens, spei flos incorruptus, divinæ gratiæ fructus jucundissimus : illius vitis, quæ vitam omnibus præbet, palmes feracissimus; immortalitatis racemus, mel distillans; patientiæ propugnaculum, firmum atque immobile; continentiæ sectator ita validus, ut crucem gestaverit, et adversus Christi interfectores intrepidus militiæ dux fuerit, Christi Crucifixi germen ad cælum usque protensum.

et omni virtute ornatissimum,

6 Barnabas consolationis filius, pietatis magister, fidei columna ac fastigium, turris firma et immobilis; fundamentum stabile, et crepido indissolubilis; saxum immotum, fluctuantium portus valde tranquillus, fidelis et prudens dispensator, architectus nobilissimus : qui cælestem in terris semitam tenuit, et parem Angelis vitam duxit : qui fuit Ecclesiarum patronus, adjutor pauperum, inopes alendo reficiens, viduarum consolatio, et orphanorum diligentissimus procurator ac pater. Barnabas Christi mysteriorum thesaurus, orthodoxorum sanctæ Dei Ecclesiæ dogmatum minister, ægrotantium medicus liberalis, sanos et valentes homines firma certaque animi jucunditate afficiens; Christiani gregis custos vigilantissimus; in terris manens, et in cælis vita atque institutione versans : qui in mundo pietatis dogmata clara et alta voce prædicavit, et in cælis sempiternam coronam recipit : qui fuit gentium dux, ad Deum eas perducens, et Ecclesiarum Dei beatissimus præco; campus quidam beneolentibus Christi floribus refertissimus, virtutum cælestem odorem spirantium quoddam rosetum, Christi gratiarum ager fertilissimus : qui vitam valde sinceram ac puram in terris transegit, tam recte in terra vivens, quam Angeli ipsi in cælis vivunt.

virum longue Christi imitatorem,

7 Idem virtutum exercitatione insignis, contemplationibus et miraculis præstans, virginitatis margarita quædam pretiosa, et castitatis beryllus lectissimus; temperantiæ gemma purissima; electum Dei vas, Christum in se loquentem habens; qui mundum dereliquit, et omnia quæ in illo sunt quisquilias quasdam duxit, ut Christum tantum lucrifaceret seculorum Regem. Ille suam crucem sine dubitatione

D

τὸ αὐτό· καὶ ὧν οἱ ἀγῶνες ἴσοι, καὶ οἱ στέφανοι οὐ διαλλάττουσι· καὶ ὧν ἡ πολιτεία κοινή, τούτων ἰσότιμα τὰ βραβεῖα. Δεῦτε τοίνυν, εἰ δοκεῖ, ἑλκύσαντες εἰς μέσον διὰ τοῦ λόγου τὸν θεσπέσιον Βαρνάβαν, καθ' ὅσον οἷόν τε ἐστίν, ὑφάνωμεν αὐτῷ τὰ ἐγκώμια. Καὶ γάρ εἰμι τοῦ ἀνδρὸς θερμότατος ἐραστής, οἶδα δὲ καὶ πέπεισμαι ὅτι καὶ ὑμῖν ἡδύτατος καὶ ἁπλῶς ὀνομαζόμενος Ἀπόστολος. Τιμήσωμεν οὖν αὐτόν, τὰ κατὰ δύναμιν εἰπεῖν, εἰς εὐγνωμοσύνης ἀπόδειξιν· τὸ δὲ κατ' ἀξίαν λέγειν, συγχωρήσωμεν ἔχειν κατὰ παντὸς λόγου τὰ νικητήρια.

5 Ὑμνείσθω τοίνυν παρ' ἡμῶν τῶν ἐλαχίστων ὁ μέγας ἐν Ἀποστόλοις Βαρνάβας· εὐφημείσθω ὁ υἱὸς τῆς παρακλήσεως, παρὰ πάντων τῶν εἰς Χριστὸν πιστευσάντων· δοξαζέσθω ὑπὸ πάσης κτίσεως ὁ τιμηθεὶς ὑπὸ τοῦ Πατρός, καὶ κληθεὶς ὑπὸ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τελειωθεὶς ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Βαρνάβας ὁ μέγας τῶν Ἐκκλησιῶν ῥήτωρ, ἡ τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος σάλπιγξ, τοῦ Μονογενοῦς ἡ φωνή, ἡ κιθάρα τοῦ Πνεύματος, τὸ τῆς χάριτος τὸ πλῆκτρον. Βαρνάβας, ὁ γενναῖος τῶν ὑπὲρ Χριστοῦ πολέμων στρατιώτης, ὁ ἐν τῷ σώματι τὸν ἀσώματον ἐχθρὸν προτροπωσάμενος, μετὰ πάσης τοῦ συναποστόλων τοῦ στρατεύματος· τῶν ἀγαθῶν μαθημάτων ὁ εὐσεβὴς παιδοτρίβης· ὁ ἀπλανὴς ὁδηγὸς τῆς τοῦ Χριστοῦ ποίμνης· ὁ λογικὸς παράδεισος τοῦ Θεοῦ· ὁ πάσας ἀρετῶν τὰ φυτὰ τεθηλότα ἐν ἑαυτῷ κεκτημένος· ὁ τὸ πολυανθὲς τῆς πίστεως βλάστημα· τὸ τῆς ἀγάπης εὐωδέστατον ῥόδον· τὸ τῆς ἐλπίδος ἀμάραντον ἄνθος· ὁ τῆς χάριτος ἡδύτατος καρπός· τῆς ζωοποιοῦ ἀμπέλου τὸ πολύφορον κλῆμα, τῆς ἀθανασίας ὁ μελιστακτὸς βότρυς· ὁ τῆς ὑπομονῆς ἀσάλευτος πρόβολος, ὁ τῆς ἐγκρατείας σταυροφόρος ὁπλίτης· ὁ κατὰ τῶν χριστοκτόνων ἀφόβως στρατηλάτης, ὁ σταυρωθέντος Χριστοῦ οὐρανομήκης παραφυάς. E

6 Βαρνάβας, ὁ υἱὸς τῆς παρακλήσεως, ὁ τῆς εὐσεβείας διδάσκαλος, ὁ στῦλος καὶ ὄροφος τῆς πίστεως, ὁ πύργος ὁ ἀσάλευτος, ὁ θεμέλιος ὁ ἀσφαλής, ἡ κρηπὶς ἡ ἀδιάλυτος, ἡ πέτρα ἡ ἀμετακίνητος, ὁ λιμὴν ὁ γαληνοφόρος τῶν χειμαζομένων, ὁ πιστὸς οἰκονόμος καὶ φρόνιμος, ὁ ἀρχιτέκτων τὸν αἰθέριον πλοῦν καὶ ἰσάγγελον βίον ἐπὶ γῆς κατορθώσας, ὁ τῶν ἐκκλησιῶν προστάτης, ὁ τῶν πτωχῶν ἀντιλήπτωρ, καὶ τῶν πενήτων χορηγὸς καὶ τροφεύς· ἡ τῶν χηρῶν παραμυθία, ὁ τῶν ὀρφανῶν κηδεμονέστατος πατήρ· Βαρνάβας, ὁ θησαυρὸς τῶν τοῦ Χριστοῦ μυστηρίων, ὁ ταμίας τῶν ὀρθοδόξων τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας δογμάτων, ὁ τῶν νοσούντων ἰατρὸς ἀκαπήλευτος, ὁ τῶν ὑγιαινόντων ἀδιάπτωτος εὐφροσύνη, ὁ τῆς τοῦ Χριστοῦ ἀγέλης φιλάγρυπνος φύλαξ, ὁ μένων ἐπὶ γῆς καὶ ἐν οὐρανοῖς τὸ πολίτευμα ἔχων· ὁ βοήσας ἐν κόσμῳ δόγματα εὐσεβείας, καὶ λαβὼν ἐν οὐρανοῖς αἰώνια στέμματα· ὁ τῶν ἐθνῶν θεοφόρος ὁδηγός, καὶ τῶν ἐκκλησιῶν θεομακάριστος κῆρυξ· ὁ λειμὼν τῆς ῥοδιᾶς Χριστοῦ, ἡ ῥοδωνιὰ τῶν οὐρανοπνόων ἀρετῶν· τὸ πολύφορον γεώργιον τῶν τοῦ Χριστοῦ χαρισμάτων. Ὁ ἐπὶ γῆς μετελθὼν τὴν ἄγραφον πολιτείαν κρείττονα βιώσας ἐπὶ γῆς, ὡς ἐν οὐρανοῖς οἱ ἀσώματοι ἄγγελοι. F

7 Ὁ ἐν ἀσκήσει διαπρέψας, καὶ ἐν θεωρίαις προκόψας, καὶ ἐν θαύμασι μεγαλυνθείς· ὁ τῆς παρθενίας πολύτιμος μαργαρίτης, τῆς ἁγνείας τὸ ἐκλεκτὸν βηρύλλιον, τῆς σωφροσύνης τὸ καθαρὸν τοπάζιον· ὁ τὸν Χριστὸν ἔχων ἐν ἑαυτῷ λαλοῦντα, τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς τοῦ Θεοῦ· ὁ τὸν κόσμον καταλείψας, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ πάντα σκύβαλα ἡγησάμενος, ἵνα Χριστὸν κερδήσῃ, μόνον τὸν βασιλέα τῶν αἰώνων· ὁ τὸν ἑαυτοῦ σταυρὸν ἀδιστάκτως ἀράμενος, καὶ τῷ

A τῷ Χριστῷ προθύμως ἀκολουθήσας ὡς ἀληθινὸς μαθητής· ὁ τῶν δαιμόνων φυγαδευτής, καὶ τοῦ διαβόλου τραυματιστής· ὁ τὴν τετραπέρατον οἰκουμένην τῇ ἀκαμάτῳ πορείᾳ βαδίσας, ὡς λειτουργὸς ἀγαθὸς καὶ φιλοδέσποτος, καὶ πάντα τὰ ἔθνη διὰ τοῦ εὐαγγελίου προσαγαγὼν τῇ πίστει τοῦ Χριστοῦ· ὁ ἑαυτὸν ἑτοιμάσας εἰς κατοικητήριον τῆς ὁμοουσίου Τριάδος, καὶ ναὸς γενόμενος τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ· Βαρνάβας, τὸ τῶν Κυπρίων σεμνὸν ἐγκαλλώπισμα, καὶ τῆς οἰκουμένης ἀκαταγώνιστος πρόμαχος· ὁ ὑπὲρ ἐκπερισσοῦ ἀγαπήσας τὸν Χριστόν, καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ τὴν ψυχὴν καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν προϊέμενος, καὶ σὺν αὐτῷ βασιλεύσας εἰς αἰῶνας αἰώνων.

8 Ἔκαμεν ὁ λόγος, τοῦτον τὸν θεσπέσιον καὶ τριπόθητον Βαρνάβαν τὸν Ἀπόστολον ἐπαινεῖν τοῖς ἐγκωμίοις ποθῶν, καὶ οὔπω ἥψατο τοῦ προοιμίου· τοῖς γὰρ ἐπαίνοις [illegible]. Διὸ φεύγοντες ὡς ἀνέφικτον τὸν περὶ τῶν ἐγκωμίων λόγον, ὀλίγα τῶν εἰς ἡμᾶς ἐλθόντων περὶ τῆς τούτου ἀσκήσεως καὶ τελειώσεως, ἔκ τε τοῦ Στρωματέως, καὶ ἑτέρων ἀρχαίων συγγραμμάτων παραθήσομεν τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ. Καὶ οὕτω τὸ πέρας ἐπιθήσομεν τῷ διηγήματι, προσχρησάμενοι τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ, τοῦ ἀοιδίμου τὴν κεφαλὴν μεγαλοπρεπῶς στεφανῶσαι. Φησὶ γάρ, Ἦν δὲ Βαρνάβας ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ πλήρης Πνεύματος ἁγίου καὶ πίστεως· οὗ τί ἂν γένοιτο
B ἴσον ἢ παραπλήσιον ποτέ;

ANNOTATIO D. P.

a *Titulus in MS. Græco sic notatur* Ἀλεξάνδρου μοναχοῦ ἐγκώμιον εἰς Βαρνάβαν τὸν Ἀπόστολον, προτραπέντος ὑπὸ τοῦ Πρεσβυτέρου καὶ Κλειδούχου τοῦ σεβασμίου αὐτοῦ ναοῦ, ἐν ᾧ ἱστορεῖται καὶ ὁ τόπος τῆς ἀποκαλύψεως τῶν αὐτοῦ λειψάνων. In Barnabam Apostolum Encomium Alexandri Monachi, impellente Presbytero et Claviculario venerandæ ipsius ecclesiæ editum, in quo etiam describitur locus inventionis Reliquiarum ejus.

aliqua portavit, et ut verus Discipulus prompto D
animo Christum secutus est: quo dæmones profligavit, et diabolo vulnera inflixit: qui quatuor orbis terrarum fines firmo et constanti gressu peragravit, et ut sacer ac bonus suique Domini minister amantissimus, omnes gentes Evangelii prædicatione ad Christi fidem convertit. Ille se domicilium paratum præbuit, in quo ejusdem essentiæ particeps Trinitas habitaret, quique summi Dei templum fieret. Barnabas, inquam, Cypriorum insigne ornamentum, et orbis terrarum propugnator inexpugnabilis; qui Christum ipsum mirum in modum dilexit, et pro ipso quotidie animam suam exposuit: qui nunc una cum illo in cœlis regnat, et omnibus seculis regnabit.

Ex MS. Vatic.

8 Defessa est oratio nostra, dum admirabilem, divinum et optatissimum Apostolum Barnabam laudibus extollere cupit atque contendit, quodque mirum est, nondum ad exordium pervenit. Hujus enim admirabilis viri laudes majores sunt, quam ut nostra oratio illas attingere possit. Earum igitur tractationem, ut orationibus nostris majorem omittentes, pauca quædam de ejus vita et martyrio ab authore Stromatum Clemente, aliorumque veterum hominum scriptis, repetita, vobis, venerandi Auditores, E
exponam; et ita narrationi huic finem imponemus, divinis Litteris concedentes, ut hujus viri semper decantati et celeberrimi caput magnifico illo præconio coronent, Erat Barnabas vir bonus, et plenus Spiritu sancto et fide. Quid huic præconio par, aut unquam fuit simile?

CAPUT PRIMUM.

Barnabæ ortus et educatio, conversio ad Christum. Paulus exceptus

9 Ὥρμητο μὲν οὖν οὗτος ὁ τρισόλβιος ἐκ τῆς εὐλογημένης φυλῆς τοῦ Λευΐ, ἐξ ἧς ὑπῆρχον Μωσῆς καὶ Ἀαρών, οἱ μεγάλοι τοῦ Θεοῦ προφῆται καὶ πρῶτοι τοῦ δήμου· καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς συγγενείας Σαμουὴλ τοῦ προφήτου κατάγων τὸ γένος. Οἱ δὲ τούτου πρόγονοι, διὰ περίστασιν πολέμων καταλαβόντες τὴν Κυπρίων χώραν φιλο-
C φρόνως ᾤκουν αὐτήν· ἦσαν δὲ εὐλαβεῖς κατὰ τὸν νόμον, καὶ πλούσιοι σφόδρα· ὅθεν καὶ ἐν Ἱεροσολύμοις εἶχον οὐσίαν ἱκανήν, καὶ ἀγρὸν πλησίον τῆς πόλεως περικαλλέστατον· οὐ μόνον παντοίοις καρποφόροις καὶ φυτοῖς ὡραϊζόμενον, ἀλλὰ καὶ μεγέθει κτισμάτων περικαλλέστατον. Ἐξότε γὰρ ἤκουσαν Ἡσαΐα τοῦ προφήτου λέγοντος, Μακάριος ὁ ἔχων σπέρμα ἐν Σιών, καὶ οἰκεῖον ἐν Ἱερουσαλήμ, σαρκικῶς τὴν προφητείαν ἐκδεχόμενοι Ἑβραίων παῖδες, ἔσπευδεν ἕκαστος εὐποροῦντες ἔχειν τὸ κτῆμα ἐν Ἱερουσαλήμ·

Ortum duxit beatissimus hic vir, de laudatissima illa tribu Levi, ex qua Moyses et Aaron, magni illi Dei Prophetæ et populi Optimates, ortum duxere; cujus cognationis etiam Samuel Propheta particeps fuit. Ejus autem proavi, cum bellorum causa, ad Cypriorum regionem migravissent, æquo animo illic habitabant. Erant autem viri admodum religiosi, Dei legem reverentes, et valde divites: quamobrem et Hierosolymis facultates multas possidebant, et agrum prope urbem illam pulcherrimum, non solum omnium generum fructuosis arboribus elegantem, sed ædificiorum magnitudine valde illustrem. Ex quo enim tempore Esaias Propheta ita reliquit scriptum: Beatus, qui habet semen in Sion x, et domum in Hierusalem; hanc ejus prophetiam Hebræorum filii corporeo sensu interpretabantur, et ditissimus quisque dabat operam, ut aliquid in urbe Hierosolyma possideret.

v *Barnabas, Levitica stirpe ortus,* F

10 Τοῦ δὲ δικαίου τούτου τεχθέντος ἐν Κύπρῳ, ὡς εἶδον αὐτὸν οἱ γονεῖς αὐτοῦ ἀστεῖον ὄντα τῷ Θεῷ, εὐθέως μὲν ἐπωνόμασαν αὐτὸν Ἰωσήφ, τῇ τοῦ πατριάρχου προσηγορίᾳ τιμῶντες τὸν παῖδα. Συνέδραμε δὲ τῇ προσηγορίᾳ τοῦ ὀνόματος ἡ τῶν τρόπων εὐγένεια· Ἰωσὴφ γὰρ ἑρμηνεύεται Πρόσθεσις Θεοῦ· προσετέθη γὰρ ἀληθῶς παρὰ Θεοῦ ὁ δίκαιος, ὅπως φθάσῃ εἰς τὴν ἀποστολικὴν τελειότητα. Πάλιν δὲ Ἰωσὴφ ἑρμηνεύεται, Δόξα Θεοῦ· καὶ μηδεὶς ὑπερβολὴν εἶναι νομιζέτω τὸ ῥῆμα, ἀλλὰ πειθέσθω, ὅτι τῆς θείας ἐστὶ γραφῆς· φησὶ γοῦν ὁ Παῦλος· Ἀνὴρ οὐκ ὀφείλει κατακαλύπτεσθαι τὴν κεφαλήν, εἰκὼν καὶ δόξα Θεοῦ ὑπάρχων. Εἰ οὖν τὸν κοινὸν ἄνδρα εἰκόνα καὶ δόξαν Θεοῦ ἐκάλεσε τὸ σκεῦος τῆς

10 Cum vero in Cypriorum regione natus esset hic de quo scribimus, et parentes elegantem puerum vidissent, statim Joseph eum nominarunt, puerum suum Patriarchæ illius appellatione honorantes. Factum vero est, ut cum nominis appellatione, morum etiam nobilitas conveniret. Si quis enim vocem hanc, Joseph, interpretetur, inveniet idem valere, quod Dei additamentum: additus enim fuit a Deo justus hic vir Apostolorum cœtui, et sacro Sanctorum consortio. Ad hanc eamdem vocem, Dei gloriam interpretari possumus. Neque quisquam putet verbum hoc exuperantiæ causa dictum, sed a divinis Litteris sumptum sciat: ait enim Paulus:

in Cypro natus,

et Joseph nuncupatus,

A Vir non debet caput tegere, cum sit imago et gloria Dei. Quod si virum quemcumque, imaginem Dei et gloriam lectissimus ille Apostolus appellavit; quid dicemus de hoc viro, in rebus divinis perfectissimo?

INTERP. FR. ZENO

1 Cor. 11

VI

Pauli condiscipulus,

11 Cum vero Barnabas ipse adolevisset, illum in urbem Hierosolymam parentes perduxerunt; et Gamalieli, Legem ac Prophetas diligenter edocendum, tradiderunt; qui et Paulum, tunc Saulum appellatum, condiscipulum habebat. Quotidie vero Barnabas magis proficiebat, tum doctrina, tum omni virtute; nondum tamen ad Levitarum ordinem aggregatus fuerat, eo quod non erat ætate *a* illa, quam ea res postulabat: adhuc enim cum ephebis numerabatur: non tamen a templo discedebat, cum in jejuniis ac precibus die ac nocte versaretur. Ita vero leges et reliqua divina scripta memoriter pronuntiabat, ut litterarum monumentis non indigeret; quietemque ipsam tam caram habebat, ut temperantiæ matrem illam esse duceret. Perniciosas vero hominum consuetudines execrabatur, ac vehementer fugiebat; purum et a vitiis intactum seipsum ita conservans, ut virtutis esset specimen quoddam: quamobrem apud omnes existimatione et gloria florebat.

a

et moribus excellens,

B

VII

fit Christi discipulus

12 Accidit autem, ut tempore illo Dominus Jesus Christus Hierosolymam veniret, et paralyticum in Probatica piscina sanaret, aliaque signa multa et prodigia in templo ederet. Illa omnia cum Barnabas vidisset, obstupuit; et statim ad Christi pedes se abjecit, eumque precatus est, ut illi benediceret. Christus autem, qui cor hominum et animos inspicit, Barnabæ fidem gratam habens, benevole ipsum accepit, et divini sui congressus eumdem participem fecit; quare ad Christi caritatem magis accendebatur. Quamprimum vero adiit domum Mariæ *b* matris Joannis, qui Marcus postea dictus est: quæ Maria ejus matertera esse dicebatur, quamobrem et Marcum Barnabæ consobrinum appellabant. Illam cum adiisset: Age, inquit, mulier, veni et vide, quæ patres nostri videre concupiverunt: ecce enim Jesus quidam, Propheta e Nazareth Galilææ, in templo est, magnifica quædam edens miracula: qui multis videtur Messias esse, qui venturus erat.

b

eique adducit materteram Mariam,

hospitam Christi futuram

13 Cum hæc audisset admirabilis illa mulier, relictis omnibus his quæ habebat in manibus, templum Dei adiit: ubi cum Jesum templi Dominum vidisset, ad ejus pedes se abjecit, eumque sic precata est: Si gratiam inveni, o Domine, in conspectu

C tuo, veni ad domum ancillæ tuæ, ut ingressione tua famulis tuis benedicas. Ejus petitioni Christus Dominus assensus est: quem mulier illa valde læta in cœnaculum suum accepit. Ex illo igitur die, quoties Dominus Hierosolymam venisset, illic una cum discipulis suis diversabatur, quibuscum et Pascha *c* illic fecit, ubi et mysteriorum sacramenta eosdem discipulos suos edocuit. Sermo enim quidam, a Patribus traditus, ad nos pervenit; eum, qui lagenam aquæ portabat, quem Dominus ipse discipulis suis præcepit ut sequerentur, Marcum fuisse, beatæ illius Mariæ filium. Quod autem illum Dominus non nominarit, sed dixerit, Ite ad quemdam: providentia quadam factum est, sicut Patres sancti locum hunc interpretantes dixerunt; ut re obscure dicta hoc nos doceret, Dominum Jesum apud eum diversati, quicumque se paratum præbet. In illo igitur ipso cœnaculo Dominus Pascha fecit; in illo apparuit Thomæ Apostolo, cum a mortuis surrexisset: illuc, postquam Jesus in cœlum assumptus est, discipuli cum reliquis Fratribus centum viginti, in quibus erant Barnabas et Marcus, ex monte Olivarum convenerunt: illuc Spiritus sanctus in linguis igneis ad discipulos descendit in die Pentecostes: illic collocata nunc est magna et sanctissima *d* Sion, omnium Ecclesiarum maxima.

c

in ea domo ubi cœna facta etc.

d

ἐκλογῆς τί ἄν τις εἴποι περὶ τοῦ κατὰ Θεὸν τελειωτάτου ἀνδρός; D

11 Ἐπειδὴ δὲ αὐξήσας ὁ Βαρνάβας ἐγένετο πῆς, ἀνήγαγον οἱ γονεῖς εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ παρέδωκαν αὐτὸν μαθεῖν τὸν νόμον ἀκριβῶς καὶ τοὺς προφήτας παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιήλ· εἶχε δὲ τὸν Παῦλον συμφοιτητήν, Σαῦλον τέως ὀνομαζόμενον. Προέκοπτε δὲ ὁσημέραι ὁ Βαρνάβας ἔν τε τῇ μαθήσει καὶ ἐν πάσῃ ἀρετῇ· οὔπω μέν τοι εἰς τὴν ἐφημερίαν τῶν Λευιτῶν ἐτέτακτο, διὰ τὸ ἐλλιπὲς τῆς ἡλικίας, ἔτι γὰρ ἔφηβος ἦν· οὐκ ἀφίστατο δὲ ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ νηστείαις καὶ δεήσεσι λατρεύων νύκτα καὶ ἡμέραν· οὕτως δὲ ἀπήγγειλε τὸν νόμον καὶ τὰς λοιπὰς γραφάς, ὡς μὴ δεῖσθαι τῆς ἀπὸ τῶν γραμμάτων ὑπομνήσεως· τὴν δὲ ἡσυχίαν οὕτως εἶχε φίλην, ὡς μητέρα τῆς σωφροσύνης· τὰ δὲ ἐπιβλαβεῖς ὁμιλίας μυσαττόμενος ἔφευγε, καθαρὸν ὑπάρχων καὶ ἀμόλυντον ἄγαλμα· ἦν δὲ πᾶσιν ἐπίδοξος δι' ἀρετήν.

12 Κατ' ἐκεῖνον δὲ τὸν καιρὸν συνέβη τὸν Κύριον παραγένεσθαι εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ἰάσασθαι τὸν παράλυτον ἐν τῇ προβατικῇ κολυμβήθρᾳ, καὶ ἕτερα πολλὰ σημεῖα καὶ τέρατα ἐργάσασθαι ἐν τῷ ἱερῷ. Ταῦτα θεασάμενος ὁ μακάριος ἐξεπλήσσετο· καὶ εὐθέως προσελθών, ἔπεσε πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ, καὶ ἐδέετο εὐλογηθῆναι παρ' αὐτοῦ. Ὁ δὲ τὰς καρδίας ἐμβατεύων Χριστός, ἀποδεξάμενος αὐτοῦ τὴν πίστιν, εὐμενῶς αὐτὸν ὑπεδέξατο, καὶ τῆς θείας αὐτοῦ συντυχίας μετέδωκεν· ὁ δὲ πλέον ἐξεκαίετο εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ ἀγάπην. Καταλαβὼν δὲ τὸ τάχος τὴν οἰκίαν Μαρίας τῆς μητρὸς Ἰωάννου τοῦ ἐπιλεγομένου Μάρκου, ἥτις ἐλέγετο αὐτοῦ εἶναι θεία, διὸ καὶ Μάρκον τὸν ἀνεψιὸν Βαρνάβα ἐκάλουν αὐτόν, εἶπε πρὸς αὐτήν· Δεῦρο λέγων, ὦ γύναι, ἴδε ἅπερ ἐπεθύμουν ἰδεῖν οἱ πατέρες ἡμῶν· ἰδοὺ γὰρ Ἰησοῦς τις, προφήτης ἀπὸ Ναζαρὲτ τῆς Γαλιλαίας ἐστὶν ἐν τῷ ἱερῷ, μεγαλοπρεπῶς θαυματουργῶν· καὶ ὡς τοῖς πολλοῖς δοκεῖ· αὐτός ἐστι Μεσσίας, ὁ μέλλων ἔρχεσθαι. E

13 Ἀκούσασα δὲ ταῦτα ἡ θαυμασία γυνή, καὶ καταλείπουσα τὰ ἐν χερσί, κατέλαβε τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ· καὶ ἰδοῦσα τὸν Κύριον καὶ δεσπότην τοῦ ναοῦ, ἔπεσεν εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ, δεομένη καὶ λέγουσα· Κύριε, εἰ εὗρον χάριν ἐναντίον σου, δεῦρο εἰς τὸν οἶκον τῆς δούλης σου, καὶ εὐλόγησον τῇ εἰσόδῳ σου τὰ οἰκετικά σου· ὁ δὲ Κύριος ἐπένευσε τῇ παρακλήσει αὐτῆς· ὃν παραγενόμενον ὑπεδέξατο χαίρουσα εἰς τὸ ὑπερῷον αὐτῆς. Ἀπ' ἐκείνης οὖν τῆς ἡμέρας ἡνίκα ἤρχετο ὁ Κύριος εἰς Ἱεροσόλυμα, ἐκεῖ ἀνέπαυετο κατὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ· ἐκεῖ ἐποίησε τὸ Πάσχα μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, ἐκεῖ ἐμυσταγώγησε τοὺς μαθητὰς διὰ τῆς μεταλήψεως τῶν ἀπορρήτων μυστηρίων. Λόγος γὰρ ἦλθεν εἰς ἡμᾶς ἀπὸ γερόντων ὅτι ὁ τὸ κεράμιον βαστάζων τοῦ ὕδατος, ᾧ κατακολουθῆσαι προσέταξεν ὁ Κύριος τοῖς μαθηταῖς, Μάρκος ἦν, ὁ υἱὸς τῆς μακαρίας Μαρίας. Ὁ δὲ Κύριος πρὸς τὸν δεῖνα εἶπεν οἰκονομικῶς, ὥς φασιν οἱ πατέρες, ἑρμηνεύοντες τοῦτο τὸ χωρίον· διδάσκων ἡμᾶς διὰ τοῦ αἰνίγματος, ὅτι παντὶ τῷ εὐτρεπίζοντι ἑαυτόν, παρ' αὐτῷ ὁ Κύριος αὐλίζεται. Ἐν αὐτῷ τοίνυν τῷ ὑπερῴῳ ἐποίησεν ὁ Κύριος τὸ Πάσχα, ἐν αὐτῷ ἐφάνη τοῖς περὶ τὸν Θωμᾶν ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν, ἐκεῖ μετὰ ἀνάληψιν ἀνῆλθον οἱ μαθηταί, ἐλθόντες ἀπὸ τοῦ ὄρους τῶν ἐλαιῶν κατὰ τῶν λοιπῶν ἀδελφῶν, ὄντων τὸν ἀριθμὸν ὡς ρκ' ἐν οἷς ἦν Βαρνάβας καὶ Μάρκος· ἐκεῖ κατέβη τὸ πανάγιον Πνεῦμα ἐν πυρίναις γλώσσαις ἐπὶ τοὺς μαθητάς, τῇ ἡμέρᾳ τῆς πεντηκοστῆς· ἐκεῖ ἵδρυται νῦν ἡ μεγάλη ἁγιωτάτη Σιών, ἡ μήτηρ πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν. F

14

A 14 Τότε Βαρνάβας ἠκολούθησε τῷ Κυρίῳ, ὑποστρέφοντι ἀπὸ Ἱεροσολύμων εἰς τὴν Γαλιλαίαν· πολλῶν δὲ πανταχόθεν προσερχομένων τῷ Κυρίῳ καὶ εἰς αὐτὸν πιστευόντων, τότε εἶπεν τοῖς μαθηταῖς, Ὁ μὲν θερισμὸς πολὺς, οἱ δὲ ἐργάται ὀλίγοι. Τότε ἀνέδειξε τοὺς ο' μαθητὰς, ὧν πρῶτος καὶ ἔξαρχος καὶ κορυφαῖος ὁ μέγας Βαρνάβας ἐτύγχανεν. Ἀλλὰ μηδεὶς ἀκούων ὅτι οἱ Ἀπόστολοι ἐπέθηκαν αὐτῷ τὴν προσηγορίαν ταύτην· οἰέσθω ἀμαθῶς, ὅτι οὐκ ἄνευ ἐπιπνοίας θείας τὴν προσηγορίαν ταύτην ἐδέξατο· Πέτρος γὰρ αὐτῷ ἐπέθηκε τὸ ὄνομα τοῦτο, ὁ δι' ἀποκαλύψεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὴν τοῦ Υἱοῦ θεολογίαν δεξάμενος· καὶ ὥσπερ Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης Υἱοὶ βροντῆς ἀπὸ τῆς ἀρετῆς ἐκλήθησαν, οὕτω καὶ Βαρνάβας ἀπὸ τῆς ἀρετῆς ἐκλήθη Υἱὸς παρακλήσεως, πάντων παράκλησις γενόμενος δι' ὑπερβολὴν ἁγιότητα.

15 Ἀκούσας δὲ Κυρίου διδάσκοντος καὶ λέγοντος, Πωλήσατε τὰ ὑπάρχοντα ὑμῶν, καὶ δότε ἐλεημοσύνην, καὶ ποιήσατε ἑαυτοῖς βαλάντια μὴ παλαιούμενα θησαυρὸν ἀνέκλειπτον ἐν τοῖς οὐρανοῖς· μηδὲν μελλήσας, εὐθέως τὴν ὑπολειφθεῖσαν αὐτῷ οὐσίαν πολύτιμον οὖσαν ὑπὸ τῶν γονέων (ἦσαν γὰρ ὑπεξελθόντες τὸν βίον) πᾶσαν κατεπώλησε, καὶ διένειμε τοῖς χρείαν ἔχουσι, καταλείψας ἑαυτῷ μόνον τὸν ἀγρὸν ἐκεῖνον εἰς ἰδίαν ἀποτροφήν.

B Μετὰ δὲ τὸ πάθος καὶ τὴν ἀνάστασιν τοῦ Κυρίου, καὶ τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπιφοίτησιν, ἐπὶ πλεῖον πυρωθεὶς ὁ θεῖος Βαρνάβας τῇ εἰς τὸν Κύριον ἀγάπῃ, καὶ αὐτὸν τὸν ἀγρὸν ἐκεῖνον ἀποδόμενος, καὶ λαβὼν ἱκανὰ χρήματα, ἅπαντα ἐνέγκας, παρὰ τοὺς πόδας τῶν Ἀποστόλων ἔθηκε, μηδὲν τὸ σύνολον καταλείψας ἑαυτῷ ἐξ αὐτῶν, τῷ καθ' ἑαυτὸν ὑποδείγματι εἰς τὴν ὁμοίαν ἀρετὴν πάντας τοὺς μαθητὰς διεγείρων.

16 Ἐλάλει δὲ καὶ συνεζήτει πρὸς τὸν Σαῦλον, βουλόμενος εἰς τὴν τοῦ Κυρίου αὐτοῦ πίστιν ἀγαγεῖν. Σαῦλος δὲ τῇ κατὰ τὸν νόμον ἀκριβεῖ πολιτείᾳ ὅλως ἐπερειδόμενος, τοῦ μὲν Βαρνάβα κατεγέλα ὡς ἀπατηθέντος, τὸν δὲ Κύριον ἐβλασφήμει, Υἱὸν τοῦ τέκτονος αὐτὸν ἀποκαλῶν, καὶ ἰδιώτην, καὶ ἄγροικον, καὶ βιοθανῆ. Ὡς δὲ εἶδε τὰ διὰ τῶν Ἀποστόλων γινόμενα τῶν θαυμάτων μεγαλουργήματα, καὶ τοῦ λαοῦ τὸ πλῆθος τῶν καθ' ἡμέραν προσερχομένων τῷ λόγῳ τῆς πίστεως, ἐδάκνετο τὴν ψυχήν. Προσελθὼν δὲ μετὰ τῶν Λιβερτίνων καὶ Κυρηναίων καὶ Ἀλεξανδρέων τῷ μεγάλῳ τῆς ἐκκλησίας ῥήτορι Στεφάνῳ, καὶ μὴ δυνηθεὶς ἀντιστῆναι τῇ σοφίᾳ καὶ τῷ πνεύματι, ᾧ ἐλάλει, εἰς μανίαν ἐτράπη· καὶ γενόμενος πλήρης θυμοῦ, ἤγειρε κατ' αὐτοῦ τοὺς ἀτάκτους τοῦ λαοῦ· καὶ τοῦτον ἀνελὼν, ἐπήγειρε διω-

C γμὸν μέγαν ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν τὴν ἐν Ἱεροσολύμοις. Ἀλλ' οὕτως αὐτὸν ἀτάκτως πορευόμενον εἰς Δαμασκὸν ἐπὶ κακοποιήσει τῶν πιστῶν, ὁ Κύριος ὑποσκελίσας ἔβαλεν ἐπὶ πρόσωπον. Ὁ δὲ πεσὼν ἐπὶ τὴν γῆν, ἐπέγνω τίνα διώκει· καὶ πηρωθεὶς τὰς ὄψεις ἀνέβλεψε δι' ὅλου εἰς τὸ ὕψος τοῦ οὐρανοῦ.

17 Ὑποστρέψας δὲ εἰς Ἱερουσαλὴμ, ἐζήτει κολλᾶσθαι τοῖς μαθηταῖς, καὶ πάντες ἔφυγον ἀπ' αὐτοῦ φοβούμενοι τὴν πολλὴν αὐτοῦ ὠμότητα. Ὁ δὲ μέγας Βαρνάβας ὑπαντήσας αὐτῷ, εἶπεν· Ἕως ποτὲ Σαοὺλ, Σαῦλε, τυγχάνεις, ἵνα τί οὕτως ἰταμῶς τὸν εὐεργέτην διώκεις; παῦσαι, πορθῶν τὸ ὑπὸ τῶν προφητῶν πάλαι λαληθὲν φρικτὸν μυστήριον, καὶ ἐν τοῖς ἡμετέροις καιροῖς ἀποκαλυφθὲν εἰς σωτηρίαν ἡμῶν. Ταῦτα ἀκούσας ὁ Σαῦλος, ἔπεσεν ἐπὶ τοὺς πόδας Βαρνάβα μετὰ πολλῶν δακρύων, κράζων καὶ λέγων· Συγχώρησόν μοι, ὁδηγὲ τοῦ φωτὸς καὶ διδάσκαλε τῆς ἀληθείας· ἔγνων γὰρ τῇ πείρᾳ τῶν λόγων σου τὴν ἀλήθειαν. Ὃν γὰρ ἐγὼ βλασφημῶν ἔλεγον Υἱὸν τοῦ τέκτονος, νῦν ὁμολογῶ αὐτὸν τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος Υἱὸν μονογενῆ, ὁμοούσιόν τε καὶ ὁμόδοξον καὶ ὁμόθρονον, συναΐδιόν τε καὶ συνάναρχον ὅς ὢν ἀπαύ-

14 Tunc vero Barnabas secutus est Dominum, D revertentem a Hierosolymis in Galilæam. Cum autem multi undique ad Dominum convenirent, et ejus fidem sequerentur, dixit discipulis suis : Messis quidem multa, operarii autem pauci. Itaque designavit septuaginta illos Discipulos, quorum primus dux et summus erat magnus Barnabas. Sed nemo audiens Apostolos hanc appellationem illi viro imposuisse, temere et sine divino consilio id factum fuisse opinetur : nam Petrus ipse illi nomen hoc imposuit : ille, inquam, Petrus, qui per sancti Spiritus revelationem filii Dei theologiam edidicit. Et quemadmodum Jacobus et Joannes, propter virtutem Filii tonitrui vocati sunt ; ita et Barnabas virtutis suæ causa filius consolationis appellatus est : quippe qui propter sanctitatis præstantiam omnibus consolationi fuit *e*.

EX MS VATIC.

VIII assumitur inter LXXII a Christo :

cognominatur Barnabas :

e

15 Idem cum audisset Dominum docentem, Vendite quæ possidetis, et date eleemosynam, et facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum nunquam deficientem in cœlis : nihil moratus, statim rem omnem pretiosam a parentibus mortuis sibi relictam vendidit, et egentibus distribuit : sibi vero solum agrum unum reservavit, unde ali posset. Postea vero quam Dominus crucem perpessus E est, et a mortuis resurrexit, ac Spiritum sanctum ad discipulos suos misit ; tunc divinus Barnabas Christi caritate magis inflammatus, illum etiam agrum vendidit : cumque multum pecuniæ ex ejus pretio accepisset, omnem pecuniam illam ad Apostolorum pedes deposuit, neque quidquam omnino sibi reservavit, suo exemplo omnes discipulos ad eamdem virtutem alliciens.

IX agrum vendit, et pretium Apostolis tradit.

16 Ille et cum Saulo disputabat, quem ad Christi Domini fidem perducere cupiebat. Saulus autem, cum Legis institutione diligenter atque accurate niteretur, Barnabam ipsum ut deceptum irridebat ; et in Christum maledicta jaciens, Fabri filium, idiotam, et agrestem hominem appellabat, quem et ut morte violenta sublatum deridebat. Cum vero miracula, quæ per Apostolos efficiebantur, et populi multitudinem indies majorem ad fidei prædicationem confluentem videret, animo cruciabatur : cumque una cum Libertinis, Cyrenensibus atque Alexandrinis magnum illum Ecclesiæ oratorem Stephanum adortus esset, neque sapientiæ et spiritui, qui per Stephanum loquebatur, resistere posset ; insania et furore multo correptus, inordinatos ex plebe homines contra Stephanum concitavit : quo F interfecto, persecutionem magnam commovit adversus Ecclesiam, quæ erat Hierosolymis. Verum, cum ita inordinate Damascum proficisceretur, ad vexandos atque affligendos fideles homines, Christus Dominus illum dejecit, et in terram supinum prostravit : qui cum prostratus esset, eum tandem cognovit, quem persequebatur ; et visu corporeo excæcatus, mentis aciem ad cœli celsitatem omnino erexit.

Saulum convertere frustra nititur

X Damascum autem conversum.

17 Cum vero Hierosolymam reversus esset, dabat operam, ut Christi discipulis adhæreret : quem tamen omnes illi, multam ejus sævitiam formidantes, fugiebant. At magnus Barnabas illi occurrens, ait : Quousque tandem, Saule, pergis esse Saul ? Quare ita petulanter beneficiorum auctorem Jesum persequeris ? Desine tremendum illud mysterium oppugnare, quod a Prophetis ipsis olim clare prænuntiatum est, nostris autem temporibus pro nostra salute patefactum fuit *f*. Hæc cum audisset Saulus, ad pedes Barnabæ se dejecit, multisque lacrymis et clamoribus : Ignosce, inquit, mihi, dux luminis et veritatis magister, Barnaba : expertus enim sum, et re ipsa cognovi vera esse, quæ tu dixisti. Quem enim ego maledictis persequens, Fabri filium appellabam,

Jerosolymis excepit.

f

A **pellabam, illum nunc confiteor Dei vivi filium unigenitum**, ejusdem essentiæ, gloriæ et solii participem, coæternum, et principium coævum : qui cum sit splendor gloriæ, et character substantiæ invisibilis Dei ; in novissimis his diebus propter nos et nostram salutem seipsum exinanivit, formam servi accipiens ; hoc est, perfectum hominem ex sancta Virgine et Deiparente Maria se fecit, non confusionem, non conversionem, nec divisionem, aut separationem passus ; et figura inventus ut homo, **humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad** mortem, mortem autem crucis : qui et resurrexit a **mortuis tertia die, et apparuit vobis Apostolis suis,** et assumptus est in cœlum, et sedet ad dexteram Patris, et rursus veniet cum gloria judicare vivos et mortuos, et regni ejus non erit finis.

INTERPRES TO- miratur fidem profiteri :

γασμα τῆς δόξης καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως τοῦ ἀοράτου Θεοῦ, ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν τούτων, δι' ἡμᾶς, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, ἐκένωσεν ἑαυτοῦ, μορφὴν δούλου λαβὼν, τοῦτ' ἔστι τέλειον ἄνθρωπον ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου καὶ θεοτόκου Μαρίας, ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀδιαιρέτως, ἀχωρίστως· καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν, ὑπήκοος γενόμενος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ· ὃς καὶ ἀνέστη ἐκ νεκρῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ὤφθη ὑμῖν τοῖς Ἀποστόλοις αὐτοῦ, καὶ ἀνελήφθη εἰς οὐρανοὺς, καὶ ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς, καὶ πάλιν ἔρχεται μετὰ δόξης κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. D

18 Hæc cum audivisset divinus Barnabas a blasphemo et persecutore illo dicta, obstupuit ; et præ XI
gaudio ejus vultus lacrymis, ut matutino rore flos aliquis, perfusus est. Cumque illum amplexus et osculatus fuisset : Ecquisnam, inquit, Saule, te docuit talia verba divinitus inspirata pronuntiare? Ecquis tibi persuasit, ut Jesum Nazarenum Dei filium confitereris? Undenam cœlestium dogmatum B tam perfectam scientiam didicisti? Tum ille, demisso vultu, et lacrymas fundens, ac corde valde compunctus, respondit : Ille ipse Dominus Jesus, quem ego peccator maledictis lacessivi, et persecutus sum, hæc omnia me docuit. Nam tanquam **abortivo et mihi apparuit, cujus divina et jucunda** voce aures ipsas adhuc personantes habeo : sua enim benignitate singulari et omnium maxima prosecutus me fuit ; quippe qui mihi prostrato, et miserabiliter jacenti, seipsum defendens potius, quam mihi succensens ; Saule, inquit, Saule, cur me persequeris? Ego vero horrens et metuens, respondi : Quis es, Domine? Tum ille, multa mansuetudine et miseratione me prosequens ; Ego, inquit, sum Jesus Nazarenus, quem tu persequeris. Ob id ego singularem ejus patientiam obstupescens, ipsumque **orans, dixi : Quidnam ego faciam, Domine? Tunc** ille statim omnia hæc, quæ dixi, et his plura me instruxit.

et quomodo acceperit intelligens,

18 Ταῦτα ἀκούσας ὁ Βαρνάβας παρὰ τοῦ βλασφήμου καὶ διώκτου, ἐξεπλήγη· καὶ ὑπὸ τῆς χαρᾶς ἐγένετο τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡσεὶ ἄνθος πρωϊνόν. Συμπεριλαβόμενος δὲ αὐτὸν καὶ καταφιλήσας, εἶπε· Τίς σε, Σαῦλε, τοιαῦτα ἐδίδαξε θεόπνευστα ῥήματα φθέγγεσθαι; ἢ τίς σε ἔπεισεν Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον, υἱὸν Θεοῦ ὁμολογεῖν; ἢ πόθεν ἔμαθες οὐρανίων δογμάτων τοσαύτην ἀκρίβειαν; Ὁ δὲ κεκυφὼς καὶ δακρύων, μετὰ πολλῆς τῆς κατανύξεως, E ἔφη· Αὐτὸς ὁ Κύριος Ἰησοῦς, ὁ πολλὰ καὶ βλασφημηθεὶς καὶ διωχθεὶς ὑπ' ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ἐδίδαξέ με ταῦτα πάντα· ὡσπερεὶ γὰρ τῷ ἐκτρώματι ὤφθη κἀμοὶ, καὶ ἔτι ἔναυλον ἔχω ἐν τοῖς ὠσὶ τὴν θείαν καὶ γλυκεῖαν αὐτοῦ φωνήν· πᾶσαν γὰρ ἀγαθότητα ὑπερβὰς εἰργκέ μοι, κειμένῳ ἐμοὶ ἐπὶ πρόσωπον, ἀπολογούμενος μᾶλλον ἢ ἐγκαλῶν· Σαοὺλ Σαοὺλ, τί με διώκεις; Ἐγὼ δὲ μετὰ φρίκης καὶ τρόμου ἀπεκρίθην· Τίς εἶ Κύριε; Ὁ δὲ Κύριος, μετὰ πολλῆς τῆς ἐπιεικείας καὶ συμπαθείας, εἶπέ μοι· Ἐγώ εἰμι Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖος, ὃν σὺ διώκεις. Ἐκπλαγεὶς δὲ ἐγὼ ἐπὶ τῇ ἀφάτῳ αὐτοῦ ἀνεξικακίᾳ, ἐδεήθην αὐτοῦ λέγων· Τί ποιήσω, Κύριε; Ὁ δὲ παραχρῆμα συνεδίδαξέ με τὰ πάντα καὶ ἔτι πλείονα τούτων.

19 His auditis magnus Barnabas Saulum, manu XII **apprehensum, duxit ad Apostolos, eisque dixit :** Quare pastorem fugitis, lupum existimantes? Quare gubernatorem, ut piratam, propulsatis? Cur bella- C **torem optimum, ut proditorem, execramini? Cur Christi paranymphum, ut thalami violatorem, rejicitis?** (Spiritalis enim est thalamus, Ecclesia Dei) Hunc pro pastore, gubernatore, et propugnatore Dominus sibi delegit. Tunc narravit eis Paulus, quæcumque ipsi acciderant in via, quodque vidisset Christum Dominum, et loquentem secum audivisset, ac quemadmodum in urbe Damasco Christi nomen libera oratione prædicasset. Itaque una cum illis in urbe Hierosolyma Christi prædicationem exercebat. Erat autem Judæis ipsis valde molestus atque invisus, quod qui heri et nudiustertius Jesum persecutus fuerat, ille ipse, mutato consilio, tunc eumdem illum Jesum Dei filium esse prædicaret. Consilium itaque inierunt Judæi de Paulo interficiendo Quod cum didicissent Apostoli, eum miserunt, ut in sua patria Evangelium prædicaret.

ducit ad Apostolos,

19 Τότε ὁ μέγας Βαρνάβας ἐπιλαβόμενος τῆς χειρὸς αὐτοῦ, ἤγαγε πρὸς τοὺς Ἀποστόλους λέγων· Τί φεύγετε τὸν ποιμένα, λύκον αὐτὸν ὑπολαμβάνοντες; τί τὸν κυβερνήτην ὡς πειρατὴν διώκετε; τί τὸν ἀριστέα ὡς προδότην βδελύττεσθε; τί τὸν νυμφαγωγὸν ὡς λῃστὴν τοῦ παστοῦ ἀποπέμπετε; παστὸς γὰρ πνευματικὸς ἡ ἐκκλησία τυγχάνει· τοῦτον εἰς ποιμένα καὶ κυβερνήτην καὶ ὑπέρμαχον ὁ Κύριος ἑαυτοῦ ἐχειροτόνησε. Τότε διηγήσατο αὐτοῖς ὁ Παῦλος, ὅσα συνέβη αὐτῷ κατὰ τὴν ὁδὸν, καὶ ὅτι εἶδε τὸν Χριστὸν Κύριον, καὶ ὅτι ἐλάλησεν αὐτῷ· καὶ πῶς ἐν Δαμασκῷ ἐπαρρησιάσατο τῷ ἐπὶ ὀνόματι Κυρίου· καὶ ἦν διδάσκων σὺν αὐτοῖς τὸν λόγον τοῦ Κυρίου ἐν Ἱερουσαλήμ. Ἦν δὲ βαρὺ τοῖς Ἰουδαίοις σφόδρα, ὅτι ὁ χθὲς τὸν Ἰησοῦν διώκων, τοῦτον σήμερον υἱὸν Θεοῦ κηρύττει· καὶ ἐβουλεύσαντο ἀνελεῖν αὐτόν. Μαθόντες δὲ οἱ Ἀπόστολοι, ἀπέστειλαν αὐτὸν κηρύξαι ἐν τῇ ἰδίᾳ πατρίδι.

ANNOTATA D. P.

A *Hujusmodi prophetiam in Isaiæ vulgato textu non invenimus : an apud* LXX *inveniatur, non est otium quærere.*

a *Lev.* VIII, 24. Hæc est lex Levitarum, a vigesimo quinto anno et supra ingredientur, ut ministrent in tabernaculo fœderis ; *ac postea in templo, cum illud fuit ædificatum, eadem ætate incipiebant ministrare.*

b *De hac* Maria *agemus* 29 *Junii, qua colitur, Romano Martyrologio adscripta : ubi et cetera de ejus filio expendemus.*

A c *Ast Marci* XIV, 14 *legitur,* Dicite domino domus...... apud te facio Pascha; *non dominæ: nisi tunc forte vivebat adhuc ejus maritus; mortuus autem sit intra primos tredecim a Christi passione annos, ut ideo Act.* XII, 12 *cum Petrus egressus de carcere illuc se contulit, solum dicatur* Domus Mariæ.

d *Ita multi veterum, ac recentium scriptorum in Monte Sion Mysteria istæc omnia peracta volunt: omnes tamen eos, ut sacrorum locorum imperitos, arguit Quaresmius; eo quod talis domus, citra ullam controversiam incolarum, et auctorum qui de locis illis scripserunt, ostendatur in civitate inferiori, ad partem Orientalem, haud procul a porta Essenorum, per quam ingressus est Petrus, e carcere Herodiano eductus ab Angelo: qui putatur, carcer extra civitatem fuisse,* D *longe autem a monte Sion: estque ecclesia etiamnum ibi satis pulchra.*

e *Crediderim potius hoc cognomen postea et additum, cum agro vendito communem omnium penuriam sublevavit.*

f *Oratoris hæc deductio supponit, Saulum, statim a sua conversione, venisse Hierosolymam: sed ipse ad Gal.* I, *se scribit abiisse in Arabiam, nec nisi post tres annos ascendisse ad urbem Sanctam videre Petrum: interim autem verosimile est* Barnabam, *certiorem factum esse de iis quæ Damasci acciderant, cum forte illac transiret, missus Antiochiam ante reditum Pauli ex Arabia.*

CAPUT SECUNDUM.

Evangelium, socio Joanne Marco prædicatum, martyrium in Cypro.

Τῶν δὲ διασπαρέντων ἀπὸ τῆς θλίψεως τοῦ Στεφάνου ἐλθόντων εἰς Ἀντιόχειαν καὶ εὐαγγελισαμένων τὸν Κύριον Ἰησοῦν, ἠκούσθη περὶ αὐτῶν ἐν Ἱεροσολύμοις. Τότε οἱ Ἀπόστολοι τὸν μακάριον Βαρνάβαν, ὡς μέγαν
B καὶ δυνατὸν, ἀπέστειλαν τῇ ἐκεῖσε ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ ποιμαίνειν τὸ ποίμνιον τοῦ Χριστοῦ. Ὃς παραγενόμενος, συνεβάλετο πολὺ τοῖς πεπιστευκόσι· καὶ διὰ τῆς ἐνθέου αὐτοῦ διδασκαλίας προσέθετο ὄχλος ἱκανὸς τῷ Χριστῷ. Ἐκεῖθεν δὲ ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὁδηγούμενος ἐξελθὼν, διῆλθεν εὐαγγελιζόμενος τὰς πόλεις πάσας καὶ χώρας, ἕως τοῦ ἐλθεῖν αὐτὸν εἰς τὴν μεγίστην Ῥώμην· αὐτὸς γὰρ, πρὸ παντὸς ἑτέρου τῶν τοῦ Κυρίου μαθητῶν, ἐκήρυξεν ἐν Ῥώμῃ τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ. Πολλῶν δὲ πιστευσάντων καὶ ὑπερβαλλόντως τιμώντων αὐτὸν, τὴν τῶν ἀνθρώπων δόξαν ἀποβαλὼν, λάθρα φυγὼν ἐξῆλθε τῆς Ῥώμης· καὶ γὰρ πάνυ ὁ μακάριος οὗτος πάντας τοὺς κατ' ἐκεῖνον καιροῦ ἀνθρώπους ἐπλεονέκτει εἰς τὴν ταπεινοφροσύνην, ὡς εἰς ἄκρον αὐτὴν κατορθώσας· καὶ δῆλον τοῦτο πᾶσι καθέστηκεν ἐκ τῆς κατ' αὐτὸν ἱστορίας. Τῆς γὰρ θεοπνεύστου γραφῆς πανταχοῦ αὐτὸν πρῶτον ὀνομαζούσης, αὐτὸς τὰ πρωτεῖα τῆς περὶ αὐτὸν τιμῆς παραχωρῶν τὴν δευτέραν τάξιν ἠσπάζετο· ἀκριβῶς μιμησάμενος τὸν Κύριον, τὸν εἰρηκότα· Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ.

Cum vero de his, qui propter Stephani cædem atque angustias dispersi, Antiochiam venerunt, et Christi Evangelium prædicaverant, auditum fuisset ab iis, qui erant Hierosolymis; B. Barnabam, magnum et potentem virum, ad sanctissimum Ecclesiæ, quæ illic erat, et Christi gregem pascendum miserunt. Qui cum illuc venisset, multo adjumento fuit hominibus Christi fidem sequentibus: ejus enim divina prædicatione ac doctrina factum est, ut multa populi accessio ad Christum fieret. Cum vero divino Spiritu ductus Barnabas, ab urbe Antiochia egressus esset: urbes omnes ac regiones peragravit, Christi Evangelium longe lateque diffundens, neque prius destitit, quam ad urbem Romam omnium maximam venerit: ex universis enim discipulis Christi, primus Evangelium in urbe Roma prædicavit. Cumque multi ad Christi fidem venissent, et Barnabam ipsum summe honorarent; humana gloria rejecta, clam fugiens, Roma exiit. Etenim beatus ille vir ita omnes homines, qui erant temporibus illis, animi submissione ac modestia superabat, ut ad hujus virtutis culmen perveniret. Id quod declarat ejus historia. Cum enim divinæ Litteræ ubique virum hunc cum primis nominent ac laudent, ipse primas aliis concedens, secundas partes amplexus est; diligenter imitatus Dominum suum, qui dixit; Discite a me, quia mitis sum, et humilis corde.

XIII *Barnabas missus Antiochiam* E

Romæ prædicat

Matth. 11, 29

C 21 Καταλαβὼν δὲ Βαρνάβας Ἀλεξάνδρειαν τὴν πρὸς Αἴγυπτον, καὶ λαλήσας ἐκεῖ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, ἐξῆλθε διερχόμενος καθεξῆς τὰς πόλεις πάσας, ἕως τοῦ ἐλθεῖν αὐτὸν εἰς Ἱεροσόλυμα. Ἐκεῖθεν δὲ πάλιν ἐξελθὼν, κατῆλθεν εἰς Ἀντιόχειαν· καὶ ἰδὼν τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν ἐκκλησίαν πληθυνθεῖσαν, ἐχάρη λίαν. Τότε ἐξῆλθεν εἰς Ταρσὸν, ζητῶν τὸν Παῦλον· καὶ εὑρὼν αὐτὸν, ἤγαγον εἰς Ἀντιόχειαν· καὶ ποιήσαντες ἐκεῖ ἐνιαυτὸν ὅλον, καὶ μαθητεύσαντες λαὸν πολὺν, καὶ καλέσαντες ἐκεῖ ἐν πρώτοις τοὺς μαθητὰς Χριστιανοὺς, λαβόντες δὲ τὰ εἰς διάδοσιν τῶν πτωχῶν παρὰ τῆς ἐκκλησίας, ἀνῆλθον πάλιν εἰς Ἱεροσόλυμα μετὰ ιδ' ἔτη τοῦ σωτηρίου πάθους, καθὼς γράφει ὁ Παῦλος λέγων· Διὰ ιδ' ἐτῶν ἀνῆλθον εἰς Ἱεροσόλυμα μετὰ Βαρνάβα. Πληρώσαντες δὲ τὴν διακονίαν, καὶ λαβόντες δεξιὰς παρὰ τῶν Ἀποστόλων, ἵνα αὐτοὶ μὲν εἰς τὰ ἔθνη κηρύξωσιν, οἱ δὲ περὶ τὸν Πέτρον εἰς τὴν περιτομὴν, κατῆλθον εἰς Ἀντιόχειαν, ἔχοντες μεθ' ἑαυτῶν Μάρκον ὑπηρέτην. Ἀπὸ δὲ τῆς Ἀντιοχείας ἐκπεμφθέντες ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἦλθον εἰς Κύπρον· καὶ διοδεύσαντες ὅλην τὴν νῆσον, ἀπὸ Σαλαμῖνος ἕως Πάφου, εὐαγγελιζόμενοι καὶ θαυματουργοῦντες, ὅτε τὸν Ἐλύμαν ἐτύφλωσαν, καὶ τὸν Ἀνθύπατον ἐφώτισαν.

21 Postea cum idem Barnabas ad Ægypti urbem Alexandriam venisset, et Dei sermonem ibi prædicasset, illinc exiit, peragrans deinceps urbes omnes, quoad venit Hierosolymam: unde etiam egressus, reversus est Antiochiam: in qua cum Dei gratia Ecclesiam copiosiorem factam vidisset valde gavisus est. Inde autem discedens, Tarsum venit, Paulum quærens: quem inventum, Antiochiam perduxit. Ibi cum totum annum transegissent, et multum populum ad Christi disciplinam transtulissent, cumque ibi primum Christi discipulos Christianos vocassent, atque illinc accepissent ab Ecclesia quæ pauperibus distribuerunt; ascenderunt rursus Hierosolymam, quartodecimo anno postquam Dominus Jesus Crucem pertulit, quemadmodum scribit Paulus, cum dicit; Quatuordecim annis a postea Hierosolymam ascendi cum Barnaba. Cum vero ministerium complevissent, et fidem ac dexteram ab Apostolis datam accepissent, ut ipsi ad gentes profecti, ii vero, qui cum Petro erant, circumcisis prædicarent, descenderunt Antiochiam, habentes Marcum ministrum. Missi autem a Spiritu sancto ex urbe Antiochia, venerunt in Cyprum, et totam insulam peragrarunt, Salamina Paphum usque Evangelium prædicantes, et miracula facientes: quo tempore

XV. *Redit Hierosolymam, dein Antiochiam.*

Gal. 2 *Vadit in Cyprum*

A tempore Elymam excæcarunt, et Proconsulem Sergium Paulum fide illuminarunt.

INTERP. SIRLETO

XV 22 Postea vero quam multos ad Christi disciplinam converterunt, e Cypro discedentes, venerunt Pamphiliam. Cum vero Marcus ipse Apostolos vidisset, pro Evangelii prædicatione pericula subeuntes, neque honori studentes, sed brevem et caducam hanc gloriam derelinquentes, ad bellum contra infideles homines suscipiendum properare; ipse ad pericula subeunda claudicare cœpit, quippe qui adolescens erat formidolosus, et infirmior quam ut mortem contemnere posset. Derelictis igitur Apostolis, reversus est Hierosolymam ad matrem suam. Cum vero Apostoli Barnabas et Paulus opus complevisssent; ad quod missi fuerant, et infinita pro Christo certamina sustinuissent; venerunt Antiochiam, unde a divina gratia missi sunt ad Gentes.

ac rursus Jerosolymam,

23 Necesse autem fuit rursus proficisci *b* Hierosolymam ad Petrum Apostolum, propter falsos illos Apostolos, qui docebant discipulos, ut se circumciderent, et Legem servarent. Cum autem Marcus illos ab omnibus honoratos videret, quodque post multa illa verbera et pericula robustiores facti essent, et integris corporibus præditi, propriam imbecillitatem accusans, doluit quod factum a se fuerat; et ad Paulum quidem ipsum erubuit se conferre, Barnabam vero adiit lacrymans: cumque ad ejus pedes se abjecisset, eum rogabat, ut superioris errati veniam impetraret, et ejus precibus firmior fieret in posterum, futurum promittens, ut omnia mortis genera, pro Domini nostri Jesu Christi nomine, prompto animo sufferret. Multis his lacrymis magnus ille virtutibus ornatus Barnabas flectitur; eumque hortatus, ut a luctu desisteret; Fiat, inquit, quod Deus vult, modo tu paratus sis præstare quod promiseris. Cum vero scripta accepissent, quæ ab Apostolis in urbe Hierosolyma decreta fuerant, descenderunt Antiochiam, et una cum fratribus exultabant. Marcus autem ipsos animo parum fidenti secutus est.

b ubi iterum et se jungit Marcus

B

XVI

24 Post hæc visum est Barnabæ et Paulo peragrare urbes omnes, et Fratres visere. Tunc Barnabas Paulum rogabat, ut Marcum secum una venire pateretur, quippe qui paratus esset usque ad mortem pro Christi fide certamen sustinere. Paulus vero contra rogabat Barnabam, ut secum una Marcum non haberent. Hinc occasio quædam nata est, ut Apostoli a se vicissim separarentur, divina providentia id utiliter permittente. Deus enim ipse Marcum populorum et gentium multarum pastorem ac magistrum creaturus erat. Sed nemo imprudenter proprio affectu metiatur, quod est in sacra de Apostolorum actis historia, quo loco de Paulo et Barnaba narratur illud: Facta est dissensio, ita ut discederent ab invicem. Non enim ad hoc iracundiæ aut furoris affectu impulsi sunt Christi Apostoli (minime hoc nos cogitemus) illi qui carnem cum affectibus et cupiditatibus crucifixerunt, qui voce magna sic omnes Christo credentes admonebant; Omnis amaritudo, et ira, et indignatio, et clamor et blasphemia tollatur a vobis cum omni malitia; qui fieri potest, ut illi ipsi in hujusmodi affectum inciderint? Scimus autem, et ex divinis Litteris dissensionum diversitatem cognovimus, et vocem hanc παροξυσμὸς in bonam partem accipi solitam, ut cum ait Apostolus; Consideremus nosmetipsos in provocatione caritatis, et bonorum operum. Talis fuit et Apostolis dissidendi ratio, hoc est, Dei zelus. Paulus enim accuratam censuram requirebat, Apostolicæ professioni convenientem; Barnabas vero ad humanitatem propensior erat.

et propter eum

C

XVII

Paulus et Barnabas se parantur.

Ephes. 4

Hebr. 10

25 Quamobrem et Marcum secum habens, in Cyprum navigavit. Cumque eam insulam totam

D

22 Καὶ μαθητεύσαντες ἱκανούς, τότε ἀναχθέντες ὑπὸ τῆς Κύπρου οἱ περὶ Βαρνάβαν ἦλθον εἰς Παμφυλίαν. Ἰδὼν δὲ ὁ Μάρκος τοὺς Ἀποστόλους ὁμοχωροῦντας πρὸς τοὺς ὑπὲρ τοῦ εὐαγγελίου κινδύνους, καὶ ὅτι οὔπω ἤμελλον τιμᾶσθαι, ἀλλὰ καταλιπόντες πρόσκαιρον δόξαν, πρὸς τὸν κατὰ τῶν ἀπίστων πόλεμον ἐχώρουν· ὀκλάσας πρὸς τὰ δεινά, ὡς ἅτε μειράκιον ὑπάρχων, δειλὸς καὶ ἀτελὴς πρὸς τὴν κατὰ τοῦ θανάτου ὑπεροψίαν, καταλιπὼν τοὺς Ἀποστόλους ὑπέστρεψεν εἰς Ἱερουσαλὴμ πρὸς τὴν ἰδίαν μητέρα. Ὡς δὲ ἐπλήρωσαν οἱ Ἀπόστολοι Βαρνάβας καὶ Παῦλος τὸ ἔργον εἰς ὃ ἐκλήθησαν, μυρίους ὑπὲρ Χριστοῦ ἀγῶνας ὑπομείναντες, ἦλθον εἰς Ἀντιόχειαν· ὅθεν ὑπὸ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ ἀπεστάλησαν εἰς τὰ ἔθνη.

23 Ἐγένετο δὲ αὐτοῖς χρεία πάλιν ἀπελθεῖν εἰς Ἱεροσόλυμα πρὸς τοὺς περὶ Πέτρον Ἀποστόλους, ἕνεκα τῶν ψευδαποστόλων, τῶν διδασκόντων τοὺς μαθητὰς περιτέμνεσθαι καὶ τηρεῖν τὸν νόμον. Ἰδὼν δὲ αὐτοὺς ὁ Μάρκος ὑπὲρ πάντων τιμωμένους, καὶ ὅτι μετὰ τοσαύτας αἰκίας καὶ κινδύνους ἐρρωμένοι εἰσὶ καὶ ὁλόκληροι, καταγνοὺς τῆς ἑαυτοῦ ἀνανδρίας, ἔκλαυσε πικρῶς· καὶ τῷ μὲν Παύλῳ προσελθεῖν ἠσχύνετο, τῷ δὲ Βαρνάβᾳ προσῆλθε μετὰ δακρύων, καὶ προσέπεσε τοῖς ποσὶν αὐτοῦ, δεόμενος συγχώρησιν λαβεῖν ὑπὲρ τῶν παρελθόντων καὶ ἰσχὺν ὑπὲρ ἀσφαλείας τῶν μελλόντων· ὑπισχνούμενος, καὶ λέγων, ὅτι πᾶσαν ἰδέαν θανάτου ἑτοίμως ἔχω ὑπενεγκεῖν, ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἐπικαμφθεὶς δὲ τοῖς πολλοῖς δάκρυσιν ὁ μέγας οὗτος ἐν ἀρεταῖς Βαρνάβας, παρεκάλει αὐτὸν παύσασθαι τοῦ κλαυθμοῦ· λέγων. Τὸ θέλημα τοῦ Κυρίου γενέσθω· μόνον σὺ ἕτοιμος ἔσω τὰς ὑποσχέσεις σου πληρῶσαι. Λαβόντες δὲ ἐγγράφως τὰ δογματισθέντα ὑπὸ τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις Ἀποστόλων, κατῆλθον εἰς Ἀντιόχειαν, καὶ ἦσαν ἀγαλλιώμενοι μετὰ τῶν ἀδελφῶν· Μάρκος δὲ ἠκολούθει τῷ Βαρνάβᾳ οὐ μετὰ παρρησίας.

E

24 Μετὰ δὲ ταῦτα ἔδοξε τοῖς περὶ Βαρνάβαν καὶ Παῦλον διελθεῖν τὰς πόλεις πάσας, καὶ ἐπισκέψασθαι τοὺς ἀδελφούς. Τότε Βαρνάβας προσελθὼν παρεκάλει τὸν Παῦλον, ὥστε συνέκδημον αὐτοῖς γενέσθαι τὸν Μάρκον, ἑτοίμως ἔχοντα ἕως θανάτου ἀγωνίσασθαι ὑπὲρ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως. Ὁ δὲ Παῦλος ἀντιπαρεκάλει αὐτόν, μὴ συμπαραληφθῆναι αὐτὸν μεθ' ἑαυτῶν. Ἐντεῦθεν γέγονε πρόφασις τοῦ ἀποχωρισθῆναι αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων, τοῦ Κυρίου τοῦτο οἰκονομήσαντος εἰς τὸ συμφέρον· ἤμελλε γὰρ ὁ Θεὸς τὸν Μάρκον λαῶν καὶ ἐθνῶν ἀναδεῖξαι ποιμένα καὶ διδάσκαλον. Ἀλλὰ μηδεὶς ἀνοήτως λογιζέσθω πρὸς ἴδιον πάθος τὸ εἰρημένον τῇ ἱερᾷ τῶν πράξεων ἱστορίᾳ, περὶ τοῦ Μάρκου, ὅτι ἐγένετο παροξυσμός· οὐ γὰρ εἰς πάθος ὀργῆς καὶ θυμοῦ ἐξηνέχθησαν οἱ τοῦ Χριστοῦ Ἀπόστολοι· ἄπαγε· πῶς γάρ; οἵτινες τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν σὺν τοῖς παθήμασι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις· οἱ βοῶντες φωνῇ μεγάλῃ πρὸς πάντας τοὺς εἰς τὸν Χριστὸν πιστεύοντας καὶ λέγοντας, Πᾶσα πικρία καὶ θυμὸς καὶ ὀργή, καὶ κραυγή, καὶ βλασφημία, ἀρθήτω ἀφ' ὑμῶν σὺν πάσῃ κακίᾳ. Ἡμεῖς γὰρ ἔγνωμεν ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ παροξυσμῶν διαφοράν· Φησὶ γάρ, Καὶ κατανοῶμεν ἀλλήλους εἰς παροξυσμὸν ἀγάπης καὶ καλῶν ἔργων. Ἐγένετο οὖν τοῖς Ἀποστόλοις παροξυσμός, τουτέστι ζῆλος Θεοῦ. Ὁ μὲν γὰρ Παῦλος ἀκρίβειαν ἐπιζητεῖ, ἀποστολικῇ πρέπουσαν τελειότητι· ὁ δὲ Βαρνάβας ἐτίμα τὸ φιλάνθρωπον.

F

25 Λαβὼν οὖν τὸν Μάρκον, ἔπλευσεν εἰς Κύπρον· καὶ πᾶσαν διελθών, καὶ μαθητεύσας λαὸν ἱκανόν, ἦλθεν

εἰς

A εἰς Σαλαμῖνα. Κἀκεῖ διέτριβε θαυματουργῶν καὶ κηρύσσων τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, καὶ προσετέθη ὄχλος πολὺς τῷ Κυρίῳ· διελέγετο δὲ τοῖς Ἰουδαίοις ἐν τῇ συναγωγῇ κατὰ πᾶν σάββατον, ἐπιδεικνὺς ἐκ τῶν γραφῶν, εἶναι τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν· πάντες δὲ εὐλαβοῦντο αὐτὸν διὰ τὴν περικεχυμένην τῷ προσώπῳ αὐτοῦ χάριν. Ἦν γὰρ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἀγγελικόν, καὶ τὸ σχῆμα ἀσκητικόν· σύνοφρυς δὲ ὑπῆρχε, ὀφθαλμοὺς ἔχων χαροποιούς, οὐ βλοσυρὸν βλέποντας, ἀλλ' εὐλαβῶς κάτω νεύοντας· στόμα σεμνὸν καὶ χείλη εὐπρεπῆ, γλυκασμὸν μέλιτος ἀποστάζοντα, οὐ γὰρ ἐφθέγγετο πώποτε περιττὸν τοῦ δέοντος· βάδισμα κατεσταλμένον καὶ ἀκενόδοξον, καὶ ἁπαξαπλῶς ὅλος δι' ὅλου στήλη ἦν καθαρὰ τοῦ Χριστοῦ ὁ Ἀπόστολος Βαρνάβας, πᾶσαν ἀρετὴν ἀποστίλβουσα.

26 Ἐπιμένοντος δὲ αὐτοῦ ἐν τῇ Σαλαμινιέων πόλει,
B καὶ διδάσκοντος τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ· ἐπῆλθον ἐκ τῆς Συρίας Ἰουδαῖοι, καὶ ἀντέλεγον τοῖς λεγομένοις ὑπ' αὐτοῦ βλασφημοῦντες· Ἐπήγειραν δὲ ὄχλον κατ' αὐτοῦ λέγοντες, ὅτι οὐδὲν ἀληθὲς λέγει· ἀλλὰ καὶ ὃν λέγει Ἰησοῦν, πλάνος τις ἦν καὶ ἀντίθεος, τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας καὶ τὸ σάββατον ἀθετῶν· καὶ ἦσαν ζητοῦντες εὐκαιρίαν ἀνελεῖν αὐτόν. Ὁ δὲ ἅγιος Ἀπόστολος τοῦ Χριστοῦ Βαρνάβας, συναγαγὼν πάντας τοὺς ἀδελφούς, εἶπεν αὐτοῖς· Ὑμεῖς ἐπίστασθε πῶς μεθ' ὑμῶν τὸν πάντα χρόνον ἐγενόμην, νουθετῶν ἕνα ἕκαστον καὶ παρακαλῶν, ἐμμένειν τῇ χάριτι καὶ τῇ πίστει τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ φυλάσσειν καὶ ποιεῖν αὐτάς, καὶ ἀπέχεσθαι ἀπὸ παντὸς πονηροῦ πράγματος· δεῖ γὰρ πάντας ὑμᾶς παραστῆναι τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ, ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος αὐτοῦ, πρὸς ἃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὰ εἴτε κακά· παράγει γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου, καὶ μέλλει ὁ Κύριος ἐλθεῖν ἐξ οὐρανοῦ κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. Μὴ οὖν ἀμελήσητε, γινώσκοντες ὅτι ἐν ᾗ ἂν ὥρᾳ οὐ δοκεῖτε ὁ Κύριος ἡμῶν ἔρχεται. Κακοπαθήσατε οὖν, καὶ τῇ ἐλπίδι στηρίξατε τὰς καρδίας ὑμῶν, ὅτι ἡ παρουσία τοῦ Κυρίου ἤγγικε.

C

27 Μνημονεύετε ὅσα ὑμῖν λελάληκα λέγων, ὅτι τοῦ παρόντος βίου ὀλιγοχρόνιά ἐστιν, εἴτε τὰ χρηστά, εἴτε τὰ λυπηρά, καὶ πάντα ταχὺ παρελεύσεται· τοῦ δὲ μέλλοντος αἰῶνος πάντα ὁμοίως αἰώνια καὶ ἀτελεύτητα· οὐδὲ γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ποτε παρελεύσεται, οὐδὲ ἡ κρίσις τέλος ἔχει, ἀλλὰ ἀεὶ διαμένει, ἀθάνατα καὶ ἀκατάπαυστα κολάζουσα τοὺς ἁμαρτωλούς. Σπουδάσατε οὖν ἀμέμπτους καὶ ἀσπίλους εὑρεθῆναι ὑμᾶς ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, ἵνα μὴ ἐμπέσητε εἰς ἐκείνην τὴν γέενναν τὴν ἀθάνατον. Μνημονεύσατε ὅσα ὁ Θεὸς ἐποίησε σημεῖα καὶ τέρατα ἐν ὑμῖν δι' ἐμοῦ τοῦ δούλου αὐτοῦ, καὶ προσεύξασθε ὑπὲρ ἐμοῦ· ἐγὼ γὰρ ἤδη σπένδομαι, καὶ ὁ καιρὸς τῆς ἀναλύσεώς μου ἐφέστηκε, καθὼς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐδήλωσέ μοι. Τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγώνισμαι, τὸν δρόμον τετέλεκα, τὴν πίστιν τετήρηκα, νῦν ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος· οὐ μόνον δὲ ἐμοί, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς ἀγωνιζομένοις διὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ.

28 Καὶ ταῦτα εἰπών, σὺν πᾶσιν αὐτοῖς προσηύξατο· ἱκανὸς δὲ κλαυθμὸς ἐγένετο πάντων, τοῦ Ἀποστόλου

peragrasset, populos multos ad Christi fidem convertit, et Salaminam venit; ubi paulisper moratus est, edens miracula, et prædicans regnum Dei: quo loco turbæ multæ ad Christi fidem accesserunt. Disputabat autem cum Judæis in synagoga omnibus sabbatis, divinarum Litterarum testimoniis Jesum Christum illum esse probans, quem Deus promiserat. Omnes autem Barnabam reverebantur, propter divinam quamdam honestatem, quæ in illius adspectu vigebat. Erat enim oris specie valde gravis, habitu ac veste admodum tenui; cujusmodi illorum est, qui delicias abjicientes, in virtutis exercitatione versantur. Erat superciliis contractis, et oculis hilaritatem præ se ferentibus, non torvum aliquid, sed grave quiddam in se habentibus, et reverenter admodum deorsum spectantibus. Oris honestas et labra decora, mellis suavitatem distillantia, in eodem illo inerant. Non enim aliquid unquam pronuntiabat, quod foret supervacaneum. Ejus incessus compositus, et ab ostentatione alienus. Totus denique omni ex parte Apostolus Barnabas, erat tamquam recta quædam Dei columna, omnium virtutum splendore illustris.

D
INTERP. SIRLETO XVIII
Hic multos in Cypro convertit,
Forma etiam gratiam conciliante.

26 Hic cum in urbe Salamina moraretur et Christum prædicaret, venerunt e Syria Judæi quidam, qui maledicta in eum conjicientes, quæque ab illo dicebantur oppugnantes, turbam contra ipsum excitaverunt; criminantes nihil veri ab eo dici, sed quem ipse Jesum Christum fuisse diceret, eum fallacem quemdam hominem, et Deo ipsi contrarium fuisse, legem, Prophetas et Sabbati observantiam reprobantem. Iidem et Barnabæ interficiendi opportunitatem observabant. Sanctus vero Christi Apostolus Barnabas, cum omnes Fratres congregasset: Vos, inquit, scitis, quomodo una vobiscum omni tempore versatus fuerim, unumquemque admonens et hortans, ut in gratia et Domini nostri Jesu Christi fide constanter permaneatis, et ejus præcepta observetis, et ab omni pravo opere mentem et manus cohibeatis. Namque oportet omnes nos sisti ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisque propria corporis sui, quæ fecerit, sive bona, sive mala: præterit enim figura mundi hujus, et Dominus venturus est de cælo judicare vivos et mortuos. Nolite igitur negligentes esse, scientes, quod qua hora non putatis, Dominus noster veniet. Ærumnas et labores libenter perferatis, corda vestra spe confirmantes, quod adventus Domini prope sit.

E
XIX
Judæi turbam in eum concitant,
qui imminentis mortis præscius

27 Recordemini quæ vobis sæpe dixi, præsentis vitæ res, sive prosperæ, sive adversæ illæ sint, breves et caducas esse, omniaque hæc celeriter præterire; futuri vero illius seculi bona semper in eodem statu permanere, æterna et finem nullum habentia. Neque enim regnum cælorum aliquando præterire poterit, neque judicium illud finem habebit; sed semper erit, his, qui peccando vitam transegerunt, immortalem pœnam afferens, et finem nullum habituram. Date igitur operam, ut sine culpa et labe in die illo extremo inveniamini, ne in gehennam sempiternam dejiciamini. Memoria repetite, quot signa et prodigia per me servum suum Deus ipse apud vos effecerit, et pro me Deum orate. Ego enim jam jam immolandus sum, et tempus illud prope est, quo ab hoc corpore dissolvendus sum, sicut Dominus noster Jesus Christus mihi significavit. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi: nunc reposita mihi est corona justitiæ; non solum autem mihi, sed et omnibus, qui propter Christi confessionem certamen sustinuerint.

F
Fratres extremis monitis instruit,
eisque valedicit.

28 Hæc cum dixisset, una cum omnibus Deum oravit: multusque fletus hominum fuit, eo quod Apostolus

Missam celebrat,

EX MS. VATIC.

A Apostolus ille dixerat, tempus prope esse, quo a corpore dissolvendus foret. Barnabas vero cum panem et calicem sumpsisset, et divini Ministerii ordinem totum complevisset, una cum Fratribus particeps factus est Eucharistiæ mysteriorum. Quo facto, Marcum secum habens, secessit, et ipsi seorsum dixit; Hodie infidelium Judæorum manibus me consummari oportet: tu vero extra civitatem Occidentem versus egredere, et corpus meum invenies: quod cum sepelieris, exi e Cypro, et ad Paulum proficiscere; et esto cum illo, quoad Dominus res tuas disposuerit: futurum enim est, ut nomen tuum per totum orbem terrarum divulgetur.

εἰρηκότος, ὅτι ὁ καιρὸς τῆς ἀναλύσεως ἐφέστηκε. Λαβὼν δὲ ὁ Βαρνάβας ἄρτον καὶ ποτήριον, καὶ ποιήσας πᾶσαν τὴν ἀκολουθίαν, μετέλαβε μετὰ τῶν ἀδελφῶν τῆς εὐχαριστίας τῶν μυστηρίων. Καὶ μετὰ ταῦτα παραλαβὼν τὸν Μάρκον, καὶ ἀναχωρήσας κατ' ἰδίαν, εἶπεν αὐτῷ· Ἐν τῇ δὲ τῇ ἡμέρᾳ δεῖ με τελειωθῆναι εἰς τὰς χεῖρας τῶν ἀπειθούντων Ἰουδαίων· σὺ δὲ ἐξελθὼν ἔξω τῆς πόλεως κατὰ δυσμάς, εὑρήσεις τὸ σῶμά μου· καὶ τοῦτο θάψας, ἔξελθε ἀπὸ Κύπρου, καὶ πορεύου εἰς τὸν Παῦλον, καὶ ἴσθι μετ' αὐτοῦ, ἕως οὗ ὁ Κύριος οἰκονομήσει τὰ κατὰ σέ· μέλλει γὰρ τὸ ὄνομά σου μεγαλυνθῆναι ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ. D

XXI
crudeliter interficitur

29 Post hæc ingressus est Barnabas in Synagogam, et Judæos ipsos docebat, illis persuadere studens, Dominum Jesum esse Christum viventis Dei filium. Illi vero Judæi, qui e Syria illuc venerant, furore perciti, e Synagoga surrexerunt; et manibus in eum conjectis, in obscuram quamdam Synagogæ illius cellam usque ad multam noctem custodierunt. Cumque illum eduxissent, et multis cruciatibus affecissent, postremo nefarii homines eumdem lapidaverunt; et accenso rogo quodam magno, B. Barnabæ corpus in eum conjecerunt, ut nullo ipsius reliquiæ superessent. Divina vero providentia factum est, ut Apostoli corpus integrum permaneret, neque ab igne ipso læderetur. Marcus igitur, ut Barnabas præceperat, extra urbem egressus Occidentem versus cum quibusdam Fratribus; reliquias S. Barnabæ clam abstulit, et in spelunca quadam, stadiis fere quinque ab urbe distante, sepelivit. Mox in urbem reversi, planctu et lacrymis eum prosecuti sunt.

B

Marcus eo sepulto

29 Καὶ μετὰ ταῦτα, εἰσῆλθε Βαρνάβας εἰς τὴν συναγωγήν, καὶ ἐδίδασκε τοὺς Ἰουδαίους, πείθων αὐτοὺς περὶ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Χριστός, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος. Πλησθέντες δὲ θυμοῦ οἱ ἀπὸ Συρίας Ἰουδαῖοι ἀναστάντες ἐπέβαλον ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας, καὶ ἔθεντο αὐτὸν ἐν οἴκῳ σκοτεινῷ ἐν τῇ συναγωγῇ ἕως ἑσπέρας βαθείας. Ἐξαγαγόντες δὲ αὐτόν, καὶ βασανίσαντες ἱκανῶς, ἐκεῖ αὐτὸν κατέλευσαν οἱ παράνομοι· καὶ ἅψαντες πυρὰν μεγάλην, ἔρριψαν ἐκεῖ τὸν μακάριον, E πρὸς τὸ μηδὲ λείψανον αὐτοῦ εὑρεθῆναι. Προνοίᾳ καὶ Θεοῦ ἀβλαβὲς ἔμεινε τὸ σῶμα τοῦ Ἀποστόλου, ὃ δὲ οὐδὲν αὐτὸ ἔβλαψεν ἡ πυρά. Μάρκος δέ, κατὰ τὰ διατεταγμένα αὐτῷ, ἐξελθὼν ἔξω τῆς πόλεως κατὰ δυσμάς, μετά τινων ἀδελφῶν, κρυφῇ συνεκόμισαν τὸ λείψανον τοῦ ἁγίου Βαρνάβα καὶ θάψαντες ἐν σπηλαίῳ, ὡς ἀπὸ σταδίων πέντε τῆς πόλεως, ἀνεχώρησαν ποιήσαντες κοπετὸν μέγαν ἐπ' αὐτῷ.

XXII
Ephesi Paulo,

30 Illo autem tempore contra Salaminæ urbis Ecclesiam persecutio magna commota est, omnesque alii alio dispersi sunt: itaque sancti Apostoli Barnabæ sepulcrum deinde ignotum erat. Proinde Marcus cum e Cypro navigasset, ad Paulum *d* venit, qui erat Ephesi, eumque de Barnabæ martyrio certiorem fecit. Id cum ille audivisset, lacrymavit, et Marcum secum tenuit. Postea vero, cum Petrus Apostolus divina revelatione jussus esset Romam *e* proficisci; secum duxit et Marcum, quem quodammodo sibi filium genuerat. Illi cum essent in urbe Roma, Evangelium Marcus *f* conscripsit: quod Petrus Apostolus legit, et divino Spiritu scriptum cognovit, atque approbavit. Itaque Marcum ipsum per manuum impositionem ordinavit, et ut maxime idoneum in urbem Ægypti Alexandriam, Lybiam et Pentapolim misit. Quo cum Marcus venisset, Domini Jesu Christi Evangelium illis regionibus prædicavit, ita ut multi ad Christi fidem conversi fuerint. Cum vero novem annos Dei fidem Marcus in ea regione docuisset, martyrio in urbe Alexandria functus est *g*.

d

e

f

Romæ Petro se jungit

C

g

30 Ἐγένετο δὲ ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ διωγμὸς μέγας ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν τὴν ἐν Σαλαμῖνι, καὶ πάντες διεσπάρησαν ἀλλαχοῦ, καὶ λοιπὸν ἄγνωστον ἐγένετο τὸ μνῆμα τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου Βαρνάβα. Μάρκος δὲ ἐκπλεύσας ἀπὸ τῆς Κυπρίων χώρας, ἦλθε πρὸς Παῦλον εἰς Ἔφεσον, καὶ ἀναγγείλας αὐτῷ περὶ τῆς τοῦ Βαρνάβα τελειώσεως. Ὁ δὲ ἀκούσας, ἔκλαυσε κλαυθμῷ μεγάλῳ ἐπ' αὐτῷ· κατέσχε δὲ παρ' ἑαυτῷ τὸν Μάρκον. Μετὰ δὲ ταῦτα, τοῦ Πέτρου κατὰ ἀποκάλυψιν Θεοῦ ἀπαίροντος ἐπὶ τὴν Ῥώμην, παρέλαβε μεθ' ἑαυτοῦ τὸν Μάρκον, τρόπον τινὰ τεκνοποιήσας αὐτόν. Ἐκεῖ συνέταξε τὴν εὐαγγελικὴν ἱστορίαν, ἥν τινα ὁ Πέτρος ἀναγνοὺς καὶ ἀρεσθείς, ἔγνω θεόπνευστον αὐτὴν εἶναι· καὶ χειροτονήσας τὸν Μάρκον, ἀπέστειλεν αὐτὸν ὡς ἱκανώτατον εἰς Ἀλεξάνδρειαν τὴν πρὸς Αἴγυπτον καὶ Λιβύην καὶ Πεντάπολιν· ὃς παραγενόμενος εὐηγγελίσατο τὸ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ· πολὺς δὲ ἀριθμὸς ὁ πιστεύσας ὑπέστρεψεν ἐπὶ τὸν Κύριον· Ποιήσας δὲ ἔτη ἐννέα, διδάσκων ἐν αὐτοῖς τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, μαρτυρίῳ ἐτελειώθη ἐν Ἀλεξανδρείᾳ. F

ANNOTATA D. P.

a *Imo* 14 *annis, post reditum ex Arabia, quod verba Epistolæ ad Galatas satis declarant; si tamen ex Henschenii sententia Passio Christi affigatur Consulatui duorum Geminorum, sicut Fasti eos ponunt. Secundus autem ascensus Hierosolymam, male distinguitur ab eo, qui fuit propter controversiam de Circumcisione susceptus, de quo hic infra: quia is fuisset tertius. Errandi occasio accepta est ex verbis Lucæ Act.* xi, 30 *dicentis: quod fame, quam Agabus prædixerat, imminente, Fratres in Syria positi, proposuerunt succurrere* habitantibus in Judæa, *idque fecerunt* mittentes ad seniores per manus Barnabæ et Sauli: *quod fieri potuit, etiamsi Jerosolymam illi non intrarent.*

b *Hæc ergo est profectio Jerosolymam, cujus superius Paulus meminit; et præter hanc frustra concipitur prior alia, post Pauli reditum ex Arabia.*

c *Sicuti SS. Petri et Pauli formam conservaverunt Romani, primum memoria, deinde picturis; ita et fecisse circa formam* Barnabæ, *Cyprii potuerunt; ut optabile etiam nunc sit, inde obtineri imaginem aliquam, qua ab illis exprimi* Barnabas *solet.*

d *Cum anno* 53, *quo* Barnabas *obierit, supra notato optime consistit ut Paulum Marcus invenerit Ephesi, eodem adhuc anno, juxta Henschenii Chronotaxim* 29 *Junii num.* 14.

e *Id si factum an.* 54 *et* 1 *Neronis (uti nostra fert opinio) oportet ut* Marcum *Petrus remiserit ad Paulum*

A *lum in Asiam, priusquam eum mitteret Alexandriam : Paulus vero eumdem ibi reliquerit, anno* 56 *Romam vinctus adveniens, et hinc scribens secundam ad Timotheum* IV, 11 Marcum, *inquit*, assume, et adduc tecum. *Eodem autem illuc adducto, scribens Philemoni*, Salutat te, *inquit* Epaphras concaptivus meus ; Marcus, Aristarchus, Demas et Lucas, adjutores mei. *Similiter ad Colossenses* IV, **10**, *eorumdem nomine*, qui soli, *inquit* sunt adjutores mei in regno Dei, qui mihi fuerunt solatio. *Ne autem quis dubitet, an eum, de quo hic agitur, Paulus intelligat, expresse ait :* Salutat vos Aristarchus concaptivus meus, et Marcus consobrinus Barnabæ, de quo accepistis mandata : si venerit ad vos excipite illum : *et forte jam tum destinaverit Paulus mittens* Marcum *in Ægyptum, quo tendens, Rhodum insulam ne esse haberet prætervehi, aut etiam eo appellere.*

f *Aquileienses scriptum apud se Evangelium prætendunt, forte quia Romæ prius scripti exemplar ibi relinquendum transcripsit : ibi autem eum fuisse et prædicasse oportuit, antequam ordinaretur a Petro Episcopus, puta an.* 58 *quo Paulus solutus a vinculis Roma discesserat. Magno autem fructu ibi facto, Romam rediens, illuc secum duxerit S. Hermagoram, a* B *S. Petro Episcopum Aquileiensibus ordinandum : quod minime necessarium fuisset, si ipsemet Episcopali potestate tunc erat præditus.*

g *Anno, ut ad* 25 *Aprilis docuit Henschenius circiter* 68. *Illuc ergo profectus sit* Marcus, *an.* 69 ; *et nihil obstabit quominus idem* Consobrinus Barnabæ et Evangelista *fuerit, licet multis contra tendat Baronius ad an.* 45 *num.* 42 ; et plane constare *patet*, ex temporum, locorum ac rerum diversitate, eosdem inter se esse distinctos. *Nihil horum in nostra Chronologia erurgit, nihil etiam ex veterum auctoritate. Nam Basilius, in fine lib.* 5 *contra Eunomium qui allegatur, quasi dicat* eo tempore quo Romæ Paulus agebat, quo cum aderat Marcus Barnabæ consobrinus, Marcum Evangelistam Alexandrinam Ecclesiam excoluisse ; *neque hoc dicit, neque si diceret contra nos faceret ; nisi assumendo, quod non probatur,* Marcum *Paulo adfuisse, quamdiu et quoties Romæ fuit : dicit autem solum,* Intervallum locorum non obstare, quo minus eodem tempore alius alia in civitate Spiritu impleatur. *Multo minus Baronio favet allegatus Athanasius in Synopsi ; ubi nominatur quidem Marci Evangelium, sed nihil additur quo intelligatur idem, vel diversus a* Joanne-Marco. *Dorotheum, quia unum facit Episcopum Biblidis, alterum Apolloniadis, itaque tres Marcos inducit, ipsemet Baronius explodit, ut qui in sua* Synopsi quam plurima consarcinavit mendacia. *Idem Baronius ad an.* 816, *negat Isidori esse librum de Vita, et morte justorum, et in Notis ad Rom. Martyrol.* 25 *Julii, ubi de S. Jacobo, ait,* complura in eo libro indigna Isidoro inveniri coagmentata mendacia ; *frustra igitur huc allegatur. Sed a Græcis usque in Menæis, die* XXVII *Septembris, et ex Sirleti Menologio ad eumdem diem in hodierno Romano, referri* Marcum Barnabæ Consobrinum, *velut* Episcopum Bibl., *una cum* Aristarcho *et Zenone, in Epistolis Pauli, æque ac ille, nominatis. Sed non pluris id faciendum puto, quam pseudo-Dorotheum, unde accepti illi sunt : esto forsitan Biblienses, inter primos suos Episcopos habuerint aliquem* Marcum, *quem cum* Barnabæ Consobrino *confunderint. Nam in ejusmodi hallucinationibus fundata videtur tota Synopsis Dorothei, potius quam consuta ex mendaciis. Hæc autem placuit hic digerere, ad supplendum quod defuit in Aprili ; ubi hanc controversiam maluit dissimulare Henschenius, quam disquisitioni, tunc parum necessariæ visæ, immorari.*

D INTERP. SIRLETO.

E

CAPUT TERTIUM.

De Petro Fullone, Antiocheni Patriarchatus invasore, Cyprum sibi subjicere volente.

Μετὰ δὲ πολὺν χρόνον, τοῦ Χριστιανισμοῦ πλατυνθέντος, καὶ χριστιανῶν Βασιλέων τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς βασιλευσάντων, δυνάμεις οὐ τὰς τυχούσας ἐποίει ὁ Θεὸς ἐν τῷ τόπῳ ἐκείνῳ, ἐν ᾧ ἀπέκειτο τὸ λείψανον τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου Βαρνάβα καὶ γενναίου Μάρτυρος Βαρνάβα· πολλῶν γὰρ παριόντων διὰ τοῦ τόπου ἐκείνου, τῶν C ἐχόντων τὰ πνεύματα τὰ ἀκάθαρτα, βοῶντα φωνῇ μεγάλῃ ἐξήρχοντο· πολλοὶ δὲ παραλελυμένοι καὶ χωλοί, καὶ ὑπὸ ποικίλων νόσων καὶ βασάνων συνεχόμενοι, ἐρχόμενοι παρεκοιμῶντο ἐν τῷ τόπῳ, οἵτινες ἐθεραπεύοντο ἅπαντες· καὶ ἦν χαρὰ μεγάλη ἐν τῇ Σαλαμινίων πόλει· καὶ ὅτι μὲν θεία τις ἡ δύναμις ἐνήργει ἐν τῷ τόπῳ, ἐπεγίνωσκον· Τί δὲ ἐστι τὸ αἴτιον τῆς τοιαύτης ἀφθόνου χάριτος, οὐκ ἐγίνωσκον· τὸν δὲ χῶρον ἐκεῖνον, τόπον τῆς ὑγείας οἱ ἐγχώριοι ἐπωνόμαζον.

Multo autem tempore postea, cum Christiana fides latius fusa esset, et Imperatores Christiani Romanorum Imperio potirentur, miracula quædam magna Deus ipse in eo loco edebat, ubi Reliquiæ sancti Apostoli et generosi Martyris Barnabæ repositæ fuerant. Nam cum multi homines, impuros spiritus habentes, per locum illum transirent ; spiritus ipsi, voce magna clamantes, egrediebantur. Multi etiam paralytici, et claudi, variisque morbis et cruciatibus vexati, ad eum locum profecti pernoctabant, qui omnes curabantur : ob idque Salaminia civitas gaudio magno perfundebatur. Quod vero divina quædam potentia in eo loco miracula efficeret, id quidem omnes cognoscebant, quænam tamen esset causa gratiæ illius tam copiosæ, id nequaquam intelligere poterant. Regionem autem illam Sanitatis locum, indigenæ appellabant. XXIII *Miracula ad sepulcrum S. Barnabæ.* F

32 Τοῦ δὲ μακαρίου Μαρκιανοῦ καταπαύσαντος, τὴν ἀρχὴν παρέλαβε τὴν Βασιλείαν ὁ τῆς θείας λήξεως Λέων· τούτῳ ὑπῆρχε γαμβρὸς Ζήνων τις ὀνόματι, Ἴσαυρος τῷ γένει, ὅστις καὶ ἐβασίλευσε μετ' αὐτόν. Κατ' ἐκεῖνον δὲ τὸν καιρόν, ηὑρέθη ἐν τῇ εὐαγεστάτῃ μονῇ τῶν Ἀκοιμήτων διάβολός τις μοναχῶν, ὥσπερ ἐν ἀποστόλοις Ἰούδας, τοὔνομα Πέτρος, τὸ ἐπιτήδευμα Κναφεύς· οὗτος δὲ τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον ἁγίαν ἀποστρεφόμενος, τῶν Εὐτυχιανιστῶν ὑπερεμάχει δογμάτων. Τοῦτον οἱ τῆς ἁγίας μονῆς ἐκείνης, ὡς λυμεῶνα καὶ φθορέα, καὶ τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων ἐχθρὸν ἐδίωξαν τοῦ μοναστηρίου· αὐτὸς δὲ καταλαβὼν τὴν Κωνσταντίνου πόλιν, τὸν τῶν κολάκων βίον ἐζήλωσεν, ἐξ οἰκίας εἰς οἰκίαν περιερχόμενος καὶ γαστριζόμενος. Εὑρὼν δέ τινας τῶν ἐν τέλει, τῆς

32 Cum vero Beatus Marcianus *a* obiisset, sanctæ memoriæ Leo Imperio successit. Huic erat gener Zeno, Isaurus genere, qui post Leonem *b* et ipse Imperator fuit. Tempore autem illo in religioso Acœmetarum *c* monasterio extitit Monachus quidam, qui, ut Judas inter Apostolos, diaboli mores imitabatur. Illi nomen erat Petrus, qui fullonis artem exercebat, sanctam vero Synodum in urbe Chalcedonense celebratam aversabatur, et dogmatis Eutychiani erat propugnator. Ejusmodi hominem, ut corruptorem et pestilentem, atque Apostolicorum dogmatum hostem acerrimum, ejus loci homines e monasterio expulerunt. Qui cum illinc expulsus fuisset, Constantinopolim profectus est ; et assentatorum XXIV *a* *b* *c* *Petrus Fullo improbus monachus.*

EX MS VATIC. *d*

A assentatorum vitam imitatus, modo hanc, modo illam domum obibat, ventri et gulæ serviens *d*: cumque execrabilis suæ hæresis participes homines quosdam honore præditos invenisset, illis adhærere cœpit, per quos etiam in ejus notitiam venit, qui erat gener Imperatoris, Patricius et excubitorum Comes: sic enim appellabatur, qui excubiis præsidebat.

D βδελυρᾶς αὐτοῦ αἱρέσεως ὄντας, ἐκολλήθη αὐτοῖς· καὶ δι᾽ αὐτῶν γίνεται γνώριμος τῷ γαμβρῷ τοῦ Βασιλέως, Πατρικίῳ ὄντι, τὸ τηνικαῦτα καὶ Κόμητι ἐξκουβιτόρων.

favente sibi Zenone tunc Comite

33 Itaque Petrus ille cum religionis specie quadam se induisset, erat quidem assidue cum Zenone Imperatoris genere, non audebat tamen propriam impietatem aperire. Eumdem autem Zenonem, ad Orientis partes proficiscentem, secutus est Fullo ille, usque ad urbem Antiochiam. Ubi cum multos Apollinaris sectatores invenisset, una cum illis contra Patriarcham temeritatem exercuit *e*, adversus eum seditiosissimum quemque hominem concitans, et Chalcedonensem Synodum conviciaus, ac Patriarcham ipsum Nestorianum appellans. Cum igitur Antiochena civitas multa seditione et tumultu perturbaretur, Petrus ille Comitem Zenonem dolo aggressus: Nisi, inquit, hujus civitatis Episcopus permutetur, fieri non potest, ut populus quiete vivat. Quin etiam multam auri vim ei proposuit, si ab eo impetraret, quod petebat: patefecit enim illi consilium suum, quod antea occultaverat. Tunc infames quosdam et improbos homines, qui eadem, quæ ipse sentiebant, persuasionibus suis secum duxit, et gravissima quædam scelera, contra Patriarcham falso conficta, ad Imperatorem detulit. Sed ejus malitia nihil profecit, cum Imperator Apostolicorum dogmatum esset propugnator.

e

XXV

vexat Patriarcham Antiochenum,

B

eoque Imperatore facta invadit Sedem:

33 Καὶ περιθέμενος τῆς εὐλαβείας τὸ πρόσωπον, ἦν σὺν αὐτῷ ἀδιαλείπτως, μὴ τολμῶν δημοσιεῦσαι τὴν οἰκείαν ἀσέβειαν. Ἀπαίροντι δὲ τῷ Ζήνωνι ἐπὶ τὰ μέρη τῆς Ἀνατολῆς, συνείπετο ὁ Κναφεὺς ἕως Ἀντιοχείας. Εὑρὼν δὲ ἐκεῖ πολλοὺς τῶν Ἀπολιναριστῶν, κατὰ τοῦ Πατριάρχου λοιπὸν ἐπενεανιεύσατο, διεγείρων κατ᾽ αὐτοῦ τοὺς ἀτάκτους τοῦ λαοῦ, καὶ λοιδορῶν τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον, καὶ Νεστοριανὸν καλῶν τὸν Πατριάρχην. Ἐν πολλῇ δὲ ἀκαταστασίᾳ καὶ θορύβῳ τῆς Ἀντιοχέων ὑπαρχούσης, προσῆλθεν ὁ Κναφεὺς τῷ Κόμητι, μετὰ δόλου λέγων· Ἐὰν μὴ διαδεχθῇ ὁ Ἐπίσκοπος τῆς δὲ τῆς πόλεως, ἀμήχανον ἡσυχίαν ἄγειν τὸν δῆμον· ἀλλὰ καὶ ταξάμενος αὐτῷ χρυσίου ποσότητα πολλὴν, εἴπερ τύχοι τοῦ αἰτήματος, ἐξέφηνε γὰρ αὐτῷ τοῦ ἰδίου σκοποῦ τὰ κεκρυμμένα. Τότε πείθει ὁ Κναφεὺς τοὺς τὰ ὅμοια αὐτῷ φρονοῦντας, καί τινας θυμελικοὺς καὶ ἑτέρους τῶν δημοτῶν πονηροὺς ἄνδρας, καὶ ἀναφέρει τῷ Βασιλεῖ πάνδεινα κατὰ τοῦ Ἀποστόλου ψευδόμενος· Ἀλλ᾽ οὐδὲν ὤνησεν ἡ αὐτοῦ δεινότης, τοῦ Βασιλέως τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων ὑπερασπίζοντος. E

34 Postea vero, quam Leo ipse terrestre imperium dereliquit, et ad immortale illud regnum translatus est. Imperio successit Zeno. Antiocheni vero, quos supra diximus, Imperatori supplicationem obtulerunt, petentes Fullonem illum Petrum sibi Episcopum creari. Id quod factum est, auro ipso omnibus, qui erant in aula regia, persuadente, ut Petri Fullonis patrocinium susciperent. Statim igitur ut Petrus ille ordinatus est Episcopus, sanctam Chalcedonensem Synodum anathemate fuit detestatus. Cumque Apollinaris sectatoribus placere studeret, qui Theopaschitæ appellabantur, eo quod Deum ipsum passum fuisse dicebant; novitatem quamdam pessimam excogitavit, ut Hymno illi, qui Trisagion appellatur, hoc etiam in fine adderet, Qui crucifixus est propter nos. Hæc cum sancti Episcopi et Patres nostri audivissent, ad pravam illius opinionem retrænandam alacri et prompto animo progressi sunt: et primum quidem litteris eum ab impietatis voragine revocare conati sunt: sed cum eumdem repugnantem, majore audacia et temeritate contra fidem orthodoxam efferri vidissent: omnes qui sunt in orbe terrarum Episcopi, sententia pronuntiata, sub anathemate illum expulerunt *f*.

et Theopaschitam se profess us,

C

ea Sede privatur.

34 Τοῦ δὲ ταῦτα καταλείψαντος, καὶ εἰς τὴν ἀγήρω βασιλείαν μετατέθεντος, τῆς βασιλείας διάδοχος γίνεται Ζήνων. Εὐθέως δὲ οἱ προειρημένοι Ἀντιοχείας δεητικὴν ἀνήγαγον τῷ Βασιλεῖ, αἰτούμενοι τὸν Κναφέα Ἐπίσκοπον. ὃ δὴ καὶ γέγονε, τοῦ χρυσίου πείθοντος πάντας τοὺς τῆς βασιλικῆς αὐλῆς εἰς τὴν ὑπὲρ αὐτοῦ συνηγορίαν. Εὐθέως οὖν ἅμα τῇ χειροτονίᾳ, ἀνεθεμάτισε τὴν ἁγίαν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον· θέλων δὲ ἀρέσαι τοῖς Ἀπολιναρισταῖς, θεοπασχίταις οὖσι, καινοτομίαν κακίστην ἐπενόησε, τοῦ εἰπεῖν ἐν τῷ Τρισαγίῳ ἐπὶ τέλει τοῦ ὕμνου, Ὁ σταυρωθεὶς δι᾽ ἡμᾶς· ταῦτα μαθόντες οἱ ἅγιοι Ἐπίσκοποι καὶ Πατέρες ἡμῶν, διηγέρθησαν γενναίως κατὰ τῆς αὐτοῦ κακοδοξίας. Καὶ πρῶτον μὲν, ἐπειράθησαν διὰ παραινετικῶν γραμμάτων ἀνακαλέσασθαι αὐτὸν ἐκ τοῦ βαράθρου τῆς ἀσεβείας· ὡς δὲ εἶδον αὐτὸν ἀντιλέγοντα, καὶ μᾶλλον θρασυνόμενον κατὰ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, ἀπεφήναντο κατ᾽ αὐτοῦ, καὶ ἀνεθεμάτισαν αὐτὸν πάντες οἱ κατὰ τὴν οἰκουμένην Ἐπίσκοποι. F

f

XXVI

Trisagio addit, Crucifixus pro nobis:

35 In hac orationis parte libenter eos, qui ex nostris hominibus, non vitio, sed quadam mentis levitate, novitatem hanc temere amplexati sunt, his verbis compellarem: Quænam causa vos, Fratres, adduxit, ut recte sentientem Patrum nostrorum doctrinam relinqueretis, et novitatem ab hæreticis nuper excogitatam sequeremini? Animadvertendum vobis erat, quemadmodum sancti Patres nostri, non fictas fabulas secuti, nobis hunc Hymnum canendum tradiderunt; sed divina quadam revelatione docti, quæ non uni aut alteri, neque in aliquo terræ angulo, sed meridie ipso in luce clarissima universo Constantinopolitanæ urbis populo Christi amantissimo facta est, quo tempore beatissimus Pater, Episcopus et Magister cum primis probatus Proclus, Constantinopolitanæ Sedi præ-

35 Ἐνταῦθα δὲ γενόμενος τοῦ λόγου, ἡδέως ἂν ἐροίμην τοὺς ἐκ τῶν ἡμετέρων, ἀβασανίστως παραδεξαμένους τὴν καινοτομίαν ταύτην, ἁπλότητι λογισμοῦ καὶ οὐ κακίᾳ γνώμης, Τίνος χάριν, ἀδελφοί μου, καταλιπόντες ἐν τούτῳ τῷ μέρει τὴν τῶν πατέρων ὀρθόδοξον διδασκαλίαν, τὴν ἐφευρεθεῖσαν ὑπὸ τῶν αἱρετικῶν καινοτομίαν καταδέξασθε; Ἐχρῆν συνεῖναι, ὅτι οὐ σεσοφισμένοις μύθοις ἐξακολουθήσαντες οἱ ἅγιοι ἡμῶν Πατέρες, παρέδωκαν ἡμῖν ᾄδειν τὸν Ὕμνον, ἀλλ᾽ ἐξ ἀποκαλύψεως θειοτέρας, οὐχ ἑνὶ καὶ δευτέρῳ μόνῳ ἀποκαλυφθείσης, οὐδὲ ἐν παραβύστῳ τινὶ, ἀλλ᾽ ἡμέρας μέσης παντὶ τῷ φιλοχρίστῳ λαῷ τῆς βασιλίδος Κωνσταντινουπολιτῶν, ἐπὶ τοῦ ὁσίου καὶ τρισμακαρίστου Πατρὸς ἡμῶν καὶ Ἐπισκόπου Πρόκλου, τοῦ ἐν διδασκάλοις δοκιμωτάτου· Πᾶν δὲ τὸ ἐκ θείας χάριτος θεόθεν ἡμῖν ἀποκαλυπτόμενον ἀνελλιπές ἐστι πάντως καὶ παντέλειον εἰς σωτηρίαν, μὴ

ἐπιδεόμενον

A ἐπιδεόμενον τῆς ἐξ ἀνθρωπίνων συλλογισμῶν προσθήκης ἢ ἀφαιρέσεως κατὰ τὸ εἰρημένον τῇ θείᾳ γραφῇ· Τὸ ῥῆμα ὃ ἐγὼ ἐντέλλομαί σοι σήμερον, φύλαξαι σφόδρα τοῦ ποιῆσαι αὐτό· οὐ προσθήσεις ἐπ᾽ αὐτῷ, οὐδὲ ἀφελεῖς ἀπ᾽ αὐτοῦ· τῷ ὄντι γὰρ προσθῆναί τι τοῖς θείοις χρησμοῖς ἢ ἀφελεῖν, ἐπισφαλὲς καὶ ἐπικίνδυνον. Οὐ γάρ ἐσμεν διορθωταὶ τοῦ Χριστοῦ, ἀλλ᾽ ὑποτακτέοι τοῦ Χριστοῦ· καὶ πολλά ἐστι περὶ τούτου εἰπεῖν πρὸς τοὺς ἡμετέρους καὶ διδάξαι, ὅτι ἰδιωτία ἐσχάτη ἐστὶ τὸ παραδέξασθαι τὴν καινοτομίαν τοῦ αἱρετικοῦ, κἂν μὴ φρονῶσι τὰ τοῦ αἱρετικοῦ.

36 Οὗτος τοιγαροῦν ὁ Κναφεὺς ὁ Πέτρος ἀναθεματισθεὶς ὡς εἴρηται ὑπὸ πάντων τῶν Ἐπισκόπων, καὶ τοῦ Ζήνωνος φυγόντος ἐκ τῆς βασιλείας, διὰ τὴν ἐπανάστασιν τοῦ Βασιλίσκου, φυγὰς ᾤχετο εἰς ἀγνώστους τόπους. Ὡς δὲ ἐπανῆλθεν ὁ Ζήνων εἰς τὴν αὐτοῦ βασιλείαν, B Πέτρον μὲν τὸν Κναφέα ἀναζητήσας, ἀποκατέστησε τῇ Ἀντιοχέων Ἐπίσκοπον, τῶν ἐπ᾽ αὐτῷ ἀναθεματισμῶν μηδαμῶς λυθέντων· τὸν δὲ μακάριον Καλανδίωνα τὸν Πατριάρχην εἰς Ὄασιν ἐξωστράκισε, τοῦ Κναφέως βίᾳ ἁρπάξαντος τὸν θρόνον. Ὁ δὲ ἀπεγνωσμένος λοιπὸν, καὶ μηδεμίαν ἐλπίδα ἔχων, ἀδεῶς μᾶλλον δὲ ἀθέως ἐχρήσατο τῇ τυραννίδι, φονεύων καὶ δημεύων καὶ φυγαδεύων πάντας τοὺς μὴ βουλομένους κοινωνεῖν αὐτοῦ τῇ ἀσεβείᾳ. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν παρήσω πολλὰ ὄντα καὶ ἰδίας συγγραφῆς δεόμενα, βαδιοῦμαι δὲ πρὸς τὸ προκείμενον, δεῖξαι πᾶσι τοῦ Ἀποστόλου Βαρνάβα τὴν χάριν, καὶ ὅσην ἔχει περὶ τὴν ἰδίαν πατρίδα, φροντίδα τε καὶ κηδεμονίαν.

37 Μὴ ἀρκεσθεὶς τοιγαροῦν τοῖς ἀναριθμήτοις κακοῖς, οἷς ἐποίει κατὰ τὴν ἀνατολὴν, ὁ Κναφεὺς, καὶ ἐπὶ τὰς οὐδαμόθεν αὐτῷ ὑποκειμένας ἐπαρχίας ἐπέβαλε τὰς χεῖρας· Χρυσίῳ γὰρ ἅπαξ ἐξωνησάμενος τὴν τοῦ Βασιλέως καὶ τῶν περὶ αὐτὸν τὴν εὐμένειαν, καὶ αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ τῶν νόμων περιεφρόνησε· καὶ αὐτοὺς τοὺς φιλοθέους καὶ φιλοπίστους Κυπρίους παντοίως κακῶσαι διενοήθη· ἐπειδὴ προγονικὴν εὐσέβειαν φυλάττοντες, κοινωνῆσαι τῇ ἀσεβείᾳ αὐτοῦ οὐκ ἠβούλοντο· καὶ τὸν ἐξ ἀρχῆς καὶ ἄνωθεν ἁγιώτατον, καὶ ἐλεύθερον, καὶ ἀποστολικὸν θρόνον τῆς Κύ- C πρου ἁρπάσαι καὶ ὑφ᾽ ἑαυτὸν ποιῆσαι ἐπεχείρησε· καὶ ἀναφορὰν ποιεῖται πρὸς τὸν κρατοῦντα ψευδηγορίας μεστὴν, ὅτι, φησὶν, Ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἀπὸ Ἀντιοχείας ἐν Κύπρῳ ἐξήχηται, καὶ δεῖ τὴν ἐκκλησίαν Κύπρου ὑπὸ τὸν τῆς Ἀντιοχείας θρόνον εἶναι, ἐπειδὴ ἀποστολικὸς καὶ πατριαρχικὸς θρόνος τυγχάνει. Ἀλλ᾽ οὐκ ἔλαθεν ὁ ἀποστάτης, αἱρετικὸς ὢν, τὰ ἐν Ἐφέσῳ ἐπὶ τῆς κατὰ Κύριλλον ἁγίας συνόδου ὁρισθέντα παραχαράσσων.

sidebat *g*. Quidquid autem divina gratia suggerente D divinitus nobis revelatum est, illud nulla ex parte mancum, sed omnino perfectum est, et ad salutem idoneum; non indigens humanarum argumentationum inventis, neque additamento, vel subtractione aliqua, ut divinæ Litteræ docent, cum dicunt; Verbum, quod ego præcipio tibi hodie, Deut. 12 vide ut illud valde observes, neque quidquam addas, neque ab eo aliquid imminuas; cum re vera divinis eloquiis aliquid addere vel detrahere, periculosum sit, et perniciem iis qui hæc faciunt magnam afferat: non enim ii sumus, qui Christum corrigere possimus, sed qui Christo subjici et obedire debeamus. Hæc et multa alia licet de hac re dicere nostris hominibus ita sentientibus: quos doceri cupimus, extremæ inscitiæ esse, hæretici hominis novitatem admittere. Desinant igitur cum hæretico homine deinceps sentire.

g EX MS VATIC. *quod Auctor abominatur ut novum.*

36 Itaque cum Petrus ille ab omnibus Episcopis xxvii sub anathemate (ut diximus) damnatus esset, et Zeno propter invasionem Basilisci ab Imperio aufugisset *h*, ipse quoque fugiens ad ignota quædam loca se contulit. Postea vero quam Zeno ad Imperium reversus est, Petrum Fullonem requisivit, et Antiochenæ Ecclesiæ Episcopum restituit, cum E nondum anathemate liberatus esset: beatum vero Calendionem Patriarcham in Oasim exulem relegavit, Fullone illo Antiochenæ Sedis Episcopatum vi capiente. Qui ut impius, et nullam spem reliquam habens, tyrannidem ipsam impune, vel scelerate potius, exercebat; interficiens, proscribens, et omnes eos fugans, qui nolebant cum ejus impietate communicare. Sed hæc quidem missa faciam, cum multa sint, et propriam historiam requirant. Conferet autem se oratio nostra ad id, quod magis, ut S. Apostoli Barnabæ gratiam omnibus notam faciamus, et quanta patriam suam cura et benignitate prosequatur, declaremus.

h Petrus reductus in Sedem ipsam,

37 Cum nondum contentus esset Petrus Fullo xxviii innumerabilibus illis malis, quibus Orientis partes affecit; provincias etiam illas, quæ nihil ad eum pertinebant, manus injecit. Cum enim Imperatoris, et eorum qui erant apud Imperatorem gratiosi lenitatem auro sibi comparasset, ipsius etiam Dei legem deinceps contempsit; et Cyprios homines, Dei et fidei amatores, ac recta sentientes, omnibus modis vexare cogitavit, quoniam ejus insulæ habitatores, pietatem a patribus suis traditam servantes, recusabant cum ejus impietate communicare. Ita- F que Cypri sedem sanctissimam, et a principio inde usque ab Apostolorum tempore liberam, ipse arripere et sibi subjicere aggressus est, idque ad Imperatorem retulit; falsum deferens ac dicens: Quoniam verbum Dei ab urbe Antiochia ad Cyprum insulam manavit, ob id Cypri Ecclesiam sub Antiochenæ Sedis Patriarcha esse oportet, quandoquidem Apostolica et Patriarchica Sedes est. Hæc ille, rectæ fidei et sententiæ desertor, contendebat; cum tamen non ignoraret ea, quæ in urbe Epheso sancta illa Synodus, *i* Cyrillo præsidente, definierat, a se violari atque corrumpi.

conatur Cyprum sibi subjicere

contra decretum Synodi Ephesinæ,

ANNOTATA D. P.

a *Obiit* Marcianus *an.* 437, 26 *Januarii, et cum S. Pulcheria uxore virgine colitur a Græcis* 17 *Februarii.*

b *Obiit* Leo *an.* 474 *mense Januario, uxorem autem habuit* Ariadnem, *filiam Leonis.*

c *De* Acœmetorum *instituto, late per Orientem diffuso, prolixe tractat Henschenius ad* 15 *Januarii, ante Vitam S. Alexandri Fundatoris, qui seculo* 4 *circa Euphratem primum hujus generis monasterium erexit; unde tam alia plura, tam celeberrimum Studii monasterium Constantinopoli fluxit; obiit autem circa an.* 430.

d *Theodorus Lector ait,* Petrum *factum Presbyterum templi S. Bassæ Martyris, quod Chalcedone est, ubi fuerat Concilium celebratum an* 451 *contra Eutychetem, qui non nisi unam in Christo naturam agnoscebat, divinam scilicet, quæ humanam quasi absorbuisset: ita scilicet is in alteram extremorum declina-*

bat

INTERP. SIBI ETO.

A *bat, quo Nestorius, anno* 31 *in Epheso damnatus, sustinuerat propter duas in Christo naturas, duas etiam personas dicendas, adeoque dici non debere* Deiparam.

e *An.* 47, *id factum ostendit Baronius, Patriarcham autem tunc fuisse* Martyrium; *qui expulso Petro restitutus, ultro se abdicavit, suffectusque ei* Julianus *fuit, Juliano* Stephanus, *anno* 479 *ab hæreticis Petri sequacibus interfectus; et huic successit* Stephanus *alter; ac denique an* 482 Calendion, *de quo mox.*

f *Anno* 483, *in Concilio Constantinopolitano et Romano. Sed hæc diu postea; præcessit enim Petri depositio et restitutio, de qua mox infra.*

g *Anno* 344, *ad quem Baronius totam rem præclare exponit: dum autem hunc Hymnum oppositum, dicit Auctor* novitati, nuper ab hæreticis excogitatæ *manifeste ostendit, se vixisse et scripsisse, circa confinia seculi* 5 *et* 6. D

h *Invasit tyrannidem* Basiliscus *anno* 476, *eaque excidit anno mox sequenti: non tamen statim restitutus est Petrus, ut patet ex dictis.*

i *Causa hæc ventilata est tota Sessione* VII *istius Synodi, et definita, sicut in Actis videre est, in favorem Cypriorum.*

CAPUT QUARTUM.

Inventio corporis S. Barnabæ, et hujus exinde celebris cultus.

XXIX *Anthemio Episc. adire CP timenti,*

Sed pietatis præco et sanctissimus Apostolus Barnabas, patriæ suæ opportuno tempore subveniens, illius Petri stultitiam vel malitiam potitus redarguit. Cum enim Episcopus Salaminæ jussus fuisset ad B regiam urbem se conferre, et adversus Antiochenos coram Patriarcha causam dicere; præ timore torpescebat, Fullonis illius insidias suspectas habens. Erat tunc Salamina urbis Episcopus Anthemius vir cum primis admirabilis, quod ad rectam fidem et vitæ innocentiam pertineret; sed ad disputationem cum adversariis sustinendam, parum valebat. Cum igitur ancipiti cogitatione fluctuaret, neque certum haberet quid ageret, num videlicet Constantinopolim proficisci deberet, necne; nocte in somnis adstitit illi quidam, divinam quamdam speciem præ se ferens, et luminis splendore multo effulgens, lucidaque veste indutus, ac sacro habitu decorus; qui et hæc dixit: Cur ita tristis es nunc, Episcope? Quomodo tantus iste torpor te corripuit? Cur vultus tuus ita concidit? Nihil mali ab adversariis tuis patieris

S. Barnabas apparet eumque animat,

Ἀλλ᾽ ὁ κήρυξ τῆς εὐσεβείας ἁγιώτατος ἐν Ἀποστόλοις Βαρνάβας ἐλέγξεν αὐτοῦ τὸ ἀνόητον, ἐν καιρῷ τῆς πατρίδος γενόμενος ἀντιλήπτωρ. Τοῦ γὰρ Ἐπισκόπου τῆς Σαλαμινέων κελευσθέντος καταλαβεῖν τὴν βασιλεύουσαν, καὶ ἐπὶ τοῦ οἰκουμενικοῦ Πατριάρχου κριθῆναι πρὸς τοὺς ἐξ Ἀντιοχείας, ἀπενάρκωθη τῷ φόβῳ, ὑφορώμενος τὰς τοῦ Κναφέως συσκευάς. Ἀνθέμιος δὲ ἦν ὁ θαυμάσιος οὗτος, τὰ μάλιστα ὀρθοδοξότατος, καὶ βίῳ ἀκηλιδώτῳ λελαμπρυσμένος, ὀλίγιστος δὲ πρὸς διάλεξιν τῶν ἀντιδικαζομένων. Ἀμφιγνοοῦντι τοίνυν καὶ ἀποροῦντι περὶ τῆς ἀποδημίας, νύκτωρ ἐπιστατεῖ τις αὐτῷ καθεύδοντι ἐν ἰδιάζοντι τόπῳ, ἀγγελικὸν ἔχων τὸ πρόσωπον, καὶ φωτὸς μαρμαρυγὰς ἀπαστράπτων, στολὴν ἐκ φωτὸς ἠμφιεσμένος καὶ ἱεροπρεπῶς ἀναβεβλημένος, καί φησι πρὸς αὐτόν· Τί οὕτω λελύπησαι, Ἐπίσκοπε; καὶ τίς ἡ περί σε αὕτη ῥαθυμία, καὶ ἵνα τί συνέπεσέ σου τὸ πρόσωπον; οὐδὲν πείσῃ δεινὸν ὑπὸ τῶν ἀντιδίκων· καὶ ταῦτα εἰπὼν ἀπέστη ἀπ᾽ αὐτοῦ. E

30 Hæc cum dixisset, ab Anthemio discessit. Qui experrectus, et timore perterritus in faciem se prostravit, et multis lacrymis Deum ita precatus est: Domine Jesu Christe, fili Dei vivi, adjuva Ecclesiam hanc. Scio autem, quod illam adjuvas. Si visio hæc a te profecta est, fac, quæso, ut eadem C iterum ac tertio mihi ostendatur, ut te mecum esse certo scire possim. Interea Episcopus ille divinis precibus attentius vacabat, ab omnium hominum congressione remotus. Nocte autem, quæ deinceps consecuta est, cum adstitisset idem ille vir, eadem forma et habitu, quo antea visus fuerat: Jam, inquit, tibi dixi, nihil mali te passurum ex iis, quæ tibi adversarii minantur. Nihil igitur suspicans, prompto animo ad urbem Constantinopolim venias. Hæc cum dixisset; discessit. Episcopus vero rursus Domino gratias egit, neque quidquam alicui dixit, sed expectabat tamen revelationem tertiam. Nocte igitur consequente idem vir apparuit, qui gravius eum increpans: Quousque, inquit, non vis credere verbis meis, quæ diebus his complenda sunt? Proficiscere in urbem regiam prompto et alacri animo: illinc enim cum gloria reverteris, neque quidquam mali ab adversariis passus fueris, cum Deum ipsum, propter me servum suum, tui propugnatorem habeas.

XXX *iterumque ac tertio,*

39 Ἔξυπνος δὲ γενόμενος ὁ Ἐπίσκοπος μετὰ φόβου, ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον μετὰ πολλῶν δακρύων, καὶ ἐδέετο τοῦ Θεοῦ λέγων· Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ, υἱὲ τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, φεῖσαι τῆς δὲ τῆς ἐκκλησίας· οἶδα δὲ ὅτι φείδῃ· καὶ εἰ παρά σου γέγονεν ἡ ὀπτασία αὕτη, καταξίωσον δευτερῶσαί μοι καὶ τρισσῶσαι τὴν ὅρασιν, ἵνα πληροφορηθῶ, ὅτι σὺ μετ᾽ ἐμοῦ εἶ. Ἐν τούτῳ σπουδαιοτέρως ἐνέγρετο τῇ προσευχῇ, μηδενὶ συντυγχάνων· τῇ δὲ ἐπιούσῃ νυκτὶ πάλιν ἐπίσταται αὐτῷ ὁ αὐτὸς ἀνὴρ ἐν τῇ αὐτῇ ἰδέᾳ καὶ ἐν τῷ αὐτῷ σχήματι, λέγων πρὸς αὐτόν· Εἶπόν σοι ἤδη, ὅτι οὐδὲν τῶν ἀπειλουμένων σοι συμβήσεται· βαῖνε τοίνυν προθύμως ἐπὶ τὴν βασιλίδα, μηδὲν ὑφορώμενος· καὶ ταῦτα εἰπὼν ἀνεχώρησεν. Ἀναστὰς δὲ πάλιν ηὐχαρίστησε τῷ Κυρίῳ μηδὲν λαλήσας μηδενί. Ἐξεδέχετο δὲ καὶ τὴν τρίτην ὅρασιν· καὶ τῇ ἐπερχομένῃ νυκτὶ ἐπέστη αὐτῷ ὁ αὐτὸς ἀνήρ, ἐμβριθέστερον λέγων πρὸς αὐτόν· Ἕως τίνος οὐ πιστεύεις τοῖς λόγοις μου, οἵτινες πληρωθήσονται ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις; Βάδιζε προθύμως τὴν βασιλίδα, καὶ μετὰ δόξης ὑποστρέψεις εἰς τὸν θρόνον σου· οὐδὲν πείσῃ δεινὸν ὑπ᾽ αὐτῶν, Θεοῦ ὑπερασπίζοντός σου δι᾽ ἐμοῦ τοῦ δούλου αὐτοῦ. F

et indicat quo loco inventurus sit suum corpus

40 Tunc Episcopus os suum aperiens, Quæso, inquit, Domine mi, dic: Quis hæc mecum loqueris? Tum ille ait: Ego sum Barnabas, discipulus Domini nostri Jesu Christi, segregatus a Spiritu sancto, ut una cum Paulo Apostolo electionis vase munus Apostolicum inter Gentes exercerem. Hujus

40 Ἀπεκρίθη ὁ Ἐπίσκοπος, τοῦ στόματος αὐτοῦ ἀνοιχθέντος, Σὺ γὰρ τίς εἶ, Κύριέ μου, ὁ ταῦτα λαλῶν πρὸς ἐμέ; Ὁ δέ, Ἐγώ εἰμι, φησι, Βαρνάβας, ὁ μαθητὴς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ὁ ἀφορισθεὶς ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος εἰς ἀποστολὴν ἐθνῶν, μετὰ Παύλου τοῦ Ἀποστόλου τοῦ σκεύους τῆς ἐκλογῆς.

τοῦτό

A τοῦτό σοι ἔστω τὸ σημεῖον· Πορεύου, φησίν, ἔξω τῆς πόλεως κατὰ δυσμὰς ἀπὸ σταδίων πέντε, εἰς τὸν τόπον τὸν λεγόμενον τῆς Ὑγιείας· δι᾽ ἐμοῦ γὰρ ἐνεργεῖ ὁ Θεὸς τὰ θαύματα ἐν τῷ τόπῳ ἐκείνῳ· καὶ ὄρυξον ἐπὶ τὴν κερατέαν, καὶ εὑρήσεις σπήλαιον, καὶ λάρνακα ἐν αὐτῷ· ἐκεῖ μου τὸ πᾶν σῶμα ἀπόκειται, καὶ εὐαγγέλιον ἰδιόχειρον, ὃ ἐξέλαβον ἀπὸ Ματθαίου τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου καὶ Εὐαγγελιστοῦ· καὶ ἐπειδὴ οἱ ἀντίδικοί σου δικαιολογοῦσιν ἄνω καὶ κάτω, λέγοντες, ὅτι Ἀποστολικός ἐστιν ὁ θρόνος Ἀντιοχείας, ἀντιδικαιολόγησον καὶ σὺ πρὸς αὐτοὺς λέγων, Ὅτι καὶ ὁ ἐμὸς θρόνος Ἀποστολικός ἐστι, καὶ Ἀπόστολον ἔχω ἐν τῇ πατρίδι μου.

41 Ταῦτ᾽ εἰπὼν ἀπῆλθε· καὶ ἀναστὰς ὁ Ἐπίσκοπος καὶ προσκυνήσας τῷ Κυρίῳ, συνήγαγε πάντα τὸν κλῆρον καὶ τὸν φιλόχριστον λαόν, καὶ ἐξῆλθε μετὰ σταυροφανίας εἰς τὸν τόπον τὸν δειχθέντα αὐτῷ μετὰ πολλῆς παρασκευῆς· καὶ ποιήσας εὐχήν, ἐκέλευσεν ὀρυγῆναι τὸν τόπον· καὶ μικρὸν ὀρύξαντες, εὗρον σπήλαιον πεφραγμένον ἐν λίθοις· καὶ τούτους ἀποκυλίσαντες, εὗρον τὴν σορόν· καὶ ταύτην ἀποσκεπάσαντες, εὗρον τὸ τίμιον λείψανον τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου Ἀποστόλου Βαρνάβα, πνέον εὐωδίαν χάριτος πνευματικῆς· εὗρον δὲ καὶ τὸ
B Εὐαγγέλιον ἐπὶ τὸ στῆθος αὐτοῦ κείμενον· καὶ σφραγίσαντες τὴν σορὸν μολίβδῳ, καὶ ποιήσαντες εὐχὴν καὶ προσκυνήσαντες ἀνεχώρησαν, τοῦ Ἐπισκόπου καταστήσαντος ἐν τῷ τόπῳ ἄνδρας εὐλαβεῖς, ἑσπεριναῖς καὶ αἰξεωθιναῖς ὑμνῳδίαις τὸν Θεὸν δοξολογεῖν.

42 Αὐτὸς δὲ παραλαβὼν τῶν Ἐπισκόπων τοὺς ἐπισήμους, ὥρμησεν ἐπὶ τὴν βασιλίδα, καὶ κατήχθη ἐν τῷ Ἐπισκοπείῳ. Καὶ ἐγνώσθη τῷ Βασιλεῖ ἡ παρουσία αὐτοῦ· καὶ ἐπέτρεψε τῷ Πατριάρχῃ διακοῦσαι μετὰ τῆς ἐνδημούσης συνόδου τὰ μεταξὺ τῶν μερῶν, καὶ τὸ παριστάμενον διαλλάξαι. Τοῦ δὲ συνεδρίου συγκροτηθέντος, καὶ τῆς ὑποθέσεως κινηθείσης, οἱ ἐξ ἐναντίας χρώμενοι ὡς ᾤοντο τοῖς ἑαυτῶν δικαίοις, ἔλεγον, Ὅτι Πατριαρχικός ἐστιν ὁ τῆς Ἀντιοχέων καὶ Ἀποστολικὸς θρόνος· καὶ δὴ τὰς ἄλλας ἐπαρχίας εἶναι ὑπ᾽ αὐτόν. Ἐδόκουν δὲ τοῖς παροῦσιν εὔλογα λαλεῖν. Ὁ δὲ μακάριος Ἀνθέμιος μικρὸν ἐπισχών, ἀνθυπήνεγκε λέγων, Ἀλλὰ καὶ ὁ ἐμὸς θρόνος Ἀποστολικός ἐστιν ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς, καὶ ἐλευθερίᾳ τετιμημένος ἐστί· καὶ Ἀπόστολον ὁλόσωμον ἔχω ἐν τῇ πατρίδι μου, τὸν ἐν ἁγίαις εὐφημίαις Βαρνάβαν τὸν τρισμακάριον. Τούτου λαληθέντος, οὐκέτι ἦν τόπος, τῶν Ἐπισκόπων κυρωσάντων σιωπῇ τὸν λόγον, καὶ οἱ ἐξ ἐναν-
C τίας ἐσιώπησαν μετ᾽ αἰσχύνης ἔννεοι, τὸ εὔλογον τῆς ἀποκρίσεως ἐκπληττόμενοι.

43 Ταῦτα μαθὼν ὁ βασιλεύς, μεταπεμψάμενος μετὰ σπουδῆς τὸν Ἐπίσκοπον Κύπρου, ἐπυνθάνετο περὶ τῆς ἀποκαλύψεως τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου Βαρνάβα. Ὁ δὲ μηδὲν μελλήσας λέγειν, καὶ μηδέν, ἤ τι τοιοῦτος τοῦ ἀληθοῦς ἀποκρύψαι, πάντα καθεξῆς διηγήσατο τῷ Βασιλεῖ· ὁ δὲ ἀκούσας, ἐχάρη, λίαν θαυμάζων ἐπὶ τῇ τοῦ Θεοῦ πλουσίᾳ χάριτι, ὅτι ἐν τοῖς χρόνοις τῆς βασιλείας αὐτοῦ τηλικοῦτον θαῦμα ἐποίησεν ὁ Θεός. Τότε ἀπεσόβησεν ἀπ᾽ αὐτοῦ τὸν Ἀντιοχείας Ἐπίσκοπον, κελεύσας τοῦ λοιποῦ τὸ παράπαν μὴ παρενοχλεῖσθαι τὸν Ἐπίσκοπον Κύπρου, ἕνεκεν τῆς ὑποθέσεως ταύτης· Τότε παρακαλεῖ τὸν μακάριον Ἀνθέμιον τὸν Ἐπίσκοπον λέγων· Ἐπειδὴ ἐν τοῖς χρόνοις τῆς ἁγίας σου ἱεραρχίας, ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ηὐδόκησεν ἀποκαλύψαι τὸν ἅγιον αὐτοῦ Ἀπόστολον Βαρνάβαν, κέλευσον ἐνταῦθα μοι τὸ τάχος ἀνακομισθῆναι τὸ εὑρεθὲν εὐαγγέλιον, χαριζόμενός μοι ἐν τούτῳ τῷ τέκνῳ σου χάριν ὅτι μάλιστα πλείστην· ἕξεις γὰρ κἀμὲ ἀπὸ τοῦ νῦν εἰς πάντα ὑπακούοντα τῇ σῇ πατρωσύνῃ.

rei signum hoc habeas: Egredere extra urbem Occidentem versus stadiis quinque, in eam regionem, quæ Sanitatis locus appellatur (Per me enim Deus ipse in loco illo miracula efficit) et sub arbore Siliqua effodias: speluncam enim atque arcam invenies, quoniam illic totum corpus meum conditum est, et Evangelium manu propria scriptum, quod a sancto Apostolo et Evangelista Matthæo a excepi. Quoniam vero adversarii tui, sursum et deorsum miscentes omnia, et jura quædam objicientes, tecum disceptant, Antiochiæ sedem Apostolicam esse contendentes; et tu contra jus tuum illis opponas; Et mea, inquiens, sedes Apostolica est: nam et Apostolum habeo in patria mea. His dictis, Barnabas discessit.

D
EX MS. VATIC.
a

41 Episcopus vero experrectus, Deum adoravit, totoque clero et populi Christi amantissimo congregato, exiit in eum locum, quem per revelationem didicerat, multo apparatu et Cruce ipsa prælata. Cumque preces ad Deum misisset, jussit locum effodi: quem postquam paulum fodissent, invenerunt speluncam lapidibus obstructam. Illis autem sublatis, apparuit arca illa: qua detecta, invenerunt venerandas sancti et venerabilis Apostoli Barnabæ reliquias, suavem gratiæ spiritualis odorem spirantes; invenerunt etiam Evangelium supra Barnabæ pectus impositum. Illam vero arcam plumbeo sigillo munierunt: cumque Deum precati essent et adorassent, discesserunt; viris religiosis in loco illo ab ipso Episcopo constitutis, qui vespertinis et matutinis hymnis Deum collaudarent.

XXXI
Ex corpore
E

42 Ille igitur, insigniores Episcopos secum habens, venit in urbem regiam Constantinopolim, et ad Patriarchæ b domum deductus est. De cujus adventu cum Imperator audivisset, Patriarchæ ipsi mandavit, ut cum Synodo quæ illuc convenerat, omnium partium controversiam audiret, et quod illi videretur decerneret. Coacto igitur Concilio, cum causa illa tractaretur, adversarii afferebant sua jura, ut sibi videbantur, quod Antiochena Sedes Apostolica et Patriarchia Sedes esset; ob idque contendebant et alias provincias sibi subjectas esse debere. Hæc cum assererent, iis, qui præsentes erant, rationi consentanea dicere videbantur. Beatus vero Anthemius paulum moratus, contra objiciens: Et mea, inquit, Sedes Apostolica fuit, inde usque a principio, et libertate honorata; qui et Apostolum habeo in patria mea integro corpore constantem, beatissimum, inquam, illum Barnabam, sanctarum laudum præconiis celeberrimum. Hoc cum Anthemius opposuisset, nihil loci adversariis relictum est: cum Episcopi, qui præsentes erant, Anthemii orationem silentio confirmassent. Adversarii vero ipsi rubore perfusi, muti remanserunt, responso illo tam justo perculsi.

Regiam adit,
b
XXXII
F
et causam obtinet

43 Hæc cum Imperator audivisset, Episcopum Cypri ad se accersiri jussit, et de revelatione sancti Apostoli Barnabæ diligenter ab eo quæsivit. Ille nihil ex his, quæ vera cognoverat, occultavit; sed ordine rem omnem Imperatori narravit: qui hæc audiens, valde gavisus est, divinæ gratiæ divitias admirans, quod Imperii sui temporibus tantum miraculum a Deo factum cognosceret. Tunc Antiochenæ urbis Episcopum illinc expulit, et jussit, ut in posterum Cypri Episcopo, quod ad eam causam pertinebat, nihil omnino molestus esset. Beatum vero Anthemium Episcopum ita rogavit: Quoniam sancti Pontificatus tui temporibus Domino nostro Jesu Christo placuit, sanctum suum Apostolum Barnabam revelare; jube, quæso, celeriter Evangelium illud, quod inventum est, nobis afferri. Id si feceris, mihi filio tuo gratissimum erit: habebis enim et meipsum posthac tibi, Pater, in omnibus obtemperantem.

XXXIII
Imperator Evangelium Matthæi [illegible] petit

44

A 44 Assensus est ejus petitioni Episcopus, et quemdam ex iis, quos secum habebat, una cum fidelissimo Imperatoris ministro Episcopum misit, qui Evangelium illud in urbem Constantinopolim attulerunt. Erant autem libri tabellæ thyinis lignis compositæ. Evangelium illud Imperator in manus sumpsit, et deosculatus est, auroque multo exornatum in palatio suo reposuit; ubi ad hodiernum usque diem servatur, et in magna quinta Paschæ feria quotannis in palatii oratorio Evangelium ex eo libro recitatur: Episcopum vero Anthemium magnis honoribus prosecutus, pecuniis multis donatum, ad insulam Cyprum remisit; eique mandavit, ut sancto Apostolo Barnabæ templum in eo loco erigeret, ubi venerandæ ipsius Reliquiæ inventæ fuerant: multi autem ex Optimatium numero, pro illius templi ædificatione, pecuniam contulerunt.

INTERP. SIBI LEGIT et jubet S. Barnabæ templum erigi

45 Ille igitur in Cyprum reversus, multos artifices atque operarios collegit, et ædificationi non mediocri operam dedit, et Apostolo Barnabæ templum valde magnum, tum ædificio, tum multo et vario ornatu insigne, construxit. Ad eam vero templi partem quæ ad Libyam spectat, aulam quandam composuit, quatuor porticus habentem: et cellas hinc atque illinc e regione sibi oppositas in aula construxit, ut qui divina Officia in templo illo Monachi celebrarent, in illis cellis habitare possent. Quin etiam e longinqua regione aquæ ductum derivari fecit, et in medio atrio concham quamdam pulcherrimam construxit, in quam aqua illa deflueret; ut tam qui eo in loco habitabant, quam qui peregre venissent, abunde aquis illis frui possent. Multa etiam alia hospitia illic ædificavit, in quibus peregrini et hospites recreari possent; ita ut qui locum illum vidisset, parvæ alicujus et jucundæ urbis figuram videre sibi visus esset.

XXXIV Episcopus pulcherrimum condit cum monasterio et hospitali.

B

46 Dein arcam illam, in qua Barnabæ Apostoli reliquiæ conditæ erant, in dextera sacræ aræ parte collocavit, qui locus multo argento et marmoreis columnis ornatus erat. Diem vero festum, quo beati Apostoli et generosi Martyris Barnabæ memoria celebraretur, Patres agi per singulos annos constituerunt, tertio Idus Junii, ut Romani numerant: ut vero Cyprii Constantienses, die undecimo ejus mensis, qui ab illis dicitur Mesores, et decimus numeratur; ut autem Asiani homines, vel Paphii numerant, decimonono mensis, qui Plthypatus dicitur, et nonus numeratur. Hoc igitur anni tempore in eum locum, quem supra diximus, gentes plurimæ conveniunt, et divina officia concelebrant in gloriam Patris, Filii, et Spiritus sancti, cui debetur gloria in secula seculorum, Amen.

festum 11 Junii.

C

47 Reliquiarum sancti Apostoli Barnabæ revelatio ita se habuit, ut diximus. Quæ vero miracula quotidie a sanctissimo ipsius sepulcro abunde proficiscuntur, ea siquis conscribere velit, ne multis quidem voluminibus (ut opinor) illa complecti poterit. Nos igitur ad eorum, quæ supra diximus, memoriam redeuntes, virum hunc, pietatis causa omnibus certaminibus egregie functum, ob idque cælesti corona donatum, hymnis divinis prosequamur; et eumdem beatum prædicantes, laudum præconiis celebremus. Hic enim, tamquam oliva quædam fructifera, in domo Dei plantatus, quotidie fructus suavem odorem spirantes Deo ipsi offert. Hic Imperatorum gloria, Sacerdotum jucunditas, Populorum exultatio, eorum qui angustiis premuntur consolatio, afflictorum perfugium ac recreatio, desperatorum spes atque adjutor, peregrinorum requies, ægrotantium medicina, sanorum custos, spiritualium gratiarum fons, Ecclesiæ murus, orthodoxorum firmamentum, fidelium hominum propugnatio, totius orbis terrarum decus.

XXXV Miracula innumera ad sepulcrum ejus. Egregia illius epitheta.

44 Ἐπινεύσας δὲ ὁ Ἐπίσκοπος ἀπέστειλεν ἕνα τῶν σὺν αὐτῷ Ἐπισκόπων, μετὰ πιστοτάτου ἀνθρώπου τοῦ Βασιλέως· καὶ λαβόντες τὸ Εὐαγγέλιον ἀνήγαγον ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἔχον ἐκ θυΐνων ξύλων τὰ πτύχια. Λαβὼν δὲ ὁ Βασιλεὺς, καὶ καταφιλήσας, καὶ χρυσίῳ κοσμήσας, ἀπέθετο ἐν τῷ Παλατίῳ, καὶ μέχρι τῆς σήμερον φυλάττεται. Ἐν γὰρ τῇ μεγάλῃ πέμπτῃ τοῦ Πάσχα, καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν, ἐν αὐτῷ ἀναγινώσκουσι τὸ Εὐαγγέλιον ἐν τῷ εὐκτηρίῳ τοῦ Παλατίου. Τὸν δὲ Ἐπίσκοπον μεγάλως ὁ Βασιλεὺς τιμήσας, ἀπέλυσεν αὐτὸν ἐπὶ τὴν Κύπρον μετὰ χρημάτων πολλῶν καὶ κελεύσεως, ἐντειλάμενος αὐτῷ ἐγεῖραι ναὸν τῷ ἁγίῳ Ἀποστόλῳ Βαρνάβᾳ, ἐν τῷ τόπῳ, ἔνθα εὑρέθη τὸ τίμιον αὐτοῦ λείψανον· πολλοὶ δὲ τῶν μεγιστάνων δεδώκασιν αὐτῷ χρήματα εἰς τὴν οἰκοδομὴν τοῦ ναοῦ. D

45 Ὁ δὲ καταλαβὼν τὴν Κυπρίων, καὶ συναγαγὼν πλῆθος τεχνιτῶν καὶ ἐργατῶν, οὐ παρέργως εἴχετο τῆς οἰκοδομῆς· ἀλλ' ἤγειρεν ναὸν τῷ Ἀποστόλῳ παμμεγέθεστατον, λαμπρὸν τοῖς μεγαλείμασι, λαμπρότερον τῇ ποικιλίᾳ τῆς διακοσμήσεως, ἐμβόλοις ἔσωθεν κύκλῳ περιεσφιγμένον. Κατὰ δὲ τὸ κλίτος τοῦ ναοῦ τὸ πρὸς Λίβα, ἐποίησεν αὐλὴν μεγάλην, τέσσαρας στοὰς ἔχουσαν· καὶ οἰκίσκους ἔνθεν καὶ ἔνθεν τῆς αὐλῆς οἰκοδομήσας, καταμένειν ἐν αὐτοῖς προσέταξε τοὺς τὰς θείας λειτουργίας ἐν τῷ ναῷ ἐπιτελοῦντας, λειτουργοῦντας μοναχούς· τὸν δὲ ὑδραγωγὸν ἐνέγκας ἀπὸ μακρόθεν, ἀναβλύσαι πλουσίως πεποίηκεν ἐν μέσῳ τῆς αὐλῆς, ὑδροχεῖον κάλλιστον οἰκοδομήσας, ὅπως οἱ παροικοῦντες ἐν τῷ τόπῳ καὶ οἱ ξένοι ἔχωσιν ἀφθόνως τὴν τοῦ ὕδατος ἀπόλαυσιν· πολλὰς δὲ καὶ ἑτέρας ξενίας οἰκοδόμησε τῷ τόπῳ, εἰς ἀνάπαυσιν τῶν ἐπιδημούντων ξένων· καὶ ἦν ἰδεῖν ἐκεῖνον τὸν χῶρον τῇ ὡραιότητι μιμούμενον μικράν τινα πόλιν καὶ τερπνὴν λίαν. E

46 Τὴν δὲ ἁγίαν Ἀποστόλου θήκην ἀπέθετο ἐκ δεξιῶν τοῦ θυσιαστηρίου, ἀργυρίῳ ἱκανῷ καὶ μαρμάροις κατακοσμήσας τὸν τόπον· τὴν δὲ ἡμέραν τῆς ἐνδόξου μνήμης τοῦ τρισμακαρίου Ἀποστόλου καὶ γενναίου Μάρτυρος Βαρνάβα, ἐδικαίωσαν γίνεσθαι καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν, κατὰ μὲν Ῥωμαίους τῇ πρὸ τριῶν εἰδῶν Ἰουνίων, κατὰ δὲ Κυπρίους Κωνσταντιεῖς μηνὶ Μεσωρεῖ, τοῦ καὶ δεκάτου ια', κατὰ δὲ Ἀσιανοὺς ἤτοι κατὰ Παφίους μηνὶ Πλησυπάτῳ, τοῦ καὶ ἐννάτου ιθ', συναγόμενοι καὶ τὰς πνευματικὰς ἐπιτελοῦντες λειτουργίας, εἰς δόξαν τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὅτι αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

F

47 Ἡ μὲν οὖν ἀποκάλυψις τῶν λειψάνων τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου Βαρνάβα, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. Τὰ δὲ ἐκ τῆς ἁγίας αὐτοῦ θήκης ἀναβλύοντα καθ' ἑκάστην θαύματα, εἴ τις θελήσει ἀπογράψαι, οὐδὲ ὁ πᾶς αὐτῷ ὡς οἶμαι ἐπαρκέσειεν χάρτης. Ἡμεῖς δὲ ἐπὶ τὴν τῶν προλαβόντων μνήμην ἀναδραμόντες, τοῦτον τὸν πένταθλον τῆς εὐσεβείας ἀγωνιστὴν καὶ στεφανίτην ἀνυμνήσωμεν, μακαρίσωμεν, εὐφημήσωμεν· οὗτος γὰρ ὡς ἐλαία κατάκαρπος ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ πεφυτευμένος, καρποὺς εὐωδίας καθ' ἑκάστην τῷ Θεῷ προσφέρει· οὗτος βασιλέων δόξα, καὶ Ἱερέων εὐφροσύνη, λαῶν ἀγαλλίαμα· οὗτος θλιβομένων παράκλησις, καταπονουμένων ἀντίληψις, ἀπηλπισμένων ἐλπὶς, ἀπεγνωσμένων βοήθεια, ξένων παραμυθία, νοσούντων ἰατρεία, ὑγιαινόντων φύλαξ, πηγὴ χαρισμάτων πνευματικῶν, ἐκκλησίας τεῖχος, ὀρθοδόξων στήριγμα, πιστῶν ὀχύρωμα, καύχημα πάσης τῆς οἰκουμένης.

A 48 Ἀλλὰ σοῦ μὲν ὁ ἔπαινος, ὦ πανόλβιε καὶ τρισμακάριε Ἀπόστολε Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν Βαρνάβα, πάντα νοῦν καὶ λόγον ἀνθρώπων ὑπερβάλλει· τῆς δὲ ἡμετέρας πτωχείας τὴν εὐγνωμοσύνην ὅμως ἀποδεξάμενος, πρέσβευε ὑπὲρ ἡμῶν, πρὸς ὃν ἠγάπησας Χριστὸν τὸν μονογενῆ υἱὸν καὶ λόγον τοῦ Θεοῦ, ὅπως ῥύσηται ἡμᾶς ἐκ τοῦ ἐνεστῶτος αἰῶνος πονηροῦ, καὶ δῴη ἡμῖν ἄφεσιν ἁμαρτιῶν εὑρεῖν, καὶ ἔλεος καὶ οἰκτιρμοὺς ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ τῇ φοβερᾷ, ὅταν ἔλθῃ κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς.

48 Ceterum tot et tantæ sunt, beatissime Apostole Jesu Christi Barnaba, laudes tuæ, ut omnium hominum mentem atque orationem superent. Nihilominus tamen nostri sermonis paupertatem exiguam illam quidem, sed promptam certe, acceptam habens, pro nobis apud eum, quem dilexisti, Christum, unigenitum Dei Filium et Verbum, intercedere non graveris, ut ille a præsenti et laborioso hoc seculo nos eripiat, nobisque concedat, ut remissionem peccatorum, clementiam et misericordiam multam assequamur, in illo die terribili, cum venerit judicare vivos et mortuos.

D

a In MS. Vatic. Auctor invocat S. Barnabam,

b sibi ipsi,

49 Τὸν δὲ τὸν διάδοχον τὸν διέποντα τὸν ἅγιόν σου θρόνον, τὸν σύμφρονα τῆς σῆς ἀκλινοῦς πίστεως, τὸν γνήσιον ὑποφήτην τῆς σῆς ὀρθοδοξίας, τὸν μιμητὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, τὸν ποιμένα καὶ πατέρα ἡμῶν καὶ ἱεράρχην, τὸν παρόντα καὶ νῦν καὶ φαιδρύνοντα τὴν ἁγίαν σου μνήμην, ἱκέτευε ἐκτενῶς τὸν Θεὸν, φυλαχθῆναι τῷ ἁγιωτάτῳ θρόνῳ, ἐν πολλαῖς ἐτῶν ἀνακυκλώσεσιν, ὑγιαίνοντα καὶ ποιμαίνοντα ἐν εἰρήνῃ τὸν λαὸν αὐτοῦ, τὸν ἐν πάσῃ ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ ὀρθοτομοῦντα τὸν λόγον τῆς ἀληθείας.

49 Tuum vero successorem, qui sanctam Sedem tuam gubernat, firmam atque immobilem, cujus et tu propugnator fuisti, fidem eodem sensu tuentem, orthodoxæ veritatis legitimum et verum doctorem, Salvatoris nostri imitatorem, pastorem et patrem nostrum, qui præsens est, et sanctam tui memoriam illustrem repræsentat, Deum exora, ut multis annorum circulis in sanctissima tua Sede conservet valentem, et populum ipsius in pace et tranquillitate regentem, qui et veritatis doctrinam omni cum sanctitate et justitia dirigat.

c et Archiepiscopo Salaminæ :

B 50 Τῆς δὲ πατρίδος σου πάσης φρόντισον, ὡς πάντοτε καὶ νῦν, ταῖς σαῖς ἁγίαις εὐχαῖς φυλάττων αὐτὴν ὑπὸ παντὸς κακοῦ, καὶ ἀπὸ σκανδάλων ἐργαζομένων τὴν ἀνομίαν· ἵνα εἰρηνικῶς, σωφρόνως τε καὶ εὐσεβῶς ζήσωμεν ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, προσδεχόμενοι τὸ ἔλεος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς ζωὴν αἰώνιον, ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ οἰκτιρμοῖς καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ δόξα, σὺν τῷ παναγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

50 Te insuper oramus, ut qua cura patriam tuam semper prosecutus es, eadem et nunc illam prosequaris, eamque tuis sanctis apud Deum precibus custodias, et a scandalis operantium iniquitatem eripias, ut in pace, modestia, ac pietate vitam in hoc seculo ducamus; et misericordiam Domini nostri Jesu Christi expectantes, ad æternam illam vitam pervenire possimus, cujus nos Christi omnes participes fieri optamus, gratia, misericordia et benignitate Domini nostri Jesu Christi; cui gloria sit, Patrique et sancto Spiritui, nunc et semper, et in secula seculorum. Amen.

E

d totique patriæ

ANNOTATA D. P.

a *Nativus verborum sensus videtur esse, quod* Barnabas *Evangelium, primitus Hebraice editum, propria manu exceperit ex ore ipsiusmet sancti Matthæi, illud Græce dictantis, et secum tulerit; sicut etiam fecisse dicitur S. Bartholomæus : plures forsitan alii, uno eodemque tenore et tempore, citra ullam differentiam; quæ inveniri deberet, si quisque suo marte proprium sibi versionem fecisset, cujus differentiæ nullam uspiam extat indicium. Atque hinc factum sit, ut alii*
C *Jacobum, alii Joannem, alii etiam Lucam, vel Paulum interpretem fecerint; prout scilicet quæque Ecclesia Evangelium legebat, ex hujus vel illius Apostoli autographo.*

b Acacius *hic fuit, jam inde ab anno* 472, *per annos* 17 *Patriarcha CP. hæreticorum occultus fautor, deinde palam professus errorem Eutychetis, cum eoque damnatus in Synodo Romana an.* 484.

c *Atqui tam Triodion quam Typicon Græcorum* Evangelium secundum Matthæum *tali feria legendum præscribunt : merito igitur librario sphalmati imputat Tillemontius, quod Menæa excusa ex usque Maximus Cytherorum Episcopus dicant,* Evangelium Marci *inventum supra pectus* Barnabæ. *Istud vero etiam probat præclarum istud Constantinopolitanæ alicujus ecclesiæ Synaxarium, in nostro Parisiensi Collegio asservatum, scriptum in Membranis ante tria vel quatuor secula; ubi elogium Barnabæ contexitur : totum iisdem quibus Menæa excusa utuntur verbis; nisi quod, ubi hæc habent,* κατὰ Μάρκον, *istic sit,* κατὰ Ματθαῖον. *Juvat autem ipsum illius finem ex MS. referre, qui talis est :* Οὗτος λέγεται τεθάφθαι ἅμα τῷ ὑπ' αὐτοῦ γραφέντι κατὰ Ματθαῖον εὐαγγελίῳ, καὶ ὕστερον εὑρεθέντι μετὰ τοῦ ἀποστολικοῦ σώματος· ὅθεν καὶ προνόμιον εἰλήφασιν οἱ πιστοί, μὴ ὑποκεῖσθαι ὑπό τινα τῶν ἄλλων Ἐπισκόπων ταύτην τὴν νῆσον, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ ἰδίου Ἐπισκόπου χειροτονεῖσθαι. *Id est.* Dicitur hic fuisse sepultus simul cum Evangelio Matthæi a se scripto, et invento postea cum Apostolico corpore; unde et privilegium acceperunt fideles, quod hæc ipsorum insula nemini aliorum Episcoporum subjiciatur, sed a proprio Episcopo ordinetur.
F

ANALECTA D. P.

DE RELIQUIIS S. BARNABÆ

§. I. *Quando et quomodo ex allatæ Mediolanum, et ibidem seculo* XIII *inventæ sint.*

Quæ Mediolani sunt Reliquiæ

Cum corpus Apostoli primo repertum sit anno CCCCLXXVIII; et, quando scribebat Alexander Monachus, annis circiter XXX post, adhuc recenti cultu miraculisque claruerit; fieri non potest, ut, quod ait Josephus Ripamontius pag. 441, in Historia Mediolanensi Reliquiæ S. Barnabæ sic, ut narratur agnitæ, sic inventæ, concessæ sint Benigno Archiepiscopo Mediolanensi, ob inclitam ejus famam atque sanctitatem, ut servarentur in ea urbe, quæ veluti Soror ac consanguinea, contra sacrilegos invidorum conatus firmior atque tutior esset. Sanctus enim Benignus (uti satis clare demonstravi in Chronotaxi Archiepiscopali ante Tom. 7 Maji) ultra annum CCCCLXXVII vivendo non pervenit. Quamquam

non fuerunt data S. Benigno seculo 5,

B autem Ripamontius non specificet; qualitatem Reliquiarum, quas vult S. Benigno concessas fuisse; videtur tamen Caput et Cineres intelligere, de quibus sæpe infra, sed corporis, ætate S. Benigni adhuc integri, cineres esse qui potuissent? Edidit Historiam Ripamontius anno MDCXVII: ast Joannes Franciscus Bonatus, in Historia Pontificali ejusdem civitatis sex anno post impressa, illum videtur corrigere voluisse; cum scripsit de Benigno (quem ipse primum ordinatum putat anno CCCCLXXXV et vixisse usque XCIII) quod ejus tempore Cineres S. Barnabæ fuerint Mediolani reperti, nulla facta Capitis mentione. Nec vero incredibile est Salaminios fideles, Apostoli discipulos, curato

potuit tamen is invenisse cineres rogi

(ut dictum est) clam corpore et sepulto, ipsos quoque rogi feralis cineres religiose collegisse; unde postea, cum jam evoluisset memoria servati miraculose corporis, et soli cineres illi reperirentur, invaluerit opinio quam Pseudo-Marcus secutus est, de illius incineratione. Interim potuit Mediolanensis Ecclesiæ, reddita ubique Christianis per Constantinum Magnum pace aut etiam citius, notabilem obtinuisse portionem Cinerum ejusmodi; postea vero, audita corporis integri inventione, missis in Cyprum legatis impetraverit etiam

Cypro a Saracenis occupata seculo 7.

Caput, vel eodem, vel saltem seculo VII. quo ad finem vergente, verisimile est, insula jam inde ab anno DCXLVIII occupata a Saracenis, Salaminoque Episcopo cum præcipuis civibus alio se recipiente, sublatum etiam inde sanctum Corpus fuisse.

2 Nomen illius Episcopi indicat Canon XXXV sextæ œcumenicæ Synodi, Constantinopoli celebratæ anno DCLXXX, cum dicit, quod Joannes, insulæ Cypri Præsul, una cum suo populo, in Hellespontiacam Provinciam a prædicta insula emigravit, propter barbaricas incursiones, ut a Gentilium servitute liberarentur, et Christianissimæ potentiæ sceptris pure subjicerentur; ubi non de quocumque ejus insulæ Episcopo, sed Metropolita Salaminio agi, patet ex subsequenti decreto, quo statuitur, ut citra ullam innovationem serventur, quæ a divinis Patribus qui Ephesi convenerunt, prædicti viri Throno privilegia concessa sunt; ut nova Justinianopolis Constantinopolis jus habeat, et qui in ea constituitur Episcopus, præsit omnibus Hellespontiorum Provinciæ Episcopis, et a suis Episcopis eligatur, ex antiqua consuetudine, in Cypro inter Episcopos ibi morantes

ad Joannem Archiepiscopum,

servata. Est ea Provinciarum Asiæ Minoris una, adsita freto unde nomen habet ex opposita ejus quæ prope dicitur Europa. In illa Justinianopolim nullam hactenus, notarunt veteris Geographiæ studiosi; sed aliam procul

residentem Justinianopoli ad Hellespontum,

hinc in Pamphilia, et ne hanc quidem Episcopalibus civitatibus annumerant. Post has Hellespontiacis adscribitur una, et quidem ut earumdem aliquando Metropolis: quam tamen dignitatem diuturnam illi non fuisse, quin etiam ipsum Episcopatum ibi cito desiisse, liquet ex antiquis Episcopatuum Catalogis apud Carolum a S. Paulo.

3 Scribit porro Theophanes, quod anno VII Junioris Constantis Heraclii Imperatoris nepos hic fuit) id est, Christi DCXLVIII, Mavias, Saracenorum Dux, armata classe, in qua mille septuaginta navigia numerata sunt, Constantiam (Salaminis ea est ex iste Stephano) civitatem cepit, universam subegit insulam, et magnum in eam detrimentum intulit; quomodo etiam anno ejusdem Constantis XIII, idem occupavit et Rhodum. Sed facta demum pace cum filiis Constantis, E

migrant reliqui Cyprii,

annum jam IX Imperantibus, anno Christi DCLXXVI, ad ipsos videntur rediisse Insulæ; nec enim alias Justinianus minor, Imperii sui anno VI, Christi DCXC, soluta quam initio renovaverat pace, potuisset Cypri incolas reliquos in aliam regionem transportare, sicuti infelicissimo proursus successu factum, narrat prælaudatus Theophanes. Interim ex prædictis apparet, ante constitutam, quam ille insano consilio ruptam queritur, pacem; id est circa annum DCLXX, placuisse Joanni cum suis migrare ad tutiora circa Hellespontum loca; eoque ipsammet Sedem Metropoliticam ac fere Patriarchalem transferre. Quis autem dubitet, simul etiam translatas præcipuas Reliquias; in quibus fuerit Corpus S. Barnabæ; cujus Caput, et Cineres rogi, non corporis quomodo, unde, et a quo fuerint tunc Mediolanum translata, equidem ignorare me dixerim libentius, quam incertas Mediolanensium conjecturas amplecti.

cum corpore S. Barnabæ:

4 Erat ab antiquissimo tempore Mediolani ecclesia, SS. Naboris et Celsi, ob eorum ibi conditas Reliquias dicta, cum claustro et viridario, ad usus Præpositi et Capituli Canonicalis, ibidem constituti: quæ omnia F cum ad usum Fratrum Minorum transferri, veteribus inquilinis alio deportatis, annuisset Alexander IV, sub annum MCCLVI; eamdem ecclesiam, ampliori forma restauratam iidem S. Francisci nuncupandam statuerunt. Possident, iidem ibi Passionale antiquum MS. ubi pag. 39 et 40 habetur vetustior notitia prædicti Capitis, transcripta a Placido Puccinello, in Vita S. Barnabæ, edita an. 1649, pag. 62, et rursum anno sequenti in Zodiaco Ecclesiæ Mediolanensis pag. 38; hoc tenore: Caput S. Barnabæ est in loculo plumbeo Mediolani, in ecclesia Philippi, ubi dicitur S. Nabor. Hoc caput tetigi ego Presbyter Guifridus, et indicavi Fratribus Minoribus. Prout enim fuit mihi ab infantia demonstratum; per Justum senem et Levitam Ardicum Capellanum S. Satyri, et per unum Guifridum de Buxero, Caput indicatum est; et per alium Guifridum hospitale ejus factum est; et per merita [S. Barnabæ], primi [Guifridi] illuminatur servus. Si plura huc spectantia continebantur pagina illa, optandum erat ut ea quoque transcripsisset Puccinellus; quomodo transcripsit quæ, post aliqua interjecta, sic ibi legebantur.

Minoritæ obtentam anno 1256 SS. Naboris et Celsi ecclesiam restaurant:

et scientes ibi esse caput S. Barnabæ cum Cineribus

5 Notandum quod Fr. Floridorus de Vice-mercato, et Fr. Daniel de Fermo, et Fr. Marchisius de Raude, et Fr. Pax Cancellarius, Fratres Minores, per omnia

ex fide depositionis testimonus

A omnia fide digni, testificati sunt coram multis Fratribus, quod audierunt a Fr. Guillio de Buxero Ordinis Minorum, infrascripta de Capite prædicti S. Barnabæ. Nam referebat præd. Fr. Guillius, quod cum esset octo annorum vel circa, ibat ad legendum ad domum Presbyteri Guilli de Pello, qui Curatus erat ecclesiæ S. Damiani, quæ est in contrata Dominorum de Mandello: Qui Sacerdos cum esset annorum octoginta, ducebat me cum aliis pueris ad ecclesiam SS. Naboris et Felicis Mediolani: in qua ecclesia quædam [erat] columna, combusta candelis quæ ibi comburuntur: quia locus ille in magna reverentia habebatur. Et dicebat ille Sacerdos: Audite pueri, et intelligite. Hic, sub ista columna, est caput B. Barnabæ Apostoli, et sic duco vos ad istam columnam; et dico vobis, quod subtus est caput B. Barnabæ Apostoli. Ita quidam Sacerdos præd. ecclesiæ S. Damiani, qui erat patruus meus, et vocabatur etiam ipse Presbyter Guillius de Pello, qui erat octogenarius.

seniorum Presbyterorum

6 Hic ultimus Presbyter Guillius, ivit ultra mare ad visitanda loca sancta; qui referebat, quod quidam Miles veteranus, cognito quod Mediolanensis erat, sic dixit: Vos Mediolanenses habetis nobilissimas Reliquias, et ignoratis eas; scilicet caput S. Barnabæ Apostoli, et omnes alias Reliquias quæ sunt in mundo de ipso. Quod Caput et quæ Reliquiæ sunt in ecclesia sanctorum Martyrum Naboris et Felicis, sub tali columna. Hic ultimus Presbyter Guillius spiritu prophetico dixit Presbytero Guillio nepoti suo, cum adhuc non esset Ordo Fratrum Minorum: Fili, hoc bene commenda memoriæ tuæ. Iste locus, ubi est caput S. Barnabæ et corpora SS. Naboris et Felicis, habebitur et possidebitur a sanctis viris religiosis, qui portabunt talem habitum, quos mittet Dominus in mundo ad convertendas animas vita et doctrina: qui etiam Religiosi discedent discalceati, et funis erit cingulum eorum: vide ne sis contrarius eis quin habeant dictum locum.

quorum adventum illorum prædixit propheticè.

7 Frater etiam Oldradus de Mirabilibus, dixit, quod audivit a Fr. Alberto de Monte-bello ambo Ordinis Minorum et fide digni) quod sub suprad. columna erat caput S. Barnabæ Apostoli in capsa plumbea. Fr. etiam Guillius Ultrianus, Ordinis Minorum, fide dignus, refert, quod quidam Sacerdos ecclesiæ S. Vitalis, qui erat bene centum annorum, dicebat, quod a memoria sua fama semper extitit, quod corpus S. Barnabæ præd. esset sub præd. columna; etiam quod candelæ comburebantur ibidem, et tanta reverentia exhibebatur d. columnæ. Dominus Otto Gallina, homo grandævus, vir nobilis, dixit; quod ivit ad legendum ad d. ecclesiam SS. Naboris et Felicis, antequam Fratres Minores habitarent ibi; et quod audivit a Presbytero Guillio de Sexto et Beneficiato ibi, et a Joanne la Ventina sacrista d. ecclesiæ, qui erant bene sexagenarii, homines boni et fide digni, quod sub præd. columna erat conditum caput B. Barnabæ Apostoli. Dicebat d. Dominus Otto, quod hoc audivit a patre suo. Processu ergo temporis, quando placuit Deo, quod Fratres Minores habuerunt d. ecclesiam, sicut prophetaverat præd. ultimus Guillius, prædictam ecclesiam diruerunt, ut eam ampliarent et facerent pulchriorem. Fodientes autem sub præd. columna, repererunt caput S. Barnabæ Apostoli, cum cineribus adustis, in capsa plumbea reverenter conditum; secundum quod per d. Sacerdotem et Testes prædictos testificatum erat.

dixit autem eas esse sub quadam columna cerofericia

C

ipsum et capsam cinerum effodiunt.

8 *Hactenus istud MS. quod producturus Puccinellus, existimat, occasione bellorum sacrum Caput absconditum ibi fuisse, in puteo contiguo sacristiæ, saxisque et bitumine desuper injectis oppleto, cessante autem calamitate præfata, erectam ibidem columnam præd.* D *ex candido marmore, quam fumus candelarum sic obscuravit, ut communis videretur. Deinde supponit idem Puccinellus, talibus indiciis requisitas fuor Reliquias jam dictas fuisse, adeoque currente adhuc seculo* XIII; *et historiam sacra Italice prosequens, sic progreditur.* Inventæ sunt ergo Reliquiæ S. Barnabæ intra capsam interius ferream, atque a populo Mediolanensi, cum incredibili lætitia, visæ adoratæque; deinde vero collocatæ super altari, in capella ejus nomini dicata et monasterio contigua, hodie dicta S. Francisci. Caput, quod rubeum et quasi recens erat, incluserunt argenteæ hermæ inauratæque, et ex plurima collata munificentia fabricatæ, quorum etiam insignia ibi spectantur; positumque est in altari sacristiæ, ubi una cum aliis istic congestis Reliquiis, multo concursu honoratur, in die ejus festo aliisque præcipuis solennitatibus: quando etiam a Fratribus, superpelliceo stolaque indutis, sibi mutuo succedentibus, ipsum imponitur capitibus fidelium, tota die se offerentium magno numero. Aqua ipsius putei, in quo repertæ Reliquiæ sunt, limpidissima, frigida et levis est, multumque sanitatis felicitatibus, quando ab iis devote sumitur. Ibidem etiam picta conspicitur imago Apostoli, tenentis librum apertum, cui inscripta hæc verba; Credens vere bibit, nec securitas unquam bibit bibet pie ubus. Qui sitit ergo credat, vereque bibet. Supra Caput ægre leguntur hi versus: per conjecturam suppleti:

AB ICRE P.

ac sec. 13

ponunt in Altari.

Aqua putei, in quo latuit, salutaris habetur.

E

> [Qui] semel ex isto gusta [vit] fonte salutis
> Salvus erit; nulla [defici] etque siti.
> Simile ad pedes distichon prorsus evanuit.

§. II. *Earumdem Reliquiarum translatio, facta ibidem seculo* XVI.

Anno MDLXXI, *uti prælaudatus Puccinellus in Vita jam data prosequitur*, videns P. Mag. Fr. Eleutherius Medulani, Cremensis, hujus Conventus Guardianus et sui Ordinis Commissarius Generalis, chorum, in medio ecclesiæ situm, magno esse impedimento Religiosis, propter multitudinem eo diebus festivioribus accurrentium laicorum, ita ut non sine incommodo posset aut cantari tunc Vesperæ, atque Missa, aut conciones haberi; inde ipsum transferendum, et quo nunc est loco constituendum decrevit. Cum autem in ipso chori illius altari essent corpora SS. Naboris et Felicis Martyrum, sanctique Materni Archiepiscopi et aliorum plurium Divorum Reliquiæ; S. Carolum Borromæum, tunc Archiepiscopum, invitavit ad ea visitanda et recognoscenda. Erat is tunc intentus simul per diœcesim operi, faciens effodi sacra complura deposita ex tumulis, cœmeteriis, atque seminutis sacellis, ubi eatenus latuerant, decentiusque collocari. Delegavit ergo ad inspectionem prædictam RR. Dominos, Fabium Angleriu Archipresbyterum et Joannem Andream Bozza, ambos ecclesiæ Cathedralis Ordinarios, cum Ludovico Moneta Presbytero. Qui exsecuturi acceptum mandatum, die x Septembris, feria II, hora XXIV, venientes ad ecclesiam S. Francisci, una cum Presbyteris tribus iisdemque Notariis, videlicet Bernardino Cutani, Canonico S. Nazarii et secretario: Hieronymo Castellioni, Magistro Ceremoniarum; et Jacobo Regreto de Comitibus, Cancellario Curiæ Episcopalis.

Anno 1581 translatione chori decreta

missi a S. Carolo Archiep. Commissarii

F

10 Septemb.

10 Hi omnes a Guardiano et Religiosis excepti humaniter et reverenter, deductique ad capellam, olim S. Barnabæ, nunc S. Francisci dictam, et familiæ Restæ propriam; præceperunt demolitionem altaris: inventaque sub eo est capsa lignea, plumbeam minorem discoopertam includens, intra quam

AUCTORE D. P.

recognoscunt de sub altari acceptum caput ac cineres:

A serico subviridi involutum quid rotundum notabatur, in modum humani cranii, cum cineribus tanti Apostoli. Post quorum devotam adorationem, obserata denuo capsa est; delataque ad capellam S. Savinæ, in qua inventum hujus corpus est: indeque itum ad altare veteris chori, quo condita erant corpora sanctorum Naboris et Felicis: et mane sequenti facta est relatio sancto Pastori Carolo. Qui magna perfusus lætitia, publicam processionem indici jussit in feriam VI, proximam Exaltationi sanctæ Crucis festivam. Die Mercurii, XII Mensis, reversi iidem ad præd. Francisci ecclesiam, in capella S. Bonaventuræ, nunc dicta Conceptionis, contigua majori altari versus publicam viam, recognoverunt corpora SS. Felicis et Fortunati Martyrum, ac S. Caji Archiepiscopi. Denique die Veneris mane, adunato Clero seculari ac regulari Senatu ac Magistratibus, eodem regressi sunt cantando litanias. Cumque ac veteris Chori altare sanctus Archiepiscopus pervenisset; genuflexus ibidem quoad Litaniæ absolverentur, deinde assurgens devote, recitavit Collectas duas: unam, A cunctis, ad poscenda Sanctorum suffragia: alteram contra Paganos. Tum resedit ipse, depositaque chlamyde indutus B pontificaliter est, per Ferdinandum a Cruce Archidiaconum suum, et Fabritium Castel-franco Diaconalem habitum indutos etiam ipsos. Similiter et alii Ordinarii; positis palliis Pluvialia sumpsere: Joannes Stephanus Belvisus, Vicarius Generalis, Fabius Angleri Archipresbyter, Joannes Andreas Bozzi Vice dominus, Franciscus Linus Secretarius, Franciscus Castellus, Hieronymus Rabbia, Barnardus Vimercatus.

et post aliorum SS. Corporum inspectionem,

ipse Sanctus 15 Sept

coram Clero,

Senatu,

11 Coram his et coram illustrissimis Senatoribus, Joanne Baptista Raynaldi Præside, Bartholomæo Molina Conservatore, Antonello Arcimbaldi, Petro Antonio Mariani, Scipione Simonetta, Hieronymo Momi, Camillo Porri, Aloysio Belloni, et Joanne Thoma Odiscalchi; nec non Joanne Donato Cittadini, Vicario Provisionis; et Joanne Baptista..., Fabio Ferrari et Octavio Bozi, quibus incumbebat cura faciendarum caritative expensarum: item coram ipsius Conventus Patribus, Eleutherio Medulani, Francisco Ullio de Felizzano Carolo Uberti, Augustino Lampugnani, Francisco Pirovani, et Hieronymo a Cruce celeberrimo Prædicatore, dicto a S. Augustino; Joanne Antonio Fantini, Joanne Baptista Ghisulfi, Hieronymo Palantari, C Carolo Uberti, Francisco Desio, Jacobo Mochiani, Jacobo Gonzaga, Leonardo Larrada, Paulo Caresana, et Felice N. coram prædictis, inquam, omnibus aperta fuit capsa SS. Naboris Felicis, et Materni; et circumstantibus monstratæ Reliquiæ atque feretro nobiliter instrato impositæ, deinde ab Ordinariis exceptæ humeris, baldachimum portantibus Equitibus ac Titulatis.

et Fratribus,

ostendit corpora SS. Naboris, Felicis, Materni,

transfert Cineres S. Barnabæ,

12 Hinc sanctus Antistes processit ad capellam S. Barnabæ: quo cum ingressi essent Ordinarii et Senatores prælati; Ludovicus Moneta Presbyteraliter indutus, cum duabus pateris aureis, collegit cineres et reliquias in arcula plumbea jacentes, et in aliam similis metalli transtulit involutos panno rubri serici: ductaque est pompa per Claustrum ac Pratum; et reducta per majorem ecclesiæ januam, modis omnibus ornatissimum, usque ad altare novi chori: ubi Sanctus populo qui infinitus accurrerat, benedixit; et Camillus Pereghi, Presbyter atque Notarius publicavit Indulgentias præsentibus concessas; ac denique mandante Archiepiscopo Reliquiarum capsulæ intra ipsum altare fuerunt sic collocatæ, ut in fundo quidem starent corpora SS. Naboris et Felicis; deinde supra cratem ferream, per medium altare extensam, ad cornu Evangelii, capsa S. Barnabæ; et ad cornu Epistolæ, S. Materni. Denique mandavit Archiepiscopus, ut in libro notaretur, ejusmodi Translationis memoriam quotannis recolendam, concessis eum in finem centum annorum Indulgentiis; et omnia in authenticum instrumentum relata sunt, signantibus ipsum præsentibus Notariis, Bernardino Catani, Hieronymo Castilioni, Jo. Jacobo Regretti Centi, Jo. Ambrosio et Jo. Antonio Sparazalli Fratribus, Christophoro Venegoni atque Jo. Baptista Cori.

et cum prædictis collocat sub novo altari,

D *ac festum annuum cum Indulgentiis instituit*

Caput haberi etiam dicitur Edennæ,

13 *His* ex Cancellaria cœnobii S. Francisci Mediolani *sic relatis;* Tanta est, *inquit Puccinellus* populorum per Insubriam devotio erga sanctum Protectorem et Apostolum suum Barnabam, ut pluribus in locis asserant habere se integrum illius caput. Bergomates reverentur illud in oppido Edenna, vallis Brembanæ; idque se habere credunt per quosdam mercatores suos, qui magno auri pretio ipsum redemerint. Ticinenses in ecclesia S. Marini, quæ Patrum Hieronymianorum est, capellam eidem dedicatam habent; ubi in argenteo busto, non quidem caput integrum, sed particulas aliquas illius ostendunt, efferuntque ad quascumque majores pluviarum inundantium vel grassantium flammarum, vel etiam epidemicorum morborum necessitates, non E sine optato plerumque successu. Simile bustum antiqui operis, pretio et elegantia conspicuum, Liguria possidet Genuæ in Cathedrali S. Laurentii sacristia, cum hac epigraphe, ISTUD EST CAPUT B. BARNABÆ APOSTOLI, cui etiam nobile templum dedicaverunt, quod, post amotas inde Sanctimoniales Dominicanas, nunc possident Patres Cappucini. Cremonenses quoque in sua Cathedrali vas habent argenteum inauratum vetustissimæ fabricæ, quo continetur totum mentum cum dentibus sive maxilla inferior, ejusque mentio reperitur in publicis ejus urbis scripturis, sub nota annorum DCCCLXXV, DCCCCXXXIX, MCCIII, et MCCXVII sub hac formula; Cujus Maxilla in ecclesia Cathedrali nostra asservatur. Denique in ecclesia ipsius Mediolani, quam sumpto ab ea nomine possident Patres Barnabitæ, pulcherrimæ cuidam lipsanothecæ argenteæ includitur particula quædam, ipsis a S. Carolo donata, et ab eo verosimiliter prædictæ Translationis tempore, ad tales usus reservata. Interim socordiæ arguitur Ferrarius, cum in Notis ad hunc diem ait, quod Corpus Mediolani asservari fertur, Caput vero Ticini; cum Mediolanenses Caput se habere dicant, F quod ipse attente consideravi per indiligentiam P. Mag. Hieronymi Vimercati Vicarii; de corpore autem aliud nihil nisi Cineres.

Ticini,

Genuæ,

Cremonæ mentum

Error Ferrarii

Anno 1629 sublata Mediolani pestilentia

14 *Hactenus Puccinellus: qui deinde librum tertium inchoaturus, narranda suscipit acta Mediolani a tempore invalescentis anno* MDCXXIX *per Insubriam pestilentiæ, usque ad ejus cessationem anno* MDCXXXII; *quando die* VII *Februarii, reseratis quæ clausæ fuerant domorum antea infectarum ostiis, restituta civibus libertas mutui commercii est; et die* XXII *ejusdem habita Processio Generalis, in gratiarum actionem, pro flagello sublato. Ea non contenti, Augustiniani, Dominicani, et Servitæ, suam singillatim quique processionem adornarunt; imprimis autem Franciscani, ipso Apostoli sui festo circumlatum sanctum ejus Caput: quæ res deinde pluribus minutiusque describitur, quam huic operi congruum sit attexere; appositis etiam Lemmatis, Epigrammatisque Latinis, et aliis hujus generis scriptiunculis, quibus ecclesiæ atrium vestibulumque ornabatur.*

§. III. *De Reliquiis S. Barnabæ extra Insubriam.*

I*nter* Sanctorum ac Sanctarum Dei corpora, quæ in

Divi

Tolosæ inventio corporis 27 Maji.

Divi Saturnini Tolosæ basilica reconduntur, *numerantur*, Corpus et caput B. Barnabæ Apostoli Jesu Christi, *prout videre est in Catalogo inserto publicis vetustis litteris, de illius ecclesiæ Hierogazophylacio, quas producit Nicolaus Bertrandi in libro de Gestis Tholosanum pag.* 5 ꝟ. *ipse vero vixit seculo* XV *exeunte. Distinctius de eo Andreas Saussayus, in suo Martyrologio ad* 11 *Junii:* Natalis S. Barnabæ Apostoli, cujus pretiosum corpus quiescit Tolosæ in ecclesia S. Saturnini, cum sacris aliorum quinque Apostolorum *(Jacobi Zebedæi, Philippi, Jacobi Alphæi, Simonis et Judæ)* integris exuviis, nec non venerandis itidem spoliis multorum Martyrum et Confessorum, *in dictis litteris nominatorum.* Ubi hodie percolendum ejus caput exhibetur, a corpore (quod in proprio conditorio quiescit) distinctum, inditumque justo et condecenti ferculo. *Antea autem ad* XXVII *Maji, idem Saussayus scripserat:* Eodem die Tolosæ inventio venerabilis Corporis S. Barnabæ Apostoli. *Utinam et annum addidisset, hactenus enim de tali Inventione nihil reperio, vel apud prædictum Nicolaum Bertrandi, vel inter Officia propria illius diœcesis, anno* 1647 *recognita et recusa, auctoritate Caroli de Montchal Archiepiscopi. Plus lucis si aliquis Tolosa mittat, gratum erit.*

Reliquiæ Bononiæ,

16 *Joannes Pauli Masini, in Bononia perlustrata,* in Parochiali S. Blasii, altare S. Barnabæ haberi *ait* cum ejus Reliquia aliqua, et Indulgentiis eo titulo concessis. *Arnoldus Rayssius, in Hierogazophylacio Belgico,* inter Reliquias Cathedralis ecclesiæ S. Mariæ, Tornaci *in Belgio, ponit* Os corporis S. Barnabæ Apostoli. *Ægidius Gelenius, in Admirandis Coloniæ Agrippinæ pag.* 696 *illius meminit, ut* cujus aliquæ Reliquiæ Coloniæ reperiuntur; *easque forsitan specificat, agens de ipsis ecclesiis: sed exiguas esse oportet: quare non vacat totum librum ea causa revolvere. Exiguas etiam esse credo, quas Ferculo* VIII *et* XII *inclusas, una cum aliis plurimis aliorum Divorum, anno* MDLXXXVII *Joannes Borgia donavit Domui S. Rochi Societatis Jesu Ulissippone; de quarum solenni circumgestatione actum inter Prætermissos* XXV *Januarii, quasque in Metropolitana Montis-Regalis apud Siculos ecclesia esse ait Joannes Ludovicus Lellus, in illius ecclesiæ historia pag.* 43. *Majoris momenti essent* Cranium et Costa S. Barnabæ, *inter Reliquias cœnobii Andecensis in Bavaria superiori numerata apud Laurentium Beyerlink, in Theatro Vitæ humanæ litt.* R *pag.* 285, *si plus certitudinis de iis apponeretur. Hanc forte habebimus ex iterata editione libri, Reliquias istic asservatas explicantis, hactenus a nobis sæpe optati.*

Tornaci, Coloniæ,

Ulissippone et in Monte-regali.

Andeces, Costa et Cranium,

Pragæ pars capitis,

17 *Distinctius de iis quæ in Metropolitana S. Viti ecclesia Pragæ sunt, docet ipsius Decanus in Phosphoro pag.* 311, *ubi notatur* insignis pars de Capite, allata per Carolum IV ex Italia anno MCCCLXX. item particula ossis in quantitate parvi digiti. *Sic etiam Jacobillus post Tom.* 3 *de sanctis Umbriæ, in Catalogo Reliquiarum in ea reperiendarum, pag.* XIX, *in ecclesia Collegiata S. Venantii Camerini, asserit haberi* Vas crystallinum, argento commissum, in quo serventur duæ integræ partes Capitis S. Barnabæ Apostoli, scilicet pars anterior et pars posterior. *Et tamen* totum Caput *habere se ab annis circiter quinquaginta, credunt Patres nostri in ecclesia Domus Professæ Neapoli, dono D. Portiæ Cigalæ Ducissæ Cardinalatæ et Principissæ Satriani, inter alias plures Reliquias, ex Romanis cœmeteriis auctoritate Cardinalis Sfortiæ extractas: quæ circumstantia valde suspectum facit* Caput *istud, ne gratis imposito sibi Apostoli titulo, obscuratum fuerit potius quam illustratum.*

item Camerini,

Nov. 24

Florentiæ, post victoriam anni 1269

18 *Joannes Villanius, Historiarum Florentinarum (quas anno* MCCC *a se cœptas scribi profitetur lib.* 7 *cap.* 130, *prolixe enarrat Victoriam, a Florentinis contra Aretinos relatam, anno* MCCLXXXIX *circa Puppium, in die* S. Barnabæ; *quod vel initium fuit, vel præmium insignis devotionis) quas Civitas aliquot abhinc seculis complexa fuit* Apostolum Barnabam. *Itaque cum anno* MCCCVI, *Ubaldinis rebellibus suis eripuissent in Mugello, ac solo æquassent Castellum Montis ad Cynicum dicti; iisdemque hostibus refrænandis prædium quoddam, cui Scarperia nomen, communiendum constituissent; nomen illi a* S. Barnaba *posuere.* Hanc eorum devotionem magis inflammaturus Arnaldus Cardinalis Pelagrua, anno MCCCXI, misit Communitati eorum insignem ejusdem Sancti Reliquiam, quæ maxima cum solemnitate recepta, et posita est super altare S. Joannis in Cathedrali, *ut ait idem Villanius lib.* 9 *cap.* 13. *Hunc locum cum mihi per litteras indicaret Mag. Gabriel Badius, Ordinis Prædicatorum, addidit, quod* anno MCCCXXII, die XXVI Aprilis, a Canonicis S. Laurentii, de consensu Collegii Canonicorum Metropolitanæ, ædificatum fuit, proprium Sancto et ejus Reliquiis Oratorium, inductis eo Eremitis Augustinianis; quibus ibidem successerunt Carmelitæ Congregationis Mantuanæ, ac denique ejusdem Ordinis Sanctimoniales, quæ locum ipsum hodiedum tenent. Eadem in civitate erat alia ecclesia S. Barnabæ, juxta pontem ad Rubeam curtem, cujus collapsæ nec indicium quidem superest, et ad portam S. Frigidiani, Hospitale istius nominis, cujus etiam nihil ultra superest.

excitata devotio erga sanctum,

acceptum crus,


constructum oratorium:

Cruris illius integritas,

19 *Migraverunt deinde Eremitæ Augustiani, novumque Conventum et ecclesiam constituerunt, eo ubi nunc sunt loco, sub nomine S. Spiritus: qui prædium Scarperiæ,* S. Barnabæ *dictum, prædictoque Oratorio urbano verosimiliter attributum a fundatoribus, sibi retinuerunt, et hodiedum tenent:* Dexterum *autem* crus S. Barnabæ *servant,* allatum *ut aiunt* ex Scarparia, per commutationem manus adhuc integræ unius ex Innocentibus, *quæ sine dubio miraculosa integritas est, tot jam seculis elapsis: sicuti et ipsius prædicti Cruris; de quo, velut oculatus testis, scribit prælaudatus Raphael Badius, illud se* attente magnaque cum admiratione spectavisse, adeo adhuc candida adhæreret ei caro, licet exsiccata. *Ego ex adhærente qualicumque carne, hoc saltem haberi censeo, quod supra statui; non fuisse scilicet in cineres resolutum corpus; et, ubi alteri plures, sub nomine* S. Barnabæ *Reliquias, quæstio erit, quænam illius veræ sint, prærogativam deferendam ossibus, carnem sibi adhærentem habentibus. Ceterum de his omnibus plenius cupiens informari, petii prædicti cruris, sicut in sua arca conspicienda offertur, delineationem accuratam; et accipiens, admiratus sum prodigiosam hactenus integritatem, Curatum est enim ut accurate notaretur quicumque carnis vel laceræ vel defluentis defectus.*

acumate expressa.

§. II.



§. IV. *De Epistola S. Barnabæ, ipsiusne ea, et qualis sit?*

Epistola S. Barnabæ adscripta,

Apud multos eruditos pluris fit, et præstantior S. Barnabæ *Reliquia æstimatur,* Epistola, *quam S. Hieronymus, libro de scriptoribus cap.* 6, ad ædificationem Ecclesiæ pertinentem *composuisse eum ait; licet addat, eam* inter apocryphas scripturas legi, *id est extra ordinem Canonicarum. Neque enim in Canonem relata sunt quæcumque Apostolorum scripta, haud dubie plurima, licet, nunc deperdita, pleraque fortassis etiam ab hæreticis depravata: quod tamen hanc etiam a Clemente Alexandrino, Tertulliano, Origene, Gregorio Nazianzeno agnitæ, ægre demonstratur contigisse: estque ea tanto æstimanda pluris, quod in Veteri MS. Corbeiense reperiatur, tamquam Latine reddita a S. Philastrio Brixiensi Episcopo: qui colitur* XVIII *Julii, et anno* CCCLXXX *interfuit Concilio Aquileiensi, defunctus ante S. Ambrosium. Fidelissimam certe versionem esse eam, reperit noster Jacobus Sirmundus, conferens illam cum apographo Græco, quod inter schedas Francisci Turriani etiam nostri ejus manu descriptum reperit; sicuti testatur Puccinellus, assumptum opus cum eadem Epistola jungens, et pag.* 70, *sic de ea præloquens.*

et a S. Philastrio Ep. Brix. Latine reddita,

argumentum ex Puccinello,

21 Distinguitur hæc Epistola in partes duas, ex quibus cognosci potest diligentia Apostoli, et desiderium salutis fidelium. Prima pars in duodecim Capita subdivisa, disserit de cessatione Sacrificiorum, Jejuniorum, et Legis Mosaicæ; de calamitatibus suorum temporum, ac missione Apostolorum; de adventu, nativitate, baptismo, passione ac resurrectione Christi; de reparatione hominis, antiqua circumcisione, et rebus in veteri Lege prohibitis; de electione Gentilium, reprobatione Judæorum, ruina antiqui templi, et ædificatione spirituali: de Sabbati in Dominicam commutatione. Pars Epistolæ secunda, *inquit Puccinellus,* trifariam dividitur. Primo capite monstrantur ea, quæ amplecti ac facere Christianus debet, in secundo, quod fugere; tertium, pro Epilogo est.

22 *Hanc Epistolam, circa annum* XL *seculi hujus, a Claudio Salmasio acceperat Isaacus Vossius, et prælo destinabat; cum in Angliam excurrens invenit Jacobum Usserium, Armachanum Episcopum, eadem intentione, quibus ad edendam illam liberaliter concessit,* plurimum gavisus in eas manus incidere antiquissimum illud monumentum, a quibus immensum quantum splendoris mutuare sibi posset. Et nisi, *inquit ipse initio Notarum eidem anno* MDCXLVI *a se editarum adjectarum*, nisi ingens istud incendium, quod (*anno* MDCXLIV) non exiguam partem urbis Oxoniensis vastavit, omnia quoque exemplaria absumpsisset, pulcherrimam ejus Auctoris editionem jam diu habuissemus. Non defuere tamen in Gallia viri docti, qui indignum putabant scriptum hoc diutius in tenebris latitare. Itaque nuper *anno* 1645 Claudius Menardus, Monachus Ordinis S. Mauri, novam nobis editionem adornavit. Qui plurimum hoc nomine meritus sit de publico, nemo est qui inficias iverit. plus tamen meruisset, si contigisset illi plura videre exemplaria. Cum enim tota illa editio ex uno primum manarit Codice, fieri aliter non potuit quin inemendatissima prodiret. Mihi . . . . . ea contigit felicitas, ut tribus in hoc corrigendo usus sim MSS. Primum Florentiæ suppeditavit Bibliotheca Medicæa, altera duo Bibliotheca Vaticana et Theatinorum qui Romæ agunt. Illorum usum acceptum fero Lucæ Holstenio, viro summo et numquam non infra merita sua laudando. *Ita Vossius, cujus editionem, omisso contextu Græco, sub initium mutilo, quatenus Latina est secutus Puccinellus, anno* MDCXLIX *editionem prædictam adornavit. Amicus noster Casimirus Oudin, Religiosus Præmonstratensis, in Supplemento Scriptorum a Bellarmino prætermissorum, addit, quod eamdem Epistolam* tertius *etiam* Joannes Baptista Cotellier, vir doctus, recensitam Græce et Latine inseruit suo, cui titulus, Opera Sanctorum Patrum, qui temporibus Apostolicis floruerunt, impressa Parisiis MDCLXXI.

Edita a Vossio et a Usserio communicata,

exemplaribus in incendio absumptis,

Menardus in Gallia ab unde vulgata,

Post alii aliique Catholici,

23 *Mihi non contigit Menardi vel Cotellerii editiones videre: sed Auctor Memoriarum, ad subsidium Historiæ sex priorum seculorum nuper Gallice editarum Bruxellis (quem solis initialibus litteris D. T. vulgo notum, amici Tilemontium appellari aiunt) asserit pag.* 1195, *Menardum, non ausum illam absolute adscribere* Barnabæ, *Cotellerium propendere ut credat*

sed de auctore dubitant,

A *dat, illius non esse; sed alterius qui nomen istud etiam habuerit, vel sibi arrogarit. E contrario nihil dubitasse videntur Usserius, Salmasius, Vossius, licet Acatholici, et critices alias severioris: cujus ultimi lubet hæc verba transcribere.* Nescio cur quidam opinati sint, hanc Epistolam non esse Barnabæ; cum tamen et Clemens, et Origenes, et alii illam ei tribuant. Offensi sunt, credo, viri docti, quod hic loca quædam sacræ Scripturæ aliter explicentur, quam explicari debebant: persuaderi nequeunt ea sic capi potuisse a viro tantæ auctoritatis, cujus toties sacri libri meminerant, quique Pauli Apostoli comes fuerit individuus, et ipse quoque unus e minoribus Apostolis. Sed quis a primis illis Christianis omnigenam scientiam et doctrinam expostulet? quis illos non æque hallucinatos existimet atque eorum nepotes; præsertim in rebus minus ad fidem pertinentibus? Numquid et in Epistola Clementis *(Romani)*.....similia occurrunt? Quis enim bono animo concoquere possit fabellam illam, quam de Phœnice narrat, deque pluribus ultra Oceanum mundis?... Non debent itaque in hoc reprehendere, quod in altero excusant. Notum est cuilibet, quam nimium mystice.... primi illi Christiani Scripturas sacras sint interpretati.
B Si itaque et in hoc Auctore quædam occurrant, quæ eruditis displiceant; dandum id potius moribus veterum Christianorum, quam ut putetur scriptum esse supposititium.

magis quam priores Acatholici,

24 Sed neque hoc quemquam movere debet, quod Eusebius, et Græci posteriores, inter Apocrypha reposuerint Epistolam Barnabæ. Non enim hoc eo factum, quod dubitarent de Auctore; sed quod non probarent mysticas illas interpretationes multorum Scripturæ locorum. Eadem ratione et Clementis Alexandrini; neque tamen unquam dubitatum fuit, quin genuina essent illa opera. Et certe si omnia, quæ olim inter Apocrypha habita sint, rejicere volumus; rejicienda quoque esset Divi Pauli ad Hebræos Epistola, et illa Clementis ad Corinthios: quod quam absurdum sit, quis est qui non videat? Alii ex stylo et ex scriptionis genere dixerunt se reprehendere, Epistolam hanc esse spuriam. De Ignatii Epistolis idem affirmabant. Sed nimium sane acuta videri volunt, qui talia jactant. Non ita facile est spuria scripta a genuinis distinguere, quam sit nativis gemmis dignoscere ab adulterinis. Cum enim veri lapilli cum fictitiis committuntur et comparantur, tum ut plurimum fucus apparet; ita purpura ad purpuram dijudicatur: ita
C et in aliis mercibus fit. Sed quid est, unde isti, qui negant Epistolas has esse Barnabæ et Ignatii, istoc colligere potuerunt? Numquid alia eorum scripta viderunt? Non certe. Unde ergo iis innotuit, quo stylo usi sint Barnabas et Ignatius? At inquiunt illi, sese nihilominus scire, vera esse quæ dicunt. Si ita est, jam verbum non addam.

defendere illam conatus ut genuinam

25 *Tangit hic Vossius, homo mentis sinceræ satis, licet educationis potius quam voluntatis vitio Acatholicus, suorum Calvinistarum aliis, Criticis a non Canonicis Scripturæ libris discernere se jactantium, non Ecclesiæ, sed spiritus privati judicio. Errat tamen, cum putat quod* Clemens, pari jure atque Barnabas, dictus est Apostolus. *Etenim Romana Ecclesia, cum eaque Occidens totus, nullos* Apostolos *dixit umquam, nisi duodecim, simul Paulum atque* Barnabam, *velut ab his in paritatem jurisdictionis Apostolicæ assumptos; Clementem autem sola Orientalis Ecclesia* Apostolum *dicit, non alio jure quam quo sic appellat omnes discipulos Apostolorum, Pauli præsertim, ex hujus Epistolis notos. Primi autem ordinis si fatemur* Barnabam; *non cadunt in talem errores, quos primis Christianis ignosci petit Vossius: sed neque apparet, quo modo a tali vere et certo scripta ad communem fidelium ædificationem Epistola, non fuisset reputata Canonica,* D *æque atque epistola Jacobi et Judæ, non magis etiam quam aliquæ Joannis et Pauli: Augustinus lib. 1 contra adversarium Legis, hoc solo argumento rejicit* testimonia, quæ sub nominibus Andreæ Joannisque conscripta sunt, *quam quod hæc,* si illorum essent, recepta essent ab Ecclesia: *ab hac certe aliquid rejectum esse inter apocrypha sive acanonica, quod vere alicujus Apostoli stricte dicti esset, nullo unquam argumento probabitur. Hoc itaque potissimum argumento inclinor, ut cum Cotelerio licet levius fundamentis needum veterem Epistolam, alterius seu vero, seu ascititio nomine* Barnabæ, *non Apostoli, Apostolico tamen ævo scriptam, censeam Epistolam: idque eruditiores examinare non pudeat, solutiores fuisse Origenem aliosque, qui illa sub* Barnabæ *titulo usi sunt.*

Sed cum ecclesia Barnabam habeat, ut ejusdem cum Paulo ordinis Apostolum,

nec tamen epistolam recipiat ut Canonicam,

[illegible]

26 *Alterum argumentum, secundo tum tamen minusque certum, sumo ex ipsiusmet Epistolæ cap.* 12 *apud Vossium, ubi agens de templo Hierosolymitano ait,* πλανώμενοι οἱ ταλαίπωροι, εἰς τὴν οἰκοδομὴν ἤλπισαν *sic enim mox ait,* viam *tendunt* pto καὶ οὐκ ἐπὶ τὸν Θεὸν αὐτῶν, quod scilicet errantes miseri Judæi speraverunt in templum, et non in Deum ipsius, *scilicet templi...* [illegible] ὅτι ἀπώλετο ἡ ἐλπὶς αὐτῶν, quod vana facta sit spes eorum... διὰ γὰρ τὸ πολεμεῖν αὐτοὺς, καθῃρέθη ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν dum enim bellum gerunt subversum est *templum* ab inimicis... Λέγει γὰρ ἡ γραφή· Καὶ ἔσται ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν, καὶ παραδώσει Κύριος τὰ πρόβατα τῆς νομῆς, καὶ τὴν μάνδραν, καὶ τὸν πύργον αὐτῶν εἰς καταφθοράν, καὶ ἐγένετο καθ' ἃ ἐλάλησε Κύριος. Dicit enim Scriptura (*quæ, aut ubi? atque apocrypha aliqua; sed et talis etiam allegatur in Epistola Judæ* ℣. 14, *scilicet prophetia Enoch septimi ab Adam*) Dicit, *inquit*, Scriptura: Et erit in novissimis diebus, tradet Dominus oves pascuæ, et ovile, et turrim ipsarum in exterminium: et factum est sicut Dominus dixerit. *Omnia hæc, ex Græco potius ad verbum reddita, quam juxta antiquam et typis impressam versionem transcripta, eo quod illa non optima sit, clare videntur demonstrare, quod scripta sit Epistola post Hierosolymitanæ urbis et ædis eversionem sub Vespasiano et Tito factam anno* LXX, *ad quod usque tempus nemo hactenus dixit vixisse Barnabam, nec dicere potest, quisquis credet Consobrinum ejus Marcum ipsi adhæsisse usque ad mortem: quæ sola idonea causa potest excogitari, ob quam ad Paulum ille se receperit.*

Ideo quod est scripta post an. 70

adeoque post mortem Apostoli;

27 *Tertium argumentum, ad denegandam Epistolæ illi prærogativam Apostolicæ auctoritatis sufficiens, meo quidem judicio, petitur ex* § XI, *ubi asseritur quod, sicuti* diebus sex fecit Deus opera sua, et consummavit die septimo, et requievit in illo; *ita in sex* diebus, id est in sex millibus annorum, consummabuntur omnia; et quod dicitur, Et requievit die septimo, idem est ac si diceretur. Cum venerit filius ejus... judicabit impios, et mutabit solem et lunam et stellas; tunc bene requiescet illo septimo die. *Tam absoluta definitio temporis, cujus nunc solum tria vel quatuor secula decurrenda restarent, non videtur posse convenire ei qui secum perpetuo gestans Matthæi Evangelium, centies legerit Cap.* 24 *dixisse Christum, quod* de die illa et hora nemo scit, neque Angeli cælorum, nisi solus Pater. *Cum ergo apud Cornelium nostrum, super illud Apocalypseos* XX *de mille annis, quibus alligandus sit Satanas et Christus cum Sanctis rediturus regnaturus, extitisse Chiliastas seu Millenarios,* quorum Dux *fuerit* Papias, Discipulus S. Joannis Apostoli, quem secuti *sint* Irenæus, Tertullianus, Lactantius, Victorinus, Apollinaris, Severus, Justinus et alii; *docentes,* post sex millia annorum, quibus stabit hic mundus, secuturum sabbatum sive septimum millenarium *a Joanne prædictum; inducor ut suspicer, ex eodem discipulorum S.* Joannis

et forte ab hæretico Chiliastarum.

post an. 97

A *Joannis numero, ipso fortassis Papiæ priorem, fuisse auctorem Epistolæ qualemcumque Barnabam; cujus hic error, ut fuerit primis seculis excusabilis; non tamen videtur antiquior Apocalypsi Joannis, circa annum XCVII scripta.*

§. V. *Expenduntur et excusantur quædam Epistolæ isti objecta.*

Levia sunt objecta alia

Præmissis tribus argumentis moveor, ut non ausim epistolam istam S. Barnabæ *adscribere: non item moveor locis ejus quibusdam, judicio viri eruditi ægre conciliabilibus cum ea auctoritate, quam ipse daret talis scriptor. Quid Menardus et Cotelerius, necdum qui dici mihi visi, adferant excusationis, equidem nescio: Excusatio Vossii, seu potius primorum Christianorum sugillatio, etiam ad Apostolos traducta, non placet, nec decet scriptorem Catholicum. Ut tamen de singulis, a D. T. indicatis, aliquid dicam, non video quam habeat difficultatem, quod Judæis, circumcisionem carnis magis quam cordis jactantibus, reponit §. 7 Auctor*, omnis Syrus et Arabs et omnes Sacerdotes idolorum, sed et Ægyptii in circumcisione sunt: *quærens*, an forte et isti, de Testamento sint. *Non* B *video, inquam, difficultatem in hoc. De Pythagora, totius Idololatriæ apud Græcos mystagogo, legitur quod* fuit circumcisus; ut adita ingrediens Ægyptiorum, mysticam disceret Philosophiam, *ritus scilicet* sacrificiorum et consecrationum. *Nec pugnat Auctor cum seipso, et cum Scriptura ab ipso allegata, qua dicitur Jeremiæ* IX πάντα τὰ ἔθνη ἀπερίτμητα σαρκί, πᾶς δὲ Ἰσραὴλ ἀπερίτμητοι καρδίας, Omnes gentes incircumcisæ sunt carne, omnis autem domus Israel incircumciso corde: *ibi enim Gentium nomine intelliguntur solummodo Philistæi, Syro Græci, atque Alexandrini: nam immediate præcedit ibidem comminatio visitationis divinæ*, super omnes qui circumcisa habent præputia, *videlicet* super Ægyptum, et super Idumæam, et super Edom, et super filios Ammon; *quibus cur ex auctoritate Scriptoris, si non sacri, certe antiquissimi et non stulti; neque in re, quæ omnibus notissima esse debebat, mentituri; non video, inquam, cur illis non liceat annumerare Syros aborigines, sive ut nunc dicuntur Surianos, æque ac Ægyptios Coptitas, propria et tunc et nunc ut lingua sic et politia utentes, licet permixti viverent Græcis, ab Alexandro Magno introductis: Arabes item: quibus, æque ac* C *Æthiopibus et Nubianis aliisque pluribus communis fuerit quædam circumcisio, sed mere politica et profana, ex causa plane naturali, de qua vide Jobum Ludolfum in Æthiopicis.*

puta quod Syri et Arabes dicantur circumcidi soliti,

et tamen non esse sub testamento

29 *Objicitur denique huic Epistolæ, quod* § XI *sub finem dicatur Christus ascendisse in cœlos* die octava, *id est Dominica: qui sane esset error, non solum in Apostolo, sed nec in Christiano tolerabilis; dicente in Actibus Apostolorum Luca, quod Christus, quem una sabbati vel prima sabbatorum, id est prima die hebdomadæ, resurrexisse alii affirmant*, seipsum vivum præbuit *discipulis* per dies quadraginta, *videlicet* usque in diem quo assumptus est, *sicut antea dixerat, atque adeo usque in feriam V hebdomadæ quintæ post Octavam Paschæ; non autem usque ad Dominicam hebdomadæ sequentis, futuram diem* XLIII. *Verum si bene consideretur textus Græcus Epistolæ, non id videbitur dicere Auctor: sic enim habet:* ἄγομεν τὴν ἡμέραν τὴν ὀγδόην εἰς εὐφροσύνην, ἐν ᾗ καὶ ὁ Ἰησοῦς ἀνέστη ἐκ νεκρῶν, καὶ φανερωθεὶς ἀνέβη εἰς τοὺς οὐρανούς. Agimus diem octavam in exultatione, in qua etiam Jesus surrexit a mortuis, et apparens (*scilicet per dies quadraginta*) ascendit in cœlos. *Hoc subintellecto ut omnino puto subintelligi debere apparet istud* D ἐν ᾗ, in qua, *referendum esse ad* ἀνέστη surrexit, *non etiam referri ad* ἀνέβη ascendit, *quod puto scriptorem Epistolæ nec somniasse quidem. Quis enim per verbum* φανερωθεὶς apparens, *dicat indicari unicam tantum apparitionem, factam in die Ascensionis; et non potius omnes apparitiones ab ipso resurrectionis die usque in diem ascensionis? Quare si hic latet error aliquis, non est is alius, quam quod inhærens errori primo de septimo millenario quo post diem judicii super terra regnaturus sit Christus cum Sanctis, velit Dominicam a Christianis celebrari, tamquam figuram octavi et numquam finiendi seculi in cœlis; cum Deum sic loquentem inducit;* Οὐ τὰ νῦν σάββατα ἐμοὶ δεκτά, ἀλλὰ ὃ πεποίηκα, ἐν ᾧ καταπαύσας τὰ πάντα ἀρχὴν ἡμέρας ὀγδόης ποιήσω, ὅ ἐστι, ἄλλου κόσμου ἀρχήν· διὸ καὶ ἄγομεν. Non sunt mihi grata quæ nunc aguntur sabbata, sed quæ ego feci *sive faciam*, quando omnia quiescere jubens, initium ponam diei octavæ, id est initium alterius seculi: quapropter etiam agimus etc.

Illud autem Christum dici in Dominica ascendisse,

non recte objicitur; nec est credibile,

aliud hic latere quam Chiliasmum

30 *Vossius in Annotatis super eamdem Epistolam, ad initium* § X, *et verba quædam de Cruce nescio cujus Prophetæ, certe non Canonici,* Καὶ πότε συντελεσθήσεται. Et quando hæc consummabuntur, *sic scribit:* Quemadmodum S. Ignatius habuit interpolatores, qui illum corruperint; ita neque defuit, qui ipsum quoque in Barnaba licere sibi crediderit: in altero enim Romano codice hæc sequebantur: Et quando hæc Herum [tempora] extiterunt (*verba Latine reddo, quæ Græce exhibet Vossius*) qui fuerunt filii Zem; et ipse primus regnavit in terra. Anno vero septuagesimo chiliadis tertiæ ædificata est Babylon magna, et regnavit in ea Nemroth. Post hæc autem fecerunt sibi filii Cham Regem, nomine Putippum: et septingentesimo nonagesimo nono anno tertiæ chiliadis, primo vero anno regni sui, misit Nemroth viros potentes ex filiis Japheth, artifices et architectos perquam industrios, qui iverunt in Orientem ad Monetona filium Noe, ædificaruntque ei civitatem, quam ex nomine ipsius appellaverunt Monetona. *Tum addit Vossius:* Sed hæc satis ad gustum: plures enim paginas nugis istis implerat impudentissimus nebulo. *Ego, sicut non video quid ista faciant ad argumentum Epistolæ, ita ægre credo tam insulsum inveniri potuisse aliquem, qui eamdem sic interpolaret; potius ergo crediderim, quod cum aliquis Græcæ linguæ ignarus, aut certe nihil ultra figuras litterarum doctus, similis formæ qua scripta erat Epistola, membranas alias acephalas invenisset, qualis etiam erat ipsa epistola; notaretque finem unius paginæ coincidere cum initio paginæ alterius; simul utrasque fecerit in codicem unum compingi, parum solicitus de cognoscenda identitate argumenti, utrisque comprehensi. Atque ita tollitur occasio formidandi, ne hæc quæ alibi reperiuntur Græca, similiter sint interpolata; solumque optabile manet, ut emendatior integriorque Epistola prodeat; quod in Anglia ab Henrico Dodwello factitari comperi. Huic eam in finem misi quæ habebam Græca ad SS. Barnabam Ignatiumque spectantia, rogatus a doctissimis viris Joanne Millio et Thoma Smitho, huic etiam obstrictus prompta voluntate, qua suum mihi auxilium obtulit in Cottoniana instructissima bibliotheca, unde manu sua transcripsit quædam nostro operi subservitura. Quod ad veterem versionem Latinam attinet, ea ad Græcum collata tam male quadrat, ut hanc quoque novam fieri optem; maxime si aliunde habeantur Græce quatuor primi Paragraphi, hactenus fœde mutilati; quorum desiderium explere nequit, dum sola habetur, antiqua; versio digna tamen ipsa quæ asservetur, si ejus (ut fertur) auctor est S. Philostorgius.*

Romanus Codex quem Vossius allegat ut interpolatum, E

videtur, non scriptoris malam fidem sed bibliopegi imperitiam arguere: F

nunc alia editio paratur in Anglia,

DE SANCTIS FRATRIBUS

FELICE ET FORTUNATO,

MARTYRIBUS AQUILEIÆ.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

G. H.

De eorum Actis, Reliquiis, cultu.

ANNO CCXCVI

Acta antiqua horum Martyrum.

Inter multos Martyres, quos Aquileiæ, urbe olim celeberrima, passos hoc nostro in opere referimus, excellunt SS. Felix et Fortunatus fratres : *de quorum vita, martyrio, translationibus latissime agit Franciscus Barbaranus de Mironi Cappucinus, lib. 1 Historiæ Ecclesiasticæ Vicentinæ, Italice sub annum* MDCXLIX *editæ, a cap.* 20 *ad* 36, *ubi interserit cap.* 33 *antiqua Acta martyrii Latina, in novem Lectiones, ad Matutinum recitari solitas, distributa : quæ eadem edidit ante ducentos annos Boninus Mombri-*
B *tius ; et nos illa ipsa aliquanto correctius conscripta reperimus in MS Legendario Caroli Strozzii, Senatoris Florentini, signato num.* 5 *fol.* 123 : *quæ cum aliis diligenter collata hic damus ; prætermissis Compendiis quæ habemus ex MS. Ultrajectino Ecclesiæ S. Salvatoris, et apud Petrum de Natalibus lib.* 4 *Catalogi cap.* 167, *atque in Catalogo Sanctorum Italiæ a Philippo Ferrario, ad diem* XIV *Augusti. Eadem Acta, invenimus in præclaro Legendario Canonicorum Regularium monasterii Bodecensis, ubi habetur cujusdam* S. Felicis *corpus, quod Wolfgangus Aquileiensis Conrado Imperatori donasse legitur in Vita S. Meinwerci Episcopi Paderbornensis,* V *Maji num.* 109. *Verum is alius creditur, cum S. Hilario Episcopo passus* XVI *Martii, cujus adventus ibidem celebratur* III *Octobris.*

Dies natalis aliquibus 14 Maji 17 et 19 :

2 *De Natali horum Martyrum variant Acta, et cum iis Martyrologia : ac primo dies* XIV *Maji consignatur apud Mombritium et in MS. Strozziano. Cum iis facit Petrus de Natalibus, item Martyrologia Bellini, Greveni, Molani, Maurolyci, Galesinii, Canisii, uti inter Prætermissos ad dictum diem indicavimus : imo et antiqua Missalia ac Breviaria Mediolanensia, Florarium MS. et Viola Sanctorum excusa, eosdem*
C *referunt* XVII *ejusdem Maji ; Ecclesiæ autem Capuanæ Kalendarium ad* XIX, *sicut utrobique inter Prætermissos dictum. Verum hunc* XI Junii *Natalem eis statuunt passim antiquiora Martyrologia, Usuardi, Adonis, Notkeri et aliorum cum hodierno Martyrologio Romano, illustriaque proferunt ex ipsis Actis elogia, sinceritatem Actorum confirmantia : ex quibus unicum Usuardi addimus, quod sic se habet :* In Aquileia passio SS. Felicis et Fortunati, sub persecutione Diocletiani et Maximiani : qui cum essent duo germani fratres, equuleo sunt suspensi, atque ardentes lampades circa latera eorum appositæ. Quibus mox Dei virtute extinctis, per ventrem ferventi oleo sunt perfusi, atque ad ultimum in confessione Christi capite truncati. *Duplo plura ex ipsis Actis resumpsit Ado, quæ apud eum videri possunt. Interim in Lectionibus antiquis Vicentinis dicuntur* martyrizati sub die XVIII Kalendas Septembris, *qui esset* XV *Augusti : sed legendum est* XVIII Kalendas Septembris : *nam* XIV *Augusti celebris est* SS. Felicis et Fortunati Aquileiæ passorum *memoria, etiam in antiquissimo Martyrologii apographo Epternacensi : ubi additur* Vincentiæ : *an forte quod istic colantur? In nonnullis quidem apographis legitur* Fortunata ; *sed hoc corrigendum arbitramur. Quid si legendum?* Aquileiæ S. Felicis, et Vicentiæ S. Fortunati. *Hoc sensu Petrus de Natalibus asserit,* convenisse ut Fortunati corpus Vicentini secum ferrent ; Felicis vero Aquilejæ remaneret.

alus hoc 11 Junii.

nonnullis 14 Augusti.

Divisio Reliquiarum inter Aquileienses et Vicentinos.

3 *Ea divisio Reliquiarum ita describitur apud Adonem* : Pia contentio ita finita est divino nutu, ut Felicem Vicentini, Fortunatum haberent Aquileienses : ita tamen ut caput B. Felicis Aquileia, caput vero Fortunati Vicentia sortiretur. *Eadem leguntur in MS. Ultrajectino, sed loco* Vicentia, *nescio quo errore,* Nuceria *scripta est. Huic sententiæ videtur etiam stetisse Fortunatus lib.* 8 *cap.* 4 *de Virginitate, ubi post Patriarcharum cœtus et Apostolicum Senatum, profert laureatam Martyrum et Confessorum turbam, in qua adducit* Cyprianum Martyrem Africæ, Quirinum Sisciæ, Vincentium Hispaniæ, Albanum Britanniæ, Victorem Massiliæ, Genesium et Cæsarium Arelati, Dionysium Parisiis, Symphorianum Augustoduni, Privatum Gabali, Julianum Arvernis, Ferreolum Viennæ, Hilarium et Martinum Galliæ, et Laurentium Romæ : *et hisce tot illustribus, locorum celebrium Patronis enumeratis, hos versus subdit.*

Felicem meritis Vicentia læta refundit :
Et Fortunatum fert Aquileia suum.

Advertat lector, hæc carmina, in editione Veneta et Calaritana, perperam adjuncta fuisse poemati 5 *libri* 7 *ad Bonegisilum Ducem, et sic citari a Baronio in Notis ad hunc diem* XI, *et a Barbarano cap.* 26. *Idem Fortunatus lib.* 4 *de Vita S. Martini fere sub finem, iter sacrum describit, et ista adjungit.*

Hinc Venetum saltus campestria perge per arva.
Sub montana quidem castella per ardua tendens.
Aut Aquileiensem si forte accesseris urbem,
Cantianos Domini nimium venereris amicos,
Ac Fortunati benedictam Martyris urnam. F

De Cantianis tribus fratribus, Martyribus Aquileiæ, sub Diocletiano et Maximiano, egimus XXXI *Maji.*

Caput S. Fortunati et corpus S. Felicis Aquileia delata Gradum inde Methamaucum.

4 *Verum cum Petro de Natalibus, qui in vicinia scripsit, consentiunt antiqua monumenta, et* caput S. Felicis et corpus S. Fortunati *fuerint delata Vicentiam :* caput vero S. Fortunati et corpus S. Felicis *remanserint Aquileiæ : qua urbe ab Attila anno* CCCCLII, *deinde a Longobardis anno* DXC *incensa et devastata, creduntur delata Gradum, urbem admodum parvam in insula etiam parva Fori-Julii, prope oram littoralem maris Adriatici ab Aquileiensibus constructam, cum Sede Patriarchali, inde postmodum Venetias translata : sed Reliquiæ fuerunt Methamaucum (ubi et Sedes Episcopalis fuit) transportatæ. Erat ea insula duobus milliaribus Venetiis dissita, circa annum* MCX *in terræ motu fluctibus maris submersa ; ac tum Sedes Episcopalis Fossam Clodiam seu Clugiam, in æstuariis Venetis* XV *milliario a Venetiarum urbe sitam, cum Reliquiis Sanctorum traducta : qua de re ab Ordelafio Falerio Venetiarum Duce factum decretum extat apud Ughellum. Tomo* 5 *in Episcopis Fossæ-novæ colum.* 1416, *in quo permittitur* de Methamauco in civitatem Clugiensem transmutari novum Episcopatum, corpus

A pus S. Felicis Martyris et caput S. Fortunati et omnem thesaurum. *Quæ eadem confirmat Andreas Dandulus in Chronico, anno* XIII *Ducis Ordelafii, qui incidit in annum* MCX. Dux, *inquit*, devastationi urbis Methamaucensis et Episcopalis Sedis compatiens, requirente Dominico Granciariolo Ecclesiæ Præsule, decrevit, ut eadem Sedes cum corpore S. Felicis et capite S. Fortunati, thesauro et omnibus suis honorificentiis, in majori Clugia transferretur. *Hos autem asserunt et venerantur* Martyres, sub Diocletiano et Maximiano Aquileiæ coronatos

Sede translata Clugiæ an 1110,

5 *Apud Barbaranum in dicto Ducis Ordelafii anno additur eos natione Vicentinos fuisse, ac postmodum* anno MCCXIV, *esse* XVII Kalendas Julii consecratum altare, et recondita caput Fortunati et corpus Felicis Sanctorum, *uti ibidem in tabula exprimitur, ubi in altera leguntur ista.* Hic requiescit corpus S. Felicis et caput S. Fortunati, Martyrum ac Fratrum. *Eadem reperta fuerunt in ultima inventione, anno* MDCVIII, *uti late deducitur a Barbarano cap. 26 et sequentibus, cum Epistola Laurentii Prezzati, tunc Episcopi Clugiensis. Fuisse deinde eadem anno* MDCXII, *cum solenni processione die* XII *mensis Julii reposita,* B *scribitur cap. 28 ; et sequenti capite, adfertur hoc testimonium in lapide sculptum.* Sacra hæc Deiparæ immaculatæ basilica, structura nobilis, mole olim ampla, iconibus, sacellis, aris, picturisque conspicua, post perfecta Puerperii divini solennia, nocturnis repente flammis absumpta, Divorum Tutelarium Felicis et Fortunati piis servatis ossibus, Paschale Grosso Præsule, Veneta munificentia, Clodiensi pietate, Andreæ Dandulo Prætoris cura, Jo. Falconetti Equit. Sebastiani Busculo, Felicis Vianello Deputatorum diligentia, cœlestis Vexilli triumphantis die, reparari gloriose cœpta. Deodatus Theotius Eques, et Marc. Antonius Scarpia in procuratione collegæ, ad perennem tanti operis memoriam. An. Sal. MDCXXIV Kalend. Octob. *Hæc ibi de dictis Reliquiis hactenus in Fossæ Clodiæ asservatis.*

anno 1214 in altare recondita,

anno 1608 educta

et an 1612 reposita,

ob incendio elapsa anno 1624

6 *Ex relatis infertur,* Caput S. Felicis et corpus S. Fortunati *fuisse delata Vicentiam. Verum istius ibidem corpus quiescere asserit Rodulphus Episcopus Vicentinus, in Privilegio dato anno* DCCCCLXXV, *et ab Ughello Columna* 2190 *sequenti, relato : in quo;* Decrevi, *inquit*, cœnobium beatorum Martyrum Felicis et Fortunati, Viti atque Modesti, situm foris civitate Vicentia, quod penitus omni monastico cultu et divino officio inveni destitutum..... restaurare C atque redintegrare ad honorem sanctorum Martyrum Felicis et Fortunati, [Viti, atque Modesti..... Concessi eidem sancto monasterio Abbatiam S. Viti, sitam juxta ecclesiam S. Viti, ubi ejus sacrum corpus requiescit. *Barbaranus cap. 24. adfert Privilegium S. Henrici Imperatoris, in quo dicitur* Ecclesia SS. Felicis et Fortunati constructa foris civitate Vicentia, ubi corpora SS. Felicis et Fortunati requiescunt. *Fuisse eosdem Sanctos electos Patronos et Protectores urbis Vicentinæ, confirmat idem Barbaranus cap. 23 litteris Bartholomæi Episcopi Vicentini, datis anno* MCCLX, *in quarum clausula, ista habet.* Si quis hoc non obtemperare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Martyrum Felicis et Fortunati Patronorum nostrorum, et nostri se noverit incurrisse. *Postea* anno MCCCXI, *asserit idem Barbaranus* statutum, quod festum beatorum Martyrum SS. Felicis et Fortunati Confessorum et Martyrum Dei, quorum Reliquiæ sunt in civitate in futurum singulis annis celebretur die sequenti Resurrectionis Domini nostri Jesu Christi *etc. Imo* anno MCCCXCIII statutum *est*, quatenus omnes Confraternitates interessent solennitati festi SS. Felicis et Fortunati, quod tunc celebratum die Lunæ VII Aprilis cum oblatione viginti solidorum

Ecclesia SS Felicis et Fortunati Vicentiæ :

ubi sunt Patroni :

et festum 2 Paschæ.

Præterea apud Barbaranum cap. 34, referuntur tres D Hymni, de Martyrio SS. Felicis et Fortunati, *et cap.* 38. Missa ordinata a S. Ambrosio Archiepiscopo Mediolanensi pro festo SS. Felicis et Fortunati, extracta ex Missali anno MDXXII excuso, *dicenda* XIV Maji in Translatione S. Victoris, et nativitate SS. Felicis et Fortunati. *Hujusmodi Missale penes nos habemus, sed variis temporibus varie auctum, ut non continuo audeamus S. Ambrosio adscribere quidquid ibi invenitur. Contra hactenus relata profertur apud Barbaranum objectio, quasi* anno MCCXXV, die II Maji fuissent Aquileiæ translata corpora SS. Felicis et Fortunati, Sigismundi Regis et Meniæ. *Quæ de particulis ossium videntur dicenda. De Corpore S. Sigismundi Regis, quod et Pragenses et Imolenses prætendunt sic habere, egimus Kalendis Maji.*

Hymni et Missa.

particulæ Aquileiæ.

ACTA MARTYRII

Ex MSS. ex Bonnino Mombritio et ex Lectionibus Vicentinis.

Sub Diocletiano et Maximiano Imperatoribus, *a* anno duodecimo, exiit edictum et propositum, per universas civitates, a Principibus et Magistratibus, ut ubicumque Christiani inventi fuissent, diversis E pœnis interficerentur. Sollicite autem per omnem orbem terrarum Christiani requirebantur; et constitutum erat, ut si forsitan aliquis compararet aut venumdaret, primum idolis immolaret : si quis etiam inventum Christianum celasset, ipse pro illis puniretur. Eodem vero tempore directus est ab Imperatoribus *b* ex urbe Roma Apollinarius Præfectus, ut et ipse per omnem Italiæ provinciam Præsides vel Magistratus et Judices ordinaret. Apud civitatem vero Aquileiam contigit, ut ad Præsidatum promereretur *c* Euphemius impiissimus, qui longe sævissimus in Christianos esse videbatur. Cumque venisset apud civitatem Aquilegiensem, in templum Jovis ingressus, immundas hostias obtulit. Præco vero per omnem civitatem voce magna proclamabat, ut omnes venirent cum hostiis ad Capitolium Jovis. Cumque sacra per plateis posuisset, universi amici Christianos amicos tradebant. Quidam autem ex Officio Præsidis, Apamius nomine, suggessit Præsidi, dicens : Devenerunt huc ad nostram civitatem quidam germani fratres, qui se Christianos profitentur. Tunc Præses ex Officio suo mittit, ut Dei cultores, ferro vinctos per collum et corpus ad suum auditorium F perducerent. Cum autem venissent in tabernaculum ubi commorabantur; invenerunt eos orantes ad Dominum, et dicentes, Domine refugium factus es nobis a generatione et progenie. Antequam montes fierent, aut firmaretur terra, a seculo et usque in seculum tu es, Domine.

a An 12 Diocletiani

b Euphemio Præside Aquileiæ

c

2 Tunc prior Officii, qui erat, comprehendit eos; et ferro vinctos collo et manibus, perduxit eos in conspectu Præsidis. Princeps vero Officii Præsidi suggessit, dicens : Pro foribus sunt, quos nos apprehendere præcepisti. Euphemius dixit : Introducantur. Cumque introducti fuissent S. Felix, facto signo Crucis Christi in fronte, percutiens pectus suum, intra se orabat. Præses dixit : Edicite nomina, quibus nuncupamini. S. Felix dixit. Ego Felix vocor, frater vero meus Fortunatus : Christiani sumus. Præses dixit : De hac civitate oriundi estis, aut forte peregre huc venistis ? S. Felix respondit : Hinc sumus, de *d* vicino loco, non longe ab hac civitate : Sed videntes vos vana et immunda idola colere, dimisimus loca nostra, volentes magis cum feris habitare in silvis quam vobiscum : quia inania committitis, et sacrificatis dæmoniis. Euphemius Præses dixit : Non audistis, quæ præcepta sunt a piissimis

oblati,

fidem profitentur;

d

A piissimis Principibus : ut, si qui Christum colere inventi fuerint, diversis pœnis puniantur? S. Felix dixit : Audiant Principum jussa, qui sunt similes his, et illis militant : nobis autem qui habemus Regem in cœlo, nihil est cum ministris satanæ.

fustibus cæduntur ;

3 Hæc audiens Præses, jussit eos extendi, et a viris fortissimis fustibus cædi. Cumque cæderentur, quasi ex uno ore ita ad Dominum orationem proclamabant : Domine Jesu Christe, gloria pietati tuæ, quoniam in nobis perfecisti, quæ locutus est Spiritus sanctus per os pueri tui David, dicens : Ecce quam bonum, et quam jucundum, habitare fratres in unum. Precamur te, Domine, ut digneris nos in hac vocatione, qua nos vocari jussisti, perseverare ad laudem nominis tui, et ad confirmanda corda omnium credentium : ut cognoscant omnes idolis servientes, quoniam non est alius Deus præter te, Domine, cui Angeli serviunt. Euphemius dixit : Nescitis, quia Domini Imperatores de nomine Christi vestri multum irascuntur? S. Felix respondit : Etsi irascuntur, numquid Christo servientibus aliquid possunt prævalere? Nunc audite, quia quantum vos irascimini in sævitia, tanto magis nos exaltamur in gloria. Hoc audiens Præses subrisit, dicens : Miserrimi, modo præcido cervices vestras, quæ gloria est

spernunt gloriam mundi.

B vobis? S. Fortunatus respondit : Gloria, quam expectamus a Domino Deo nostro, spiritalis est, non de hoc mundo, : quia iste mundus transit et gloria ejus ; nam illa gloria, quam præparat credentibus in eum, sempiterna est : nam quid estis vos aut Principes vestri? Sic enim est vestra gloria apud nos, ut sumus in nimia tempestate.

suspensi ut lampadibus torqueantur

4 Audiens hæc Præses, iratus vehementer, jussit eos in equuleo suspendi, et lampades ardentes ad latera eorum poni. Cum hoc factum fuisset, SS. Felix et Fortunatus hymnum Deo cantabant, dicentes : Domine, Rex sanctorum Angelorum, dirige Archangelum Michaelem ad auxilium nobis, ut confundantur omnes qui adorant sculptilia. Hæc eis orantibus lampades extinctæ sunt, et exclamaverunt, dicentes : Laqueus contritus est, et nos salvati sumus ; adjutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cœlum et terram. Euphemius Præses dixit : Ecce ista sunt vana verba, de quibus extollimini. Accedite et sacrificate deo magno Jovi, per quem potestis salutem promereri. S. Felix respondit : Tu ipsius salutem promerearis : nam salus

eas oratione extinguunt :

C nostra Christus est. Dii enim vestri seipsos salvare non possunt, si comminuti fuerint ; quomodo alicui salutem præstare poterunt?

e oleo fervente perfusi sentiunt refrigerium

5 Audiens hæc Euphemius, jussit *e* oleum valde calidum, extensis eis in supinum, in ventrem eorum profundi. Cumque hoc factum fuisset, SS. Felix et Fortunatus dixerunt : Vere per nomen Domini nostri Jesu Christi, pro quo hæc patimur, quia nihil caloris sentimus ; sed potius refrigerium nobis præstitisti. Elevantibus autem eos cum multa iracundia, Præses iniquitatis jussit plumbatis maxillas eorum contundi, dicens : Injurias deorum, ex ore quo procedunt, oportet puniri. Sanctus autem Fortunatus dixit : Impiissime diaboli minister, excogita adhuc nequissimam pœnam, quam nobis inferas : nam, Domino Deo auxiliante nobis, nihilo tormentorum possumus terreri : quia præsto est Angelus Domini, D qui omnia membra nostra confortat.

EX MOMBRITIO

6 Quidam autem ex Consiliariis Præsidi dixit : Domine, hæc omnia isti inimici deorum immortalium pro laude sibi habere videntur : sed jube eos capitalem subire sententiam. Tunc Præses jussit capita eorum amputari. Eduxerunt eos ministri, foras civitatem, juxta fluvium qui est secus civitatem Aquileiensem ; ubi flexis genibus orantes Dominum, dixerunt : Gratias tibi agimus, Domine Jesu Christe, quia non nos despexisti, nec agonem nostrum ; sed sicut ex uno utero enixi sumus, ita et unum agonem martyrii percurrimus. Oramus et petimus, ut ita nos permittas ingredi portas paradisi ; ubi sunt omnes, qui pro tuo nomine de hoc seculo cum martyrii palma ad tuam gloriam pervenerunt. Hæc eis orantibus porrigebant sibi invicem osculum sanctum, et orationem Dominicam coram omnibus dicebant, accessitque speculator, et singulorum capita separavit. Relinquentes eos ministri abierunt. Nocte autem venerunt viri religiosi civitatis, cum linteaminibus mundis et aromatibus, et condierunt corpora eorum occulte ; et supervenerunt ibidem provinciales eorum civitatis Vicentiæ, volentes corpora eorum ad suam patriam perducere, sed cives Aquilegienses, non eos permittebant. Et dum diu inter eos esset E contentio, metuentes Præsidis et Paganorum sævitiam, ex Dei nutu hoc inter se ordinaverunt, ut unum tenerent apud se metipsos, et alium memoratæ civitatis Vicentiæ civibus *g* relinquerent. Martyrizati autem sunt Sancti Dei Felix et Fortunatus Martyres, sub die *h* quarto decimo mensis Maji, regnante Domino nostro Jesu Christo : cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

g

k

ANNOTATA G. H.

a *Annus* 12 *cœpit a* 17 *Septemb. anni* 295, *in quo S. Cajus Papa Martyr obiit anno* 295, 22 *Aprilis, quo dedimus Vitam.*

b *Lectiones Vicentinæ et Mombritius, in* urbem Romam.

c *Sub eodem Euphemio Præfecto, Aquileiæ similia atque hic tormenta passi SS. Donatus et Solonus fratres, referuntur* 17 *Februarii num.* 3.

d *Barbaranus* Vicentiæ *natos asserit, ædes assignat* adhuc extantes, et matrem Sulpitiam Trissinam.

e *MS. Strozzi*, oleum fervens adduci, et extensis eis supinis. F

f *Lectiones Vicentinæ addunt :* et quantum potes, adversus eos furere.

g *Eædem*, per incendium relaxarent. *Petrus de Natalibus*, Ut Fortunati corpus Vicentini secum ferrent ; Felicis vero Aquileiæ remaneret. *Contra in MS. Ultrajectino*, Ut Felicem Vicentini, Fortunatum haberent Aquileienses, ita tamen ut caput B. Felicis Aquileia, caput S. Fortunati Vicentia sortiretur. *Quæ supra sunt discussa.*

h *Lectiones Vicent.* XVII Kalend. Septemb. *Barbaranus cap.* 24 *ait*, occisos XI Junii : *et consentiunt Usuardus, Ado, aliique, cum Martyrologio Romano.*

DE SS. MARTYRIBUS AQUILEIENSIBUS,

EMERITO, HERETO SIVE ACRETO,

VICTORIANO ET VICTORE.

D. P.

Ex Hieronymiani Martyrologii ecgraphis.

X JUNII.

Alia hæc est classis Martyrum, in urbe Aquileia passorum, qui ita proponuntur in antiquissimi Martyrologii apographo monasterii Epternacensis. Item in Aquileia Emeriti, Hereti, Victuriani, Victoris. *Verum in aliis tribus ejusdem Martyrologii Hieronymiani apographis, scilicet Corbeiensi, Lucensi, et Blumiano ita efferuntur :* In Aquileia Emeriti, Acreti, Victoriani, Victoris. *Quæ plane eadem leguntur in MS. codice Monasterii S. Cyriaci, per Baronium alibi laudato. In MS. codice Reginæ Sueciæ, quod Holstenius etiam vulgavit : ita legitur :* Aquileia Emeriti, cum aliis tribus, *jam scilicet indicatis. Tres solum exprimuntur in MS. Barberiniano.* In Aquileia Emeriti, Hereti, Victuriani. *At memoria* SS. Emeriti Victuriani *seu* Victoriani, *et* Victoris *habetur in MS. Richenoviensi, Augustano S. Udalrici, Parisiensi Labbei, et apud Grevenum in Auctario Usuardi. His additur* Ereti *nomen in MS. Gellonensi et alio S. Galli. In MS. Aquisgranensi secundus,* Victorinus *scribitur. At nomina* Emeriti et Victoriani *referuntur in MSS. Florentinis magni Ducis, et Senatoris Strozzi.*

E

DE SS. THEOPEMPTO ET IV SOCIIS,

MARTYRIBUS APUD GRÆCOS.

D. P.

Sylloge ex MS. Synaxario Divionensi.

Quod Divione in collegio Societatis reperimus apud Petrum Franciscum Chifletium MS. Synaxarium Græcum, ad hunc XI *diem Junii, post SS. Bartholomæum et Barnabam Apostolos, proferunt* SS. Theopemptum et quatuor socios Martyres, gladio interemptos, *atque hos addunt versus, cum aliqua allusione ad numerum quinarium πέμπτον, nomini ejus inclusum, cujus alioqui vera etymologia sumi possit a πέμπω mitto, ut si idem quod* Theopompus, *divinitus missus.*

Ὁ Θεόπεμπτος τεσσάρας διὰ ξίφους
Εὑρὼν συνάθλους πεμπτὸς αὐτὸς εὑρέθε.

Commilitones quattuor gladio cæsos
Theopemptus invenit, et invenitur quintus.

Recolitur die VII *Februarii apud Græcos memoria* Theopempti, *καὶ τῆς συνοδίας αὐτοῦ*, cum comitatu ejus : *qui posset unus idemque videri, cujus comitatus nullo ibi numero definitus, hic quaternario concludatur. Sub hoc dubio uti eos hic damus, sic forte in Supplemento Februarii, ibi expungendi dicentur : cum nulla idonea causa distinctionis suppetat : nisi forte placeat, pluribus testibus pro Februario inventis, hic expunctos illic detinere.*

C

DE S. BASILLA, VIA SALARIA,

F

AC SS. CRISPOLO ET RESTITUTO, VIA NOMENTANA, MARTYRIBUS ROMANIS.

D. P.

COMMENTARIUS CRITICUS

SS. Basillam et Restitutum ad aliis synonymis distinguens.

XI JUNII.

Horum sacra memoria in antiquis Fastis.

Conjungimus hos Martyres Romanos, XI *Junii passos, de quibus nonnulla controvertuntur, num ad alios dies videantur spectare; dubio autem tali commodius satisfiet, ubi quid de hisce Sanctis in antiquis Martyrologiis reperiatur, indicaverimus. Ac primo antiquissimum Martyrologii Hieronymiani apographum monasterii Epternacensis, ista habet primo loco ;* III Idus Junii Romæ natalis S. Basilæ. Item Romæ Crispoli et Restituti. *En ut omnes Romæ accurate tribuantur, sed sub quadam disjunctione, ut mox dicetur. In aliis tribus ejusdem Martyrologii Hieronymiani apographis, Corbeiensi, Lucensi et Blumiano, ista leguntur :* III Idus Junii, Romæ natalis S. Basillæ, et SS. Chrispoli, Restituti. *Martyrologium MS. Cardinalis Barberini ita habet :* Romæ depositio S. Basillæ et SS. Crispuli et Restituti. *Quæ absque distinctione ita leguntur in MSS. Richenoviensi et Rhinoviensi :* Romæ Basillæ, Crispuli, Restituti. *Palæstra vero Roma omissa, ita reperitur in MSS. Casinensi et Altempsiano :* S. Basillæ, et SS. Crispuli et Restituti. *MSS. Florentina Magni Ducis et Senatoris Strozzi, et aliud sub nomine Adonis, cum Martyrologio Florentino anni* 1486, *sic omnes referunt :* Romæ via Salaria S. Basillæ Virginis in cœmeterio ejusdem, item Romæ SS. Crispoli et Restituti. *Quæ ita leguntur in vetusto MS. Reginæ*

næ

AUCTORE D. P.

A *næ Sueciæ per Holstenium vulgato :* Romæ via Salaria natalis S. Asellæ *(imo Basillæ)* et via Nomentana natalis S. Crispoli et Restituti, *MS. Aquisgranense,* Basillæ in cœmeterio ejusdem. *MS. Vaticanum S. Petri :* Romæ natalis S. Basillæ, et natalis S. Crispuli, *MSS. Augustanum et aliquod Parisiense ;* Romæ Restituti. *In Auctario Adonis excusi et MSS. Laurentino apud Leodienses ac Treverensi S. Maximini et MS. Florario additur alia Sancta his verbis :* Romæ natalis SS. Basillæ et Basilissæ, et SS. Crispoli et Restituti. *Quæ de duabus primis etiam leguntur in MS. Leodiensi S. Lamberti.*

Basilla hodie relata,

2 *Hæc accurate collegimus ex variis Martyrologiis: per quæ credimus hodie relatam optime distingui* a Basilla, *seu potius* Basilissa, *una cum* Aureo *vel* Aurea, Nuscia *vel* Nusca, *in dicto* S. Basillæ *cœmeterio sepulta, relataque* XX *die Maji. Et hæc forsitan de qua nunc agimus alio prius loco sepulta, postea autem translata fuerit ad locum qui prius dictus S. Hermetis, deinde ab ibidem conditis Proto et Hyacintho appellatus ; denique ab illius postrema celeberrimaque ibidem depositione, facta* XXII *Septembris, nomen habuit, cum scriberetur vetus quoddam non tam Martyrologium (uti Bucherio appellare placuit) quam præcipuarum in Romanis dumtaxat sub terra cœmeteriis* B *festivitatum indicium, quarum catalogum videtur auctor texuisse, seorsim ab aliis Romanarum Basilicarum festivitatibus quarum alias incomparabiliter major fuisset numerus, cum illæ solum triginta quinque censeantur. Auctor vixisse videtur quarto seculo mediante, sub Pontificatu Liberii. Explicat enim, qui Romani Episcopi, in quibus cœmeteriis, tunc haberentur sepulti per certum præcedentes annos, a Lucio Papa : qui obiit anno* CCLV, *usque ad Julium, qui defunctus est anno* CCCLIII.

et 22 Sept. translata ad Cœmet. S. Hermetis,

3 *Membranas autem, quibus ista continebantur, habuit Bucherius a nostro Bollando, suoque in Victorii Canonem Paschalem Commentario inseruit pag.* 267, *ubi ad nostram conjecturam firmandam sic legitur :*

dicitur passa an 304 ;

Mense Augusto Quinto kalendas Septembris
Hermetis in Bassillæ, Salaria veteri.
Mense Septembri tertio Idus Proti et Hyacinthi
in Bassillæ.
Decimo kalendas Octobris Basillæ Salaria vetere,
Diocletiano IX et Maximiano VIII Coss.

quod huic Sanctæ particulariter adscriptum, cum similis nota alteri nulli hic addatur, haud caret mysterio ; C *et suspicionem facit, quod auctor ex hujus ecclesiæ ac cœmeterii custodibus fuerit, ideoque speciali cura circa hanc ejus festivitatem versatus sit ; eo quod non haberet propositum indicare festa supra terram in ecclesiis celebranda, in quibus fuisset* S. Basillæ natalis hoc die XI *Junii. Notant autem isti Consules annum vulgaris æræ* CCCIV : *quibus si indicatur martyrii tempus, uti existimo indicari; nihil habuit* Bassilla *hæc commune cum S. Eugenia ; posito quod ea (ut in fabulosis ejus Actis dicitur) vere passa est sub Gallieno, cum suis Eunuchis Proto atque Hyacintho. Visa tamen est auctori Actorum illorum idonea, quæ personam sustineret in comœdia a se adornata, propter communem cum*

ejus et S. Hermetis ecclesia seculo 8 restaurata ;

prædictis sepulturam. Ergo neque hic referam, quæ D XX *Maji, dare nolui excerpta ex prædictis Actis, utpote fictionis suspecta omnia, et cum Actis S. Eugeniæ accuratius examinanda : sed ex Anastasio Bibliothecario notabo, quod* Hadrianus *Papa* I Basilicam cœmeterii SS. Hermes, Proti et Hyacinthi, atque Basillæ, miræ magnitudinis innovavit, *quæ verosimiliter tempore Constantini Magni primum condita fuerat. Basilicam et cœmeterium illud, qualiter sub villa nostræ Societatis extra portam Pincianam, secundo ab urbe milliario, hodieque cernuntur, accuratissime describit Aringhus lib.* 4 *cap.* 37 *; et ex marmorum fragmentis ibidem repertis demonstrat,* SS. Hermetis atque Basillæ *fuisse, quemadmodum etiam appellat Petrus Mantius, enumerans Romana cœmeteria.*

4 *Antea videlicet cap.* 34, *dixerat idem Aringhus, quod* S. Bassillæ corpus, e cœmeterio levatum, in ecclesiam S. Praxedis a Paschale Papa I transferri contigit ; *utique non multis post innovatam Basilicam annis ; cum Hadrianus cœperit anno* DCCLXXII, *Paschalis desierit anno* DCCCXXIIII. *Addit Aringhus, quod hujus translationis* fidem legentibus facit titulus ibidem marmori insculptus. *Recentis sculpturæ hunc* E *esse oportet : nam neque Ugonius de Stationibus Romanis Statione* XLI, *neque Pancirolius de Ecclesiis Romanis, neque alius quisquam ullius tituli meminerunt, in quo nomen* S. Basillæ *legatur ; idemque Ugonius istius Ecclesiæ Reliquias enumerans sigillatim,* Basillam *præterit ; Pancirolius ita* Basillam *nominavit cum aliis, quorum ibi corpora requiescunt, ut de auctore vel tempore translationis dicat nihil. Interrogatus a me de tabula illa anno* MDCLXXXI *tunc adm. R. P. Leander, nunc Eminentissimus S. R. E. Cardinalis Colonedus, ad locum se contulit, tabulamque inspexit, ac deprehendit eum, licet obducto gypso marmorea videatur, revera ligneam esse, sitam prope sacellum sanctissimæ Columnæ : inscriptionem vero, licet aliquid vetustatis præseferat, non videri tamen hujus seculi initio anteriorem. Ceterum, ea causa et ex antiqua traditione, ibidem Officium fieri,* S. Basillæ, *tamquam in corpore Præsentis.*

corpus translatum ad S. Praxedis sec. 9.

5 *Circa* SS. Crispulum et Restitutum, *cum S. Basilla nominatos, controverti imprimis potest, an hic* S. Restitutus *non sit referendus ad diem* XXIX *Maji, quo die ejus Acta dedimus, ex veteri MS. Romano Ecclesiæ S. Mariæ Majoris, nam hic etiam dicitur* F via Numentana *sepultus. Verum is solus ibi refertur ; hic vero socius additur* Crispolus : *et in eisdem MSS. antiquis utroque die relatum nomen duos diversos videtur indicare : sane tam potuerunt duo* Restituti *sepulti fuisse* via Numentana, *quam duæ* Basillæ via Salaria. *Fatemur tamen, quia in præcipuis fastis ad hunc diem non fit mentio talis sepulturæ, fieri posse ut ea adjecta hic fuerit a posteris, occasione aliorum Sanctorum. Proposuimus tamen ipsam in titulo, quod in antiquis saltem aliqua separatio indicetur* S. Basillæ.*a* SS. Crispolo et Restituto, *quamvis aliæ quoque causæ possint excogitari separationis ejusmodi.*

Restitutus alius 29 Maji.

DE

D. P.

DE SANCTIS ABBATIBUS HABESSINIS

BATATZUXO, PALÆMONE, ET GARUMA,

Ex Poetæ Habessini Hagiologio Metrico.

Æstimari possunt ex primis Monachis,

Egi ad *diem* VI *hujus mensis de* S. Bazalota, *sorore unius ex primis illis Monachis, qui ex SS. Antonii vel Pachomii institutione primos anachoreticæ monasticæque disciplinæ fervores, nigricanti corporaliter Æthiopiæ, sed per Christi gratiam spiritualiter albicanti, invexerant. Ex horum disciplina profectos esse tres prætitulatos Sanctos Abbates, præsumere nobis licet; aut certe multo prius floruisse, quam aurum istud verteretur in scoriam, suscepto schismate Alexandrino. Quamquam et de Habessinis cogitare liceat, id quod de Moschis seu Ruthenis* **pene demonstravimus; illos in suscipiendo schismate** *tardiores quoque fuisse. Hac sub indulgentia, tres illos nobis propositos ut Sanctos, non rejiciemus, donec aliqua verosimilis se offerat causa de eorum antiquitate* B *et orthodoxia dubitandi. Commemorari autem simul credo; quia licet non uno die mortui, communi tamen veneratione colantur, uno eodemque in loco per communem aliquam translationem sepulti. Elogia singulorum, apud Poetam prælaudatum hæc sunt.*

qui uno in loco simul coluntur

Primus a singulari abstinentia,

2 Salutem tibi Dico, Abba Catatzune, qui in prolongando asceseos tuæ labore valde, persististi; ut perditum hominem liberares ab inferis. Abstinentia magna exercitando corpus, illud pene aereum effecisti: sexto quoque die vescens, nec nisi unum oleris folium.

3 Salutem tibi dico, Abba Palæmon, quem exitii æterni auctor et amator decepit quidem, omnigena spectra coram producens; sed Domino misericorditer peccata remittente, emissa est super caput tuum vox, ad satanam dicens: Hoc feci, *quasi subintelligi volens:* Et hoc salvabo: *ut ea vox Dei fuisse intelligatur.*

secundus a resipiscentia,

4 Salutem tibi dico, Abba Garuma, qui, ad ostensionem magnæ virtutis tuæ, collegisti semina, et ea conjunxisti suis spicis. Quocumque loco justus hic erat, a facie magnitudinis ejus et sono venerandi verbi ejus, abscedebant lapides et arbores recedebant.

tertius a miraculis laudatur,

5 *Thaumaturgum magnum hæc miracula indicant, quorum primum sic intelligendum videtur, ut semina in terram jacta statim fecerit in spicam assurgere:* E *Catatzuni abstinentiam, admirabilem quidem nec imitandam, sed non incredibilem, dicet in Sanctorum Actis mediocriter versatus. Plura addere divinando non libet, sed optare ut Acta prodeant, eorum et ætatem et asceseos locum, et veram sanctitatem certius explicatura.*

cetera desiderentur

DE S. AMABILE PRESBYTERO

RICOMAGI IN ARVERNIA

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

D. I.

De duplici die cultus, Vitaque et miraculis olim ac recentius scriptis.

SEC. V.

In oppido nobili,

C Ricomagum *antiquis, modernis* Riomum, *describitur nobis in Atlante Blaviano,* tamquam Ducatus Arvernensis Caput, Sedesque Præsidialis, ubi in veteri Dynastarum palatio judicia celebrantur: *et addit Auctor, quod* fulget aliis quoque nominibus hæc civitas, Seneschallatu nimirum, Ærario regio, Officina Monetaria, tribus Collegiis Canonicorum. *Sed nulla re magis ipsum* ***fulget, quam Patrocinio*** S. Amabilis, *Presbyteri olim sui, sive Curati ut nunc loquimur sub cujus nomine, quæ nunc habetur Collegiatium princeps, Abbatialis olim fuit. Primus eam ædificasse creditur ipse* S. Amabilis, *et in nomine S. Benigni dedicandam curasse, atque mox ab obitu fuisse in ea tumulatus. Sed cum* Amabilis *vixerit seculo* V, *quando sub Romanis, Arvernia adhuc erat, nec nisi Romano more corpora de*-***functorum etiam Sanctorum sepeliebat, id est extra urbes;*** *credere malim ejus intra ecclesiam transferendi auctorem fuisse,* Archidiaconum Gallum, *ante annum* DCXL, *circa quem is Episcopus Claromontanus factus videtur. Hic certe ecclesiæ absidem fabricavit, sub qua in loco altaris arcam sacram composuit; idemque for*-***tassis, affluentibus eleemosynis, Clerum ibidem ordina****vit in formam Collegii Canonicorum; cui postea vel* ***Monachorum vel Regularium Canonicorum successit*** *Congregatio, denique in secularium Canonicorum ordinem conversa. Ut ut est, diu ante Gallum celebris erat,* ***sive intra, sive extra oppidum, tumulus*** S. Amabilis, *utpote in S. Gregorii Turonensis libro* 3 *de Gloria Confessorum memoratus.*

et ecclesia olim S. Benigni,

post unam alteramve translationem dicta S. Amabilis,

2 *Eamdem ecclesiam novam deinde condidit* Stephanus, *Episcopus Claromontanus ejus nominis* VI, *occasione servati per Sanctum loci circa annum* MXX, *qua putatur etiamnum superesse. In utraque autem tam prima quam secunda celebrabatur Sanctus, uti etiam hodie, quod Breviaria Claromontana notant* XIV Kalendas Novembris. *Qui cum non sit dies obitus (hic enim in ipsas* Kalendas Novembris *incidisse dicitur) oportet ut sit dies primæ vel secundæ translationis: cui accessit sub annum* MCCCLXXV, *festivitas alia* III Idus Junias, *estque nunc præcipua. Quare ad hanc quoque agendum notis de ipso statuimus; credimusque hanc quoque Translationis alicujus, et quidem celeberrimæ fuisse: sic enim de ea loquitur postremus Gallicæ Vitæ auctor, ex Æditius ipsius ecclesiæ unus, his verbis:* Obiit sanctus I Novembris, licet festum agatur XI Junii, ab anno MCCCLXXV, secundum memoriam quam habemus insculptam laterculo marmoreo, invento in capsa Sancti, ultima vice qua aperta illa fuit, *præsenti hoc seculo, etsi annus non exprimatur.*

F

cultus olim ipse 19 Oct.

nunc præcipue colitur 11 Junii

3 *Vita ejus, seu potius encomiasticus de eo Sermo quam copiosus verbis, cuivis fere sancto Presbytero* ***applicabilibus, tam jejunus rebus, quæ quidem certam*** *mereantur fidem) extat apud Surium, sub die* XIX Octobris, *qui profitetur ipsam* plerisque locis nonnihil

Sermo de Vita scriptus sec. 15,

A hil contraxisse, stylumque mutasse, absque historiæ detrimento : *quod sane nullum deprehendimus, quando nacti originariam sumus, sed absque Prologo;*

datur ex MSS. *transcriptam Riomi, ubi illam primum in novem, deinde in quinies ternas, ac rursum in novem lectiones distributam, pro continuo dierum septem Officio. Hanc ergo damus, licet non tanta* fide dignam, *ut æstimavit Surius; ac primum seculo* XV *compositam, ut quidem nobis videtur, cum Acta ex quibus num.* 16 *refert rem sub præfato* Stephano Episcopo *gestam, seculo* XI, *vocet* Acta antiquissima. *Vitam istam Bollando nostro misit, ex veteri MS. Breviario, quod Riomi servatur, R. D. Franciscus Boulart, Parisiis ad S. Genovefæ Canonicus Regularis. Idem deinde, ex recentiori Breviario, compendium illius Vitæ misit, pro tribus secundi Nocturni Lectionibus, secundum hodierni Romani usum formatis : quas fortassis etiamnum usurpat Ecclesia, tam Riomensis quam Claromontana. Dico, Fortassis; quia postremis hisce annis plures per Gallias Ecclesiæ nova sibi Breviaria ordinarunt, exemplo Parisiensium.*

Memoria apud Saussayum 18 Novembr. 4 *Apud hos invenitur sacellum hujus Sancti in ecclesia S. Pauli verosimili ex ob beneficium aliquod contra incendia obtentum vel speratum : contra hæc enim*

B *specialiter invocatur. Sacellum autem istud existimo antiquum valde esse, quandoquidem ibi festum adhuc more antiquo agatur mense Octobri, sicuti colligo ex Martyrologio Gallicano Saussayi : qui adhuc Parisiis Curatus illud edidit, et scire potuit, solumque meminit Sancti mense Octobris, sed die uno citius, scilicet* XVIII, *hisce verbis :* Ricomagi translatio S. Amabilis, Episcopi et Confessoris; quando, e S. Hilarii basilica Arvernensis urbis, ubi primum tumulatus fuerat, Ricomagenses, quorum Presbyter fuerat, ut suum asserentes, in S. Benigni ecclesia apud se reposuerunt. *Mira subinde fuit Saussayi inter prima sacrorum*

non sine mendis *studiorum initia, operis sui recognoscendi negligentia; unde illi plus quam semel contigit communem usum die uno prævenire vel subsequi, etiam in rebus quas habere debebat notissimas, ut est Translatio* capitis S. Ludo-

not. 25 vici Parisiis, *ab ipso relata* VI *Maji, quam omnes Parisini sciunt recoli die* VII. *Eadem scribendi præcipitantia ipsi hic excidit,* Episcopum *dicere, qui solum* Presbyter *fuit. Unde autem acceperit in Arvernensi urbe primitus sepultum, equidem nequeo divinare, cum ejus rei ante ipsum nullum inveniam auctorem.*

Vita hæc Gallice edita post an. 1650 5 *Post Saussayum scripsit, et anno* 1652 *Anicii vulgavit Vitas Sanctorum Arverniæ et Velauni, Jacobus*

C *Branche, Prior Conventus Dominæ nostræ Pebracensis; ubi S.* Amabilis *Vitam prælaudatam reperit, et ex Latina Gallicam fecit, allegato etiam Riomensi MS. Tribus post annis idem fecit peculiari libello Riomi impresso unus Æditorum ipsius ecclesiæ S.* Amabilis, *recentiorum quorumdam miraculorum, ab anno* MDCXX *colligi cœptorum exceptor, et testis : unde insigne hic damus additum unum, de numero pene infinito pauca duntaxat complexum, propter substantiam miraculi plerumque eamdem, circa admorsos a serpentibus, aut circa incendia restincta. Ampliorem tamen collectionem si quis submiserit facturis mensis hujus supplementum, non gravabimur eam quoque prælo dare. Nunc potiora repræsento : et addo, neutrum scriptorum illorum meminisse sepulturæ, defuncto datæ in ecclesia S. Hilarii; sed Riomi mortuum ibique sepultum dicere, etsi etiam*

[illegible] *Claromonte functum dicant Cantoris et Abbatis officio; quorum neutrum mihi verosimile est, cum ejusmodi Officia residentiam requirant, adeoque consistere non potuerint cum Officio Curati, ad quod ordinatus Presbyter dicitur et in eo defunctus. Interim Wion, Menardus, Dorganius, Bucelinus, omnes ad* XIX *Octobris, ut Abbatem Benedictinum suis eum Fastis adscribunt; nec desunt Branchæo teste, qui Canonicis Regularibus accenseant.*

ACTA

Vitæ et miraculorum.

Ex MS. Latino et Impresso Gallico.

PROLOGUS EX SURIO.

Beata Sanctorum vitæ opinio idcirco non absurde a Catholicis prædicatur, quod, ut novere sapientes, disciplinæ Dei doctrix æterni Patris sapientia, hanc vult ad posterorum transmitti notitiam; ut et eorum inflammemur exemplis, et Christi benignitate sociemur gaudiis. *Laudandi in Ecclesia.* Hinc Patriarcharum spes nomen obtinuit immortale, Prophetarumque chorus sui memoriam habet sempiternam, præmio suæ fidei gaudens in curia cœlesti : *Patriarchæ. Prophetæ,* quandoquidem animi obtutus cœlo affixere, ubi noverant sanctos Angelos cum Deo, apud quem vita est inconcussa, ineffabili jucunditate perfrui. Porro etiam apicis Apostolici fama illustris permanet, et latitudo caritatis nobis declaratur : *Apostoli,* quorum vitam mirificam nobis Christus exemplo esse voluit, ut contemplatione rerum ab illis gestarum ad ipsum ambulandum incitemur. Eorum prædicatione Redemptorem suum cognoscens Ecclesia, sanctos habet Martyres, qui pro ejus honore fortiter certarunt, et in confessione nominis ejus sanguinem suum fuderunt. *Martyres. Confessores* Est deinde etiam sanctorum Confessorum splendor mirabilis, qui pleni Spiritu sancto, multis coruscarunt miraculis; quibus mundus crucifixus fuit, et illi mundo; pari gloria amoris Christum sequentes, crucemque post eum portantes. Ut enim Martyres, ita et Confessores pro Christo pati voluerunt, et hi quidem Ecclesiæ lilia, illi rosæ sunt. E quibus Confessoribus sanctum Amabilem, quem vita innocens et miracula crebra commendant, summa veneratione prosequi debemus, *ex his vero S. Amabilis* quippe quem sacrosanctæ Trinitati placuisse fideliter credimus : quem sicut vivere non ambigitis, qui hæc legitis : ita iis, quæ per illum Redemptor noster operatus est, fidem adhibete. Alioqui satius esset hæc audire nolle, quam comperta non credere : et scriptorem reticere, quam narrare frivola.

SERMO DE VITA.

Sanctus Amabilis Christi Confessor, magnus in conspectu omnipotentis Dei futurus, quodam præsagio cœptæ vel agendæ in se sanctitatis, a fonte totius bonitatis, hoc donatus creditur cœlitus vocabulo, ut, primam animi nobilitatem de cœlestibus trahens, esset clarus nomine, qui clarescebat ingenuitatis lampade. *[illegible] Re et nomine Amabilis* Reparator quippe vitæ, dote illum honoravit gemella; quia hunc et ortu parentum religiosorum fecit nobilem, et indole splendidæ vitæ fecit nobiliorem *. Fuit igitur vici Ricomagensis oppido oriundus indigena; ibique in domo disciplinæ Domini, se tenuit et didicit disciplinæ Domini, se tenuit et didicit disciplinam. *a puero in [illegible]* Etenim, ne aliquo malitiæ veneno ejus sancti citius corrumperentur mores, si militiæ seculari traderetur, litterarum studiis illum orthodoxi dedere parentes. Cœpit exinde in illo crescere amor Dei et gratia; adeo ut in terra positus, jam mente cum Apostolo in cœlestibus habitaret. *[illegible]* Despiciebat in parva ætate vagos infantium jocos, et cum Psalmista clamabat ad Dominum ; Da mihi intellectum, et scrutabor legem tuam, et custodiam illam in toto corde meo.

3 Tentabat fortis miles, quibus armis resisteret diabolo; ne aliquibus nequitiæ telis a Christo illum separaret, si forte animus in mandatis Domini die ac

A ac nocte non vigilaret. Sic namque amabat Dominum; ut nollet separari ab eo; clamare sciens ad illum cum virgine sancta; Trahe me post te, curremus in odorem unguentorum tuorum. *Ex MS. et in solo Domino gloriari:* Implebat Dominus et Rex Sanctorum in servo suo nominis sui significationem, ut, qui dicebatur Amabilis, ei esset amabilis, et ab eo dignus amari. Initium denique sapientiæ, quod est timor Domini, gradu servabat stabili; ut opus exerceret dignum, nequaquam respiceret post tergum; sed sicut sapiens arator in agro suo, ita ipse ad æternam vitam iter dirigeret rectum *. Gloriabatur in Domino Christi Confessor Amabilis, juxta Prædicatoris egregii vocem, de nominis sui titulo *(1 Cor. 1)*: et in orationibus suis dicebat illi, non dimidio, sed fragranti corde; Domine, qui me dici voluisti Amabilem, fac tui perfectissimum amatorem; quo non decipiat humani generis inimicus, quem tuus sanctificavit Spiritus. *adolescens* Prudenti nempe sensu, latam et spatiosam viam reprobans, cum de pueritiæ curriculis ad annos adolescentiæ actibus intraret, superbiam carnis sobrietatis castigabat vinculis.

3 Erat ei tanta in Dei et proximo caritas, ut nihil de lege Domini præteriret, et ideo in Christo sanctus B esset. *virtutibus pollens,* Quis hunc, in fide catholicum, in spe fortem, in caritate diffusum, vera fide non crederet? præsertim cum cerneret illum nectareis ac veris assertionibus Christum evangelizantem, castitate integrum, humilitatis amatorem; atque, in Dominum ne peccaret, in corde suo ejus eloquia abscondentem *. Videbatur ambulare cum Deo, ut legitur de Enoch, et multiplicabantur ejus merita; magnoque cum cordis ad cœlestia suspirans desiderio, amore æstuabat æternorum gaudiorum. *ordinatur Clericus ac Sacerdos,* Hujusmodi pollens operibus pulchris, singulos Ordinis Canonici gradus ascendit; quousque sine detrimento virginitatis, cujus candoris opere Christum Dominum portabat in pectore, proficeret *. Sacerdos factus est, digne serviens Domino, in prædicto Reomensi *a* oppido; die ac nocte orationibus intensissime, plurimas agens insomnes noctes, vacabat. Liberalem se ultroneum exhibebat, pauperes recreans, et omnibus se petentibus quo poterat adjutorio pie subveniens. Satagebat monitis dulcissimis omnes ad Christum trahere, illum diligendum quærendumque esse illis suadens. Dicebat autem, quia Sanctorum caritas, non tepescere, sed crescere debet in Christo.

C 4 Tempore igitur illo, quo Beatus ille Amabilis tantis florebat virtutibus, *frequens in ecclesia Reomensi* ecclesiam, gloriosorum Martyrum Gervasii et Protasii titulis dicatam, fideli famulatu frequentabat; quæ prima *b* ut ferunt Alverno constructa, prænominatum Reomense illustravit oppidum. Ipse vero civitati Claromontensi Cantor *c* honorabilis datus, eamdem sæpius petebat decenter: cui Dominus Præjectus *d*, Præsul ac testis Dei gloriosus, qui tunc Claromontensem regebat Ecclesiam, præfati *e* Abbatiam loci beneficentiæ dedit *. *Sanctorum Reliquias acquirit:* Unde factum est, ut Deo carus Amabilis, igne divini amoris accensus, ecclesiis noviter ædificandis institerit; quatenus in loco, ad quem multi confluebant, Sanctorum multorum reverenter Reliquiæ servarentur, et illorum patrocinio locus ille cum propriis cultoribus mundus haberetur. Itaque magna Dei bonitate fruitus, basilicam *f*, S. Joannis Baptistæ honori consecratam, non mediocri opere construxit; alteram, in qua ipse modo habetur humatus, in memoriam B. Martyris *g* Benigni grandi *ecclesias 2 erigit:* fabrica nihilominus exaltavit. Post hæc sapienti indagine diversis peragratis partibus, probatæ sanctitatis pignora illuc advexit; et condigno honore, ut illic ponerentur, definivit. Aderat illi in cunctis quæ volebat, omnipotentis Dei miseratio divina, et lætificabat illum in tali actuum studio suetum.

D 5 Inter reliqua quæ per illum operatus est Deus, et operari non desinit, hoc memorabile habetur, *dicitur serpentes fugasse toto districtu suo,* quod serpens in tota terra illa neque habitare permittitur *h*; neque si reperitur, vivere aut nocere potest. O admirabilis Sancti Dei sanctitas! ad cujus imperium venenati fugiunt serpentes, et stare ulterius non valent! Ecce hæc meretur fides: non talis qualem dæmones habent, qui cum credant, contremiscunt; sed quæ per dilectionem operatur, et hæc sola est fidelium *. Ecce, tua sunt hæc, o Christe; qui serpentem, primum hominem vincentem, per secundum vincis hominem; tuisque illum subdis militibus, qui ambulant in novitate vitæ, et non in vetustate litteræ. Paracletus Spiritus sanctus, qui in columbæ specie super te apparuit in Jordane, in hoc famulo tui manifesta operari dignabatur virtute; ut discat populus tuus, quia sicut superba gens in deserto serpentum morsibus peribat; ita sanguine tuo, non modo materiales, sed et intellectuales, plebs redempta, te donante devitat serpentes.

6 Quodam itaque tempore orationis causa Romam perrexit, Sanctorum Apostolorum imploraturus *radio solari vestem appendisse;* auxilium, eorumque sepulturam visurus. Deus, qui clarificantes se clarificat, solis radium dedit illi in E obsequium, qui contra sui naturam, tamquam fidelis famulus, ejus sustineret *i* sagum, sive tegmina manuum quæ chirothecas vocamus *. Talibus, ut credimus, indiciis sol justitiæ voluit aliis ostendere, quanta amoris flamma ejus cor ardebat, qui longitudinem tantæ viæ devotus arripuerit; et qui invisibili soli se lucidum exhibebat, a sole qui nescit occasum insolito more honorabatur, per illum qui novit ortum et occasum. * Quod ut nulli incredibile videatur, illud solerter advertendum est, quod per Psalmistam dicit Spiritus sanctus, quia mirabilis Deus in sanctis suis, et ipse dabit virtutem *(Ps. 67, 36)*; et de Josue legimus *(Jos. 10, 12)*, quia, cum persequeretur hostes, et jam dies mediaretur, imperavit soli dicens; Sol, contra Gabaon ne movearis, et luna contra vallem Ajalot, donec ulciscatur se gens de suis inimicis; quod ita factum est; et quod de Isaia Propheta legitur, qui invocavit Dominum, et umbram solis per lineas reduxit, quibus jam descenderat in horologio Achaz, retrorsum decem gradibus. * Si ergo, Deo jubente, sol obedivit homini; quid mirum si, ipso concedente, servivit, sicut illi placuit, servo suo huic, Patrono nostro? O! Alpha, æternum specimen decusque rerum, Patris altissimi Verbum, bis nate nostro gaudio, carnis factor et caro, qui Sanctis tuis semper præsto es, et tua per eos qui F tibi placent mirabilia innovas, ut fides nostra non deficiat, sed potius in timore tuo recta operando, te, cum talia recitantur, magnificet. Nos enim, multo illis minores sumus, quos fecisti coruscare miraculis: illorum tamen, te præstante, ad fidem incitamur exemplis, et munimur suffragiis, orationibus peccatorum nostrorum macula purgamur. Tu enim, victor mortis acerbæ, Christe, qui es excitator mentium, nos ad vitam vocas.

7 Aliud quoque, cum in prædicta urbe Romana moraretur, *Reliquias ab Angelo accepisse,* magnum præstitit ei clementia divina videre miraculum. Benignus quippe et misericors Dominus, qui labores suorum clementi solamine solari dignatur, misit et *m* Angelum suum, cum Reliquiis in pyxide repositis; lætoque vultu, quasi notum aspiciens, dixit; Amice Dei care, accipe munus, quod tibi per me mittit Christus, Rex et Dominus noster, qui talia te cognovit desiderare; et scito, quia particeps Angelorum futurus es in cœlo: * sicut enim Angeli Deum laudant in Jerusalem cœlesti, cujus civibus sociari cupis; sic tu laudas in terris vocibus beatis. His dictis Angelus abscessit, Christique militem ovantem valde dereliquit

A quit. Itaque caritatem Dei omnipotentis admirans, munera sibi data pio amore complectitur ac veneratur. * Et quia cœlestium præmiorum securus tantum erat, quantum per veridicum Deitatis missum hoc compererat, agit gratias Deo; gaudens haud aliter quam senex Symeon, cum Verbum carnem factum brachiorum amplexus est ulnis, et cum cordis jubilo erupit in vocem exultationis et confessionis, prophetica voce clamans ad Dominum, Anima mea in Domino exultat, et delectabitur super salutari ejus : omnia ossa mea dicent, Domine, quis similis tibi? *suæque mortis nuntium.*

8 Igitur Christi Confessor Arvernum repetens, secum dona attulit; et in ecclesia B. Martyris Benigni, quam ipse condidit, reponere ut decuit curavit: ubi usque nunc cernuntur: pro quorum commendanda veneratione, maxima signa virtus divina ostendit. Nam multis vicibus contra flammas ignis exhibita, ab incolis illius loci vel juxta manentibus, totum illud incendium domorum, in quibus forte regnabat flamma vorax, velocius decidit, omnesque quas comburebat partes reliquit. * Illud nec præterire debemus, quia mysteria Corporis et B Sanguinis Domini Redemptoris, flumine lacrymarum irrigatus et ut ita dicam igneus effectus, cum magna cordis contritione, crebrius in propriis ecclesiis celebrabat. Studebat calcare radicem omnium malorum cupiditatem; neque de opum suarum affluentia, de quibus multi male gloriantur, pecuniæ congregabat saccum; sed cuncta quæ habere poterat, in usus sacrorum et pauperum erogabat, atque quotidie expendebat. *Reliquiæ illæ contra ignem valent.* *Ipse devotus in Missa,* *et largus erga pauperes,*

9 Erat in jejuniis potens, in orationibus pervigil; prudens ut serpens, simplex secundum præceptum Domini ut columba; mitis ut agnus, humilis ut parvulus; et ideo laus Dei semper in ore ejus. Populos, ad ecclesias Dei confluentes, per prædicationis dulcia verba vocabat ad cœlestia; et juxta Apostolicam doctrinam arguebat, obsecrabat, et increpabat in omni patientia *. Seminabat in cordibus audientium semina vitalia; omnesque eum, quasi præsentem Dominum, libenter, ob gratiam quæ in illo radiabat, pio amore colebant; precantes eum quod pro eis preces ad Dominum funderet. O Confessorem gloriosum, Christo Domino amabilem! qui contemptu corporis, et perpetua mortificatione, Martyribus comparatur; longum pro Christo in se C ducens cruciatum, non die uno, sed multorum spatio [annorum]; ut nihil desit illi de illorum gloria, quos Christus honoravit martyrii corona. *verbique divini Prædicator egregius,*

10 Senuerat jam, tempusque aderat, quo regnum cœlorum Christus servo suo, pro tantis laboribus, redderet. Invitat ergo amicum ad gaudium suum, indicans illi, quod carnis habitaculo, absque longa temporis interpositione, migrare deberet, in regionem suam quæ est paradisus *. Postquam se ab illo vocari cognovit, gratias egit Heros, et exspectat diem exitus sui lætus. Interea convocatis discipulis, monet eos de disciplina regulari et amore Dei, memorans et contestans; O, filii mei, pacem sequimini et sanctimoniam, sine quibus nemo videbit Deum, servantes unitatem spiritus in vinculo pacis; quoniam pacificos Deus in numerum suæ prolis adoptat *. Fuit tunc mœror omnibus et dolor non parvus; quia, si fieri posset, optabant numquam, in seculi præsentis cursu, ab ejus præsentia separari. Dicebant. Quis similis tibi homo nos consolabitur, o dilectissime Pater? quis illam regni cœlestis dulcedinem nobis ostendet, et prata nostrarum mentium sanctis præceptis rigabit? Sermo tuus semper fuit nobis desiderabilis, et eloquia tua super mel et favum dulcia. Attamen totus in Domino fixus, deprecabatur eos, ut redirent in domos suas cum pace; dans eis osculum pacis et benedicens. *mortem sibi instantem prænuntiat discipulis,* *iisque lugentibus*

11 Venit itaque dies, in qua corripuit eum febris, D acrique cœpit dolore fatigari. Cumque corpus deficeret, ille Domino psalmos et hymnos cantabat. Sentiebat finem jam adesse præsentem, et munire se curavit Dominici epulis Sacramenti. Deinde in cilicio, Sanctorum cubili, et cinere artus fatiscentes prosternens, cœlestis patriæ ad se venientes cives conspexit: quorum lætificatus præsentia, mortis amara respuens, egressus est spiritus lætus, anno Domini quadringentesimo septuagesimo quinto, quo tempore totius Regni apicem gubernabat *o* Hildericus Rex *. Fuerunt cum eo Angeli sancti mox obviam venientes, qui tamquam concivem eum in suum consortium habuerunt. Hos habere dignus fuit socios, qui ad cœlos euntes, Alleluia lætum Domino cantarent, pro sociato sibi athleta, qui auxiliante Domino nostro Jesu Christo, diabolum vicerat et cœlos intrabat. Transivit autem beatissimus Amabilis de terra ad cœlos sanctis meritis, kalendis Novembris anno prædicto. *Ex ms. pie moritur:* *o*

12 Convenere Clerus et populus, Monachi quoque et multitudo promiscui sexus; qui sanctitatem ejus noverant, et condigno honore ejus celebraverunt exequias; et sepelierunt eum, cum cereorum et lampadum apparatu, in basilica S. Benigni, quam ipse construxerat, in medio scilicet ecclesiæ. E Ad cujus tumulum plurimas virtutes divina pietas ostendere dignatur, precibus et meritis sancti Confessoris, concedens quidquid illuc frequentes fideliter venientes petunt: nam infirmi ex variis infirmitatibus, a morbis detenti, ibi sanati sunt *. Quidam dæmoniaco spiritu pleni et energumeni, curati sunt, confitentes S. Amabilis virtutem; alii a typo quartanæ purgati, sicut fidelibus notum est, quibus hæc videre et experiri sæpius contigit. Celebrent ergo ejus solenne festum (*p* Translationem) vigiliis psalmis et hymnis omnes, qui in urbe Riomensi commorantes ejus frequentant tumulum, ut cujus muniuntur auxiliis, illi exhibeant debiti veneramen honoris *. Sicut enim sol illuminat mundum, ita locum, in quo requiescit, gloriosis illustrat miraculis; præbens quotidie multa beneficia infirmis, præstante D. N. Jesu Christo *q*. *sepelitur in ecclesia S. Benigni,* *ubi miraculis claret.* *p* *q*

ANNOTATA D. P.

a *Ita exhinc semper, non* Ricomagensi, *ex usu scilicet recentiori.*

b *De* SS. Gervasio et Protasio *agemus* 19 *Junii: sed Ricomagi, prius quam Claromonte, constitutam Christianorum ecclesiam, nescio an facile apud Claromontanos recipiatur.* F

c Cantoris *dignitas inter Canonicos, proxima a Decano, nota non erat seculo illo quo vixit* S. Amabilis, *necdum sic distributis officiis: seculo* 8 *vel* 9 *aut posteriori melius id conveniret.*

d *Turpis hic est parachronismus: nam* S. Præjectus, *cujus Acta illustravit Bollandus* 25 *Januarii, duobus forte seculis post* Amabilem *vixit, sec.* 7 *Martyr factus: Jacobus Branche ab Eparchio Episcopo (qui circa an.* 471 *excessit e vivis, et Sanctis annumeratur, sed absque cultu alio) promotum* Amabilem *scribit: errorem autem ex eo natum suspicatur, quod* S. Præjectus, *constitutis in illius ecclesia Monachis, Abbatem dederit.*

e *Scio Canonicorum Prælatos, sæpe etiam Abbates dictos, iis præsertim locis, quæ Canonici Regulares tenuerunt seculo* 11 *aut* 12, *aut etiam ubi antiquitus Monachi fuerunt : sed tempore* S. Amabilis *tale quid valuisse, non credo ; interim Vita Gallica tria officia Sancti distinguit;* Curati *quidem apud Ricomagenses,* Cantoris *vero et* Abbatis *apud Claromontanos.*

f *Non est hæc inter tres modo Collegiatas, nisi et*

ipsa

EX MS.

A *ipsa nomen mutarit : sicut ecclesia S. Benigni : nam aliarum duarum una* S. Mariæ *nuncupatur, altera* sancta Capella.

g S. Benignus, *non* Episcopus Martyr, *ut Vita Gallica appellat : sed* Presbyter Martyr, *in Burgundia colitur* 1 *Novembris ; nec dubium quin hujus illa ecclesia sit. Nam* S. Benignus Episcopus Arvernorum, *cujus Saussayus meminit ad* 5 *Novembris in Elogio S. Gonsaldi Anachoretæ, qui floruisset circa tempora Agathonis Papæ) neque notus Arvernis scriptoribus est, nedum in Ecclesia illa colitur ut Sanctus; neque ut aliquis aliquando fuerit, ad ætatem* S. Amabilis *procedere potuisset, cum Agatho Papa spectet ad sec.* 7.

h *Vita Gallica nihil hujusmodi dicit, solum contra serpentum morsus invocari Sanctum. Sed habent id ipsum etiam Lectiones novæ, in quibus sic legitur :* Serpentum, viperarum, aliorumque reptilium et animalium venenatis morsibus mirabiliter medetur, quæ intra fines Riomensis territorii mirabiliter sunt innoxia. *Idem asserit Jacobus Branche ; ut res omnino certa videri posset, nisi Vitæ Gallicæ auctor num.* 23 *hoc fateretur, id* non *esse* usquequaque compertissimum.

B i *Neque hoc satis verosimile fit, ex sola popelari traditione acceptum, et de aliis pluribus cum simili incertitudine dictum : etsi non impossibile Deo, et quandoque factum.*

m *De* Angelo *tacet Vita Gallica, uti et de* radio *tacuit.*

n *Hinc circa annum* 400 *natum scribitur esse, in eadem Vita.*

o Childericus *Rex, pater Clodovei, ab anno* 456 *ad* 480 *juxta Henschenium, imperavit Francis, eorumque terminos usque Andegavos promovit : cetera ipsosque Arvernos adhuc Romani tenebant*

p *Hujusmodi Parenthesis bis etiam in collecta occurrit, quæ talis est ;* Omnipotens sempiterne Deus, qui nobis hujus diei solennitatem (vel translationem) pro veneratione gloriosi tui Confessoris Amabilis celebrare concedis ; adesto familiæ tuæ precibus, et da, ut cujus hodie festa (seu translationem) colimus, meritis ejus adjuvemur et precibus. *Ita scilicet providetur, ut utroque die servire Officium idem possit.*

q *Hic olim videtur* [illegible] *in Officium, quoadusque placuit ipsum extendere per totam septimanam ; sic ut* [illegible] *habeantur Lectiones* [illegible]

C

APPENDIX

De Translatione et miraculis.

Serpentes corpora ingressos pellit.

Hoc de illo non minus cognitum habemus, quia, si serpens os dormientis hominis sicut jam visum est a multis, intraverit, et vexatus suffragium ejus quærere festinaverit ; ad sepulcrum ipsius fideliter orans, dat locum sævus coluber, et exire tentat. Verum quia Sanctus Dei non patitur hujusmodi pestem, cum tali fluxu et vomitu, in ecclesia sua vel terra egredi ; ducitur persona, quæ hoc morbo laborat, ad territorium quod sui juris non est, et funditur anguis in solum, quod non est B. Amabilis possessio, *a* stante e regione homine qui curatur.

a

14 Commemorantes virtutes et miracula gloriosissimi Confessoris Amabilis, multa intermittimus, ne prolixiores videamur ; et pauca referimus, quæ oculis vidimus nostris temporibus, et quæ apud auctores sanctos et fide dignos reperiuntur. Inter alia legimus, quod S. Guallus *b*, Arvernos urbis Archidiaconus, qui postea Episcopatum obtinuit,

b

D

Guallus Archidiaconus corpus transfert ad altare,

cum videret tumultum B. Amabilis frequentari miraculis et virtutibus multis, omnesque gratulari de beneficiis Confessoris magnifici ; Christo Domino retulit laudes, qui cives Arvernenses tanto dignatus est munire Patrono : et plenus Spiritu sancto, sicut de S. Stephano legimus, decrevit esse dignissimum, sanctum corpus, de loco ubi primum positum fuerat, tolleretur, et in prima parte ecclesiæ honorabilius tumularetur. Acceleratur igitur votum : manifestatur causa religiosis et amicis : gaudent omnes ; et, ut ita fiat, hortantur. Ædificavit ergo in prima fronte basilicæ aulam, quam absidam vocamus, honorifico opere, quo sub istiusmodi area altaris titulus dicaretur : et illuc transvexit sanctam famuli Dei glebam solenniter, cum choris Clericorum, jucunde psallentium : cum conventu populorum, cereos et lampades in obsequio ferentium ; fabricam illam speciali devotione ipsius nomini dedicans *. Nam propter amplitudinem denariorum, qui sancto Confessori oblati sunt, in vineis et agris et territoriis, de quibus hi qui canonice in hoc loco militarent alimoniam victus perciperent ; sive ob magnitudinem miraculorum ; ecclesiam S. Benigni etiam consuetudinaliter ecclesiam S. Amabilis appellant.

sub nova abside.

E

cujus pavimentum marmore sternit.

15 Fecit et idem venerabilis Guallus pulcherrimum variis lapidibus pavimentum, ante S. Amabilis mausoleum ; quorum multiformis color tum auri tum argenti repræsentavit candorem, quamdiu permansit illa structura, in qua, ob sui memoriam posteris tradendam, ordinata serie lapillorum, scriptum tale de se reliquit monumentum, Guallus Archidiaconus hoc fieri jussit *. Unde ut patesceret omnibus, servo Dei [non] displicuisse, quod, causa sui honoris et amplioris venerationis, factum fuerat ; miracula crebra testantur, quæ ab illo tempore usque ad præsens tempus evidenti ostensione latius ad præsens tempus evidenti ostensione latius ac frequentius operatur *. Probatum habuerunt cives, quod non poterat quisquam in oppido illo agens [pati] fraudem aut aliquod pessimum, quod Confessoris non damnaret præsentia. Hinc quemdam Potentis [cujusdam] dispensatorem, qui vinum, sub protectione Divi Amabilis juxta ejus ecclesiam reconditum, furtim abstulerat, multis plagis et vulneribus flagellatum et cruciatum a sancto Confessore, sub specie veneranda canitie senis repræsentato, legimus ; sed acta pœnitentia, et implorato Confessoris au[illegible]

Repressa dispensatoris injustitia :

F

c

militis insolentia,

d

16 Legimus [illegible] Acta *c* antiquissima, Militem quemdam, verbis et gestu quodam indecenti debacchantem in eadem ecclesia, et in contemptum S. Amabilis ; intestinis lento igne absumptis, miserrime occubuisse. Et tempore Stephani *d* Episcopi, Castrum Riomense, ab ingenti militum exercitu obsessum, divinitus, implorato B. Amabilis auxilio, liberatum ; milites confitentes se teneri ligatos, virtute ejusdem S. Amabilis, cujus mansionem audacter nimis vastare cupiebant *. At pluribus aliis miraculis omissis, hoc unum relatu dignum censemus, quod B. Gregorius Turonensis scriptis fidelissimis mandavit. Fuit in Arvernia, inquit D. Gregorius *e*, Amabilis, vir admirabilis sanctitatis, Riomensis Presbyter, qui virtutibus magnis præcellens, sæpe serpentibus dicitur imperasse. Nam ad hujus tumulum cum Dux *f* Victorius despexisset orare, affixo e regione equo nequaquam poterat eum amovere : quem cum flagris stimulisque urgeret, et ille quasi æneus staret immobilis ; tandem aliquando Dux, a suis admonitus, qui (ut ita dicam) ipsi pecudi similis erat factus, ad orationem descendit : cumque fideliter orasset, quo voluit, ivit *. Ad hujus sepulcrum, inquit idem Gregorius, energumenum

e

Ducis superbi,

f

perjuri impietas,

A gumentum vide mundatum ; perjurantem diriguisse ut ferrum ; crimen confessum, illico absolutum.

dæmonis importunitas, ob qua colendus omnibus Sanctus

17 Ecce quam nimis honorantur amici Dei, et quam magnum et honorabile est nomen Domini in Sanctis suis : qui, ad fidei confirmationem, utilitatem et consolationem fidelium, talia et majora gessit, et indies operatur miracula in sancto Confessore suo Amabili : quem juste nos hodie, tamquam servum dilectum et amicum Dei, divino cultu solenniter honoramus et collaudamus ; eum precantes, ut suis orationibus nos caros et amabiles reddat Domino Deo nostro ; cujus laus, honor et gloria in secula seculorum. Amen.

ANNOTATA D. P.

a *Mirum est, quod nullus modernorum id tam distincte dicat. Brancheus scribit,* Quia de antiquo serpente sic triumphavit Sanctus, nullum veneratum potuit a die quo is obiit commorari intra parochiam S. Amabilis Riomensis : quod si inferatur, nec vivere ibi neque nocere potest : quod si accolarum aliquis admorsus fuerit, mox atque venit ad ecclesiam, dissipatur venenum ; et læsus sanitatem recuperat ad contactum Reliquiarum : quemadmodum quotidiano experimento apparet. *Ceterum de serpentibus, ora dormientium messorum vel rusticorum ingredientibus, toties legimus, ut dubitare non possimus, quin sæpius id accidat in calidioribus regionibus quam Belgica sunt.*

B

b Gallum *vocant alii, hujus nominis II, quem Sanmarthani circa an.* 649, *sedisse aiunt, et* Sanctum *nuncupant, sepultumque in ecclesia S. Amabilis affirmant.*

c *Circum illa Acta adhuc extarent, utpote fons eorum quæ diffusius hic ... notarimus : apparet tamen ex modo dicendi, seculo ... Sammartani, ea composita fuisse, si non etiam serius.*

d *Branche et Vita Gallica notant annum circiter* 1020, *quo Stephanus Episcopus, Sede sua ejectus ab Eustachio Comite, Arvernos sibi tamquam uxoris dotem vindicante, necesse habuit ad Ludovicum Crassum confugere. Addit autem Savaro, citatis Lectione* 1 *et* 2 *Octavæ S. Amabilis, quod* Episcopus vovit, si Castellum sibi servaretur, novam ecclesiam S. Amabilis ædificandam magnifice, votumque implevit eo servato. *Vita Gallica, allegato quodam MS. dicit,* hostes ingentem lignorum struem muris Castri admovisse ; cui cum ignem injecissent, isque favente impulsus vento, non solum Castro, sed loco toti extremum minaretur exitium ; incidisse eudam Raginfredo Presbytero consilium opportunum ut scilicet arcam sancti corporis ad muros deferri juberet ; quo facto ignis, restante mox vento, versus in hostes, eorum castra flammis et confusione impleverit, et obsessis animum erumpendi in obsidentes, optimo cum successu. *Addit, quod* et alia multa, valde digna memoria in ista obsidione contigerunt, *in eodem MS. quod nobis deesse querimur legenda ; ac nominatim, quod* Miles quidam noctu excubans, cum linguam contra reverentiam Sancti laxasset ; adeo duriter acceptus ab eo est, ut in morbum omnino letalem caderet. Sed compatiens misero Sanctus, feminæ cuidam honestæ apparuit, atque ægro dici jussit, quod sanitatem posset recipere ad suas Reliquias, si eas debite veneraretur : quo ille intellecto et consanguineis indicato, laqueum collo suo injecit, et pedes ad sepulcrum accessit ; atque horam circiter, unam ante illud prostratus, surrexit incolumis, receptis pristinis suis viribus ; *qui Miles hic videtur ex Actis antiquissimis memoratus.*

C

e *Lib. de Gloria Confess. cap.* 33.

f *Idem Hist. Franc. lib.* 2 *cap.* 20 Evrichus, *inquit,* (*alias Evarix*) Gotthorum Rex, *totam Aquitaniam tunc cum Hispaniis possidentem,* Victorium Ducem, *hominem Romanum et Catholicum, sed luxuriosum,* super septem civitates proposuit *Septimaniam alias, Galliæ Narbonensis partem maritimam, cujus caput Biterræ* anno quarto decimo regni sui; *Christi* 479. Qui *Victorius* protinus Arvernis adveniens, civitatem addere voluit ; unde et cryptæ illæ usque hodie extant ad Basilicam S. Juliani, *in vico scilicet Brivatensi* 12 *leucis a Claromonte in Meridiem.* Fuit autem Arvernis, *id est, Claromonte* annis novem, *adeoque ad annum* 488, *intra quod tempus hæc acta sunt.*

D ex MS.

MIRACULA RECENTIORA.

Ex Vita Gallice impressa anno 1655.

Virtus S. Amabilis, in curandis serpentum morsibus, post mortem ipsius perseverans in Reliquiis, adeo frequentibus enituit signis, ut majores nostri superfluum crediderint ea minutim annotare : sed ante non multos annos, cum æditui considerarent, ejusmodi memoriam, traditione per ora parentum in filios deductam, minus efficacem esse, ad erigendam fidem fiduciamque non nisi confuse talia audientium : scripto annotanda censuerunt quæ deinceps contingerent ; populumque campanæ sonitu admonendum, ut accurrens fieret testis recentis miraculi. Id quod exinde factum est, affluxu civium tanto, ut quandoque ad evitandam confusionem necesse sit ejusmodi signo dando abstinere ; multitudo autem miraculorum sic excrevit, ut et scribentes et legentes lassaret : servantur autem processus verbales de singulis, cum reliquis documentis rite signati, ex quibus placuit excerpere sequentia pauca ; unde judicium ferri possit de aliis, quoad substantiam similibus, quoad numerum vero tam copiosis, ut integros possint Annales implere.

Cœptis scribi miraculis ab anno circiter 1630,

E

19 Anno 1641, ultimo Aprilis, chirurgus quidam Bellovacensis, nomine Joannes Ferron, pyxide clausam tenebat viperam. Hanc cum faciendæ theriacæ causa eximere vellet, irritata illa manus dexteræ digitum secundum momordit. Hinc mox per brachium humerumque dextrum assurgens venenum, tumefecit totum, maximo cum cruciatu. Neque proderant vel ore sumpta vel læsæ parti applicata remedia ; quin ad viscera serpens malum ea pervaderet, omnemque spem vitæ servandæ auferret. Tunc enimvero consulturus animæ, quando corpori non poterat, Presbyterum advocari petiit, extrema sibi Sacramenta collaturum. Interim monetur invocare S. Amabilem, per quem multos alios ejusmodi in discrimine servatos fuisse dicebatur. Vovit ergo ad ejus ecclesiam accedere, ipsoque momento melius sibi esse sensit. Deinde Riomum deductus, et coram arca reliquiaria positus, in qua dens unus Sancti servatur ; cum sibi eum applicari petiisset et impetrasset ; post consuetas preces, vidit venenum guttatim defluere per digitum læsum ; seque cognovit perfecte sanatum : id quod accidit coram multo populo, ad signum campanæ adunato, in quo plures Canonici Officialesque civiles ac militares, quorum nomina subscripta leguntur Actui, quem servamus in archivo nostro.

Chirurgus a vipera admorsus sanatur,

F

20 Eodem anno, sed mense sequenti, Amabilis de Lugduno Ordinis Patrum Recollectorum, simile incurrit discrimen, similiterque servatus fuit. Ibat bonus hic Religiosus a Monte-Ferrando ad suum S. Amantis conventum, quatuor leucis dissitum Riomo; transeuntique per segetes serpens talum pedis sinistri admordit. Subitus dolor oculos statim adduxit ad locum vulneris, ex quo tres guttas sanguinis prodiisse vidit, sensitque sibi pedem tibiamque inflari ;

Item Fr. Recollectus.

EX GALL.

A flari; elabente inter herbas auctore vulneris, et dolore per momenta singula incrementum capiente : aliud tamen consilii nihil erat quam ut, circumligato fortiter sub cavilla pede, ipse in equum attolleretur, devehereturque in suum conventum. Ibi admonitus invocare Sanctum, cujus nomine dicebatur; non potuit quidem nisi subaxillaribus fulcris nixus deduci ad ecclesiam : sed mox atque ejus portam attigit, fulcra abjecit; ipsoque illo utens pede, transiit usque ad absidem, ubi servatur pretiosum istud pignus : quo rite ad partem affectam applicito per unum Canonicorum; adeo perfecte curatum se sensit, ut ipsa hora celebrarit Missam in gratiarum actionem, rediitque, dimissis in ecclesia fulcris suis, ac manus propriæ chirographo, quo testabatur patratum in se miraculum, cum plurimis aliis Religiosis ac Secularibus.

item alius locus vino cui Sancti dens erat intinctus,

21 Antonius Bonnicu, ex vico Bord, annos natus viginti quinque, ante mensem ab aspide morsum tulerat in pede sinistro, adeo venenosum, ut totum ipsius corpus lividum tumidumque appareret horrendum in modum. Hic anno MDCXXXI, quemdam e suis misit ad S. Amabilem causa implendi voti, quod per se propter dolorem solvere non poterat; B eumque rogavit aliquid vini inde afferre, cui Sancti Reliquia intincta fuisset. Eo facto applicuit plagæ totique corpori liquorem salutiferum; nec modicum abinde solatium expertus, cessantibus livore atque tumore, idoneum se credidit, qui gradi ad ecclesiam absque sustentaculo posset : uti et fecit, plenamque recepit sanitatem, moxatque admota ei Reliquia est; quemadmodum declaravit coram multis qnalificatis personis, Advocatis, Quæstoribus, Locum-tenentibus regiis, Claromonte et vicinis locis.

uti et puella octodennis.

22 Cum transscriberem hoc miraculum, vocati fuimus ad testandum alterum, quod propriis ipsi oculis vidimus. Anna du Gour, annos nata octodecim, Cusseti Arvernorum oppido commorans, gregem suum custodiebat in campis; ubi ad pedem sinistrum eam vipera pupugit, quemadmodum indicabat expertus pharmacopœus, qui plagam Riomi inspexit. Intumescebat ei tibia enormiter, cordique tanta causabatur angustia, ut avunculus puellæ obligari se crediderit, ad ipsam quam posset citius adducendam S. Amabili, non amplius sustinere se valentem, prout fecit anno MDCLV, XIII Junii. Vidimus ergo applicari sanctum dentem, recens e capsa eductum, parti admorsæ; notavimusque statim elevari C circum vulnus bullas albas duas, pedem vero manifeste detumescere. Tribus abinde horis valde sublevatam se ægra dixit, et postridie potuit nonnullos passus formare : cumque ei dictum esset, ut post aliquod tempus rediret pro agendis Sancto gratiis, venit; ostenditque nobis tibiam, nullum præteriti mali indicium ferentem : asseruit autem, quod tertio post vulnus acceptum die perfecte sana, resumpserit consuetum suum laborem; nullo alio remedio usa, quam vino cui intincta Reliquia fuerat; cui rei testes fuerunt sex vel septem Presbyteri Oratorii Reomensis, cum infinita præsentium multitudine omnis ætatis conditionisque, quorum plurimi subscripserunt processui verbali desuper formato.

Cetera hujus generis plurima omittuntur,

23 Finis nullus foret, si minutim recitanda mihi forent omnia et singula, quæ hoc in genere contigerunt, et annis ab hinc viginti habentur publicis instrumentis consignata, prout ea in hodiernum usque diem scribuntur : solum dicam, esse qui asserant, sacræ illius Reliquiæ virtutem per omnia circum loca diffundi, sic ut nullus ibi serpens inveniatur; vel si inveniatur aliquis, innoxius degat et absque veneno. Verumtamen id nec omnino certum, nec constans est. Unum extra controversiam atque indubitabile est, quod cum dens sacer forte esset amissus, virtus ejus omnis remanserit in Reliquiario, cujus contactus eumdem quem ipse habuerat sortiebatur effectum. D Non tamen id satis fuit Riomensium pietati, sed actum instantissimis precibus apud Illustrissimum Episcopum Claromontanum est, ut ejus permissu liceret aperire capsam custodem sacri corporis, cujus ossa omnia adhuc integra manent : quod et factum præviis orationibus et jejuniis publicis, extractusque e sacro capite dens alius, qui prædicto reliquiario fuit inclusus, æque ac prior miraculosus. Denique experientia discimus, S. Amabilem non solum mederi serpentium morsibus, sed etiam variis infirmitatibus aliis, iis præsertim quæ originem ex veneno habent vel interna humorum corruptione.

Amissi sacri dentis vim theca servat.

Subventio frequens contra incendia Riomi,

24 Verum hæc missa facio, ut transeam ad alia, nihilo minus testatam facientia virtutem Sancti, in compescendis incendiorum flammis, quoties illæ domum aliquam improviso corripiunt; et ventis hic frequentibus animatæ, universale quandoque exterminium toti Riomo minantur : est tamen id adeo crebrum, ut fere pro miraculo haberi desinat. Et quando portatur capsa versus domum aliquam, licet id fiat magna cum pietate, certitudo tamen optati successus pene tollit meritum fiduciæ, in præsentia E ipsius collocatæ : tanta enim alacritate res agitur, ac si ferentes sacrum corpus clavam cœli portarent, ad eliciendum inde pluviarum dilivium, ignemque statim consopiendum. Itaque superfluum foret eam rem comprobare allegandis exemplis, cui tot habentur testes Riomi quot incolæ, et fere tot argumenta quot domus. Sufficiet unum recentissimum casum produxisse, qui anno MDCLIII contigit mense Novembri, in una amplissimarum totius Galliæ civitatum, Lugdunum dico.

quam et Lugdunenses experti an. 1653

2. Ibi, in via quæ dicitur Pullaria S. Nicetii, in taberna Claudii Isaac mercatoris, incendium ortum est, media nocte cunctisque dormientibus. Aderat ibi copia magna laridi et adipis, variæque materiæ flammis alendis idoneæ, ut apud pullarios solet : quæ cum ignem concepissent, cito flammam extulerunt ad tabulata domus, sic ut ejus duæ partes, anterior atque posterior, prius arderent, flante maximo vento, quam sciretur officina periclitari. Tum vero flamma et fumus toti viciniæ fecerunt indicium mali, et signo de campanili dato, cœperunt omnia perstrepere vocibus, Ad ignem conclamantium. Accurritur undique : officina, effractis portis, æquatur solo; reserantur admotis scalis fenestræ totius do- F mus, cum tanto fragore, ut excitatus qui longius cubabat et somno profundiori tenebatur dominus, satis habuerit cum familia per teetum evadere in indusio, dimissis omnibus suis mercibus. Qui auxiliatum accurrerant, suadebant, ut ab anteriori parte inferioris contignationis aqua ministraretur; sed nemo ascendere eo audebat, ubi videbat, tantam flammam gliscere; multo minus cogitabatur de parte posteriori domus servanda, ubi atrocius etiam sæviebat flamma. Malum igitur absque remedio erat, nisi quod miraculo daretur. Hoc in discrimine venit in mentem aliquibus, quod ipsius urbis honoratus quidam civis penes se habebat partem sudarii, intra quod caput et ossa Sancti inventa sunt, cum ante annos aliquot aperiretur capsa; quamque se accepisse dicebat a Consiliario quodam Sedis Præsidialis Reomensis. Curritur igitur ad domum ejus, in via merceriæ sitam, rogaturque ille subvenire patriæ, exhibitione pignoris tam pretiosi. Paruit rogantibus; tantaque cum circumspectione illud portans, acsi totius urbis salutem suis gestaret in manibus, accessit ad locum incendii; ubi rescissam particulam papyro involvens, tradidit audaci cuidam juveni, istic ubi magis sæviret flamma in eam conjiciendum.

flammis injecta particula veli, cui caput Sancti fuerat involutum.

A jiciendum. Hoc ubi ille fecit, conscensa priori contabulatione, licet jam ardente; continuo recedere flammæ, tam manifeste, ut pro miserabilibus antea vocibus complorantium, tota urbe jam nihil audiretur quam Miraculum, Miraculum: Ea de re extat amplissimum civitatis Lugdunensis testimonium huc missum, subsignatum a Locum-tenente generali D Officialibusque et Primoribus civium. Actæ autem sunt publicitus Sancto gratiæ: plures Missæ in ejus nomen curatæ: et singulis deinceps annis missi Riomum sunt qui gratitudinem testarentur.

DE S. BLITHARIO PRESBYTERO

ANACHORETA IN TRECENSI GALLIÆ DIOECESI

COMMENTARIUS PRÆVIUS

D. P.

De cultu Brecis et Sezanæ: Actis ab Herovallio acceptis.

SEC. VII. *Ad festum 11 Junii*

Nicolaus *des-Guerrois de Jesu, Presbyter, Prædicator et Parochus Trecensis, edidit anno* MDCXXXVII, *Gallica lingua, librum cui titulus;* Sanctitas Christiana, continens vitam, mortem, et miracula plurium Sanctorum Franciæ aliarumque regionum, quorum Reliquiæ sunt in diœcesi B et civitate Trecensi, cum historia ecclesiastica ejusdem civitatis ac diœcesis. *Digessit is illum per modum Annalium: itaque ad annum* MCL *retulit Vitam prætitulati Sancti, ex originali Latino fideliter redditam, cum hac Annotatione ad calcem:* Festum S. Blitharii *(vulgo* Saint-Blier *dicti)* celebratur XI Junii, magna cum devotione et frequentia populi circumpositi, in ecclesia Collegiata Brecensi, Canonicis Officium ecclesiasticum de eo facientibus, quos nunc ad senarium quinariumve numerum redegerunt incendia, populationes et bella, quorum Campania Gallica diu theatrum fuit.

Brecis celebrandum

2 Ante annos plures quam centum quadraginta, *id est ante annum* MCCCCXCVII, imo a tempore immemorabili, capsa S. Blitharii, urgenti quadam ex causa, delata fuit ad ecclesiam monasticam S. Juliani Sezanensis, juxta ejusdem Sancti capsam; ubi ab incolis servata fuit, studio tanto, ut repetentibus eam Canonicis Brecensibus reddere numquam voluerint. Jure igitur agendum fuit, atque ad litem componendam decretum, ut capsa quidem Sezanæ semper servaretur; sed uterque Clerus populusque Sezanensis, quotannis ad X Junii, ipsam portarent C usque Crucem lapideam, quæ est ad ingressum vici Brecensis, ubi exceptam Brecenses Canonici suam in ecclesiam ferrent, ibi mansuram toto die festo; itaque satisfieret devotioni populi, undique illuc soliti accurrere, suusque preces et oblationes facere: die autem XII, post Matutinum, cum processione et cantu ipsam arcam iidem Canonici referrent ad prædictam Crucem præstolantibus Religiosis, Clericis ac civibus Sezanensibus, qui ipsam ad suam ecclesiam simili qua adduxerant pompa reveherent.

Sezana quotannis deferri solebat corpus,

2 Id quod ab immemorabili servatum fuisse, affirmavit octogenarius senex, optimæ famæ ac fidei; asserens, quod sæpe interfuerit ejusmodi processioni et devotioni, quotannis usurpatæ, quousque anno MDLXVIII Hugonotti, Sezanam una cum aliis multis Franciæ oppidis ac civitatibus invadentes, spoliaverunt ecclesiam ac monasterium S. Juliani, argenteas Sanctorum thecas confregerunt, disperseruntque ossa sacra intus servata; quod etiam testabantur Canonici et Ecclesiastici Sezanenses, homines probi ac fide digni. Idem Sanctus etiam in Laudunensi diœcesi suum olim habuisse videtur cultum, adeo ut etiam infantibus nomen ejus imponeretur; quemadmodum probatur ex Actu quodam anni MCXXIV, cui subscribit Blithardus sive Bliardus, Cantor Laudunensis. *Hactenus prælaudatus Nicolaus, ad annum, ut supra dixi* DCL, *quia circa annum illum creditur floruisse* S. Furseus, *Patronus Peronensis in vicina Picardia, quemadmodum ad* XVI *Januarii, illustratis ejus Actis, demonstravit Bollandus. Sed* Blitharii *nomen, omnino Teutonicum sive Francicum, non favet hujusmodi præsumptioni, licet in Vita* E *assertæ, et verosimiliter in sola peregrinitate Sancti utriusque fundati; sicut de pluribus aliis, qui cum S. Furseo venisse ex Hibernia dicuntur, verosimile nobis est, eos in ipsamet Galliea aut Belgica natos; sed, quia eodem forte tempore floruerint, adscriptos fuisse prædicti Sancti comitatui, opinione populari, omnes ignotæ originis Sanctos Scotiæ Hiberniæve solitæ adjudicare.*

quoad an. 1568 dissipatum ab hæreticis fuit:

Dicitur sanctus cum S. Furseo venisse,

4 Sezana sive Sezannia, *ex tabulis anni* MCCVII *et* MCCIV *quod Camuzatum nota, oppidum est in finibus Tricassium, ad Brioniam seu Briam Provinciam pertinens, et Tricis versus Castrum-Theoderici in Boream euntibus ferme transeundum; huic, quam istis propinquius; inter ipsam vero prædictamque urbem oportet* Brecas *invenire, vulgo* Broyes, *anachoresi* S. Blitharii *celebratus (quarum tamen situm ac nomen tabulæ topographicæ non exprimunt quandoquidem Hadrianus Valesius, in Notitia Galliarum, dicat,quod* non longe absunt ab urbe Tricassis; *licet ab ea usque Sezanam leucæ, si non* XIII *ut Baudran scribit in sua Geographia,* XI *saltem in mappa numerantur, et ex dictis scitur non plus quam medii diei iter esse posse, quod cum capsa processionaliter conficiebatur quotannis.*

et juxta Brecas solitarius vixisse.

5 *Vitam* ante annos quingentos scriptam, *censet idem Valesius. Id unde definire potuerit, eam legens, non invenio; nisi forte vetustatis tam magnæ indicium præferebant membranæ, quas anno* MDCLXII *Parisiis apud* CL. V. Antonium de Wion Dominum d'Herouval *reperimus.* Hujus studium (*ut ante tomum* 2 *Spicilegii præfatur Lucas d'Achery*) in hoc totum esse videtur (*nunc,* fuisse, *dicendum*) ut eruditos quosque ipse eruditus, vetustioribus ejuscemodi mercibus obstringat ditetque. *Eumdem, ante librum de re Diplomatica, illius adjutor et successor Joannes Mabilio, præ omnibus expertus beneficium, primum laudat,* quotquot ex universis Gallicanis ecclesiis corrogare valuit chartaria seu instrumenta, plena manu in opus contulisse, adeo ut instar publici cujusdam archivii fuerit *illud molienti*, ut est (*ast, heu! jam fuit*) litteratis omnibus instar Patroni singularis. *Sicut autem in Epitaphio nuper defuncti legitur, fuit vir* animi candore, facilitate morum, in rebus agendis dexteritate, propensissima bene merendi de singulis voluntate, ubique conspicuus: qui totius vitæ cursum in Ecclesiæ gloriam, Regni decus, Reipublicæ litterariæ ornamentum peregit; communicatis ac pene effusis in peritissimos quosque, tum Gallos tum Exteros Scriptores, reconditioribus

NOT. 26 F

Acta apud Herovallium inventa,

virum singulariter eruditum et eruditorum patronum,

A tioribus tabulis ac abstrusioribus monumentis, quibus immortale nomen comparavit. *Quid pluribus opus? cum ista ad cumulatissimam laudem abunde sufficiant; item ad redarguendam imprudentiam, ne dicam impudentiam quorumdam, in nomen adeo celebre involare ausorum, tamquam gratis præfixum Epistolæ Regii cujusdam Consiliarii, improbantis multitudinem famosorum libellorum, quibus post editam a nobis primam partem Maji, lubuit istis debacchari in nostram de suis originibus sententiam.*

AUCTORE D. P.

6 *Redeo ad Nicolaum des Guerrois, qui ad annum* MLXXXI *nobis aliquod suggerit, unde pendet notitia temporis quo primum Sezanna Brecas allatum fuit sanctum corpus, sicut Acta narrant, per Hugonem Brecarum Dominum, ejusque uxorem Heylewidem. Docet ille, quomodo prædicta ecclesia* S. Juliani Sezanensis *tradita fuerit monasterio Caritatis ad Ligerim, per Hugonem Bardolphi, Brecarum Toparcham, erigenda in Prioratum qualis hodiedum est;* Tum notandum bene, *inquit*, quod in castro Brecensi habeatur Collegiata ecclesia antiquæ fundationis, et cujus Cura pertineat ad Prioratum Sezanensem: notandum id autem, non quod ad eumdem annum, quo institutus Prioratus est, pertinere etiam fundationem Brecensis ecclesiæ censeam; sed quia corpus S. Blithardi Brecas delatum est ab Hugone

Prima Corporis Brecis Translatio

per Hugonem Sezanensis Prioratus fundatorem sec. XI

B quodam loci Domino. Equidem, præter jam nominatum, alios duos reperio in nostra historia, ejusdem tituli atque nominis; unum anno MCXLVII, alterum MCLXXX: propendeo tamen, ut primum existimem illius translationis auctorem fuisse, atque adeo ipsam factam sec. XI. *Sane non apparet quod alicujus desiderium impetrandi a Sezanensibus corporis potuerit efficacius esse, quam ejus qui tanto et tam recenti beneficio Monachos istos sibi habebat obstrictos, maxime quibus ab antiquo erat suus* S. Julianus, *populorum confluxui et devotioni augendis per se sufficiens. Cuperem ego certius informari de die, quo illum* S. Julianum *suum colunt ex Monachis nunc Canonici Sezanenses; interim suspicor Martyrem, una cum* S. Maximiano *socium S. Luciani Bellovacensis Apostoli, non usque adeo dissiti; cum S. Audoenus in Vita S. Eligii apud Surium 1 Decembris cap. 32. dicatur trium istorum* Sanctorum thecas, ex auro argento atque gemmis, fabricavisse, *quarum una facillime potuit Sezanam esse translata, quod pro* VIII *Januarii ad eorum Acta observatum velim.*

C

ACTA

Ex Membranis V. CL. Antonii Wion d'Herouvalle.

Cum laus Sanctorum redundet in Dei gloriam

Quia quidquid Sanctorum honori et reverentiæ adscribitur, ad gloriam Dei omnipotentis solet respondere: justum et competens est ad eorum exaltationem, quemque pro ingenii facultate anniti et elaborare. Cum enim omnis eorum intentio, tota mens, totusque affectus in Domini pendeat dilectione; consequens est, ut quidquid eorum gloriæ attribuitur, quidquid favori eorum irrogatur, ad ejus per quem subsistunt fiat honorem. Nulla enim gloria, nisi per ipsum, et in ipso; nulla possibilitas, nisi per eum, et ex ipso. Ipse quippe est gloria, quam fortunæ mobilitas non potest corrumpere: ipse possibilitas, cui semper adest valetudo, sine in contrarium permutatione: nihil namque juris in eo habet accidentium transitus, et omne quod est permutabile: quia quidquid in eo est substantialiter inest et naturale. Semper unus est et idem, et numquam alteratur: neminem fallit, et ipse a nemine fallitur: ipse est caput et principium omnium subsistentium in rerum natura: et ideo omnium Sanctorum memoria et veneratio ipsius principaliter existit gloria. D

2 In quorum numero Brecensis caterva, venerabilis vitæ virum, S. Blitarium, esse non dubitat, cujus patrocinio gaudet, interventu lætatur, munimine exultat. Quid enim rationis, quid oppositionis intervenire possit, quo minus iste tam sacro consortio credatur inesse, cui ad perfectionis beatitudinem nihil virtutis creditur defuisse? Erat quippe ei fides, totius probitatis initium; erat et spes, ipsius fidei fundamentum; erat et caritas, utriusque virtutis solidamentum, sine qua omnis virtus est vidua, nullum probitatis retinens fructum. Strenuam ejus vitam virginitatis adornabat integritas, quæ sic inter ceteras virtutes refulget, quasi rosa inter spinas. Hæc est, quæ sibi inhærentes facit suavissimum odorem Domino: hæc est, in qua, per quam Maria placuit Altissimo: hæc est, per quam Joannes Apostolus meruit obtinere divini amoris privilegium: hæc est, per quam Judith, Holoferne, crudelissimo tyranno interfecto, liberavit Israeliticum populum: hæc est, per quam suscitatus est Daniel, ad eripiendam Susannam de falsorum criminatorum perverso testimonio: hæc est, ut altius dicatur, quam Creator omnium Sponsæ suæ, sanctæ videlicet Ecclesiæ, prælegit fundamento. E

venerantur Brecenses S. Blitharium

qui castitate eximius

3 Ad augmentandam probitatis hujus virtutem, integritatis gratiam, humilitatis sequebatur submissio quæ modestis exaltatio, superbis vero et sublimibus casus solet esse et confusio. In hunc et in patientia quemdam quasi virtutis modum operabatur, per quam quisque quasi aurum per ignem probatur. Sequebatur Abraham in fide, Moysem in mansuetudinis mititia, David in humilitate, Sanctum Job in patientia, Joseph in virtute castitatis, Danielem in futurorum præsagiis, Martinum in frugalitatis dispensatione, Dominicum præceptum in Dei et proximi dilectione. O Beatum et inenarrabilis sanctitatis virum, in quo solo omnium potest inveniri vita Sanctorum! Fuit enim par Apostolis, in evangelicæ prædicationis annuntiatione; par Martyribus, in assidua corporis sui maceratione; par Confessoribus, in humili et justa sacerdotii executione; par Virginibus, in inviolata integritatis conversatione. Quid plura? Secundum Apostolicum præceptum, omnibus omnia factus est, ut omnes faceret salvos. F

excellens virtutibus,

par quoque aliis Sanctis,

4 Sed quia de morum ejus sanctitate aliqua decerpsimus, idoneum videtur, ut quomodo ad nos Deo favente sit advectus, quomodo in has regiones venerit et unde, secundum rei veritatem exequamur. Sanctus igitur Blitharius, Dei Sacerdos et athleta, Scotiarum fines nativitatis suæ claritate insignivit; Hiberniam videlicet insulam, quam etiam B. Brigida præsentiæ suæ dono decorat et attollit. Hic a puerilis ætatis primordio secularibus abrenuntians, cœpit inhiare divinis; non atterendo otium in vilibus, sed attendens liberalibus studiis. Justum quippe erat, ut qui sequi desideraret Sapientiæ fontem, sapientiam omnibus præferret: justum, inquam, ut qui Creatori suo volebat inhærere, Creatori odiosa postponeret: scriptum est enim, Prudentia carnis, inimica est Deo. Rom. 8, 7

Presbyterali gradu fulsit in patria,

5 Sanctus ergo Blitharius suscepta Sacerdotalis officii gratia, qua maximum onus susceperat, maxime ipsius oneris officium exequi laborabat. At quia inter divitiarum vepres non solet inveniri vera beatitudo, partim amicorum solicitudine, partim impediente seculari negotio; elegit magis pauperem sequi Christum, quam se fore divitem, et in ipsius officio tardum. Habebat enim præ oculis præceptum Salvatoris, in Evangelio dicentis, Qui non bajulat Luc. 14, 27

qua dimissa cum seculo,

A bajulat crucem suam et sequitur me, non est me dignus: et iterum, Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ possides, et da pauperibus. Hujus igitur perfectionis desiderio sanctus Dei sacerdos Blitharius inductus, Galliarum partibus se applicuit, socio assumpto S. Furseio, mirabilis sanctitatis viro; ubi satis pauperem et arctam vitam ducens, secundum Dominicum præceptum, de crastino non cogitabat: oratio enim et jejunium ejus cibus erat.

Matt. 19, 21

transiit in Galliam,

6 Tandem Deo duce Trecacensium se applicuit confinibus, in villa quæ nuncupatur Verzeracus. Ibi eremiticæ institutionis normam sequens, solitudinis constituit cellulam, in qua seipsum singulis diebus Domino mactabat piam et placentem hostiam: nulla enim oblatio Deo gratior esse potest, quam quod quisque seipsum Domino reddit ac vovet. Ceteris largus, sibi parcus erat: strenua ejus virtus bellum negotiis indixerat: exteriorem hominem respuens, interiorem tantum curabat: corpus attenuans, animum saginabat. Talis enim succedit horum vicissitudinis permutatio, ut afflicto corpore, sequatur animæ saginatio; et hac languescente, B corporis sequatur crassitudo: sed pinguedo corporis, gravitatem et fastidium; pinguedo animæ, suavitatem affert et remedium. Et licet adhuc terrenis immoraretur corporaliter; cœlestia tamen jam inhabitabat spiritualiter. Decurso igitur vitæ hujus laborioso agone, tandem naturæ concessit: et terrena terræ, cœlo cœlestia reddidit. Cujus sanctitatis fama percepta, Sezanici suburbani corpus prædicti Sancti sustulerunt, et apud se quanto dignius potuere collocaverunt: ubi diu multis claruit virtutum insignibus, quas Domini pietas per eum operabatur: nam visus cæcis, claudis gressus, infirmantibus eo interveniente sanitas impendebatur.

et apud Brecas eremiticam vitam cœpit agere,

ac pie mortuus sepelitur Sezanæ,

7 Hac signorum gloria permotus Dominus Brecarum, nomine Augo, sub cujus ditione tenebatur Sezanæ parochia; ad castrum Brecarum fecit eumdem Sanctum deferri, cum ingenti devotione et reverentia: et collocavit eum in ecclesia, quæ tunc temporis erat valde brevis et lignea. Quam augmentatam sancti Dei Athletæ corpore et reliquiis, volentes etiam Clerici augmentare in structuræ opere, communi consilio ad implorandum aliquid auxilii Sezaniam detulerunt, ipso Domino Brecarum nesciente. Ubi, Domino operante, tantæ gravitatis et ponderis subito dicitur fuisse, ut per unius diei spatium non possent illum amovere. Quo audito, Dominus Brecarum magno mœroris dolore permotus, cum maxima illuc veneratione venit: et indictis orationibus et jejuniis, cum magno processionis honore, ad castrum suum revexit; et prædia multa attribuens, ecclesiam, quæ adhuc præsens est, ipse et insignis ejus uxor, Aeyluidis nomine, ad honorem Dei et S. Blitharii constituit. D

unde Brecas relato

in ... translatum

8 Sed non est omittendum, quantam virtutis potentiam Dei gratia operata est per illum, post remeationem de Sezania ad castrum. Erat enim quidam homo Laudoenus, cui a nativitate membra contracta corporis negabant officium: qui cum spe fidei, Sanctum Dei Blitharium, crebris orationum devotionibus, diu corporis negatum exorabat usum. Cujus petitionibus, suffragio et interventu sancti sui Blitharii, Domini pia et amplectenda pietas respondit. Nam usum, antea omni tempore negatum, membris reformatis restituit. Alio quoque tempore quidam, secundum terrenæ dignitatis gloriam satis ingenuus et sublimis, vecors et insanus, huc illucque [discurrebat], quasi animal brutum; quippe cui nihil rationis erat, quem non mentis industria, sed casus ad eumdem Sanctum Dei adduxerat: qui mox ingressus templum, opitulante Sancto Dei, amissum recuperavit sensum. O mira et obstupenda Domini dilectio et benevolentia circa Sanctos suos! qui non pro infirmantium merito, sed pro suorum gloria sublimanda, incolumitati reddit etiam non devotos. Quodam etiam tempore quidam, cui ardens morbus usum pedis satis diu subtraxerat, ejusdem S. Blitharii patrocinia repetiit, cujus interventu ita recessit sanus, ac si prius malum non senserit. E

sanatur contractus,

amens sibi redditur

curatur pes ulcerosus

9 Quoniam igitur, Fratres Charissimi, tanti meriti apud Deum est Sanctus iste: supplici cordis affectu, cum omni reverentia, ad observandam solennitatis ipsius diem, unanimes convenite: eum vobis pium intercessorem orationibus et lacrymis apud Deum, verum cordium examinatorem, expetite; per D. N. Jesum Christum filium ejus, qui cum eo vivit et regnat, in unitate sancti Spiritus, per omnia secula seculorum. Amen.

Epilogus

C F

DE BEATIS MARTYRIBUS

PETRO RODRIGUEZ COMMENDATORE, MENDO VALLE, DAMIANO, VAZ, ALVARO GARCIA, STEPHANO VASQUEZ, VALERIO DE ORA, EQUITIBUS ORD. S. JACOBI, ET GARCIA RODRIGUEZ MERCATORE,

TAVIRÆ IN ALGARBIIS,

Ex Hagiologio Lusitano Georgii Cardosi.

ANNO MCCXLII

Taviræ in Algarbiis

Tavira, *oppidum Algarbiorum, in littore maris Oceani, leucis quatuor dissita a Bætis fluvii faucibus, sex annis prius, quam totius Bæticæ caput Hispalis a S. Ferdinando occuparetur, scilicet anno* MCCXLII, *ejusdem Sancti Regis Imperio adjuncta fuit per Magistrum Ordinis S. Jacobi, Don Pelagium Corream, novi Testamenti Josue Hispanis dictum, eo quod profligandis Mauris aliquando insistens, solem credatur etiam ipse imperio vocis stitisse, uti legere est* XXX *Maji ad Chronici Ferdinandæi cap.* XI *litt. c. Minori miraculo, sed majori impendio generosi sanguinis, prior victoria parta fuit. Hanc enim præcessit gloriosa mors septem, quos in Titulo nominavi, Heroum; ea ratione quam Georgius Cardosus narrat ad hanc diem, in suo Hagiologio Lusitano; eo quod Algarbios sancti Regis filius Alfonsus X, Alfonso III Lusitano, addito Regni titulo, cesserit in dotem filiæ suæ Beatricis.* Sunt in eo oppido præter monasteria, ecclesiæ parochiales duæ; quarum una, eaque præcipua S. Mariæ sacra, ad jus Jacobæi

Ordinis

A Ordinis pertinet ; et ad eam in festo S. Barnabæ Apostoli ex toto concurritur oppido, propterea quod ipsum tali die venerit in potestatem Christianorum; instituiturque solennissima processio ad aram ejusdem Sancti, quæ aræ principi ad cornu Evangelii est ; ubi ejusdem imago picta cernitur, insistens lapideæ arcæ, cui includuntur prædictorum septem Heroum corpora, quos Martyres appellari, eoque titulo in altari adorandos stare, in usu antiquo est.

AUCTORE D. P. primaria ecclesia S. Mariæ, 11 Junii super altari veneratur

2 *Rem gestam sic narrat ipse Cardosus, ex cujus Annotatis etiam prægressa sumpsi.* Cum Magister Don Pelagius Petri Correa, vi armorum in Algarbiis occupasset quædam magni momenti loca, et tempus esset Mauris faciendæ messis ; petierunt hi quadrimestres inducias, nec difficulter obtinuerunt a nostris, ea incursione notabiliter imminutis ac fatigatis, et supplementi quietisque egentibus. Per hujus temporariæ pacis securitatem permissus est a Magistro Petrus Commendator, cum sociis quinque prænominatis, ad venationem egredi castris, ad locum quem Antas nominant, una leuca distantem Tavira. Hic illis, sese oblectantibus pariter et exercentibus per dies aliquot, irritati tanta eorum confidentia Mauri, ex improviso irruerunt in Christia- B nos, tamquam lupi famelici. Ad periculum tam inexpectatum et formidandum suam illi conspicientes paucitatem, confestim miserunt qui ipsum indicaret et auxilium posceret a Magistro, Casellæ tunc stationem habente, quinque leucis inde ; interim pro tempore raptim sese communierunt palis humo depactis, industriam celeritatemque faciendo operi subministrante discrimine tam præsenti. Transibat illac forte mercator quidam Garcias Rodriguez ; et cognita partium inæqualitate, dimisit cum mercibus famulos, periclitantibusque se junxit : qui verbis atque operibus animos cunctis addens, hortabatur fortiter agere, nihilo minus miles strenuus, quam mercator industrius.

septem viros fortes, qui a Mauris deprehensi

3 Accepto Pelagius nuntio, collegit quantam potuit suarum manum, tantumque properavit in auxilium conclusorum, ut, quamvis Taviræ portas apertas inveniens locum tenere potuisset, pergere tamen porro maluerit, quam vel tantillum temporis perdere. Frustra tamen ea omnis diligentia fuit : prostratos enim omnes in loco reperit, postquam hostium plurimos sua manu mactassent, prout monstrabat campus cæsorum Maurorum cadaveribus plenus. Ad hoc spectaculum commotus Magister, C et indignatus fœdifragis barbaris, insiliit cum suis in victores ; eosque non solum loco pepulit, sed usque Taviram fugientes prosecutus est impetu tanto, ut claudendi portas otium animumque præripiens, simul in oppidum irruperit, per quamcumque hostium resistentium vim aperiens viam. Adepto portam cum nemo ulterius sese opponeret, ad medium oppidi forum processit, sociorum mortem insigniter ultus.

mactatique et capta mox Tavira unam in tumbam collecti,

4 Prima tum cura fuit Mezquitam loci principalem, Christianis ceremoniis expiatam, Reginæ Angelorum consecrandam curare, ædificato ipsi altari, ad cujus latus, quod Evangelii dicitur, etiam constructa fuit ara S. Barnabæ Apostoli, propterea quod ejus festo acta res esset : et super eo altari collocata est grandis ex rudi marmore arca, continens Heroum prædictorum septem corpora, aforis autem insculptos habens septem militiæ Jacobææ gladios, cum conchis S. Jacobo caris ; ubi a fideli populo honorantur tamquam veri Martyres, utpote in odium fidei Christianæ ab infidelibus interfecti. *Quamquam autem interfectionis ipsius dies non præcise notetur : est tamen satis verosimile, X vel ipso XI Julii oppressos ab hostium multitudine fuisse, quibus extemporaneum quod fecerant sepimentum non longam* D *potuit tutelam præstare, ideoque in apertum campum prosilierint, ut vel morientes hostibus fidei, quam possent maximam cladem inferrent. Recte autem ponuntur hoc die, quo simul cum oppidi recuperati memoria eorumdem Depositio jungeretur. Prætitulata nomina ex antiquis Chronicis descripsisse protestatur in Notis Cardosus; fatetur tamen Antonium Brandanum, parte 4 Monarchiæ Lusitanæ lib. 14 cap. 20, discrepare in duobus nominando* Duranum Vas, *qui in Chronicis est* Damianus ; *et* Beltranum de Caja, *qui illis* Valerius da Ora *vel* Oja.

coluntur ut Martyres.

5 *Prosequitur porro contextum Cardosus, probando veram eorum sanctitatem, ex ipsorum apparitione, facta Regi Taviram obsidenti, et relata Ruizio de Pina, Alphonsi IV Lusitaniæ Regis historiam scribente, et cap. 14 sic loquente :* Reperi in antiqua et bene authentica Lusitaniæ memoria, quod Rex Castellæ D. Alfonsus *(scilicet* XI *hujus nominis)* obsederit Tavillam *(alii* Taviram *scribunt)* quodam autem Sabbato mane locum circumlustrans, ut despiceret qua potius parte eum oppugnaret ; redierit ad monasterium S. Francisci, in quo habebat stationem : indeque oculos in oppidum retorquens, vidit supra ecclesiam S. Mariæ septem giganteæ staturæ viros, E albis vestitos, et vexilla S. Jacobi manibus præferentes. Eo viso attonitus Rex, accersivit Conventus Guardianum, virum senem ac pium, et antiquarum rerum peritum : cui cum visa narrasset, eorumque explicationem requireret ; Nihil dubites, inquit senior, Domine mi, quin iis quos vidisti septem Equites, sint illi ipsi qui eo die, quo oppidum hoc cepit bonæ memoriæ Don Pelagius Correa Maurosque ejecit, pro fide Christi fortiter præliantes vitam amiserunt ; sepulti autem jacent in ecclesia, supra quam eos vidisti : et nos in ipsorum præsentia hanc habemus fiduciam, quod quamdiu apud nos erunt, numquam oppidum istud alteri domino subjicietur. Quibus auditis, obsidionem sustulit Rex, in honorem Martyrum, seque in regnum suum recepit.

Hi seculo sequenti visi oppidum tueri, Alfonsum XI Castellæ R. moverunt ad solvendam obsidionem.

6 *Nicolaus Antonii, in sua Bibliotheca Hispana, ad nomen et elogium* Roderici vel Ruysii de Pina, *lectorem docet, prædictum ejus Chronicon necdum typis vulgatum haberi; ipsumque prima sui parte, usque ad annum* MCCCLXXII, *potius dicendum esse*, Ferdinandi Lopez *et* Gomezii Joannis de Zurara ; *post quos Anonymus quidam per annos aliquot continuarit historiam, reliquos denique usque ad annum* MDXIII *adjecerit prælaudatus scriptor. Utinam prædictæ Bibliothecæ diligentissimo Auctori Vitam produxisset Deus, ad alteram ejus partem colligendam, quæ nobis enumerasset* F *Scriptores Hispanicos ante annum* MD ; *hanc enim solum incipit posterior, quam habemus. Ecce autem, dum hoc folium nobis a prælo venit, jamjam imprimi cœptum ; adfertur a Romano prælo folium unum alterumque desiderati libri, istic imprimi cœpti, curante Eminentiss. Cardinali de Aguirre, ad cujus manum prælaudati Auctoris scripta pervenerunt. Cum liber totus huc allatus erit, sciemus forsitan, uter duorum prædictorum, et quando, litteris consignaverit visionem istam ; quantumque plus fidei mereatur aliis, sub alio Rege rem factam scribentibus ; et pro Guardiano Franciscanorum, quem Rex consuluerit, supponentibus Eremitam ad S. Petri, quos Cardosus rejicit ; corrigendus ipse cum in contextu quidem obsessum locum dixit, anno* 1337 *die* 15 *Septembris ; in Notis vero, anno* 1375, *per socordiam haud dubiam librariorum, quorum opera vel in describendo opere ad prælum, vel in typis componendis emendandisque est usus : nam posterior annus nullum in Lusitania Regem Alphonsum vidit, neque etiam in Castella. Si autem prior annus recte notatur, habuit is litteram Dominicalem* E, *adeoque cœpta obsidio est feria* II ; *et dies visionis Regi factæ in Sabbato verosimiliter proximo,* XX *Septembris.*

Quo auctore visio hæc referatur, et an facta an. 1337 nobis necdum exploratum est.

DE

DE B. ALEYDE SCHAREMBEKANA

SANCTIMONIALI ORDINIS CISTERCIENSIS

CAMERÆ JUXTA BRUXELLAM.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

G. H.

De titulo Sanctæ aut Beatæ, passim adscripto.

ANNO MCCL

Memoria in fastis

Bruxella, urbs Brabantiæ nobilissima, habet in vicinia, qua itur Vilvordium, pagum Scharembekam, vulgo Scarbekæ, unde Virgo prætitulata nomen traxit, et forte originem. Eidem urbi etiam proxima est ad ingressum silvæ Soniæ, Camera S. Mariæ, monasterium sanctimonialium ordinis Cisterciensis, circa annum MCC fundatum, uti latius exposuimus XIX Februarii, ad Vitam B. Bonifacii
B Episcopi Lausanensis, ibidem quiescentis. Ad eum diem Molanus, in Natalibus Sanctorum Belgii, post elogium dicti Bonifacii, ista addit: Ibidem in festo S. Barnabæ, obitus Aleidis de Scarenbeka, Sanctimonialis, leprosæ, anno Jubilæo MCCL. Cujus virtutes et merita, visitationes et miracula, ad plenum nequeunt explicari. Eodem modo ad dictum diem Miræus in Fastis Belgicis et Burgundicis ista scribit: Eodem in cœnobio anno MCCL obiit B. Aleidis Scarebecana, Monialis, leprosa, cujus merita et miracula leguntur in Rubeæ-vallis monasterio, apud Joannem Gillemanum in Hagiologio Brabantiæ.

Vita a coævo scripta

Quamquam nusquam sese indicet Auctor, numero tamen 34 allegat visionem, ipso mortis tempore factam, cuidam personæ adhuc in corpore degenti; eoque indicat se quoque vixisse seculo XIII: Cisterciensem autem Monachum stylus refert; et forte Confessarius monasterii fuit, qui tamen, seque, et causam scientiæ ex qua scripsit, maluit occultare.

datur ex MSS.

2 Nos eadem Acta damus ex dictis MSS. monasterii Rubeæ-vallis, Corsendoncani in Campinia, et Lovaniensis S. Martini, ubique Canonicorum Regularium: in quibus codicibus solus quidem titulus Venerabilis ei datur; sed passim in textu Sancta Aleydis vocatur num. 21, 23, 29, 33, 34; Beata ac Sancta
C absolute num. 29 et 34; sancta Virgo, num. 16. Eadem Acta edidit Chrysostomus Henriquez, inter quinque prudentes Virgines Ordinis Cisterciensis, et ad singulas paginas iteravit titulum beatæ Aleydis. Joannes quoque d'Assignies Gallice edidit Vitam eamdem, inter Vitas Sanctorum et Sanctarum Ordinis Cisterciensis, a fol. 309, cum titulo Sanctæ Aleidis de Scarembeke.

Nomen Sanctæ ac Beatæ.

Ita etiam Angelus Manrique, in Laurea Evangelica Hispanice edita, lib. 3 discursu 7 § 3, agit de Sanctis Ordinis Cisterciensis; et folio 255, S. Aleyda inquit, sanctimonialis nostri Ordinis die XI Junii: et citato Brito tom. 1 lib. 6 cap. 19, asserit, hanc inter Sanctos Ordinis esse Beatis ascriptam; idque ob epistolam Guafredi Villariensis ad Idam monialem. Ejusdem memoria ad hunc XI Junii celebratur in MS. Florario, item apud Menardum, Henriquez Chalemotum, Bucelinum: et hi quatuor titulo Beatæ ipsam honorant, ad diem vero sequentem XII Junii, referunt eamdem Rayssius in Auctario ad Natales Molani, et Benedictus Dorganius in Kalendario Benedictino: atque ab hoc etiam S. Aleidis Virgo appellatur.

Nomen Gallicum Alix.

3 Simon Peyronetus Presbyter Tolosas, in Notis ad Onomasticum sanctum Gallico Latinum pag. 55 magna cum laude meminit hujus Virginis, et indicat ipsam Gallice Alix vocari, indeque sumpta credit nomina Alize, Alizon, et Alizette, atque etiam Lizette per aphæresim primæ Syllabæ; omnia autem pro eodem supponuntur nomine, quod Latini scriptores Adelæ, Adeleidis, Aleydis, et Alethæ vocabulis exprimunt. Ceterum non dissimulaverim, inter Sanctimoniales loci illius vix ullam Beatæ istius Sororis memoriam superesse, nedum cultum: ut optandum sit sacrum ejus corpus divina aliqua providentia efferri in E
lucem, debitoque cum honore translatum, recordationem virtutis tantæ resuscitare quotidiano conspectu.

VITA

Auctore ævi ejusdem Cisterciensi.

Ex tribus codicibus MSS.

PROLOGUS.

Non sunt tacenda Sanctorum gesta,

Cum res nova et inaudita, in auribus multitudinis noviter recitata, ab humano genere, non natura propria, sed adtracta incuria, ad condemnandum potius quam ad indulgendum prompto, modis multiplicibus soleat judicari; autumamus non pauca ad munitionem hominum, contra nequissimas dæmonum versutias, in lucem proferenda; more candelæ, inutilis quin ardeat, sub modio silentii suffocata. Sed quamvis fidelis aliquis quibusdam sit odor vitæ, quibusdam vero odor mortis; vitæ quidem illis, qui fideles vitam ad fidei morumque rectitudinem solicite ad imitandum intuentur; mortis vero eis, qui ad erroris corporis cordisque defensionem F
justi vitam cum moribus contumaciter despicantur; non idcirco, quia coinquinatis et infidelibus, omnium sapore bonorum carentibus, cibus subtrahitur spiritualis; ideo et fideles, quibus universa munda pabula, spirituali bonorum exemplari privari tenebuntur. Idcirco, non morsus detrahentium formidantes, sed cursus proficientium potius diligentes; in quantum nostri ingenioli exiguitas permittit, Vitam Dominæ Aleydis de Scharembeka bonæ memoriæ, in medium producamus: ad cujus exemplum nos firmiter stemus, ne corruentes deorsum, terræ per amorem temporalium adhærendo, coinquinemur: ad cujus meriti puritatem, nosipsos tergamus, ne inavium cogitationum, mentem ad ima declinantium, pulvere sordescamus: ad cujus intuitum nosmetipsos videamus, nec ad inania studia intentionis oculum curiosius flectamus.

quia ex iis aliqui non proficiunt.

ANTIQUA DIVISIO.

CAP. I De ingressu in monasterium.
II De ejus humilitate et timore Domini, ac spe æternæ gloriæ.
III De amore Dei.
IV De ornatu interioris et exterioris hominis.

A v De miraculis ipsius, et primo de candela extincta, et in manu ejus reaccensa.

EX MSS.

vi De cruce aurea.

vii De infirmitate ipsius.

viii De consolatione divinitus sibi facta.

ix Quomodo in omni tribulatione sua semper fugiebat ad Dominum, quasi parvulus ad ubera matris.

x De consolatione et jubilatione in Missa.

xi De prima ingressione domus suæ.

xii De gratia, quam habuit in perceptione S. Eucharistiæ.

xiii De claritate, quam vidit quædam mulier super oratorium ipsius.

xiv Quomodo Dominus pacificavit spiritum Dilectæ suæ.

xv Quomodo respondit Deus desideriis ejus.

xvi Quomodo consolatus est Dominus Dilectam suam de morte sororis suæ.

xvii De claritate, quam vidit in nocte sancta Paschæ.

xviii De refectione interiori, qua refecit Dominus Dilectam suam in Ascensione Domini.

B xix De anima cujusdam Nobilis, per orationem ejus, a pœna liberata.

xx De liberatione alterius cujusdam animæ, per ipsius intercessionem.

xxi De magno desiderio, quod habuit, in adjuvandis vivis et defunctis.

xxii Quomodo Dominus apparuit ei, prædicens diem et horam migrationis suæ.

xxiii De amissione oculi ejus dexteri.

xxiv De eo quod prædixit, se amplius vivam ad ecclesiam non reversuram.

xxv Quomodo pius Dominus dignatus est consolari et refovere Dilectam suam.

xxvi Quomodo consolata est sororem suam.

xxvii De amissione oculi ejus sinistri.

xxviii De ancilla sua.

xxix De revelatione ei facta super statu quarumdam animarum.

xxx De proprio ejus Angelo, quomodo excitavit eam.

xxxi De infirmitate ipsius ante mortem.

xxxii De morte ipsius.

xxxiii Quomodo gloria ipsius diversis personis est ostensa post mortem ipsius.

C

CAPUT I.

Educatio: vita monastica: illustres virtutes: miracula.

CAP. I *Modeste educata*

Fuit igitur prædicta Domina, a primævæ ætatis initio, omnium aspectui amabilis et gratiosa; tamen non more Dinæ, alienarum feminarum pulchritudinem minus caute indagantis, in plateas est egressa; sed more Dei Genitricis, intra cubiculum commorantis gratiamque nutrientis, domi semper est morata. Expleto igitur cursus vitæ suæ septennio, in quo sub parentum custodia servabatur; relicta pompa seculari, timens ab ea inquinari; monasterium, quod dicitur Camera S. Mariæ, Ordinis Cisterciensis, feliciter est ingressa: ibique tradita litteralibus studiis, non solum coætaneis, sed etiam annis maturioribus, lumine veræ sapientiæ desuper infuso, in brevi præpollebat. Deus enim Pater luminum, a quo datum optimum, sensum eidem erogaverat in omnibus capacem, intellectum facilem, memoriam tenacem, gratiam in conversatione, efficaciam in opere, in inceptis effectum, in studiis profectum. Istis ergo donis in ipsa magis ac magis crescentibus, imo ipsa per ista proficiente, ac de virtute in virtutem actus suos dirigente; sciens, quod si non proficit studium, cito deficit; cum corporis disciplina et arcta cordis custodia, quarum altera sine reliqua non bene potest observari, ad annos pervenit maturiores. D

septennis monasterium ingressa, præclare proficit:

2 Volens igitur præfata Domina Aleydis ædificio suo stabile ac firmum fundamentum collocare, ne cujuslibet impetu, superædificati ruinam astantibus minarentur; provida circumspectione humilitatem (tamquam turrim tutissimam, de qua hostes, de longe venientes, ab arce propriæ conscientiæ ne accederent, prohibere valeret; ac domesticos inimicos, raro ab incursatione sua deficientes, supprimeret) pro fundamento sibi vendicavit. Posito itaque fundamento, non mediocria ædificia superædificare studebat, sed intelligens ex Scriptura, timorem Domini fore initium sapientiæ; recta rationis indagatione ipsum humilitati applicare nitebatur. Timor quippe omnes circuit angulos conscientiæ; purgat omnes tam cordis quam mentis *a* rimas immunditiæ; et per ejus virtutem quilibet radicatur in vera sui cognitione. Ex eo namque nascitur contritio præteritorum, gemitus præsentium, labor et planctus futurorum: hinc procedit spes veniæ, fatigatio videlicet laboris et pœnæ, et consolatio æternæ gloriæ. II *fundata in humilitate et timore Domini;* *a*

E

3 Timore itaque in omnibus humiliata et contrita, verum Dei amorem intimis visceribus studuit amplecti: qui ipsam, ut stare posset adversus diaboli insidias *b*, armavit sapienter instrumentis. Per ipsum namque potenter imperavit sui corporis sensibus, eos ab illicitis retrahendo, et semetipsam ad lineam rectitudinis poliendo. Per hujus virtutem omnis hora extitit sibi brevis, omnis labor visus est sibi levis. In respectu ejus omnis res transitoria ipsi cito viluit, et ad omne opus bonum expeditam se exhibuit. Propter hanc omnia visibilia, nisi pro sola corporis necessitate utens eis, respuit, et omnia adversa sibi illata patienter sustinuit. O quoties vociferabatur ad Sponsum suum cum Rachele, Da mihi inquiens liberos, alioquin moriar; quia revera spes quæ differtur affligit animum, et nihil sic afficit ipsum quomodo impatiens desiderium. Odore igitur hujus suavitatis et flagrantis desiderii succensa quodammodo, ac trahens gemitus ac suspiria, mirabatur (nec sufficit admirari) qualis esset ad gustandum fructus terræ promissionis, cujus florum odor mansionalibus, memoriæ ipsius continuo jam tunc præsentabat amœnitatem. III *in amorem Dei attrahitur:* *b*

c

F

4 Veritatis lumine, corde sic fulgente, oculorumque aciem sursum erigente, jam per amorem parturire satagebat, quod per cognitionem antea conceperat; jam per affectum sentire conabatur, quod intellectu prius gravida ferebatur; jam ad hujus amoris obsequium sic se totam dedicatam et efficacem sentiebat, quod nulli aliunde venienti imperio humerum ad portandum subigere valebat. Idcirco dum hujusmodi appetitu se sentiret irretiri, et vehementius desiderii stimulo urgeri; ad Sponsi sui thalamum faciem ornavit, intus et exterius seipsam decoravit: intus tribulationibus se Deo sociavit, foris cum laboribus corpus subjugavit: intus imbre lacrymarum et vigili recordatione propriæ infirmitatis, ac dilatione visionis divinæ gloriæ, jugiter manavit; et ad producendos fructus, ad animam refocillandam aptos, omni tempore conscientiam rigavit. Foris proximorum cunctorum necessitas, intus pusillanimitas, ipsam fortiter angebant: nam omnium fuit consolatrix, singulorum recreatrix. Intimis visceribus miseris compatiens, aliorum infirmitates patienter sustinebat; injuria sibi illata vices non reddebat. Intus Dei imagini, quam in corde IV *intus et foris exercet sancta opera.*

A corde gessit adhærendo nituit; cujus foris conspectui omni hora, gestu ac habitu se præsentare studuit. Foris benignam, socialem, mansuetam, pacificam, communem quoque se omnibus exhibebat; intus divinæ majestati et Dei ordinationi se totam effundebat. Intus ardens et accensa igne castitatis, foris lucens et producens fructum nativitatis: novit enim quoniam otiositas inimica est animæ: idcirco ad omne opus bonum expedite et procincte gressus suos dirigebat. Nullum spatium, nullam horam supra modernorum consuetudinem imperacte negligebat; aut enim intus meditationi divinæ vacabat, aut foris operi aut sermoni ædificatorio studium impendebat. Sed heu! lapides sanctuarii per plateas sunt dispersi, et non est qui recolligat. Sermo divinæ eloquentiæ, pabulum videlicet animæ *d* prælectum, tædiosis fastidium generat; et gesta terrenorum, fabulam et mendacium, audire delectat. Audierat in Evangelio, quod Dominus cum tribus discipulis montem ascendebat, cujus vestigia imitari cupiens ut montis Dei cacumen attingeret, studium operis nec non meditationis orationi conjungebat: multa siquidem reperit operi vacando, plura vero sensit rationi adhærendo, majus tamen omnibus orationi insistendo. Ita devote et humiliter divinam implo- B rabat clementiam, quod ipsius precibus de cœlo sese Deus inclinabat. Reum et culpabilem Deo se recognoscebat, quare capite inclinato semper incedebat. Vestium curiositas semper ei displicuit, maturæ stabilitati cum obedientia se applicabat.

d

6 In infirmitate sua nulli fuit onerosa: sed singulis et omnibus fuit gratiosa. Temporis requisitioni et dispositioni per omnia se conformabat. In refectorio temperatam, verecundam, et modestam; non oculorum intuitu curiose fluctuantem, sed ubique simplicem, prono vultu se exhibebat. In claustro præcipua, non circumvaga diversa quærens loca, dabat operam lectioni. In ecclesia devota, tota Deo effusa, divinis pura mentis intentione invigilans officiis, et intenta orationi. In dormitorio quieta, nulla utens insolentia, per quam aliarum requies posset impediri. In labore strenua, fortis, et procincta, numquam vacans otio. In colloquio socialiter providens et affabilis, hilaris et omnibus desiderabilis, paucis et rationabilibus utebatur verbis. Ad verba derisoria vel risum moventia, jactantia vel tumentia, dissolutionem vel levi- C tatem demonstrantia, sive detractoria, vel reprehensibilia, os non aperiebat: sed sermo ejus ædificatorius, verbum languidam refocillans animam, nihil reprehensionis in se repræsentans, cum omni humilitate ab ejus ore profluebat. Sed ad quid tempus vano consumo labore, singularum ipsius virtutum enucleationi insistendo? cum rem aggressam virium mearum pusillanimitatem luculenter excedere videam, etiam ad solius ejus virtutis propalationem; cum singulæ virtutes in ipsa patenter fuerint ordinatæ, et ego materiæ debitæ exequendæ me sufficere non cognoscam? Ceterum omnes cordis ejus *e* eructationes, sermonis explanationes, intimum operationes, ceterarum virtutum augmentativa *f*, non humano subjigebat judicio; sed in quantum penetrabilius potuit, ne qua nævi licet minimi humanæ videlicet laudis commixtio inquinaret, omnia peragebat, et divino aspectui omni hora et momento, per Angelum sibi deputatum, solicite præsentare laborabat.

Itaque molesta, grata,

et prudens.

e

f

sincere Deo cupiens placere

7 Licet, carissimi, virtutes et merita, visitationes et miracula, quæ vitæ Dominæ Aleydis pro speculo humani generis sunt attribuenda, singula ad plenum nequeant explicari; non tamen omnia suspicor subticenda: sed potius propter materiam

Inter multa,

virtutis exercendæ, amplius rem habendam, quædam existimo in publice recitanda. In tempore D siquidem cursus noni anni præfatæ Dominæ, cum quadam die hora Completorii, ceteris in choro psallentibus jungeretur; accidit candelam, per quam videbant, casu de *g* absconsa labi, et a luminis officio penitus privari. Qua assumpta, dicta puerula, sicut semper procinctam more suo et paratam ad omnia se exhibuit, ut eam accenderet iter arripuit. Sed Dei dispositione, qui ipsam suæ claritatis lumine fuerat accensurus, et qui dilectæ suæ voluit parcere teneritati; dum adhuc laboraret in itinere, reperit in manu sua candelam igne rutilare.

ex MSS.

g candelam extinctam in manu reperit accensam;

8 Ita solicite et intente, omni hora et momento, ad divinam suspirabat contemplationem; quod non solum diurna Dei contemplativa fruitione contenta fuerit; verum etiam dum membra sopori traderet, et oculi somnum caperent, per visum somnii in ecclesia, more consueto, corde vigili, orationes suas ad Deum dirigebat. De quo in Cantico canticorum; Ego dormio, et cor meum vigilat. Ex qua consuetudine contigit, ut dum vice quadam per visionem nocturnam ante quoddam altare consisteret, et mentem ad divina suspiriis et gemitibus abundantius effunderet; meruit auream crucem, de cælo per funem sibi transmissam, evidentius intueri. E Cujus crucis visio similiter et transmissio, non indebite passionem Domini, quam more Sponsæ ut fasciculum myrrhæ inter ubera deportabat, nobis demonstrat; et quod cordis corporisque afflictione martyrio in se consummato, Martyrem se Deo præsentaret.

Cant. 5, 2

inter contemplandum, auream Crucem intuetur

ANNOTATA G. H.

a *MS Corsendoncanum*, curias immunditiæ. *Henriquez*, immunditias.

b *MS. Lovaniense S. Martini, et Henriquez* animavit.

c *Idem MS.* incomparabilem.

d *Idem*, prælectæ.

e *Idem* meditationes, sermonis ructationes.

f *Henriquez*, virtutum incrementa librum integrum petunt, et adhuc singula recenseri non possent: *et reliqua omittuntur.*

g Absconsa, Cæca laterna, *inquit Cangius*, qua Monachi ut plurimum utuntur in obeundis dormitoriis; *hinc Ordo S. Victoris*, Absconsam præparet cum candela. *Ideo autem sic dicitur, quod in arbitrium ferentis candela in se, lumen vel prodet, vel abscondat. Franci Monachi* Esconses *vocant; nos per Belgium etiam usu retinuit, ut, per transpositionem unius litteræ, pro* Sconcie, *dicatur* Sponcie. F

CAPUT II.

Ob lepram segregata; variis consolationibus et visitationibus illustratur. Animas purgatorii adjuvat.

Post hæc autem, cum ipsa virtutum augmento in annis cresceret, et tamen discretione virtutum numerum annorum superaret; volens Deus, electionis suæ vas futurum, ab omni strepitu temporali, et inquinamento hujus seculi, penitus purgari, non tamen ob alicujus criminis culpam vel vindictam, sed causa visitationis et more sponsi, sponsæ suæ arrham tribuentis in signum perfectæ dilectionis; ut soli Deo *a* liberius posset vacare, et intra cubiculum mentis suæ, quasi in thalamo secum morari, et suavitate odoris sui sponsam suam cupiens inebriari; morbo incurabili, paucis desiderabili,

a Ut soli Deo vacaret,

Ex MSS. *lepra percussa,* VIII *segregatur cum magna conventus tristitia,*

A lepra videlicet, ipsam graviter percussit. Prima siquidem nocte sequestrationis suæ a Conventu, contagiositate morbi sui exigente, tanto dolore animi est afflicta, tam gravi cordis vulnere est collisa, quod mentis consternationi compulsa est subjacere pro spiritus delectione. Sed quanta putatis tristitia totum Conventum affici, cum a tanti luminis fulgore se cerneret privari, et a consolatione tam utili destitutam effici.

maxima consolatione cælitus fovetur,

10 Rediens igitur dicta Sancta ad consueta cordis solatia, existens memor Dei, delectata est et consolata : ad cujus pedes devotis cum imbre lacrymarum confugit orationibus, petens refocillari. Cujus ancillæ humilitatem pius Dominus intuens oculis misericordiæ, ipsam dignatus est dulciter refovere. Nam tempestas fit sedata et tranquillitas donata, et pax cordi reddita. Tanta denique mox odoris suavitate divinitus fit *b* perfusa, tantis deliciis quasi paradisi voluptatibus fit repleta, quod si pristinæ sanitatis optio ejus relinqueretur arbitrio, et tamen ad illam deberet sublimari gloriam, ad quam jam spe trahebatur ; certissime affirmabat se sanitatem refutare. Præterea maluit in isto statu B commorari, et a solo Deo visitari ; quam toti mundo dominari, et tamen a spe futuræ gloriæ non frustrari. Cumque multis jam didicisset experimentis, mente quoque concepisset, ratione decrevisset, memoriæque commendasset, refugere ad divinum portum fore securissimum, in omni tribulatione atque angustia, depressione atque inedia, more parvuli causa sugendi matris ubera, ad pectus Christi convolavit et ad vulnera; quorum liquore membra sauciata sanitati concito sensit restituta.

IX *ad vulnera Christi confugiens,*

X *tempore sacrificii Missæ*

11 Tanto aliquando affectu in Missarum celebratione ad divinam suspirabat præsentiam, quod ex nimia desiderii scintillatione, totius venæ corporis pati violentiam et dirumpi videbantur. Sed Deus, qui inolita bonitate preces petentium solet exaudire, ostium pulsantibus novit aperire, vota quærentium consuevit expedire ; diu non sustinens Dilectam cruciari, nec a desiderio suo volens eam defraudari ; spiritu consolationis mentem ejus illustravit, et cunctas rimas terræ cordis ejus rore cœli irrigavit : moxque de cœlo transtulit Austrum, et induxit in virtute sua Africum ; tanta denique jubilatione, tanta mentis exultatione ab ubertate domus suæ inebriarat cor Dilectæ, quod præ nimio animi tripudio, quid sentiret quive secum ageretur, penitus ignoraret. De cujus mirandæ dulcedinis abundantia, C cunctis stupore mirantibus, longe lateque sparsit odorem suavitatis. O felicem ! quæ hujus exilii miseriæ vel ad horam posset oblivisci, et illa interna jucunditate ac requie saltem ad modicum potiri. Sed, heu me miserum ! qui adhuc vagus ac profugus fluctuo super terram, nusquam inveniens quod concupiscam, ubique tamen reperiens quod fugiam.

in suavissimam extasim rapitur :

XI *ingrediens in novam domum,* *Christi apparentis amplexu dignata.*

12 Cumque domus, quæ propter singularem ipsius infirmitatem illi specialiter fuerat deputata, esset consummata (nam interim pene per quatuor annos in altera manserat domo) prima die ingressionis ipsius in eadem domo apparuit ei Dominus, stans expansis brachiis in medio domus ; suscepitque eam in ulnas suas cum amplexu, et dixit : Bene venisti, carissima filia ; bene veneris, diu desiderata in isto fœderis mei tabernaculo ; quamdiu degueris in hoc corpore, tecum manebo : et ero tamquam tuus cellarius, quæque necessaria tibi provide ministraturus.

XII *cum magna præparatione,*

13 Tota semper die, ante perceptionem sanctæ Eucharistiæ, tam magno æstuabat intrinsecus desiderio, tam suavi detinebatur jucunditate, tam vigili thalamum Sponso suo præparabat intentione, quod nulli rei transitoriæ nullique rei mundanæ ad penetralia cordis ipsius patuit ingressus. Quando D vero hora instabat Sanctum Sanctorum percipiendi, sensit cor suum more ostii a Domino sibi aperiri, et quasi aromatibus odorantissimis in circuitu resarciri. Et statim Dominus inæstimabili jucunditate, incomparabili suavitate, inenarrabili spiritus jubilatione, hortum cordis Sponsæ suæ dignatus est introire.

et sensu cordis aperti suscipit Eucharistiam.

XIII *ipsa quasi ignita cum oratorio splendente est visa :*

14 Prope oratorium ejus quædam Domina, ad Missam audiendam, et orationi vacandum, locum sibi elegerat : et vidit quadam die oratorium, quasi flamma ignis totum deforis esset occupatum. Et surgens ut introspiceret, intuebatur Sponsam Christi quasi totam igneam, et vidit gloriam Dei intrinsecus habitare, quæ sua coruscatione omnium *c* lapidum et gemmarum pretiosarum splendorem incomparabiliter videbatur superare.

XIV *coacta ob lepram abstinere a sumptione sanguinis Christi,*

15 Dum aliquando, prout est consuetudinis in ordine Cisterciensi, ad altare Dei cum ceteris pro Dominica accederet refectione, et postea præ ceteris causa suæ infirmitatis a calice et sanguine Domini se cerneret amoveri (nam leprosis propter morbi periculum, ne accedant ad Sanguinem, est E interdictum) cœpit non modicum contristari. Unde accidit ut quadam die, post perceptionem Corporis Domini, etiam de pretioso sanguine, magno æstuaret desiderio inebriari ; et quodammodo inconsolabiliter conquerebatur, tanto se dono privari. Sed mox tristitia ejus mutata est in gaudium, et divinam consolationem suscipere meruit : nam vox de cœlo auribus ejus insonuit, dicens : O amantissima filia, noli turbari, et desine conqueri, quidquam de me tibi subtrahi : quia firmæ congruit fidei, ut quicumque de Corpore meo gustaverit, similiter et de Sanguine gaudeat se indubitabiliter recreari : quia ubi pars, ibi totum ; nec pars potest dici, sed totum debet reputari.

voce cœlesti recreatur,

XV *in festo XI milli Virginum dolens, se aliis in cantu non adjungi,*

16 In festivitate undecim millium Virginum *d*, contigit sanctam Virginem hora matutina domus suæ transgredi limen ; et versa facie ad ecclesiam, post voces Deum devote laudantium, et duodecimum Responsorium *e* illa hora cantantium, aliquantulum auscultare. Animo quoque cœpit non modicum turbari, eo quod ceteris in choro psallentibus, et sanctarum Virginum festivitatem cum jubilo colentibus, non valuit sociari ; et confestim refugit ad Dominum, solitum cordis sui solatium, dicens : Rogo te, Pater sancte, licet modo, prout desidero, cum ceteris Virgines sanctas laudare nequeo ; et pro speciali dono, quo me ditasti, ad F præsens Conventui mihi non liceat conjungi ; propter magnam tuam clementiam, post hujus vitæ miseriam, ab earum saltem societate non patiaris me separari. Et Dominus ad eam : Dulcissima filia, non te, ut desideras, istis Virginibus sociabo ; sed in loco multum eminentiori in regno meo collocabo.

intelligit se super illas in cælo collocandam :

XVI *in morbo gravi sororis Idæ intelligit se ante illam morituram :*

17 Soror ejus carnalis, Domina Ida, quadam vice gravi detinebatur infirmitate, ita ut plures de vita ejus desperarent. Unde Domina Aleydis non modicam in corde concepit tristitiam, putans a singulari hujus vitæ refugio, a speciali infirmitatis suæ solatio, se fore destitutam. Idcirco ex nimio dolore, cordi quodammodo vim inferente, flebili singultu ad Dominum vociferata est in hunc modum : Domine mi, noscas pro certo, si possibile cum potestate mihi foret attributum, ut æquali jaculo, quo me de morte sorori meæ jam imminenti inconsolabiliter vulnerasti, lædere te valerem *f*, minime mihi attemperarem. Cui Dominus respondit : Noli vano dolore consumi, filia : quia soror tua de hac infirmitate non est moritura, sed tua anima de hoc exilio, prius in patriam secundum meritum recipietur, et

A et postmodum soror tua, si beatam duxerit vitam,
g in Sponsi sui thalamum, sicut rei probavit *g* eventus, cum jubilo introducetur.

XVII *h* *in Paschate domus ejus veluti incendio consumi visa:*

18 In sacrosancto Paschæ festo, dum Responsorium, *h* Surrexit Dominus de sepulchro, decantaretur in choro; suspicabatur cœlum in modum sepulcri patefactum. Ex quo vidit claritatem, camino simillimam, eminus egredientem; et monasterium, adeo ut incensum putaretur, totum occupantem. Cujus claritatis officio domus ejus tanto resplenduit fulgore, quod ancilla ipsius, totum locum timens
i incendio consumi, vocem emiserit *i* cum clamore: sed Domina Aleydis, ut taceret, manu ei innuit; et ipsa mox subticuit.

XVIII *in Ascensione cum Christo quasi ascendisse visa:*

19 Quodam tempore in Dominica Ascensione, divino in ecclesia Officio rite peracto, accidit ipsam tardius solito domum redire. Cujus moræ soror ejus non tantum tædio affecta, sed potius ipsius debilitati et infirmitati compassa, ipsam verbis aliquantulum asperis, pro nimia mora, leniter increpavit. Cui dulcisonis respondit sermonibus, et dixit: Ne mireris, Soror, me ad istam corporis refectionem tardius occurisse; cum hodie pars cordis mei Jesus ad Patrem rediit, et altera pars me deseruit,
B simulque cum eo abiit, et sic me sine me reliquit. Et hoc dicto, præ nimio cordis adhuc jubilo terrenis refici renuit, sed usque ad cœnam jejunavit.

XIX *liberatur anima e purgatorio, post pœnitentiam integro anno factam,*

20 Quidam homo nobilis, cum post vitæ suæ cursum, satis negligenter consummatum, ab isto migrasset seculo; pro quibusdam justitiæ articulis, quos suæ juredictioni subditos rigide observare faciebat, Domina Aleydis eidem intimis compatiebatur desideriis: et fusis pro anima ejus ad Dominum precibus, a Patre misericordiarum impetrare meruit quod petiit. Denique postmodum eadem ejusdem anima, in horribili et magno ei apparuit tormento: pro qua cum per unius anni circulum condignam egisset pœnitentiam, liberata est a pœna, qua viderat eam cruciari.

XX *alia post annum apparens.*

Quædam anima, quærens locum refrigerii, quæ gravi per annum succubuit cruciatui, post horam Completorii apparuit ad ostium vel ad fenestram lecti ancillæ Domini, ipsius suffragio a vehementi pœnæ fastidio cupiens refoveri. Pro cujus tormenti remedio, cum se totam per aliquod tempus fructui pœnitentiæ subegisset; meruit pro sua reverentia exaudiri, et prædicta anima a cruciatibus liberari.

21 Sancta Aleydis tantam in se patiebatur ca-
C ritatis violentiam, tantamque pro humani generis

XXI *solicite pro vivis ac defunctis orat:*

salute gestabat solicitudinem, pro vivis non paucis, corde tribulatis, mente quoque conturbatis, atque a carnalibus tentationibus per eam saluti traditis; et pœna defunctis plurimis mitigata, et per ejus desideria ipsis pace reformata, sibi non posset sufficere; sed Deum precibus incessanter et gemitibus oravit, ut pœnam purgatoriam defunctis omnibus relaxaret, et viventes similiter a peccatis omnibus purgaret, sub hujus formæ conditione, quod vindictam omnium pro singulis subjaceret.

XXII *k* *in festo S. Barnabæ ægra et inuncta, intelligit se anno uno adhuc victuram,*

22 Circa *k* festum B. Barnabæ Apostoli inopinata corporis infirmitate percussa, præ nimia doloris instantia lectulo suo est imposita. Unde cum languor cresceret, ac ipsa simul cum Conventu de vita sua desperaret; in festo dicti Apostoli Oleo sancto fecit se inungi. Die illa cursum suum ad finem dirigente, et officio Completorii jam debite peracto, sperans frui diu desiderato, amicos suos Deo precibus commendabat; et mortem, imo requiem amplecti quodammodo festinabat. Sed Deus, examinator electorum et purgator criminum, Dilectæ suæ mercedem cupiens ampliare, ipsamque magis sublimare; apparuit ei nocte media, et ostendit quod adhuc per annum, usque ad revolutionem festivitatis B. Barnabæ Apostoli, in qua, ut dictum est, se D
fecerat inungi, esset victura: et tunc indubitantes de exilio ad patriam feliciter migratura. Insuper, quia tela prius visa solent lenius ferire; innotuit ei Dominus, quod respectu temporis totius vitæ prioris, multo ampliores corporis debilitates, multoque graviores cordis tribulationes, omniumque membrorum passiones, per illius anni circulum deberet sustinere; et quod per ipsius patientiam, similiter et orationes, multorum defunctorum tormenta deberent mitigari, et in corpore adhuc degentium animæ, ac in statu periculoso existentium vita, a sordibus emundari.

ex MSS. et multa passuram in solatium vivorum et defunctorum:

XXIII *dextrum oculum amissum offert Deo* *l* *pro salute novi Regis.*

23 Sancta Aleydis, cum ab officio luminis, dextri videlicet oculi, per dictam infirmitatem se sentiret orbari; nec aliqua patens causa, quare hujusmodi pateretur, in eo posset reperiri; hujus amissionis titulum novo *l* Regi, qui Aquensem obsederat civitatem, assumpsit ad subsidium; ut dictum Regem, verus Pater luminum, veræ cognitionis et intelligentiæ oculo, quo summum bonum intelligeret, intelligendo adamaret, adamando possideret, possidendo eodem feliciter frueretur, dignaretur illustrare: et ut hoc habito et armato, scutum impenetrabile castrumque inexpugnabile, pro sancta Ecclesia E
Christi tuenda, et suis inimicis, se valeret ostentare.

ANNOTATA G. H.

a *MS. Lovan. S. Martini*, liberalius.

b *MS. Rubeæ-Vallis, et Henriquez*, respersa.

c *Idem*, lampadum.

d *Scilicet* 21 *Octobris*.

e *Juxta ritum Monasticum quatuor Nocturnis constat Matutinum, quod Romano ritu tribus absolvitur: Responsorium autem* XII *apud Cistercienses, de S. Ursula, tale invenio*: Beata vere mater Ecclesia, quam sic honor divinæ dignitationis illuminat, quam victoriosorum gloriosus Martyrum sanguis exornat, quam inviolatæ confessionis candida induit virginitas. ℣. Floribus ejus nec rosæ nec lilia desunt. Quam inviolatæ etc.

f *Insanientis præ doloris vehementia animæ videri hæc verba possent: sed habet etiam divinus amor excessus hujusmodi, ut non tam verba expendi debeant, quam intentio loquentis, quæ alia hic censeri non debet, quam voluntas testandi infirmitatem propriam.*

g *Videtur hæc quoque eadem in monasterio Sanctimonialis, suæ sorori ministrasse.* F

h *Est hoc in Ordine festi Responsorium* XI.

i *MS. Corsenduncanum*, prompsit.

k *Die* XI *Junii anni* 1249.

l *Is erat* Wilhelmus Comes Hollandiæ *qui anno* 1247 *festo S. Michaelis in Regem Romanorum electus, Aquisgranum mense Majo obsedit, et post* 6 *menses cepit, atque ibi est Rex Romanorum coronatus, uti Matthæus Parisius, Joannes a Leidis, aliique scribunt.*

CAPUT III.

Morbus, pius obitus, variæ visiones de ejus salute.

a XXIV *Dominica Septuagesimæ prædicit se ad ecclesiam non reversuram.*

Officio in *a* Septuagesima debite ac devote a Sanctimonialibus in ecclesia completo, dum ancilla Domini domum regrediendi ante sextam more solito iter arriperet, et medium itineris spatium nondum pertransisset; versa facie ad ecclesiam, querulam prorupit in vocem, et dixit: Spiritus meus attenuabitur, dies mei breviabuntur, ingressus hujus viæ mihi de cetero præcluditur: et semel hunc,

morbo

A mortua, per eam transibo ; sed vivens in hoc corpore, per viam istam amplius ad ecclesiam redire non valebo.

XF MSS

XXV *Dominica Sexagesima a Christo refovetur:*

25 Post Septuagesimam dicta sancta, gravi in dextro pede detinebatur infirmitate, ita ut ab omni potestate corporaliter egrediendi penitus privaretur. Unde cum magis dolor eam afficeret, eo quod Missarum celebrationi interesse non valeret, quia quædam corporalis infirmitas ipsum incessanter vexare non desineret, et hac de causa, cum Dominica in *b* Sexagesima totam diem in singulari lacrymarum deduceret dolore, meruit a Domino consolationes suscipere qui ipsam in hæc verba voluit refovere. O dulcissima filia, desine sic turbari, nam revera terminus dissolutionis amplius, quam jam tibi est ostensum, minime debet prorogari unde in proximo est quod ego ad te sum venturus, et te probatam ac purgatam more auri in fornace, vehendam et locandam in cœlesti regno, cum magno gaudio recepturus. Istis auditis requievit spiritus ejus. Verumtamen ut supradicta verba, ab ore Veritatis prolata, videlicet, quod multæ animæ a tormento purgatorii per eam forent liberandæ, mancipaB rentur effectui, dolore jugiter crescente, infirmitate quoque corporis magis ac magis invalescente, dicta Sancta a tertio Idus Martii usque ad extremum vitæ suæ diem, duobus tantum diebus ante separationem corporis et animæ immediate interpolatis, tanto cruciabatur tormento : quod singulis diebus, trinis vicibus atque quaternis, gravia et intolerabilia, apud inferos vel in purgatorio, se assereret sustinere cruciamenta : et tunc clamitabat voce miserabili. Modo crucior in inferno, modo in purgatorio. Et inde rediens dicebat : Modo de locis purgatorii, modo revertor de infernalibus. Attamen semper quasi in amplexu Jesu jacuit quodammodo, et irriguum superius cum gemitibus requisivit, ac inde post tormenta cor aridum refecit.

a 13 Martii magnis doloribus cruciatur,

26 Cum Domina Ida soror ejus ipsam quadam vice quodammodo cerneret intolerabili passione cruciari, et ob hoc lacrymas ad modum imbris ab ejus oculis cum gemitu et ejulatu effundere compelleretur ; recepit ab eadem hujusmodi pro consolatione responsum. Dulcissima soror, noli sic affligi : non autem me putes pro peccatis meis hujusmodi exponi tormentis, sed pro defunctis in locis pœnalibus diu cruciandis ; et pro peccatoribus mundi, a laqueis venantium jamjam miserabiliter C irretitis, et sine fine seducendis, nisi per pœnam, qua me vides sic consumi, defuncti mereantur liberari ; et vivi, a laqueis similiter relaxari.

XXVI *idque dicit sorori, in solatium vivorum et defunctorum*

27 Hebdomada ante *c* festum Pentecostes, per gravem infirmitatem, nulli membrorum sui corporis deferentem, ab oculo privatur sinistro : cujus fructum pœnitentiæ assignavit *d* Regi Franciæ, qui in illo tempore, contra Paganos Crucis Christi inimicos, Hierosolymis utile se exposuerat fortunæ ; ut oculo divinæ claritatis illuminatus, quod bona incepisset intentione, fine meliore posset terminare ; et postmodum cursu laboris sui completo, gaudio felicitatis æternæ perfrui repromisso.

XXVII *c* *sinistrum oculum amissum offert pro salute S. Ludovici* *d*

28 Tanta caritate, quæ non quærit quæ sua sunt, sed distribuendo multiplicat congregata, ad omnes extitit effusa ; ut despectui omnium, contemptui singulorum optaret se haberi, dummodo aliquibus quidquam fructus et utilitatis ex hinc posset suboriri. Quadam vice vocavit *e* martham suam ad se, et dixit illi : Esto robusta, et in bono persevera : quia Dominum oravi pro te, et ipse exaudivit me. Sedes enim tua a seculo et in seculum est parata, et in libro viventium cum electis es notata.

XXVIII *solatur ancillam* *e*

XXIX 29 Quidam Abbas Ordinis S. Augustini ab isto feliciter migravit seculo, cujus animam soror ipsius, ejusdem Ordinis Sanctimonialis, timens magnis D cruciari tormentis, Christi virgini S. Aleydi per nuntios supplicavit fideles, ut de fratris anima, cujus timore tristitia affligebatur non modica, ipsam certificare, ac spe veniæ consolari dignaretur. Cujus dolori dicta Beata, sicut et omnium, compassa corde ; Deum precibus exoravit pro anima supradicta : et revelatum est ei, quod levi esset adjudicata purgatorio, et in proximo frueretur desiderato. Item cujusdam nobilis secundum seculum hominis anima, post corporis dissolutionem in magnis apparuit ei tormentis : pro quorum levigatione, dum ipsa per tempus condignam egisset pœnitentiam, novit ipsam a tormentis esse liberatam.

revelatione divina scit animas e purgatorio liberatas

30 Angelus, a Domino ei pro custode deputatus, ex usitata consuetudine, ut surgeret ad vigilias, per aliquod tempus consuevit eam a somno excitare : cujus signum, protinus ut percepit, sine mora surrexit ; et usque campanam Conversarum vel legit, vel oravit, vel veniam petere non cessavit. Accidit autem in die sancto *f* Parasceves, ut magno æstuaret desiderio Dominum in cruce pendentem intueri. Cujus sanctum desiderium Dominus volens implere cruentatis manibus, et clavatis pedibus, perfossoque latere, talibus alloquiis ipsi dignatus est apparere. Dulcissima filia, audivi cordis tui vocem ; timensque corporis pusillanimitatem, idcirco ad te deE scendi, æstum cordis tui irriguo superiori cupiens per omnia fœcundare. Intuere ergo diligenter, et considera, quanta et qualia, pro te et humani generis redemptione, sustinui opprobria. Et hoc dicto statim disparuit visio, ex hac hora magis ac magis exarsit : si tamen ardor crescere potuit ; quali modo humani generi, ut suo Redemptore posset frui, valeret suffragium impertiri.

XXX *ab Angelo custode solita excitari,* *f*

videt Christum cum 5 vulneribus apparentem

31 Tempore finis exilii sui jam appropinquante, horrenda infirmitas tam miserabiliter totum corpus ejus occuparat, ut videlicet sententia Veritatis, O vos omnes qui transitis per viam, attendite et videte, si est dolor similis sicut dolor meus, ei competere videretur : nam a planta pedis usque ad verticem, non erat in ea sanitas. Omnes ipsum intuentes, timore quasi monstri horribilis subito steterunt perculsi : et æstimabant, aliam creaturam, ei in horrore comparandam, nusquam posse reperiri. Fuit itaque ab officio, corporis scilicet et membrorum, tota destituta ; et more cadaveris in terra putrescentis, in lectulo suo tradita, quasi putredine extitit consummanda. Cujusmodi passiones pariter et infirmitates, magis solito ingruentes, tanta suscepit delectatione et lætitia, ac si sponsa ab sponso acciperet munuscula diu desiderata. Manus suæ ad modicum usum erant sibi necessariæ : nam ex nimia infirmitate per longa tempora fuerant contractæ ; quarum cutis, ad modum corticis alicujus arboris, variis distincta vulneribus, similitudinem ejus genere videbatur. Unde tripudiando cantare solebat : Manus meæ tornatiles, plenæ hyacinthis. Cutis quoque pectoris, capitis, et brachiorum, similis erat cortici arboris, varias rimas ex nimia ariditate continentis. Crura ejus, vitulo excoriato erant simillima, et ipsa una cum pedibus fuerant inflata. De corpore ipsius carnes et sanies abundanter effluebant. Ex eo tempore quo lumine privabatur oculorum, erat anima ejus quasi amicta Deitate, et in divinis amplexibus semper comprehensa ; exceptis dumtaxat illis horis, quibus pro defunctis fuerat deputata. Nullum membrum quietum, nullum ad infirmitate impossessum retinebat, nisi solam linguam ; qua sine intermissione, quamdiu poterat, Deo laudes decantabat.

XXXI *Thr. 1, 12* *totius corporis officio destituta,* *I*

in Domino delectatur.

32 In vigilia S. Barnabæ Apostoli, postquam Oleo sancto se fecerat inungi, quædam Monialis, sedens

XXXII

A sedens pro solatio coram ea, dixit : In ista *g* die, Dei filius pro nostra redemptione Judæis est traditus, et ab eis est flagellatus, ac morte crucis condemnatus. Ad cujus vocem, accensa forsitan magis desiderio, respondit ei hoc modo, Cras circa auroram ex hoc migrabo seculo. Quod, ut dixit, est impletum. Post Completorium Virgo Dei, quasi sponsa ornata monilibus, et ad nuptias præparata, ad portam mortis festinabat ; et valedicens amicis suis, animam suam Deo precibus commendabat.
11 Junii mortua
Circa vero auroram, quasi dormiens et requiescens, in lectulo suo recumbebat ; et in ortu solis leni flatu emisit spiritum. Exuit enim tunicam mortalitatis et miseriæ, et induit tunicam immortalitatis et gloriæ, plenam felicitatis et lætitiæ. Exhalavit autem spiritum vitæ ultimum tertio idus Junii, in ortu solis, ut dictum est, ante primam, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo, in [anno scilicet Jubilæo.] *h*
anno 1250.

XXXIII 33 Ostensum est cuidam animæ fideli, quæ ipsius non intererat decessioni, quod anima ipsius cum magna gloria in cœlestibus suscepta, choro sanctorum Cherubim et Seraphim, feliciter sit conjuncta.
Visa anima ejus a Cherubinis et Seraphinis excepta,
Vidit insuper in spiritu quædam alia fidelis B anima, quod sanctæ Aleydæ, astra cœlorum petenti, et Dominus noster Jesus Christus, et S. Maria, cum totius cœlestis chori exercitu, in magna occurrebant jubilatione ; et ipse Dominus noster, neminem præter seipsum ad eam recipiendam reputans idoneum, ut ipsam honorifice susciperet, ceteros præcedebat.
amplexu Christi dignata,
Cui in brachiis suis ad amplexum receptæ, subjunxit : Bonum certamen certasti, cursum consummasti, fidem servasti : propter quod nunc venio, ut te duplici corona, tam Martyris, quam Virginis, pro meritis insignitam, felici consortio ordinem et conjungam. Et quia ceteris ipsum desiderarat ardentius, inter Cherubim et Seraphim, ut ardeat et accendatur, sibi locum assignavit.

34 Cuidam personæ, adhuc in corpore degenti, duæ apparuerunt animæ ; quas cum solicite interrogasset, de anima sanctæ Aleydis, respondit altera earum ; animam ejus, sine aliquo purgatorio, cum magna jucunditate, cœlesti consortio esse sociatam.
absque purgatorio cœlum ingressa.
Quædam parvula puella, soror ancillæ Dominæ Aleydis, dormiens in quadam villa prope monasterium de Camera ; vidit in somnis, eo tempore quo dicta Sancta migravit a seculo hoc, animam C ipsius, quasi sole amictam in modum parvuli D pueri, ante portam cœli ab Angelis deportari ; multitudinem quoque cœlestium, quæ ipsam, tamquam sponsam ornatam, intra cœlestis sponsi thalamum, cum ineffabili gaudio introduxerunt : quo facto janua cœli clausa est. Quod cum vidisset illa parvula, se a consortio ipsius et a tanto gaudio separari, januam quoque cœli sibi præcludi cum ejulatu lacrymas emisit amarissimas. Quam cum mater ejus lacrymari percepisset, increpans eam, cur fleret, diligenter inquisivit. Cui respondit filia : Domina Aleydis est mortua, et inde mihi lacrymæ. Ad quod mater : Mentiris : nescis quid dicas. Ad quam rursum filia : Revera ab hoc migravit seculo, quia et ego incontinenti cum ea ducta fui ad portam cœli : quam, tanquam sibi cognitam, cum audacius introisset, ac me foris reliquisset ; dolor iste me invasit. Et adhuc ea loquente, statim intravit nuntius, qui ipsam defunctam affirmavit. Quo audito mox monasterium adiit, et ipsam sepultam reperit.

ANNOTATA G. H.

a *Die 23 Januarii anni* 1250, *quando Pascha celebrandum erat 27 Martii.*

b *Die* 30 *Januarii.*

c *Festum Pentecostes* incidit eodem an. *in* 15 *Maji.*

d *Is erat* S. Ludovicus, *qui anno* 1248 *ex Gallia in Cyprum navigarat, et anno* 1249 *intercepit Damiatam, quod potuit tunc sciri in Belgio.*

e *Ancilla Belgis* Maerte *dicitur ; an ex originario sua lingua, an vero cum respectu ad sanctam Christi hospitam, satagentem circa frequens ministerium, quis definiet? Vidi certe in nostris Beginagiis, infirmariæ curatrices, illam ut Patronam suo die colere.*

f *Die* 25 *Martii.*

g *Erat feria Sexta seu dies Veneris : et Sabbato est mortua.*

h *Non sunt hæc verba Auctoris primi, utpote quem mox apparebit eodem seculo scripsisse, quando* Jubilæa *necdum Ecclesia noverat. Primus illud an.* 1300 *instituit Bonifacius VIII, pro quolibet anno seculari : Clemens autem VI contraxit ad annum quemlibet quinquagesimum, et celebravit* 1350. *Gillemannus ergo illa inter transcribendum addiderit.*

E

DE SANCTO PARISIO

ORDINIS CAMALDULENSIS MONACHO PRESB:

TARVISII IN DITIONE VENETA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

De Vita atque Miraculis scriptis, et cultu Tarvisii atque Bononiæ.

F

AN. MCCLXVII

Ambrosius Camaldulensis, vir sua ætate doctissimus et probatissimus, ac fortassis in nostro opere commemorandus ad XX Novembris, propter Beatitatis titulum ipsi in suo Ordine attributum ; cum, præter sacri Eremi consuetudinem, ad Conventum Ordinis generalem Bononiæ celebrandum, auctoritate Apostolica evocatus esset an. MCCCCXXXI *ibidemque mense Octobri electus Generalis ; suscepto ex obedientia munere illo, continuo se vertit ad monasteria* **per Italiam visitanda. Habemus visitationis istius** *Hodœporicon ab eo conscriptum, quod ex Laurentianæ Magni Ducis Bibliothecæ MS. extractum, et Illustriss. Antonio Magliabechio dedicatum, lucem Florentiæ vidit anno* MDCLXXVIII, *iterumque biennio post. Hic ille narrat, quomodo reformationi Ordinis sibi commendatæ intentus, Venetiis mense Majo Junioque Tarvisium excurrit, eoque pervenit* die Sancti Parisii : cujus *inquit,* corpus ibi conditum venerati sumus ; Vitam quoque conscriptam, simpliciter licet, nobiscum asportavimus. *Hæc an uspiam adhuc reperienda sit, nescio ; siquidem Latine scripta, ut existimo, fuit : Latinam certe non habuit Augustinus Florentinus, cum anno*

A *Auctore Augustino desiderantur nunc illa,*

MDLXXV *Historiarum Camaldulensium libros tres priores ederet, ubi lib. 2 cap. 20 exponitur Ædificatio monasterii S.* Christinæ Tarvisii, et Vita B. Parisii. *Etenim num. 2 solum ab eo allegatur ejus* vulgaris Vita, quæ impressa est.

itaque ac Processus super ea et miraculis:

2 *Idem Augustinus num. 8 exponit quomodo Tarvisinus Episcopus Albertus, B.* Parisii, *anno* MCCLXVII *die* XI *Junii ex hac mortalitate erepti,* Miracula, *quæ vivus mortuusque patrarat, in juridicam formam, diœ*cesano jure, præmisso Testium juratorum processu, qui ea viderant, redigenda curavit, die Dominica intrante Januario proximo; *id est (ut reor) proxime secuto, felicem illius mortem. Equidem mihi causæque non defui, quo minus datis Tarvisium litteris requiri facerem, tum Vitam, sin minus Latinam MS. saltem Italicam impressam, tum prædictum Processum. Sed hactenus frustra omnis diligentia fuit, utinam ne in perpetuum frustra sit! Interim ex Augustini versione Latina habe, quæ sola dari nunc possunt; quæque Silvanus Razzius, Abbas Camaldulensis, sola habuit, anno* MDLXXXVII *Florentiæ evulgaturus Italice Vitas Sanctorum ac Beatorum Ordinis. Nec enim Bononiam pervenerant primi illi Historiæ Camaldulensis libri, cum eo appulit Laurentii Surii de probatis Sanctorum Historiis Tomus* 1, *Illustrissimo et Reverendissimo D. Gabrieli Palæotto S. R. E. Cardinali et Bononiensi*

datur ex Italico impresso Latina versio Augustini Florentini,

B *Episcopo dedicatus secunda editione anni* MDLXXVI *pro cujus editionis Tomo 3, Majum et Junium menses habituro, ne omnino desideraretur notitia* S. Parisii, *Bononiæ nati, idem Cardinalis providit; et sic in illo Tomo, cui immortuum Surium non est, legitur in Indice ad* XI Junii, de S. Parisio Bononiensi, *ac porro in corpore libri hic titulus:* Vita B. Parisii Bononiensis, ex libris Jacobi de Voragine summatim excerpta a doctissimo viro Carolo Sigonio, jussu Amplіss. Cardinalis Gabrielis Palæotti, Episcopi Bononiensis, qui eam mihi misit.

omissa epitome Suriana;

3 *Lego et relego Legendas Sanctorum, a Jacobo de Voragine collectas, et sub nomine Legendæ Aureæ Historiæque Longobardicæ vulgatas, nec non insigni Appendice auctas a Claudio Rota, simulque Coloniæ editas anno* MCCCCLXXXV*: sed nusquam reperio nomen.* Parisii. *Hoc tamen scio, opus illud, exeunte seculo* XIII *compilatum, ubique locorum per monasteria transcriptum fuisse, eadem conditione, qua Martyrologium Usuardi; ut scilicet suos quisque Sanctos ei adderet; adeoque non mirer, si inventum fuerit Bononiæ exemplum, cui inscriptum fuerit compendium, ejus ipsius Vitæ, quam Tarvisii a se repertam scribit Ambrosius prælaudatus.*

quæ dicitur quidem accepta ex Jacobo de Voragine,

C *Dignum igitur illud fuit quod sequeretur Sigonius, et in fide Sigonii ederet Surius, eamdem autem, iisdem pene verbis, recuderent Suriani operis abbreviatores, Franciscus Haræus et Zacharias Lippeloos. Eadem vero auctoritas tanti fuit Cardinali Baronio, ut Romanum Martyrologium jussu Gregorii XIII recognoscens, ad* XI *Junii legi juberet (quod in prima anni* MDLXXXIV *editione non invenitur,* Bononiæ, S. Parisii Confessoris, Monachi Ordinis Camaldulensis, *addendo in Notis, quod de eo agant* Tabulæ Ecclesiæ Bononiensis. *Iis forsitan inserendum curavit Cardinalis Palæottus, quem antiquitus Tarvisii coli sciebat; eoque id fecit jure, quo urbes quæque lubenter assumunt colendos Sanctos apud se natos.*

non tamen sua certæ auctoritate

4 *Sed cum* Acta summatim expressa apud Surium, *et in Notis iisdem allegata, dicant clare,* Parisium *longissimum suam ætatem pene omnem egisse Tarvisii, ibidemque defuncti vitam, et miracula a Tarvisino Episcopo examinata fuisse; ecquid causæ potuit habuisse Baronius, ut eum, præter Martyrologiorum stylum, Bononiæ adscriberet potius quam* Tarvisio? *Nescio certe an vel nunc, extra monasteria Ordinis, aliquid de* Parisio *Bononiæ fiat. Nam Joannes Paulus Masina, in sua Bononia perlustrata, auctiusque edita anno* MDCLXVI, *solum nominat ecclesiam sanctorum Cosmæ et Damiani, quæ Camaldulensium est, et suum istum Sanctum colit* XII *Junii, quia principaliori S. Barnabæ Apostoli festo verus Natalis impeditur. Hoc vero non credo factum fuisse Tarvisii, in propria ejus nominis ecclesia, dum illa adhuc staret, cumque ipsius colendi causa necesse non esset dimitti Officium aut Missam de Apostolo. Istis enim temporibus multi, præsertim necdum*

Fuerat is potius Tarvisio adscribendus quam Bononiæ:

D

cum illic sit corpus et antiquior cultus,

Canonizati, celebrabantur absque Officio et Missa, per solum confluxum Fidelium ad sepulcrum. Non fuisse autem **solenniter canonizatum** Parisium *agnoscit Ferrarius, in Catalogo Sanctorum ac Beatorum Italiæ, post Vitæ compendium;* licet Carolus Sigonius, lib. 3 Epp. Bonon. illum pro Sancto cultum asserat. *Hunc forte Augustinus scrupulo sibi duxit, plus quam* Venerabilem *et* Beatum *dicere, in Vita quam hic damus: sed Ambrosius, tanto illo vetustior, securos nos reddit de veteri Tarvisinorum usu,* Sanctum *vocantium, cui nunc adstipulatur Romani Martyrologii auctoritas.*

5 *His jam prælo paratis adferuntur Tarvisio excerpta Italica quædam de Sanctis ad Junium pertinentibus ex Historia Tarvisina Joannis Bonifacii, ubi pag.* 297 *hæc leguntur:* Anno MCCLXVII, cum Tarvesii munere Potestatis fungeretur Philippus Belegnus

E

Venetus; XI Junii sancte obiit B. Parisius, cujus festivitas hoc die a Tarvisanis celebratur, idque ex publico decreto, relato in librum legum municipalium civitatis et provinciæ. *Deinde post aliquam vitæ ac miraculorum synopsim, unde nihil eruas, ultra inferius ponenda, subjungitur:* Corpus sepultum fuit in ecclesia S. Christinæ; quæ destructa et in ipsa civitate quam foris antea erat restaurata, dimisso nomine S. Christinæ, cœpit dici S. Parisii, in honorem hujus magni servi Dei. Officium istic ei peragitur, sub ritu Duplicis, translato in diem alterum cultu S. Barnabæ, ubi ejus veneratio quotidie capit incrementum.

etiam dilato in diem alterum officio S. Barnabæ.

VITA

Ex Historiis Camaldulen. Augustini Florentini.

Anno salutis MCXC facta est ædificatio cœnobii sacrarum Virginum S. Christinæ Tarvisii. Id jussu Placidi *a* Generalis erexit Arianus Monachus, extra et prope urbem Tarvisii, juxta fossatum Communis, in loco cui vocabulum erat Boteniga; in superficie videlicet bonorum, quæ propterea donaverat sacræ Eremo Ordelafus, pius civis Tarvisinus. Qui quidem Arianus Crucem illic loci, ac primum lapidem, de licentia Conradi *b* Episcopi, posuit die tertia *c* Martii, manu Rolandi *d* Notarii. Illic autem Placidus Generalis religiosas feminas, secundum habitum et instituta sacræ Eremi, instituit: quas possessionibus, quæ ad sacram Eremum in ea regione pertinent, honestissime ditavit: iisque Parisium, qui inter alios veram ac germanam monasticæ religionis effigiem expressam habebat, animarum Patrem *e* ac loci Gubernatorem præfecit.

Fundato S. Christinæ Monacharum cœnobio

a

F

b

c d

Capellanus datus est Parisius,

e

qui natus Bononiæ,

2 Is Bononiæ anno MCLI, ex honestissimis valdeque piisque parentibus ortus, adhuc infans divino Spiritu a Deo repletus est. Nam cum in ætate quinque annorum (sicut in ejus vulgari Vita, quæ impressa est, legitur) cuidam mulieri, quæ prima elementa pueros docebat, operam daret; quadam die sitiens, parum aquæ ab ea expetiit: cui illa indulgere volens, pretiosum cyathum, sicut eum ut dulcissimum puerum amabat, Parisio obtulit: qui forte fortuna, ex manibus prolapsus, cecidit, et comminutus est. Tunc ergo, magistra femineo more in lacrymas erumpente, Parisius, Dei gratia actus, fragmenta cunctis inspicientibus collegit; hisque super Crucis

a pueritia thaumaturgus

signo

A signo facto, cyathum integrum magno miraculo magistræ restituit. Ea evulgata fama, de puello Parisio, per totam urbem, magna excitata est opinio, quod in virum Dei perfectum foret evasurus.

virtuti deditus

3 Ille autem, ætate et gratia apud Deum et homines crescens, ubi pueritiæ attigit annos, magna morum documenta et talia præbuit; ut vitiorum incentiva, quæ teneram ætatem inficere solent, incredibili modo aversaretur; limina basilicarum assidue frequentans, et non nisi de spiritualibus sermonem faciens. Quin etiam inedia ac vigiliis corpus teneraque membra sic macerabat; ut nemini dubium fuerit, eum ad Religionem natum. Duodennis itaque mundi inquinamenta devitans, soli Deo placere cupidus, ad sacram Camaldulensem militiam, ad cœnobium S. Damiani convolavit.

duodennis ingressus Ordinem,

Illic autem mutatione pristini habitus, ante omnia ordinem vitæ Monachorumque gravitatem considerans, difficile dictu est, quanta se adhuc puer, humilitate, modestia, patientia, obedientia, caritate ac sanctimonia comparaverit verum Dei servum; quam creber fuerit in oratione, quam cœlestium bonorum deditus contemplationi; et quam subinde, adolescente corpore dæmonum superare tentationes ac carnis titillationes: jejuniis, officio, et hostis profligatione, laboraverit.

egregie in eo profecerat.

B Quo factum est, ut ipsius frugalitatis ac sanctimoniæ exemplis, cœnobii dignitatem plurimum amplificaverit; universæ vero Religioni, quasi mellifera apis, fuerit apprime utilis ac necessarius.

Missus is erat Tarvisium] ætatis suæ anno 30

4 Missus Tarvisium, cum vix trigesimum ingressus esset annum, commissum sibi ancillarum Christi gregem adeo sancte ac pie monachis institutis informavit, locique amplificationi ac splendori incubuit; ut venerabiles mulieres, quasi Angelum Dei sibi cœlitus missum fuisse, coguoverint. Accepit vir venerabilis Parisius in ea administratione, ut vere bonus, spiritum prophetiæ; usque adeo ut angelicus medicus oppressis a cacodæmone, et variis morbis laborantibus destinatus a Deo videretur.

ubi et Ep. Alberto a Confessionibus fuit, g

Deploravit futurum cœnobii excidium, et concionando omnes urbis clades Tarvisino populo vaticinatus est. Accidit novissimis diebus, ut *g* Albertus, reverendissimus urbis Episcopus, qui ad pedes venerabilis Parisii peccata diluere semper voluit, ob quasdam cruentas rixas quibus interfuerat, Romam ad summum Pontificem ad dicendam causam evocaretur. Ille ergo Episcopalem dignitatem perdere subveritus,

clarus prophetiæ spiritu:

C virum Dei cum mœrore consuluit, ut quid agendum esset disponeret. Cui vir sanctus; Ne trepides, Reverendissime Pater; jussionem summi Pontificis exple: quia veniet tibi auxilium de sancto, salvusque atque incolumis ad gregis tui ovilia repedabis: quod ipsum exitus ad unguem probavit.

sanat crus fractum,

5 Inter miracula, quæ Deus meritis servi sui, dum viveret, fecit hæc ab ipso Episcopo prodita sunt memoriæ. Famulus suus, quadam die vitem super arbore putans, fortuito casu in terram cecidit ac crus fregit: cum vero non possei resilire, magnis luctibus auxilium de terra postulabat. Accurrit illico vir Dei Parisius, ejusque casum miseratus, orationem repente pro illius incolumitate ad Deum fudit: moxque tibiam signo Crucis consignans, pristinæ languentem virum restituit sanitati: qui gratias Deo agens, illico ad interceptum rediit opus.

et aliud aridum:

In monasterio item Benvenuta quædam, una ex secris Virginibus per sex annos gravi cruris dexteri ariditate vexata, adeo ut genu monstruose curvum haberet, et pedis digitos contractos; meritis venerabilis Patris plurimum fisa, sese ei summo cordis affectu commendavit; et pristinam consecuta sospitatem, monasterii officia quævis exinde semper exercuit.

D *EX MS. FLORENT.*

tergoris et brachii dolores, podagramque:

6 Andreas de Piro (qui unus ex testibus juratis ejus sanctitatis fuit) cum maximis sinistri tergoris et simul brachii conficeretur doloribus; ad virum Dei veniens, eum pro se orare, ac manu languentia membra tangere, suppliciter est deprecatus: quod cum vir sanctus fecisset, confestim omni liberatus infirmitate, dedit laudem Deo. Puer quidam faber lignarius, de parochia S. Andreæ, podagricis doloribus sævissime laborans, nullo pacto gressum movere valebat: et Adrianus, tunc insignis medicus (qui unus item ex testibus veritatis ejusdem sanatum fuit) cum multis diu medicinam fecisset, nihil omnino profecerat. Is denique ad virum Dei delatus, ex signo Crucis pristinam consecutus est sanitatem.

k

et infirmus ipse, pedibus contractum:

7 Anno MCCLXVII, postquam venerabilis Pater Parisius, cœnobio S. Christianæ septuaginta ac septem annos præfuerat; annum CXVI *h* agens, gravi labanti senio ac corpusculi exesi membris, levi quadam adversa valetudine laborare cœpit. Interea puer quidam Feltreusis, contractus pedes, ad eum in lecto decubantem delatus, altera die se incolumitate donatum gavisus rediit ad propria. Post paucos dies vir Dei febri absumptus, innumera multitudine circumstante, animam gloriosam virgo Deo retulit, die XI Junii.

E *ac moritur 1267, 11 Junii.*

Tum deplorantibus cunctis viri Dei factam jacturam, et corpus pio more osculantibus, placuit divinæ bonitati, ejus vitæ innocentiam, patenti signo hujusmodi, palam facere. Quidam enim hæreticus *i*, candelam ardentem in manu habens, intulit; Si is Sanctus est, manus mea, uti hæc candela, ardeat.

i

Sanctum negans hæreticus punitur.

Ecce autem repente ignis, ejus manum invasit. Tunc miserum hominem excruciatum, mortisque terrore confectum, pœnitet; omnes pro se orare supplicat; dansque laudem Deo et B. Parisio, cunctis præsentibus sospes efficitur.

Beatum declarat Episcopus,

8 Sacro corpore honorificentissime sepulturæ tradito, innumera beneficia populi consecuti, cœnobii mutato nomine, illud S. Parisii, usque ad hæc tempora, semper denominaverunt. Ei autem divini honores, decreto ipsius Alberti reverentissimi Pontificis, tributi sunt: quod vir pientissimus ejus miracula in publicam formam, diœcesano jure, præmisso testium juratorum processu qui ea viderant, redigenda curavit, die Dominica intrante *k* Januario proximo. Inter ea hæc leguntur, præter suprascripta.

propter miracula,

k

l

curati oculi excussi

9 Donatus de S. Floriano *l* Feltrensis (qui unus fuit ex testibus) filium Bucca nomine, qui cadens oculum turpiter attriverat, ad arcam B. Parisii

F adduxit: votoque emisso frumenti ad pondus nati offerendi, eum extemplo sanum factum, domum reduxit. Tranquillina Albertini, incurabili infirmitate agitata in pede dextro, adeo ut nec die nec nocte quiescere posset; monita per visum ad sepulcrum B. Parisii se conferre, baculo innixa iter arripuit; et statim se in corpore nullam læsionem habere, gratias agens Deo, persensit.

doloris in pede,

stuporis in manu,

Puella mendicans, manum stupidam habens, voto ad corpus B. Parisii, sanitatem repente recepit. Cum puella Teutonica, et alia mulier, cæcitate oculorum laborantes, ad altare venissent, et Deum adorassent; ambæ, maximo omnium stupore, oculorum visum recepere. Alia item puella Veronensis, quæ oculorum beneficio carebat, audita fama miraculorum B. Parisii, ad ejus corpus veniens, voti compos effecta, cum gaudio remeavit ad propria.

3 cæcarum illuminatarum;

sanati apostematis,

10 Agnes Marchesina, de parochia S. Agnetis Venetiarum, apostemate se manum amittere videns, cum matre ad mausoleum B. Parisii veniens, libera ad Lucanas *m* rediit. Venetus item alius nobilissimus vir, cum uxore gravissime infirmitate illa, quæ vulgo Vermis-canis *n* dicitur, circum guttura corrodebatur

m

n

ex voto aegrotus et gravis infirmitatis n

A redebatur itaque voto ad B. Parisium facto, uterque ab eo morbo liberatus est, et Dei in Sanctis suis magnalia celebravit. *o* Mulier Teutonica a dæmone vexabatur. Cum hanc Exorcistæ Sacerdotes de more liberare operam navarent, clamabat per os dæmon, se non nisi in Parisio egressurum. Consanguinei igitur, Parisiorum urbis Galliæ pro ejus salute iter ineuntes, in *p* Foroiuliensem regionem descendunt: ubi audita æquivoci S. Parisii fama, dæmonisque mendacium cognitum habentes, in die Natalis viri Dei ad ejus corpus dæmoniacam repræsentant; eamque, magnis dæmonis cruciatibus in conspectu omnium liberatam recipiunt.

energumena liberatur

11 Quædam navis, ab Alexandria veniens, horridam patiebatur tempestatem. Erat in ea homo, B. Parisio devotus, qui Deo ejus meritis suam salutem devotissime commendabat. Is cum alios, qui navi vehebantur, ad idem faciendum hortaretur; mox omnis procella placatur, et navis, licet ventis quassata, securum portum tenuit. Angelus Bergomas Monachus, gubernationi monasterii præfectus, Tarvisium per *q* Ferrariam equo vectus veniens, cuidamque amico in via dexteram dare volens, incautius cum equo retrorsum in flumen cecidit. Is cum jam prope mergeretur, B. Parisium invocavit. Nec mora, ad ripam delatus, ab accurrentibus hominibus in cauponam semianimus asportatur. Interea vero, dum accitur Sacerdos, qui ei Sacramenta det, compos voti factus, et sospes, resumpto itinere, ad cœnobium venit. His accesserunt subinde alia miracula, quæ indies innovantur, ut Tarvisii notum est.

tempestatis sedatio

q servationis a submersione

B

Anno 1357 destructo cœnobio, r

12 Anno MCCCLVII B. Parisii vaticinia sic expleta sunt, ut, fervente regione *r* Tarvisina bello, Senatus, tuendæ ac muniendæ urbis gratia, cœnobium S. Christinæ humo æquaverit: tantoque impetu negotium confectum est, ut vix sacris Virginibus facultas se in urbem recipiendi data sit: quin etiam Venerabilis Parisii corpus, in arca non sine gravi jactura ex membris receptum, cum maxime propterea exagitaretur ab his qui illud excipiebant, ex integro in cineres et ossium reliquias majori ex parte comminutum est. Itaque Sanctimoniales, quasi oves sine pastore ac loco, per urbem perque cognatorum domos errantes, denique in via quæ Ferrariensis dicitur in unum convenerunt, ibique loco domum quamdam inhabitantes, tres parvas cellas primum instituere, et post hoc pacatis rebus, locum, uti nunc cernitur *s*, ad cœnobii formam redegere. Hic autem condito templo, ara B. Parisio erecta est; ubi ejus corpus ab accolis summa colitur veneratione; ad quod Deus optimus maximus multa beneficia fidelibus suis non cessat impertiri. Ejus sacræ turri campana inest, quam B. Parisius conflandam curavit; quæ miris modis adeo turbines atrosque nimbos semper fugare visa est; ut Tarvisina civitas semper, dum pulsatur, se meritis B. Parisii in tuto esse nihil ambigere soleat.

transfertur in urbem corpus,

s

C

eique altare erectum

ANNOTATA D. P.

a Placidus, *Generalis Ordinis* 13, *successerat Hildebrando an.* 1181, *et obiit* 1199.

b Conradus *præfuit ab anno* 1185, *et vivebat adhuc anno* 1200, *juxta Lucellum.*

c Tarvisinis, *annum inchoantibus a* 25 *Martii, adhuc erat annus* 1190, *qui nobis* 1191, *quando litt. Domin. F. dies* 3 *Martii erat Dominica, et quidem* 1 *Quadragesimæ, eo quod Pascha celebrandum erat* 14 *Aprilis.*

d Notariorum *per Italiam, ætate ea, prima post Judices erat auctoritas.* D

e Capellanum *ipsi appellant, teste Sigonio.*

f *Hoc S. Damiani cœnobium Ordini creditur accessisse circa* 1146, *ut indicat Augustinus lib.* 2 *cap.* 12.

g Albertus *hic, professione Minorita, ab Alexandro IV fuerat in ea Sede confirmatus an.* 1255, *ipsamque tenuit ad an. circiter* 1275. *Alexandro autem Papæ successit Urbanus pariter IV, ordinatus* 4 *Septembris* 1261, *cujus tamen Legatione currente eas in istam accedisse, scribit Joannes Bonifacius, Hist. Tarvisinæ lib.* 6 *ad annum* 1262 *narrans, quomodo Tarvisinorum Legati duo cum ipso Episcopo missi ad dandum innocentiæ testimonium, contra Fratres Rufinum et Bartholomæum, cives Minores qui Alexandrum quoque Novellum Canonicum, et Decanum Tarvisinum hæreticos appellabant, Clerumque universum dissolutionis esse insimulabant; ipsi contraria redarguti doctrinæ pœnam sunt, ut apud prælatum scriptorem videre est pag.* 292 *et* 293. *Fuerunt autem Fratres isti auditi et refutati in Consistorio, coram Papa et Cardinalibus, die* 12 *Junii.* E

h *Innocentii,nam ut recte observat Ferrarius) qui annorum* 30 *solum erat, cum Tarvisium venit an.* 1191, *non potuit anno* 1267, *plus quam* 107 *fuisse annorum, natus* 1161. *Nihilominus Sigonius, apud Surium similiter habet, vixit quod in Officio Capellani effœtis corporis viribus, ut qui annos circiter centum se lecum expiravit, cum annus salutis MCCLXVII ageretur, III Idus Januas.*

i *De hæresibus, ea ætate per Italiam grassantibus, fuse actum* 29 *Aprilis, ad Vitam S. Petri Martyris, per earum sectatores occisi an.* 1252.

k Mensis intrans *dicitur per totam priorem mensis medietatem: quodsi Dominica hæc prima fuisset mensis intrantis anno* 1268 *bissextili, habente ratio littera m Dominicalem A, fuisset prima quoque hæc anni, ut quæ ipsa igitur crederem, factum id* 8 *Januarii.*

l Feltria, *Tarvisio distat* 25 p. m. *Helvetiam versus.*

m Lacunas *Silvanus Razzius intelligit, et vertit* Venetias.

n Vermis-canis, *scrofularum fortassis species aliqua, vel Herpes qui Teutonice* Haeyr worm, *id est, Pilorum vermis dicitur.*

o *Hactenus videntur miracula, primo semestri facta, atque et primo usu collecta: in sequenti fit mentio Natalis, ad quem is jam erat ad anniversarii coli.*

p *Quia us per Forum, Julii iter Parisius fuit, eos ex Carniola vel Styria venisse oportet.* F

q *Ita lege, quod male impressum* Ferrarium; *nam hujus nominis, nec oppidum, nec flumen habet Italia. Credibile autem est Bononia missum qui Parisio succederet, ubi Razzius rem concepit: atque Bononia Tarvisium, rectam per* Ferrariam *iter est; et sic videri potest in Padum lapsus Angelus. Razzius nomen loci dissimulare maluit.*

r *Matth. Villanius lib.* 7 *cap.* 82, *apud Odericum Raynaldum narrat, quomodo Ludovicus Hungariæ Rex, cum Venetis in Marchia Tarvisina bellum gerens, et prælio cum Tarvisinis commisso victor, Venetorum Ducem coegerit ad pacis quas voluit conditiones.*

s *Ambrosius Camaldulensis in Hodœporico, anni* 1431 *et* 32, Antiquum *inquit,* monasterium, quod fuit celeberrimum extra muros civitatis, bellorum motus ad solum usque diruerant; et nunc in domo minus idonea intra civitatem remorantur *Monachæ.*

DE S. FLORA VIRGINE

ORDINIS S. JOANNIS HIEROSOLYMITANI

APUD BELLUM-LOCUM DIOEC. CADURC. IN GALLIA.

G. H.

Sylloge, ex Jacobo Bosio Ordinis illius Historiographo.

ANNO MCCXCIX

quæritur situs loci,

Non solum viris fortitudine claris, sed etiam feminis sanctitate illustribus, Equestris Ordo S. Joannis Hierosolymitani gloriatur. Nam ad has potissimum derivata est Hospitalium cura, unde sui instituti principium ille habuit; cum virorum opera magis necessaria esset ad bellum. Earum specimen nobis in Hetruria dedit ad XXVIII *Maji* S. Ubaldesca : *nunc aliud offertur ex Gallia, ubi in Cadurcensi diœcesi hospitale dicitur habere idem Ordo,* Belli loci *nomine : quod quoniam topographica Provinciæ istius tabula non exprimit, ego, per conjecturas indagare non præsumo, sed ab iis quorum interest distinctius doceri peto.*

B

2 *Notitiam nominis simul et prælaudatæ Sanctæ nobis dedit Jacobus Bosius, una cum imagine ipsius, quam hic ex latere impressam vides, eo saltem fine, ut spectandum exhibeat habitum Religiosarum istarum, alibi vix notarum. Bosius enim prælaudatus, cum anno* MDXCIV *Historiam sui Ordinis Romæ vulgandam curasset duobus Italicis Tomis, quibus anno post octavo tertius accessit; ex iisdem duobus primis tomis compilavit libellum, similiter Italicum, quem vocavit;* Imagines Sanctorum ac Beatorum sacræ Religionis S. Joannis Hierosolymitani, cum brevissimo vitarum et miraculorum compendio, sumpto ex prima ac secunda parte Historiarum Ordinis ejusdem. *Quod ut de plerisque verum sit : non est tamen verum de* S. Flora, *omnium hic ultima, de qua ibi nihil, et quam oportet accessisse auctori post editos Tomos. Habet Societas nostra Cadurci collegium : quare scripsi illuc aliquoties, sed præter promissionem diligentiæ, in loco Hospitalis prædicti faciendæ, ad istius horem notitiam inde habendam, nihil retuli; significatum est tamen Vitam aliquam excusam fuisse Parisiis. Hanc igitur operose quæsivi, et accepi descriptam cura Claudii Castellani, Canonici Parisiensis, socii in hoc opere adjutoris; simulque didici, impressam illam in Legenda Gallica, primo in anno* MDCXXXVII, *tum anno* MDCLXXXVII : *Sed acceptam legens, aliud non inveni, quam simplicem ex Bosio translationem; cum notitia, quod ipse etiam Libellus Bosii totus habeatur eodem anno* MDCLXXXVII *Gallice, excusus vel recusus Rotomagi. Omissa igitur ulteriori inquisitione, accipe Bosii verba, ex Italico immediate.*

Bosii de Sanctis Ordinis Opusculum :



Vita S. Floræ ter edita Gallice,

E

3 Splendidam Sanctorum ac Beatorum sacræ hujus Religionis coronam merito claudet, beata ac devotissima Virgo S. Flora, quæ ab hac mortali ad immortalem vitam transiit, anno circiter ætatis suæ trigesimo octavo, Christi millesimo ducentesimo nonagesimo nono, in monasterio, Hospitalis dicto, oppidi Belli locensis, Caturcinæ diœcesis, dependente a Prioratu S. Ægidii in Provincia, hujus item Religionis. Honoravit eam Deus miraculis multis in vita, in morte, atque post mortem. Corpus in gran cum veneratione ibidem colitur, et festum ejus a frequenti populo festivissime agitur undecima Junii. Dicitur S. Floræ ei nomen impositum, ex occasione miraculi, quo pro panibus, quos in grandi annonæ caritate ferebat pauperibus, quærenti quid sinu gestaret Priorissa, rosas ac flores ostendit. Depingi solet cum Rosario Ordinis, genuflexa, coram Angelo floridum sertum manu una prætendente, altera ostendente paratam ipsi in cœlis sellam, ad quam etiam invitare videtur Deus Pater, in nubibus apparens. Infra pallium album, tali Cruce insignitum, quali ipsi etiam Equites utuntur, rubea vestitur tunica, fune succincta, cui in pectore crux alba lucet. Rubro colore tunicæ utebantur Monachæ nostræ, quæ isto in conventu hodiedum ad triginta octo professis vivunt; sed amissa Rhodo, color ille rubens in nigrum mutatus est. *Hactenus Bosius; haud satis explicans, quam antiqua talis imago sit.*

hic Latine datur,

cum nota cultus,

F

ex pane nomen,

et vestitus colore

DE BB. FRATRIBUS MINORITIS LAICIS,

JOANNE TIENTIALBENE,

ET JOANNE AB AVELLINO,

D. P.

PROPE TUDERTUM IN UMBRIA.

Memoria actorum et veneratio corporum.

SEC. XIII ET XIV.

Memoria illorum ut Beatorum

Utriusque, ut Beatorum, *omnes passim Ordinis scriptores meminerunt : atque imprimis Bartholomæus Pisanus, libro Conformitatum pag. 100 ℣, sub Custodia Tudertina collocans* Locum de S. Illuminata, in quo jacent duo Sancti, scilicet Tientialbene, et Frater Joannes de Alviano, qui miraculis advocant ad vitam perfectam Christicolas indesinenter. *Ita ille sub finem seculi* XIV, *cujus verba Waddingus, Tom. 2, pag.* 334 *et* 600 ; *et Jacobillus, Tom. 2 de Sanctis Umbriæ pag. 3, sic* B *explicant, quasi* Conventus S. Illuminatæ *primaria hæc Tudertinorum Patrona est, et colitur* XXIX *Novembris situs sit* prope Serram *seu* Castellum Alviani : *quod ut verum sit, verosimilius tamen est scriptorum illud esse mendum ; cum ex aliorum consensu constet* Avellino, *Campaniæ civitate Episcopali, ortum esse* Joannem *illum : patria Reguli Franciscani Professores, ætate illa passim a loco natali cognominabantur ; et sic Franciscus Gonzaga parte* I *de origine Seraph. Relig. pag.* 95 *ordine Alphabetico Beatos recensens*, B. Joannes, *inquit* ab Avellino, civitate Terræ-laboris, qui mortuus miraculis claruit. Jacet in loco S. Illuminatæ in agro Tudertino : *perperam dicto* S. Illuminati *in Catalogo Custodiarum, sub annum* MCCCC *scripto, apud Haroldum, continuatorem Waddingi : hic vero etiam illius meminit Tom. 2 ad annum* MCCLXX *num.* 127, *ut qui tunc floruerit ; et Tomo 3 ad annum* MCCCXIII *num.* 10, *quasi hoc anno obierit.*

apud scriptores Ordinis,

2 *Annum atque insuper diem mortis confirmat Vita, quam quidam ex nostris, Avellinensis patria, Cæsareæ Majestatis concionator, Vienna nobis misit anno* 1668, *per P. Hermannum Horstium, Eleonoræ qui Imperatricis Confessarium, sub hoc titulo :* Vita B. Joannis Arminii Monforte, Patricii Avellinensis C civitatis in regno Neapolitano, dicti a Ponte-latrone ex vico civitatis, in quo sita erat domus, in qua habitabat. *Ad calcem vero additur :* Extracta est præsens Vita, ex eis quæ de rebus suæ patriæ scripsit Rogerius Avellinensis (qui, ut ipse dicit, erat ex eadem familia Arminiorum) Episcopus Frequentinensis, cujus MSS. servantur inter scripturas familiæ ejusdem, apud D. Matthæum Arminium Monforte, Patricium Avellinensem et Lucerinum. *Male sibi consulunt Avellinenses, quod talis viri de rebus suis Commentarium non festinent in lucem proferre, priusquam irrecuperabiliter pereat. Etenim* Rogerius *iste plane coævus* Joanni *fuit, auctoritate Clementis V factus* Episcopus Frequentinus *quæ ecclesia vulgo* Fregento *dicitur, et Sedes nunc Avellinensi unitur factus autem anno* MCCCX, *ut probat Ughellus, ex litteris Avenione datis* XIV *Kalend. Martii : idemque* temporibus Joannis XXII, *adeoque post mortem* Joannis *annumque* MCCCXVI, occisus fuit a Rogerio de Bonito, Milite Arianensi.

Avellanensis plenior notitia ex Vita,

scripta a coævo Rogerio Episc Frequentino :

3 *Sub tali testimonio certissimo, credimus hoc* XI Junii *obiisse* Joannem, *ætatis suæ anno* LXIII, *ac proinde natum* MCCLI : *nec tamen minus potuit, ad conversionem unius ex primis Sociis S. Francisci, circa annum* MCCX *collectis, fuisse conversus : quando constat, eorum aliquos adhuc superfuisse anno* MCCLXX, *ac nominatim Fratres Leonem et Ruffinum, duos ex tribus qui primi scripserunt Legendam S. Francisci. Arturus in Martyrologio Franciscano priori* Joanni, IX *Maji, posteriori* II *diem Julii assignavit : quod parum in Majo me movit, minusque nunc moveret, scientem quam temere, Auctor hic soleat ignotos alias dies definire : sed movet, quod eum sequatur Jacobillus, hocque faciendo indicet, nullum diem Tudertinis fixum haberi, quo venerandorum sacrorum corporum causa soleant ad S. Illuminatum excurrere : adeoque omnem cultum, uti* E *et plurium aliorum similium Beatorum consistere in honorifica custodia arcæ, palam et cum honore ostendi solita in ecclesia : hoc enim ut minimum indicant verba Pisani aliorumque ; quibus accedit Joannes Baptista Possevinus, in libro de Sanctis ac Beatis Tudertinis impresso sub annum* 1597 *pag.* 114. *Nihil tamen aut ipse, aut Jacobillus vel alii, habent amplius; ut appareat, nullam Fratribus S. Illuminatæ curam fuisse annotandi miracula alterutrius, ac nequidem eorum quidpiam ipsos nunc scire de Avellinate, quam quæ Rogerius Episcopus notare curavit.*

unde scitur annus et dies mortis.

Tudertinis ignoti,

apud quos solum vagus cultus corporum

4 *Quia autem tali nihil invenitur hactenus de priori* Joanne, *et in unum fortassis tumulum uterque collocati honorantur communiter; hic quoque de utroque agere volui ; ac primum proferre, quæ habet de illo Waddingus ad an.* MCCXXXII *num.* 24. Frater, *inquit* Tentialbene, vir sanctissimus et perdilectus socius discipulusque Beati Fratris Juniperi, in ecclesia S. Illuminatæ, Custodiæ Tudertinæ et Provinciæ S. Francisci, requiescit...... Plura per ejus merita, operatus est Deus mirabilia. Fr. Damianus Tudertinus, vir pius, hominis facta recensuit. Inter cetera ait, se præsente adductum quemdam utroque orbatum lumine, quem sanum fecit Fr. Tentialbene, F uno facto Crucis signo ; eodem item modo sanasse paralyticum, nec non juvenem brachiis et manibus valde dolentem. *Hactenus Waddingus, allegato ad marginem Mariano suo MS. et Rudolphio : qui pag.* 130 *similiter Fr. Damianum allegat. Cum autem de hoc idem Waddinghus taceat in libro de Scriptoribus Ordinis, signum id mihi est, quod scripturam illius numquam viderit, nec spes sit eam usquam inveniendi.*

Prior fuit socius B. Juniperi;

ejus aliqua miracula scripsit Fr. Damianus,

5 *Dedi ad* XXIII *Aprilis Acta Fr. Ægidii, qui Perusiæ colitur, collata cum MS. Silesitico Wratislaviæ reperto, eorumque Auctorem dixi videri Fr. Leonem prænominatum. Ex eodem MS. et eodem verosimiliter auctore habeo quamdam Vitam Fr. Juniperi, itidem prænominati, eamque servo pro* IV *Januarii, nisi aliunde verus dies mortis alius innotescat ; nec enim in hoc etiam Martyrologio Franciscano præcitato fido, ob causam sæpe dictam. Ea vita integre vel scripta numquam est, vel ad librarium Silesiticum non pervenit : nihil enim ibi de loco, anno, ac die mortis : sed hoc modo finitur :* Habebat etiam *Fr. Juniperus*, socium Fratrem quemdam, maximæ obedientiæ, patientiæ, et virtutis. Et quia patiens erat et patientia ejus multos ædificavit; aliquando mittebatur ad locum ubi

et virtutes Fr. Leo in Vita Juniperi :

A ubi erant duri Fratres, a quibus multa opprobria promptissime et patienter sustinebat: et ad præceptum etiam Fr. Juniperi, statim plorabat; et eo itidem præcipiente, respondebat. Et cum audisset quod Frater ille obiisset, tristis supra modum clamavit: Non habeo bonum amplius in hoc mundo: et omnia utensilia frangens, dicebat, quod totus mundus in morte ipsius erat destructus; Nisi non viverem cum Fratribus, et vellent sustinere, statim irem ad sepulcrum suum, et de osse capitis sui facerem duas partes; de una facerem scutellam ad comedendum, et de alia scyphum ad bibendum.

sed tacito nomine

6 *Atque hic finitur prædicta Vita, Fratrem quidem illum, Juniperi Socium, nominatim non designans; sed eadem ex Mariano, sola phrasi mutata, refert istic Waddingus, ubi puncta signavi, tamquam de* Fratre Tentialbene *dicta; ipsaque re indicat, hunc moriendo præcessisse F. Juniperum, quem non ante annum* MCCLVIII *obiisse censet, etsi alii citius mortem eam referant; ut mirum sit eumdem postea de* Fratre Tentialbene *agere, tamquam mors ejus ad eumdem annum, quo mors* Avellinatis *spectaret; et hinc dubitare licet an non sint statuendi diversi duo, eodem cognomine. Cognomen hoc, a frequenti talis vocis usu, inditum Beato isti*
B *vulgariter fuisse, quem alias Waddingus proprio nomine et cognomine vocat* Joannem Falter, *nihil equidem dubito: valet autem* Tentialbene *ac si Latine dicas,* Adhære bono; *integre enim et divisim deberet scribi* Tien ti al bene. *Fuerit ergo hæc ei summa prædicationum sive piorum ad vulgus sermonum, utpote gradu ac professione laico, qualis Fr. Juniperus fuit, et multi ex primis S. Francisci sociis; et qualem convenit credere etiam* Joannem Avellinatem, *utpote a profana militia conversum ad sacram, et (quantum ex Rogerii Episcopi silentio colligere licet) omnis litteraturæ ignarum. Itaque ut tales proposui ambos in titulo: nunc vero, quod de posteriori solo habeo, repræsentare aggredior.*

Tentialbene:

quod agnomen potius est.

VITA SECUNDI

Ex MSS. Rogerii Episcopi Frequentini, Consanguinei et Coævi.

Natus est B. Joannes ex illustri et patritia familia civitatis Avellini, anno millesimo ducentesimo quinquagesimo, ex patre Joanne Jacobo Arminio Mon-
C forte, et Thomasina de Capua: cumque parentes sui copiosis divitiis abundarent; nullus relictus est locus, quo infans egregia posset educatione clarescere. Verum juvenis in armorum potius, quam in studiorum palæstra semetipsum exercuit: sed, canente experientia potius quam Vate, *Nulla fides pietasque viris qui castra sequuntur,* crudeliter in adolescentiam grassabatur, et multis se facinorum sceleribus inquinabat: quorum illud est advertendum magis, quod cum pater suus, pro reædificatione Cathedralis ecclesiæ Avellinensis, igne jam combustæ, legato Blasii germani fratris, multas etiam copias, ex propriis adderet pecuniarum; ægre tulit id Joannes, et in patrem ipsum odio pertinaciter exarsit; omnibusque viis, ne pater suus tam pio operi sumptus illos, quos dicebat sibi sublatos, consumeret, satagebat. D

Nobiliter natus Avellini,

et pietati patris sui contrarius,

EX MSS. ROG. EPISC.

2 Sed uno Ordinis Minorum Religioso, ex iis qui divi Francisci socii fuere; illuc adventante; ipsum Joannis pater adiit, et rogavit, ut filium Deo aversum, a sceleribus, piis persuasionibus, removeret: idque servo Christi tam feliciter successit; ut non solum pœnitens factus præteritæ vitæ valedixerit, sed mundo renuntiaverit, et sacram ejusdem sancti Francisci Ordinem sit ingressus: ibique tantum in probationis anno profecit, ut ad Professionem admissus, sæpius genuflexus in platea civitatis, inter frequentiores concursus, lacrymis obrutus, alta voce proclamaverit; *Quem vidistis peccatorem, Cives, sequimini pœnitentem.* Illustrem mulierem, quæ ipsi vitam sanctam, spe matrimonii, jam in principio suæ conversionis dissuadebat, ita est suis ferventibus precibus et exemplis hortatus; ut monasterium S. Silviæ ingressa, sponsam se Christo præbuerit.

sed prædicante socio S. Francisci conversus;

Ordinemque ingressus,

3 Sanctam Crucem, exemplo Patris sui Francisci sic dilexit, ut ipsam in corde habuisse impressam aliqui dixerint. Oculos rarissima modestia et mortificatione vix e terra subduxit. Corpus jejuniis, vigiliis, cilicio, et flagellis continuo affligebat. Assiduas ad Deum preces effudit; et aliquando, nedum mente, sed corpore in cælum extollebatur. Sed incredibile est quanto divini amoris affectu, pectus illud arserit et quam sibimetipsi viluerit. Fama sanctitatis ejus ita crescebat; ut ad eum plurimi, consolationis cælestis (ut dicebant) recipiendæ causa, diverterent. Quod ille ægreferens, Dominum rogavit, ut tales a se, vilissimo homine honores amoveret: dicens, nihil aliud amare quam pro Christo contemni. Itaque a Superioribus Ordinis (ut suis precibus satisfacerent) in Umbriam missus est, certo præsagio, quod umbras etiam esset illustraturus.

magnos facit in virtute progressus.

Missus in Umbriam

4 Tuderti talis ab omnibus ei reverentia et obedientia delata est, ut homo tamquam e cœlo demissus haberetur. Multos curavit infirmos, signum Crucis adhibens pro medicina: quapropter ad ipsum cujuscumque generis homines confluebant; qui cum eum orationibus et contemplationibus suis vacare non permitterent, Deum est eniye precatus, ut gratiam miraculorum a se retraheret. Hoc tamen non obstante, nomen Beati publice, nedum ob miracula, sed ob virtutes singulares, a populis est adeptus. Tandem mortem suam imminere cognoscens, diutius per annum integrum in orationibus morabatur: F
et austeritatem vitæ, jejunia, vigilias, et ceteros actus pœnitentiæ, quo minores erant sui corporis vires, majori conatu est amplexatus. Cumque cælestibus gratus a Christo Domino, ab ejus sanctissima matre Maria, et a suo Patre Francisco, recreatus in suis infirmitatibus esset; diem clausit extremum; ejusque corpus tantæ claritatis post obitum illuxit, ut ad Dei laudem, et ad sui devotionem cunctos attraxerit. Sepultus est Beatus Joannes in ecclesia S. Illuminatæ, Tuderti in Umbria: ubi etiam nunc miraculis claret. Obiit die undecima Junii, anno millesimo trecentesimo decimo tertio, ætatis suæ anno sexagesimo tertio.

donum curationum auferri sibi petit:

et nihilominus Sanctus creditus,

prope Tuder. moritur, 1313

DE

DE S. ROSSELINA VIRGINE

PRIORISSA ORDINIS CARTHUSIANI

PROPE ARCUS IN PROVINCIA

COMMENTARIUS HISTORICUS.

D. P.

Præfatio de Scriptoribus et Memoriis unde hic collectus.

An. MCCXXIX. Carthusianarum Virginum cœnobiis ad V. redactis,

Quantumvis austerum ac rigidum sit Carthusiani Ordinis institutum, non solum per totam Europam invenit qui illud generoso animo amplecterentur et constanter tenerent viros, sed etiam virilis animi feminas, sectatrices perpetui silentii ac solitudinis, muliebri infirmitati e diametro oppositarum virtutum. Hæ cum ejusdem professionis directores peterent, eaque procuratio difficilis admodum appareret, primum quidem extinctis pluribus earum B cœnobiis, et prohibita novarum susceptione, post unionem monasteriorum omnium sub uno Capite, Carthusiæ majoris Priore, factam anno MCI, ad numerum quinarium paulatim restricta illa sunt, videlicet, Pratimollis, Melanis, Salettarum, Brugarum et Gosnæ, quæ hodiedum perseverant, primique instituti tenacia.

Cella Robaudi, cum corpore Sanctæ Minoritis cessit,

2 Ex iis, quæ vel omnino extincta sunt, vel ad alias Regulas translata Carthusianarum cœnobia, in hoc Commentario nobis nominanda veniunt, primum Domus S. Andreæ de Ramiris, ubi creditur B. Rosselina ad Ordinem recepta: et Domus Parvallonis, ubi Novitiatum exorsa est, ambæ in diœcesi Arausionensi; Domus Bertrandi, ubi professa B. Joanna vel Diana, Rosselinæ forsan amita, Cellæ Robaudi initium dedit; Domus Durbonis, ad quam, Bertaudensi domo collabente, Sorores illæ se receperunt. Cœnobium denique Cellæ-Robaudi, ubi professa Rosselina fuit, tamdemque post illud diu gubernatum obiit. Abdicatum autem etiam ipsum est seculo XV; ac demum Fratribus Minoribus Observantibus cessit, penes quos manet custodia incorrupti hactenus corporis virginalis, simul et cura promovendi cultus: per quam huic non modicum incrementum accessit, præsenti seculo, cum anno ejus LXVII facta est illius nova Translatio, in deauratam capsam C et capellam propriam ac speciosam, curatas ambas sumptu Perillustris P. Abbatis Caroli Villanovani, ex eadem, unde ipsa genus traxit familia prognati.

quod translatum fuit an. 16[illegible].

Acta ex recentiorum memoriis Gallicis.

3 Ejus Acta ad hunc diem, quo dicitur ibi ab immemorabili culta fuisse, producturus, usum me profiteor memoriis, partim a Fr. Francisco Villanovano, Minorum observantium Exprovinciali; partim a Domno Chauvet, Carthusiæ Villanovanæ Professo; et Domno Trovillas, Carthusiæ Boni-passus prope Avenionem Priore, per annum MDCLXXXI et II collectis, atque ad me transmissis, a R. P. Carolo Faber nostro, Avenione commorante. Hi tres, eosdem præ oculis auctores habuerunt, a quibus hoc seculo conscripta prolixior Vita fuit: sed numquam typis edita: talis autem ut panegyris potius videatur esse quam historia; utpote vestita rerum verborumque circumstantiis, verosimiliter quidem in ejusmodi persona excogitatis, sed nullo certo relatu nixis. Domnus Joannes Chauvet, in Capitulo Generali anno MDCLXVII Scriba electus, et ab aliquantis annis Vita functus, ex iis quæ in Veronensi Carthusia commorans adunare cœperat notitiis huc spectantibus, similem nobis syllogen compilavit, eodem tempore; sed studio prorsus dissimili, nobisque utiliori. Quippe qui, nulla habita Vitæ prædictæ ratione, conatus est omnia, quæ suggerenda censuit, publicis stabilire documentis: et ideo illi potius quam prioribus duobus volui inhærere; ex his fere solum descripturus miracula, post Translationem facta, quorum testes certissimi esse potuerunt.

Alterum de Sancta eadem scripta. E

4 Duo interim quod illius prolixioris nec magni faciendæ Vitæ scriptores, fuerint duo inter se coævi, qui collatis invicem studiis in idem argumentum intenderunt. Fr. Franciscanus Anonymus unus, qui præter miracula, implentia numerum plusquam quinquaginta foliorum chartæ, Vitam in folia minimum centum extendit, quorum totam substantiam in unum ferme folium mihi contraxit Franciscus prælaudatus. Alter, D. Amabilis Carthusiæ Veronensis Professus in XV Capitula Vitam partitus est, quam commodavit Fr. Antonio Trinquere de la Gresse Observanti, dicturo Orationem panegyricam in Translatione Sanctæ, anno ut supra dictum MDCLXVII, XXI Octobris, super illud Psalmi v. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Fuit ea deinde typis excusa mihique missa sub hoc titulo, Triumphus incorruptibilitatis, de eo omni quod spiritum corpus et mores hominum potest corrumpere: sed ipsa multum uti non potui, uti nec iis quæ Honoratus Bouche in Historia Provinciæ, anno MDCLXIX duobus tomis vulgata scripsit, prælaudatis duobus auctoribus Anonymo et Amabili subnixus, quia nihil habent quod Chauvetus et Franciscus præfati distinctius non referant.

Antiquior Vita Latina requiritur,

Miraculorum recentiorum amplior collectio,

5 Ceterum, licet nullum antiquius scriptum nunc extet de S. Rosselinæ Vita, non defuit tamen qui eam diffusius olim scriberet, eodem forsan quo ipsa obiit seculo, post incorrupti corporis exaltationem. Etenim diligentior aliis Chauvetus, inter antiquas Carthusiæ Veronensis schedas, unam Latinam reperit, cum hac clausula. Hæc omnia ex veteribus manuscriptis et monumentis nostri Ordinis fol. 43 desumpta sunt, et ex parte 2 Vitæ illius, scilicet Rosselinæ, cujus et miraculum mutatorum in flores panum ibidem legebatur. Grande enimvero damnum, quod crebris Carthusiæ majoris incendiis imputat Chauvetus; et irreparabile esse videtur, siquidem tot jam elapsis annis, nusquam illius Vitæ exemplar apparuit. Quare quod solum possumus et polliciti sumus, id aggredimur, gratias habituri cuicumque plura miracula suggesturo ex MSS. authenticis, de quibus scribit Franciscus, quod si colligerentur omnia, facile impletura essent grandia duo volumina. Nos vero solum accepimus a Fr. Francisco miracula octo vel decem, ultimo capite proferenda, quæ ex tanto selecta numero plurium desiderium non extinguunt, sed irritant. Quapropter velim rogatum Collectorem, ut vel ipse, vel pro eo alius quivis non cunctetur mittere illam ampliorem et authenticam Syllogen, usui futuram saltem in Supplemento, totius primi semestris Actorum, post finitum Junium componendo.

Non obiit Beata circa 1[illegible]

6 Annus ac dies quibus obiit Sancta, adeo ignoti erant ante annos quinquaginta abhinc; ut, cum novæ arcæ subscribenda Epigraphe esset, ad centum et viginti tres annos anticipatus is fuerit, legaturque modo:

Hic

A Hic jacet corpus Beatæ Rossolinæ, quæ obiit anno 1206. *Alii longius quam par erat tempus protraxerunt notaveruntque annum* 1336 *vel* 37. *Diem* xi Junii *plerique etiam definiverunt : qui tamen non mortis, sed translationis fuit. Minori item cum fundamento nonnulli sumpserunt* xxix *Octobris, eo quod* Arturus a Monasterio, *in Notis ad suum Martyrologium Franciscanum, de quadam* B. Dulcelina *agens, a qua initium habuit locus, nunc vulgo dictus* Dominæ de Robaudo; *hanc moneat distinguendam a* B. Rossolina, quondam Abbatissa monasterii Selli Robaudi, Ordinis Cluniacensis, quæ florebat circa annum 1206: *ubi tot fere errata quot verba : nec tamen quidquam de die, qua Beata hæc obiit : sed neque in Gynæceo Sacro ejusdem Arturi (quod mirum) mentio ejusdem Beatæ ulla, neque isto die in iteratis de B. Dulcelina Notis, nec alio; ut videatur abolita voluisse, quæ de* Rosselina *supra, temere nimis scripserat.*

aut 29 Oct

7 *Sic vacillantibus sententiis, hæreret etiamnum nobis aqua, nisi auxilium denique tulissent,* Domnus Leo le Vasseur *et* Domnus Carolus le Couteulx, *quos cum anno* MDCLXII *invenissem in Carthusia Borboniensi prope Rotomagum, incumbentes colligendæ universali Ordinis sui historiæ, indeque evocatus ad*

B *cœpta prosequenda in Carthusia majori degere intelligerem; Reverendiss. eorum P. Priorem Generalem* Dominum Innocentium *rogavi, ut ab iis mihi communicari faceret, quidquid certioris notitiæ de* B. Rosselina *invenerant. Omnes autem humanissimis litteris declararunt, quantum sibi probetur noster pro sui Ordinis honore zelus, longe aliter, quam vellent quidam, erga opus quod prosequimur animati. Domnus autem Carolus, sigillatius respondens ad dubia sibi a me proposita; id quod Chronologiam spectabat, ita solvit.* Certissimum est, B. Rosselinam, Regulam nostram professam fuisse in Carthusia Monialium Bertaudi; et inde ad Cellæ-Robaudi regimen assumptam, ac tandem abdicasse, et in solitudine obiisse anno MCCCXXIX, die XVII Januarii. Hæc probantur ex Kalendario Domus Bertaudi, in qua a fundatione sua Moniales, Sororum suarum obitus describebant.

sed 1329 17 Januar.

8 *Edidit prælaudatus Domnus Leo, ut ipse mihi scribit,* Ephemerides Carthusienses duobus, at vastis voluminibus in folio : in quibus, singulis anni diebus, vitæ vel brevia elogia Carthusianorum describuntur. *Vix dubito quin etiam* Carthusianarum, *atque adeo eadem istic legi præsumo, quæ* Domnus Carolus *indicavit. Hic autem* absolvit fere solus Notitias rerum Carthusiensium octodecim voluminibus in folio *quas, una cum Ephemeridibus præfatis, speramus aliquando ad nostrum Musæum perferendas;* et nunc conscribit Annales Ordinis, atque opus promovit usque ad annum MCCCXVI, Deo favente recti producturus usque ad umbelicos. *Ego tanto expectandos cupidius censeo, quanto liberiorem a præjudiciis video esse eum, qui sic mihi scribit in datis* 10 *Dec.* 1691. Theophilus Raynaudus vester, in suo Stylita Mystico, ut nosti, B. Rosselinam nobis restituit; sed ille ex Epitaphio cum aliis deceptus annum signavit MCCVI. Suum istum tractatulum Raynaudus Carthusiensium amantissimus, in nostri gratiam compegit, ex quibusdam MSS. et præsertim ex quodam codice crassissimo, Historiam nostri Ordinis, ante annos septuaginta scriptam complectente; sed ubique scatente erroribus; in quos et ipse, Auctoris fidem secutus, aliquando impegit. Caute igitur legendus, et cautius citandus Stylita Mysticus.

Ita docent novissimi duo Ephemeridum et Annalium Ordinis scriptores,

C

Ingenue, agnoscentes errata antecessorum circa B. Rosselinam,

9 Unum exemplum cum bona venia hic expono. Puncto 10. § 6 scribit, *Airaldum datum Maurianensem Episcopum ab an.* MCXLV *ad an.* MCLXVII. Idem habent MSS. quæ adm. R. tua Paternitas laudat in vita S. Hugonis Gratianopolitani : sed quomodo Airaldus factus est tantum Episcopus an. MCXLV, qui jam sedebat an. MCXXXIV, ut noster Guigo aperte declarat, in Prologo ad vitam S. Hugonis? Imo quomodo idem *Airaldus* dici potest monachus Carthusiensis, qui in eodem prologo alteri instituto adscribitur his verbis? Airaldus et Hugo, Maurianensis et Gratianopolitanus Episcopi, e quibus prior habitu et vita regularis posterior vero ex nobis Monachus etc. *Ergo* Airaldus *Regularibus Canonicis restituendus est. Istius S. Hugonis Vitam edidit et notis illustravit Henschenius* I *Aprilis : ubi ad Prologum litt. a ex Sammarthanis transcribit eumdem Anachronismum, cum addito, quod ante Episcopatum* Airaldus *iste fuerit* Prior Carthusiæ Portarum, *quod erit in Supplemento corrigendum. Neque enim ut rerum Historicarum imperiti existimant, quidquam decedet operis nostri auctoritati, cum aliquid in eo corrigendum ostenditur; vel ultro ipsi indicamus posteriori diligentia animadversum, quod antehac inobservatum præteriit. Interim suggero, in ipso fortassis qui illustrandus erat contextu, latere vitium, et pro* Ayraldo *legendum* Aycaldum, *quem Sammarthani ponunt* Ayraldi *Carthusiani decessorem, ex publicis scripturis notum pro anno* MCXXV. *Hic, ante Episcopatum Gratianopoli Canonicus Regularis,* beati viri Hugonis in tractandis ecclesiasticis rebus per triginta fere comes extiterat annos : *et sic moneret Carthusianus* Ayraldus, *sed ad Vitam Hugonis non pertineret; tota autem manebit ad Vitam S. Petri Tarentasiensis* VIII *Maji, ab eodem Henschenio illustratam. Conquirendo scilicet et succutiendo paulatim eruitur latens veritas : non statim sese tota prodit.*

et alias quandoque

D

Auctore D. P.

a nominatim circa Araldum Ep. Maurianensem,

10 *Idem Carolus suas de* B. Rosselina *observationes hac concludit censura :* Multa de nostra Rosselina in vulgus Provinciæ sparguntur, quæ nullam alicujus antiquitatis vel certæ auctoritatis notam habent; si excipias Rosarum miraculum, a gravibus Auctoribus laudatum, et corporis oculorumque incorruptionem; de qua noster Dorlandus lib. 5 cap. 34, tacito tamen nomine : cetera, a nostris etiam transmissa, suspecta habeat Paternitas vestra. *Nec ab hac censura exceptum credo voluisset Carolus* Joannem Chauvet, *ad secernenda legitime probata a sic non probatis censorem satis acrem,* virum, *ut mihi scribitur a Domno Leone,* natum ad totius Ordinis moderamen, et in historia Religionis versatissimum; *qualis etiam erat is, quem anno* MDCLXII *scribam ob amori Carthusia invenimus; eadem qua cetera ingenti ætate fatentem, dubium sibi tunc esse anastasim damnati Canonici, cum scribit, needum invenisset auctoritates priores fortiores : quas deinde inventas Joanni Columbo nostro illam defensionem suggessit, eoque occasionem mihi dedit in Propylæo Maji, pro ipsa jam prolem mutuo retractandi, quod et alias ore ad Vitam Ven. Dionysii Carthusiani obiter indicaverat Henschenius in Martio. Sic dies diei eructat verbum : neque Patres Carthusiani, homines candidissimæ mentis, turpe sibi putant de rebus nonnullis suis aliquando dubitare, quoad certius de ipsis constiterit. Atque hoc ego servans, ne quis metuat sacri illius Ordinis offensionem, ex sequenti Tractatu; cum videbit in defectu antiquarum notitiarum suspenso pede procedi me, ad ea quæ soli recentiores suggerunt, de* B. Rosselina.

aliorum a prajudiciis liberi.

E

et in suo animo, sed tum intento

CAPUT I.

Familia, parentes, fratres, consobrini, nomen Rosselinæ, panes mutati in flores.

Villanova familia, *quæ speciosum hunc florem deserto Carthusiano dedit, inter Provinciales antiquiores censetur; passimque creditur ex Arragonia descendisse,* per

Ex veteri familia de Villanova per patrem

EX MSS GALLICIS

per Romæum *quemdam, unde adventum; quamvis alii Villanovanos Arragonenses, et Provincialibus ortos putent. Alter dictus* Romæus *floruit sub annum* MCCXLIV, *nominatus in litteris Beatricis Comitissæ, quarum hoc passim initium legitur* Nos Beatrix juvenis, *cujus mater, Thomæ Comitis Sabaudiæ Soror, etiam Beatrix dicebatur* Dei gratia Comitissa Provinciæ et Marchionissa Forcalquerii, filia et heres D. Raimundi Berengarii, Comitis quondam et Marchionis Provinciæ; assistentibus et consentientibus nobis Romæo de Villa-nova et Alberto Tarascon, administratoribus et gubernatoribus, datis nobis a Berengario. *Ita Genealogia Comitum Provinciæ, ab anno* DLXXVII *usque ad regnum Henrici IV, deducta per Dominum de Caplieres de Vauvenarguet Regium Consiliarium, quam deinde Nicolaus Pilote etiam in Francicam linguam tradidit. Si pars dirigentia haberetur publicata Genealogia Villanovanorum Dominorum, quam intelligo jam tunc fuisse in plures divisam ramos, quorumque unum apud Franciscum de Villanova Flayosci Baronem deductam scivi; possemus forsitan definire, an et quem prope* Rosselina *Romæum proænominatam contingat. Nunc nec hoc quidem certo statuere possumus, quo nomine dicti fuerint ejus pater ac mater.*

procedens S. Rosselina,

B 12 *Auctores Minoritæ et D. Amabilis* Gasparem *appellant patrem,* Transii et Arcuum *vulgo des Trans et des Arcs* Marchionem, *Matrem vero* Beatricem Sabranensem. *Chanvetus, majorem merito fidem deberi hic censet, eruditissimo viro Petro Gassendo,* ***Diniensis Ecclesiæ Præposito; de paterna familia in****formato a Barone Flajosci; et de Materna, ex Illustri* ***viro Nicolao Pereskio, ac D. Polycarpo Riviera: ideo****que, ex ejus sententia, Patrem quidem appellat* Giraldum, filium Raymundi; *matrem*, Burgolam; *quæ tamen Sammarthanis Tom. 2 pag.* 56 Sibilla *nominatur. Certius de fratribus* Rosselinæ, *constat, ex eodem matrimonio natis; itemque de avunculis Sanctæ, et ortis inde consobrinis. Primus fratrum, idemque Cellæ-Robaudi instaurator,* Helion, *appellatus,* Eques Hierosolymitanus, *et anno* MCCCXV Ballivus Manuascæ *conventionem quamdam fecit, a Joanne Columbi nostro lib. 3 Manuascæ num. 43 laudatam; anno deinde* MCCCXX Prior S. Egidii *ac denique* Magister Ordinis *sui electus Avenione, sub Joanne Papa XXII, in supremo illo gradu per annos* XXV *cum gloria est versatus, obiitque* MCCCXLVI, *septemdecim annis superstes suæ Sanctæ sorori; quo de multa Historiæ Melitenses. Secundus frater* Rosselinæ, *hactenus mihi Anonymus et paternorum heres titulorum, stirpem fecit, unde hodiedum descendunt* Marchiones

per matrem autem ex alia de Sabrano,

fratres habuit, Magistrum Rhodiensem,

et alios tres, viros præclaros;

C Transii et Barones Arcenses. *Tertius dicebatur* Elzearius, ex Canonico Forojuliensi et Massiliensi factus Episcopus Diniensis, *anno* MCCCXXXIV, *quo etiam anno Cellæ-Robaudi ecclesiam consecravit et obiit* MCCCXLII. *Quartus* Hugo, in Ordine Minorum S. Francisci gradum tenuit Doctoralem.

13 *Horum omnium mater, sive* Beatrix, *sive* Burgola, filia *fuit* Elzearii de Sabrano, Domini Ucetensis et Cæciliæ de Agoulto: *ex quibus natus* Hermengaldus, magnus apud Neapolitanos Justitiarius, *ex Laudunia Alba suscepit* S. Elzearium, Arianı Comitem et S. Delphinæ sponsum, *teste Gassendo in notitia Episcoporum Diniensium, ubi agit de Guilielmo, altero prædicti Elzearii filio et Burgolæ fratre, ecclesiæ illius Episcopo ab anno circiter* MCCCXX *ad* XXV. *Consobrini itaque inter se fuerunt* SS. Rosselina et Elzearius; *sed hic illa junior, utpote primum natus anno* MCCLXXXVII, *uti ad ejus diem* XXVII *Septembris plenius ostendetur. Soror quoque Burgolæ senior* Alizetta *seu* Alayeta, *mater fuit* S. Raynaldi Porcelletti, *qui ab anno* MCCCIII, *adeoque ante avunculum suum Guilielmum prædictum, Diniensis etiam ipse Episcopus fuit, et forsitan illo ætate senior: nec enim novum est, nepotem avunculo seniorem invenire.* Sanctum *au*-

Consobrinos S. Elzearium Comitem,

tem dixi, quia talis a duobus et sesqui seculo appellatur D
cum extructum ab eo sacellum passim dicitur S. Raynaldi. Ibi monumentum ipsius et corpus honorabatur: quod ideo a Calvinistis anno MDCXII, *una cum aliorum* ***Sanctorum lipsanis dissipatum concrematumque fuisse,*** *testatur Gassendus cap.* 18, *unico semiustulato ejus osse adhuc superstite, et in Thesaurum relato. Idem etiam allegat Porcellettorum apud Pereskium genealo*-***giam, in Vita S. Elzearii per Raphaelem Dominica****num, circa annum* MD *Gallice scripta atque Regi Ludovico XII dicata, ubi dicitur* Raynaldus *iste fuisse* Sanctus et miraculis clarus. *Interim ignoratus dies quo obiit, ideoque hic de eo agere placuit, tamquam de altero Sancto* Rosselinæ *consobrino.*

et S. Raynaldum Diniensem Episcopum

14 Rosselinæ, *inquam, vel* Rossolinæ, *utrumque enim invenitur, in frequenti usu Provincialium, esse diminutivum femininum a* Rossa, *id est* Rufa; *non autem a* Rosa, *ut existimant aliqui, et* Roselinam *scribunt; eoque alludunt Hymni et Antiphonæ de illa, quando* Rosam sine spina *appellant. Quod pro utroque sexu nomen istud familiare per Provinciam fuerit, jam inde a seculo* XII, *exemplis probat Chanvetus. Nam anno* MCXCIII *eo nomine dicebatur Priorissa Cellensis, quæ* ***Verniensi Carthusiæ jus omne cessit, quod in ejus territorio sibi competere poterat; et inter Toparchas Bormenses quinque inveniuntur*** Rossolini, *quorum ultimus vixit anno* MCCCCXXIV. *Amabilis tamen, eumque secuti* ***Bouchæus et Trombasius, proprio ac baptismali nomine*** E
putant vocatam Joannam: *nomen vero* Roselinæ *(sic enim ipsi scribunt) usu vulgi ei impositum. Sed ad hoc* ***affirmandum nullam aliam causam Amabilis habuit,*** *quam quod acceperit Catalogum quemdam Beatarum Ordinis ex Prato molli, in quo* Joanna *nominatur,* Domus Bertrandi professa, cujus corpus, post annos a morte quinquaginta, nitentissimum et absque ulla ævi injuria perseverans apparuit, *uti scribit Theophilus Raynaudus in Triad. Patriarcharum, ubi de S. Brunone: sed is* Dianam de Villanova *appellat quod Catalogus, veluti mendum typographicum, corrigit et expresse eam distinguit a* Rosselina, *in eumdem relata Catalogum; ita ut eas confudisse ideo solam* ***Amabilis videatur, quod non crediderit ex eadem fami****lia eademque in Ordine, duas exstitisse, quibus eadem incorruptionis gratia obtigerit. Ipsam porro* Rosselinam, *oportet fuisse natam anno circiter* MCCLXIII, *quando eam obiisse anno* MCCCXXIX, *sex vel septem annis* ***sexagenaria majorem, auctores dicunt.***

Nomen Rosselinæ usitatum in Provincia

satis eam distinguit a B. Joanna vel Diana de Villanova;

15 ***Franciscus Villanovanus, id Epitome vitæ prolixioris, multa infantiæ pueritiæque ejus notabilia refert, ac digna quæ antiquiori testimonio roborentur; scilicet,*** F
quod mater gravida, cum aliquando coram Deiparæ imagine, in Transensis palatii sacello, devotius oraret, ut in tutelam susciperet istum ventris ejus fructum, intellexerit se Rosam absque spinis parituram, cujus fragrantia omnem circa regionem impleret, et unde dicta sit Roselina: *quod* pater, ad natam sibi recens filiolam videndam ingressus, invenerit cubiculum, cœlesti lumine illustratum; *quod* ad materna ubera sugenda, nisi tecta essent, non poterat adduci; *quod* Episcopus Forojuliensis, septennem confirmaturus *(Guilielmus de Albussiaco, aliis de Soshiaco, hic fuisset)* præternaturalem aliquam claritatem in ejus fronte notaverit, *quod* decennis vel undennis orbata matre sua, et avunculis commendata, fuerit collocata in monasterio S. Claræ Avenione, sub cura Dominæ Gerardæ de Sabrano, ejus Conventus Abbatissæ. *Omnia hæc verosimilia* ***sunt, et ex antiquiori Vita per traditionem accepta credi possent, si non admiscerentur prorsus asystata: puta,*** *quod deinde* pater viduus, frustra conatus persuadere filiæ honestissimas nuptias, ad ipsam a proposito ineundi monasterii avertendam, miserit eam *ad* domum SS. Elzearii et Delfinæ avunculorum ejus.

quædam futuræ sanctitatis præsagia:

sed asystatis admixta.

Etenim

A *Etenim prior ipsa nata fuit quam illi, et consobrinos non avunculos appellatura.*

Panes pauperibus ferens, eos patri exhibet in flores versos:

16 *Cogitet ergo unusquisque ut volet de bene nata educataque optimæ indolis puella; et ad omnem congruam ætati isti generique virtutem quasi facta a natura; quid autem et qualiter egerit, ego affirmare non audeo: unum dumtaxat actum accipio ex antiquiori Latina Vita, in fragmento quodam MS. servatum repertumque a Chauveto, his verbis.* Cum esset B. Rosselina adhuc adolescentula, in domo paterna, seseque egenis caritate devinciret, eosque sæpius amoroso studio ignorante patre frequentaret; famuli domus id tandem domino suo referunt. Scrutatur pater, prohibet, ac minatur. Accidit autem, cum clamitarent semel pauperes ad januam divitis, et nemo illis daret; invenissetque aliqua frusta panis; in suo ventrali abscondit. Sed cum ad pauperes pergeret, obvium sibi habuit patrem: qui rigido vultu ait ad eam; Siste gradum, Rosselina: quid defers in sudario? Ad quam illa: sunt flores ac rosæ, mi pater. Videam, inquit ille, videam. Et ecce, quæ rosæ ac flores sunt in oculis patris, in panes ei delicias revertuntur in refectione pauperum.

alia minus verosimilis ejusdem miraculi relatio.

B 17 *Adeo celebris memoria hujus miraculi semper viguit, ut Domnus Amabilis potuerit sibi aliisque persuadere, hac occasione dici cœpisse* Roselinam, *quæ ex baptismali fonte* Joanna *vocabatur: deinde, quia passim illius picturæ in veste Carthusiana eam exprimunt, cum floribus rosisque in sinu; credidit id contigisse jam Religiosæ; et eam quæ piam prædam deprehendere atque castigare voluerit, nisi miraculo occultasset Deus, Priorissam fuisse; non vero ejus adhuc in seculo degentis patrem. Sed hoc nequaquam consistit, cum Carthusiani instituti rigore, secundum quod distributio eleemosynarum ad portam Conversis Donatisque committitur, quales utriusque sexus monasteria habent laicos laicasque. Tantum autem abest, ut Choro Mariæque tranquillioribus studiis deputatæ sanctimoniales, facultatem habeant pauperum causa adfores cœnobiorum accedendi; ut Consuetudines Ordinis, a Guigone Magno Generali promulgatæ, quarum utpote novarum, tunc vel maxime vigebat observantia, Parte 2 cap. 15 num. 12 expresse caveant*, ne *juxta easdem consuetudines* spatiatum progredientes, victualia secum portent, etiam intuitu pietatis et eleemosynarum. *Nec obstant picturæ, quo minus in pueritia ejus factum miraculum sit: nam etiam S. Elisabeth Portugalliæ Regina, quæ post mariti mortem habitum S. Claræ suscepit, pingitur in sinu scapularis flores et rosas ferens, in quas* C *conversos nummos ostendit marito Regi, liberalitatem ejus erga pauperes non satis probanti.*

CAPUT II.

S. Rosselinæ ingressus in Ordinem, et transitus ad Domum Cellæ-Robaudi, antea in gratiam B. Joannæ vel Dianæ, Bertaudensis Domus Monialibus cessam.

Quindennis facultatem impetrat

F*ranciscus Villanovanus Minorita, in suis Memoriis MSS. seu potius epitome Vitæ prolixioris, asserit, quod* quindennis Rosselina *iterum* vehementius pulsata a patre et consanguineis fuit, ut dimisso religiosioris vitæ proposito, oblatas nuptias amplecteretur; eoque in conflictu usam consilio et auxilio Domni Brunonis, in Carthusia Montis-rivi Prioris, ut patrem flecteret in vota sua. *Addit autem, quod* hic per eum emollitus nonnihil; tandem plenum consensum filiæ dederit, ad persuasionem Episcopi Arausionensis: qui visitatis Apostolorum liminibus in suam rediens diœcesim. Tranibus transierit, apud Rosselinæ genitorem hospitatus. *Josselinus hic fuisset ex Ordine* D *Minorum, qui ab anno* MCCLXXII *ad* LXXXII *Episcopatum eum tenuit*) idemque dicitur etiam persuasisse, ut illa sibi committeretur deducenda ad monasterium S. Andreæ de Ramiriis, *inter Arausicam et Vasionem*, (*quod Franciscus et Chauvetus asserunt Ordinis Carthusiani tunc fuisse, etsi nunc institutum mutarit*) *et consequenter narrat, quomodo* istic existens Rosselina culinæque præfecta, oblita sit prandii, pro die S. Brunonis communitati præparandi; quoad absolutis Officiis regressa ex ecclesia, et velut a profundo suscitata somno, festinavit ad culinam: hanc vero, ut pridie reliquerat, frigidam reperiens, in orationem se dederit, moxque fercula omnia apparata viderit. *Denique* ibidem professam *scribit idem Franciscus: ibique* vixisse, quousque frater suus Helion, Prior S. Ægidii renuntiatus, fundavit monasterium Cellæ-Robaudi, cujus fuerit prima Antistita a Generali Ordinis Rosone constituta.

ex MSS. Gallicis accedendi ad Carthusianas,

apud S. Andream de Ramiriis,

19 *Sed multa in hoc contextu sunt quæ vacillant. Nam neque Carthusianæ Sanctimoniales* Abbatissas *agnoscunt, sed* Priorissas; *neque fundator monasterii* Helion *fuit: neque tunc primum Ordini locus accessit: et Domina de Chabrillan, istius Andreani Monasterii Abbatissa anno* MDCLXXXI, *interrogata numquid ibi sciretur de* B. Rosselina, *respondit;* perlustrato toto E archivio monasterii, aliud nihil invenisse, quam quod Sancta, fuerit novitia in Parvalon, non tamen et professa; sed per bella dispersis sacri illius loci virginibus, ad Arcus se receperit in domum paternam; ubi et obiisse creditur. *Huc facit quod Chauvetus observat, in usu Carthusiensium ea ætate fuisse, quod nunc abrogatum est*, ut etiam ad virorum monasteria reciperentur Præbendariæ aliquæ, *eadem fortassis ratione qua apud Benedictinos Reclusæ*, numquam colloquentes cum viris nisi per fenestellam, ipsaque sacramenta per eamdem fenestellam recipientes: *et talem fuisse putat idem Chauvetus* B. Columbam, *cujus corpus multis miraculis celebre colitur Gonfarone, loco tribus circiter leucis distante a Vernensi Carthusia, Arquensique conventu et civitate Forojuliensi. Vellem scire ad quem diem Beata illa referri possit; aut saltem, accepta miraculorum relatione, distinctiorique notitia cultus, ipsam posse adjungere huic* B. Rosselinæ: *de cujus prima apud Parvalon commoratione unum dicere possum, quod sive Parthenon is fuit a Geminiensi dependens, qui nunc desierit vel institutum una cum majori monasterio mutarit; sive virorum Conventus, et* F Parcus-Vallonis (*sic enim puto posse Latine reddi) aliis simpliciter* Vallonis *dicatur, unus ex primis quindecim Domibus, quæ sub generali uno Capite primæ susceperunt unionem, absolventibus eas a sua Jurisdictione Ordinariis. Qualiscumque, inquam, locus is fuit, ubi habitum suscepit, vel etiam in habitu adhuc seculari ad probationem mansit* B. Rosselina; *non aliam puto huic causam fuisse tam procul discedendi a natali Arcuum castro, ubi jam habebatur Carthusiani instituti Parthenon, sub regimine* B. Joannæ *vel* Dianæ, *quam quod optaverit vivere procul a paterna domo, fratrumque et consanguineorum alloquio; quo autem casu vel consilio, ante expletum ibi probationis tempus, venire coacta aut inducta sit ad* Cellam Robaudi, *non præsumo divinando definire.*

seu potius Parvalonis procul positas,

20 *Locus ille* Cellæ Robaudi (*in tabulis topographicis* Salenbaut, *vulgo autem juxta Bouchium etiam* Sallobran) *situs est inter castra, de Arcubus et de Tranibus dicta*, Forojuliensis diœcesis; primumque sic dictus est ab eremitorio cujusdam pii viri, qui dicebatur Robaudus. In hoc loco postea constructa est Carthusia Monialium, sub titulo S. Catharinæ, et cognominata est ut prius Cella-Robaudi. Hanc Carthusiam fundaverunt Domini de Arcubus, ex quibus ortus est Dominus Helion de Villanova, qui fuit magnus Rhodiorum magister.... ut videtur in

unde regressa est ad Conventum Robaudi.

Chronico

A Chronico Equitum S. Joannis Hierosolymitani. Igitur Domini de Arcubus fundaverunt hanc Carthusiam in gratiam S. Rosselinæ. *Hactenus membrana* [illegible] *Carthusiæ, a Chauveto reperta et scripta ex monumentis, seculo* XVI *vetustioribus. In ea membrana expunctis primis annorum numeris, novos eosque erroneos recentiori manu substitutos notavit Chauvetus; itaque Magistratus Hierosolymitanus* Helionis *refertur ad annum* 1223; *Carthusiæ vero prædictæ constructio ad* 1227, *in quibus numeris et minimum unius seculi error est. Occasionem erroris Chauvetus inde natam censet, quod supra* petram chori ejusdem ecclesiæ, *etiam post renovationem factam seculo* XIV, *remanserit nota anni* MCC *quo scilicet illa primitus fuit ædificata vel consecrata* * v Kal. Junii.

Hic ab anno 1200 habebatur ecclesia

21 *Hoc supposito dici potest, quod* Cella-Robaudi *quæ forte seculo* XI [illegible] *erecta in monasterium fuerit, et ecclesia consecrata anno jam dicto, pro Sanctimonialibus, ex Ab*batia S. Petri de Sub-ripis (*vulgo* Sobrives) *illuc deductis: quæ cujus Ordinis Regulæque tum fuerint incertæ variant apud Chauvetum conjecturæ. Has vero mihi opus est persequi, sed potius intelligere, quando et quomodo idem locus ad Carthusianas transierit. Docebit id sequens instrumentum, hoc tenore.* In nomine D. N. Jesu Christi, anno Incarnationis ejusdem MCCLX, XI aprilis. Indict. III. Notum sit cunctis hoc scriptum inspecturis, quod nos India, Abbatissa monasterii S. Petri de Subripis Vapincensis diœcesis, attendentes ecclesiam nostram B. Mariæ de Cella Robaudi, sitam in diœcesi Forojuliensi, quæ monasterio subesse dignoscitur, paupertatis prætextu sive inopiæ, destitutam a regulari observantia, quæ in eo olim vigere non modicum consuevit; cupientesque eamdem reducere ad statum antiquum, ut observentur in ipsa regularia instituta; et cum hoc per nos commode fieri non possit, quia propriæ nobis non suppetunt facultates, et dicta ecclesia a dicto monasterio nimium est remota.

dependens ab Abbatissa Subripensi,

B

sed an. 1260 Carthusianis Domus Bertaudi cessa,

22 Ideo nos, prædicta India Abbatissa, spontanea voluntate nostra, non coacta, neque dolo neque metu inducta, de consensu, consilio, et voluntate nostri Conventus, scilicet Dominarum et Sororum nostrarum, Mathildæ Sacristanæ, Bertrandæ de Roccabruna, Aulæ de [illegible], Accelenæ, Bertrandæ de Massilia, [illegible], [illegible] de Massilia, Mar.... [illegible] Priorissæ dictæ [illegible]; et de consensu venerabilis Patris Domni Othonis Episcopi Vapincensis Diœcesani nostri, donamus seu concedimus in perpetuum [illegible] ecclesiam nostram supra scriptam B. Mariæ de Cella-Robaudi, cum omnibus suis pertinentiis, scilicet decimis, primitiis et oblationibus, terris cultis et incultis, pratis, nemoribus, seu defensis, et domibus cum omnibus juribus, tam corporalibus quam incorporalibus ad dictam ecclesiam pertinentibus, ad honorem Dei et ejus Matris gloriosæ, Ordini Carthusiensi, et specialiter domui seu monasterio de Bertaudo Ordinis supradicti et Fr. Durando Clero, Procuratori generali domus prædictæ de Bertaudo, præsenti et recipienti, nomine dictæ domus, ecclesiam supradictam etc.

consensu totius conventus et Episcopi Vapincen.

C

acceptante Procuratore Fr. Durando

23 Retinentes tamen in dicta ecclesia et ejus pertinentiis v solidos Turonenses, annis singulis in Nativitate Domini, nobis et monasterio in perpetuum apportandis, solvendis et reddendis, nomine pensionis sive census: Hoc acto specialiter et expresso, quod si aliquo modo contingeret d. monasterium de Cella-Robaudi, d. censum v solidorum non solvere per biennium vel triennium vel ultra; non ob hoc incideret incommissum, neque infringeretur aliquid de prædictis, neque de infrascriptis; sed solummodo teneretur solvere censum tunc temporis præteriti, cum expensis damno et interesse: item quod ob dictam retentionem census v solidorum, monasterium S. Petri de Subripis non possit neque debeat habere aliquid ultra d. censum in d. monasterio de Cella-Robaudi etc. Salvo eo quod de duabus Dominabus actum est, quibus debet, quamdiu vixerint, d. monasterium de Cella Robaudi in necessariis providere. De qua ecclesia, rebus, et juribus et prædictis omnibus et singulis, salvo dicto censu, devestimus nos et monasterium nostrum etc. et investimus in perpetuum d. Durandum, nomine Elisabethæ Priorissæ et Conventus monasterii de Bertaudo etc. Renuntiamus Legi dicenti, donationes ob certas causas ingratitudinis revocari, etc. item beneficio restitutionis in integrum etc. et exceptioni doli, metus etc. tactis corporaliter Evangeliis sacrosanctis.

D

sub annua pensione 5 solidorum

et onere reliquas ibi Sorores alendi:

24 Quam donationem nos præd. Fr. Durandus, nomine Domus nostræ de Bertaudo prædictæ et Ordinis nostri Carthusiensis recipimus; et de speciali mandato Dominæ Elisabetæ, Priorissæ domus nostræ præd. de Bertaudo etc. nos et prædictam domum obligamus et promittimus vobis Dominæ Indiæ Abbatissæ, nomine nostro et monasterii nostri etc. in d. ecclesia monasterium ædificare et construere, in quo Moniales et Dominæ Ordinis nostri Carthusiensis laudabiliter vivant et vitam ducere regularem [illegible] et vobis et monasterio vestro d. pensionem sive censum v solidorum Turonensium, per vos servatum et retentum, in ecclesia supradicta solvere et reddere, forma et modo præd. etc. Actum apud monasterium præd. de Subripis, in ecclesia S. Petri, in præsentia Testium infrascriptorum, specialiter ad hoc vocatorum et rogatorum; scilicet Durandi Maurini Capellani d. monasterii, Antonii Diaconi, Joannis Garcini, Jacobi Arnaudi, Arnulphi, Pontii, Yvandi. In cujus rei testimonium nos præd. Abbatissa sigillum nostrum apponi jussimus huic Cartæ, et supplicando rogamus venerabilem Patrem nostrum D. Othonem Vapincensem Episcopum, Diœcesanum nostrum; et Dominum Episcopum Forojuliensem, in cujus diœcesi d. ecclesia de Cella-Robaudi sita est, Cartæ præsenti sigillum Capituli Forro-juliensis; ad majorem firmitatem et testimonium rei gestæ, et sigilla sua apponant.

ac monasterium ibi instituendi:

E

25 *Isto instrumento producto quærit Chauvetus, quid Abbatissam* [illegible] *ut Domui de Bertaudo transscriberet* Cellam-Robaudi [illegible] *existimat,* S. Rosselinæ patrem id procurasse, in gratiam suæ vel Sororis vel Amitæ, B. Joannæ vel Dianæ Villanovanæ *supra memoratæ*, ut prædictæ Domus Bertaudi tunc sanctæ viventis, quam, [illegible] ad Cellam-Robaudi novæ fundationis, propinquiorem sibi facere voluerat. *Certe, non esse illam in Domo Bertaudi mortuam, videtur ex eo sequi, quod nec ibi sit corpus,* [illegible] *Indicibus, quo Bertaudi Moniales migrarunt anno* MCCCXLV, [illegible] *corpus, post annos* [illegible] *incorruptum repertum, si ibi alicubi fuisset, quam ad Cellam Robaudi transmissum, ubi tamen nunc habetur* [illegible] *est. Conjectura autem verosimili ducitur,* Diana *seu* Joanna *novam in Cella-Robaudi domum* Priorissa *rexisse, atque vixisse usque ad annum circiter* MCCXCV, *eique tunc in Prioratu successisse* Rosselinam, *jam tricenaria majorem, et requisitam per Ordinis Constitutiones ætatem,* Dianæ *autem seu* Joannæ *corpus, si post annos ab obitu quinquaginta repertum incorruptum est, potuit illud fuisse inventum seculo* XIV *ad medium vergente, sed ruinis ecclesiæ si deinde involutum, ut hactenus reperiri nequiverit.*

F

quod curasse putantur Dominæ Arquenses

[illegible] *B. Joannæ vel Dianæ eo translatæ,*

CAPUT III

A

CAPUT III.

S. Rosselinæ professio, consecratio, manuale exercitium, et prælatura.

Carthusianis asseritur Rosselina,

B*ouchæus, in Historia Provinciæ Tom.* 2 *pag.* 341, *scribit*, illustres duos Ordines certare de S. Rosselina, utrius sit; Carthusianum scilicet et Cisterciensem : *et quamvis fateatur*, in Cella-Robaudi vetustissimam extare picturam, in qua hujus loci Religiosæ repræsententur in habitu candido, *negat tamen hinc posse decidi litem, quia utriusque Ordinis idem fere sit habitus. Sed quomodo fere idem? Cum Cistercienses Moniales cuculla utantur undique clausa (ut de nigro subtus scapulari taceam, cujus vix quidquam apparet in cucullatis) Carthusianæ vero, cucullæ loco induantur scapulari, latissimo illo quidem, sed tamen ad cubitum lateraque aperto, infra renes autem largas duas fascias habente, quibus pars anterior posteriori utrimque adnectitur, et sic* Rosselinam *repræsentant omnes in variis conventibus picturæ : de quibus a Domno Carolo interrogatus Ven. P. Emmanuel van El Carthusiæ Massiliensis Prior, et suæ Provinciæ Visitator, scripsit*, nullam omnino reperiri sine fasciis : Idemque affirmant, *inquit Carolus*, plures alii Priores ad hanc domum Carthusiarum matrem, variis ex Provinciis per annum ascendentes. Et revera in nostris Annalibus probabo, Fasciarum usum nostris Monialibus concessum fuisse anno MCCXCI : *quamquam jam pridem Carthusiana* Rosselina, *initio non fuerit fasciis usa, itaque pingi absque his antea potuerit : sed talem picturam, imo aliquam, quæ præsumi possit viventis lineamenta referre, censet Carolus nusquam extare : quare nec curavi ipsarum aliquam exprimendam hoc loco.*

B

etiam ex ejus picturis.

27 *Equidem non video, quod fundamentum Cistercienses prætendere possint, ad* S. Rosselinam *suis adscribendam; nisi forte Abbatia S. Andreæ de Ramiriis, ubi perperam dicitur habitum Religiosum suscepisse, Cisterciensis Ordinis fuerit, de quo nihildum mihi constat. Ut autem id ita sit, non videtur extra Provinciam vigere aut viguisse aliquando ejusmodi controversia. Nec enim Cisterciensem ullum auctorem reperi, qui illam nominaret; et Claudius Chalemotus, qui novissime texuit seriem Sanctorum et Beatorum atque illustrium personarum sacri istius Ordinis, nusquam ejus meminit; Carthusianam vero evidenter probat instrumentum cessionis supradictæ, quo si extaret, litem finiri ipse Bouchæus agnoscit, mentionem ejus apud Sammarthanos inveniens. Extat autem, ut vidimus. Horum porro* Carthusianarum disciplina, ab ea quæ nunc tenetur, aliquantum diversa olim erat; et magno molimine opus fuit, ut secundum Concilii Tridentini decreta, Clausuram perpetuam vitamque communem illæ susciperent, solitæ antea privatim in sua quæque cella vesci, et qualibet hebdomade una cum Vicario suo spatiatum egredi, per solitudinem in qua domus earum fundatæ erant; vel etiam per agros suburbanos, si domus erat intra locum muris cinctum : pro quo spatiamento (ut vocabant) nunc illis conceditur commune aliquod post refectionem colloquium. *Ita mihi Chauvetus.*

sed neque auctores Cistercienses ulli eam suis adscribunt.

C

Ergo sub Regula Carthusiana

28 *Dubium tamen nullum debet, quin disciplina severissima fuerit, quando illi se subdidit* Rosselina; *cujus pia exercitia virtutesque singulas hic minutius annotare non præsumo, vetustis documentis destitutus. Unum tamen dixerim*; ad minus sedecim fuisse annorum, quando solemnia in Ordine vota est professa, *sicut Statuta requirunt : quæ etiam præcipiunt*, ut nulla ante vigesimum quintum annum consecretur. *Addit Chauvetus, quod* ea consecratio cum magna fit solennitate ab Episcopo Diœcesano, *qui anno* MCCLXXXVIII, (*quo ætatem requisitam censetur habuisse* Rosselina) *fuit Bertrandus de Falario, ab anno circiter* MCCLXXX *usque ad* MCCXCIX, *Forojuliensis Episcopus, juxta Antelmium in Nomenclatura Chronologica Præsulum istius diœcesis.* Diœcesanus *autem* Virginis consecrandæ velum nigrum imponit; et desuper coronam ex floribus, omnibus in Ordine consecratis Virginibus communem; *ut ejus causam in imaginibus non oporteat a florum miraculo accersere.* Præterea sic consecratæ digito inserit Episcopus annulum : sine quo nusquam illa comparere ausit; privari tamen eodem una cum velo potest, ad tempus, vel etiam in perpetuum, ob aliquod delictum. *Sic in decretis anni* MCCCXXV Priorissæ Prati mollis *præcipitur*, ut Sorori Joannæ de S. Genesio auferat velum et annulum, cum sine licentia Ordinis sibi ablata resumpserit.

professa sedecennis,

D

EX MSS. GALLICIS et an. 1288 consecrata,

29 *Porro cum Ordinis consuetudo habeat, ut* qui sano sunt corpore, horas, a publica in choro, et privata intra cellam oratione liberas, operi alicui manuali impendant, *ad quod etiam cuique idonea instrumenta præberi jubent Constitutiones; quærit in suis Annotatis Chauvetus, quod* Rosselinæ *exercitium fuerit; censetque fuisse scriptionem sacrorum librorum; siquidem id ante inventam typographicam artem commune plerisque erat, non solum viris, sed etiam feminis. Relatu sane digna, quæ habet liber Consuetudinum Guigonis, cap* 28. Si Frater alterius artis quam scriptoriæ fuerit (omnes enim pene quos suscipimus, si fieri potest, scribere docemus) habebit artis suæ instrumenta convenientia. Ad scribendum vero, scriptorium, pennas, cretam, pumices duos, cornua duo, scalpellum unum ad radenda pergamena, novaculas sive rasoria duo, punctorium unum, subulam unam, plumbum, regulam, postem ad regulandum, tabulas, graphium. Rationem autem reddit Guigo consuetudinis talis; Et quia ore, non possumus Dei verbum prædicare, manibus prædicamus. Quot enim libros scribimus, tot nobis veritatis præcones facere videmur; sperantes a Domino mercedem pro omnibus, qui per eos vel ab errore correcti fuerint, vel in Catholica veritate profecerint; pro cunctis etiam, qui vel de suis peccatis et vitiis compuncti, vel ad desiderium fuerint patriæ cœlestis accensi. *In hoc vero nequaquam tardas fuisse Sanctimoniales, probant libri chorales aliique ipsarum usibus opportuni, hodiedum spectandi in ipsarum cœnobiis Prati-mollis atque Melanii; quos muliebri manu esse scriptos probant menda, sexui isti, minus ad orthographiam tenendam facto, familiaria : sic ad finem Responsorii,* Prudentes virgines, *alicubi scriptum invenitur :* Exierunt obviam Ponso et Ponsæ, *omisso* S. *quod vulgaris lingua Provincialis omittit.*

scribendo forsitan occuparit horas ab oratione vacuas,

E

cum id commune fere per Ordinem fuerit,

etiam Monialibus.

F

30 *Hoc igitur exercitium* S. Rosselinæ *etiam fuisse, utpote nobiliter educatæ et instructæ, præsumere facile quis possit, probare non item; et multo minus alia, magis ipsi, non solum ut Carthusianæ, sed ut Sanctæ propria. Certius et distinctius scitum fuisse credo, quod Franciscus scribit de Prælatura monasterii Robaudini,* Rosselinæ *delata a Generali Ordinis Bosone. Gessit hic supremum istum sui Ordinis magistratum, ab anno* MCCLXXVIII *ad* MCCCXIII; *Cum ergo Statuta velent Priorissam eligi,* quæ non excesserit ætatis annum XL, aut saltem XXX; *nihil est causæ cur* Rosselinam *Priorissam factam dicamus diu ante annum* MCCC. *Fortassis etiam amitæ suæ Dianæ sive Joannæ non statim suffecta* Rosselina *est, sed alia aliqua nobis ignota mediante.*

Priorissa facta circa 1300

31 *Annum igitur, quo Domus regimen assumpsit* Rosselina, *haud dubie quam multum deprecans et subesse malens, non definio: tria autem perquam illustria tempore ejus contigerunt, huc necessario referenda: quorum licet mihi non allegentur testimonia vetera,*

A *vix tamen ambigere possum quin satis certa relatione constiterint aliquando. Primum est, quod* ejus frater Helio, cum esset S. Ægidii Prior, in gratiam sororis suæ, fecerit restaurari illius monasterium anno MCCCXX; *unde ei Fundatoris nomen obtigerit. Restaurationis autem occasionem, in prolixioris Vitæ epitome, hujusmodi nobis describit Franciscus.* Rhodum discedenti Helioni sancta soror sua prædixerat, fore ut in manus Saracenorum incideret, ab iisque mirabiliter liberaretur. Hic reipsa expertus prophetiæ prioris veritatem impletam, alteram quoque illius precibus adimplendam speravit, seque voto obstrinxit ædificandi novi monasterii: proxima autem nocte raptus ex captivitate dormiens est, eoque loco depositum se vidit prope Arcus, ubi hodiedum supersunt vestigia Crucis, istic ab eo in memoriam sempiternam erectæ.

ex MSS Gallicis restaurat monasterium anno 1320

per fratrem ad id obligatum voto,

32 *Nihil quidem est impossibile Deo, ac ne rarum quidem quod hic narratur, videri faciunt frequentes hujus generis liberationes, quæ tali miraculo patratæ sciuntur ex Actis nostris; celeberrima est etiam Lætiensis Imaginis prope Laudunum historia, quæ ipsam, una cum tribus captivis Ismeriaque Soldani filia, ex Ægypto illuc translatam nocte una narrat, tempore* B *Balduini II Hierosolymorum Regis, annis fere ante hæc ducentis. Rem tamen de fabulositate suspectam habet Chauretus; et merito quidem, si vetus MS. quod ea de re allegat D. Amabilis, et anno MDCLIX adhuc existens in sacrario S. Catharinæ, ipsum sit quod postea vidisse sese ait Chauretus, aliud prorsus beneficium continens, quod D. Helioni jam magistro Ordinis, alia occasione evenit. Sed quis credat D. Amabilem, virum utique religiosum, fingere voluisse lecta sibi quæ non legerat? An non aliud instrumentum ab eo quod Amabilis viderat, Chauretus invenisse potuit? Quod autem ei objicitur silentium Chronicorum Ordinis, nullius apud me momenti est: quandoquidem auctores qui Chronologorum nomine possunt venire, Bosius, Balduinus, Gussancurtius, et si quid alii intra hos centum annos primum scripserint, nec vetustiora ulla allegent chronica quæ secuti sint; adeoque præter publica instrumenta, ex archivis Domorum Ordinis deprompta, nihil habuerint unde historiam compilarent, nisi bellorum sacrorum scriptores, de Militibus S. Joannis Hierosolymitani nusquam ex professo locutos, sed quatenus eorum gesta immixta fuerunt universalioris historiæ.*

ob liberationem miraculosam a captivitate Turcica:

de qua videtur sine causa dubitari.

33 *Secundum relatu dignum, quod Cellæ-Robaudi* C *sub Prioratu Sanctæ contigit beneficium,* est quod Joannes Papa XXII, anno suo VIII, Kalendis Decembris, Avenione existens, id est anno Christi MCCCXXIII, insigniter sublevaverit indigentiam monasterii, uniendo ipsi Prioratum ruralem S. Martini in territorio Arquensi: cujus indulti et unionis etiamnum extat hujusmodi Breve. Joannes servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus et Conventui monasterii de Cella-Robaudi, per Priorissam soliti gubernari, Ordinis Carthusiensis Forojuliensis diœcesis, salutem et Apostolicam Benedictionem. Apostolicæ sedis gratiosa benignitas, prudentes Virgines, quæ carnalibus abdicatis illecebris et contemptis hujus mundi vanitatibus, virginitatem suam filio Virginis dedicantes, se parant accensis lampadibus obviam Sponso ire, tanto propensioris consuevit prosequi studio caritatis, quanto eas, propter fragilitatem sexus, majori suffragio prospicit indigere. Sane nos necessitas vestra vestrique monasterii, adeo rerum inopia temporalium prægravati, quod de ipsius redditibus provenientibus et obvenientibus non potestis commode sustentari, sicut olim dum in minori ageremus, Forojuliensis ecclesiæ regimini præsidentes, non absque compassione didicimus; pietatis oculis intuentes, et volentes pro utiliori relevatione necessitatis hujusmodi, D vobis et eidem monasterio de aliquo subsidio providere, ut melius et quietius circa pedes Domini, in contemplationis altitudine vivere valeatis, ruralem ecclesiam S. Martini de Arcubus Forjuliensis diœcesis, etc. unimus et applicamus vobis et dicto monasterio: non obstantibus etc. *Tertium Beneficium, sub regimine* S. Rosselinæ *impetratum Domui de Cella Robaudi est, quod alter Sanctæ Frater Elzearius Episcopus Digniensis, anno* MCCCXXVIII *die* v *Junii, ab eodem Joanne Papa insignes petierit Indulgentias pro ecclesia Cellæ-Robaudi, in anniversario Dedicationis, scilicet Pentecoste et ejus Octava: quæ res ingentem populorum concursum illuc excivit, ac deinde continuata est usque in hodiernum diem: nam anno* MCC, *quo factam dedicationem primam etiamnum testatur lapis, supra portam chori legendus,* v kal. Junii *Pentecoste agebatur, utpote cum Pascha esset* v *Idus Aprilis.*

Joannes 22 an. 1323 unit ecclesiam S. Martini Cellæ-Robaudi

eique anno 1328 largitur Indulgentias pro die Dedicationis.

CAPUT IV.

Virtutes et pius obitus S. Rosselinæ: elevatio incorrupti corporis: oculi seorsim servati.

E Hactenus *ea deduxi, quæ ex antiquis monumentis certius colligi potuere, de Actis* S. Rosselinæ *publicis: quibus addi debet quod asserit Dominus Carolus, haud dubie in Registris authenticis repertum, quod ante obitum suam* Misericordiam *id est absolutionem ab officio, petiit et obtinuit, sibi ac Deo deinceps* in Solitudine, *ut Carthusiani loqui amant, victura. De privatis ejusdem virtutibus Sanctæ ipsique divinitus concessis gratiis, pauca habet Epitome Francisci, non indigna fide, et quæ vix credibile sit ab eo quem contraxit auctore gratis excogitata.* Frequens, *inquit* ei erat signo Crucis effugare dæmones; integras quandoque hebdomadas transigebat absque cibo; somnum habebat tribus quatuorve horis circumscriptum; monebat identidem suas, formidare verba hæc, Nescio vos; ut audire mererentur, Venite ad me. Quærebat sæpe quid opus esset ad consequendam salutem; et respondebat; Nosse seipsum. Colloquia cum aliis a *Veni creator* auspicabatur, et finiebat per *Ave maris stella.* Diebus quibus communicaverat, nihil præter panem recipiebat, eumque sæpe aspersum cinere, cum modico et male condito legumine. Levicula delicta sua acerrimis vindicabat flagellis, sic ut accurrentes Religiosæ, verberum violentia excitatæ, F necesse haberent eam cohibere, orantes cum lacrymis, ut laceratæ satis carni parceret. Libro integro opus foret, ad omnes ejus revelationes ac visiones scribendas; semel autem conspexit Christum, toto corpore lacerum; causamque requirens, intellexit Albigensium hæresim esse. Leprosos sedulo curans, pus etiam ex plagis sugebat, easque ita sanabat. Secreta cordium cum inspiceret frequentius, nemo audebat, nisi peccata confessus, si gravioris forsitan alicujus conscius sibi esset, in ejus venire colloquium. Patiendi multum cupientissima, dicebat, si quando diem absque molestia egisset, se grande aliquod malum formidare.

Rosselinæ Virtutes privatæ,

Revelationes frequentes,

gratiæ gratis datæ,

35 Denique vocatæ ad se nepti suæ, Margaritæ Villanovanæ, indicavit, vicinæ mortis sibi tempus revelatum; ac postea sorores omnes extremum adhortata, ad fiduciam in Domino collocandam, febri correpta est; et in suam sese cellam recepit, paleæque incubuit. Morbo autem indies ingravescente, de totius vitæ peccatis confessa, petiit sibi impendi Indulgentias, in talem articulum sibi a Joanne Papa XXII impertitas; atque sacro Viatico Dominici Corporis muniri; quo humillime suscepto, in profundam rapta fuit extasim, quæ totum fere diem duravit.

Morte præscita se parat illi,

Ab

A Ab hac ad suos reversa sensus, neptem rogavit, ne se in articulo isto desereret; et extremam petiit Unctionem: post quam Sororibus valedixit. Ipsum etiam rogans Confessarium, uti sese tantisper solitariam relinqueret, solam apud se retinuit neptem Margaritam. Hæc dum orationi incumberet, audire vocem hanc meruit; Vale, soror, abeo ad Creatorem meum: simulque vidit in cellam venire S. Brunonem, cum Sanctis Hugone Gratianopolitano et Hugone Lincolniensi Episcopis, habitum Carthusianum indutis, atque thuribula gestantibus: quos subsequens Deipara, cum Filio in brachio, S. Brunoni innuit, ut incensari cellam juberet. Quid cum fecisset S. Hugo Lincolniensis, simulque stratum jacentis ægræ; permissus est accedere dæmon, et quid in Rosselina argueret edicere. Fassus est is aliud nihil, quam quod semel post meridiem quietem nonnullam sumpsisset. Igitur procedi Deipara jussit, et ad Filii thalamum introduci sponsam. Ad quæ verba, dicto Deo gratias, expiravit venerabilis Mater.

et Deipara aliisque suis Patronis adstantibus,

36 *Annum Chauvetus notat* MCCCXXXVI *vel potius* XXXV *quia, inquit hoc anno mortui solent sequenti anno annuntiari: Quidquid sit, tam in anno quam in die*
B
XI *Junii deceptum fuisse Chauvetum probat Carolus le Couteulx, invento veteri Necrologio Domus Bertaudi; in quo sorores, a suæ fundationis principio, defunctarum scribebant nomina; interque eas etiam nomen* Rosselinæ *notarunt, tamquam apud ipsas Professæ,* defunctæ XVII Januarii MCCCXXIX: *quod et confirmari ait ex Actis Capituli Generalis eodem anno habiti. Arturus a monasterio in Gynæceo sacro, cum diem* XIX Octobris *suo arbitrio legisset referendæ* B. Dulcelinæ, *Massiliæ sepultæ juxta fratrem suum Hugonem Diniensem Episcopum, defunctum anno* MCCLXXXV, *monet alium esse* a B. Rosselina. *Sed non ideo censendus ille est (ut quidam intellexerunt) voluisse* Rosselinam *ad istum diem referre; et ut voluisset, non inveniret fidem absque probatione.*

expirat anno 1329 17 Januar.

37 *Chauvetus, eorum quæ antiquitus scripta non reperit satis acer censor, prætactam sororis Margaritæ visionem, eo verosimiliorem esse censet, quod* Carthusianæ Virgines, Officium de Beata quotidie recitantes, ad singulas Horas adjicere soleant piam hanc clausulam,

dignata Mariam præsentiam in eo articulo,

Per tuum Virgo Filium,
Per Patrem, per Paraclitum,
Adsis præsens ad obitum,
C
Nostrumque muni exitum.

Quod igitur quolibet die octies petere solebat Rosselina, *id eam obtinuisse reapse judicat Chauvetus; quandoquidem tot exemplis constat, sanctissimam Virginem sæpissime spectabilem exhibuisse sese clientibus, ipsam in hora mortis invocantibus. Faciunt hoc viri, suis privatim in cellis, sed propter timores nocturnos, quibus nonnullæ Moniales obnoxiæ sunt, Capitulum Generale anni* MDLXXVII *singulariori libertati reliquit, ut* vel in cella Matutinos de Beata persolvant, aut in ecclesia; ubi si plures tunc reperiantur, poterunt simul eas recitare submissa voce, eo modo quo Vesperas dicere Statuta præscribunt, in die Parasceves; sed postea silentium ibidem stricte servabunt. Post Matutinas quoque, quæ voluerint in ecclesia Primam et Missam de Beata persolvere, id poterunt, eo modo qui pro Matutinis de Beata præscribitur. *Hactenus verba decreti, cui solum ex Chauveti annotatis addiderim, eam Missam Sacrificalem non esse, sed absque paramentis et Canone peragi. Quam rem ut passim minus notam indicare hic volui, eruditionis causa potius, quam quod firmiter credam ad* Rosselinam *spectare, quamdiu non ostenditur talis usus apud Carthusianos ab olim viguisse.*

pro quo eam series quotidie petunt Carthusianæ,

sub officio de Beata.

38 Porro Margarita neptis, ut expirasse sanctam amitam vidit, sublato clamore excivit ceteras, exitum aforis præstolantes. Quæ cum cernerent mortuæ cadaver, in speciem venerabundæ, oculos cœlum defixos tenere, nihildum obscuratos: et reliquam totius faciei pulchritudinem, atque tractabile per omnes artus corpus, satis essent admiratæ; illud in feretrum composuerunt, postridie sepulturæ mandandum. Verum cum eamdem mortem, eodem articulo, per omnes vicos et oppida circumjecta, publicassent infantes, clamando, Mortua est Sancta; factus continuo ad monasterium concursus accolarum. Quorum, importunitati aspicere tangereque cupientium, ut fieret satis; continuo toto triduo dimittendum ibi sacrum corpus fuit: et per tempus illud plurima dicuntur patrata miracula, cum vel solus contactus sandapilæ morbos curaret, contractos erigeret, cæcos illuminaret. *Addit Chauvetus, quod habeat* syllabum miraculorum, tam veterum quam recentiorum, quæ omnia circa curationes miraculosas versantur: *sed donec ea nobis exhibeantur, divinare nequimus, an eorum aliqua tam sint antiqua, ut primis illis diebus facta credi possint.* Triduo autem exacto dicitur humatum more communi corpus esse, in cœmeterio claustrali, ubi passim mortuæ sepeliebantur: *quid ni juxta consanguineæ suæ et in Prioratu antecessoris* Dianæ *vel* Joannæ, *ante annos novemdecim defunctæ?* E

EX MSS. GALLICIS. Ad corpus nihil per mortem mutatum

accurrit populus vocibus infantium excitus;

et ipsum die tertio sepelitur,

39 *Primum* Rosselinæ *jam defunctæ erga caram sibi Cellam-Robaudi beneficium, existimari potest perfectio novæ ecclesiæ ejusque* dedicatio, facta per *supra memoratum* Sanctæ fratrem Elzearium Diniensem Episcopum, anno MCCCXXXIV, mense Junio, sub titulo S. Catharinæ Montis Sion, *vel potius (ut ego censeo)* Montis Sinai; *ex quo deinceps dicta est* S. Catharinæ. *Cadebat eo anno Pascha in* XXVII *Martii, Pentecoste in* IV *Junii, ejusque Octava in diem* XI: *qua occasione, si* Rosselinæ *corpus refossum credamus, propter progressa miracula; et quia repertum fuerit integrum, in Octava novæ dedicationis fuisse translatum; non esset nobis longe quærenda ratio, cur die* XI Junii *continuetur illius cultus. Memoriæ, quas Domnus Trovillas, Boni passus Prior prope Avenionem, collegit, ex veteribus Cellæ-Robaudi monumentis, habere dicunt, quod* cœlestis quædam fragrantia, ex humili sanctæ Matris sepulcro jugiter emanans, moverit Religiosas, instanter a populo requisitas, ut cum licentia Ordinarii *(fuerit hic Bartholomæus Grassi, ab anno* MCCCX *ad* MCCCXL *Foro-juliensis Episcopus)* aperiri locum facerent. *Addunt alii, requisitum consensum Romanæ Curiæ, tunc Avenione residentis, cum suo Pontifice, qui tamen adhuc fuisset Joannes XXII, non nisi* IV *Decembris anni jam dicti defunctus. Et hic forsitan venit commiscendus* Hugonis de Sabran, *Sanctæ consanguinei,* F *tum forte in Curia illa residenti: unde quia anno* MCCCLX *promotus fuit ad Episcopatum Massiliensem, antea duntaxat anno translationis; dictus sit Translationi prædictæ interfuisse Episcopus Massiliensis Hugo, per prolepsim; nimis quam familiarem notitiis traditione acceptis. Passim tamen dicitur Translatio facta circa annum* MCCCXLIV, *quæ unius decennii differentia non magna, processerit ex ignorantia anni mortualis, nunc primum in lucem producti.*

post novæ ecclesiæ dedicationem an. 1334

elevata 11 Junii.

40 *Testatur porro Chauvetus (ut supra innui) vidisse se in Sacrario S. Catharinæ manus ejusdem venus, quo narrabatur, quomodo supra memoratus* Sanctæ frater Sanctæ, Helion, Magnus Ordinis Hierosolymitani Magister, aliquot annis post illius mortem, in pugna dura periculoso cum barbaris conflictu, ... ab horum multitudine suorum paucitas funderetur; invocato sanctæ Sororis patrocinio, victoriam de iisdem retulerit. *Existimat etiam idem Chauvetus, quod Magister ille, simili jure potuerit acceptum eisdem precibus referre successum, quem anno ... XLIV ... habuit,*

Ea invocata liberatur a periculo frater Helion Ord. Magister,


EX MSS GALLICIS et Smyrnam occupat anno 1344

A *habuit, in extorquenda Turcis Smyrna, eaque conservanda deinde contra Tamberlanem Tartarorum Ducem; ut referunt Baldanus in Historia Melitensi lib. 2 cap. 3, et Gussancurtius in Martyrologio Melitensium Tom. 2 pag. 245. Talibus autem aliisque beneficiis, Provinciales Proceres Ordinis utriusque, et imprimis Villanovanos ac Sabranenses, commoveri potuerunt, ut illius canonizationem postulandam promovendamque sibi sumerent apud Apostolicam Sedem, tunc adhuc Avenione residentem; nec defuisse crediderim studia Sanctorum* Rosselinæ *consobrinorum Elzearii atque Delphinæ; quamquam res fortassis non tota successerit.*

Oculi etiamnum integri seorsim servati

41 *Idem qui corpus sanctum extulit Hugo, etiam creditur, ob admirationem præcipuam oculorum, adeo clarorum ac vividorum tot annis post mortem, acsi viverent, eosdem capiti exemisse, eruisse (ut sic loquar), pietate, eosdemque peculiari thecæ inclusisse, servanda in sacrario, ubi spectari semper possent, fidemque præstare integritati reliqui corporis, clausi intra arcam, non ita facile reserabilem: quapropter ipsos mihi petii delineari; et hanc eorum formam accepi, sed absque forma thecæ, ut extra eam distinctius apparerent.*

B



Theophilus Raynaudus noster, in Triade Patriarcharum, ubi de S. Brunone ejusque Ordine Puncto 9 §. 3. Quibus, *inquit* coloribus, præstantissima sanctimoniæ insignia, quæ in B. Rosselina hujus instituti Moniali emicuerunt, conspicienda dabo?.... Sacrum ejus corpus, tanto post obitum tempore, hodieque incorruptum perseverat, et omnino multis illustratum est miraculis, quæ referre sigillatim ratio instituti non sinit. Sed illud, ut maxime velim, nemini obscurum, dissimulare non licet. Sanctæ puellæ oculi, e suis locellis exempti, et in pyxide seorsim asservati, raro miraculo æque vigent, et vivaci lumine contuentes feriunt, ac cum Virgo superstes erat, cum tamen in aliis defunctis primi langueant et concidant. Cur hæc oculis sacræ Virginis repensa sit a Deo gratia, conjectare licet ex oculis Ludovici Catalaunensis Episcopi: quem adversus impuram Reginam, viros ultro rapientem, nullo fœdatum immundo conspectu, Deus integrum et inextinctum servavit post mortem.

testantur quam caste ipsis usa sit Beata

C

42 *Tres consequenter* Ludovicos *habuit Catalaunensis Ecclesia, quorum primus* de Baro *cognominatus, sanctimoniæ omnino regii virtutisque eximiæ, utroque titulo multum laudatur, tum in suo Epitaphio, quod ei sub annum* MCCCXXX *Virduni tumulato est positum; tum ab iis, qui de Cardinalibus scripsere: hic enim creatus erat ab anno* MCCCXCVII. *Sed apud neminem hactenus istud de oculo, vel ipsius, vel duorum in Catalaunensi Sede successorum alterius, adhuc potui invenire: credo tamen Raynaudo id asserenti, a forsan oculato testi. Sed multo certius credo, de oculis* Rosselinæ, *quia Chauvetus in notis ex oculato teste, eorum adhuc integritatem refert hoc modo,* Ante hos XII vel XIII annos, *id est circa* MDCLX, cum in hoc Arquensi conventu prima vice habitarem, visitationis ergo ad me veniens honestus civis Arquensis, Artaudus nomine, intra cellam meam visa S. Rosselinæ imagine, dixit; non ita pridem devotione ductum se Arcus concessisse, ubi ei monstrati fuerint prædicti oculi; et is qui monstrabat, interrogavit, an in utroque eorum angulo videret puncturas geminas. Quas cum responderet satis esse conspicuas, sed

veritatem miraculi explorante Medico Regis an. 1660

causam earum libenter se auditurum; dixerunt Patres illi, anno MDCLX in comitatu Regis Christianissimi, Provinciam cohonestantis præsentia sua, fuisse medicum ejus: qui ad videndos oculos istos Arcus excurrerit; et cum persuaderi non posset vivos illos ac naturales esse oculos, veritatis experimentum sumere permissus sit, ea quam ad id promebat acu; unde puncturæ istæ remanserint. D

CAPUT V.

Varia Domus Cellæ-Robaudi fortuna, per quam ea tandem ad Observantes pervenit, qui anno 1657 solennem Corporis translationem fecerunt.

F*requentia bella, quæ post* Rosselinæ *obitum, institutarumque ab ea discipularum excessum, supervenere regionibus hisce; et campestris habitationis licentia, qua fruebatur Domus sacro isto ditata thesauro; fecerunt, ut potior alius diligentiusque servandus, disciplinæ inquam primævæ rigor, paulatim elanguerit; tandemque omnino sic defecerint, ut ab Ordinis cura remotæ fuerint filiæ immorigeræ. Habebant illæ anno* MCCCCXIV *Rectricem cum Vicario, ut intelligitur ex decreto, quo illis negatur* Misericordia, *sive facultas ab officio recedendi: simulque ordinatur,* ut Cella-Robaudi, una cum Domibus Bertaudi atque Prati-mollis, per Visitatores Provinciæ inspicerentur. *Anno autem* MCCCCXV *Capituli Generalis Patres sic statuunt:* Rectrici Cellæ Robaudi non fiat misericordia: et absolvimus Domnum Joannem Malinis ab Officio Vicariatus ejusdem, et præficimus Domnum Stephanum Scaron Vicarium ejusdem. *Poterat vir hic, jam ante annos decem eodem functus Vicariatu, et simul munere Convisitatoris, reduxisse sua prudentia devias, si corrigibiles aliquo modo fuissent: sed cum hoc ei non succederet, absolutus inde, factus est anno* MCCCCXIX *Prior Carthusiæ Montis-rivi, cujus erat Professus.* De facto autem Cellæ-Robaudi, *inquit Capitulum,* committitur visitatoribus, ut habeant disponere. *Anno autem sequenti* Vicario Cellæ-Robaudi fit misericordia; et de illa Domo dimittenda vel non, committitur Priori Vernæ: *ad cujus relationem, anno* MCCCCXXI, *statutum est, ut ipse et Montis-rivi Prior, receptis a se quibusdam rebus ad cultum divinum pertinentibus, nomine Ordinis renuntiarent regimini istius Domus, quæ deinceps in Capitularibus Actis nusquam nominatur, nisi quod sequenti anno Priori Montes-rivi imperatur,* ut expediat Priori Vernæ bonis quæ tenet a Domo Cellæ-Robaudi unum calicem, tabulam depictam in qua est Pietas (*id est Deipara in gremio tenens mortuum filium*) unam capam floridam, et capellam rubeam vel albam, et unum Breviarium (*quo nomine etiam Missale intelligatur nihil dubitat Chauvetus, qui omnia istæc collegit, ex Actis Capitularibus.*

Moniales in Cella-Robaudi

an. 1414 ad huc habentes Rectricem et Vicarium Ordinis sui,

ab eo abdicata anno 1421

44 *Idem ex suo Vernensis Carthusiæ manuscripto prædicta confirmans, ipsum sic prosequitur;* Perseveravit illud monasterium sub Brunoniana ditione usque ad annum MCCCCXXI, sub dispositione Provinciæ. Invenitur enim in Chartis Capituli generalis, illam Domum defecisse a nostro Ordine post annum Domini MCCCCXX aut XXI, unde se tradiderunt Moniales sub regimine Monachorum Lerinensium, non distantium ab invicem ultra decem leucas. Nec diu perseveraverunt sub eorum regimine; nam, ob pervicaciam et infrunitam mentem, rejectæ sunt a prædictis Patribus Lerinensibus, ut abirent in viam suam, ac dimissæ sub potestate Episcopi Diœcesani. *Hactenus MS. illud. Est qui dicat a Lerinensibus dimissas post undecim annos eorum curationi frustra impensos, et Episcopum tunc diœcesanum Joannes Belliardus hic fuit, anno* MCCCCXXIII *ad* II *Forojulii*

Lerinensibus se tradiderunt.

A *Forojulii Episcopus) conatum per submissos a se ministros, ad pristinam eas reducere disciplinam: sed illis nihil proficientibus dissolvisse Conventum, et in paternas domos remisisse omnes. Sed quis credat id Episcopum facere potuisse? Ergo verosimilius tenent alii, quod scisso per civile bellum Franciæ regno, et Burgundionibus atque Anglis totum fere tenentibus, post cæsum perfide Joannem Burgundiæ Ducem, quem filius Philippus ulciscebatur et facinoris auctorem Carolum VII undique clausum tenebat, regnique successione arcebat; tenent, inquam, per eas turbas devastatam Provinciam, et monasterium.* Cellæ-Robaudi, *primum a dilapsis alio Sanctimonialibus desertum (quæ tamen permissæ non fuerint sacrum* S. Rosselinæ *corpus auferre secum) deinde pene funditus destructum fuisse; ruinisque illis involutum sacrum pignus delituisse, quoad reformata pace cum Burgundo, et Anglis tota Aquitania et Vasconia pulsis, post annum* L *seculi, restauratus utcumque locus fuit; sed occultum mansit* Rosselinæ *corpus, mortuis senioribus, quæ illud terra obruerant, cum fugam inde caperent.*

deinde per bella dispersi

sacrum corpus occultarunt:

45 *Tum vero accidisse scribit Vitæ prolixioris abbreviator Franciscus,* ut Capellano loci Missam celebrante, cæcus ibidem præsens, sub Elevationem exclamarit: Ecce locum ubi abditum latet corpus B. Rosselinæ; ipsum quæ ego video. Ad hanc vocem et subitam cæci illuminationem, omnibus Miraculum conclamantibus, jussit Capellanus, ut finita Missa, eo loco foderetur, quem cæcus illuminatus monstrabat; inventumque est sanctum corpus, ut antea erat, integrum, una cum aliis Reliquiis pariter defossis, quæ etiamnum servantur in Sacrario. *Ipsum vero sanctum Corpus, ligneæ inauratæ arcæ decenter inclusum, videtur tunc collocatum fuisse in sacello juxta chorum, ubi ipsum stabat tempore novissimæ translationis: de qua mox infra. MS. Vernense, nulla facta hujus restaurationis inventionisque mentione, narrationem superius dimissam sic prosequitur.* Et deinde (*id est post dimissam a Lerinensibus Monacharum discolarum curam*) bellis succedentibus, illud monasterium prope omnino est dirutum: et sic reditus totius Domus redierunt ad primos Dominos de Villanova, Dominos des Arcs: qui post multum temporis, instigante conscientia, advocaverunt Reverendos Patres de Observantia S. Francisci, ut hanc Domum inhabitarent; ac in ecclesia S. Catharinæ, in qua jacet sanctissimum beatissimæ Virginis Rosselinæ corpus incorruptum, Deo deservirent.... *Ad finem autem ejusdem MS. additur.* Hæc omnia ex veteribus manuscriptis et monumentis nostri Ordinis fol. 43 desumpta sunt, et ex parte secunda Vitæ illius (*id est Rosselinæ*) constant. Carthusiæ anno Domini 1227. *Ubi transcribentis evidens mendum recte arguit Chauvetus: nec dubito quin 1527 originaliter scriptum sit, qui fuerit annus datæ ex Carthusia epistolæ, istæc omnia narrantis, et simul indicantis, tunc adhuc ibidem fuisse Vitam Sanctæ, quam frustra requirimus.*

quod cæci illuminati indicio repertum

una cum loco traditur Minoritis Observantibus.

B

C

46 *Correctionem probat Gonzaga, in lib. de Origine Seraphicæ Religionis Franciscanæ, ubi Conventum istum numerans vigesimum Provinciæ S. Ludovici, post quædam de primis illius fundatoribus, ita scribit:* Anno Domini MDI, sub Papa Alexandro VI et Ludovico XII Galliæ Rege, ad requisitionem piissimi Ludovici de Villanova Marchionis de Transio, Moniales fuerunt translatæ in locum de Transio, consentiente dicto summo Pontifice, prout constat ex transsumpto sub anno Domini MCCCCXCIX, VII Kal. Octobris; et alio, sub anno Domini MDIV; et Fratres introducti sunt. Ecclesia est consecrata sub nomine S. Catharinæ de monte Syon * et B. Rosselinæ, quondam Abbatissæ dicti monasterii, cujus corpus integrum odoriferumque asservatur cum magno honore, licet non sit canonizata. *Ita ille, Abbatissam ex usu hodierno Observantium vocans, quæ ex Carthusianorum instituto vocanda esset* Priorissa; *quia Clarissarum Antistitæ,* Abbatissæ *vocantur. Docet autem nos loco isto Gonzaga, non fuisse prorsus extinctas Sanctimoniales, sed* alio translatas, *nescio sub cujus regulæ (nisi forte Franciscanæ) possessione, postquam Carthusianæ haberi desierunt.*

a.... 1501,

** al. Sinai*

D

IN MSS GALLICIS

47 Auctor transferendarum Sanctimonialium et Fratrum inducendorum Ludovicus, propter potentiam magnam, Ludovicus Magnus et Magnus Marchio cognominatus, invenitur septuaginta omnino locorum Toparcha extitisse; quorum an aliqua monasterii olim fuerint, nescio; nulla certe ad Conventum redierunt, præter fundum, in quo ille, inter ecclesiam utcumque superstitem et veteris monasterii rudera, tenui opere, secundum morem Franciscanæ Observantiæ, est ædificatus. Fratres enim, circiter decem, qui ibi commorantur, partim eleemosynis vivunt, partim certis, in frumento aliisque speciebus a Dominis Arquensibus erogari solitis, partim fortuito conquisitis. Qui locum anno MDCXIV visitavit, de mandato Prioris magnæ Carthusiæ, invenit corpus, super altari positum in arcula deaurata; intra quam per quædam specularia vitra sic illud conspiciebatur, ut tamen nonnihil corruptionis circa os appareret. Idem locum amœnissimum describit; qui ex una parte adsitum sibi habeat burgum Arquense, ad distantiam dimidiæ solum leucæ; ex altera vallem, in quinque vel sex pagos partitam, et flumine piscoso irriguam. Locus est pulchris hortis fontibusque instructus: duabusque leucis dissitus Draguiniano, insigni oppido, tribus vero a domo Montis-rivi, cujus directioni suberat, cum esset primum instituta familia Carthusianarum virginum in Cella-Robaudi: nam Verniensis Carthusia, leucis solum sex distans, quæ postea videtur sacris Virginibus Vicarium subministrare solita, non nisi tempore S. Rosselinæ fuit ædificata.

a Ludovico Marchione Arquensi

E

Post visitatio MDCXIV, corpus visitatur:

48 Anno MDCXLIV Montis rivi Prior et Visitator Provinciæ, locum eumdem adiit; *et per Epistolam, XV Junii datam, eadem fere omnia scripsit;* testatus, invenisse ibi etiamnum rudera veteris alicujus monasterii, cujus tamen pars nulla integre discerni possit, cum fuerint ad usum modumque Fratrum Observantium reformata omnia; solam ecclesiam ait veterem formam retinere, eique ostendere Sanctimonialium se fuisse; sed ruinosam, et pluribus rimis hiantem: ubi est capella ad dextram majoris aræ, supra cujus altare extenditur arcula, ipsius longitudini par, ex ligno, tribus vitris ad caput, ad pedes, et in medio perspicua, aliqui vilis valde, cum vitra non nisi papyro agglutinata contineantur. Sed Marchio Arquensis dicebatur novam ex argento parare. Per vitra ista primum, inquit Visitator, videtur caput integrum, non sicut aliorum mortuorum, sed carne tectum, exucca tamen; satisque apparet, separatum jacere, nec reliquo corpori cohærere: hoc vero a capite ad tibias operitur veteri subtilique sindone: sed ejus nulla pars conspicitur præter tibias, integras adhuc suaque exucca carne tectas, circa pedes tamen hinc inde perforatas, non sine nota alicujus corruptionis. Sub ea sindone totum quidem corpus esse dicebatur, sed non potui hoc mihi persuadere; cum circa medium viderem depressiora omnia, quam ut crederem integrum corpus subesse. Ostenderunt autem mihi seorsim oculos, ad intuentium stuporem integros, intra argenteam figuram uno circiter pede altam. Est autem magna vicinorum erga Sanctam devotio; et nuper Arquensis Marchionissa, ex suo castro quamvis solidam dimidiam leucam distante, pedibus eo per novendium accessit.

iterum MDCXLIV.

quo non integrum corpus, sed caput, tibiæ et oculi inveniuntur.

A 49 *Hæc ille : eadem fere nobis, præsertim de oculis, a se quoque visis, asseruit Lugduni, P. Joannes Columbi, Societatis nostræ clarus scriptor, anno* MDCLXII *Decennio prius* Carolus a Villanova Abbas, et Marchionis Arquensis Antonii germanus frater, novam arcam undique inauratam, et tribus in fronte crystallis perlucentem, fabricandam mandarat : *sed tam bona voluntas hactenus suo effectu caruit, et non ita pridem coepit. Idem deinde fundamenta jecerat novi sacelli : quod dum fabricaretur, contigit scriptori memoriarum sæpius allegatarum Chauveto, tum adhuc seculari, quod de se ipse in iisdem memoriis narrat :* Ibam, *inquit*, anno MDCLV, mense Julio vel Augusto, in comitatu Joannis Dominici Itherii Episcopi Glandevensis, Nicæa Tullonem, una cum aliis personis insignibus, salutaturus Ducem Vendocinensem seniorem, inde transmissurum in Cataloniam, cui decreveramus nostra offerre obsequia, et simul cum illo vela facere. Cum autem primo mane æstus, ex nimi tempestate ferventissimi, vitandi causa, Arcus transiremus, unoque solum bombardæ jactu distaremus a conventu, sisti me sensi, soliciteque requisivi ubinam locorum essemus, et quæ illa esset quam videbamus Domus :

B nemine autem invento qui desiderata doceret, volui eo convertere equum. Verum Episcopus, subsistere non videns, neque quid hoc sibi vellet intelligens, retroacto equo ad nos venit ; et quid nos moraretur audiens ; dixit, conventum esse Observantium, nec aliud addidit de corpore sancto, quod alias in qualitate Commissarii (fuerat enim Franciscani Ordinis visitaverat : sed intellecto quantum cuperem illuc orationis causa deflectere, prohibuit ; dicens, tam intempestivo tempore nequaquam interturbandos Religiosos : et quia metuebat ne ibi hærerem diutius, antegressisque jam famulis nolebat solus equitare, secum inde me abstraxit ; itaque privatus fui aspectu sacri corporis, quod nec hactenus quidem, annis jam viginti septem transactis, videre merui. Sæpius autem casum illum ad memoriam reduxi, biennio post Carthusianum Ordinem amplexus : neque dubito, quin ipsa Sancta impediverit, quo minus navim conscenderem cum ceteris, quorum plurimi perierunt, in gravi contra Hispanam classem conflictu.

50 Absoluto novo, *quo dixi*, sacello, perbeneque ornato, decreta est solennis Translatio, facienda die XX mensis Octobris. Pridie autem illius diei,

C *inquit in epistolarum suarum una Franciscus Villanovanus*, extractum de mandato Guardiani fuit corpus cum capsa de altari, supra quod requiescebat, nihil dissimile vivo ; quemadmodum mihi retulit Fr. Franciscus Gervasius Laicus, ibidem præsens, Religiosus fide dignus, quem ad Ordinem ego recepi, secumque frequenter circumduxi. Hic autem asserebat, quod cum capsa ab altari sumpta in Choro maneret, sæpius sustulerit brachiorum unum, illudque ad dextram et sinistram versaverit, absque ulla omnino difficultate. *Quid porro actum sit altera, indicabit sequens authenticum instrumentum.* Non sine magno primi parentis sacramento, conditus protoplastes Adamus in campo Damasceno, fuit exinde in Paradisum voluptatis translatus, ut ibi vitam a temporum injuria alienam, impolluto corpore, integrioris animæ individuo affectu, fauste transigeret. Sic etiam divina decrevit Providentia, ut beatissima Rosselina, ex antiquissima et illustrissima Gentis Villanovanæ Marchionum de Trans et des Arcs prosapia oriunda, intaminatæ animæ non taminatum corpus : quod ab hinc quatuor seculis miraculosa protectione, tam diuturno diuturnique temporis omnium rerum edacis tractu, inexesum, nullibique erosum, in quodam sacello hujusce ecclesiæ ac cœnobii S. Catharinæ Cellæ-Robaudi, juxta chorum

D ejusdem ecclesiæ a dextra constructo, non cum omni et debita decentia, in capsula supra altare posita, asservatum jacebat, donec ad conditorium aliud convenientius et honestius, utique in Paradiso ad primi Parentis exemplar sua beatitate potiturum, transveheretur.

51 Nos Igitur Fr. Joannes Jourdain, Lector Jubilatus Provinciæque antiquior Pater, Guardianus magni conventus Tolosæ, et super hanc S. Ludovici Provinciam cum potestatis plenitudine Visitator et Commissarius generalis ; Bonaventura Crye, Minister Provincialis ; Matthæus Ricaud, Diffinitor generalis et Concionator regius ; Franciscus a Villanova Custodum custos ; Franciscus Gnesdan Exprovincialis ; Antonius Pecqui Diffinitor ; Antonius Coren, Sebastianus Bernardi, et Paulus Rossillon, Diffinitores actuales præfatæ Provinciæ, in hoc præfato cœnobio pro comitiis provincialibus celebrandis congregati, visis tum prædicta ecclesia, magnis cum expensis perillustris Domini Caroli a Villanova Abbatis, in omnibus ad maximam devotionem attinentibus, reparata et ornata ; cum etiam sacello, maximis intra et extra cum ornamentis instructo ; ad

E requisitionem. Clarissimi et nobilissimi Domini Antonii a Villanova, Marchionis de Trans et des Arz per instantiam dicti perillustris Domini Abbatis ejus fratris, melioribus modo, forma et genere, quibus possumus et debemus, attestamur, omnibus et singulis quorum interest aut interesse poterit, quod in celebratione dictorum comitiorum, die Dominica videlicet vigesima Octobris, anno a reparato orbe millesimo sexcentesimo quinquagesimo septimo, decantato et solenniter celebrato sacro Missæ mysterio a R. adm. Patre Comissario Crye Provinciali Ministro, assistentibus sibi venerandis Patribus Antonio Brunet Provinciæ Secretario, et Honorato Aymard Guardiano de la Motte ; et habita oratione panegyrica et pro suggestu pronuntiata, omnibus eloquentiæ numeris absoluta, de Beatissima Rosselina, a Venerando Patre de la Greffe Conventus Limosini Guardiano, confluentibus undique populis quot ecclesia continere minime poterat ; incedentibus processionaliter et maxima cum veneratione RR. adm. et Venn. Patribus et Fratribus, et habitu Levitico indutis et infulatis, RR. adm. Patribus Francisco Gnesdan Exprovinciali, Josepho Bourum, Andrea Baldovin, Provinciæ Patre seniore ; nec non Francisco de Villanova Custodum Custode ; a

F præfato sacello, in quo prius asservabatur, astantium ubique personante applausu et acclamatione, præsentibus DD. Marchione de Trans et des Arz, et uxore ejus carissima D. Gabriela de Castelanne, D. Carolo de Villeuve Abbate perillustri, et multis aliis Dominis et Dominabus ex eadem familia oriundis, translatum fuisse, deferentibus quatuor prædictis RR. adm. Patribus, ad præfatum sacellum, de novo constructum a prænominato Abbate perillustri, et repositum ad cornu Evangelii altaris ejusdemmet sacelli, populi devotioni multo commodioris, ibi expectaturum ultimum rerum omnium consummationem, ultimamque stupendi sui corporis remunerationem, ad majorem Dei gloriam, majorem nostri Ordinis et hujus Conventus honorem, maximumque prædictæ nobilissimæ et antiquissimæ familiæ decus.

52 Et ut omnibus constet de præfata Translatione, hoc authenticum instrumentum testimoniale exarare duximus, nostroque manuali signo munire, die et anno quibus supra. In hoc conventu S. Catharinæ de Monte S. n. Fr. Joannes Jourdain, Commissarius generalis ; Fr. Bonaventura Crye, Minister provincialis ; Fr. Franciscus a Villanova, Custos

Ex MSS Gallicis

Hæc annotavit fabricari jussa nova arca,

ac deinde sacellum,

quod invisere volens quidam impeditum se dolet,

eam tamen ... tam ... conservatam,

... corpus,

... hæc ... corpus,

et a Patribus Capituli Provincialis

die 20 Oct.

solenniter deportatur

præsente familia Villanova

resque authentice consignatur ;

A Custos Custodum : Fr. Franciscus Gnesdan, Exprovincialis ; Fr. Antonius Coreu, Diffinitor ; Fr. Pecquius, Diffinitor ; Fr. M. Ricaud, diffinitor generalis ; Fr. Paulus Rossillon, Diffinitor ; Fr. Sebastianus Bernardi, Diffinitor. *Hactenus instrumentum illud, in quo cum præter Marchionis et fratrem Abbatem, dicantur adfuisse* multi Domini et Dominæ, ex eadem *Villanovana* familia oriundi ; *verisimile fit inter eos quoque fuisse, quem Chauræus expresse notat*, Modestum Villanovanum, *ipsius* Marchionis fratrem majorem natu, ex Minorita Observante Episcopum Aptensem : *et multa tunc ibi facta, quorum relationem distinctiorem requirimus.* Franciscus de Villanova, *tunc* Custos Custodum, *in præmisso instrumento nominatus, non videtur idem esse, sed potius consanguineus aliquis ejus, qui scripsit Epitomen*

adfuit etiam Ep. Aptensis.

D *vitæ et miraculorum qua utimur, annis post hunc actum viginti quinque. Nec enim hic uspiam in suis litteris, quas plures habeo, meminit Translationis ut coram se factæ; sed in earum una supra memorata, meminit* Socii, a se olim in Ordinem admissi, qui adfuit ; brachiumque explorans, quocumque libuit illud moverit ; *et in eadem Epistola addit*, ex eo tempore servari arcam subtili sindone coopertam. *Modum et formam ejus misit R. P. Prior Carthusiæ Massiliensis, delineatam a quodam suo consanguineo nostræ Societatis Sacerdote (sicuti hic vides) una cum figura oculorum, supra exhibitorum ; et cum Epitaphio, in anno mortis enormiter aberrante, sed indicante quam confusa rerum eo spectantium notitia tunc esset apud loci incolas.*

EX MSS GALLICI



B

CAPUT VI.

Miracula aliqua, per S. Rosselinam post Corporis Translationem patrata.

Marchionissa Arquensis,

P*anegyricus sermo, prædicta in solennitate recitatus, impressus habetur, ut in Comm. prævio dixi, et dedicatus* D. Gabrielæ du Mas de Castellana, Marchionis *Antonii* Villanovani uxori, et Baronissæ Alemaniæ, *Vice-comitissam alius appellat, aut etiam Comitissam Alemaniæ. Laudatur ibi illa, velut* digna filia sanctissimæ matris, quæ remisso terrenis omnibus affectibus nuntio, pro Dei gloria proximorumque salute, pluribus perfuncta itineribus, variisque monasteriis fundatis, vitam Parisiis clauserit in sanctæ professionis exercitio. *Franciscus vero Villanovanus, in privata epistola, distinctius appellat* Fundatricem Capucinarum Massiliæ et Parisiis ; quæ S. Delphinæ institutum imitata, bonis omnibus sese abdicarit ; ac mendicato victitans aliquandiu, pro fatua habita C sit, et ex ipso quem fundaverat Parisiensi conventu pulsa, iterumque honorificentius recepta, ibidem exspiraverit tanta cum opinione sanctitatis, quantam Vita testatur, scripta a quodam Patre Capucino. *Hujus ergo filia Marchionissa, maternarum virtutum non minus quam titulorum heres, insigni erga* S. Rosselinam *affectu, omnino voluit ut Panegyricus supra laudatus typis excuderetur. Quomodo vero et quo successu ejusdem soror egerit, ut partem aliquam sacri corporis obtineret ; idem Franciscus, in sua epitome Gallica, sic describit, una cum mirabilibus aliis, præmissam Translationem secutis.*

sanctæ Matris digna filia,

et S. Rosselinæ valde devota,

54 Nobilis Domina Gabriela de Castellana, Vicecomes Alemaniæ, uxor Nobilis Antonii Villanovani de Bulleriis, Marchio Transii et Arcuum, venit die quodam ad visitandum S. Rosselinæ corpus, una cum nobilibus Dominabus, Anna Villanovana, Marchionis sorore, uxore D. Francisci de Roze Marchionis de Fois et Vitre : in quarum comitatu etiam venit D. Arnaldus Villanovanus, Revesti Toparcha Venerunt autem ea intentione, ut satisfacerent prædictæ Marchionissæ Annæ, desideranti particulam aliquam sancti corporis Vitræum transferre. Decreverunt autem abscindere minimum pedis sinistri digitum ; quod ut sine arbitris ipsis liceret, prætextu diuturnioris orationis istic faciendæ, rogaverunt abscedere Fratres, nihil ejusmodi suspicantes. Mox autem E ut illi recesserunt, aperta arca, aggressæ Marchionissæ sunt pium furtum exequi : et D. Arnaudus acceptis a Tranensi forficibus, digitum designatum abscidit. Tum vero obscurari subito cælum, mugire tonitrua, collucere fulmina, sic ut Arsense oppidum totum periturum videretur, et præ densitate nebulæ alter alterum videre non possent. Attonitis ad hæc cum Toparcha prænominato sororibus pias supervenit Guardianus, divina inspiratione admonitus aliquid extra ordinem communem agi ; jussitque continuo sacram Eucharistiam exponi, contra tempestatem tam formidolosam, coram Religiosis omnibus, ad deprecandum convocatis. Ad hanc orationem lucis paululum affulsit ; inventæque sunt prædictæ personæ nobiles, eodem quo fuerant dimissæ loco, non valentes pedem inde efferre. Interrogavit ergo Guardianus, quid ipsas ibi sic victas teneret ; et quod fecerant, ex earum confessione admirabundus cognovit ; ac voce gravi ; Ignoscat vobis, inquit Dominus, temeritatem istam : F si mihi concilium vestrum aperuissetis, misissem ad D. Bartholomæum de Camelin, Episcopum Forojuliensem; qui illud vobis potuisset permittere. Nunc autem absolutio Roma petenda est, interim ut abscissum digitum suo loco reponeret, Marchionissæ Vitrejensi imperavit. Illa licet continuo paruerit, non tamen impune tulit facinus : præstantiores enim ejus equi rhedarii duo perierunt, et ipsa abortum paulo post passa gemellorum duorum, vita et baptismo privatos doluit, ac mortis periculum ægre evasit : aliquanto deinde elapso tempore, Revesti Toparcha miserabiliter occisus fuit ; et Marchionissa Transensis, liberos suos amisit.

accedens ad corpus, cum sorore et fratre Marchionis,

præbet eis accommoditatem abscindendi digitum unum :

sed immobilis cum eisdem retinetur,

et omnes pœnam aliquam luunt

55 Falsi duo Fratres Observantes, natione Hispani, hospitio ad S. Catharinæ excepti, consilium inierunt, quomodo S. Rosselinæ caput in suam portarent regionem. Surgunt ergo media nocte inter horam undecimam ac duodecimam, suisque cubiculis clam egressi descenderunt in ecclesiam, cœperuntque effringere operculum arcæ, ut ipsam vi aperirent. Hæc dum tentant, apparuit Sancta domesticorum famulorum uni, nomine Petro Teneron Carlesensi, sopitoque dixit ; Vade et vide quid circa me agatur. Experrectus ille, cogitavit num forte oblitus esset pabulum equis præbere ; dum autem intra se deliberat

Caput furari conati duo Observantes Hispani,

A deliberat, incertus verane an falsa ea visio fuisset, pergitque ad stabulum; vidit per fenestram ecclesiæ lumen tantum intra capellam S. Antonii Patavini accensum, quasi si tota ecclesia arderet. Cum autem ad dictam capellam venisset, reperit ibi duos illos hospites; quorum unus bulgam apertam tenebat; alter manus intra arcam, extracturus inde Caput sanctum. Reprehensos ergo de sacrilegio tentato, abscedere corporis coegit, et de re tota Guardianum admonuit, qui vehementer increpitos dimisit, et porro firmius claudi arcam fecit. Ab illo tempore toto in credo, ut nonnihil corruptionis notetur circa labia, quasi temerario illo contactu irreverenter compressa, sicut Boni-passus Prior relatum sibi ab Observantibus asserit. Chauvetus in suis memoriis notat, simile quid tentatum a quodam Observante, ipsius Arquensis conventus incola: cui successit, ut ex eodem sacro corpore costam auferret inobservatus. Verum cum deinde Romam profectus, ipsius penes se retinendæ peteret facultatem, repulsam tulit; jussusque fuit illam consignare R. Patri Broyer, aliquo publico munere istic fungenti. *Nos anno* MDCLXI *invenimus Romæ Agentem Flandriarum, et in causa Canonizationis Martyrum Gorcomiensium Procuratorem:* is autem censuit convenire, ut Villanovanæ Carthusiæ Reliquia illa daretur, ubi etiamnum servatur: sed ita, ut ejus causa nullus eo concursus, nullum festum fiat, publice vel privatim. *Redeo ad Epitomen, et pauca quæ ibi annotantur recenseo miracula.*

Fures sacrilegi cælesti luce deteguntur

ablata nihilominus costa

cedit Carthusiæ Villanovanæ

56 D. Andreas Bayoly, cum esset in silva Taverensi territorii Callianensis in Provincia, ad obsequium suæ Majestatis; utque pro navibus ac triremibus construendis curaret scindendam materiam, et carrucarios visitaret, qui ligna subvehebant per summum dorsum rudis cujusdam invique montis; venit usque ad medium ejus, per asperas quasdam semitas et præcipitio proximas; audivitque fragorem grandis cujusdam trabis, viginti quinque pedes longæ, atque versus se recta delabentis. Hoc animadverso, fugam ille quidem cepit qua potuit, seque Deo et S. Rosselinæ commendavit. Inter ea moles illa grandis, tormentario globo citius, ad eum pervenit; itaque pertransiit, ut galeri margines laceraret, faciem læderet, per unam tibiarum apprehensum deferret ad oram præcipitii, sub quo fluvius Siagna labitur; dimisit autem eum supra vepretum quoddam, fracta tibia non minus afflictum, quam horrendo in conspectu voraginis, subtus hiantis ad profunditatem viginti lancearum. In hoc tam deplorabili statu, procul ab omni hominum præsentia, invocavit iterum S. Rosselinam, ad vocem nihilominus miseri quiritantis prodiit mulier quædam, in silva habitans; eumque consolata, quæsivit ex lignariis aliquos qui in tugurium suum deportarent prostratum. Ibi curatus cum ad sanitatem rediisset, nihil prius facere curavit, quam liberatricis suæ sacellum visitare; ubi in signum acceptæ gratiæ reliquit galerum, pluribus locis pertusum, et fulcra subaxillaria, quibus innitebatur curationis tempore.

Labentis trabis impetu

petra in præcipitem actus,

fracta vel tibia vix malo lædita sanatur.

57 D. Joannes Majolus, civis Arquensis, filiolam habebat anniculam, satis bene valentem, quam superveniens oculis dolor intra paucos dies cæcam effecit, ac cito etiam ad mortem perduxit. Mater, quæ tum decumbebat lecto, infirmitatem etiam ipsa gravem patiens, invocato Dei et S. Rosselinæ auxilio votum addidit, quod si filiam redivivam sibi adduceret Sancta, ipsam ad corporis sacri præsentiam adduceret, cum gratiarum actione debita: quod et fecit, cum vitam et visum infantula recepisset.

Puella amissis prius oculis mortua, vitam et visum recipit.

58 Forojulii pater quidam, cognitis quæ per Sanctam Deus operabatur mirabilibus, vovit filium, quem cæcum habebat, eodem deducere, atque ad sepulcrum Rosselinæ novenam Missarum dicendam curare. Quarto autem talis novenæ die, sub ipsam elevationem sacræ Hostiæ, exclamavit puer, videre se. Interrogatus porro quid videret; Video, inquit sanctissimum Sacramentum, quod digitis apprehensum tenet Sacerdos. Tum vero omnes qui aderant conclamaverunt. Miraculum: et ex illa hora perfecto visu usus puer est. D

hunc item puer cæcus.

D. Gasparo Guiraldo civi Transensi filiolus erat semestris, aut ut summum anniculus, qui cum epilepsia laboraret, et per frequentes spasmos identidem collideretur, appropinquabat ad portas mortis. Eo in statu videre filium cum non sustineret afflicta mater, proposuit ad S. Rosselinæ corpus accedere, ibique tanto malo remedium poscere, vel per sanitatem, vel per mortem etiam. Conferunt ergo ad conventum S. Catharine sese ipsa et maritus, Missamque dicendam curant in honorem Sanctæ: qua finita expiravit infantulus, prius quam transissent murum circum hortos ductum. Illi ergo domum repetere cœperunt ea intentione, ut quam primum sepeliendum curarent. Sed Deus, qui novit percutere et mederi, cito exaudivit Sanctam suam. Cumque mœsti parentes, uno ab inde leucæ quadrante, pervenissent Gabram, quod est Domini Marchionis prædium; evigilavit quasi a somno qui mortuus fuerat: exindeque valens redditus, nunquam ultra passus est morbi tam molesti incursus. E

Epilepticus ex voto parentum mortuus,

resuscitatur malo isto liber:

59 Honoratus Bovier Arquensis voverat in honorem S. Rosselinæ curandas aliquot Missas, si filiolus quem periculose ægrotare dolebat, salvus servaretur. Servatus puer cito convaluit; sed pater oblitus voti, nequidem tunc in memoriam ejus rediit, cum subito extinctum parvulum vidit, aliquanto post sanitatem receptam tempore. Graviori ictu opus, fuit ad excutiendum torporem ingratum. Uxor ejus tum gravida, fœtum enixa est, sed omnium judicio mortuum. Hoc viso recordatus primum Honoratus facti alias, nec impleri voti, ipsum contrito corde duplicavit; promittens insuper visitare corpus Sanctæ, si novæ illi creaturæ gratia vitæ baptismique contingeret. Neque frustra: risu enim inexpectato declaravit puer vivere sese, neque distulit pater votum pro eo suum explere.

votum pro filio factum implere negligens,

cogitur illud iterare in periculo uxoris abortientis:

60 Arquensis rusticus annorum circiter septuaginta, navim conscenderat, victus sibi liberisque quærendi causa; cum immensa tempestas suborta, malum rupit, gubernaculum excussit, navim ipsam allisit ad rupem. Capitaneus cum quibusdam præcipuis in cymbam insilit, ceteri qua quisque possunt salutem quærunt: solus rusticus, cum duobus aliis, manens in navi, jam largis rimis fatiscente et aquam hauriente, sociis auctor esse cœpit, ut S. Rosselinam invocarent, quam aiebat sua in patria multis succurrere. Sed visum illis importunum consilium, morte jamjam instante, nisi aliter sibi quisque consuleret. Solus ergo Sanctam invocat, et funem prope se positum videt: quo apprehenso, evasit incolumis, nesciens ipse qua ratione: veniensque ad ecclesiam S. Catharinæ, ibidem in monumentum receptæ gratiæ reliquit prædictum funem, suæ salvationis instrumentum.

servatur naufragus rusticus,

F

61 Blasius le Blanc, anno MDCLXXI, vehebatur in una navium classis Regiæ, Constantinopoli cum vento secundo egressæ; quando vehemens tempestas mari incubuit, duravitque a XV Januar., ad VI Februarii: quando illam S. Rosselina cessare fecit; ipsi se invocanti apparens. Quare Arcus veniens Blasius rei gestæ seriem ibi appendit, rithmo Gallico descriptam, in hunc fere sensum. Inter tot generosos milites et factis bellicis claros, qui magnis

et Miles in simili periculo Sanctam invocans,

vocibus

A vocibus clamabant, Succurre, o Maria, et vitam nobis in mari dona : ego dixi, O Patres, qui ad S. Catharinæ habitatis, deprecamini pro nobis S. Rosselinam : et... vota nostra eidem fecimus, ut Melitam possemus venire cum vento prospero, aliosque deinceps portus. Proficiscamur ergo, ad ipsam venerandam, atque ad demonstrandum universo populo per hoc miraculum, quanta prærogativa polleat Sancta ista apud Deum. A die XV Januarii usque ad VI Februarii sic turbata fuerunt æquora, ut cœlum nuspiam appareret serenum, ex quo digressi fueramus Zacyntho, egregia urbe et insula, ad Dominium Venetum pertinente. Nam appropinquantibus ad Dieparam de S. Lampadusa, sic inhorruit mare, ut navarchi, spem nullam in sua arte habentes, navim et vela fortunæ committerent. Hinc magni et parvi, elatis in cœlum vocibus, animas suas commendare æterno Patri, atque ut nostri misereretur orare. Tali in statu qui nos vidisset, pene mortuus ipse ex pavore fuisset. Interim ego quodam vespere, inferius ad proram constitutus, et tormento cuidam bellico insidens, dormitavi aliquantum ; visusque mihi sum puellam aspicere, totam

qui suam ac navis salutem versu vulgari celebrat.

B pulchram et splendidam, micantibus oculis, juvenili ætate, virginem denique talem, cujus speciei nihil putem posse comparari. Hujus aspectu mirabiliter recreatus, exclamavi, O S. Rosselina, miserere nostri. Ferebatur novis per vastissimos fluctus, et portum aliquem requirebat ; quando tandem vidimus montis Æthnæ flammivomum verticem, portumque Catanensem ei subjectum, ubi sub munitiones loci reducta navi, in festo Deiparæ Virginis, mitigari ventus cœpit : unde cum spe bona melioris fortunæ, navim vertimus, et intra quatuor dies appulimus Melitam ; cantantes alacriter, Te Deum laudamus, et Hymnum S. Rossellinæ, qui incipit, Ave virgo sponsa Christi. Nunc ergo quotquot desideratis navigare per mare, oranda vobis hæc Sancta est, ut opem ferat quam tulit nobis in hoc felici itinere, nos liberans a peste et naufragio :

62 *Eccum ipsummet Hymnum*

Hymnus de eadem.

Ave virgo, Sponsa Christi,
Rosselina, quæ fuisti
Monachorum Regula :
Tu virtutum gemma lucens,
Gratiarum vas renitens,
Angelorum socia.
Tu fuisti meritorum
C Plena, simul et donorum
Dei, o piissima :
Ut pretiosam margaritam
Emeres, dedisti vitam
Et bona temporalia.
Tu es rosa sine spina,
O beata Rosselina,
Conregnans in patria :
Nunc in hac necessitate
Precamur, tua pietate
Juva nos, o Domina.
Ora Christum redemptorem,
Ut det nobis post laborem
Æterna cœli gaudia.

℣. Ora pro nobis, beata Rosselina,
℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMUS.

Deus qui Beatam Rosselinam, virginitatis dono et Religiones decorasti, concede propitius ; ut omnes qui ejus implorant auxilium, salutarem petitionis suæ consequantur effectum.

D EX MSS GALLICIS

ANTIPHONA.

Sub alas protectionis tuæ confugimus, o Beata Rosselina, ut preces nostras ad conspectum Altissimi porrigas, atque in necessitatibus nostris protectione singulari defendas. ℣. Ora pro nobis S. Rosselina, ℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, qui Beatam Rosselinam, virtutibus et miraculorum privilegio, facis clarescere ; concede quæsumus, ut ejus suffragantibus meritis, nostrorum compotes facti votorum, ipsi quoque eidem associari mereamur.

63 *Accipe etiam Litanias, publice ibidem propositas in tabella altari appensa.*

Kyrie Eleison, etc.
Pater de cœlis Deus, miserere nobis, etc.
Sancta Rosselina, Ora pro nobis.
Nobilitatis decus, Ora
Lumen Monacharum, Ora
Chartusianarum norma, Ora E
Forma humilium, Ora
Virginitatis speculum, Ora
Rosa sine spina, Ora
Vas pudicitiæ, Ora
Vas fidei, Ora
Vas caritatis, Ora
Desolatorum consolatrix, Ora
Mulierum advocata, Ora
Infantium nutrix, Ora
Perpetratrix miraculorum, Ora
Debilium fulcimentum, Ora
Languentium medicina, Ora
Spei columna, Ora
Virgo sine macula, Ora
Claustrum puritatis, Ora
Christi sponsa, Ora
Officina gratiarum, Ora
Doctrina Sororum, Ora
Paradisi plantula, Ora
Lilium sine macula, Ora
Orbis regula, Ora
Cœli conopæum, Ora
Paupertatis amatrix, Ora
Angelorum socia, Ora
Patriarcharum filia; Ora
S. Brunonis digna discipula, Ora F
Imitatrix ejus humillima, Ora
Silentii custos, Ora
Margarita pretiosa, Ora
Spiritus sancti templum, Ora
Eremitarum consocia, Ora
Murorum incola, Ora
Bonorum contemptrix, Ora
Flos semper radians, Ora
Cæcorum baculus, Ora
Agnus Dei etc.

ANTIPHONA.

Salve Virgo Rosselina, Paradisi plantula ;
Rosa vere sine spina, Lilium absque macula ;
Docta Christi discipula, splendens orbis facula;
Gratiarum officina, nobilis discipula
Tu regulari doctrina, Monacharum regula,
Nunc tenes Sponso vicina, cœli tabernacula.
Felix Virgo Rosselina, esto nobis medicina,
Remove pericula ;
Et Sponsum nobis inclina, parcat ut piacula :

A Detque fruamur divina, post hæc carnis vincula, Tecum, felix Rosselina, facie per secula.

℣. Ora pro nobis. ℟. Ut digni.

OREMUS

Omnipotens sempiterne Deus, qui Beatam Rosselinam, virginem tuam, virtutum omnium redolentia mirabiliter hic fragrantem, miraculorum facis operatione clarescere; concede propitius, ejus sic nos meritis et intercessione juvari, ut piorum compotes facti votorum, a periculis omnibus eruamur, et æterna mereamur beatitudine in illius felici societate gaudere, per Christum Dominum etc. D

APPENDIX
ADDENDORUM ET MUTANDORUM
AD ACTA SANCTORUM
MENSIS JUNII
TOMO II, DIE VII.

NOT. 1 *Pag. 1 [illegible] catalogum Sanctorum:* S. Sebastiana Virgo Martyr, Heracleæ in Thracia.

Pag. 4, post catalogum Prætermissorum primo loco ponenda sunt, Commentarius de sancta Sebastiana, ejusque Acta Græco-latina. NOT. 2

B

DE S. SEBASTIANA,

E

VIRGINE MARTYRE HERACLEÆ IN THRACIA,

COMMENTARIUS PRÆVIUS

De die cultus, patria, palæstra et tempore martyrii, loco depositionis, deque Actis ipsis.

SECULO I SUB DOMITIANO.

S. Sebastiana, alia Thaumaturga,

alia martyr,

hoc die colitur;

R*ejecerat Henschenius noster, ad vitam melio-* [illegible] *Commentarium* [illegible] S. Sebastiana [illegible], [illegible] *Græcorum Menæis* [illegible]; [illegible] *tamen,* [illegible] *Sancta ista* [illegible], *an martyrio coronata. Itum, uti rejectus fuerat, impressimus ad diem VII Junii pag. 35,* [illegible] S. Sebastianæ martyris *Acta Græca,* [illegible] *Saltoriorum,* [illegible] *sancti Salvatoris* [illegible] S. [illegible] *Messanam,* [illegible] *P. Josepho Ventii,* [illegible] *Messanensis* [illegible] *Præposito, descripta* [illegible] ***Clemente Mazzulo, ejusdem cœnobii asceta, viro perhumano;*** [illegible] *commentarium de* S. Sebastiana Thaumaturga, [illegible]

C [illegible] Sancta [illegible] *a Græcis* [illegible], [illegible] S. Sebastianam martyrem [illegible] S. Sebastiana [illegible] *Martyrem* [illegible] *in Græcorum* [illegible] *die VII Junii* S. Sebastianam martyrem [illegible] Martyre [illegible] *Thaumaturga* [illegible] *die VII Julii,* [illegible] *Menæis,* [illegible] *Actis* [illegible] *martyrii* [illegible] *expressum* [illegible] *VII Julii, qua nuda* [illegible] S. Sebastiana *sive apud Græcos, sive apud Latinos.*

Martyr etiam 16 Sept. et 24 Octobr.

2 [illegible] *nostram martyrem* [illegible] *in Menæis Græcorum* [illegible] *XVI Septembris* ***per commemorationem; atque iterum*** [illegible] *XXIV Octobris* [illegible]; *item in menologio Græcorum, quod Sirletus latine vertit,* [illegible] *XVI Septembris, ex quo transiit ad eumdem diem, ejus memoria* ***in martyrologium Romanum: nihilominus*** *eumdem martyrem etiam die VII Junii cultam fuisse apud Græcos,* ***censet*** *quoque* ***Raderus*** *noster in* ***sua*** *menæorum*

Græcorum versione latina atque in suis ad illam Annotationibus, [illegible] *volumine* [illegible] *MSS.* [illegible] *Acta* [illegible] *putamus, quam ad alteram* [illegible] *primo loco* [illegible], [illegible] *conferri facilius possint cum dictis* [illegible] S. Sebastiana Thaumaturga, *et curiosus* [illegible] *discernere possit per se,* [illegible] *Sancta ista. Nostra præter Martyris titulum,* [illegible] *Virginis* [illegible] *Præterquam enim quod* [illegible], [illegible] *num. 12 Virginis* [illegible] *et Soror* Thecla *quæ* [illegible] *virgo fuit, soror tamen, non carne, sed spiritu et religione.*

3 *Natale solum Sebastianæ martyris indicatur in Actis nostris num. 10,* Sebaste; *et in menologio Sirleti* Sebaste Phrygiæ, [illegible] *provincia Asiæ minoris.* F

Patria ejus

Verum [illegible], *an* [illegible] *urbs vere ejus patria fuerit, an* Heraclea Thraciæ. *Nam num. 4 ipsa* [illegible], *a S. Paulo Apostolo,* [illegible] *Heracleam,* [illegible] *baptizatam fuisse.* [illegible] *num. 10* [illegible] *S* [illegible] *propinquus Sebastianæ tunc tempo-* [illegible] Heracleæ *in Thracia. Item num. 6 S. Paulus,* [illegible] *Marcianopoli in carcere,* [illegible] *in patriam suam abducendam* [illegible] *Heracleam Thraciæ, quæ et* [illegible] *num. 11 Sergius Præses, Marcianopoli* [illegible], *et illa in opprobrium* [illegible] *torqueretur.*

sitne Sebaste in Phrygia,

an Heraclea in Thracia?

4 [illegible] ***ad diem*** XXIV ***Octobris,*** [illegible] *Sebastianam a S. Paulo præmonitam* [illegible]; [illegible], Oportet te sanctam abire in civitatem tuam, propter confessionem Christi. *Subjungunt paulo post:* [illegible] 'Ηρακλεία [illegible] 'Ηρακλεία. Intelligens vero Sergius ex adstantibus, quod ex metropoli Heraclea esset, misit illam vinctam ad residentem illic Præsidem, *videlicet Pompanum.*

[illegible] *Heracleam, quæ patria* [illegible]

[illegible] *sliam in Macedonia collocat, allucinatione passim no-* [illegible]

[illegible] *sic proponitur:* Trajanopolim, Cypselam, Syracellam, [illegible]

[illegible] *Neque enim* [illegible]

[illegible] Hellespon- [illegible]

[illegible] ſyton: *tum hinc* [illegible]

Acta

Tempus martyrii.

A *Acta, Menæa et Menologium Sirleti, passim sub Imperatore Domitiano, qui ab anno vulgaris æræ* LXXXVIII *ad* XCVI *præsedit Romano imperio. Annum quoque indicare volunt Acta nostra, sed tam incertis terminis, ut perspicue sit, certum nihil* [illegible] *statim* [illegible] *annum* XXIII *persecutionis,* [illegible] *Domitiani, omnes ad sacrificandum* [illegible] *compellentis,* [illegible] *Sebastianæ martyr* [illegible]. *Si annus* XXIII *computetur a persecutione,* [illegible] *Neronis,* [illegible] *annum* [illegible], *a Christi nativitate* LXIV, [illegible] *annum Christi* LXXXVII, [illegible] *Domitiani* [illegible] *qui Domitiani persecutionem* [illegible] *annum* [illegible] X [illegible] XCIII [illegible] *annum martyrii S. Sebastianæ* [illegible], *Quæ mea* [illegible], *priori certa sententia, si admittatur,* [illegible] *persecutionis* [illegible] *Acta* [illegible], *reducendum foret ad annum Christi* LXX, [illegible] *capta fuit Hierosolyma per Titum; aut ad sequentem,* [illegible] *cum patre Vespasiano de Judæa capta triumphum Romæ* [illegible]. *Verum haud facile* [illegible]

B *aut annis illis* [illegible] *Vespasiani Titique imperio, persecutionis in Christianos motæ,* [illegible] *in historia.* [illegible] *sententiam* [illegible] *Actorum hac in parte,* [illegible] *contentus martyrium* ***Sebastianæ Domitiano ultimisque imperii ejus annis*** *adscripsisse.*

Acta, ut videntur, interpolata.

13 *Acta ipsa quæ damus,* [illegible] *et stylum, Metaphrastis;* [illegible] *prout nunc* [illegible]. *Non tam* [illegible] *quæ* [illegible] *manibus habuisse* [illegible] ***bus potuerit cognovisse martyrii tempus sub Domitiano;*** *et palæstram, urbem Heracleam;* [illegible] *Marcianopolim; itaque præsidentem, Sergium Justum,* [illegible] *per quas Heracleam* [illegible] *fuit martyr,* [illegible] *non omnes antiquioribus suis nominibus, et seculo Christi primo usitatis,* ***sed postmodum indictis,*** *appellentur,* [illegible] *scripta esse Acta posterioribus temporibus. Notandum quoque est, plura in illis* [illegible] *scriptoris* [illegible], [illegible] *et precationes Sanctæ,* [illegible] *in Præsides, terminis, mansuetudine Sanctorum minus dignis,*

C *concepta, aliaque,* [illegible] *passim animadvertenda. Damus* [illegible] *Acta* [illegible], *nunc primum a nobis e Græco in Latinum conversa.*

Duplex Actorum synopsis e Synaxario, et Menæis Græcorum.

Compendium vitæ.

P*riusquam Acta ipsa,* [illegible] *duplex* [illegible], [illegible] *e Synaxario* ***MS. quod olim Sirmundi nostri fuit, nunc vero in*** [illegible] *Parisiensis* [illegible] *ad diem* XVI *Septembris;* [illegible] *Menæis Græcorum* [illegible], [illegible] XXIX *Octobris* [illegible] *Latine* ***tantum. Primum sic habet:*** [illegible]

Synaxario MS

D [illegible] C. 1. ἐν Ῥόδῳ.

15 Certamen S. Sebastianæ. Hæc fuit tempore Domitiani imperatoris, oriunda e civitate Phrygiæ Sebaste, doctaque sacram Scripturam ab apostolo Paulo, comprehensa fuit Marcianopoli, dum annuntiaret Christum, a Sergio præside, ab eoque verberibus cæsa et in fornacem injecta, per Christi gratiam illæsa mansit. Post hæc venit Odyssum, inde Anchialum, porro Arcadiopolim, tandem Heracleam Thraciæ, ubi tenta a Pompeiano præside, e ligno que suspensa capite deorsum, acutis ungulis ferreis dilacerata fuit, tum leonibus in pabulum objecta; tandem omnibus istiusmodi cruciatibus superior, **gladio percussa, diminutione capitis vitam finivit:** diciturque e vulnere lac pro sanguine fluxisse. Corpus sanctæ Martyris in mare projectum, indeque divina providentia ereptum, Rhedasti a fidelibus sepultum est. *Hæc Synaxarium* [illegible] *ipso die* XVI E *Septembris, habent Menæa* [illegible] *disticho*

[illegible]
[illegible]
Sebastiana cæsa gladio cum fuit,
Manavit humor lacteus pro sanguine.

Aliud prolixius

16 *Prolixius Actorum compendium quod Menæa ad diem* XXIX *Octobris,* [illegible] *eodem disticho,* [illegible] *Latinis.* Imperante Domitiano [illegible] Marcianopoli sancta martyr Sebastiana, accusata fuit apud Sergium præsidem quod Christiana esset [illegible] et confessa se Pauli apostoli discipulam esse, [illegible] baptismum suscepisse, ac paratam pro Christo vitam profundere, [illegible] globulis plumbeis toto corpore diverberatur, et [illegible] in carcerem detruditur, in quo ei apparuit sanctus Apostolus, confortans illam his dictis: Bono animo esto, nec tristeris. Oportet enim te ob confessionem Christi [illegible] etiam [illegible] tuam. Septimo autem die, jubente Præside, educta e carcere in [illegible] luculenter accensum [illegible], ubi multo perstans tempore ab [illegible] illæsa exivit cum omnium admiratione F atque stupore. Orante autem ipsa Deum, per [illegible] e cælo [illegible] magnus cum [illegible] tonitruis ac [illegible] tempestate; quibus et [illegible] extinctus est, et multi [illegible] et Præses ipse cum reliqua turba [illegible]

e Menæis.

17 Post hæc [illegible] Præses, interrogavit: Quæ es tu? Quæ tua conditio? Quæ patria tua? Ipsa autem responsum dante nullum, cum [illegible] e metropoli Heraclea [illegible] præsidem [illegible] Angelus autem Domini, [illegible] dixit: Confide, filia Dei; oportet enim te [illegible] Pompeiano [illegible] Ubi vero Heracleam pervenit ac [illegible] est, [illegible] crudeliter dilaniari per [illegible], et cum [illegible] a corpore [illegible] unguenti odorem [illegible] ut omnes [illegible] **imperio divino** [illegible] Martyrem quidem [illegible]

18 [illegible], mihi [illegible] Postquam enim ad Martyrem accesserat

[illegible]

ACTA MARTYRII

Græco-latina auctore anonymo

Ex Cod. Græco sancti Salvatoris Ordinis S. Basilii prope Messanam.

CAPUT I.

Capta sub Domitiano imperatore Sebastiana, plumbatis cæditur.

[illegible]

2 [illegible]

3 [illegible]

[illegible]

2 [illegible]

3 [illegible]

A § Τότε ὁ Ἀντώνιος εἰσήγαγε τὴν τοῦ Χριστοῦ δούλην. [illegible]

B

5 Σέργιος ἡγεμὼν εἶπεν [illegible]

C [illegible] Θαυμάζω, πῶς λέγεις ποίων βασάνων; [illegible]

6 Σέργιος ἡγεμὼν εἶπεν, [illegible] Φλυαρεῖν μεμάθηκας. [illegible] Εὐχαριστῶ σοι, Κύριέ μου Ἰησοῦ Χριστέ, [illegible] εἰρήνη σοι.

§ Tunc introduxit Antonius Christi famulam, quam ut vidit Præses, multo decore insignem et facie rutilantem, perculsus est pulchritudine ejus, ut præ multa animi commotione vix tandem ausus sit ipsam interrogare, dixitque: Quod nomen est huic adstanti tibi? Sebastiana dixit: Christiana sum et gregis Christi [illegible]. Sergius Præses dixit: Non de dignitate tua, neque quid videaris habere, interrogavi te; sed de nomine tuo, quid voceris. Dic igitur veritatem, priusquam cruciatibus compellaris. Sebastiana dixit: terruisti me, quasi timida essem et ignava. Scito, me prima responsione mea veritatem dixisse, quia Christiana sum. Veruntamen ut ne diutius te lateat nomen meum Sebastiana vocor, indito mihi a sanctis parentibus meis tali nomine; deinde vero a sanctis Apostolis appellata sum Christiana. Sanctus quippe et gloriosus inter ceteros Apostolos Paulus, veniens in Thraciam baptizavit me, Christi Evangelium [illegible]. De cetero tu quod vis facere, fac; omnium hominum crudelissime atque impiissime tyranne. Scito tamen quod Deus meus destruet te, [illegible] Christi gregem. [illegible] Imperator, ut impiissimum sacrificium facias; veruntamen confido in Christo meo, quod et illum et te dissoluturus sit. D *EX MS INTERP.* *c* *eaque sistitur S. Sebastiana,* *S. Pauli Apostoli discipula,* E

5 Sergius Præses dixit: Laddicas [illegible] graviter cruciaberis. Sebastiana dixit: Profer [illegible] iniquitatis tuæ tormenta: ego enim festino me ipsam Christo meo sacrificium offerre et vivere in æternum. Sergius dixit: Accedant tortores [illegible] verberent globulis plumbeis *g*, ut sic cruciatus illam cogant obedire diis. Dum vero verberaretur Sancta, nullam emisit vocem, sed suavem spiravit et copiosum odorem, ut ipse Præses juberet tortores verberando supersedere; et Sancta nulla omnino parte læsa apparuit, sed oculis animoque intento contemplabatur cælum. Sergius Præses dixit, Sensisti tormenta, [illegible] *h*, an nondum? Sebastiana dixit: Quæ tormenta? Proconsul dixit, Miror quid dicas, Quæ tormenta? [illegible] subjecerim. Sebastiana dixit, Si [illegible] habes, adhibe, [illegible] gladium, profer, [illegible] Nihil enim [illegible] ut [illegible] a Deo [illegible] et [illegible] imperatoris [illegible] colunt. *quæ verberata non læditur,* *g* *h*

6 Sergius Præses dixit, Audi me, sacrifica et salvare. Sebastiana dixit, Nugari didicisti. Tibi ego consilium do, ut recedas a scelesto imperio [illegible] ne ad flammam et [illegible] Sergius præses dixit; [illegible] in carcerem, dicens: Consule tibi [illegible] Sancta Sebastiana dixit, [illegible] quod tibi [illegible] ille pater tuus. Veniet enim tempus, ut [illegible] in perditione [illegible] Sancta in carcerem, glorificavit Deum, dicens, Gratias tibi ago, Domine Jesu Christe, [illegible] et [illegible] me cum Sanctis tuis. [illegible] Domine Jesu Christe, qui [illegible] habeam [illegible] Gratias tibi ago, Domine Jesu Christe, quia nunc [illegible] Domine, conserva me, [illegible] per [illegible] Apostolum tuum, [illegible] ut merear [illegible] Ita Deus [illegible] apparuit S. Paulus, et dixit, Constans esto, [illegible] Oportet enim te [illegible] civitatem abire vinctam, dicensque, Pax tibi, recessit. *et in carcerem ducitur,* F *ubi visitatur a S. Paulo*

ANNOTATA

D

ANNOTATA.

a [illegible] non est [illegible] *Domitiano* [illegible] [illegible] 12.

b [illegible] *Holstenio, sub nomine* [illegible] 27 [illegible] 13 [illegible]

c [illegible]

d [illegible] *Sebastianam* [illegible] *Christianam*

e [illegible]

f [illegible] 609

g [illegible] 161. [illegible] Plumbata. [illegible] 7 [illegible]

h Bastiana. [illegible] *Græce enim est.* [illegible] *per aphæresin* [illegible]

B E

CAPUT II.

Disputat cum Præside, igni imposita non læditur, hunc precibus suis extinguit.

C

P[illegible] Sergius, statuit [illegible] Sanctam igni committere, [illegible]. Septimo autem die exiit Sebastiana e carcere, tamquam si prodiret e balneo, splendida vultu, totoque corpore decora. Ubi igitur denuo adducta est in forum, præsidens [illegible] tyrannus cœpit ipsam adloqui [illegible], dicens: [illegible] et sacrifica diis. Sebastiana dixit: [illegible] deorum [illegible] est? Præses dixit: [illegible] Hercules, [illegible] Juno, quæ Domina vocatur, [illegible] casta Diana. Sebastiana dixit: Jam vero [illegible] sunt? Sergius Præses dixit: Multi dii, multæ deæ, Apollo, [illegible] et reliqui omnes. Sebastiana dixit: [illegible] Præses, [illegible] dicentes [illegible] Deum esse Herculem, quem constat [illegible] Apollo autem fulmine percussus in [illegible] est, et Æsculapius præcipitatus [illegible] multi dii [illegible] sepulti [illegible] apud vos. Quapropter [illegible] ad nihil prosunt [illegible] quos et Deus meus [illegible] habet. Nihil [illegible] vestra, nihil vos [illegible]. Amentes enim estis et [illegible] jam [illegible] in æternum.

a

b

8 Sergius Præses dixit, [illegible] consentis sacrificare

E[illegible]

F

8 [illegible]

A [illegible Greek text]

C [illegible Greek text]

9 [illegible Greek text] λοῖς καὶ κινδυνεῦσαι, καὶ τὸν [illegible]

B [illegible Greek text]

10 [illegible Greek text] Κυων τυραννε υλακτων [illegible] ποιος ἐστιν; Ηρακλεια [illegible]

e [illegible Greek text]

C [illegible Greek text]

11 [illegible Greek text]

laudabiles dii? Sebastiana dixit, Demens tyranne, nescis plane quid loqueris. Quomodo laudabiles sunt, qui vulgo noscuntur mortui jacere in tenebrosa obscuritate? quibuscum et tu et assecl[æ] tui partem habetis. Ceterum prospice et confundere, tyranne, qui dæmones deos vocas. Tunc Sergius Præses, velut in furias actus, cum male feratis sociis suis constitum dedit, mandavitque, Sanctam in medio ferri caminum. Quod tyranni mandatum cum praetoriis exsecutoribus mandaretur, ligna que comportarentur ex officinis et balneis in locum supplicii, jamque accumulata essent circum Sanctas ingenti copia, jussit tyrannus succendi struem [illegible] ardenæ et flammis in altum elatis, stabat in medio Sancta, nec flamma tetigit eam. D

ex MS. Ixtemen c. 3 stansque in ardente rogo, non læditur.

9 Tum vero cœpit hoc modo loqui et orare: O Deus gloriæ, qui in cœlis habitas? o Deus, qui resides super Cherubim atque Seraphim, columna lucis, firmamentum justitiæ, velamen Angelorum, [illegible] Sanctorum, respice super me, et extingue hunc ignem quem cœpit accenderat; ut cognoscant quia tu solus es Deus, et filius tuus Jesus Christus, et sanctus Spiritus tuus in secula seculorum. Amen. Cum vero et multi circum statuam repeterent, Amen; sonus vehemens de cœlo venit, et fulgur et grando, ita ut ignis extingueretur, multique circumadstantium perderentur, et Præses ipse populusque universus fugam caperent, clamantes ac dicentes, unus est Deus Sebastianæ, et Pauli et Joannis d, qui hac in civitate prædicatus, nunc etiam per S. Sebastianam servat urbem nostram. E

et ignis ad ejus preces extinguitur.

d

10 Postquam cessavit impetus grandinis et minarum, quo multi ceciderunt infidelium, Præses denuo accersivit Sanctam, dixitque ad illam; Quæ es tu? et quid habes potestatis? quæ patria tua? In de [illegible] Respondit Sancta, et dixit illi, Tu qui [illegible] veritatis [illegible] et patriam meam quæris? Stolide ac cæce fili diaboli, vas [illegible], pelle serpentis. Sergius Præses dixit; Non cessas tu [illegible] mulier, atque revertere ad deos, neque [illegible] ut [illegible] tormentis [illegible]? Sebastiana dixit, Canis es, tyranne latrans, nil curans de timore Dei, qui tuam cruciabit animam; pollutorum [illegible], pagane [illegible] diaboli, qui a Dei ara ma non mi [illegible]. Sergius Præses dixit Procuratori Pegasio, Unde advenit hæc mulier [illegible] et cujus civitatis est? Pegasius Procurator dixit, Est civitatis Sebastes, dicta in parte [illegible]. Quæ autem in [illegible] ipsam invenerit, glorioso Paulo [illegible] ejus tertium [illegible] [illegible]. Et nunc propter [illegible] ejus devenit in [illegible] metropolitana Heracleæ [illegible]. F

Inquiritur in patriam ejus et familiam.

f

g

11 Sergius Præses dixit; [illegible] dixit? [illegible] Heracleam h, ut [illegible]. Sebastiana dixit: Non te pudet, tyranne, deum appellare deos? Sacrifica Deo qui in cœlis est. Sergius dixit, Non facio quod tu [illegible], tamen [illegible] te [illegible] mitto Heracleam, ut [illegible] tracter. Hæc [illegible] venerit, qui [illegible] Sebastiana dixit; [illegible] Sanctam [illegible] Heracleam, [illegible] quidem me faciet meo generi, [illegible] Deum. Tum Sergius Præses [illegible] ad præconem, dixit: Sebastianam e Sebaste Phrygiæ oriundam, quam Marciano [illegible] deprehendimus, et ubique magnum exercere comperimus, jussit illustre concilium nostrum [illegible] in metropolim Heracleam. Scribe igitur [illegible] Præsidis [illegible] verba. Sergius Justus, optimo Præsidi Marcianopoleos, optimo Præsidi [illegible] metropoleos Heracleæ, salutem dicit. Sebastianam [illegible], quæ deos [illegible] mandatis parere Imperatoris non vult, multis

h mittitur Heracleam.

i

A multis castigatam cruciatibus, misi ad potestatem tuam. [illegible] D

EX MS INTERPR. C. I.

ANNOTATA.

a [illegible]

B [illegible]

C [illegible]

E [illegible]

F [illegible]

CAPUT

A

D

CAPUT III.

Iter Marcianopoli Heracleam. Tormenta hic inflicta.

Ὡς δὲ [illegible] οἱ Χριστιανοὶ [illegible] [illegible]

B 13 Καὶ [illegible] Πόντον μετὰ τῶν στρατιωτῶν, [illegible]

b

c

14 [illegible]

C [illegible] μάτος λέγει οὕτως· [illegible] Ἐξεπλάγη δὲ ὁ Ἡγεμὼν [illegible]

15 Ἡ [illegible] Σεβαστιανὴ εἶπεν. [illegible]

Ubi intellexerunt Christiani, latam esse sententiam contra S. Sebastianam, convenerunt dolentes, non quia dimitteretur, sed quia virginalis coetus magistra erat, multosque in fide confirmabat. Valde igitur Fratres his dictis hortabatur illos, ut constanter tenerent fidem Christi, et perseverarent in Ecclesia ejus. Cum autem apparitores Præsidis ipsam prehenderent, posuit genua tamdiuque oravit, donec totus concuteretur locus, tremerentque apparitores cum turba circumstante, ac procedentes venerarentur Sanctam, quæ consurgens, sic locuta fuit: Deus, qui conduxisti Apostolos tuos, fac mihi quoque dux sis in via, qua procedo ad martyrium amore tui, et custodi animam meam per unigenitum tuum filium Jesum Christum et sanctum Spiritum, in secula seculorum. Amen. *Exhortata Christianos ad fidem servandam,*

13 Atque ita inde profecta est Sebastiana, columna martyrum, soror Theclæ, doctrinam Pauli Scriptura proponens, prædemonstrans vias Christi. Dum itaque iter facit Pontum versus *a* cum apparitoribus suis, venit Odyssum, ibique salutato Philea episcopo atque Electa, qui erant in catalulis, salutavit deinde et Fratres; discessitque Anchialum *d*; ubi invenit discipulum S. Pauli, Theophanium nomine, ipsumque cum Fratribus pariter salutavit. Profecta porro inde, transivit Adrianopolim et Comas, ac pervenit Arcadiopolim *f*, paucosque ibi inventos Fratres salutavit, et preces simul fuderunt: quo tempore astitit Sanctæ Angelus Domini; et dixit: Fortis esto et viriliter age, Sebastiana. Sisti namque debes Perinthi. Veruntamen noli timere, ego enim tecum una. Ut vero dies postera illuxit, Heracleam dimissa est. E *a venit Odyssum, c Anchialum, d Adrianopolim, f Arcadiopolim tandem Heracleam,*

14 Hæc postquam audiverunt Christiani, advenisse eo Sanctam, quam ex multa fama jam cupiebant videre, unanimiter statim concurrerunt omnes ipsam salutatum; quæ in ecclesiam ingressa orabat. Facta autem oratione, rogavit apparitores, sibi ut uno alteroque die indulgerent quietem, ac tertio traderent litteras suas Pompiano præsidi. Hic vero iis lectis, sequenti die sedens pro tribunali publice in delubro prope forum, accersiri jussit Sanctam. Illa vero ab Angelo, et prope tribunal adstans, dixit hoc modo: Visum mandatorum tuorum curam, cura dixisti, est meum. Obstupuit Præses visa Martyris tanta audacia, et dixit: Unde venisti tu, honestate plena et sodalis deorum? Dicito nobis. Silenter Sebastiana dixit. In occidente deum *q* regionem transgressa, ubi destruxi patrem tuum satanam, et huc veni, ut interficiam diabolum, quem tu colis. Pompianus præses dixit: Belle a principio cœpisti, malum caput, injuriis et me et nostros onerare. Ego vero tuam istam audaciam brevi compescam. *ubi Pompiano persisti offertur,* F *q*

15 S. Sebastiana dixit, virtus et fiducia Christi in me est, quapropter nihil facio comminationes tuas. Fac ergo quod collibitum tibi est. Pompianus præses dixit, Sacrifica diis, et salva te. Sebastiana dixit, Tu partem habebis cum diis tuis: ego vero possideo Deum qui in cœlis est, quique et te puniet, et deos tuos disperdet. Pompianus præses dixit: miseret me tui, considerantem, te pulchram et sapientem esse; nec possum te ante tempus subjicere tormentis. Sebastiana dixit, Poterat te tui ipsius misereri. Nunc vero te manet gehennæ ignis, nisi resipueris, et vesano deorum cultu abstinueris. Tunc iratus Pompianus, jussit ipsam suspensam *et varus ut tro utroque dictis, suspensa, testis raditur;*

A [illegible] veluti [illegible] torqueretur [illegible]

16 Interea [illegible] tyrannus, dixit, [illegible]

17 [illegible]

[illegible]

ANNOTATA.

a [illegible]

[illegible] iterum plancas exsterni, ut ibidem animalia catabuli congregata starent [illegible]

d [illegible] fluminis, cum portu. Respicit versus septemtrionem. [illegible]

e [illegible] uspiam apud geographos, tam veteres quam recentes. [illegible]

f [illegible]

g [illegible]

h [illegible]

A *statim ab ascensione Christi in cælum, Act. cap. 1, appellantur Viri Galilæi, et cap. 2, Nonne isti, qui loquuntur, Galilæi sunt? Unde postea et gentiles Christi sectatoribus idem nomen, quasi per contemptum, impegerunt.* D

EX MS. INTERPR. C 4

CAPUT IV.

Objicitur leonibus, ab iisque defensa, capitis damnatur. Corpus defertur Rhædestum.

Η [illegible] Ἀμήν.

B

19 [illegible] Ἀμήν [illegible]

b

C

20 [illegible] Ἄφες αὐτούς, τυφλοί γάρ εἰσιν. [illegible]

21 [illegible]

*Quando autem ingressa fuit stadium Sebastiana, sustulit in cælum manus, oculosque ad Deum intendens, sic oravit: Deus qui enutris me a juventute mea, qui pulchritudinem cælorum perpolisti, solem miro splendore decorasti, lunæ cursu tempora definivisti, et numerum stellarum comprehendis, temporibusque sua nomina præparasti, tu qui abscondita cognoscis et merentibus tua dona dispertiris; te Domine, oro atque obsecro, ut, ne, quæso, reprobes me, nec permittas me superari a malesano hoc Pompiano, ejusque, qui diabolus est, patre: tu qui passus non es gloriosum Danielem famulum tuum subigi a Babyloniis in lacu leonum, neque despexisti tres pueros coram impia statua constitutos; tu qui Bel subvertisti et draconem occidisti *a*, respice, Domine, e cælo sancto tuo et occlude ora belluarum, quæ in me immittendæ sunt. Atque hæc loquor, Domine, non quod doleam emigrandum mihi esse ex misera hac vita, sed ut per multa signa nunc gloria tua amplius celebretur, duræque cervicis homines ad te convertantur, omne idolum excidatur, et religiosus tui cultus inducatur, quo tibi Deo Patri honor deferatur ab omnibus, in secula seculorum. Amen

Ingressa in stadium, orat;

a

E

19 Ad hanc Sebastianæ orationem respondentibus Christianis omnibus, Amen; circumspexit tyrannus huc atque illuc, ut aliquem inter illos deprehenderet ex mag[illegible] conspicuis: sed Deo mentem ejus obtenebrante nullum dignoscere valuit. Finita igitur sanctæ Martyris precatione mandavit, in illam emitti leonem immanem, qui priusquam emitteretur, contremuerunt omnes a rugitu ejus, atque ipse etiam Præses perterrefactus est. Ubi vero aperta fuit cavea, magno impetu erumpens leo properabat ad Sebastianam; quæ conversa, ut currentem vidit, dixit ei: Quid furens properas huc ad me? Tunc respondit interroganti leo humana voce, dicens: O recens electa Christi sponsa! o decorum Dei indutal o natura sacra, desiderio Christi incensa! o germen corruptionis nescium, ex impolluta Jesu Christi vite procreata! quomodo huc venisti, famula Dei? quomodo deprehensa es, discipula Apostoli Pauli? O ministra Christi, et consors Angelorum.

atque eum immisso leone,

humano modo loquente,

F

20 Dixit ad leonem Sancta, Unde me nosti? Respondit leo, P[illegible] omni [illegible] v[illegible], nonne baptizavit te itaque in [illegible] Paulus Apostolus? Et Sancta, Nunquid tu es, qui Paulum in certamine protexisti? Respondit leo, Ego sum, qui Paulo Apostolo [illegible], quando revertebatur e Phœnicia. Nunc igitur vis ne famula Christi, hinc ut abiens disperdam [illegible] et gentilium multitudinem? At Sancta: Dimitte illos, cæci namque sunt. Et conversus leo ad turbas, sublato in altum pede dextro, dixit, Viri atque mulieres, incolæ urbis Heracleæ, [illegible] animal rationis [illegible] præditum, quod voluit [illegible] est, audite tyrannum et præsidem, qui Justinæ hanc contemnentes, quæque idola [illegible] vindicatis, et [illegible] Christi famulam oppugnatis, atque impium hunc Præsidem [illegible], convertimini [illegible] ad Creatoris fidem [illegible] venite ad veram lucem [illegible] diaboli.

multa sermocinatur;

21 Hæc audientes alii quidem [illegible] dicebant; Salve [illegible] Alii vero clamabant, veneficam esse. Leo autem multa locutus, revertit ad Sanctam, dixitque illi, Pax tibi: et continuo se ad pedes

ab eoque et accedente [illegible] custoditur,

[illegible] A pedes ejus prostravit, ibique mansit, aliasque feras in ipsam [illegible]. [illegible] Præses [illegible] leonem immitti [illegible]. Qui vero [illegible] leo, [illegible] ad pedes Sanctæ [illegible] et [illegible] Ipsa vero [illegible] ad pedes ejus inclinata, [illegible] leo ad dextram [illegible] Martyris et [illegible] ad sinistram [illegible] Sebastiana in has voces erupit: Gratias tibi ago, Domine Jesu Christe, quia non despexisti me, [illegible] tibi [illegible] laudo [illegible] æternumque [illegible] tuum, quod manet in sæcula. Tu quippe es, Domine mi Jesu Christe, [illegible] super servum tuum Danielem [illegible] tu, qui super tres pueros ignis [illegible] [illegible] ut [illegible] conteratur cor istorum hominum.

quibus in pace dimissis, 22 [illegible] precata, dixit [illegible]: [illegible] in pace, nemini nocentes. [illegible] vero [illegible] videntes [illegible] turbæ, fugerunt omnes, ita ut et Præsidem [illegible] timore, ipsumque cum sua cohorte in fugam daret, dicentem consiliariis suis: B Quid hoc [illegible] est? Et illi: Ecce quomodo magia ejus ipsas quoque feras mitigavit, et illata tormenta nihil ei noxæ attulerunt, sed omnibus superior est. Quare si præscripta Augustorum servata vis, [illegible] literate, jube mulierem gladio ferire. [illegible] igitur bestias, turbisque fuga dissipatis, dixit Sancta Fratribus Christianis: Adest finis [illegible] certaminis [illegible] pax vobis. Tum Præses misit milites, qui ipsam educerent; [illegible] invenientes in stadio, dixerunt; [illegible] Christicolis; jubet Præses te adduci. Dixit Sancta Fratribus: Deus vobiscum sit. Et addebat: Loquebar in conspectu regum et non confundebar. Pompeianus Præses dixit: Cur de [illegible] festinas mori, Sebastiana? Dixit illa: Ego mortem non quæro, sed vitam æternam.

capite damnatur, 23 His auditis, mandavit Præses legi Acta Sebastianæ, et contra illam hujusmodi sententiam publicat: Sebastianam [illegible], ut neque Imperatori, neque [illegible] velit parere; et [illegible] propter [illegible] mortis, mandavit [illegible] capite plecti. Accepta hac sententia C exivit gloriosa Martyr ad [illegible] certaminis, et [illegible] illam [illegible] qui plangebant, qui [illegible] Christo [illegible]. Quas [illegible] conversa ad [illegible] Martyr, dixit: Nolite sortem meam [illegible] et perstate in fide Domini nostri Jesu Christi. Egressa igitur urbem ad [illegible] versus, et oravit, dicens: Domine Jesu Christe, [illegible] meam; in [illegible] ad te, [illegible] viam meam [illegible] ad te, Domine Jesu, esto mihi dux in [illegible]. Ita precata, [illegible] Amen, [illegible] caput, [illegible] et vitam [illegible]. Recepta [illegible] corpus [illegible] massa [illegible] atque demergi in profundum maris.

quo peracto, illustri [illegible]

Corpus [illegible] in mare 24 Quando nautæ exceperunt sacrum corpus in navigio, turbæ Christianorum [illegible] plorantium, [illegible] vox, quæ prodibat ab ipso corpore: Nolite flere, [illegible] mea est in [illegible]. Ego præclare [illegible] a Deo, et sanctitate [illegible]. Hinc cessavit lamentatio, et solve-

d

[illegible] πρὸς τοὺς πόδας αὐτῆς, καὶ [illegible] τὰ D [illegible] τῇ [illegible]. Ὡς δὲ [illegible] Ἡγεμὼν [illegible]. Ὡς δὲ [illegible] πρὸς τοὺς πόδας τῆς Ἁγίας. Ὡς [illegible] Μάρτυρος, καὶ [illegible]. Τότε ἡ Ἁγία εἶπεν· Εὐχαριστῶ σοι, Κύριε μου Ἰησοῦ Χριστέ, ὅτι οὐκ ὑπερεῖδές με [illegible]. Εὐχαριστῶ σοι [illegible] τὸ αἰώνιον, τὸ διαμένον εἰς τοὺς αἰῶνας. Σὺ γὰρ Κύριε μου Ἰησοῦ Χριστέ, [illegible] Δανιὴλ [illegible] Ἰησοῦ Χριστέ, [illegible] Κύριέ μου Ἰησοῦ Χριστέ, [illegible] αὐτῶν καρδίαν.

22 Ὡς δὲ ταῦτα [illegible] ἡ Ὁσία, εἶπεν τοῖς θηρίοις· Ἀπέλθετε [illegible]. Ὡς δὲ εἶδον [illegible] Ἡγεμόνα [illegible] E [illegible] τὸν Σεβάστιον [illegible]. Ὡς δὲ [illegible] Ὁσία [illegible] Ἡγεμὼν [illegible] Ἡγεμὼν [illegible] Ὁσία [illegible] ὁ Θεὸς μεθ' ὑμῶν. [illegible] Ὁσία [illegible] Ἡ [illegible] εἶπεν· Τὸν θάνατον οὐ ζητῶ, ἀλλὰ ζωὴν αἰώνιον.

23 [illegible] Ἡγεμὼν [illegible] F [illegible] Μάρτυς [illegible] Ἰησοῦ Χριστοῦ [illegible]

24 [illegible] Ὁσία [illegible]

[illegible] ταῦτα,

A [illegible]

25 [illegible] Ἀμήν.

B

runt nautæ; tantaque subito fragrantia odoris in navi percepta fuit, acsi vas unguenti aromatici illatum esset; timuerentque nautæ militiam Dei cæli. Noluerunt igitur Sanctam tollere et projicere in mare. Verum allapsa denuo vox est ad illorum aures, jubens perficere quod mandatum fuerat. Perculsi voce hac nautæ, sustulerunt corpus et conjecerunt in mare, statimque massa plumbea a sacco soluta est, et Angeli tres, albis induti, exceperunt corpus, ac detulerunt ad locum, qui dicitur Rhisis, et prope abest a synagoga Hebræorum. D

EX VS INTERPR. (c.) *Vexatur ab Angelis et defertur in Rhisim,*

28 Quædam vero, Syncletica nomine, ut audivit, S. Sebastianam quiescere in Rhisis, conscendens se in navem, multa cum fide, appulit in locum, ubi erat sacrum corpus; illudque accipiens unguentis exquisitis unxit, divite vestium cultu ornavit, pretioso linteo involvit, ac reposuit in eodem pulcherrimo loco in Rhisis, in auxilium afflictorum, in portum tranquillum navigantium, in pharmacopolium ægrotorum. Talem cursum irreprehensibiliter cucurrit sancta Christi martyr Sebastiana, [illegible] opem, tutelam ac patrocinium; ut ejus meritis [illegible] in Christo Domino, cui gloria et imperium in secula seculorum. Amen.

ac decore ornatur

E

ANNOTATA.

a *Notæ sunt tres historiæ* [illegible] *ex libro Prophetiæ Danielis. Et de Daniele quidem* [illegible] *in* [illegible] *semel atque iterum* [illegible] *et servatus fuit, ex cap. 6, et 14. De tribus vero Pueris, in fornace Babylonica illæsis, ex cap. 3. Denique de idolo Bel* [illegible] *cap. 14, jam citato.*

b [illegible]

c *Hæc de leone narratio* [illegible] *Pauli et Theclæ:* [illegible] *leonis baptizati. Quod, licet* [illegible] *amore Pauli* [illegible] *Hieronymus de Script. Eccl. in Luca* [illegible] *ad Cor. 15 v. 32, ubi Paulus* [illegible] *ad bestias pugnasse* [illegible]

C

[illegible]

d [illegible]

[illegible]

successor S. Metrophanis, [illegible] *S. Pauli,* [illegible] *Acta ad diem IV et VI hujus mensis* [illegible] *Athanasii,* [illegible] *in hac Appendice seu Dissertatione* [illegible] *Benedictinorum* [illegible]

Ad acta S. Pauli Episcopi CPolitani

APPENDIX II.

DISSERTATIO.

§. I. De anno, quo Arius hæresiarcha, quo S. Alexander Ep. Constantinop. S. Pauli decessor, obierint.

Ad diem IV *hujus Junii, in S. Metrophane,* [illegible]

F

[illegible]

2 [illegible]

dicunt,

AUCTORE C. J.

A *dicunt, quod tali anno, puta,* CCCXXVIII *jam successerat Alexandro Paulus. Si quæras, quanto ante tempore aut quoto ante anno successerit, non definiunt. Sunt etiam qui se Hermantium in Athanasio simpliciter sequi fatentur, nec novæ quidquam probationis aut confirmationis afferunt; quos propterea nihil attinet seorsim nominare aut refellere.*

statuens, illi Paulum ante an 335 *jam successisse :*

3 *Rem ipsam aggredior, et quod in Metrophane supposui, quia res multæ sequela est in Historia illorum temporum, hac Dissertatione probare ac stabilire conabor, ac primum quidem adversus Valesii opinationem plane novam, existimantis, Alexandro episcopo Paulum successisse ante synodum Tyriam, quæ anno* CCCXXXV *coacta et mox Hierosolymam translata fuit; imo, si Superis placet, anno Christi* CCCXXXI. *Id vero* duobus certissimis argumentis evicturum *se promittit, altero ex epistola Athanasii ad Solitarios, ubi dicitur Paulus* a Constantino primum relegatus fuisse in Pontum; *altero ex epistola pseudosynodi Sardicensis, in qua legitur idem Paulus* in synodo Tyria, *anno* CCCXXXV, una cum reliquis episcopis subscripsisse depositioni Athanasii.

sed hoc refellitur,

4 *Ad utrumque invictissimum Valesio argumentum*
B *priusquam respondeam, suppono (quod nec Valesius negat) Paulum ordinatum esse episcopum CPolitanum post obitum Alexandri decessoris sui; et Alexandrum supervixisse aliquamdiu, postquam infelicem cum visceribus animam effudit CPoli hæresiarcha Arius. Hoc vero quando acciderit, disquirendum est. Accidisse ante synodum Tyrohierosolymitanam, ait Valesius: negamus nos, tum auctoritate Socratis, Sozomeni, Theophanis, imo et ipsius S. Athanasii, quem hac in parte plurimi facit Valesius. Scribit Theophanes pag.* 26, *prædictam synodum celebratam esse* anno XXXI magni Constantini, divino Alexandro sedem episcopalem CPoli obtinente. *Verba ejus clarissima sunt:* Ταῦτα, *nempe infamis obitus Arii, ad preces Alexandri episcopi secutus,* τῷ τριακοστῷ πρώτῳ ἔτει γέγονε τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, τοῦ θείου Ἀλεξάνδρου ἐπισκοποῦντος τὴν Κωνσταντινούπολιν. *Et paulo post:* Ἥ τε Ἀθανασίου ἐξορία, καὶ ἡ Ἀρείου κατάλυσις μετὰ τριακοστὸν ἔτος Κωνσταντίνου γέγονε καὶ μετὰ τὰ Ἐγκαίνια Ἱεροσολύμων· ὁ δὲ μέγας Ἀλέξανδρος ἔτι περιῆν. Tam exsilium Athanasii, quam interitus Arii contigerunt post tricesimum annum Constantini, et post dedicationem Hierosolymorum, superstite adhuc magno Alexandro *Episcopo CPolitano. Complectitur autem*
C *(ut et hoc claritatis causa notetur) annus* XXXI *Constantini, fere totum semestre ultimum anni* CCCXXXVI *æræ vulgaris, et semestre primum anni sequentis* CCCXXXVII, *quo et obiit Constantinus die* XXII *Maji.*

quia Alexander adhuc superfuit,

quando Arius interiit, anno 336 *exeunte,*

5 *Eamdem sententiam docet Baronius, ad annum Christi* CCCXXXVI, *Constantini* XXXI, *num.* 54 *sic scribens de infami interitu Arii, eoque spectantibus:* Quæ quidem non ante hunc annum gesta esse, sed post elapsum tricesimum imperii Constantini annum; cum ex iis quæ dicta sunt, facile potest colligi, tum etiam auctoritate Socratis comprobatur. Quamobrem errore lapsos esse constat, tam qui statim post Nicænum concilium ea accidisse putarunt, quam eos qui ante *hunc annum,* vel postea sub Constantio, vel alio quovis tempore posuerunt. Cum enim liqueat, tempore concilii Hierosolymitani, quod celebratum est ipsis tricennalibus Imperatoris, ejusdem synodi decreto Arium in Ecclesiam receptum et Alexandriam restitutum; nihil est dubii, quin ejus probrosus exitus hoc ipso CCCXXXVI, sed in ejus tamen fine, acciderit anno. Siquidem misso prius Athanasio in exsilium, et restituto Ario Alexandriam, et inde denuo CPolim revocato, atque ibi iterum causa ejus discussa; hæc oportuit contigisse; ejusdem scilicet anni exitu: nisi forte sequentis exordio, quo pariter obiit Constantinus, eum esse extinctum, magis verosimili conjectura D quis affirmandum putet. *Tum interjectis nonnullis quæ probent, Constantinum Ario non multum supervixisse, ita concludit:* Ex his sane modicum temporis spatium intercessisse videri potest inter mortem Arii atque obitum Constantini. *Hic* quippe morte præoccupatus, quod, *funesto Arii casu motus,* animo statuerat de restitutione Athanasii, perficere minime valuit. Unde, quod nuper diximus, sequenti potius anno CCCXXXVII, quam præsenti CCCXXXVI, accidisse obitum Arii possumus opinari.

aut sequente inchoato :

6 *Eadem ante Theophanem manifeste docuerunt citatus a Baronio Socrates uti et Sozomenus: prior quidem, lib.* 2 *cap.* 37 *et* 38; *Arium, a synodo Hierosolymitana absolutum,* Alexandriam reversum esse, ac totam denuo civitatem perturbasse; *ideoque* rursus CPolim evocatum ab Imperatore, præsidente tunc *illius urbis* Ecclesiæ Alexandro, qui jam pridem Metrophani successerat. *Posterior item lib.* 2, *cap. vero* 29, *his utitur verbis:* Post synodum Hierosolymitanam Arius in Ægyptum se contulit. Sed cum Alexandrina Ecclesia communicare ei renuisset, denuo venit CPolim: *ubi causam suam, coram Imperatore iterum discussam, multa mentitus, obtinuisse hominibus quidem visus est, orante vero Alexandro episcopo, scelerum suorum pœnas divinitus dedit.*

certe post synodum Tyriohierosolymitanam

E

7 *Sed mallet Valesius ex Athanasio, quem hic sibi ducem præcipue sequendum: elegit; quam e Socrate aut Sozomeno, quos in* rebus Pauli CPolitani narrandis multa peccasse *causatur; ea em doceri. Quamobrem audiamus et Athanasium. Attamen priusquærere lubet, quid peccaverint Socrates ac Sozomenus in Paulo, quod ex Athanasio emendatius dabit Valesius. Viderunt illi, æque ac ipse Valesius, scripta Athanasii et quidem magis pura, quam nunc sint, utpote qui seculo post Athanasium dumtaxat uno floruerunt. Socrates certe illa habuit et examinavit et sua inde emendavit. Id declarat ipse lib.* 2 *cap.* I; *faleturque se, Rufini historiam,* in temporum notatione longe a vero aberrantem, *in libro suo primo et secundo conscribendo secutum prius fuisse. At vero inquit;* postea cum Athanasii libros nacti essemus, in quibus ille suas calamitates deplorat, et qua ratione per calumniam ac fraudem Eusebianorum in exsilium missus fuerit, exponit: satius esse duximus, ei, qui mala ipsa perpessus esset, fidem habere quam *aliis, ideoque* necesse nobis fuit, primum ac secundum hujus operis F librum *pertingunt illi ultra mortem Pauli CPolitani)* ex integro dictare; *ac denuo correctum emittere. Hinc credibile fit, non tam multa peccasse in Paulo Socratem, atque arguit Valesius, quæ corrigi ex Athanasio nunc melius possint, quam potuerint olim, uno dumtaxat seculo post Athanasii mortem, ab homine erudito, qui data opera et diligentia incubuit in talem correctionem; aliaque monumenta illam ad rem habuerit, quæ temporis longinquitate ac voracitate absumpta, nunc amplius non extant.*

idque ostenditur etiam ex Athanasio,

8 *Audiamus modo, ad votum Valesii, Athanasium. Inserit ille Epistolæ suæ de Synodis, admodum prolixæ, tomo* I *pag.* 686, *epistolam synodicam concilii Hierosolymitani sæpe dicti, continentem tales loquendi formulas, quæ cuilibet græce scienti significabunt, Arium tempore istius concilii adhuc vixisse; quamdiu aliunde non constabit, ante mortuum fuisse. Talis formula est,* οἱ περὶ Ἄρειον, *id est, si verbotenus explices,* qui circa Arium sunt; *si vero apta latinitate dones, erunt* socii *aut* asseclæ Arii: *qui dum ipsi in vivis sunt, plerumque supponitur et illum vivere, cujus socii dicuntur esse. Athanasius certe, qui* τοὺς περὶ Εὐσέβιον *passim intelligit socios Eusebii adhuc viventis; ubi de iisdem post mortem Eusebii loquitur, fere mutat phrasim, vocatque* τοὺς Εὐσεβίου ἑταίρους, *vel* τοὺς κληρονόμους τῆς ἀσεβείας τοῦ Εὐσεβίου, *ut in Narratione de*

ejusque loquendi formulis,

A *de concilio Nicæno; et in Epistola ad Solitarios. Addi his potest, quod similes formulæ, per periphrasim, frequenter sonent Græcis illam solam personam, quæ quarto casu exprimitur. Atque ita,* οἱ περὶ Ἄρειον, οἱ ἀμφὶ Ἄρειον· *(hæc enim eodem redeunt) est* solus Arius, *uti* οἱ περὶ *vel* ἀμφὶ Σωκράτην, *simpliciter explicatur,* Socrates.

contra Valesium interpretandis

9 *Audi Joannem Scapulam linguæ Græcæ peritum utque accuratum interpretem, si quis est alius. In Lexico suo, verbo* περὶ, *ita loquitur :* Περὶ cum accusativo personæ, præcedente articulo, interdum sumitur pro eo aut iis, qui sunt circa aliquem, id est, ipsum circumstant, ut solent amici aut etiam ministri; ut, οἱ περὶ Σεβαστὸν, ministri Augusti. Interdum periphrasin facit, ut οἱ περὶ Σωκράτην, Socrates. *Neque ignoravit hos loquendi modos Valesius. Interpretatur enim ipsimet in Socrate ac Sozomeno suo istiusmodi phrases tum pro sola persona, quæ casu quarto exprimitur; tum pro illa et sociis simul. Socrates libro 2, capitis 2 initio, sic scribit :* Οἱ περὶ Εὐσέβιον τὸν Νικομηδέα, καὶ Θέογνιν Νικαίας ἐπίσκοπον. *Et simpliciter ea sic transfert Valesius;* Eusebius Nicomediensis et Theognis Nicænus *episcopus.*

B *In titulo autem istius capitis eamdem formulam ita interpretatur,* Eusebius Nicomediensis cum suis. *Item hæc Sozomeni lib. 2 cap. 29 :* οἱ ἀμφὶ τὸν Εὐσέβιον, τὸν Νικομηδείας ἐπίσκοπον Eusebius Nicomediensis episcopus et qui cum illo erant.

et ab ipso alibi sic interpretatis

10 *Dum in his Valesius illud,* τοὺς περὶ Εὐσέβιον, *explicat sive pro Eusebio solo, sive pro ipso et sociis ejus, intelligit Eusebium adhuc vivere : cur non idem intelligat, dum legit* τοὺς περὶ Ἄρειον; *certe nihil est in contextu Græco, quod aliud ibi suadeat, aliud hic. Quod si etiam demus Valesio, verba illa posse, imo et debere, accipi pro solis Arii sociis; quo pacto inde concludet, Arium jam tum fuisse mortuum? Poterat Arius vivere, et soli socii ejus recipi in communionem Ecclesiæ. Aliunde igitur prius constare mihi aut monstrari debet, Arium tunc vita functum fuisse, quando Hierosolymis Ariani in Ecclesiam recepti sunt; quam id significare mihi formula illa possit.*

sicut ab Athanasio.

11 *Verum cur hæc tam operose agimus, ubi Athanasius ipse possit videri formulam* τοὺς περὶ Ἄρειον *explicandam suscepisse, dum epistolæ synodicæ quam Hierosolymis congregati Ariani scripserant, mox subjungit hæc sua clarissima verba :* Γράφοντες, δεῖν δεχθῆναι Ἄρειον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ : Scribunt *Eusebiani,* debere recipi Arium et qui cum illo sunt. *Ubi sine ambagibus dicitur Arius debere recipi æque ac socii ejus,*

C *atque adeo concludere oportet, Arium tunc æque ac eius fuisse ac ejus socios. Non minus clare idem significant, paulo post in eadem Athanasii Epistola Eusebiani, in sua Professione fidei, quam publicarunt in concilio Antiocheno, relatam ab Athanasio :* in qua episcopi, qui in illo concilio sedebant, affirmant *fatente ipso Valesio)* se Arium ideo suscepisse in communionem, quod fidem ejus rectam esse, comperissent. *Quem susceperunt in communionem? Arium : vivumne, an mortuum? Verba Græca sunt;* αὐτὸν (Ἄρειον) προσδεξάμεθα. Arium suscepimus : *non utique umbram ejus. Addo ex Theophane pag. 25, quod Ariani in concilio Tyriohierosolymitano, postquam condemnarant absentem Athanasium,* Ario et Euzoio communicarunt, Ἀρείῳ δὲ καὶ Εὐζωΐῳ συγκοινωνήσαντες. *An et Euzoius jam tum mortuus erat?*

§ II. Objecta Valesii contra explicationem datam.

Objectio prima jam refutata,

12 *Quid quæso, ad præmissa Valesius? Multa quidem, quæ videre est libro ejus secundo Observat. in Socratem ac Sozom. cap. 2, quæque huc fere reducuntur,* quod in illa Synodica *Tyriohierosolymitana, aliisque textibus adductis supra,* non Arius ipse in communionem receptus esse dicatur, sed, οἱ περὶ τὸν Ἄρειον, id est Arii asseclæ, presbyteri scilicet et diaconi civitatis Alexandrinæ, qui Arium secuti fuerant. *Confer hæc, lector, cum productis probationibus nostris, et considera, quam nulla responsio hæc sit. Pergit ibidem Valesius :* Certe idem Athanasius, alibi de hac synodo loquens, perpetuo dicit, τοὺς περὶ Ἄρειον, et τοὺς Ἀρειανοὺς in ea susceptos fuisse. *Quid igitur? An non Athanasii verba sunt, quæ paulo ante citavi,* δεῖν δεχθῆναι Ἄρειον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ; *Dicit porro :* Ex epistola synodica concilii Jerosolymitani satis aperte colligitur, episcopos, non de Ario ipso, sed tantum de Arii gregalibus locutos esse. Scribunt enim in illa epistola, se litteras imperatoris Constantini accepisse, quibus ipsos hortabatur, ut pacem et concordiam in Ecclesia resarcirent, utque Arii sodales et sectatores placido et pacato animo susciperent; quorum rectam et sinceram esse fidem, tum viva ipsorum voce, tum libello sibi ab ipsis porrecto, cognoverat. Quem quidem libellum Constantinus suis ad synodum litteris subjecit.

D

AUCTORE C. J.

item secunda

E

13 *Sit ita; excepto tamen, quod episcopi isti,* non de Ario ipso, *sed* tantum *de gregalibus Arii locuti sint. Textus Epistolæ synodicæ græcus per se confutat talia; simpliciter dicens,* δέξασθαι τοὺς περὶ Ἄρειον. *Quod neque excludit Arium; neque significat, gregales ejus* tantum *admittendos esse : multo minus significat, Arium jam tunc fuisse mortuum. Sed sequamur Valesium. Ex præmissa positione sua infert, primo :* Quod si illic de Ario Constantinus et episcopi illi loquerentur, cur Constantinus Arium postea CPolim evocasset, ut de ejus fide inquireret, idque post Synodale judicium, et post ipsius suffragium?

tertia,

14 *Dicam. Quia Athanasius, cum suis fugiens e concilio Tyrio, pessimas Eusebianorum machinationes Constantino detexerat; qui ea de re jussit, totum concilium Hierosolymis CPolim venire, quamquam pauci tantum, iique selecti Eusebiani venerint; novisque calumniis obruentes Athanasium, instigarint Principem, ut eum exsulare Treverim jusserit. Quid miri, si cum illis citaverit etiam Arium ipsum? Ad hæc, inaudierat Imperator, Arium a synodo Alexandrinum et in Ægyptum cum suis profectum, et ab orthodoxis ibi in communionem non admissum, turbasse omnia. Quo potiori modo sedasset Imperator procinctum, quam evocando auctorem tumultuum? Tertio, ut prius viva Arianorum voce, atque etiam scripto, cognoverit Constantinus illorum, ut putabat, orthodoxiam; audiens deinde quæ facta fuerant in Synodo Tyria, merito potuit Arium denuo citare, recognoscere illius mentem, eamque ut jure jurando confirmaret, exigere.*

F

quarta,

15 *Infert ex eadem positione sua Valesius, secundo :* Cur Alexander episcopus CP. Arium post hæc in ecclesiam admittere recusasset, qui celeberrimæ synodi judicio in communionem admissus fuerat, et Imperatoris judicio comprobatus? *Quia ex Athanasio, qui e manibus conjuratorum in illa synodo vix salva vita elapsus, Constantinopolim venerat, non poterat Alexander non didicisse, quam violenter fraudulenterque ibi omnia, ad opprimendum Athanasium et orthodoxam fidem, acta essent; prout illa idem Athanasius loco non uno explicat tam in aliis scriptis suis, tum in Apologia, quæ vulgo inscribitur* secunda, *vel* contra Arianos. *Ex quibus etiam patet, quam non fuerit* celeberrima *synodus illa Tyria, uti eam Valesio lubet prædicare; sed potius* famosa *aut* famosissima, *propter conspirationem multorum; qui in illa orthodoxos circumvenire conati, sua deque verterunt omnia.*

quinta.

16 *Nondum absolvit Valesius. Dicit enim :* Athanasius testatur, se consultum fuisse a Serapione, de quadam quæstione, quæ in Ægypto orta fuerat, utrum

AUCTORE C. J.

A utrum Arius in communione et pace Ecclesiæ diem extremum obiisset. Negat id Athanasius. Quod si Arius ab Hierosolymitano concilio ad pacem et communionem Ecclesiæ admissus fuisset, numquam **profecto id negasset Athanasius, nec Serapion id** ignorare potuisset. Neque enim obscura fuit fama synodi Hierosolymitanæ; sed longe omnium celeberrima, et cum Nicæna synodo comparanda, si Eusebio credimus. *Credimus Eusebio*, celeberrimam *fuisse synodum illam, sed ratione circumstantiarum: quia evocata fuit Hierosolymam ab Imperatore ad encænia novi templi, ab ipso ædificati, illic celebranda: quia convenere ea de causa, præter evocatos e synodo Tyria, plures alii multi episcopi: quia simul celebrabantur tricennalia Constantini; et innumerabilis eodem confluxerat populorum multitudo. At vero celeberrimam, aut etiam celebrem, fuisse synodum, ratione rerum, in illa tractatarum, ad fidem orthodoxam pertinentium, neque Eusebius dicit, nec sustinere Valesius, si foret in vivis, auderet. Sed propius ad rem propositam.* Si Arius ab Hierosolymitano concilio ad pacem et communionem Ecclesiæ admissus fuisset; numquam id negasset Athanasius. *Neque vero id negavit.*

B *Negavit tantum*, in communione et pace Ecclesiæ diem extremum obiisse. *Quod sane aliud est, quam negare, ipsum* ab Hierosolymitano concilio ad pacem et communionem Ecclesiæ admissum fuisse.

sexta.

17 *Sed nondum finis Valesio afferendi tam parum apta in causa tam gravi.* Postremo, *inquit*, Athanasius in Epist. ad Serapionem, mortem Arii commemorans, ait; se quidem tunc temporis non adfuisse Constantinopoli, cum Arius e vita sublatus est; sed Macarium presbyterum, qui illic aderat, cuncta ad ipsum scripsisse. *Quid tum?* Atqui Macarius, presbyter Athanasii, fuit in urbe CPoli eo tempore, quo Eusebiani, conjuratione facta cum Meletianis adversus Athanasium, de lineæ vestis canone eum apud Constantinum imperatorem accusarunt. *Quid deinde?* Nec post id temporis Macarium illum Constantinopolim venisse legimus. *Quæro ego ex Valesio, legeritne, Macarium illum inde recessisse. Quæro, an legerit, illum post id temporis non rediisse CPolim. Quæro denique, an non potuerit Macarius CPoli diu post mansisse, aut postliminio illuc revertisse, sic ut nullus scriptorum id de Macario memoriæ prodiderit: cujus una altera vice nisi per Athanasium posteritati innotuisset, ignotissimus nunc foret totus Macarius*

C *iste. Atque hæc ad stabiliendam sententiam nostram de morte Arii, post concilium Tyrio-hierosolymitanum obita, contra opinionem Valesii, sufficiunt; quamquam non desint alia, quæ in uberiorem probationem afferri possint. Videamus nunc duo certissima argumenta, quibus Valesius præsumit, se evicturum, interiisse Arium ante prædictum concilium, ac Paulum ante illud successisse Alexandro in episcopatum CPolitanum; aut saltem vivente adhuc Constantino magno.*

§ III. Duo Valesii argumenta, quibus Paulus adstruitur ante Tyriam synodum episcopus fuisse, refelluntur.

Qui subscribunt in conciliis

Primum istorum argumentorum certissimorum, est; quia Paulus subscripsit depositioni S. Athanasii in concilio Tyrio anno CCCXXXV. *Sit ita tantisper. Ergone episcopus tunc fuit Paulus? Non magis id sequitur, quam quod episcopus fuerit Alexander CPolitanus tempore concilii Nicæni, vivente adhuc (uti hic ex dictis ad diem* IV *Junii suppono) Metrophane episcopo; pro quo interfuit concilio isti, et subscribere potuit, nondum episcopus. Uti enim Metrophanes, CPolitanus, seu potius Byzantinus tunc episcopus, præ gravi senio accedere Nicæam non potuit, ideoque pro se Alexandrum presbyterum suum eo misit: ita pariter factus deinde episcopus ejusdem urbis Alexander,*

D non sunt ipsi necessario episcopi,

præ grandæva ætate accedere Tyrum, multo longius dissitam (erat enim tunc Alexander plusquam nonagenarius) non potuerit; ideoque, pro se Paulum presbyterum suum eo miserit; atque is, sit ita vis, subscripserit depositioni Athanasii.

19 *At, inquit Valesius*, si ita est; non ipse Paulus Athanasium damnasse dicendus est, sed potius Alexander, cujus vices gerebat Paulus. Quis vero id credat de Alexandro CPolitano episcopo, eum condemnationi Athanasii subscripsisse? *Sed eadem argumentatio æqualiter commonstrat, neque Paulum (ut detur ipsum jam tum fuisse episcopum) subscripsisse. Quis enim id credat de Paulo CPolitano episcopo; eum condemnationi Athanasii subscripsisse? Quippe qui non minus acriter contra Arianos pro fide Nicæna pugnans, ab Athanasio stetit, quam Alexander: plus vero quam Alexander ea de causa passus fuit, nempe exilia, carceres, inediam, vincula, mortem ipsam. Si igitur suspicio talis subscriptionis cadere non potest in Alexandrum; neque potest in Paulum cadere.*

uti nec Alexander fuit in synodo Nicæna.

E

20 *Jam vero unde habet Valesius, Paulum concilio Tyrio interfuisse? Quia subscripsit in illo depositioni Athanasii; uti legitur in* epistola synodica Orientalium apud Sardicam episcoporum, *id est Eusebianorum, qui e Catholico Sardicensi concilio se subduxerant metu condemnationis, fugientesque Philippopolim, ibi inter se synodicam illam conceperunt, quæ ex meris mendaciis et falsis criminationibus consuta est contra orthodoxos illos episcopos, qui Eusebianis præcipue resistebant, Athanasium, Alexandrinum; Marcellum, Ancyranum; Asclepam, Gazensem; Lucium, Adrianopolitanum; Paulum, CPolitanum aliosque. In illa quippe synodica calumniantur Athanasium, quod* juxta Deum sacrilegus, propriis manibus comminuerit poculum Deo et Christo dicatum, ipsumque altare venerandum confregerit *etc.* Accusatus præterea fuerit, de injuriis, violentia, cæde, atque ipsa episcopi internecione: *Marcellum, quod* nudi ab ipso ad forum tracti fuerint presbyteri; consecratum Domini corpus, ad eorum colla suspensum, palam publiceque profanaverit; virginesque sanctissimas, Deo dicatas, publice in foro mediaque in civitate, concurrentibus populis, abstractis vestibus, horrenda fœditate nudaverit: *Asclepam, quod* altare comminuerit, multasque seditiones effecerit: *Lucium, quod sacrosanctum* sacrificium canibus projiciendum jusserit.

Paulum synodo Tyri interfuisse,

non probat synodica pseudo-sardicensis,

F

21 *Talia qui sanctis illis episcopis, Nicænæ fidei defensoribus, in catholica Sardicensi synodo laudatis, audent impingere; cur vereantur de Paulo episcopo CPolitano mentiri; quod* Athanasii depositioni interfuit, manuque propria sententiam scribens, cum ceteris eumetiam ipse damnavit? *Pejora certe de illo in eadem synodica fingunt, imputantes ei*, nefario homini ac perdito... mille homicidia, quæ altaria ipsa humano sanguine coinquinaverunt; *nec non* interfectiones fratrum extinctionesque gentilium. *Notandum præterea est, usitatum fuisse Eusebianis illorum temporum, suis mendaciis nomina orthodoxorum virorum subscribere, ad imponendum Catholicis minus cautis. Id me docet Epistola synodica concilii Alexandrini*, omnibus ubique Ecclesiæ Catholicæ episcopis *inscripta; quæ refellens crimina, Athanasio perperam objecta, sic monet sub finem rogatque Episcopos:* Ne igitur posthac illis (*Eusebianis*) aurem præbueritis, si denuo ad vos scribant contra Athanasium episcopum. Quidquid enim ab illis proficiscitur, falsum est, etiamsi nostra Ægyptiorum episcoporum nomina epistolis suis adscribant. Certum enim est, non nos eos esse, quorum nomina in scriptis subjiciunt.

ex mendaciis Eusebianorum consuta.

suis litteris Orthodoxorum nomina subscribere consuetorum.

Alterum Valesii argumentum probat,

A 22 *Alterum Valesii argumentum, quamvis et hoc certissimum putet; non probat, quod ipse per primum probare intendebat: Paulum tempore synodi Tyriæ fuisse episcopum; aut fuisse saltem vivente adhuc Constantino magno, qui paulo minus biennio post synodum illam superfuit. Desumitur illud Valesio ex Athanasii epistola ad solitarios, non procul ab initio, ubi Pauli exsilia recenset, scribentis,* Paulum a Constantino primum relegatum fuisse in Pontum. *Fateor: verum inde concludi non potest, episcopum tunc fuisse Paulum. Præter episcopos enim etiam presbyteros aliosque Ecclesiasticos temporibus illis, imperante adhuc Constantino, in exsilium deportatos fuisse, curantibus Eusebianis, certum est. Hos inter, fuerit tunc etiam Paulus, nondum episcopus. At vero* locus *iste* Athanasii, *inquit Valesius,* de Paulo adhuc presbytero, intelligi nullo modo potest. Etenim in dicta ad Solitarios epistola Athanasius omnes ab initio recenset episcopos orthodoxos *(malim credere, recensere aliquot tantum ex præcipuis Nicænæ fidei defensoribus)* quos Ariani ex suis sedibus expulerant. Ac primo quidem loco nominat Eustathium Antiochenum; deinde Eutropium, Euphrationem, Cymathium, Asclepam, Cyrum, Diodorum, Domnionem, Hellanicum, Marcellum. Postremo de Paulo ita scribit, *uti infra legemus; postquam notavero, quod illi quidem omnes erant episcopi, quando citatam Epistolam suam scripsit Athanasius; sed hic non dicit, tales fuisse omnes, quando primum exsulare jussi sunt. Certe Paulum tunc non fuisse episcopum, vel ex eo colligi videtur posse, quod postremo annumeretur loco; quem alioquin pro gradu dignitatis suæ post Antiochenum Patriarcham, ante reliquos episcopos nominari convenisset.*

vivente Constantino

B

Paulum fuisse Episcopum·

Textus Athanasii;

23 *Legamus nunc quæ scripsit Athanasius de Paulo, primum græca, postea ex versione ipsius Valesii latina.* Περὶ δὲ Παύλου, τοῦ τῆς Κωνσταντίνου πόλεως ἐπισκόπου, νομίζω μηδένα ἀγνοεῖν. Ὅσῳ γὰρ ἐπιφανὴς ἡ πόλις, τοσούτῳ καὶ τὸ γενόμενον οὐ κέκρυπται. Καὶ κατὰ τούτου τοίνυν πρόφασις ἐπλάσθη. καὶ γὰρ ὁ κατηγορήσας αὐτοῦ Μακεδόνιος, ὁ νῦν Ἐπίσκοπος ἀντ' αὐτοῦ γενόμενος, παρόντων ἡμῶν κατὰ τὴν κατηγορίαν, κεκοινώνηκεν αὐτῷ, καὶ πρεσβύτερος ἦν ὑπ' αὐτὸν τὸν Παῦλον. Καὶ ὅμως, ἐπειδὴ Εὐσέβιος ἐπ' ὀφθαλμία θέλων ἁρπάσαι τὴν ἐπισκοπὴν τῆς πόλεως (οὕτω γὰρ καὶ ἀπὸ Βηρυτοῦ εἰς τὴν Νικομήδειαν μετῆλθεν) ἔμεινεν πρόφασις κατὰ Παύλου· καὶ οὐκ ἠμέλησαν τῆς ἐπιβουλῆς, ἀλλ' ἐπέμειναν διαβάλλοντες. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον εἰς τὸν Πόντον ἐξωρίσθη ὑπὸ Κωνσταντίνου. (*Hactenus dicta, citantur a*

C *Valesio; quæ subjicio, sequuntur apud Athanasium)* τὸ δὲ δεύτερον παρὰ Κωνσταντίου, δέσμιος ἁλύσεσι σιδηραῖς, εἰς Σίγγαρα τῆς Μεσοποταμίας ἐξωρίσθη· καὶ ἐκεῖθεν εἰς τὴν Ἔμισαν μετηνέχθη· καὶ τὸ τέταρτον εἰς Κουκουσὸν τῆς Καππαδοκίας περὶ τὰ ἔρημα τοῦ Ταύρου.

interpretatio Valesii,

cui nullum inde subsidium,

24 » De Paulo CPolitano episcopo, neminem arbitror ignotum esse. Quanto enim clarior civitas, » tanto minus factum celari potuit. Etiam huic quoque crimen objectum est: idque falsum fuisse, » vel inde colligas, quod qui illum reum fecit Macedonius (qui nunc illius loco episcopus est ordinatus) nobis in ea accusatione præsentibus, cum » reo suo, cujus presbyter erat, communicavit. Sed » quoniam Eusebius illuc oculos suæ cupiditatis » adjecerat, episcopatum illius urbis rapere festinans (eodem enim modo a Beryto transiit Nicomediam), mansit nihilominus criminatio adversus » Paulum: nec ab insidiis destiterunt *Eusebiani;* » sed perseverarunt in calumniando. Et primum » quidem a Constantino in Pontum relegatus est. » *Paulus. (Hic desinit interpretatio Valesii: sequitur autem apud Athanasium)* » Secundum, a Constantio, ferreis catenis vinctus, in Singara urbem » Mesopotamiæ deportatus fuit; indeque translatus » est Emesam; ac tandem quartum, Cucusum, Cappadociæ urbem, circa Tauri montis deserta. » D

AUCTOR C. I. si duo distinguat membra:

25 *Hic velim notari, præmissum Athanasii contextum in duo membra partiendum, quæ omnino disparata sunt. Primum continet accusationem Paulo intentatam a Macedonio, aliorum deinde suggestione continuatam. Alterum enumerat ordine exsilia Pauli, nullo respectu ad prædictas accusationes: neque verbulum habet, quod innuat, cui potissimum exsilio illæ causam dederint, primone, sub Constantino; an alteri, sub Constantio. Quod primum primo loco ponatur, id ordo temporis requirit; non, accusatio Macedonii; quasi ea præcesserit exsilium primum; quod falsum esse deprehenditur, ubi annus, quo sedem Paulus episcopalem conscendit, fixus fuerit. His observatis, nescio quid Valesius in rem suam e citatis Athanasii verbis eruere possit. Audiamus ipsum, ita concludentem:* Ex hoc loco, manifeste, *inquit,* colligitur, Paulum jam tum episcopum fuisse, cum a Macedonio accusatus est impulsu Nicomediensis Eusebii. Id autem factum esse regnante adhuc Constantino magno, docet ipse Athanasius; cum ait, se tum præsentem fuisse CPoli. Atqui Athanasius non nisi post synodum Tyri venit CPolim, cum se factione inimicorum in consilio illo opprimi videret: nec post id temporis CPolim venit, Eusebio Nicomediensi superstite. E

nec probat quod præsumit.

26 *Ita Valesius: cui pleraque conclusionis suæ concedo vera esse; atque etiam illud, quod Paulus jam tum episcopus fuerit, cum a Macedonio accusatus est impulsu Eusebii Nicomediensis episcopi, præsente Athanasio. At vero quod ipse Athanasius (aut alius quivis) doceat, id factum esse regnante adhuc Constantino magno, nec mihi verum est, nec probare Valesius potest. Nam quod Athanasius, tum præsens fuit CPoli, quando Macedonius Paulum accusavit; non significat; nec inferri inde potest; Constantinum magnum tum etiam imperasse. Imo vero inquit Valesius; quia imperante adhuc Constantino Athanasius venit CPolim post synodum Tyriam,* nec post id temporis eo venit, Eusebio Nicomediensi superstite. *Atqui hoc ipsum est quod credere nequeo, et probari velim. Inquies: Nusquam legitur illum eo revertisse. Inquam ego, nusquam etiam legitur, illum eo non revertisse. Quanta ab illo tempore, quo post concilium Tyrium CPolim venit, usque ad Eusebii obitum, gessit Athanasius, quæ a nullo scriptore, litteris consignata sunt! Potest interim ab exsilio Trevirensi, post mortem Constantini Magni, revertens Alexandriam, transisse CPoli: idque reipsa factum esse anno* CCCXXXVIII, *opinantur viri graves. Nos putamus, ex sententia nostra necessario consequi, Athanasium anno* CCCXL *CPoli præsentem fuisse. Atque hæc sufficiant ad argumenta Valesii, quantumvis et certissima sint, infirmanda. Quid adferant pro determinando stabiliendoque anno creationis Paulinæ illi, qui Athanasium anno* CCCXXXVIII *CPolim reducunt, præsentemque tunc in accusatione Macedoniana fuisse autumant, inspiciamus.* F

§. IV. De Hermantii et ejus sequacium sententia.

Inter plures quæstiones de anno,

Ad clariorem indicatæ sententiæ cognitionem, juvabit notare, plures hic agitari quæstiones chronologicas, quæ aliquam habent connexionem inter se. Primaria est de anno, quo Alexander episcopus CPolitanus mortuus sit, eique successerit Paulus. Altera inquirit in tempus, quo S. Athanasius CPoli coram audivit accusari Paulum episcopum a suo presbytero Macedonio. Tertia spectat annum, quo synodus Alexandrina episcoporum ferme centum congregata fuit in causa Athanasii, pro illoque præclaram conscripsit apologiam. Quartam adde super anno, quo Julius Papa synodum Romæ tenuit in causa

AUCTORE C. I. quo Paulus Alexandro successit in episcopatu CPolitano.

A causa ejusdem Athanasii. Quæstiones hæc ita dependent aliæ ab aliis, ut ex unius præsertim primariæ certa decisione, atque epochæ ejus definitione, reliquarum epochæ firmari quoquo modo posse videantur. Sed talis definitio, hic opus et labor est. Interim pro nulla omnium quæstione auctoritas directa majorque militat, quam pro primaria, de obitu Alexandri, quem dixi a Socrate, Sozomeno et aliis diserte affigi anno CCCXL. Verum istorum auctoritatem nihili hac parte faciunt deseruntque, non tantum Valesius, sed omnes illi quoque, qui Hermantium sequuntur, affigentes præsentiam Athanasii in accusatione Macedonii contra Paulum, jam tum ut putant episcopum, anno CCCXXXVIII.

Putamus nos, anno 340:

28 Magni equidem facio eruditionem et auctoritatem ita opinantium; non tamen tanti ut assentiar. Annum, quo obiit Alexander et successit Paulus, definiunt CCCXL, Socrates, ut jam dixi, postquam scripta Athanasii nactus, inde Historiam suam correxit; item Sozomenus et alii recentiores multi cum Baronio. Illo posito, consequitur, Athanasium ante illud tempus accusationem Macedonii contra Paulum episcopum Constantinopoli audire non potuisse : et reliquæ quæstiones, isti chronologiæ nostræ non difficulter accommodabuntur. Qui statuunt, Athanasium anno CCCXXXVIII Con- B stantinopoli interfuisse accusationi sæpe dictæ, aliud argumenti non habent, quam quod is illo anno rediens ab exsilio Trevirensi Alexandriam, potuerit CPoli transiisse, et accusationi illic tunc adfuisse : nec sibi apparere dicunt, quo alio tempore id factum esse possit. Ex hac sententia, in solis conjecturis (nemo enim unus scriptor idoneus id asserit) fundata, inferunt Paulum tunc episcopum CPolitanum extitisse.

opinantur alii ex meris conjecturis, ante annum 338.

29 Nos ut conjecturis aliquid demus, quamvis probari aliunde non possint, supponamus transiisse tunc CPoli Athanasium : sed simul quærere liceat, num illic tunc etiam præsens fuit Paulus. Scimus, Paulum æque ac Athanasium Constantini Magni jussu CPoli in exsilium abiisse, alterum in Gallias, alterum in Pontum. Scimus item, sub annum CCCXXXVIII rediisse Athanasium ab exsilio suo, nescimus id de Paulo nominatim; et si rediit etiam, nescimus tamen priorne an posterior Athanasio CPolim venerit. Ubi evicerint istius sententiæ assertores, prius Athanasio CPolim venisse Paulum, aut illum ibi invenisse; quæram porro; unde ipsis constet, Paulum tunc fuisse episcopum; quem plures cum Socrate et Sozomeno statuunt, ad illam dignitatem promotum non fuisse ante consula- C tum Acindyni atque Proculi, seu annum Christi CCCXL. Nullum, opinor, asserti sui testem antiquum proferent : atque adeo, ut concederentur ipsis prædicta omnia; quæstio quæ vertitur, eodem adhuc loco esset; quo nempe anno Paulus suum orsus sit episcopatum. Possent secundum præmissas conjecturas suas, dicere, anno CCCXXXVIII præsente Athanasio CPoli, omnino fuisse episcopum, quia Macedonius accusabat episcopum non presbyterum tantum : et eodem tempore cum eodem suo episcopo communicabat.

Quando Paulus primum cœperit exsulare

30 Verum scire amabo, quando primum Paulus in exsilium missus fuit, et quando cœpit episcopus esse? Post concilium Tyrium scitur, Athanasium CPolim venisse et a conciliabulo Eusebianorum illic mox coacto, suggestum esse Constantino, ut quem illi medio tolli cupiebant, saltem deportari in exsilium juberet. Quid si eodem tempore Paulus quoque debuerit exsulare in Pontum? Jam tum enim Eusebianis suspectus fuerit, tamquam defensor Nicænæ fidei, et fidelis magni Alexandri, CPolitani tunc episcopi eamdem fidem propugnantis, discipulus, populoque orthodoxo carus; quem propterea timere poterant, ne Alexandro, jam seni, in episcopatu, quem animo suo sibi designabat Eusebius, brevi succederet. Certe nisi occasione hujus conciliabuli Paulus, a Constantino magno missus in Pontum sit; discere cupio, quo alio tempore prudenter credi possit, missum fuisse. Non enim solebat Constantinus ignomi- D nia aut pœna afficere presbyteros, saltem in quæstione fidei, nisi de consilio episcoporum : hi autem deinceps usque ad mortem Constantini non sciuntur coram ipso aut alibi, saltem hac super causa congregati fuisse. Si tamen tardius proscriptum velis Paulum, non obsto. Dic modo quando? Taces? Si ante obitum Alexandri episcopi proscriptus fuit, non potest tunc episcopus fuisse. Si post obitum ejus; designa tempus, quo obierit ipse Alexander : quod æque difficile est in illorum sententia; atque est designare principium episcopatus Pauli. Nos utrumque remittimus ad annum CCCXL.

quando episcopus esse?

Num anno 336?

31 Sed insistamus opinionibus Hermantii, quem nonnulli sequuntur, dicentis in vita S. Athanasii, libro 4, initio cap. 21. Cogimur mortem Alexandri componere cum hoc anno CCCXXXVI, et exitu Augusti, quoniam Græci ejus festum agunt die XXX et Latini XXVIII istius mensis. Sed hi dies ad determinandum obitus annum certum, nihil faciunt. Valeat tamen Hermantio tantisper sua ista opinatio, tametsi testem non habeat; Paulum eodem anno mox creatum Alexandri loco fuisse episcopum (utique tamen non absque scitu et consensu Constantini) et ab eodem Constantino paulo post jussum esse exsulare in Pontum. At vero quis credat, sagacissimum juxta ac religiosissimum imperato- E rem, fraudes hæreticorum in probroso Arii interitu paulo ante obitum Alexandri probe doctum, indeque animo suo constituentem revocare ab exsilio Athanasium : octo mensium spatio, quibus Alexandro episcopo in illa opinione supervixit; Paulum, tota urbe gratiosum orthodoxumque presbyterum, et creasse episcopum, et amandasse mox in exsilium, nullo hujus rei mentionem faciente, nullo ordinationem episcopalem Pauli, pro hoc tempore, aut causam subitanei exsilii exsiliumve ipsum prodente? Quamobrem fuerit exsul sub Constantino Paulus, quocumque vis tempore, sed presbyter tantum ordinatus, non episcopus. Certe exsulem sub Constantino fuisse, prodit Athanasius.

Id improbabile,

32 Concedamus assertoribus illis adhuc plusculum, et audiamus Hermantium denuo dictæ sententiæ (ita puto) principem. In elucidationibus ad vitam S. Athanasii lib. 4. cap. 21, scribit sua lingua hoc sensu : Id quod nos cogit affigere mortem S. Alexandri, episcopi CPolitani, anno CCCXXXVI, non tam est auctoritas Theodoreti, qui illam vivente Constantino accidisse ponit; quam S. Athanasii, docentis, S. Paulum, Alexandri successorem, in exsilium Ponticum ab Constantino magno missum fuisse, rogatu F Eusebii, ambientis thronum Ecclesiæ CPolitanæ. Pace Hermantii; non ait Athanasius, Paulum tunc, quando primum adiit exsilium Constantini mandato, successorem Alexandri fuisse. Absolute tamquam novam periodum ordiens ad enumerandas Pauli calamitates, ait; exsulasse illum sub Constantino, neque asserens, episcopum fuisse tunc, neque negans. Nominavit ipsum quidem in præcedenti contextu suo episcopum, non tamen quia talis erat quando exsulabat sub Constantino; sed quia talis erat, quando reliqua subivit exsilia, et præviam ad illa Macedonii accusationem; fueratque talis, quando isthæc scribebat Athanasius, diu post mortem Pauli.

et non asseritur ab Athanasio,

33 Ceterum cum præcipua ratio affigendi obitum Alexandri anno CCCXXXVI, Hermantio, uti et sequacibus sit textus Athanasii de exsilio Pauli sub Constantino, in quod deportatum fuisse putant, contra ac nos opinamur, jam tum episcopum creatum; inspiciamus penitius textum illum, supra græce et latine productum. Scribit ibi Athanasius in primo membro, se CPoli præsentem fuisse, quando Macedonius accusavit Paulum, et Paulum tunc fuisse episcopum. Tum sic orditur membrum secundum, sine ordine aut respectu, ut ego quidem existimo, ad prædictam accusationem. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον εἰς τὸν πόντον ἐξωρίσθη ὑπὸ Κωνσταντίνου. Et primum

nec eruitur e contextu

ejus post st;

A primum quidem relegatus fuit in Pontum a Constantino *Paulus. Quæro, priusne relegatus fuerit quam contra illum suam instituit accusationem Macedonius; an postea? Utique postea, inquiet Valesius; et recte secundum principia sua. Ponit enim, ut vidimus, paulo post synodum Tyriam, præsente Athanasio CPoli, factam esse accusationem, et hanc Constantino causam dedisse relegandi Paulum. Quibus positis, recte concluderetur, Paulum tunc fuisse episcopum. Sed refellitur, quia tunc vivebat adhuc hæresiarcha Arius, atque adeo et episcopus Alexander, Pauli decessor. Et hac præcipue de causa sub hoc ipsum tempus, quo accusatio ejus, tamquam episcopi, contigisse prætenditur: ipsaque adeo accusatio pro hoc tempore, etiam ex hoc capite convincitur nulla fuisse.*

quem aliqui videntes sibi non favere, 34 *Tillemontius post Hermantium, sustinet quidem cum Valesio, e textu Athanasii male intellecto, Paulum sub Constantino fuisse episcopum: dissentit vero ab eodem, quatenus ille episcopatum Pauli adducit ad annum* CCCXXXV, *ratus non posse Athanasium alio tempore accusationi Macedonianæ contra Paulum episcopum interfuisse; quia, inquit,* post id temporis CPolim non venit Eusebio Nicomediensi superstite. *Negat*
B *id Tillemontius, et tempus invenisse putat, quo redierit Athanasius e Gallis CPolim superstite Eusebio, sæpe dicto anno* CCCXXXVIII; *et quo communicantem cum Paulo episcopo suo Macedonium viderit. Verum amplius aliquid affirmat Athanasius: non tantum, se vidisse illos inter sese communicantes, sed accusationi quoque eodem tempore Macedonii contra episcopum suum Paulum interfuisse.* Παρόντων ἡμῶν κατὰ τὴν κατηγορίαν, κεκοινώνηκεν αὐτῷ. Præsentibus nobis in ipsa accusatione communicavit Macedonius Paulo.

mutandum frustra putant: 35 *Hæret hic Tillemontius, atque ut citatum textum accommodet opinioni suæ, censet cum Hermantio mutandum esse: et pro* κατὰ τὴν κατηγορίαν in ipsa accusatione, *reponendum esse,* μετὰ, post ipsam accusationem. *Sed cum id faciat nulla auctoritate, contra fidem codicum omnium, tam impressorum, quam manuscriptorum, nec rationem idoneam ad id suadendum afferat; quivis facile intelliget; id excogitatum pro libitu esse, ad fulciendam male sartam opinionem de episcopatu CPolitano Pauli, tempore Constantini magni ante suscepto, quam ab eodem mitteretur in exsilium. Dixi,* idoneam *textum mutandi rationem non afferre Tillemontium. Talis enim non est; quod* modus procedendi extraordinarius fuisset Paulo et Macedonio, si simul communicassent sacris Mysteriis, dum alter
C alterum publice denuntiabat. Neque id facile, *inquit,* persuadebitur illis, qui norunt, quo modo temporibus istis procederetur. *Fuerit modus ille procedendi extraordinarius; idipsum innuit quoque Athanasius: scivit tamen coram ex visu et auditu, sic factum esse; et affirmanti ei taliter cognita, nemo prudens, quantamvis illorum temporum notitiam habeat, fidem negabit. Perrexerit communicare cum Paulo suo Macedonius, dicam id fecisse, quod accusationem afferret magis e suggestione ac voluntate Eusebianorum, quam sua; sciretque* fictam *esse uti indicat Athanasius,* πρόφασις ἐπιτήδεια.

nec Philostorgius aut Theodoretus 36 *Citant etiam ad ostendendum, imperante Constantino Alexandrum obiisse, tam Tillemontius quam Valesius, auctoritatem Philostorgii ac Theodoreti: dubito an serio. Tillemontius certe, ubi notasset Alexandri mortem a Theodoreto anteverti Dedicationi CPoleos et anno Christi nati* CCCXXX, *judicat illum* necessario hac parte (*dico ego,* et ex toto) deserendum esse. *Quid enim illi hic fidas, qui libri sui primi cap.* 19, *unde argumentum desumptum est, tantam rerum gestarum temporumque ignorantiam prodit, ut Eusebium*
hic audiendi sunt. *Nicomediensem, nulla Pauli facta mentione, successorem Alexandro faciat imperante adhuc Constantino? Eadem ignorantia laboravit Philostorgius, eumdem Eusebium Alexandro, prætermisso Paulo, substituens;* D
homo pessime Arianus atque impius mendaciorum artifex, *uti illum Photius Patriarcha CPolitanus, scripta ejus recensens, non veretur nominare; teste ipso Valesio, Photium citante.* AUCTORE C. S.

§ V. De tempore quo celebratum sit concilium Alexandrinum in causa Athanasii. Quo item Antiochenum.

Difficultates objectæ. Q*uæ contra stabilitam in præmissis sententiam de obitu Alexandri, et successione Pauli in episcopatum sub consulatu Acyndini et Proculi, anno æræ vulgaris* CCCXL, *objiciuntur ex rebus ante istum annum gestis: crediderim sufficienter diluta esse. Videndum nunc, an eadem sententia cum gestis sub hoc ipsum tempus aut deinceps conciliari possit. Varia occurrunt quæ difficultatem moveant. Dicent enim aliter sentientes; Ubi nunc invenias tempus, quo Athanasius interfuit accusationi Macedonianæ CPoli contra Paulum episcopum? Quo tempore colloces synodum, in causa Athanasii Alexandriæ celebratam; quam Baronius et plerique scriptores alii collocant anno* CCCXXXIX: *in cujus epistola encyclica mentio fit Eusebii Nicomediensis, jam tum ad sedem CPolitanam promoti? Quo item tempore colloces concilium, in eadem causa Athanasii Romanum, sub Julio Papa?* E

Accusatur Paulus a Macedonio an. 340; 38 *Ad primam difficultatem respondeo, non esse quod tempus accusationis prædictæ diu et operose quæram, aut per conjecturas, ut ipsi, indagem. Stabilito enim prius anno electionis Pauli in episcopum, per legitimam conclusionem infero, id hoc ipso anno* CCCXL, *non diu post creationem Pauli, certe priusquam Eusebius Nicomediensis in sedem CPolitanam intrusus est, accidisse. Et hoc inficiari nemo potest in supposito, nisi qui Athanasium ausit mendacii errorisve arguere in affirmando id, quod ipse vigilans vidit, audivit, scripsit. Quid moverit Athanasium sub hoc tempus CPolim venire quid rei egerit, quo et quando abierit, frustra quis inquiret aut declaratum volet. Plura hac de re non prodit Athanasius, quam quod præsens vidit audivitque accusationem Macedonii contra Paulum, et utriusque inter se in officiis divinis communicationem. Atque illa ejus præsentia intercessisse debet (et potuit) inter electionem Pauli et celebrationem synodi Alexandrinæ; imo ante intrusionem Eusebii in locum Pauli anno* CCCXL. *Porro qui cum Hermantio ac Tillemontio docent, Athanasium per hæc tempora bis profectionem instituisse Alexandria* F
Romam, et primam quidem exeunte anno CCCXXXIX (*quamvis opinentur, anno* CCCXXXVIII *Athanasium sæpius dictæ accusationi Macedonianæ interfuisset) fateri certe debent, non defuisse ei tempus, quo minus anno* CCCXL *potuerit interesse.*

eodem celebratur synodus Alexandrina, 39 *Tillemontius in S. Pauli vitam sic commentatur pag.* 697, *Nota* I: Socrates et Sozomenus collocant depositionem S. Pauli, *scilicet jam episcopi,* post cædem Constantini junioris, id est anno CCCXL. Verumtamen pro certo tenendum est, quod Eusebius sedem CPolitanam jam occupasset ante celebrationem concilii Alexandrini: quam nemo posteriorem facit anno CCCXXXIX. *Legit fortasse Tillemontius vitam S. Athanasii, præmissam a Benedictinis S. Mauri postremæ editioni operum ejus, cognovitque, illos concilium prædictum non tantum affigere anno* CCCXL, *verum etiam causari longinquitatem itinerum aliaque Athanasii, a reditu e Galliis usque ad concilium illud gesta; quo minus putent, celebrari citius potuisse. Fortius id concluditur secundum nos, qui probavimus, Paulum anno* CCCXL, *non prius, obtinuisse episcopatum; et scimus ex Athanasio, episcopum fuisse, quando accusatus a Macedonio fuit. Ex quo consequitur, ante annum istum nec episcopatum CPolitanum habuisse Eusebium, nec celebratam esse synodum Alexandrinam, in qua de*

episcopatu

AUCTORE C. I.

A episcopatu Eusebii CPolitano mentio fit. Conjecturæ, quas habet Tillemontius ad firmandam opinionem suam, leviusculæ sunt, et pleræque nihil officiunt sententiæ nostræ. Nam quod prius celebrata videatur synodus Alexandrina, quam Athanasius a Julio Papa Romam vocatus sit, quodque Pontifex ante synodi Romanæ indictionem multorum testimonia de innocentia Athanasii acceperit; parque ecclesiæ Alexandriæ nondum ab Eusebianis post reditum Athanasii turbata fuerit: Hæc, inquam, omnia æque conciliantur cum nostra sententia quam cum Tillemontiana, et quidem accommodatius.

anno sequenti Antiochena

40 Concilio Alexandrino successit Antiochenum. Hoc in Encæniis seu dedicatione templi, Dominicum aureum appellati, jussu Constantii imperatoris, Eusebio, tunc episcopo CPolitano suadente, convocatum, nulla dubitatio est, quin Marcellino et Probino Coss. anno CCCXLI celebratum sit, et quidem prope ab initio ejus coeptum. In illo quippe a factione Eusebianorum constitutus est episcopus Alexandrinus, loco Athanasii, Gregorius quidam (non Georgius. Hic enim ad posteriora tempora et secundam Athanasii fugam referendus est) qui Antiochia cum armato milite Alexandriam pervenit paulo ante Pascha ejusdem anni, quando, vel sub Gregorii adventum, vel paulo post sub festa Paschalia Athanasius Romam navigavit perveniique : ac, teste B Julio Pontifice, permansit annum et menses sex, expectans adventum vestrum (alloquitur Eusebianos) aut volentium venire. Παρέμεινεν ἐνιαυτὸν καὶ ἓξ μῆνας, ἐκδεχόμενος τὴν παρουσίαν ὑμῶν, ἢ τῶν βουλομένων ἐλθεῖν.

Athanasius Romam certo profectus est an. 341,

41 Hæc profectio Athanasii Alexandria Romam, pro hoc tempore, certa est, ipsomet assertore. Atque hinc commoratio ejus Romana, quam Julius XVIII mensium periodo circumscribit, auspicanda venit, non a profectione, quam anno CCCXXXIX ipsum suscepisse Romam, totoque propemodum anno sequenti commoratum ibidem fuisse, adstruunt post Hermantium alii cum Tillemontio, nulla (ut mihi quidem apparet) alia de causa, quam ut sic inveniant XVIII mensium commorationem Athanasii Romæ. Neque tamen vel sic inveniunt commorationem ejus ibi continuatam, sed interruptam per plures menses, quibus Roma redire Alexandriam, ibi aliquamdiu manere, ac denuo sub Pascha anni CCCXLI reverti Romam potuerit Athanasius. Sed textus Julii talia commenta non debet admittere. Simpliciter sonat, XVIII menses commoratum Romæ Athanasium fuisse, expectantem adventum Eusebianorum : C et simpliciter id intelligendum est de commoratione continuata. Quid enim? si quo tempore Athanasius redierat Alexandriam, Eusebiani, qui tunc præcipue expectabantur Romam adventuri, etiam venissent : nonne dictitassent, illusum sibi esse a Julio Papa? certe jactassent Athanasium, rebus suis diffisum, Patrum, a quibus fuerat damnatus, adventum fuga prævertisse. Quæ ubi prævidere acumine suo Athanasius, secutura fuisse ex absentia sua; ita ipsum monere prudentia sua debuit, ut ne discederet tunc Roma.

non item an. 339;

42 Inepte igitur dispertiunt illi commorationem Athanasii, qua de agimus, in duas diversas; atque ineptius alteram inchoant anno CCCXXXIX, et continuant sequenti. Quomodo enim anno illo expectaverit Romæ Athanasius adventum Eusebianorum, quando non modo nondum erat indictum concilium; sed neque Romam tum vocati erant per litteras Julii, sive Athanasius ipse, sive Eusebiani? Quomodo item adventum Athanasii pro illo tempore Romam, conciliés cum hocce Julii in epistola ad Orientales effato? καὶ γὰρ οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ ἐπιδεδήμηκεν, ἀλλὰ κληθεὶς καὶ λαβὼν γράμματα παρ' ἡμῶν. Etenim non ipse sua sponte venit Athanasius Romam, sed accersitus, et acceptis litteris a nobis. Quibus, quæso te, litteris? Non aliis quam quas scripsit Julius post adventum Presbyterorum Athanasii Romam, verosimiliter eo missorum Alexandria post

celebratam ibi Patrum Ægyptiorum synodum, ut D epistolam illi, pro innocentia Athanasii conceptam, ad Julium ferrent, sicut alii eamdem ad alios episcopos tulerunt : prout testatur Athanasius fieri debuisse. Pervenerint igitur Presbyteri Athanasii Romam posteriore anni CCCXL parte; certe pervenerunt eo post Macarium, Martyrium et Hesychium missos ab Eusebianis, et omnino nequeunt eo ante annum istum venisse. Quomodo igitur qui non nisi post illorum adventum per litteras Julii vocatus, Romam venit Athanasius, venire eo potuit anno CCCXXXIX? Quid, quod eodem tempore, quo Romæ jam, ab illis dicitur commoratus fuisse, degebat adhuc Alexandriæ? tum quia tunc celebratum fuit concilium Alexandrinum, cui interfuit : tum quia Julius in epistola sua ad Orientales notat, quod Athanasius episcopus, Alexandriæ morabatur, quo tempore missi ab Eusebianis Romam, ante adventum Presbyterorum Athanasii petierunt a Julio, ut litteras mitteret ad Pistum, Alexandrinæ civitatis pseudopatriarcham. Illum nempe hominem intrusum, quem, ut in citata epistola ait Julius Papa, Athanasii presbyteri supervenientes, Arianum esse declararunt, expulsum etc. Quæ omnia annum indicant CCCXL, nequidquam conantibus Hermantianis omnia ad annum præcedentem E trahere.

§. VI. De tempore concilii Romani et XVIII mensium commoratione Athanasii Romæ.

Menses 18, quibus Romæ moratus fuit Athanasius,

Nunc de tempore quo celebratum fuit concilium Romanum, sub Julio Papa in causa Athanasii, inquirendum foret accuratius; nisi salvare aliter possemus XVIII menses commorationis Athanasii Romæ. Vidimus jam, ipsum anno CCCXXXIX Romam non posse profectum esse, nedum advenisse. Vidimus item, eo profectum fuisse anno CCCXLI sub tempus Paschale, ita ut circiter Pentecosten, credi possit eo pervenisse. Atque hinc computes licet menses XVIII, quibus Romæ Athanasius expectavit adventum adversariorum suorum; non tantum usque ad celebrationem concilii, verum etiam diu post, usque dum ad Epistolam Eusebianorum, per presbyteros Romanos Antiochia allatam, tandem respondit Julius sub finem anni CCCXLII : elapsis nempe ab adventu Athanasii mensibus XVIII; quot elapsos fuisse Julius in illa sua epistola responsoria affirmat. Atque hæc ad salvandam chronotaxin nostram, epochamque F ordinationis Pauli in episcopum CPolitanum, quam anno CCCXL affigimus, constanter tenendam, sufficere possunt : quidquid demum de tempore, quo concilium Romæ habitum fuit, seu anno CCCXLI seu XLII, sentiant alii atque alii scriptores.

unde numerandi sint.

Brevis nostra chronotaxis anni 340,

44 Repetamus tamen, claritatis causa, paucis chronotaxin nostram. Epocham ordinationis Pauli statuimus ineunte anno CCCXL. Non diu post accusatus ille fuit a Macedonio, et accusationi Athanasius potest ac debet tunc interfuisse. Successit invasio Eusebii in sedem episcopalem Pauli, eaque Athanasio Alexandriæ nuntiata fuerit, quando ibi aut jam sedebat, aut continuo congregatum fuit concilium Ægyptiorum vicinorum que Præsulum : qui præclaram in Athanasii defensionem epistolam conscripserunt, eamque inscribentes omnibus ubique Ecclesiæ Catholicæ episcopis, per presbyteros suos Julio quoque Romano episcopo portandam curarunt; et hi, currente adhuc anno illo, Romam delati, invenerunt ibi legatos Eusebianorum, Macarium presbyterum, Martyriumque et Hesychium diaconos, qui jam egerant cum Pontifice de litteris ad Pistum quemdam pseudo scilicet patriarcham Alexandrinum, dandis; nec non de accusationibus ac judiciis, contra legitimum alioquin patriarcham Athanasium, a quibusdam in Oriente factis, aliisque criminationibus.

A 45 *At vero, ubi presbyteri Athanasii (ita fere appellantur apud scriptores illorum temporum) sive a concilio Alexandrino missi, coram Julio, præsentibus quoque legatis Eusebianorum, constiterunt; et horum ad criminationes, quibus in Athanasium absentem usi fuerant, dilucide responderunt; cognovit Julius (vide Apologiam 2 Athanasii pag. 577 litt. A) Eusebianos non esse resistendo Athanasianis*, sed ab his refutatos et convictos in omnibus fuisse, ἀλλ' ἐν πᾶσι διετρέποντο καὶ διηλέγχοντο. *Tum vero*, τὰ τοιαῦτα, *inquit ibidem Julius*, ἠξίωσαν ἡμᾶς, ὥστε σύνοδον συγκροτῆσαι, καὶ γράψαι καὶ Ἀθανασίῳ τῷ ἐπισκόπῳ εἰς Ἀλεξάνδρειαν, γράψαι δὲ καὶ τοῖς περὶ Εὐσέβιον. Tum vero; *inquit Julius*, rogaverunt nos *Eusebiana legatio*, ut Synodum convocaremus, litterasque tum ad Athanasium episcopum Alexandriæ, tum ad Eusebianos daremus. *Et Athanasius eadem de re sic scribit Apolog. 2 pag. 575 litt. B* : Ἠξίωσαν σύνοδον καλέσαι καὶ αὐτὸν Ἰούλιον, εἰ βούλοιτο, κριτὴν γενέσθαι. Petierunt synodum convocari, ipsumque Julium, si vellet, judicem fieri.

quo et Legati Eusebianorum Romæ petunt a Papa synodum cogi:

46 *Consenserunt prompti in illorum petitionem presbyteri Athanasiani : et Julius, uti certo scitur scripsisse illa super re ad Athanasium, eumque tunc evocasse Romam; ita ad Eusebianos similiter scripsisse omnino* B *credendus est : idque probatur non tantum ex æqualitate rationis, verum etiam ex eo, quod Legati, tam ad Eusebianos, quam ad Athanasium scribi de concilio cogendo petierant. Imo ipse Julius testatur, se Eusebianis tunc etiam scripsisse, ita ipsos alloquens in epistola sua* : Οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ ἐλήλυθεν [Ἀθανάσιος,] ἀλλὰ κληθεὶς καὶ λαβὼν γράμματα παρ' ἡμῶν, καθάπερ καὶ ὑμῖν ἐγράψαμεν. Non venit huc motu proprio Athanasius, sed a nobis vocatus, acceptisque nostris litteris, quales et ad vos dedimus. *Ad hæc Athanasius initio Apologiæ 2 scribit, se Romæ absolutum esse*, postquam eo litteras Eusebius miserat *per Martyrium et Hesychium*; ipsique (*Eusebiani*) æque ac nos vocati fuissemus *per litteras Julii, rogati a Legatis ad utrosque scribere*. Δεύτερον *inquit, absolutus fui* ἐν τῇ Ῥώμῃ, γράψαντος Εὐσεβίου, καὶ κληθέντων αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν. *Scripsit igitur Julius ad utrosque, et quidem eodem anno CCCXL adhuc labente, de concilio indicendo. Constat enim Athanasium litteras illa de re ad se datas, ante suum, sub festum Paschale, Alexandria discessum habuisse. Notandum tamen diligenter est, Julium per illas litteras non indixisse concilium, certo loco et tempore inchoandum: loci namque electionem* C *per easdem litteras Athanasio permisit, uti hic ad Solitarios scribens, testatur pag. 631 litt. C: sed evocans eos ipsos Romam, ut coram pergeret ; quos erat causam ac de loco indicendæ synodi ex utriusque partis, aut certe Athanasii, qui reus agebatur, arbitrio statueret. Idque eo magis fecerit, quia Eusebiani ipsummet* rogaverant, ut, si vellet, ipse judex fieret inter se et *Athanasium*.

qui ea de re scribit ad Athanasium et Eusebianos, ut Romam veniant,

47 *Elucidabunt hæc, scripta Athanasii, ad Solitarios pag. 631 litt. C*: Ὁ δὲ Ἐπίσκοπος Ῥώμης Ἰούλιος ἔγραψε, χρῆναι γενέσθαι σύνοδον, ἔνθα ἂν ἐθέλωμεν. Episcopus Romanus Julius scripsit, *prioribus suis litteris* debere synodum fieri, quocumque nos vellemus loco. *Ergo locus tunc non fuit designatus a Julio; et pag. seq. lit.* A, *relatis injuriis cladibusque, quas Gregorius pseudo patriarcha, Antiochia Alexandriam* missus, ecclesiæ ejus intulit, circiter Pascha anni CCCXLI; *sic pergit loquens de se in tertia persona* : Ἀθανάσιος μὲν οὖν, καὶ πρὶν γενέσθαι ταῦτα, καὶ μόνον ἀκούσας, ἔπλευσεν εἰς τὴν Ῥώμην, εἰδώς τε τὸν θυμὸν τῶν αἱρετικῶν, καὶ ἵνα, ὡς ἔκρινεν, ἡ σύνοδος γένηται. Athanasius igitur priusquam hæc fierent, re tantummodo cognita, navigavit Romam, tum quod nosset furorem hæreticorum, tum ut (sicut placitum fuit) synodus fieret. *Addit noreissimus* interpres *Benedictinus voculam* ibi, *quod denotat* Romæ : *sed non est in græco; neque potest addi ex* D *mente Athanasii, quippe qui sciebat, locum celebrandæ synodi nondum esse designatum, ejusque electionem arbitrio suo permissam esse a Julio. Prosequamur textum. Postquam appulit Romam Athanasius nec comparerent Eusebiani*, ὁ Ἰούλιος γράφει καὶ πέμπει πρεσβυτέρους Ἐλπίδιον καὶ Φιλόξενον, ὁρίσας καὶ προθεσμίαν, ἵνα ἢ ἔλθωσιν, ἢ γινώσκοιεν ἑαυτοὺς ὑπόπτους εἶναι κατὰ πάντα. Julius scribit *ad Eusebianos*, mittitque presbyteros Elpidium et Philoxenum, definiens quoque certum tempus, quo aut adessent, aut scirent, se suspectos esse habendos in omnibus. *Notandum hic bene est, Julium per presbyteros suos nunc* etiam tempus definivisse *concilii celebrandi, quodammodo innuentem, illud antea definitum non fuisse ; atque etiam addere comminationes, si porro renuant venire.*

nondum indicens synodi cogendæ locum et diem, quos an. 341, appulso jam Athanasio, determinat,

AUCTORE C. J.

48 *Accedat in confirmationem dictorum alius ejusdem Athanasii textus, in Apologia 2 pag. 575 litt. C, ita scribentis* ; ἡμῶν τοίνυν ἀνελθόντων εἰς τὴν Ῥώμην, ἔγραψεν εἰκότως Ἰούλιος καὶ ἐπὶ τοὺς περὶ Εὐσέβιον, ἀποστείλας καὶ δύο πρεσβυτέρους ἑαυτοῦ, Ἐλπίδιον καὶ Φιλόξενον. Ἐκεῖνοι δὲ ἀκούσαντες περὶ ἡμῶν, ἐταράχθησαν, οὐ προσδοκήσαντες ἡμᾶς ἀνελθεῖν, καὶ παρῃτήσαντο προφάσεις ἀπιθάνους ποιησάμενοι, μᾶλλον δὲ φοβηθέντες, μὴ ἅπερ οἱ περὶ Οὐάλεντα καὶ Οὐρσάκιον E ὡμολόγησαν, ταῦτα κατ' αὐτῶν ἐλεγχθῇ. Λοιπὸν οὖν συνελθόντες Ἐπίσκοποι, πλέον πεντήκοντα, ἔνθα Βίτων ὁ πρεσβύτερος συνῆγεν, ἡμᾶς μὲν ἀπολογουμένους ἀπεδέξαντο, καὶ ἐκύρωσαν εἰς ἡμᾶς τήν τε κοινωνίαν καὶ τὴν ἀγάπην· ἠγανάκτησαν δὲ κατ' ἐκείνων, καὶ ἠξίωσαν Ἰούλιον γράψαι τοῖς περὶ Εὐσέβιον ταῦτα, τοῖς καὶ γράψασιν αὐτῷ· καὶ ἔγραψεν αὐτὸς καὶ ἀπέστειλε διὰ Γαβιανοῦ τοῦ κόμητος. *Hæc ita interpretor.*

49 Cum igitur nos Romam advenissemus, scripsit ad Eusebianos Julius, uti par erat, litteras, misitque una duos Presbyteros suos, Elpidium et Philoxenum. Eusebiani vero ubi intellexerunt, versari nos Romæ, consternati sunt (non enim crediderant fore, ut nos eo accederemus) et detrectarunt venire; causati prætextus quosdam incredibiles, revera autem quia timebant, ne de iisdem rebus, quas deinde Valens atque Ursacius confessi fuerant, ipsi tunc convincerentur. Cum igitur episcopi demum amplius quinquaginta convenerunt, in loco ubi Vito presbyter conventus agebat; nos quidem, admissa defensione nostra, confirmarunt auctoritate sua in communione et agape; illi vero Eusebianos vehementer indignati, rogarunt Julium, ut illis ipsis, qui ad se litteris miserant, rescriberet : quod et F fecit, suasque litteras misit per Gabianum comitem.

atque Eusebianis non comparentibus denuntiat per suos presbyteros,

50 *Binarum hic mentio fit litterarum, quas Julius Pontifex misit ad Eusebianos, alterarum anno CCCXLI per Elpidium et Philoxenum, quibus evoti repulique fuerunt Eusebiani, ut venirent Romam præscripto tempore ad concilium : alterarum anno CCCXLII finito concilio, per Gabianum comitem. Ex quibus manifeste colligitur, concilium Romæ celebratum fuisse, intra illud temporis spatium, quo ambæ litteræ fuerunt missæ. Et priores quidem missæ fuerunt post adventum Athanasii Romam, qui contigit anno CCCXLI sub Pentecosten, tunc incidentem in VII Junii. Et non multo post missas* fuisse, suadent circumstantiæ, ne diutius quam par erat, *Athanasius detineretur Romæ in tantis ecclesiæ suæ Alexandrinæ tumultibus. Imo statim post missæ fuerunt, si stare volumus interpretationi Nannii, qui vocem Athanasii Græcam*, εἰκότως, *hic exponit* continuo, *ab adventu scilicet Athanasii Romam. Advenerunt igitur Elpidius et Philoxenus currente tum mense Junio (citius saltem advenisse non possunt) aut etiam postea, quantovis tempore : illud semper consequitur, non potuisse concilium Romæ celebratum fuisse, mense Junio anni* CCCXLI : *uti sustinent Hermantiani.*

mense Junio Romæ profectis,

51 *Profecti igitur Roma Presbyteri Julii post adventum*

AUCTORE C. J. *qui Antiochiæ detenti usque Januarium,*

A *ventum Athanasii, quando Antiochiam venerunt, ab Eusebianis, Romam ire formidantibus, detenti sunt,* etiam post præstitutum concilio tempus, καὶ μετὰ τὴν προθεσμίαν. *Ac detentos fuisse usque ad mensem Januarium anni sequentis* CCCXLII, *queritur Julius in epistola sua apud Athanasium pag.* 579 *litt. D* : Κατεσχήκασι (οἱ περὶ Εὐσέβιον) καὶ τοὺς πρεσβυτέρους ἕως αὐτοῦ Ἰανουαρίου (*ita plane scribendum, non* Ἰουνίου) μηνός. *Jam vero sive tunc abierint, sive postea, reversi sunt Romam synodo ibi nondum soluta ; reddiderunt-*

redeunt Romam, synodo nondum soluta,

que Pontifici quas attulerant ab Eusebianis litteras. Quas ille perlectas clam Patribus concilii tantisper habuit, existimans fore ut saltem aliqui illorum adhuc venirent, ac necessarium non foret epistolam proferri : ut ne si in apertum proferretur, multos Romæ afficeret dolore. Νομίζων, ὅμως ἥξειν τινάς, καὶ μὴ χρείαν εἶναι τῆς ἐπιστολῆς· ἵνα μὴ καὶ ἐς φανερὸν ἐλθοῦσα πολλοὺς τῶν ἐνταῦθα λυπήσῃ. Quoniam vero nemine tandem Eusebianorum comparente, necesse fuit epistolam proferri ; ex qua (fateri vobis debeo) magna omnes admiratione capti sunt et vix aut ne vix quidem persuadere sibi potuerunt, talia a vobis scripta esse. Ἐπειδὴ δὲ μηδενὸς ἐλθόντος, ἀνάγκη γέγονεν αὐτὴν προκομισθῆναι, ὁμολογῶ ὑμῖν, πάντες ἐθαύ-

B μασαν καὶ ἐγγὺς ἀπιστίας γεγόνασιν, εἰ ὅλως παρ' ὑμῶν τοιαῦτα ἐγράφη. *Ita Julius Eusebianis rescribens ad epistolam eorum, per Elpidium et Philoxenum allatam ; apud Athanasium pag.* 576 *litt.* A B.

52 *Quinam, quæso, illi, quos tantisper celavit Ju-*

quæ producta fuit,

lius epistolam Eusebianorum, per Elpidium et Philoxenum allatam ; qui jam deinde argumento ejus intellecto, mirari satis non potuerunt irreligiosum scribendi modum? Ego quidem nullus dubito, quin iidem sint, quos Romæ in ecclesia Vitonis presbyteri convenisse ad synodum plusquam quinquaginta episcopos, supra diximus num. 49 ; *quique audita Athanasii defensione, ipsum susceperunt in communionem atque agapen, indignatique adversariis ejus Eusebianis, rogaverunt Julium, ut ad ipsorum litteras responderet. Quod ille fecit post*

quia sperabant aliquot Eusebianos adhuc venturos.

octodecim ab adventu Athanasii Romam menses, id est sub exitum anni CCCXLII. *Quorsum porro Julius acceptis per legatos suos Eusebianorum litteris, distulit illas Patribus communicare? Rationem ipse affert initio epistolæ suæ. Quia* sperabat, illorum aliquos saltem adhuc adventuros *ad synodum, cui etiam propterea finem tardius imposuerit; ut ipsi per se coram Patribus agerent causam suam : atque ita necessarium non*

C *foret proferre litteras, amaritudinem animi legentibus audientibusque allaturas.*

§. VII. Respondetur objectionibus aliter sentientium.

Scripsit Papa an. 340 ad Eusebianos,

E*x hactenus disputatis, nisi ego plurimum fallar, manifestum est, concilium Romanum, in quo causa Athanasii tractata fuit, non anno* CCCXLI, *sed sequenti celebratum fuisse. Obstant tamen totis ingenii sui viribus Hermantiani, eorumque non postremus eruditione Tillemontius, qui Nota* 4 *in Julium Papam pag.* 705, *pro sua sententia celebrationem synodi collocans mense Junio anni* CCCXLI, *ita argumentatur :* Una ex rationibus, quas Eusebiani allegarunt, quo minus ad concilium venerint, hæc fuit, quod intervallum temporis, celebrando concilio præscriptum, justo brevius fuisset. Interea tamen scripserat illis Papa prius de concilio hoc, quam ipsi suum celebrarent Antiochiæ : Οὐκ ἔδει, γραψάντων ἡμῶν, σύνοδον γενέσθαι, προλαβεῖν τινας τὴν ἐκ τῆς συνόδου κρίσιν. Scripsit autem per suos presbyteros Elpidium et Philoxenum, qui procul dubio pervenerunt in orientem ante exitum anni CCCXL. *Ita Tillemontio quidem visum est : et ego omnia ei concedo vera esse, quæ hic citavi,*

præter ultimam periodum, quod Papa ante exitum D anni CCCXL *scripserit* per Elpidium et Philoxenum, *quodque illi pervenerint in orientem ante exitum ejusdem anni. Quomodo enim per illos tunc scripserit Papa, qui tantum semel eo missi fuerunt? Et quomodo eo pervenerint ante exitum anni* CCCXL, *qui non nisi anno* CCCXLI *post adventum Athanasii Romam, eo fuerunt a Papa dimissi.*

sed non per Elpidium et Philoxenum.

54 *Ut res tota magis elucescat, distinguamus tempora, quibus Julius ad Eusebianos in causa Athanasiana litteras dedit. Ter scripsisse reperitur. Primum anno* CCCXL, *postquam legati Eusebiani,* Macarius presbyter, Martyrius et Hesychius diaconi, *Romam venerant. Probatur e verbis Julii pontificis, quæ paulo ante in sua citatione Tillemontius produxit græce ;* Οὐκ ἔδει, *etc. atque ita latine sonant :* Non oportebat, postquam nos scripsimus, synodum cogendam esse ; aliquos prævertere synodi judicium ; *prout fecerant Eusebiani in sua synodo Antiochena, damnantes Athanasium ac deponentes, inscio Pontifice. Istæ autem litteræ Julii non fuerunt, uti Tillemontius opinatur, per Elpidium et Philoxenum deportatæ. Per quos igitur? Id non constat ex historiis : uti non constat, qui fuerint nominatim presbyteri Athanasii, et*

Tres Julii litteræ ad Eusebianos missæ ; primæ, anno 340,

E *synodi Alexandrinæ, qui pro causa Athanasii Romam fuerunt ablegati anno* CCCXL, *ibique legatos Eusebianorum invenerunt, et confutarunt in omnibus, contra Athanasium allegatis. Missæ recte fuerint per Julium ipsum, vel ejus jussu per legatos Eusebianorum, vel per quosvis alios, id ad rem præsentem nihil attinet sciri, dum constat, missas fuisse. Per illas (quod iterum iterumque inculcandum est) tantum significavit Julius, ad causam Athanasii juste judicandum concilio opus esse, quo autem loco ac tempore cogeretur, tunc non significavit : sed Athanasio, quem tamquam reum Eusebiani accusaverant, permisit arbitrium loci, ubi se contra illos in concilio mallet defendere.*

55 *Litteræ Julii secundæ fuerunt missæ* CCCXLI, *alteræ,* 341,
postquam Athanasius Romam venerat sub Pentecosten, quæ anno illo incidit in diem VII *Junii ; et missæ fuerunt in orientem per Elpidium et Philoxenum Pontificis legatos ; quibus et determinabatur locus, ubi concilium celebraretur, nempe Roma ; quam, quoniam legati Eusebiani Julium ibi Papam causæ arbitrum fecerant, etiam elegerit Athanasius, ex facultate sibi a Julio locum concilio, quem vellet, eligendi concessa. Et hæc denuntiatio anno* CCCXLI *currente certo delata fuit in orientem per prædictos Pontificis legatos ; qui* F *et detenti ab Eusebianis ibidem fuerunt, ut queritur Julius in sua epistola tertia, usque ad Januarium anni sequentis, id est* CCCXLII.

56 *Interea sive indictum Romæ fuerit concilium in illum mensem Januarium, sive in alium (quod huc non magnopere refert), legati tandem, non tamen ante Januarium, remissi sunt cum litteris Eusebianorum Ro-* *tertiæ,* 342.
mam, eoque reversi episcopos occidentales ibidem adhuc congregatos invenerunt : redditisque Julio litteris, is non continuo Patribus in concilio communicandas putavit, sed maluit aliquo tempore synodum protrahere, dum videret, an non aliqui saltem Eusebianorum adhuc comparerent. Illos vero dum frustra expectaret, tandem litteras per legatos allatas prælegi præsentibus curavit : qui indigno audacique scribendi modo stomachati, Papam hortati sunt, ut pro sua auctoritate et causæ gravitate responderet ; quod et fecit. Atque hæ tertiæ fuerunt litteræ, quas Julius ad Eusebianos in causa Athanasiana et concilii Romani dedit eodem anno CCCXLII ; *et solæ ex tribus supersunt, conservatæ in Apologia Athanasii, quæ vulgo* Secunda, *aut* Contra Arianos *inscribitur.*

57 *Hac temporum, quibus singulæ a Julio datæ fuerunt ad Eusebianos in causa Athanasiana litteræ,*

distinctio

Primæ per Elpidium perlatæ non fuerunt.

A *distinctio plane monstrat, primas anno* CCCXL *ad ipsos allatas fuisse: quod concedit Tillemontius: monstrat item, non allatas esse per Elpidium et Philoxenum. Hic aliter opinatur Tillemontius, sed aberrat a vero, cumque illo in errore pleraque sua fundet, quæ pro anno* CCCXLI *celebrati Romæ concilii adducit; hæc æque erronea esse oportet, nec ulterius refutari debent. Similiter aberrat, dum putat, primis illis litteris suis Julium definivisse locum ac tempus, ubi et quando concilium celebraretur. Id enim per secundas, ab Elpidio et Philoxeno delatas, determinavit anno sequenti, et quidem post Pentecosten.*

Antiochena synodus 341 convenit ob dedicationem magnæ ecclesiæ,

58 *Cur igitur, inquies, ineunte anno* CCCXLI *synodus Antiochiæ convenit? Quia tunc dedicata fuit magna Antiochiæ ecclesia, a Constantino magno ædificari cœpta, a Constantio orientis imperatore perfecta: cujus dedicationis causa Constantius in suis ipsius tunc vicennalibus fratrisque Constantis decennalibus imperii Cæsarei, eo evocavit frequentes e toto oriente episcopos: quemadmodum fecerat pater ejus Constantinus anno* CCCXXXV *in dedicatione ecclesiæ Hierosolymitanæ; etiam episcopis, tunc in synodo Tyri congregatis, eo convenire jussis, qui et cœptam Tyri synodum Hierosolymis porro tenuerunt.* B *Similiter evocati Antiochiam a Constantio ad dedicationem episcopi, ibidem celebrarunt concilium, in qua multa, quæ totius synodi fuerunt, recte constituta apparent: quæ vero ibidem, contra Athanasium de depositione ejus et substitutione Gregorii acta, ab Arianis atque Eusebianis seorsim conflata fuere, annitente Imperatore, ac militarem manum commodante, qui Gregorium Alexandriam hebdomade ultima Quadragesimæ induxit atque in Orthodoxos crudeliter sævit; quando Athanasius inde sub Pascha profectus est Romam.*

post acceptas litteras Julii primas,

59 *Acceperant jam tum, ante celebrationem concilii Antiocheni, certe ante conventiculum suum Eusebiani litteras Julii Papæ primas, de quibus ipse Julius, in tertiis suis meminit, inverecundiam illis suam quodammodo exprobrans, quod postquam ipse scripsisset,* γραψάντων ἡμῶν, *concilium in causa Athanasii indictum iri; ipsi sententiam futuri concilii præverterint, Athanasium in suo Eusebianorum conventiculo damnantes ac deponentes. Causa ipsis prævertendi judicium concilii, certo tempore et loco adhuc indicendi, præcipua fuerit conscientia sua iniquarum suarum contra Athanasium molitionum testis, unde processerit gravis metus, ne ipsi in futuro concilio,* ubi nec Comes affuturus esset, nec satellites præ foribus excubarent, neque ex Cæsaris præscriptis omnia fierent (*uti loquitur Athanasius*) *inciderent in laqueum, quem Athanasio pararant. Auctus etiam jam tum anno* CCCXL *metus illorum fuerit, quando e suis Romæ legatis intellexerunt, quæ ibi post adventum presbyterorum, ab Athanasio synodoque Alexandrina missorum, coram Papa fuerant gesta: quæ Julius in tertia sua ad Eusebianos epistola sic commemorat.* C

explicantes quæ eatenus Romæ gesta erant.

60 *Postquam* qui a vobis Eusebianis cum litteris missi, Macarius presbyter, Martyrius et Hesychius diaconi, huc advenerant: cum presbyteris Athanasii, qui huc etiam venerunt, obsistere non valerent; sed in omnibus refutarentur et convincerentur; tunc nos orarunt, ut synodus indiceretur, litteræque ad Athanasium episcopum Alexandriam, itemque ad Eusebianos, ea de re mitterentur, ut publice coram omnibus justum posset judicium proferri: tunc se omnia, quæ contra Athanasium allegarant, probaturos. *Hæc Julius et quæ continuo sequuntur:* Nam publice a nobis Martyrius et Hesychius convicti fuere, presbyteris Athanasii episcopi cum fiducia obsistentibus. Martyrius vero cum suis (si oportet, quod verum est, dicere) in omnibus refutabatur. Atque hinc factum est, ut synodum postulaverint.

D 61 *Macarius presbyter hic non dicitur convictus fuiss cum Martyrio atque Hesychio: quia is, qui nondum appulsis Romam presbyteris Athanasii, multa suadere Julio Papæ conatus fuerat contra Athanasium, suaseratque etiam, ut cum Pisto, ante Gregorium, veluti Patriarcha ab Eusebianis Alexandriam misso, per litteras communicaret; ubi intellexit, presbyteros Athanasii eodem adventasse, clam se inde subduxerat. Quod verba Julii ita indicant:* Macarius ipse presbyter, qui cum Martyrio et aliis ab Eusebio missus est, ut audivit instare presbyteros Athanasii; cum nos expectaremus, ut una cum Martyrio et Hesychio coram nobis se sisteret; corpore licet æger, noctu abscessit; *fortassis recta in orientem, ut potuerit per se ipse, vel saltem per litteras præmissas, certiores facere suos de gestis Romæ anno* CCCXL.

AUCTORE C. J.

Alia Tillemontii argumenta,

62 *Hinc alia quoque argumenta, quæ Tillemontius collegit pro sua sententia, quod concilium in causa Athanasii Romæ coactum fuerit anno* CCCXLI, *omnino deficiunt; uti et illud, quod litteræ Julii primæ* per Elpidium et Philoxenum anno CCCXL *ad Eusebianos perlatæ fuerint. Quod enim dicit, scripsisse Eusebianis Julium Papam de concilio celebrando* prius, *quam ipsi suum celebraverint Antiochiæ, lubens concedo; sed nego tunc scripsisse per* Elpidium et Philoxenum. *Quod item questi fuerint Eusebiani,* nimis angustum tempus intercessisse, quo minus ipsi ad concilium Romanum venerint; *non respicit litteras Julii primas, sed secundas, quas tulerant Elpidius et Philoxenus.* E *Et hasce querelas putavit Julius nugatorias esse et potius nolentium venire excusationem qualemcumque, quam quod non potuerint venire per temporis intervallum, quod ipse prudenter præscripserat.*

ex principiis erroneis

63 *Apud Tillemontium porro* dicit Athanasius in epistola sua ad orthodoxos, anno CCCXLI versus mensem Aprilem scripta, quod fratres Romæ existentes, *presbyteri nempe Alexandrini* significaverant anno præcedenti, debere concilium celebrari, ad punienda crimina, quæ commissa erant. Addit idem Athanasius, quod Eusebiani metu istius concilii constituerunt turbare ecclesiam per intrusionem Gregorii *in episcopatum Alexandrinum. Quid porro? Concludit Tillemontius:* Apparet igitur, Eusebianos non cogitasse de celebranda ineunte anno CCCXLI Antiochena Synodo, nisi ad conspectum litterarum, per Elpidium et Philoxenum allatarum, ad denuntiandum ipsis tempus concilii Romani, ipsosque stimulandos, ut illuc venirent. F *Tota Tillemontii conclusio evanescit, dum consideratur, Elpidium atque Philoxenum ante concilium Antiochenum in orientem Roma missos non fuisse. Ex citato autem Athanasii textu confirmantur quæ nos anno* CCCXL *accidisse jam diximus.*

deducta.

64 *Pergit Tillemontius:* Quod si Eusebiani, questi, tempus cogendæ synodo præfixum, æquo brevius fuisse, ejus sciverint indictionem ante finem anni CCCXL; credibile non est, celebrationem ejus inde ultra VII aut VIII menses fixam fuisse. *Hæc ille pro sua sententia, opinantis celebratum esse concilium Romanum anno* CCCXLI *mense Junio: sed vacillat conditio. Sciverunt Eusebiani ante finem anni* CCCXL, *futurum ut celebraretur concilium: non sciverunt tunc, quo loco aut tempore celebraretur. Pergit autem per aliam conditionem, quæ æque supponit errorem ac priori.* Quod si, *inquit,* invenimus tempus, in quod indictum fuit concilium; invenimus pariter tempus, quo fuit celebratum. Asserit quippe Julius in Apologia secunda expressis verbis, episcopos ad præstitutum tempus convenisse. *Distinguendum est inter indictionem seu potius indicationem concilii futuri, et indictionem concilii, certo loco ac tempore celebrandi. Primum sciverunt anno* CCCXL; *non item secundum, quod demum intellexerunt per Elpidium et Philoxenum.*

AUCTORE C. J.

An Synodus Rom. indicta sit in Januarium.

65 *Post hæc multum laborat Tillemontius, ut suam conciliet sententiam de celebratione concilii Romani pro anno* CCCXLI *et mense Junio; cum sequentibus Athanasii et Julii testimoniis, quibus declaratur, legatos seu presbyteros Romanos, Elpidium atque Philoxenum, detentos ab Eusebianis fuisse Antiochiæ,* καὶ μετὰ τὴν προθεσμίαν, etiam post præfinitum concilio tempus, *uti scribit Athanasius; ut vero Julius ait,* ἕως αὐτοῦ τοῦ Ἰανουαρίου usque ad ipsum Januarium. *Mirum, inquam, in modum hic se torquet Tillemontius, ut ostendat, concilium Romanum non posse præfinitum fuisse in mensem Januarium. Inspiciamus membratim argumenta ejus.* Non, *inquit*, in Januarium anni CCCXLI. *Id pronus concedo.* Non etiam in Januarium anni CCCXLII; quia tunc sustinendum esset, contra omnem verisimilitudinem, quod synodus Antiochena eatenus tenuisset, scilicet anno integro. *Id non consequitur. Probat ille:* Presbyteri quippe Julii secum attulere litteras, quas Episcopi Antiochenæ synodi scribebant ad Papam. *Tenuisset igitur illa synodus* anno integro *ex consequentia Tillemontius.*

Quinam Antiochiæ scripserint ad Papam.

66 *Verum ex supposito falso, falsum concluditur. Non scripsit synodus Antiochena ad Papam per Presbyteros Romanos: scripserunt aliquot episcopi Eusebiani, qui in synodo illa, aut potius post illam, auctores fuerant, ut deponeretur Athanasius eique violenter substitueretur Gregorius. Innotescunt nomina illorum, qui scripserunt, ex responsione Julii; quam is non inscripsit synodo Antiochenæ, sed* Danio, Flacillo, Narcisso, Eusebio, Mari, Macedonio, Theodoro et sociis eorum, qui Antiochiæ nobis scripsere. *Nota bene*, qui Antiochiæ nobis scripsere. *Non scripsit synodus, sed qui hic nominatim indicantur, omnes Eusebianæ factionis præcipui sectatores. Ut autem illi scriberent ad Papam ineunte anno* CCCXLII, *nihil attinebat synodum Antiochenam eousque continuari.*

Iterum de Januario mense

67 *Diffidere aliquatenus videtur Tillemontius suis hactenus propositis seu argumentis, seu conjecturis, ita prosequens:* Quod si etiam dici possit, synodum Antiochenam plures ante menses finem habuisse; Januarius nequaquam tempus idoneum erat ad remittendos legatos ab oriente Romam. Minus quoque probabile est, quod concilium Romanum, quo convenire debebant episcopi ab extremo oriente, ac sine dubio etiam ab occidente, indictum sit in Januarium aut Decembrem. *Illa hiemalis tempestas non impedivit, quo minus anno* CCCXLI *ineunte, episcopi ex toto orientali imperio convenerint Antiochiam ad encænia novæ ecclesiæ et synodum ibidem tunc actam a centum fere episcopis, qui interfuere. Cur tali tempestate anni non potuerint similiter episcopi venire ad concilium Romanum etiam orientales? Certe consentaneum est rationi, Papam pro sua prudentia non indixisse concilium episcopis, seu orientalibus seu occidentalibus, in tale tempus, quo non liceret ipsis per anni tempestatem venire Romam. Nec vero Eusebiani in sua ad Papam epistola causati sunt anni tempestatem, itineri incommodam; sed bellum Persicum, quod imminere dicebant; et brevitatem præscripti temporis, quo minus potuerint venire.*

An præter Eusebianos episcopi alii Romam vocati sint

68 *Quod ad episcopos orientales spectat, qui ad Romanum concilium* convenire debebant ab extremo oriente, *ut loquitur Tillemontius; dubito an verum sit; uti dubito, an ulli orientales eo expresse vocati fuerint præter Eusebianos, qui Athanasio præcipue et aliis aliquot episcopis orthodoxis facessebant negotium impium, jamque per suos legatos Romæ accusaverant Athanasium in multis; sed supervenientibus Athanasii presbyteris probare criminationes suas non valuerunt. Unde confusi, provocaverunt ad concilium, dictitantes se ibi crimina quæ objecerant, probaturos, atque ipsum Papam constituerant judicem. Hinc vocati fuerunt ex oriente Eusebiani Romanam ad synodum, non tamquam judices, quales in propria causa esse non poterant, sed tamquam actores atque accusatores Athanasii, ut quæ polliciti fuerant sui legati, Martyrius atque Hesichius, ipsi in synodo præstarent. An alii quoque orientales episcopi eodem vocati fuerint, non satis constat: certe ad alios, quam ad Eusebianos, non extant litteræ Pontificiæ.*

ex Oriente.

Non fuere vocati in Januarium

69 *Si qua porro difficultas se offerat, quo minus indictum sit concilium Romanum in mensem Januarium; innuit Tillemontius ipse supra, posse indictum fuisse in* Decembrem, *quidni et in Novembrem? in Januarium certe indictum non fuisse, sed in aliquem præcedentium mensium, declarant testimonia, et epistola Julii tertia et Athanasio, num. 65 citata. Ex illis enim uti constat, legatos Pontificis detentos fuisse usque ad Januarium, ita pariter constat, detentos fuisse usque* post *præstitutum concilio celebrando tempus: quod proinde vel December vel November fuit. Quo posito deficiunt probationes Tillemontii, et commode explicantur a nobis omnia, quæ ipsi in sua sententia sunt difficillima. Presbyteri quoque Julii, qui possunt discessisse Roma mense Junio, possunt tempore pervenisse in orientem, et reliquisse spatium sufficiens invitatis citatisque veniendi ad concilium Romam, si voluissent.*

sed neque in Junium.

70 *Quod vero idem Tillemontius mavult opinari, concilium Romanum non fuisse indictum in mensem Januarium aut proxime præcedentes; sed in mensem Junium; argumento non confirmat eruditione sua digno. Ait enim non debere in epistola Julii Pontificis legi,* ἕως αὐτοῦ τοῦ Ἰανουαρίου *quæ communis lectio est, tam in impressis quam MSS. codicibus, sed* ἕως τοῦ Ἰουνίου. Usque ad mensem Junium *detentos fuisse presbyteros Julii Antiochiæ. Id nostra quidem non magnopere hic refert, sive in Januarium, sive etiam in Junium detenti fuerint Antiochiæ Presbyteri Romani, dummodo firmum maneat, detentos fuisse usque ad annum* CCCXLII. *Junius mensis hic excogitatus fuit relatusque ad annum* CCCXLI *a Tillemontio, tantummodo ut ad eumdem annum pro sua sententia Romanum concilium referre posset; quod mensis Januarius non permittebat.*

An Julius epistolam suam inscripserit Eusebio Nicomediensi,

71 *Aliud quoque aliunde hic nobis objici argumentum possit. Ex dictis enim nostris sequitur, epistolam, qua Eusebiani Antiochia per Elpidium et Philoxenum Julio responderant, scriptam fuisse anno* CCCXLII. *Ita sane: quia ante initium anni istius, prædicti presbyteri Julii Antiochia dimissi non fuerunt. Attamen Julius epistolam suam, qua prædictæ Eusebianorum, per presbyteros suos Romam allatæ, respondet; inscribit, post Danium, Flacillum et Narcissum, etiam* Eusebio, *et aliis; qui nempe epistolæ ad Julium delatæ, subscripserant. Eusebius autem ex Nicomediensi, intrusus ecclesiæ CPolitanæ episcopus, ultra annum* CCCXLI *non vixit, ex communiori eruditorum sententia. Non potest igitur epistola Eusebianorum per Julii presbyteros missa fuisse anno* CCCXLII. *Convincit argumentum, si* Eusebii *nomen, in epistolæ Julianæ inscriptione expressum, sumas pro Eusebio Nicomediensi atque ad breve tempus intruso CPolitano episcopo: nullum vero est, si intelligas alium Eusebium, ejusdem Eusebianæ farinæ hominem, magni nominis inter suos, Flacillo, episcopo Antiocheno in eadem Julii inscriptione nominato, familiarem, quem et constat interfuisse concilio Antiocheno, atque adeo in subsecuto Eusebianorum conciliabulo tam depositioni Athanasii, quam epistolæ ad Julium missæ, cum aliis subscripsisse. Hunc igitur Eusebium in sua inscriptione nominavit Julius, non Nicomediensem.*

an vero alii Eusebio.

72 *Idem Eusebius, quem dixi Flacillo Antiocheno familiarem fuisse (ut scias Eusebianæ factionis etiam fuisse propugnatorem) electus fuerat Antiochiæ in conciliabulo ab Eusebianis in episcopum Alexandrinum pro Athanasio, antequam eo mitteretur Gregorius. Verum vel Pisti, paulo ante eo missi, exitum infelicem, vel orthodoxorum*

A *thodoxorum Alexandriæ pro Athanasio, illic tum post exsilium Trevirense commoranti, zelum formidans, oblatam dignitatem non acceptavit. Nec tamen non uti ejus opera in rem suam factio voluit. Misit ergo ipsum ex eodem conciliabulo suo Emesam ad istius ecclesiæ regimen : sed illic a seditione populi appetitus, fuga elapsus est; et Laodiceam ad Georgium, illius urbis episcopum, familiarem suum, æque Arianismi labe infectum se contulit. Ita fere Sozomenus. Et hic omnino est Eusebius, cui inter alios inscribitur epistola Julii ; ipseque proinde subscripserat etiam epistolæ ad Julium datæ. Si Eusebio Nicomediensi sive CPolitano inscripsisset litteras suas Julius, nominasset ipsum, non quarto, sed primo potius loco, utpote primarium inter ceteros, regiæ civitatis tunc episcopum atque Imperatori familiarem.*

Schelstratii sententia in multis nostræ consona.

73 *De hactenus hic disputatis nonnulla etiam tractat erudite in suo* Concilio Antiocheno, *anno* MDCLXXXI *Antuerpiæ typis Joannis Bapt. Verdussen edito, illustrissimus Emmanuel Schelstratius, Canonicus Antuerpiensis, et mox Bibliothecæ Vaticanæ custos primarius, mihi tum Antuerpiæ, tum Romæ perquam familiaris; cui et rogatu fratris ejus, laici Cappucini, et amicitiæ ergo,* B *epitaphium sive elogium sepulcrale condidi mortuo anno* MDCLXXXXII *Is in dicto Concilio suo ex occasione statuit varia, quæ e nostra hac Dissertatione confirmari forte et illustrari amplius possint. Tenet quippe, celebratum Antiochiæ in encæniis fuisse concilium* ineunte anno CCCXLI; *Athanasium eodem anno venisse Romam, eodemque presbyteros Elpidium atque Philoxenum inde a Julio in orientem missos, et anno demum* CCCXLII *synodum Romæ celebratam fuisse. Aliter tamen in aliis adjunctis censet quam nos : dum Athanasium Romam adducit* circa anni CCCXLI initium ; *dum presbyteros Julii* circa finem Aprilis aut initium Maji *eodem anno Antiochiam perducit ; dum autumat, eosdem Julii presbyteros ibi totam causam de Athanasii depositione et Gregorii in sedem Alexandrinam iniqua intrusione* coram adspexisse ; *quæ pag.* 675, *et alia alibi memorat : sed quæ nec conciliari inter se facile possunt, nec tali tempore fieri potuisse, ex nostra chronotaxi puto constitutum attento lectori.*

Epiphonemati Tillemontii

74 *Finio, longius jam, quam proposueram progressus, cum hoc Tillemontii epiphonemate :* Valesius adducit in medium plures rationes, quo stabiliat, non posse concilium Romanum prius celebratum fuisse, quam anno CCCXLII. Benedictini in Athanasio suo, quem de novo ediderunt, ejus sententiam amplexi sunt, novisque argumentis roborant. Verum enim C vero speramus nos fore, si quis utrorumque rationes comparaverit cum allegatis a nobis, ut conti- D nuo cognoscat illarum imbecillitatem, tacentibus nobis, quibus alioquin difficile non foret illas refutare. Bollandus secutus est omnia, quæ nos hic conati sumus stabilia reddere ; uti jam pridem fecerat ante ipsum Hermantius. *Ita Tillemontius Notatione sua 4 in Julium Papam. Non quidem comparavi solicite stabilimenta Tillemontii cum probationibus Valesii et Benedictinorum, neque puto necessarium id esse, quamdiu ipse non probet, quod assumpsit, Presbyteros Julii Elpidium et Philoxenum anno* CCCXL *in orientem ablegatos fuisse; quos ego, ut mihi quidem videtur, valide ostendi, non posse eo ante mensem Junium anni* CCCXLI *profectos fuisse. Bollandus, seu potius Papebrochius (neque enim ille pro posterorum scriptis spopondit) in suo Athanasio ad diem secundum Maji, secutus est quæ pridem de Sancto illo studiose concinnaverat Hermantius gallice tomis 2 ; utque ipse fatetur num. 3, maluitque uti paratis a magnæ prudentiæ et diligentiæ viro, quam cum longioris dispendio temporis se ingerere in novum examen plurium, quæ in historia vitæ Athanasianæ occurrunt, intricatarum et vix solubilium quæstionum. Aliqua hic ego extricare aut etiam solvere conatus sum, quæ rogo benevolum lectorem, æqui bonique ut consulat ; et si quid* E *melius habet, discere cupienti impertiat.*

Auctore C. J. respondetur.

Corrigenda in vita S. Athanasii Papebrochiana.

75 *Papebrochius porro, currente anno, quo hæc imprimimus* MDCCXIV, *die* XXVIII *Junii nobis ereptus, his meis aliisque aliorum lucubrationibus, quæ post editam a se anno* MDCLXXX *Athanasii vitam, in lucem prodierunt, visis consideratisque, dolere solebat, quod nimis fidenter Hermantium in nonnullis secutus fuisset; quæ et jussit a posteris, Majum aliquando recognituris, ut multa alia, emendari : nusquam tam sui suorumque scriptorum amans, ut non amaret magis, veriora. Unum mihi et voce et scripto injunxit, ut quæ in Actis Athanasii cap. 1, de tempore martyrii S. Petri et successione S. Alexandri, Alexandrinorum Patriarcharum (anticipando illud aliquot annis, ut justam Athanasio, quando Patriarcha factus est, ætatem inveniret) commentatus fuit ; ego hoc loco, ubi de Athanasio disputatur, suo nomine indicarem, corrigenda esse secundum illa, quæ de iisdem elucidavit collega noster Joannes Bapt. Sollerius in Historia Patriarcharum Alexandrinorum, martyrium S. Petri anno* CCCXI, *creationem vero Alexandri in patriarcham, anno* CCCXIII *adscribens. Illam igitur consulat Historiam, ante tomum* V *Junii impressam, qui plura vult.* F

Pag. 42 *ubi de* S. Godoaldo, *deleatur numerus* 2, *et substituatur sequens.* NOT 4.

DISQUISITIO

DE S. GUDWALO ET S. GODOALDO,

Idemne, an diversi sint.

Martyrologia antiquiora

E*git Henschenius noster ad diem* VI *Junii tomo præcedenti pag.* 715, *de* S. Gudwalo *episcopo in Britannia Majore, eodemque ibi eremita et archimandrita, qui nescitur in Gallias unquam, dum vixit, trajecisse : post mortem vero, sanctum ipsius corpus eo transvectum et sæpe loco motum, tandem in Blandinio apud Gandavum quievisse, docent Acta, indicato loco edita, num.* 30. *Ibidem in Comment. prævio, num.* 3 *citantur Martyrologia MSS. quæ ejusdem* Gudwali *meminerunt ad diem* VI *Junii. Inter illa Ultrajectinum seculi* XII *et Trevirense S. Martini non multo minoris ætatis, quæ sic habent :* In Blandinio, Guthwali episcopi et confessoris. *Tornacense item S. Martini, nullo indicato loco :* Depositio S. Guduali ep. et conf. *Lætiense :* In Gandavo, S. Guduali archiepiscopi. *Bruxellense S. Gudulæ :* In Blandinio monasterio, depositio S. Gudwali episc. et conf. *Adde Martyrologium Centulense S. Richarii vetustum, ubi hæc :* Cœnobio Blandinio, S. Guthwali episcopi, virtutibus et miraculis adornati : *et Brugense, quod* Gudwalum episcopum et confessorem *scribit. Habemus item compendiosum martyrologium, extractum ex matricula Carthusiæ Ultrajectinæ, initio seculi* XV *in pergameno conscripta cum annotationibus cujusdam postea additis in margine. Legitur ibi in textu :* Gunduali episcopi et confessoris. *In margine*

Gudwalum habent ad diem 6 Junii,

Auctore C. J. nullum usquam Godoaldum:

A *vero notatur :* Gudwali archiepiscopi Bland. *Quæ Notatio, recte corrigens nomen Sancti, adjecta fuerit, postquam demum Usuardum, a Cartusianis Coloniensibus, sub exitum seculi* XV *auctum, auctius edidit Hermannus Grevenus in eadem Cartusia, anno* MDXV *et* MDXXI, *in quo* Gudwalus *similiter vocatur* Archiepiscopus Blandunensis, *palpabili errore, uti mox videbimus. Et hi quidem mediæ ætatis Martyrologi nomen Sancti scribentes, ut supra ; ipsumque ad* VIII *Idus, seu diem* VI *Junii referentes, nihil memorant die sequenti aut alibi de* S. Godoaldo *seu alio similis nomenclaturæ.*

recentiora nonnulla habent utrumque,

2 *Recentiores quoque nonnulli in suis Martyrologiis impressis, ad eamdem* VI *Junii memorant* S. Gudwalum: *atque in primis Cartusiani Colonienses jam dicti in auctiore Usuardo, annis* MDXV *et* XXI *Coloniæ edito; ubi ipsum recte quidem* Confessorem, *perperam vero* Archiepiscopum Blandunensem *nominant utrobique; locum depositionis ejus hodiernæ in Blandinio celebri monasterio, pro loco episcopatus, qui scitur in majori Britannia fuisse, substituentes. Molanus quoque in suo ad Usuardum auctario triplicis editionis annorum scilicet* MDLXVIII, LXXIII *et* LXXXIII, *ejusdem meminit sub hac formula :* In Blandinio, S. Gudwali archiepiscopi et confessoris : *adnotatque, illa se habere e* B Martyrologio propriæ ecclesiæ, *quæ utique est Blandiniensis Gandavi. Martyrologium Canisii Germanicum anni* MDLXXIII, *eadem habet quæ Molanus, sed in editione anni* MDIC *auctius proponit elogium: uti et faciunt Benedictini,* Wion, *Menardus, et alii; rati,* Gudwalum *sui Ordinis fuisse. Sed horum opinio nos morari non debet, postquam ipsum Mabilio, tomo* 1 *Sanctorum Benedictinorum, ad Prætermissos rejecit, et tantummodo* episcopum Angliæ *nominat. Habemus etiam Diurnale precum cum Kalendario Sanctorum Ordinis Benedictini, collectore Benedicto Dorganio, impressum Macloviopoli in Britannia minore anno* MDCXXII, *ubi sic legitur :* S. Gudwali episc. et conf. sanctitate et miraculis clarissimi.

videlicet a Carthusianis Colonien.

3 *Transeo ad Martyrologos illos, qui die* VII *Junii referunt* S. Godoaldum. *Plerique adnumerantur in Commentariolo præmisso, et omnes sunt recentioris ævi. Notandum igitur est, quod jam cœpi monere, scriptores, hic num.* 1 *allegatos, qui vetustiores sunt, solius* Gudwali *meminisse ad* VI *Junii, nullius vero* Godoaldi *ad diem sequentem aut alibi. Attamen ex allegatis num.* 2 *recentioribus nonnulli, nec plures quam tres, præter* Gudwalum *die* VI, *referunt etiam ad* VII *Junii* S. Godoaldum : *et qui inter illos ceteris antiquiores videri possunt, Cartusiani Colonienses in utraque editione citata, aliud non habent, quam* Godoaldi Confessoris.

item a Canisio, et Molano aucta:

C *Canisius,* Episcopum et Confessorem *vocat, uti et Molanus, designans in prima editione sua anni* MDLXVIII, *per litteram* f *adjunctam, se illa hausisse e* Martyrologio Ordinis S. Benedicti, *aut aliis in* Francia impressis : *quæ verba hic certo respiciunt Martyrologium Bellini, non quod is secundum morem Romanæ curiæ impressit Venetiis anno* MCCCCIIC, *in quo nihil de* S. Gudwalo *aut* Godoaldo, *sed quod postea Parisiis anno* MDXXI *recusum atque Sanctis Galliarum propriis auctum fuit: ubi de solo* Godoaldo *ad* VII *Junii, nusquam de* Gudwalo, *habetur mentio sub hac formula :* Eodem die, VII *Junii,* S. Godoaldi episcopi et confessoris.

solum Godoaldum habent Bellinus Parisiensis

et Breviarium Senonense.

Atque hisce scriptoribus, quod ad S. Godoaldum *spectat, præiverit Breviarium Senonensis ecclesiæ, quod habet* S. Godoaldi memoriam *ad diem* VII *Junii.*

Diversos esse Sanctos

4 *Hæc pluscul is proposita sunto, ut cognoscat per se prudens lector, qui et quid de* Gudwalo: *qui et quid de* Godoaldo *scribant Martyrologi. Cur illos pauci, et quidem recentiores, diversos faciant Sanctos, refundendum puto, in diversitatem nominis, quod paulo aliter atque aliter pro varia ætate scribitur, quemadmodum in adductis supra citationibus ex parte videre est. Item ob diversitatem diei, quo aliis atque aliis in regionibus coluntur. Ad nomen quod attinet, rescriptum habemus e* D *Galliis ab eruditissimo canonico Parisiensi, tam veterum quam recentium monumentorum scrutatore diligenti, ac nominum propriorum observatore accurato, Claudio Castellano; quo censet, posteriorum temporum scriptores nomen, de quo hic agimus, formare,* Godoaldus; *majores eorum scribere solitos,* Godoalus; *antiquiores vero scripsisse,* Gudualus *aut* Gudwalus. *Ex quo consequitur, ex diversitate, qua formatur nomen, diversitatem personæ induci non debere. Quod præter diem proprium cultus* VI *Junii, quo Sanctum exuto corpore ad cælos transiisse constat ex Actis, nonnulli assignent diem* VII, *originem videtur habere ex Galliis et breviario Senonensis ecclesiæ, in cujus diœcesi cum reliquiæ* S. Gudwali *seu* Godoaldi *conserventur, ut diximus; ibidemque ipsum corpus olim quievisse, perquam verisimile sit; æquum erat, ejus cultum in ecclesia illa perseverare. Verum cur non eodem die, quo obiit Sanctus et passim alibi colitur,* VI *Junii? Quia dies ille impeditus ibi est solenniori festo S. Aldrici, Senonensis archiepiscopi, cui assignantur in breviario illo* tres Lectiones; *cum* S. Godoaldi *illic tantum habeatur* Memoria, *ideoque hujus cultus ibi translatus sit in diem sequentem.*

non evincit diversa nominis scripti forma,

nec diversus cultui præscriptus dies.

E

Cultus Sancti in diœcesi Senonensi

5 *Redeo ad Castellanum, qui plus aliquid lucis in rem præsentem affert in Vocabulario hagiologico impresso; ubi* S. Gudualum, *antiquioris scripturæ forma usus; ait gallice appellari,* S. Goau, *et fuisse* Episcopum in Anglia, honoratum *in loco dicto* Yevre le-Chatel, prope Pithiverim (*gallice* Pluviers) : *item, in* Loco Guduali (*vulgo* Locoal) Prioratu, dependente a Rotone in diœcesi Venetiarum *Britanniæ minoris,* ibique coli ut Patronum, sub nomine vernaculo, S. Goal. *Idem alibi in suis ad nos datis* XIV *Martii* MDCIC, *notat, ejusdem Sancti reliquias aliquas, potiores quidem conservari et coli in Yevre-le-Chatel; partem vero exiguam Pithiveri; quæ loca non longe inter se distant in diœcesi Senonensi : atque ideo verisimile est* memoriam *istius Sancti in breviario Senonensi recolendam præscribi. Neque aberrabit fortasse qui inde conjiciat, ejusdem Sancti corpus illic aliquando depositum fuisse, et cum alio, quacumque demum causa, transferendum esset, illas sibi ex eo reliquias retinuisse.*

et Britannia minori perseverans

6 *Cur etiam in Britannia minore tam celebris sit memoria* S. Gudwali, *ut Prioratum sui nominis ibi habeat in* Loco Guduali, *ibidemque ut* Patronus *colatur; nec non* insula *quoque* S. Gudwali, *cujus, tomo* 4 *Annalium pag.* 322, *Mabilio meminit) ab ipso denominetur? nisi credere velimus, fugientes cum sacris ejus exuviis ex Britannia majore monachos ob invasionem barbarorum trajecto mari, primum appulisse in* F *Britanniam minorem (in quam indidem olim frequentem sanctorum virorum trajectionem fuisse scimus) ibique thesaurum suum tantisper deposuisse, eo fortasse animo, ut desævientibus in patria barbarorum tumultibus, illuc referrent. Interea quieverit ibi aliquamdiu sacrum corpus, atque etiam miracula fecerit; ob quæ nomen ejus ibidem mansit in benedictione, et profanis æque ac sacris locis impositum sit. Potest deinde, invadentibus crebro Aremoricam Normannis, idem corpus, ut multorum aliorum Sanctorum, in loca tutiora et a mari remotiora deportatum, Pithiveri aut in Yevre-le-Chatel depositum fuisse.*

et alio, suadent corpus ejus aliquamdiu illic fuisse.

7 *Atque hæc non mera videri debet conjectura nostra; quandoquidem in illis partibus hodiedum ita censeat popularis traditio. Castellanus certe alias nobis significavit,* in Vastinensi Pago (*sunt in illo Pithiveris et Yevre-le-Chatel*) per trâditionem haberi, corpus S. Gudwali illuc allatum ex Britannia. *Acta quoque Sancti istius faciunt hæc similiora vero; dum num.* 30 *innuunt, sacrum corpus, ubi primum appulit in Galliam, non statim* venisse in Monasteriale castrum (*est illud* Monasteriolum, *a fundatore suo,*

S. Salvii

S. Salvii *denominatum, in Pontivo Picardiæ regione*) *sed* diversa climata per maria circuivisse et terras, *atque Galliam* hinc perlustrans et inde, ubiubi, *mira patrasse; ac* tandem *ad Castrum prædictum devenisse; atque inde Gandavum, volente Marchisio Flandriæ* (*ita tum Principes appellabantur, postea Comites dicti*) *Arnulfo*.

eumdemque esse Gudwalum et Godoaldum,

8 *Superest dicendum, quod breviarium Senonense* Godoaldum *suum simpliciter appellet* Confessorem : *Martyrologi vero*, Episcopum *et* Confessorem. *De loco autem episcopatus nihil apud illos invenio. Appellatur quoque* Gudwalus *ab omnibus* Episcopus, *aut* Archiepiscopus. *Quæ similitudo loquendi iterum confirmare potest, eumdem utrobique intelligi Sanctum. Quod vero Belgæ, apud quos Acta* Gudwali, *quæ superant, conscripta sunt; et passim manibus teruntur, Episcopum aut Archiepiscopum* Britanniæ majoris *nominent, id hauserint ex iisdem Actis, quæ apud Senonenses olim aut minus nota fuerint, cum nomen* Godoaldi *sui breviario apposuerunt, aut maluerint traditioni suæ inhærere, quæ nihil certi de loco episcopatus circumferebat.*

B

conveniente etiam in eamdem sententiam D. Castellano.

9 *Denique prælaudatus Castellanus in suo Martyrologio universali, gallice impresso, quod dono ejus pridem ad nos allatum est, in Galliis, quarum Sancto studiose et ubertim collegit, alium non agnoscit* S. Godoaldum *præter* S. Gudwalum *nostrum, dum de hoc solo ibi meminit, sic scribens ad diem* VI *Junii* : In Anglia, S. Guduali episcopi, cujus corpus conserva tur, partim in S. Petri ecclesia Gandavi, partim in Yevre-le-Chatel prope Pithiverim in regione Vastinensi, quo statim *seu* directe (d'abord) apportatum fuit ex Anglia. *Libens admitto sententiam hanc, quam et meam esse jam monstravi : præterquam quod opinari non possim*, statim *et* directe *sacrum corpus ex Anglia deportatum fuisse in regionem Vastinensem, nulla ejus mora prægressa in Britannia minore, nisi docuerit me Castellanus, qua alia de causa tam celebris memoria* S. Gudwali *perseveret hodiedum in Britannia illa, ut ecclesiam, prioratum et insulam sui nominis illic habeat atque ut patronus colatur.*———

DIE VIII.

NOT 5

Pag. 52 *col.* 1 *ante* SS. Nicandrum *et* Marcianum *ponatur* S. Maximianus episcopus. Syracusanus, et confessor, cujus meminit Gregorius in tertio Dialogorum. *Ita hoc die Grevenus; nescio quam ob causam. Martyrologium Romanum sequenti* IX Junii, *ipsum colit, quo et nos Acta protulimus.*

C

NOT 6

Pag. 116 *Annot.* f. Adde ad calcem — *Nota etiam, quod locus* Vallis Jornensis *in Actis, et* Mons Journalis *in hac Annotatione, ex Gallico* Vaujour *et* Monjour, *barbare translatæ voces, rectius latine scribentur* (*uti quidem placet Castellano*) Vallis-diurna; Mons-diurnus. *Facilius tamen ex priore scribendi modo in notitiam vulgaris appellationis locorum istorum venietur, quam ex posteriore.*

DIE VIII.

Pag. 147 *col.* 1. *Post* Valerium et Dionysium martyres; *appone Prætermissis :*

NOT 7

Sigo, abbas cœnobii S. Florentii Salmurensis, *successor* Beati Frederici, *ibidem abbatis : de quo chronicon S. Maxentii, vulgo* Malleacense *dictum, apud Labbeum tomo* 2 *Bibliothecæ librorum MSS. pag.* 209, *ita loquitur ad annum* MLV : Beato Frederico in regimine pastorali successit Sigo, tertio Kalendas Novembris, non minor virtute et merito, sicut adhuc fratrum fideli narratione noscitur. Floruit namque multa sapientia et scientia apud Deum et homines, vivens in abbatia XIV annis. Hic iterum, *uti decessor beatus Fredericus*, plenus sanctitate in pace quievit quinto Idus Junii. *Publice cultum fuisse, nondum comperi : imo ne Saussayo quidem notus est in Martyrologio Gallicano, uti nec decessor ejus Fredericus, cujus neque dies obitus indicatur in Chronico.*

D

AUCTORE C. J.

DIE IX

NOT. 8

Pag. 148 *col.* 2 *de* S. Liborio *lin.* 3 *post* — *Gall.*— *adde* — *Claudius Castellanus in suo Vocabul. Hagiolog. causam allegat, quod Cenomanni, Paderbornam deferendum corpus, tali die in ecclesia B. Mariæ Parisiis cum illo substiterint.*

DIE X.

Pag. 259 *col.* 1 *post dicta de* S. Pelagia V. M. *sequatur* ———

NOT. 9

S. Platonis in Perside *meminit Cod. Victorinus et alius Reginæ Sueciæ sub num.* 130. *Novimus* S. Platonem hegumenum IV *Aprilis. Norunt Græci ac Moschi* Platonem martyrem XVIII *Novembris, qui Latinis* XXII *Julii colitur : sed neuter horum* in Perside. *Si in citatis codicibus forte scriptum fuit* Platonis, *pro* Ivonis, *aliquod ulterioris inquisitionis argumentum afferre possit Grevenus, qui hoc die memorat* Translationem sancti Ivonis episcopi de Perside; *et Martyrologium Altempsiense, quod notat, Translationem Ivonis factam esse* in Anglia apud Ramasciam, super cujus sacras reliquias candidissima pervolabat columba per septem milliaria, quo ad usque in terra sancti veherentur. *An in Terram sanctam seu Palæstinam ex Perside? atque inde in Angliam? Adjungit illi idem Martyrologium tres socios anonymos. Plura novisse cupimus.*

E

NOT 10

Pag. 260 *col.* 1. *Post relata de* SS. Basilide, Tripode *etc. subjunge* —

SS Basilides et socii.

SS. Basilides, Aurisus, Rogatus, Januarius cum sociis eorum XII, Romæ via Aurelia milliario quinto decimo, *leguntur in Martyrologio Pulsanensi, aliis plane sociis et paucioribus*, Basilidi *adjunctis, quam in classe proxime præcedenti. Unde major etiam confusio oritur; quæ an satis explicata sit, vide sis in* Basilide *hujus diei* X *Junii, et confer cum duobus Basilidibus aliis, quorum singulis alii atque alii adduntur socii.*

NOT. 11

Pag. 260 *in Prætermissis ante* S. Anianum XII Junii *addatur* ———

S Basilissa Trevirensis.

S. Basilissa virgo, Treveris in monasterio, quod vulgariter Horrentum (*nunc passim* Horreum) dicitur, *uti habet Martyrologium Lubeco-Coloniense impressum, eademque fere habet Grevenus. Si amplior notitia aliunde nobis advenerit* (*apud Browerum enim de Antiquitatibus Trevirensibus, nihil de illa invenio in indicibus*) *dari poterit ad diem, cui ipsam adscribit Castellanus in suo Martyrologio universali*, V Decembris.

F

Pag. 274 *col.* I §. 5 dele — *de quo initio hujus diei egi* ———

Pag. 276 *post num.* 2, *sic prosequere* ———

De S Maurino, Coloniæ invento.

3 *Non tamen ita plane latebit annus martyrii S. Maurini, si in re antiquissima Trithemio fides, qui præmissa narratione inventionis, vixisse illum scribit* tempore Dagoberti regis magni Francorum. *Verba ejus in Chronico Hirsaugiensi anno* 1690 *plenius impresso typis abbatiæ S. Galli, hæc sunt, ad annum* DCCCCLXI. His quoque temporibus Bruno, archiepiscopus Coloniensis, monasterium S. Pantaleonis martyris in Colonia fundavit, quod multis divitiis ad sustentationem servientium Deo monachorum copiose procuravit. In cujus fundationis loco capella fuit antiquissima sub honore sanctorum Cosmæ et Damiani martyrum, quam necesse jam fuit evertere, ut spatium nova structura posset conveniens habere.

A bere. Cum ergo foderetur terra pro fundamento locando, corpus sancti Maurini abbatis et martyris, quod cum inscriptione sua latebat sub terra, inventum est; quod infinitis mox cœpit clarere miraculis, et in prædicto monasterio honorifice servatur usque in præsentem diem. Fuit autem iste sanctus Maurinus natione Scotus, qui pro Christi amore patriam deserens, verbum Dei prædicavit gentibus tempore Dagoberti regis magni Francorum, cum aliis duobus monachis discipulis suis, qui simul pro fide Catholica martyrizati fuerunt in terra Saxoniæ.

AUCTORE C. J.

4 *Intelligo hic per Dagobertum, istius nominis primum, qui anno* DCXXI *Austrasiæ rex creatus, septennio post Neustriam quoque et Burgundiam acquisivit; atque anno* DCXXXVI *factus monarcha, obiit* DCXLIIII. *Istius autem tempore venisse Maurinum natione Scotum (seu Scotum pro Britanniæ septemtrionalis incola, ut passim nunc sumitur: sive pro incola Hiberniæ accipias, perinde mihi est) venisse, inquam, Maurinum cum duobus monachis inde in Saxoniam Germaniæ ad convertendam gentem illam, tam est mihi incredibile, quam est verisimile, neminem ea propter e Britannia solvisse in Frisiam aut Saxoniam Germaniæ ante S. Egbertum,* B *salutis animarum zelantem monacho-presbyterum, qui sub finem seculi* VII, *annis circiter quinquaginta post mortem Dagoberti prædicti, tentavit semel atque iterum, uti testatur Beda, eo trajicere; sed divinitus in itinere detentus atque reverti jussus, alios pro se viros apostolicos cum S. Willibrordo, eodem transmisit, per quos et Frisios et Saxones magna parte convertit, quos inter nullus Maurinus innotuit. Præterea cum auctor contemporaneus idemque monachus in novo S. Pantaleonis monasterio, qui inventionem corporis S. Maurini et miracula mox ibidem facta describit, nullam de patria Maurini, de tempore quo vixit, de loco ubi martyrium subiit, mentionem faciat, vereor ut quis prudens Trithemio, post tot secula scribenti, tam distinctam dictorum narrationem, absque alio teste, credat.*

NOT. 12 *Pag. 298. Addatur Commentario.*

DE B. BARDONE ARCHIEP. MOG.

§. II. Elucidatio paragraphi præcedentis et gestorum Bardonis ante episcopatum.

B. Bardonis vita quomodo et ubi inventa;

P*ost interceptam anno* MDCLXXXVI *victricibus Augustissimi Leopoldi imperatoris nostri armis, regiam civitatem Budam, e cujus instructissima Matthæi Corvini* C *regis bibliotheca dicebantur plerique codices in bibliothecam Cæsaream Viennensem transportati esse: cupido nobis subiit illos inspiciendi, et quæ ad Acta Sanctorum facere possent inde extrahendi. Consilio igitur inter nos inito, judicavit magister noster P. Papebrochius, ut ego et collega noster P. Franciscus Baertius, eo proficisceremur, et tum novam Budensem, tam antiquam Viennensem examinaremus. Profecti igitur anno* MDCLXXXVIII, *sub tempus paschale Antverpia, Viennam pervenimus (lustratis per viam variis Bibliothecis) die* X *Julii. Mox ad opus accincti, favente Cæsarea Majestate, collegimus permulta, quæ descripsimus ipsi Viennæ per tres circiter menses ex variis codicibus MSS. cumque superessent aliquot codices Græci MSS. qui propemodum toti describendi erant, illos ex indulgentia benevolentissima ejusdem Cæsareæ Majestatis, sub initium autumni, ne tota hieme subsistere cogeremur Viennæ, transtulimus Antverpiam nobiscum; descriptosque remisimus primo vere ad bibliothecam suam Cæsaream, quo et relatos recte fuisse, intelleximus.*

cui hic denuo illustratur.

2 *Inter multa autem, a nobis Viennæ descripta, fuit etiam vita B. Bardonis archiepiscopi Moguntini, quam nobis deesse, et scriptoribus Moguntinis pridem desideratam fuisse, sciebam. Illam ut domum redivimus, continuo illustrandam suscepit magister noster, illustravitque multis more suo satis accurate ad diem* X *Junii.* D *Verum cum ab illo tempore plurima antiquorum per Germaniam scriptorum monumenta e tenebris in lucem publicam edita sint a Meibomiis, Leibnitiis aliisque; cum etiam ejusdem Bardonis vitam ex editione nostra transtulerit in sua Sanctorum Benedictinorum Acta Mabilio, usus Commentario atque Annotationibus Papebrochii, adjunctis item ex sua eruditione aliis, videor mihi, ex recentius editis istiusmodi scriptis nonnulla ad majorem historiæ B. Bardonis illustrationem adjungere adhuc posse, salva cuique opera sua.*

Laudat virum Trithemius ad an. 1031,

3 *Primum igitur sit, quod Joannes Trithemius in ampliore Chronico Hirsaugiensi anno* 1690 *typis monasterii S. Galli edito, ac tardius, post impressum Junium ad nos allato: ita de B. Bardone ad annum* MXXXI, *loquitur:* Aribo Moguntinæ sedis archiepiscopus obiit anno MXXXI, vir doctus nec minus vitæ merito venerandus, cui sanctus Bardo monachus nostri Ordinis *Benedictini et* abbas, in archiepiscopatu succedens, præfuit annis XV; vir doctus in scripturis sanctis, et morum religione multum illustris ac venerabilis. De cujus abbatia, unde fuerat in pontificem assumptus, certam hac vice non possumus dare sententiam, propter multiplicem scriptorum diversitatem; quorum alii asserunt, fuisse E Fuldensem post Richardum; alii Hirsveldensem post Arnolphum: et alii Augiensem post Bernonem. Major tamen pars Fuldensem abbatem illum fuisse post Richardum confirmant. *Ita ibi Trithemius, ceteroquin in rebus Ordinis sui versatissimus. At vero ad annum* MLI, *certiora doctus, certiora quoque de abbatia, unde translatus Bardo ad archiepiscopatum fuit, commemorat; temporis item spatium, quo præfuit, et annum diemque mortis ejus definiens, his verbis:*

atque iterum ad 1051,

4 Anno MLI Henricus imperator festum Pentecostes cum Papa Leone et multis principibus in Padelbronna celebravit, ubi S. Bardo, ex monacho archiepiscopus, habito ad Missam sermone, obitum suum instare, clara voce prædixit, veniam et pacem ab omnibus petiit, ac se orationibus fidelium auditorum commendavit. Post hæc, eodem mense quo sermonem fecerat seque prædixerat moriturum, obiit, X videlicet die mensis Junii, anno pontificatus sui XX. Hic, ut scribit abbas Eckardus in Chronica sua, in cœnobio Fuldensi, sub monastica professione a puero nutritus, inde pro vitæ merito ad pontificalem dignitatem provectus, spiritu prophetiæ multisque virtutibus et miraculis clarus effulsit. Quod vero supra diximus anno desolati monasterii XXX F (*est is Christi* MXXXI) cujus monasterii fuerit abbas, nos ignorare: diligentiore inquisitione certificati, retractamus. Constat enim nunc manifeste, monachum Fuldensis extitisse cœnobii, non abbatem. Nam Richardo in abbatia successit Sigebertus; post quem Rosingus; postea Bardo, sed non iste de quo loquimur; deinde Ecgebertus; postea alius Bardo, ac deinde Siffridus: qui post Lutpoldum Moguntinæ sedis magnus fuit archiepiscopus.

ex Eckardo abbate Uraugir,

5 *Eckardus hic, a Trithemio, allegatus, fuit primum canonicus et scholasticus ecclesiæ Wormatiensis, deinde postquam Terram Sanctam visitasset, monachus Hirsaugiensis: ac demum abbas primus in Uraugia monasterio, a S. Ottone episcopo Bambergensi ad sex circiter milliaria ab Herbipoli versus septemptrionem fundato, anno* MCXX; *uti scribit idem Trithemius ad istum annum; atque addit,* scripsisse Eckehardum non contemnendæ auctoritatis opuscula, quibus et tunc præsentibus se utilem reddidit, et memorabilem posteris commendavit *Tum recensens scripta ejus, primo loco indicat* Chronicon ab origine mundi usque ad annum Dominicæ incarnationis MCXXIV inclusive, volumen insigne; in quo gesta regum et imperatorum in Germania et extra, ordine satis

qui scripsit anno 1124

commodo

A commodo digesto. *Et hoc chronicon sit, quod Trithemius citat; in quo tam præclare loquitur Eckardus seu Eckehardus de Bardone. Adjicio alia.* § I *prætermissa aut non integre citata; secuturus fere ordinem temporum.*

Patria Bardonis,

6 *Patriam habuit Bardo, ut vita loquitur,* oppidum Germaniæ. *Quodnam autem? Designare illud videtur Bruschius, dum in archiepiscopis Moguntinis, natum dicit* ex nobili Wederoviæ, *seu Veteraviæ,* familia de Oppershofen. *Et hunc fortasse Mabilio sic scribit:* In oppido Veteraviæ, cui nomen est Oppershofen, natum fuisse testantur vulgati Germanicæ Historiæ scriptores; quibus antiqua ejusdem oppidi traditio favet. Ibi enim *(ita prosequitur)* ut ex litteris reverendissimi abbatis sancti Jacobi de Monte speciosio didicimus, paternæ domus beati Bardonis, in qua natus dicitur, rudera hodieque commonstrantur. *Vellem propius designasset abbas situm oppidi.*

qui natus sub annum 981,

7 *Constat item ex vita, natum esse* Ottone II Romanam monarchiam administrante: *igitur ante finem anni* DCCCCLXXXIII, *quo vivere Otto desiit die* VII *Decembris. Natus itaque fuerit Bardo anno antepenultimo Ottonis, Christi* DCCCCLXXXI, *aut sequenti, ut*
B *recte supputavit Papebrochius. Tradit enim vita, consecratum fuisse pontificem Moguntinum* anno pene quinquagesimo ætatis suæ, in festivitate sanctorum Apostolorum Petri et Pauli. *Consecratio autem illa, æque ac mors Aribonis, quæ acciderat* VIII *Idus Aprilis, incidit ad annum* MXXXI; *ex quo detractis* pene quinquaginta *annis, deveniet nativitas ejus* pene *ad annum* DCCCCLXXXI. *Puer Bardo, a parentibus Fuldam deportatus, interque scholares ibi enutritus eruditusque, eximie profecit tempore Archanbaldi abbatis, anno* DCCCCLXXXIII *creati: sub quo etiam, juvenis jam factus, puta sub annum millesimum, monachalem habitum ibidem induit, ac laudabiliter gestavit; donec Archanbaldo, anno* MXI *ad cathedram Moguntinam electo; et Brantholio (aliis Branthous dicto) ex præposito Fuldensi in abbatem subrogato, nescio quæ simultates inter hos duos insurrexerunt, eo progressa, ut annuente Henrico imperatore Brantholius* abbas Fuldensis depositus..... atque illud monasterium, confratribus late discedentibus, pro dolor! a priori statu mutatum sit, *ut loquitur Dietmarus noster MS. libro 6 versus finem; cui tamen Brantholius iste, sive Branthous;* Bronhago *vocatur. Et Chronographus Saxo ad annum* MXIII *eadem de re ait, tunc diffugisse,* hac et illac vagantes, qui erant cœnobitæ, jugum Christi ferentes.

monachum Fuldæ induit sub 1000.

Secutus abbatem, monasterio pulsum anno 1013;

8 *Abbatem istum tunc suum Bardo cum meliori*
C *parte monachorum secutus,* tanto tempore permansit cum eo, usque dum calumnia illa interventu sedaminis sedaretur, *ut in vita legitur; atque tum demum ad monasterium suum rediit, Bobbone sive Poppone abbate; qui Brantholio substitutus fuerat, obiitque* abbas anno MXVIII, VII Idus Aprilis, *uti habet Necrologium Fuldense apud Leibnitium. Ex quo autem rediit Bardo ad monasterium suum Fuldense, eminuit majoribus quam ante virtutibus, quæ in vita describuntur; electusque subinde fuit,* concedente abbate Richardo, *ut in eadem vita, unanimi Fratrum consensu in* Decanum. *Quod pro tempore factum sit ut propius dignoscatur: inquirendus est annus in quem electio abbatis Richardi incidit. Annales quidem Benedictinorum ad annum* MX, *num.* LI, *dicunt,* Erkembaldo abbati ad pontificatum Maguntinæ ecclesiæ provecto *(quod accidisse putamus anno* MXI) abbatem substitutum fuisse *Richardum. Verum substitutionem illam a vero tempore aberrare, manifestum est ex jam dictis. Tunc enim substitutus fuit Erkembaldo seu Archenbaldo Brantholius, cuique post biennium deposito subrogatus Bobbo seu Poppo ex monasterio Laurishamensi, quod simul cum Fuldensi administravit abbas usque ad annum* MXVIII, *quo obiit* XI *Aprilis.*

eo redit sub Poppone, an. 1018 defuncto;

et subinde fit Decanus sub Richardo abb.

9 *An Popponi proxime substitutus sit Richardus,* D *non ita planum est; opinante Browero in Fuldensibus pag.* 287 *inter utrumque intercessisse* Wolkinarum *et* Bardonem *aliquem: quod tamen nec ipse probat, nec ego alibi scriptum reperio ab idoneo auctore. Interstitium quoque temporis vix admittet saltem duos alios abbates: et in Bardone quidem, quem ille putat ex abbate Fuldensi factum archiepiscopum Moguntinum, qui hic noster esse deberet, certo alium pro alio Bardonem sumpsit; quia noster numquam Fuldæ abbas extitit; sed decanus tantum. Porro de tempore, quo Richardus abbatiam suscepit regendam abbas, quantumvis tradat Schafnaburgensis contigisse anno* MXXIII? *certo constat, ipsum ante mensem Majum anno* MXIX *aut saltem sequenti abbatem fuisse. Determinatio alterutrius anni certa, pendet ab anno, quo Benedictus PP.* VIII *ab Henrico Imperatore Fuldam deductus* ipsa sanctorum Apostolorum Philippi et Jacobi festivitate.... adstante et audiente abbate Richarto, imitandæ virtutis viro, *exaltavit et confirmavit monasterii privilegia: uti legitur in citato Necrologio, quod Leibnitius, qui excerpta sua inde edidit,* antiquissimum *vocat (et sane desinit in anno* MXXV *atque;* inde tempora mortium personarum complurium illustrium, extra controversiam collocari. *Eruditi juxta ac sinceri viri testimonium probo. Interim ut Benedicti PP. accessus in Germaniam et Fuldam pro anno* MXX *potius quam præcedenti stabiliatur, consideranda sunt Chronologorum illa de re sententiæ.*

AUCTORE C. S. qui verosimiliter proximus successit Popponi,

abbas existens, quando Fuldam venit Benedictus pp.

E

10 *Plures scribunt, accessisse Benedictum ab Imperatore invitatum Bambergam anno* MXIX, *nempe Hermannus Contractus, Lambertus Schafnaburgensis, Marianus Scotus, Abbas Urspergensis et Chronicon Hildenshemense, quod ait, eo anno* MXIX, *Henricum imperatorem* in Pascha Papam de Roma Bavenberg hospitio suscepisse. *At Sigebertus Gemblacensis adventum Papæ differt in annum sequentem* MXX, *et Hermannus Contractus in ampliori editione apud Canisium, tamquam corrigens priorem suam sententiam Chronologicam, ad eumdem annum* MXX *scribit:* Benedictus PP. ab Imperatore invitatus, Babenberg venit, ibique ecclesiam S. Stephani dedicavit. *Quæro quid Papius, priorem sententiam secutus, Hermannum secundo loco erroris arguat. Is enim, inquit,* qui asserit, se fuisse eo anno puerum octennem, per hæc tempora non raro in chronologiam peccat. *Verum cur hic ætas unius anni facit, ut censeatur in posteriori sententia errasse potius, quam in priori? Prior certe priori tempore ab Hermanno scripta fuit, posterior posteriori; quando potuit habere, et habuerit, documenta certiora, cur sententiam priorem mutaret. Quis enim eruditus prudens mutat sententiam, nisi melius doctus? Præferenda itaque scriptio Hermanni de anno* MXX, *quo advenerit Benedictus, priori, quam correxit. Adde his Necrologium Fuldense; quod hic, si usquam, fidem meretur, consignans adventum Benedicti Fuldam anno* MXX *ante festivitatem sanctorum Apostolorum Philippi et Jacobi sub finem Aprilis: quod recte convenit cum adventu Papæ Bambergam, ubi ipsum in Pascha Imperator hospitio suscepit, ut diximus ex Chronico Hildeshemensi: non item si anno præcedenti id factum poneretur. Neque enim credibile est, anno integro et amplius Papam illis in partibus substitisse. Incidit autem anno* MXX *Pascha in* XVII *Aprilis, ut rebus Bambergæ cum Imperatore peractis, commode potuerit uterque Fuldam, vix amplius bidui distantem, ante finem mensis venire.*

quem alii scribunt, eo venisse anno 1019;

alii, anno 1020,

F

11 *His expensis, sequitur adhuc videre, quo anno Richardus cœperit esse abbas Fuldensis. Ex jam dictis, quod Benedictum cum imperatore Henrico Bambergæ, anno* MXIX *adscribere, mihi quidem visdeque est in præsenti argumento de initio regiminis abbatis Richardi. Dicam enim in illa sententia, eodem anno Papam venisse Bambergæ Fuldam, et Richardum jam tunc ante festum*

quo Richardus certe abbas Fuldensis fuit.

tum

AUCTORE G. J.

A *tum sanctorum Philippi et Jacobi illic abbatem invenisse; ac firmius concludam, minus potuisse inter Popponem et hunc Richardum alios abbates intercessisse. Verum ita sentientibus incumbet ostendere, vel Necrologium Fuldense in rebus monasterii sui propriis errasse in signando anno; vel Popponem amplius anno integro tunc in Germania commoratum fuisse cum imperatore, quocum scitur Bambergæ ac Fuldæ fuisse, nec scitur fuisse alibi. Incumbet item ostendere, quod Hermannus Contractus in ampliori et posteriori editione chronici sui, ubi priorem sententiam corrigit, in ipsa correctione erraverit potius, quam in prima editione. De reliquis Chronographis annum* MXIX *tenentibus ita existimari possit. Nempe, Hermannus omnium primus, qui hac de re scripserunt, notavit, Benedictum anno* MXIX *Bambergam venisse, quam sententiam secundis curis correxit, scripsitque* MXX. *Sequaces ejus, Schafnaburgensis, Marianus, Urspergensis et Auctor chronici Hildenshemensis, nacti fuerint editionem Hermanni primam, tunc magis vulgatam, eamque secuti, ut fit, eumdem annum descripserint: at Sigebertus, tempore posterior, habuerit editionem posteriorem, ex eaque notaverit annum* MXX, *qui, ut dixi, cum Fuldensis* B *Necrologii chronologia recte convenit. His ita deductis, nolim tamen existimari, auctius Hermanni chronicon ab ipsomet auctum fuisse, nullo sufficienti argumento id mihi persuadente. Potest enim ab alio deinde auctum et interpolatum esse. Qui tamen dum annum prædictum* MXIX *mutavit in* MXX, *etiam censendus est certiores habuisse rationes.*

Bardo ex decano fit rector Novi monasterii,

12 *Fuit igitur electus decanus Fuldensis Bardo post obitum Popponis sub Richardo abbate, qui Novum vocabulo monasterium, in honorem S. Andreæ Apostoli, haud procul Fulda occidentem versus construens illud eidem Bardoni commendavit regendum; ubi hic innotuit Conrado imperatori, anno* MXXIV *electo, a quo etiam abbas Werthinensis, sub annum* MXXX, *tum et Herveldensis, atque post paucos inde menses, mortuo Aribone, archiepiscopus Moguntinus constitutus fuit. Hæc ex vita satis distincte. Mirum interea est, quantum discrepent auctores, etiam antiqui, de abbatiis, quibus Bardo abbas præfuit ante episcopatum. Alii Virdunensem fuisse abbatem, scribunt: sed facile convincuntur scribere debuisse* Werthinensem, *cujus nominis est abbatia antiqua a S. Ludgero olim instituta ad Ruram Westphaliæ fluvium, qui inde post tria milliaria Germanica prope Duisburgum in Rhenum influit. Et hic quidem fuisse abbatem, ac inde traductum ad archiepiscopatum, asserit Syllabus abbatum Werthinensium et Helmstadiensium apud Leibnitium de scrip-* C *toribus rerum Brunsvicensium tomo 3 his verbis: Abbas* XVIII, Bardo, nobilis Saxo, ob famam discretionis ex cœnobio Fuldensi ad prælaturam postulatus, præfuit anno tantum uno: quia hinc in archiepiscopum Moguntinensem postulatus fuit. *At vero in vita S. Godehardi de* IV *Maji nostri num. 32 habetur, quod Ariboni* Bardo, vir simplex et rectus, Herveldiæ abbas, successit. *Et hi quidem scriptores, singuli singulas Bardonem abbatias administrasse innuunt.*

inde Abbas Werthinensis,

et Herveldensis,

13 *Verumtamen ambas, jam nominatas, tenuisse, aperte declarat vita B. Meinwerci, dicens* quod Bardo Werthenensis abbas ante paucos menses, *quam archiepiscopus fieret,* Arnoldo, ab Herveldensi regimine deposito, successerat. *Qua de re pluscula dicentur infra numero 15. Interim omnium apertissime hæc prosequuntur. Annales Hildeshemenses ad annum* MXXXI: Arnolfus *seu Arnoldus,* pater monasterii Herveldensis, quorumdam fratrum ejus loci, cujusdam criminis objectione accusatus, miserabiliter proprio honore est privatus: in cujus loci vicissitudinem subrogatur Bardo, procurator cœnobii Wirdunensis (*Werthinensis*) suggestione Gislæ imperatricis. Eidem vero Bardoni successit *in cœnobio Werthenensi,* Geroldus Fuldensis monachus..... Eodem anno piæ D et venerabilis memoriæ Aribo Moguntiacensis archiepiscopus causa orationis Romam adiit, indeque digrediens, Cumis VIII Id. Aprilis ex hac vita migravit; cujus honoris principatum obtinuit Bardo, tunc nuper prælatus Herfeldensi monasterio. Sed huic quoque mox successit ad abbatiæ *Herveldensis* dignitatem Rudolfus, cœnobii Stabulon *seu Stabulensis in diœcesi Leodiensi,* præpositus.

Tum archiepiscopus Moguntinus

post Aribonem anno 1031, 29 Junii:

14 *Similia scribit Schafnaburgensis (ut scias non diu Herveldensi monasterio præfuisse Bardonem) ad eumdem annum* MXXXI: Arnoldus abbatiam Herveldensem perdidit, cui Bardo successit: sed is post dimidium annum Ariboni Maguntino archiepiscopo defuncto successit. Rudolfus vero abbatiam Herveldensem suscepit. *Ex dictis (ut alia eodem spectantia prætermittam) colligitur, Bardonem anno* MXXX *mense Junio aut Julio, abbatiam Werthinensem; in fine autem ejusdem anni aut initio sequentis, Herveldensem suscepisse regendam. Dictum quippe est, Werthinensem tenuisse* anno tantum uno; *Herveldensem vero* anno dimidio, *ut Schafnaburgensis; vel* paucis mensibus, *ut alii computant, antequam Archiepiscopus eligeretur ordinareturque: quod factum esse festo sanctorum Apostolorum Petri et Pauli* XXIX *Junii, prodit vita; et factum esse anno* MXXXI, *testantur scriptores propemodum omnes antiqui, Hermannus Contractus in* E *ampliore chronico in collectione Canisii, Lambertus Schafnaburgensis; Marianus Scotus, de quo dicemus num. sequenti, Chronographus Saxo, etc. confirmaturque ex vita B. Meinwerci Paderbornensis episcopi, apud nos tomo 1 Junii pag. 549, ubi num.* III *in fine ita scribitur.*

eodem anno invitatur ad dedicationem ecclesiæ Paderbornæ;

15 Moguntinus archiepiscopus Aribo, eodem anno (MXXX *ineunte*) Romam profectus orationis causa, in reditu, VIII Idus Aprilis obierat; et Bardo Werthenensis abbas, qui Imperatricis machinamentis subintraverat, quique ante paucos menses Arnoldo, ab Herveldensi regimine deposito, successerat, variis negotiis occupatus, secundum desiderium episcopi interesse non poterat *dedicationi ecclesiæ, quam Meinwercus Paderbornæ* anno Dominicæ Incarnationis MXXXI Indictione XIV (*imo* XV, *a præcedente Septembri jam inchoata; nisi Scriptor Indictiones suas forte auspicetur a Kal. Januarii, quod etiam Marianus fecisse videtur*) IV Nonas Novembris *solenniter celebravit, invitato, præter alios episcopos multos qui adfuerunt, etiam Bardone Moguntino; sed qui* variis negotiis occupatus, *initio nempe regiminis sui,* interesse non potuit. *Hinc colligas, Marianum Scotum, aut potius editorem ejus, perperam dividendo historiam* F *in numeros annorum, aberrasse, dum annum* MXXXII *præfigit ordinationi Bardonis. Dicit quippe dein Marianus, Bardonem* annos XX *præfuisse; mortemque ejus recte signat* anno MLI. *Quæ non inveniunt nisi ordinatio ponatur anno* MXXXI, *ut a reliquis chronologis positam diximus.*

§ III Gesta Bardonis in episcopatu.

Interest ibi anno 1036 alteri dedicationi.

Præter illa, quæ in vita narrantur, lego apud varios scriptores nonnulla alia, quæ ordine temporis breviter huc transfero. Qui anno MXXXI *archiepiscopus Bardo, invitatus a B. Meinwerco, episcopo Paderbornensi, interesse non potuit* IV *Idus Novembris, uti modo diximus dedicationi ecclesiæ, quam Meinwercus* in occidentali parte Patherbrunnensis suburbii *cum adjuncto monasterio, quod Abdinckhoffense hodiedum vocatur, Ordinis Benedictini, inchoaverat ac tandem consummaverat: idem, inquam, Bardo, rebus suæ diœceseos jam recte ordinatis, iterum ab eodem Meinwerco invitatus ad dedicationem alterius ecclesiæ, quam* extra Patherbrunnensem civitatem in orientali parte construxerat

A rat: *ibidem comparuit ac solennitatem præsentia sua auxit* anno dominicæ Incarnationis MXXXVI; Indict. IV, VIII Kal. Junii.

Eodem anno et seqq. consecrat var. os episcopos.

17 *Eodem anno* MXXXVI *ut habet Chronicon Halberstadense*, in natali protomartyris Stephani a Domino Bardone, Moguntinæ sedis archiepiscopo, in Heiligenstadt consecratus est Burchardus *episcopus Halberstadensis, primus nempe istius nominis, vir perquam insignis. Chronographus Saxo annum notat* MXXXVII; *sed facile conciliatur cum prædicta sententia, quia auspicatur annos suos a Natali Domini. Idem Bardo anno* MXXXVIII *die* XX *Augusti consecravit Laurishemii antistitem Hildesheimensem Thietmarum, S. Godehardi successorem; ut refert Chronicum Saxonicum MS. Quod est in monasterio S. Germani Parisiis et a Mabilione frequenter citatur. Initiavit denique et Svitgerum præsulem Bambergensem, qui deinde fuit Pontifex Romanus sub nomine Clementis II; initiavit autem illum Monasterii Westphaliæ ubi tunc natale Domini cum aula sua celebrabat imperator Henricus Niger, anno* MXL, V *Kal. Januarii, seu* XXVIII *Decembris in festo sanctorum Innocentium: quod colligitur e Chronographo Saxone: qui tamen initiationem illam adscribit anno suo* MXLI; *quia, ut jam monui, annos a* B *natali Domini auspicatur.*

etiam coram Imperatore:

18 *Inter hæc, auctore Mariano Scoto*, consecravit *anno* MXXXVII sanctus Bardo archiepiscopus, præsente Conrado imperatore, Indictione V *(malim legere* VI, *quia quinta jam a mense Septembri expiraverat)* IV Idus Novembris monasterium sancti Martini, sedis Moguntinensis archiepiscopatus, imo omnium Francorum, in honorem S. Martini, cum multis episcopis et *(quod in codicibus impressis deest, additur autem, ut monet Browerus, in MS. Francofurtensi)* venerabilibus viris. *Quæ confirmantur a Trithemio, ad eumdem annum scribente, quod* S. Bardo archiepiscopus Moguntinus decima die mensis Novembris in præsentia Conradi imperatoris secundi, Henrici regis tertii, multorumque episcoporum, principum et abbatum, majorem ecclesiam S. Martini in Moguntia consecravit. *Consentit hisce codex MS. quem citatus Browerus* minorem *vocat, superaddens, numerum episcoporum, in dedicatione præsentium, fuisse* septemdecim. *Idem codex isthæc porro subdit*: S. Joannis basilica collegiata, juxta metropolitanam *prædictam S. Martini* Moguntiæ posita, non modicæ devotionis extat: quam idem Bardo sanctus episcopus pro remedio animæ suæ C dotavit; veteribus ejus rebus cum dote et congregatione in novam S. Martini translatio; et in hac veteri S. Joannis, de qua priorem congregationem transtulerat, prædiis sua industria acquisitis, novam congregationem restituit.

dotat ecclesiam S. Joannis Moguntiæ.

Gesta Bardonis bellica;

19 *Neque tantum pontificalia administravit Bardo tamquam episcopus; sed etiam bellica egit tamquam princeps multarum ditionum, Imperatori obnoxius. Anno igitur* MXL, *uti scribit Chronographus Saxo (alii rectius notant* MXLI) *Imperatore in Bohemos, imperio rebelles, expeditionem parante*, Saxones cum metropolitano Moguntiaco Bardone *(verba sunt Chronographi)* et Ekkehardo marchione convenerunt, et Bohemicam regionem, divina eos, ut claruit, protectione comitante, cum parva admodum manu die Dominica IX Kal. Septembris violenter introierunt et per novem dies potestative peragrantes, cæde, præda, incendioque vastaverunt: donec venerabili viro Guntario monacho cum legatione Regis adveniente, pace data et accepta, victores redierunt. *Anno item sequenti* MXLII, Imperatore in Assumptione sanctissimæ Mariæ Bohemiam cum maximo exercitu *iterum ex una parte* intrante, Ekkehardus marchio cum Maguntino archiepiscopo *Bardone*, aliisque episcopis et primatibus altera ex parte expeditionem Saxonum invexit Bohemiam, ipsamque regionem multis D modis vastantes, Domino largiente victores, data et accepta pace, reversi sunt.

AUCTORE C. J.

inaugurat Agnetem reginam.

20 *Anno* MXLIV *novam nuptam Henrici III, tunc adhuc tantum regis Germaniæ, Agnetem Pictavensem, inauguravit Bardo reginam. Qua de re Marianus*: Agnetem, Guillelmi Pictavensis principis filiam, Henricus reginam apud Moguntiam ungi faciens *per Bardonem*, regalibus sibi nuptiis in Ingelnheim copulavit. *Quod iterum confirmatur a Trithemio aliquanto explicatius*; Henricus rex, post repudium, quod sibi dederat Gunhildis uxor prima, Agnetem, comitis Wilhelmi Pictaviensis filiam, apud Moguntiam ungi faciens in reginam per ministerium S. Bardonis archiepiscopi, regalibus sibi nuptiis apud Ingelenheim villam regiam, uxorem copulavit. *Et prosequitur*: Convenisse ad has nuptias infinitam histrionum et joculatorum multitudinem legimus, quos omnes non solum muneribus, sed etiam cibo et potu vacuos, Rex, *fortassis consilio ejusdem Bardonis*, abire præcepit: cibaria vero, quæ manducantibus invitatis superessent, non histrionibus et mimis, sed Christi pauperibus, quorum aderat multitudo maxima, deberi confirmans. *Consentit his etiam Hermannus Contractus, sed ad annum suum* E MXLIII.

An fundaverit monasterium in Monte-specioso?

21 *An idem sanctus pontifex Bardo monasterium quoque S. Jacobi, prope a muris Moguntinæ civitatis in monte, qui nunc* Speciosus *appellatur, ædificare cœperit, in dubio est. Ait Mabillo: et fundationem ejus adscribit anno* ML; *hæc addens*: Vix cœpta erant monasterii ædificia, cum instante sibi morte pius antistes Bardo Bardoni, suo ex fratre nepoti, qui tunc S. Albani monasterio præerat, mandavit, suum ut moneret in archiepiscopatu successorem, ne opus a se inceptum prætermitteret. *Antiquiorem istius rei auctorem nec ipse citat, nec ego invenio, et fortassis alium non habuit ducem præter Gabrielem Bucelinum, qui cum tomo* I *Germaniæ sacræ profanæ dixisset*, conditum fuisse a Luitoldo archiepiscopo; *eadem denuo tractans tomo* 2, *ait*, fundatum a S. Bardone atque ab ejus successore Luitoldo absolutum, *dedicatumque anno* MLV *in honorem S. Jacobi Apostoli, ac splendide dotatum. Trithemius ubi de fundatione monasterii ejusdem, in Chronico Hirsaugiensi auctore agit ad annum* MLI, *solius Luitpoldi meminit.*

Obiit an 1051 *ex chronographis* F

22 *Accelamus ad annum, quo vita functus sit Bardo. Chronologi omnes illorum temporum præcipui notant mortem ejus anno* MLI: *nempe Hermannus Contractus, qui tertio post anno chronicon suum absolvit ac obiit, Lambertus Schafnaburgensis et Marianus Scotus, qui sua item chronica fecerunt in anno* MLXXVII *et* MLXXVIII. *Uterque anno* MLVIII *monachum induerunt, ille in monasterio Herveldensi diœcesis Moguntinæ; hic Coloniæ, qui et anno sequenti ordinatus fuit sacerdos: fuerunt que adeo supremæ saltem ætati Bardonis contemporanei ambo, et forte litteris, quam fuit scriptor vitæ ejus: id ut credam, quod ille ex instituto suo chronographiam professi fuerint; hic, scriptor vitæ, gesta et virtutes ejus præcipue intenderit: et saltem pleraque, ex relatione aliorum conscripsit; qualis relatio solet potius narrare facta, quam tempora quibus facta fuerunt. Concordant cum antiquis de anno obitus Bardonis recentiores, Chronographus Saxo, Trithemius, et aliis quos non vacat citare nominatim. Accedat, imo præcedat jam citatis scriptoribus, auctoritate in re præsenti, Necrologium Fuldense antiquum apud Leibnitium finem habens in anno* MLXV; *quod similiter obitum Bardonis archiepiscopi notat* anno MLI.

et necrologio antiquo Fuldensi.

ex congressu ejus cum Imperat. Paderbornæ,

23 *Notat quoque Schafnaburgensis postquam ad annum* MLI *indicaverit*, Ecclesiam in Goslaria consecratam esse ab Hermanno Coloniensi archiepiscopo, *illam nempe* beatæ Mariæ Virginis *cujus* dedicationi

AUCTORE C. J.

A dedicationi, præsente Henrico rege, etiam interfuit Bardo Moguntinus, *ut loquuntur Annales Corbeienses apud Leibnitium ad eumdem annum; notat, inquam, Schafnaburgensis, Imperatorem, qui Goslaria transiverat Paderbornam, ibi* celebrasse Pentecosten, *ibidemque* Bardonem archiepiscopum habito ad missam sermone, obitum suum instare prædixisse. *Quæ utique illa eadem Pentecoste est, de qua loquitur vitæ scriptor num. 71, quod vir sanctus, jam* conscius secretorum divinorum *de suo instante transitu,* multis orationibus et aliquanto attentioribus S. Martino, *cathedralis suæ ecclesiæ patrono,* se commendavit: aggressoque itinere ad Paderbrunum properavit; *ubi* die sanctissima Pentecostes agens missarum in publico solemnia, post sancti Evangelii lectionem *pro concione dixit, suumque, ut supra, instare obitum prædixit. Henricum porro imperatorem tunc ibidem fuisse præsentem, declarat eadem vita num. 73, his verbis:* Transactis igitur diebus solemnibus, accepta Regis licentia, Moguntiam redire aggressus est. *Annus igitur Bardonis ultimus, quo in Pentecoste simul cum Imperatore fuit Paderbornæ, is est, quem signavit Schafnaburgensis,* MLI.

ex spatio 20 annorum, quibus pontifex, fuit,

B 24 *Marianus Scotus definit tempus, quo archiepiscopatui Bardo præfuit,* annos XX. *Ex quo et deducimus supra, ipsum ordinationem ejus adscripsisse anno* MXXXI; *quamvis editores Chronici ipsius impresserint annum* MXXXII. *Ordinatio enim Bardonis facta est, uti testatur vita num.* 73 in festivitate sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, *die* XXIX *Junii: obitus vero accidit die* X *aut* XI *ejusdem mensis anno* MLI, *atque adeo tenuit sedem archiepiscopalem annos* XX *integros, minus* XIX *aut* XVIII *diebus. Et vero præfuisse Bardonem annos* XX, *consequitur ex omnibus scriptoribus, quos ordinationem ejus anno* MXXXI *et obitum anno* MLI *consignasse, diximus; ipsorumque etiam sententiæ, aliorum ex aliis, confirmantur, quod ad initium, annos, et finem episcopatus attinet.*

consecratus 1031, 29 Junii;

25 *Recte autem nobis esse vitæ scriptorem (quamvis de chronologia non tam solicitus fuisse, ut tempora rerum, a sancto episcopo gestarum, accurate signaret; quam ut argumenta virtutum ejus commemoraret) ordinationem Bardonis in festivitate sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, ex alio ipsius textu confirmatur num. 23, ubi descripta pluribus electione Bardonis in episcopum, quam solemniter factam, ait, ab Imperatore in consessu antistitum principumque, in festivitate jam dicta Apostolorum: continuo subdit, inde ductum fuisse* cum laude Dei ad ecclesiam, *ubi* promoverunt eum consecrantes in episcopatus gradum. *Atque iterum*

C *num. sequenti:* Consecratus igitur pontifex, verus custos vasorum, pene quinquagesimo ætatis suæ anno: post festivitatem sanctorum Apostolorum ad commissum ovile cum honore dimissus est. *Locus iste induxit Papebrochium, ut diem consecrationis determinaret Dominicam proximam post festivitatem, deceptum ex mala potius interpunctione librariorum, quam ex indiligentia scriptoris. Si enim distinguatur oratio, ut hic ego interpunxi, manifeste patet, τὸ* post festivitatem, *referendum non esse ad prius membrum de consecratione, quæ jam peracta erat in ipsa festivitate; sed ad posterius, de dimissione pastoris ad suum ovile.*

item ex anno quo successor substitutus est, 1051;

26 *Redeamus ad annum, quo decessisse Sanctum nostrum ostendere cœpimus, confirmandum ex tempore successoris ejus in archiepiscopatu, qui fuit Luitpoldus seu Leopoldus (nomen ab aliis aliter atque aliter scribitur) præpositus ecclesiæ Bambergensis. Illum Schafnaburgensis et abbas Urspergensis dicunt, anno* MLI *successisse Bardoni: et Marianus, qui æque ac Schafnaburgensis illo tempore florebat, eadem habet ad eumdem annum; definitque, episcopatum tenuisse* annis VIII, mensibus IV; *obiisse annum* MLIX, VI Idus Decembris. *Hinc igitur detractis annis* VIII, *mensibus* IV D *prædictis, reducitur initium episcopatus ejus ad* VI *Idus Augusti anni ejusdem, quo obiit Bardo,* MLI. *Quidquid in editione Mariani præfigatur electioni ejus annus* XLII; *quod per incuriam aut ignorantiam aut certe per errorem editoris factum sit, contra mentem auctoris; quemadmodum supra num. 17 observavi similem errorem ab editore commissum esse in eodem Mariano, dum electioni Bardonis præfixit annum* MXXXII, *pro* MXXXI. *De obitu Luitpoldi anno* MLIX, *consentit etiam Schafnaburgensis, sed diem unum anticipat, scribens obiisse* VII die Decembris. *Verum hæc minutiora de die, ad quæstionem præsentem nil attinent.*

27 *Hermannus Contractus ad annum Chronici, æque ac vitæ suæ, penultimum, Christi* XLIII *(octiduo annorum initio anticipato) ait,* Imperatorem cum Domino Papa multisque episcopis et principibus Natalem Domini Wormatiæ egisse, *nempe anno* MLII *communi exeunte. Similia de congressu Imperatoris et Papæ Wormatiæ in eodem Natali Domini habet Schafnaburgensis, prænotato tamen perperam anno alio; additque,* Leonem ibi Imperatori valefacientem, Romam reversum esse. *Nec deinde in Germaniam rediit. Alia de eodem congressu, quæ hic ad rem nostram præcipue faciunt, habet Abbas Urspergensis, videlicet, quod cum primo Natalitiorum die solenniter missam celebrasset Papa, secundo die illam similiter celebrarit, tamquam dignior persona, Luitpoldus archiepiscopus Moguntinus. Hinc confirmatur nostra et chronologorum citatorum sententia, de Luitpoldi successione in archiepiscopatum anno* MLI; *quandoquidem hinc constat, illum anno* MLII *archiepiscopum fuisse; et fuisse ab anno præcedenti, non est qui neget, ne quidem illi, qui adstruunt, Bardonem anno* MLIII *defunctum esse.* E

qui certo episcopus fuit an. 1052:

28 *Idem ex diversis temporibus, quibus Leo Papa in Germania fuit, validè concluditur. Vita Bardonis bis mentionem facit istius Pontificis; numero scilicet 67, atque iterum 69. Priori loco ait:* Senuerat jam vir Dei *Bardo.* Ergo et ex ætatis accessione, et infirmitatis, senium consequentis, successione, corporis molestia gravi præventus est: qui visitatus a sancto viro Leone Papa, ut recuperandæ sanitatis gratia, esu carnium reficeret, rogatus est. Obedivit et comedit. *Loco posteriori innuitur, quod Leo post obitum Bardonis denuo in Germaniam venerit:* cumque populi multitudinem ad ejus sepulcrum cum votis et oblationibus concurrentem vidisset, dixit; Nunc Bardo ædificat, si ante neglexerat. *Insimulatus enim Bardo fuerat dum vivebat, nimiæ indulgentiæ;* ita ut etiam aliqui dicerent, quis ejus negligentia in episcopio multa fierent inconvenientia. F Quod etiam in exemplum sumens sanctus Papa Leo; Quis, inquit, umquam hujus sancti viri patientiam adscriberet misericordiæ et non potius socordiæ? *Quæ omnia a Leone in Germania et visa et dicta fuisse, perquam apertum est; atque adeo ante finem anni* MLII; *quo ille in Natalitiis Domini Wormatiæ Imperatori valefaciens, Augustæ Vindelicorum Purificationem B. Mariæ: Mantuæ vero Dominicam in Quinquagesima egit, ac porro infra dies Quadragesimæ Romam pervenit anno* MLIII; *nec Germaniam deinceps revisit, mortuus Romæ sequenti anno,* XIII *Kal. Maji.*

nec non ex præsentia Leonis pp. in Germania

29 *Quæ priori loco dicuntur de congressu Leonis cum Bardone, spectant ad annum* MXLIX *vel potius ad sequentem: utroque enim anno venit Papa in Germaniam: et anno quidem* MXLIX *synodum celebravit Moguntiæ, assidente cum aliis plusquam quadraginta præsulibus, Bardone: anno autem* ML, *post habitam initio Septembris synodum Vercellis, transcendens Alpes, venit Tullum, ubi ejus loci quondam episcopi S. Gerardi corpus solenniter elevavit; indeque*

quo tertium Roma venit.

Germaniam

A *Germaniam peragrans, variis in locis ecclesias dedicavit. Quando et Bardonem denuo convenisse, putandum est; ipsique jam senio et infirmitate laboranti, suasisse esum carnium. At quæ in vita posteriori loco dicta sunt, omnino contigerunt in tertio Leonis in Germaniam adventu versus finem anni* MLII, *quando etiam Wormatiæ conventum habuit cum Imperatore post obitum Bardonis, jam substituto ei Luitpoldo archiepiscopo, qui et præsente Papa, uti et Imperatore, per illud tempus ibidem solenniter missam celebravit; ut diximus num. 27 ex abbate Urspergensi. Igitur et ex hac chronologia et ex episcopatu Luitpoldi successoris, iterum constat, Bardonem ultra annum saltem* MLII *non vixisse.*

Examinantur argumenta aliter sentientium.

30 *Concidit itaque chronologia, quæ Bardonem seu* IV, *seu* III *Idus Junii*, anno MLIII *occubuisse adstruxit. Ante enim obiisse ex præmissis multiplicibus argumentis firmum manebit, quamdiu quis illa non monstraverit peccare omnia. Totum atque unicum, quo contraria sententia nititur, fundamentum est, quod vita num. 77 memorat*, sextam fuisse feriam, cum sancta Bardonis anima sancto egrederetur de corpore; *illamque feriam incidisse, ex num. præcedenti, in* tertiam Idus, B *seu diem* XI Junii. *Ita quidem legi in vita ut consentiam, putabo nihilominus, auctoritatem vitæ isto loco, præferendam non esse aliis ejusdem vitæ locis ceterisque scriptoribus æque certis, quos adduxi. Dico etiam, dubium esse, an vita illic loci designet, obiisse Bardonem* III *Idus; an vero*, ipsum corpus *tunc* feretro impositum fuisse, ut ad Moguntiam deportaretur, humandum honorifice. *Ultimum mihi magis placet. Quia in præmissis dicitur, quod* postquam *ab obitu episcopi*, dolori cordis multo planctu satisfecere, tandem omnia, quæ de sancto corpore facerent, deliberavere, et tunc depositis in ejusdem loci *(ubi obierat* ecclesia pietatis *(seu viri pii* visceribus; tunc, *inquit vita*, quoniam quidem mediæ fuit æstatis temporibus, utpote III Idus Junii, ipsum corpus feretro imposuerunt. *Quo sensu saltem uno die prius obierat Bardo (neque enim solent corpora defunctorum, alio transferenda, ipso die obitus exenterari), nempe* IV *Idus Junii, quo et plerique et meliores notæ chronologi mortuum fuisse tradunt.*

Dies mortis XI *Junii non est certus;*

31 *Tradunt autem illud Marianus Scotus, Necrologium antiquum MS. monasterii Weissemburgensis, seculo* XI *ut videtur concinnatum, Martyrologi Benedictini, Ferrarius et alii. Hermannus Contractus in suo Chronico apud Pistorium; diem obitus nullum signat, signat tamen apud Urstitium et Canisium*, III Idus C Junii, *et in hoc sequaces habet. Quinam vero ex illis scriptoribus sint ceteris præponendi, atque alter diei alteri rectius consignatus sit, definire non audet Mabilio. Quid si captæ explicationi meæ insistendo, dicatur, vere Bardonem obiisse* IV Idus, *quod potior scriptorum pars tenet; alios vero ex obscuro vitæ textu, num. superiore citato, deceptos*, diem III Idus, *ut ibi legitur, retulisse ad obitum Bardonis, non ad impositionem corporis in feretro, quod a morte ejus, post communem luctum, post deliberationem amicorum quid illo facerent, post exemptionem intestinorum, eorumque ibi in ecclesia depositionem, factum tandem fuit; et factum fuisse minori unius diei spatio a morte, credibile non est.*

est potius transportationis:

32 *At* sexta fuit feria, cum sancta illa anima sancto egrederetur de corpore. *Si vere ita scripsit auctor vitæ (quod dubitari potest, quia in codice MS. oratio illic integra non erat, atque in impressis per conjecturam duobus locis suppleta est) dicam concurrisse quidem anno* MLIII *feriam* VI *cum die* XI *Junii: verum si die* X *Bardo obiit, quod probabilius est, is dies non concurrit dicto anno cum feria* VI, *sed cum* V. *Ex quo consequitur, certius non esse, obiisse Bardonem feria* VI, *quam obiisse die* XI *Junii, quod minime certum* D *est, etiam ex ipsa vita, juxta explicationem nostram paulo ante datam. Suspicio quoque mihi subit, totum numerum 77, ubi in feriam* VI *incidisse mortem adstruitur, non esse auctoris, sed interpolatoris; tum quia feria illa conciliari non potest cum certiore coævorum scriptorum sententia de obitu Bardonis; tum quia totus ille numerus indicia præfert assutæ laciniæ, dum incipit.* Sed interrupto hic ordine, antequam de hoc loco egrediamur, beneficia quæ ibi Dominus operatur per sancti confessoris sui merita, prosequamur. *Finit vero :* Sed ad ordinem revertamur.

nec potest obiisse feria 6,

AUCTORE C. J.

33 *Ut ut est, admitti certe non potest, obiisse Bardonem* feria sexta; *cum admitti non possit, obiisse* anno MLIII, *quod demonstratum abunde putem. Verus mortis ejus annus est* MLI, *et verus dies* X *Junii; certe verior quam* XI. *Anno autem prædicto* MLI, *habente litteram Dominicalem* F, *dies* X *Junii concurrit cum feria secunda: qua et mortuum fuisse Bardonem oportet; aut cum feria tertia, si usque ad diem* XI *Junii supervixit. At, inquies, secundum sententiam illam, Bardo non fuit mense Junio Paderbornæ in Pentecoste, nec* eodem mense, *ut loquitur Schafnaburgensis, decessit. Solennitas quippe Pentecostes incidit anno* MLI *in diem* XIX *Maji, uti supra dictum est. Ego vero nusquam adhuc legi, Pentecosten occurrisse aut debuisse occurrere mense Junio, quando Paderbornæ Bardo vicinam mortem suam prædixit. Neque vero Schafnaburgensis dicit, eodem mense* Junio *Bardonem decessisse* (Junii *enim mentionem antea nullam fecerat) sed* eodem mense, *id est intra spatium mensis, seu dies triginta, a prædictione mortis, ipsum decessisse.*

obiit feria 2 vel 3,

E

34 *Hactenus amore veritatis disputata, præcipue de anno ac die, quo obiit B. Bardo archiepiscopus, recedunt quidem a sententia, in Commentario prævio eadem de re asserta, et in Annotatis ad vitam abunde confirmata; nihilominus putavi omnia, prout illic sunt, suis locis relinquenda esse, tum ut ne videar supra magistrum velle sapere; tum ut eruditus lector, utriusque sententiæ considerata, utram voluerit amplecti cautius possit, aut etiam superaddere tertiam, si neutra præmissarum ejus judicio satisfaciat. Mabilio, amicus dum vivebat noster, in suis ad Acta Bardonis Observationibus prævus tomo* VI, *parte* 2 *num.* 9, *appensis utriusque sententiæ momentis, quinam ex scriptoribus, de anno atque die obitus Viri sancti contraria sentientibus, sint ceteris præponendi; definire non ausus, rem maluit in medio relinquere;* quam, *inquit*, forte aliquando viri eruditiores solvent.

Eruditiores videant,

utrum annus mortis 1051

35 *Inter eruditiores ipso viros, quos ille pro sua nota submissione vocat, ego numerari non debeo; nec velim præsumere, me nodum omnem quæstionis solvisse; judicabunt eruditiores: et si qui priorem sententiam de anno mortis* MLIII *prætulerint; sciant illi, in antiquo commentario nihil magnopere corrigendum vi eri, præter dicta num.* 3 *de ordinatione Bardonis episcopali,* post festivitatem Apostolorum; *quæ in ipsa festivitate facta fuit: Et num.* 4 *de* Leone Papa IX, *qui Wormatiæ Natalem Domini cum Imperatore anno* MLIII *non celebravit, sed anno priori, quando adhuc vivisset Bardo secundum illam sententiam. At vero, si posteriorem nostram de anno* MLI *mortis, sequi malint; ipsi per se facile cognoscent, quæ tum in Commentario prævio antiquo, quam in Annotatis ad Acta, delenda vel commutanda sint. Inter quæ repono jam indicata, quia neutri sententiæ conveniunt: tum quæ annotata sunt ad caput* VII *vitæ, in sententia mea plane superflua, uti et Annot.* a *ad caput* VIII, *et nonnulla alia. Præ ceteris tamen deleantur, quæ in Corrigendis ad calcem tomi* 2 *Junii post Indices, sub numero.* Pag. 313 *præscribuntur in explicationem terminorum* vidisse et intellexisse : *quæ ad sententiam meam nihil faciunt, imo et antiquiorem non possunt confirmare.*

F

an vero 1053 *præferendus sit.*

Quæ in Commentario antiquo mutanda sint.

A

AUCTORE C. J. *Imago Bardonis*

36 *Adjungamus etiam nonnulla per modum appendicis, ad § 1 Commentarii prævii, de cultu B. Bardonis, quæ subinde nactus Mabilio, inseruit Observationibus suis prævus, sic aiens :* Bardonem in oppido Oppershoven, antiquitus cultu publico honoratum fuisse, didicimus ex epistola reverendissimi abbatis sancti Jacobi de Monte specioso *nomen ejus et tempus datæ epistolæ non expressit)* ubi sic habet : Illud quod subjungo (*verba sunt abbatis*) ex relatione habeo illustrissimi Domini Adolphi Godefridi Velustæ, ex sacræ Theologiæ doctore et ecclesiaste metropolitano gloriosissimo, episcopo Domitianopolitano et suffraganeo Moguntino, qui ante annos viii fatis cessit. Is ait, sua memoria ecclesiam in Oppershoven Weteraviæ (ubi de facto adhuc monstrantur rudera paternæ domus, in qua sanctus Bardo natus) igne exustam, salva solum imagine sancti Bardonis, quæ super ligneam tabulam ad vivum effigiata [erat] cujus imaginis possessionem benefatus episcopus nactus, se eamdem monasterio nostro legare resolvit : sed a nescio quo, summo amborum dolore, clanculum sublata, spem tanti thesauri irritam reddidit. Hactenus epistola abbatis.

B

et cultus per officium ecclesiasticum.

37 *Prosequitur Mabilio.* Etsi verum esset, Ferrarii tempore, quod quidem non credimus; Bardonis officium nullum in ecclesia Moguntina fuisse celebratum, fatendum est, paulo post fuisse in ea institutam beati Antistitis festivitatem. Nam ex Adolphi Overhami, qui et ipse monachus fuit Werthinensis cœnobii, discimus, in proprio Sanctorum Moguntinensium, die xi Junii festum S. Bardonis sub ritu duplici præceptum inveniri : quamvis in officii lectione quinta dicatur, iv Idus ejusdem mensis obiisse. De eodem agunt fasti Werthinenses, ut ipse ait Overhamus, tum vetusti, tum recentes; in quibus Bardonis nomen iii Idus Junii consignatur.

NOT 13 *Pag.* 299 *col.* 1 *Annot.* h *adde — Sed quid si matris familia sumpserit nomen a* Wettera, *nobili oppido in Hassia Darmstadiensi?*

NOT 14 *Pag.* 313 *Si cui parum satisfacit conjectura de verbo* disset, *quasi illud vel pro* audisset *obrepserit, vel in mente auctoris aliud non significaverit, quam notitiam auditu acceptam, eo quod in familiari sermone idem sæpe significat* videre *quod* intelligere. *Si cui, inquam, minus satisfacit conjectura nostra ; is, potius quam dubitet de anno, quo obiit B. Bardo, tam expresse notato per concursum diei* iii *Idus Junii, et Feriæ* vi; *dicat, auctorem memoria lapsum, ut nomen* Leonis, *cujus fecerat mentionem num.* 67 *hic iteraret, pro nomine*

C

successoris Victoris II, qui antea Episcopus Eystettensis sub ipsomet Bardone existens, optime eum nosse potuit vivum; et jam Pontifex, annoque 1056 *ad Imperatorem Henricum in Saxoniam proficiscens, aut inde rediens, visitasse potuit defuncti tumulum, miraculis inclarescentem.*

NOT 15 316 De S. Margarita Scotiæ Regina. *col.* 1 *lin. ult. pro his verbis — — Quæ illæ causæ fuerint non libet divinare — — 1 — Præcipuam, ac forte unicam fuisse intelligo, quod cum hæc dies sæpe incideret in Octavas Pentecostes aut Corporis Domini, sæpe contingebat ipsum sanctæ Reginæ festum, quod solum erat ad libitum, adeoque transferri non poterat, tali anno omnino non celebrari : quæ causa postea cessavit, quando declarandum fuit faciendum Officium de præcepto.*

NOT 16 319 *num.* 4 *adde —— Porro ut deducta hactenus et capiantur melius, et facilius imprimantur memoriæ, schema hoc genealogicum faciet.*

Eadgarus, *S. Margaritæ Abavus.*

Ethelredus, *frater Eduardi Sancti, Proavus.*

Edmundus, *Ferrei lateris dictus, Avus.*

Eduardus *exul cum fratre Edmundo Pater.*

S. Margarita *Scotiæ Regina.*

D

322 *n.* 16 *lin.* 3 *post —— Angli ——* adde —— *ad ejus tamen confirmationem adducunt Northumbri nomen familiæ de* Pers-ey *(quod significat,* oculum perforavi, *a tali eventu ductum, ut volunt.* NOT. 17

335 *n.* 59 *expunctis ultimis lineis duabus post —— promissaque ——* adde —— *idque ad autumnum anni* 1695, *quando Collegii istius Rector, R. P. Stephanus Maxuellus, misit accurate delineatam statuam; significavitque, curatam illam sui munificentia prænobilis cujusdam matronæ Scotæ, nomine Mombray; de tempore autem quo ei inclusum sit sacrum Caput, deque Episcopo cujus id auctoritate sit factum nullam extare memoriam; nullam etiam de Carolo et Jacobo Principibus, post Patrem cæsum exulibus, qui Duacenum collegium aliquando visitaverint, et ostensum sibi S. Margaritæ Caput, si non ut Sanctæ (neuter enim adhuc erat Catholicus) saltem ut proaviæ suæ innocentis, amplexi fuerint; quod tamen tunc temporis audivisse me ex nostris Scotis, satis distincte videor meminisse. Est autem statua pectoralis Reginæ, non solum ultra viventis mensuram alta et argentea tota; sed in corona quoque ac torque perpectus fluente gemmis et unionibus pretiosa. Ipsam ex ære sculptam hic videres lector; nisi præmature curatam lamellam nescio quis casus sustulisset ex oculis : quam, si ad lucem manusque meas aut successorum mature redeat, uti confido, habebis lector in Supplemento hujus mensis : quando spero ex Hispania quoque afferendam denique plenam instructionem, deque perlatis illuc Regum Sanctorum corporibus, ac præsenti statu eorumdem.* NOT 18

E

Pag. 390 *num.* 7 *Commentarii de* B. Joanne Dominici, *addatur in fine —* NOT. 19 *De B. Joanne Dominico.*

38 *Ex Poggio hauserit Platina, quod scribit in vita Gregorii PP. XII de eodem B. Joanne; fuisse scilicet personam ignobilem ex plebe Florentina, Ordinis Prædicatorum de Observantia : et fuisse* insignem hypocritam. *Quæ verba ut sanctimoniæ viri, archiepiscopi cardinalis S. R. E. Deique servo fidelissimo, injuriosa quam maxime sunt, ita sine labe poterant prætermitti aut saltem per annotationem reprobari ab editoribus operis istius. Quod tamen in editione Veneta anni* 1685 *nondum factum fuit, faciendum fortassis in alia editione.*

Pag. 392 *Annotatione* 1 § 2 *post* Foroliviensis, *dele quæ Italico charactere scribuntur, et hæc repone intra parenthesim — (etiam hanc modo habemus in epistolari relatione ad Bernardum Delphinum episcopum Castellanum, dandam cum spissa collectione miraculorum, ad diem* xxiv *recudendi suo tempore Januarii —* NOT 20 *De B. Marcolino Ord. P.*

Pag. 414 *col.* 2 *post dicta de* S. Onuphrio anachoreta *adde* NOT 21

SS. Timotheus, Joannes, Andreas, Thadæus, Philippus, anachoretæ, qui in gestis S. Onuphrii leguntur. *Ita Grevenus, qui illos, antiquioribus Martyrologis ignotos, e gestis istis seu potius ex Peregrinatione Paphnutii collegerit ipse primus. Indidem alios etiam collegit Maurolycus, quos ad eumdem diem* xi, *post S. Onuphrium sic commemorat :* Huc pertinet memoria sanctorum Joannis, Andreæ, Alconis et Theophili Anachoretarum, ab eodem Paphnutio *in peregrinatione sua per eremos* repertorum. *Plures illic convenit Paphnutius sanctos eremitas, paucorum nomina signavit, quæ inde Grevenus et Maurolycus in sua quisque Martyrologia transtulerunt; an satis provide (cum adhuc viventes in transitu suo illos tantum viderit Paphnutius, nec de perseverantia eorum, de exitu vitæ; de die mortis, de cultu publico, quidquam aliunde sciatur) judicent alii. Baronius quidem non raro e Dialogis S. Gregorii aliisque Patrum scriptis, istiusmodi Sanctos Martyrologio apposuit ; sed illis accessit approbatio Ecclesiæ. Qualia porro gesta S. Onuphrii habuerit, non indicat Grevenus. In nostris certe, cum Peregrinatione*

A *grinatione Paphnutii tomo 2 Junii editis, nomina omnia a Greveno citata, non invenio. Invenio tantum* Timotheum, Joannem et Andream: Thadæus *et* Philippus *Greveni, illic desunt. Subjungitur tamen Andreæ apud nos,* Heraclambon *et* Theophilus. *An horum loco exemplar, quod Grevenus descripsit, habuerit* Thadæum *et* Philippum, *quis dicat? Similiter deest Maurolyco* Timotheus; *qui et* Alcon *invenerit pro* Heraclambon. *Utcumque hæc sumas, de Sanctis illis, ex Peregrinatione Paphnutii, ad Acta S. Onuphrii apud nos die* XII *Junii impressa, ubi eorum gesta leguntur pauca, nescitur quam sancte, aut quo die annove, obierint, aut ubi publicum aliquando cultum habuerint. Vide in confirmationem dictorum nostrorum, quæ ad Acta S. Onuphrii commentati sumus.*

AD DIEM XI.

Pag. 415 *num.* 1 *sub finem* adde ——; *ut quidem*
NOT. 22 *hactenus creditum fuit: nunc vero compertum est illud Beneventanis relictum esse, uti suo tempore explicabimus.*

NOT. 23 *Ib. num.* 2 *lin.* 16 *post* —— *Rubricas Breviarii*
B —— *adde* ——

Sed fallitur Gavantus quoad Lectiones: has enim diu ante Franciscus Card. Quignonius, permissu Pauli III, suo peculiari Breviario inseruit anno MDXXXV, *et Pius V permisit in Romano Ordinario legi anno* MDLXVIII, *itaque hodiedum legitur: et ubique dicitur passus Barnabas* circiter septimum Neronis annum, *qui fuit vulgaris æræ* LXI: *sed quo fundamento non apparet; ita ut ea videatur simplex Quignonii conjectura fuisse, tantisper assumpta donec occurreret melius aliquid. Colunt ipsum Apostolum.*

DE S. BARNABA APOSTOLO.

NOT. 24 **P***ag.* 451, *ubi de Reliquiis S. Barnabæ Apostoli, num.* 17 *ver.* 12, *nescio quo pacto irrepserint quæ post hæc verba,* pars posterior, *sequuntur usque ad finem numeri. Certe qui illa ibi scripsit, notaverat pridem in Appendice Maji post tomum ejus septimum pag.* 524 *col.* 2 *sub medium, a me C. J. allata esse Neapoli instrumenta de apportatis illuc e Cypro Reliquiis SS. Philippi et Barnabæ Apostolorum; quodque de ultimis, Domui nostræ Professorum ibi donatis, agendum esset hoc loco ad Acta S. Barnabæ. Quod quo minus factum*
C *sit, in causa fuerit absentia mea, dum Acta illa et totus fere tomus secundus æque ac tertius Junii, ut alibi jam notavi, impressa fuerunt. Deleatur ergo locus jam signatus, et subrogentur sequentia.*

18 *Hactenus dicta de præsentia corporis aut capitis S. Barnabæ certis in locis, minus fortasse credibilia videbuntur consideranti mox referenda testimonia, quibus firmatur, corpus Apostoli ab uno seculo adhuc servatum fuisse in Cypro, caput vero tunc inde translatum Neapolim in Italia. Hæc pluseulis tractanda sunt, ut æquum ferri judicium possit. Veni ego prædictus anno* MDCLXXXVI *die* II *Maji Roma Neapolim, ubi multis, quæ ad gloriam Sanctorum facere possint, per varias urbis ecclesias inquisitis, inspexi die* XVI *ejusdem mensis in templo domus nostræ Professorum hierothecas sacrarum reliquiarum sane plurimas, concinno ordine et summo cum decore dispositas expositasque publicæ venerationi in sacello B. Mariæ Virginis; simul consului codicem, in quo præter nomina singularum, refertur e scripturis authenticis, unde, per quos, qua auctoritate, ad ecclesiam illam pervenerint.*

Corpus dicitur adhuc esse in Cypro:

19 *Inter Reliquias istas eminet sacrum caput S. Barnabæ Apostoli, per crystallum in pectore semistatuæ nunc conspicuum, quod nonnulli monachi e Cypro attulerunt Neapolim una cum litteris Archiepiscopi sui, fidem facientibus, illud vere caput S. Barnabæ esse.* D *Quas litteras illi, Neapolim advecti, obtulerunt examinandas et probandas domino Alexandro Boschio, archiepiscopi Neapolitani, Decii Carafæ Cardinalis, in spiritualibus ac temporalibus Vicario generali: qui illa ad preces* D. Nicolai Catomeriti sacerdotis Græci e regno Cypri *(erat is unus prædictorum monachorum) examinari jussit, atque ex idiomate Græco, quo scriptæ erant per fidelem interpretem Rev. D. Paulum Capoisium, hebdomadarium majoris ecclesiæ Neapolitanæ nationis Græcæ, præstito prius de fideliter interpretandis juramento, in Italicum transferri: ex quo illas hic Latinas facimus.*

caput inde an. 1616 perlatum alio,

AUCTORE C. J.

20 Christodulus, per misericordiam Dei Archiepiscopus universæ Cypri et Novæ Justinianæ; omnibus sanæ fidei Christianis, qui civitates, a Deo misericordiæ pleno custoditas, incolunt; omnibus sanctissimis et venerabilibus Archiepiscopis atque amantibus Deum Episcopis, fratribus et consacerdotibus nostris; religiosissimis Archipresbyteris, Presbyteris et Diaconis; omnibus honorabilibus Dominis, nobisque opem collaturis, ac toti populo Christiano; Gratiam Dei omnipotentis et benedictionem nostram. Notum sit omnibus, sacrum mona- E sterium gloriosi Apostoli Barnabæ in Paphia situm, et cognominatum Basa (in quo ejusdem Sancti miraculosa Reliquia asservatur, quotidiana miraculorum gloria resplendens) celeberrimum esse toto Cypro, et venerabile non modo Christianis, verum etiam infidelibus; nunc autem ob æs alienum, quo tenebatur, emptum esse a Turcis quinquaginta sex millibus asperorum. Cum autem nihil subsidii aliunde suppetat, nisi a vobis, qui erga Christianos misericordiæ viscera habetis; vos rogamus atque obtestamur, ut recipiatis R. D. Nicolaum sacerdotem, monachum, commissarium prædicti monasterii, cum sacro capite, gloriosi Apostoli Barnabæ: fidemque facimus, esse vere caput dicti sancti Apostoli.

testantur litteræ Archiepiscopi,

21 *Hactenus ille Archiepiscopus, qui porro pergit commendare D. Nicolaum et indigentiam monasterii S. Barnabæ; atque ita concludit:* In Christo Jesu Domino nostro, cujus gratia cum infinita misericordia, et venia; et nostra benedictio, sit cum omnibus vobis, Amen. Mense Martii, Indictione XIV: *quæ notat annum a nativitate Domini* MDCXVI; *uti colligitur ex litteris testimonialibus Vicarii generalis prædicti, quibus declarat, litteras Archiepiscopi Cypri probas esse, et Reliquias pro veris habendas, datis Neapoli* anno MDCXVII die VII Decembris, Indictione prima, *a mense videlicet Septembri inchoata: et ex* F *Donatione Reliquiarum, facta Domui Professorum Societatis Jesu Neapoli* anno MDCXVIII die secunda Junii eadem indictione prima *adhuc currente. Noto etiam* Asperos *vel* Aspera, *Græcis mediæ ætatis* Ἄσπρα, *vulgo nunc* Aspri, *monetam esse, albam quidem, sed perminutam: cujus generis habeo nummulos nonnullos, in castris Turcarum, quando ab obsidione Viennæ non ita pridem a Christianorum exercitu, Duce præcipuo Carolo Lotharingio, magna cum clade depulsi fuerunt, inventos; quorum centum fortasse scutum unum monetæ Romanæ conficiunt: atque ita tota summa debiti allegati ad* DLX *istiusmodi scuta ascenderet, quæ sane permagna non foret, nisi ubi magna æris penuria est.*

examinatæ Neapoli, 1617,

22 *Approbatis anno* MDCXVII *die* VII *Decembris, ut dictum est, per Vicarium Neapolitanum litteris Christoduli archiepiscopi Cypri, institutum est examen super ipsis Reliquiis* die XXIII Januarii MDCXVIII Neapoli in sacristia majoris ecclesiæ coram adm. Rev. D. Alexandro Russo Canonico Neapolitano, ad id deputato; assistente R. D. Paulo Capoisio, *eodem nempe qui supra litteras Græcas Vicario Generali interpretatus fuit,* pro interprete ad id deputato; delato prius eidem interpreti juramento de fideliter interrogando

ubi et an. seq. examinatæ Reliquiæ ipsæ,

A rogando et interpretando ac respondendo in lingua Latina et Italica.

AUCTORE C. J.

23 *In hoc examine depositum fuit, quod in Cypro insula inter alia multa monasteria, nunc præcipua sunt, quæ passim appellantur* S. Mariæ, S. Sabæ, S. Philippi in Arzo et S. Barnabæ in Basa. *Et in monasterio quidem S. Philippi conservari ejus caput, os sacrum et duo crura: in monasterio autem S. Barnabæ, hujus corpus integrum; uti tres testes, juridice examinati, ex certa scientia, et de visu deponunt : additque in examine suo unus illorum*, D. Demetrius Zamperlarius, archipresbyter civitatis Arzi in regno Cypri, sacerdos Græcus, annorum XLVIII vel circa; *prout sequitur :* Ego in Basa vidi in capsa ex nuce totum corpus S. Barnabæ, illudque in hujus festa luce, die XI Junii, solet publice exponi, ita ut prædictum corpus ab universo populo, ex tota Cypro concurrente, spectetur. In ecclesia vero monasterii in Arzo est caput S. Philippi, et duo crura et os sacrum : hasque ego Reliquias vidi festo ejusdem Sancti die, qui incidit in XIV Novembris, exponi tunc solitas in patina argentea supra altare. *Cumque specialiter interrogaretur de capite S. Barnabæ et crure S. Philippi, quæ Neapolim delata, examini subjiciebantur; juberetur que signum aliquod afferre, quo dignosceretur, prædictas Reliquias esse illas quas viderat in Cypro; attulit pro capite S. Barnabæ, quod in superiori maxilla tres dentes haberet molares; pro crure vero S. Philippi, quod in medio sui aliquantum esset ambustum; prout compertum re ipsa fuit.*

B

quæ ibi 2 Junii donatæ fuerunt Societati Jesu.

24 *Quo devenerint istæ S. Philippi sacræ Reliquiæ, de quibus tom.* VII *Maji in Appendice, pag.* 524 *egimus nota tamen, nomen Vicarii Generalis illic perperam impressum esse* Rossius *pro* Roselius, *nihil compertum mihi est. At vero Caput S. Barnabæ donatum fuisse Domui nostræ Professorum Neapoli, docet sequens instrumentum :* Die secundo mensis Junii, primæ Indictionis, MDCXVIII Neapoli in sacristia Domus professæ Societatis Jesu, prope ecclesiam S. Claræ, constitutus in nostri præsentia Rev. D. Nicolaus Catomeriti, hier. monachus Ordinis S. Basilii insulæ Cypri, ad præsens Neapoli commorans, ob maximam devotionem, quam habere dixit erga ecclesiam dictæ Domus professæ, sponte coram nobis donavit donationis titulo irrevocabiliter inter vivos ; ac coram nobis consignavit sacristiæ dictæ domus professæ, et pro ea adm. Rev, P. Stephano Madio, Præfecto Sacristiæ prædictæ, ibidem præsenti et reverenter recipienti et acceptanti cranium sive caput, denudatum pelle et pilis : scilicet superior pars capitis gloriosissimi S. Barnabæ Apostoli, ut perpetuo in dicta ecclesia et sacristia illius, ad majorem Dei et dicti Sancti gloriam ac devotionem fidelium *conservetur*. Quam quidem Donationem prædictus D. Nicolaus promisit, omni tempore habere ratam, *eamdemque modis variis ibidem confirmat. Tum sic concluditur Scriptura :* Extracta est præsens copia ex Actis mei Notarii Joannis Leonardi di Aulisio, in Curia Notarii Francisci Antonii Stinca, salva meliori collatione, et in fidem signavi *etc.* D

25 *Transeo a Domo Professorum Neapolitana ad nostram Antuerpiensem, cui sub idem tempus obvenit, donatus ab Archiepiscopo et Electore Coloniensi articulus ejusdem S. Apostoli. Quod consistere possit cum sententia præmissa de Corpore adhuc existente in Cypro. Tantilla enim pars et aliæ similes, non officiunt, quo minus vere censeri possit, corpus illic etiamnum servari integrum. De hoc igitur articulo has habemus litteras testimoniales, relatas in inventarium Reliquiarum nostrarum :* Carolus Scribanius Societatis Jesu per Provinciam Flandrobelgicam Præpositus Provincialis, omnibus has visuris salutem in Domino sempiternam. Cum nuper a Patre Carolo Gosinao Societatis Jesu, Gandavi Rectore, articulum S. Barnabæ Apostoli, a Serenissimo Ferdinando Bavaro, Coloniensi Archiepiscopo Electore dono transmissum, acceperim; fidem præsentibus facio, me hunc eumdem articulum P. Jacobo Tirino, Domus Professorum Societatis Jesu Antuerpiæ Præposito, ut in templo ejus Domus perpetua veneratione asservetur dono assignasse. In cujus rei fidem, his mea manu subscripsi et consueto officii sigillo communivi. Antuerpiæ XVIII Decembris MDCXVII. Subsignatum fuit. Carolus Scribani. Et erat sigillatum cum sigillo ordinario Provincialis Societatis Jesu. *Servatur huc usque prædicta Reliquia cum duabus partibus menti S. Bartholomæi Apostoli, in hierotheca alba, decore ornata, cui titulus inscriptus est*, Sancti Apostoli.

In Domo Prof. Antuerpiæ

habetur ejusdem sancti articulus.

E

26 *Joannes Villanius* etc. ut in textu; *sed mutandi sunt numeri sequentes in* 27, 28 *etc.*

Pag. 461 *num.* 4 § 6 *a fin.* dele — *quam omnes, Parisini sciunt recoli die* VII — et restitue — *quam constat factam esse die* XVII; *memoria vero ejus annua recolitur perpetuo, feria* III *post Dominicam infra octavam Ascensionis Domini, ad instar festi mobilis.* NOT. 25

467 *num.* 4 adde — *Claudius Castellanus, in suo Vocabulario Hagiologico, cultum hujus Sancti adscribit* Viridiacum prope Zezannas, *vulgo* Verdey, *quod nomen an vetustiori* Brecarum *nomini successerit; an vero diversus uterque sit locus, et quo jure unus sibi præ altero Sanctum vindicet, aveo discere.* NOT 26

Pag. 481 *aufrenda sunt omnia, quæ de B. Flora virgine ibi leguntur, quia quæ tunc desiderabantur, et alia nonnulla deinde nacti sumus, hic illustranda. Sit igitur.* NOT 27

F

DE B. FLORA SEU FLORE VIRG.

ORDINIS S. JOANNIS HIEROSOLYM.

IN MONASTERIO HOSPITALIS BELLI-LOCI, IN GALLIA, DIŒCESIS CADURCENSIS.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

C. J.

§ I Vita antiquitus scripta, atque alia inde impressa, et in hanc nonnullorum animadversiones.

ANNO MCCCXLVII.

Intellecto, vitam præmissæ beatæ virginis, de qua nihil nobis suo tempore suppetebat præter illa, quæ libellus de Sanctis Beatisque ordinis equestris S. Joannis Hierosolymitani, unum velut in fasciculum ex Historia ejusdem Ordinis Jacobi Bosii collectus, et Romæ primum editus, deinde anno MDCIII *Panormi recusus, continet : intellecto, inquam, beatæ istius virginis vitam in Gallus olim conscriptam fuisse, tentarimus*

Vita antiqua B. Floræ quæsita.

A *mus ipsam quoquo modo nancisci, rogavimusque pridem per litteras Patres nostros Collegii Cadurcensis, ut in monasterio seu Prioratu Hospitalis Belli loci* (Hospitale *ibi nomen esse proprium oppidi prope Bellum-locum, scribit nobis Castellanus*) *ubi* B. Flora *vitam suam sancte peregit, inquirendum curarent; numquid ibi superesset Actorum miraculorumve, aut aliud quidpiam, quod ejus sanctitatem probare luculentius posset. At nihil inde tum quidem retulimus quam promissionem diligentiæ in inquirendo adhibendæ.*

tandem inventa est.

2 *Interea impressus fuit dies* XI *Junii, atque illa, quæ ad manum erant ex præmisso libello, relata suo loco sunt. Non multo autem post monstrarunt Patres Cadurcenses, non vanas fuisse promissiones suas, quando submiserunt quidquid de Beata illa deque monasterii ejus statu, tum antiquo tum hodierno, scitu opportunum sit; compensataque est longior in inquirendo mora, constanti diligentia in inquirentium et ubere fructu. Negotium curandum susceperat anno* MDCXCIII, *rogatu R. P. Fonsello, collegium nostrum Academicum Caduici tunc regentis,* Hugo Amadieu, sacræ Theologiæ in Academia Tolosana doctor, et pastor ecclesiæ parochialis S. Ursicini in urbe Cadurco; *uti ipse se nominat in capite epistolæ, quam ad nos tandem misit latine scrip*B*tam una cum desideratis Actis, ex antiquo gallico a se latine redditis. Quantam autem vir ille hic mereatur fidem, colligere est ex eadem ejus epistola; in qua causatus primum iter suum Parisiense aliaque impedimenta, quo minus potuerit ante id temporis satisfacere desiderio nostro, sic scribit*: Jam vera, ut quæ dicendis hic habenda sit fides, statim pateat, monitum velim Lectorem, demandatam mihi a duobus hujus nostræ ecclesiæ illustrissimis episcopis monasterii Hospitalis Belli-loci curam, spiritualium Exercitiorum causa, a septennio jam susceptam, non sinere, ut præcipua quæ ad Domum illam spectant, me lateant.

Accessit vita recentius impressa.

3 *Post hæc allatum quoque est ad nos ex dono Auctoris, Claudii Castellani, Martyrologium Universale, gallice impressum Parisiis anno* MDCCIX, *in quo reperi, tum ad diem* XI *Junii, tum inter Sanctos ameros pag.* 930, *etiam hanc* Floram *nostram, de qua pridem ille, antequam imprimeretur tomus noster secundus Junii, interrogatus, nihil magnopere tunc resciebat. Nec mirum: quia quæ in martyrologio citato de eadem notat, hausit ex Vita Gallica, anno* MDCXVI *et a principe Maria Aurelianensi donata, nec prius ei visa; quamvis anno* MDCXXV *Parisiis impressa fuerit Sed libelli* C *istiusmodi, ut minuti sunt, facile excidunt, aut in angulos se abdunt. Auctorem habet* P. Ludovicum de Mesplede, professorem theologiæ et priorem Fratrum Prædicatorum Figeaci, *qui ad calcem libelli testatur, se* quidquid in illo retulit, fideliter extraxisse, aut e vetusto codice MS. lingua Cadurcensi pervetere, aut ex aliis monumentis, quorum ei copiam fecerit Domina Antonina de Vassal, Hospitalis Belli-loci Antistita: *et fidem suam hominis Christiani atque sacerdotis interponens, asseverat, se nihil in Historia præmissa mutasse, quod quidem ad ejus argumentum spectet; sed solum egisse antiqui auctoris paraphrasten.*

ex eaque compendium Castellani,

4 *Ex illa Historia hujusmodi compendium inseruit Castellanus Martyrologio suo universali, loco jam indicato* Beata Flora, virgo, monialis Hospitalis Belli-loci in Cadurcino, quod alias appellatum fuit monasterium Dominæ Aquilinæ, Ordinis S. Joannis Hierosolymitani, qui nunc Melitensis dicitur. Vita ejus conscripta fuit non multo post felicem ejus obitum tempore. In illa quippe citantur, quæ de ipsa referebat confessarius ejus. Ex hac vita, quæ conservabatur in dicto monasterio, et ex nonnullis chartis ejusdem loci, compilavit Pater de Mesplede Dominicanus Figeaci, vitam novam, quam dedicavit magnæ Antistitæ ac Dominabus Hospitalis Belli D loci, et conventus de Fieux, inde dependentis. Ex novella ista vita discimus, Floram natale solum habuisse Mauros (*vulgo* Maurs) in Arvernis; patre natam Pontio de Corbie, matre vero N. de Merles; Monachum quemdam Figeaci, nomine Aymericum Fayselles, ei propinquum fuisse; Parentes, comperto abhorrere animum filiæ a nuptiis, anno XIV natam commisisse religiosæ matronæ Aquilinæ de Theminis, fundatrici primæque Antistitæ Hospitalis S. Joannis Belli-loci inter Figeacum et Rupem S. Amatoris; cujus maritus Gilbertus eidem Ordini se mancipaverat,

multa paucis complexum

5 Expiabat Virgo illa singulis propemodum diebus conscientiam suam per exomologesim noxarum, quantumvis minutarum. Sacrosanctam Eucharistiam frequentabat quot Dominicis præcipuisque festis diebus; eaque sumpta, animus Deo intentus, alienabatur a sensibus Præcipuo cultu venerabatur patientem Christum Dominum, sanctissimam Virginem ejus matrem, sanctos Angelos, S. Joannem Baptistam, S. Petrum, S. Cæciliam et S. Franciscum. Humilitatem acquisierat profundam, atque diem clausit extremum anno MCCXLVII. Diem ipsum et E morbi genus, et quæ morienti acciderint, non notavit vitæ antiquæ scriptor: notavit tamen distincte ad calcem Historiæ, miracula circiter CXIX. Quæ, cum sacrum virginis corpus anno XIII quievisset in humili sepulcro ecclesiæ antiquæ, suaserunt episcopo Cadurcensi, ut ejus translationem permitteret; ejusque perficiendæ curam commisit Abbati Figeacensi, qui et exsecutus est, quod commissum sibi erat, solemnibus cum ceremoniis die XI Junii MCCLX. *Hactenus Castellanus ex vita, per Mesplede impressa; in quibus tamen nonnulla aberrant a vero, ut postea monstrabimus. Tum notat quædam ex elogio, quod Bosius, Historiæ Ordinis Hierosolymitani scriptor (aut potius is, qui Sanctos istius Ordinis unum in libellum collegit) de eadem Flora condidit. Ipsum illud elogium ex parte, primum apponimus, deinde Castellani animadversiones. Elogium tale est.*

Elogium ex Bosio

6 Beata et devotissima virgo S. Flora, ordinis equestris S. Joannis Hierosolymitani monialis, ab hac mortali vita transiit ad immortalem anno ætatis suæ XXXVII aut VIII, salutis humanæ MCCXLVIII, in monasterio, Hospitale dicto, Belli loci, in tractu ac diœcesi Cadurcensi, quod dependet a Prioratu S. Ægidii, ejusdem Ordinis equestris in Provincia monasterio: quam Deus multis miraculis tam in F vita et morte, quam post excessum, ad ejus invocationem patratis fecit illustrem Sacrum ejus corpus multo cum veneratione conservatur ac visitatur in ecclesia S. Joannis dicti Hospitalis: ibidemque festum ejus solennissimum celebratur frequenti concursu populi quot annis die XI Junii. Nomen Flora, adhæsisse ei dicitur ex miraculo: quia cum panes in publica annonæ caritate forte portaret pauperibus, occurrenti atque interroganti Antistitæ, quid gestaret; aperto sinu pro panibus flores et rosas ostendit.

Qualis pingitur

7 Depingi solet hæc sancta virgo, genibus nixa, rosarium manu præferens, veste rubea, ad lumbos cincta, cruce alba in pectore rectangula, qualem Equites ejusdem Ordinis armati, in exteriore sua veste militari gestare solent. Porro supra vestem illam rubeam amicitur chlamyde nigra, quæ insignitur ad sinistram cruce alba octogona, ejusdem omnino figuræ, qualem hodiedum ipsi Equites solent gestare. Atque iste habitus fuit, quem dedit sanctimonialibus dicti Hospitalis Gulielmus Villaretus Magister Ordinis, dum adhuc agebat Priorem S. Ægidii. Ad hæc, depingi solet ante ipsam sacram virginem Angelus, altera manu coronam ei floream porrigens,

A porrigens, altera pretiosam sublime ostendens sellam, quasi innuens talem ipsi præparatam esse in cœlo. Atque inde non procul apparet e nubibus Deus Pater, expansis brachiis, in modum volentis eam suscipere. *Imaginem ipsam, ut a Scriptore illo repræsentatur incisa in ære, hic similiter accipe, ut oculis dignoscas clarius modum, quo vestiuntur istius Ordinis sanctimoniales; quod non ubique est obvium. Sed animadverte, crucem octogonam illic non collocari in sinistra chlamydis parte, sed in dextra. Quod pictoris sculptorisve aberrationi imputandum putarem (reliquæ enim in eodem libello icones chlamydatæ, tam feminarum quam virorum ejusdem sacri Ordinis, omnes in parte sinistra istiusmodi crucem præferunt) nisi et Amadeus, noster infra num.* 29 *notaret, Hospitalarias Belli loci* atro in solennibus pallio, alba in dextro humero crucis figura signato, *vestiri. Quæ si ita sunt, nec pictor nec sculptor aberravit in imaginis B. Floræ repræsentatione, collocando crucem in dextro pallii latere; et cogitare cogar ego, modum illum crucem in pallio pingendi, singularem esse monasterio Hospitalis istius, sive ex ignorantia, sive ex abusu, sive alia quavis meliori ex causa inductum.*

AUCTORE C. J.

et pingatur Flora.

B



8 *Redeo ad Castellanum ejusque animadversiones in præmissum Elogium: quod, ut a Bosio concinnatum sit, nullum tamen habet vestigium sui, in Historia ipsius Ordinis, saltem quæ anno* MDXCIII *prodiit duabus partibus, et tempora B. Floræ complectitur. Animadversiones sunt hujusmodi, desumptæ e Vita Gallica Mespledi.* Dignoscitur, *inquit Castellanus*, aberrasse Bosium, quando mortem Floræ illigatam MCCXCVIII. Item, quando in men. Flora, adhæsisse Virgini dicit, quia panes, quos famelicis portabat, in flores conversi fuerunt: cum id nominis habuerit ab infantia sua; neque vero ulla mentio fiat talis miraculi in Vita, ubi tot alia narrantur. *Et hæc quidem recte notat Castellanus. Quod autem Bosius porro dicat*, festum B. Floræ celebrari XI Junii, *mihi quidem non omnino reprehendendum: tunc enim vere celebratur, quamvis ille dies fortasse non sit obitus, sed tantum translationis. Alia quoque habet Elogium Bosii, quæ a Castellano notata non sunt, veritati minus conformia; videlicet de* observatione inviolabili Regulæ, *a Guilielmo de Villareto, monasterio Hospitalis præscriptæ. Qua de re aliter scribet Amadeus* § 3.

C

Animadversiones in Bosium;

9 *Post hæc idem Castellanus, a me rogatus anno* MDCCIX, *ut vitam Mespledi tantisper commodare nobis vellet, ipsam gratiose submisit, una cum aliis aliquot suis annotatis, tum in hanc ipsam vitam, tum in suum ipsius, quod protulimus ex Martyrologio universali, compendium. Ait in illis, Dominam de Cardaillac, cujus frater, marchio de Termes, sororem ipsius Castellani uxorem habuit, tunc forte, anno* MDCCIX. *Parisiis ad tempus commoratam (quæ alioquin in Cadurcino plerumque habitat, in loco* Capella Marival *dicto, itinere tantum unius horæ dissito a monasterio, ubi* B. Flora *cursum religiosæ vitæ peregit) varia sibi suggessisse, in scriptis Mespledi corrigenda. Dixisse autem primum, duo esse loca in Cadurcino, quæ appellantur* Hospitale, *non quod propterea sint hospitia, sed quod illud nomen iis proprium sit; et distingui diversis cognominibus. Alterum namque vocari,* Hospitale S. Joannis, *atque oppidum esse non magnum, leuca una distans a Turenna seu Torinna Lemovicorum, meridiem versus, in quo nulla sanctimonialium congregatio. Alterum vero passim vocari,* Hospitale Saint-Dolu, *atque esse Prioratum sanctimonialium Ordinis S. Joannis Hierosolymitani, inter Theminas et Gramatum. Interrogata autem eadem Domina, quid Sancti esset* Saint-Dolu, *et quo die festum ejus ageretur: fassa est, utrumque sibi incompertum esse.*

item in Castellanum,

D

de Hospitali,

10 *Dixit præterea, numquam se in patria sua audivisse nominari* l'Hopital Beaulieu, *seu* Hospitale Belli-loci; *sed usque usque audivisse,* l'Hopital Saint-Dolu. *Esse quidem in finibus provinciæ Lemovicensis, quæ Cadurcino vicina est, oppidum, cui nomen* Beaulieu, Bellus locus, *quatuor grandibus leucis remotum ab Hospitali Saint Dolu versus septemtrionem: verum illic nullum esse Hospitale, nullas sanctimoniales. Adjunxit, in ecclesia Hospitalis Saint-Dolu, cujus patronus est S. Joannes Baptista, existere sacellum* beatæ Floræ *et frequentari a venerabundo populo, situm ad latus aræ principis e cornu Epistolæ, et vocari vernacula lingua* de sainte Fleur, *non* Flore. *Quamobrem et Beatam illam latine appellandam potius, cum Castellano, existimat,* Florem, *quam* Floram. *Legitur porro in eadem vita Gallica nomen antistitæ* (magna Priorissa *vulgo nuncupatur)* Antoinette de Vassal, *cui et ceteris sanctimonialibus libellus dedicatus fuit: quod, ait, corrigendum esse et scribendum,* Antoinette de Vaillac. *Certe aliter cognominatam non fuisse neptem ejus, quæ olim in eodem Hospitali successerit amitæ suæ Antoinettæ, seu potius Antoninæ, in officio antistitæ; anno demum* MDCCI *ibidem mortua, annis nata centum, minus duobus.*

E

Bello-loco,

et nomine Virginis nostræ:

11 *His ex ore Dominæ de Cardaillac annotatis, convertit se Castellanus ad suum ipsius Martyrologium eique subnexum pag.* 930 *elogium B. Floræ; cupitque hujus principium, quod scribitur,* La B. Flore, Vierge religieuse de l'Hopital de Beaulieu; *id est,* B. Flora, Virgo sanctimonialis Hospitalis Belli-loci; *mutari in,* Sainte Fleur, Vierge religieuse du Prieuré de l'Hopital Saint-Dolu près de Themines: Sancta Flos, Virgo sanctimonialis Prioratus Hospitalis Saint-Dolu prope Theminas. *Quod* Sanctam *appellari malit Castellanus quam* Beatam, *præcipua ei causa fuerunt dicta ejusdem Dominæ de Cardaillac, testatæ, se numquam in patria sua audivisse aliter nominari, quam* Sainte Fleur, Sancta Flos. *Vocaverat illam quidem Castellanus in textu Martyrologii sui ad diem* XI *Junii,* Sanctam. *Verumtamen, re melius cognita, maluit in elogio citato ipsam tantummodo denominare* Beatam, *ut denominatur quoque in vita Gallica Mespledi. Cur vero nunc denuo* Sanctam *faciat, suaserit auctoritas Dominæ de Cardaillac, quæ mihi quidem videtur non sufficere, ut mutatio talis inducatur. Scitur namque, vulgi loquelam, hic magni faciendam non esse, utpote quæ vix dijudicat inter talia, et passim Sanctos vocat, qui aliquem cultum habent, seu vere* Sancti *sint dicendi, seu tantum* Beati. *Idque usitatius etiam esse in Galliis, facile credam, quia vocabulum* Bien-heureux, *quod illis* Beatum *significat, triplo*

ex quibus alia quædam corrigenda,

F

longius

A *longius est quam quod* Sanctam, Saint; *atque ideo populari usui, brevitatem in loquendo amanti, minus accommodatum. Aliunde igitur et ex rebus ipsis, videlicet solenniore aut minus solenni cultu, ex majori minorive cultus antiquitate, ex consensu legitimo ecclesiarum aut Pontificia definitione, inter titulum* Beati *et* Sancti *distinguendum est. Illa autem talia in Flora nostra nondum comperimus, quæ suadeant legitime* Sanctam *esse appellandam : neque tamen reprehenderim, qui sic vocaverint.*

§ II. De situ monasterii; conditoribus et amplificatoribus ejus; anno ac die obitus B. Floræ.

Situs monasterii Hospitalis

R*edeo ad Hugonem ejusque epistolam : in qua post pauca jam allegata num. 2 progreditur ad describendum monasterii Hospitalis Belli-loci situm, fundatores, disciplinam collapsam et restauratam, aliaque istiusmodi; ut sequitur :* In parochia S. Juliani, Issondolus dicta, septem ab urbe Cadurco leucis, quatuor ab urbe Figeaco, et ab urbe Gramato una leuca, situm est celeberrimum monasterium virginum, Ordinis S. Joannis Hierosolymitani. Solum B ferax et amœnum est, parochiarum pagorumque frequentium, agrorum silvarumque varietate non injucundum : indeque factum puto, ut Bellum seu Pulchrum locum veteres appellarint. Prædaltis conventus muris plures secularium adjacent domus, locusque vulgo Hospitale nominatur. Ædificandi illud occasio fuisse creditur Rupes S. Amatoris, duabus inde leucis sita, in qua servatur antiquissima Deiparæ virginis effigies. S. Amatorem ex antiquorum fide, populares Zachæum esse putant, qui ut Dominum transeuntem liberius videret, Sycomorum ascendisse in Evangelio dicitur; eumque deinde in illa eremo sanctissimam mortem obiisse.

leucis 2 a Rupe Amatoris;

qui Sanctus, non recte putatur

13 *Recte ait vir prudens, ita de S. Amatore populares putare, non se. Opinio autem illa popularis, quantumvis dicatur antiquorum fide niti, antiquius fundamentum scriptum non habet, quam hanc Roberti de Monte in Supplemento Sigeberti ad annum* MCLXXI *narrationem :* Dicunt quidam, quod B. Amator, famulus B. Mariæ; et aliquando bajulus et nutritius Domini fuit : et assumpta piissima Matre Domini ad æthereas mansiones, ipse Amator, præmonitus ab ea, ad Gallias transfretavit et in prædicto loco *(Rupe Amatoris)* vitam eremiticam transegit. Quo C transeunte, et in introitu oratorii B. Mariæ sepulto, locus ille diu ignobilis fuit, excepto quod vulgo dicebatur, ibi B. Amatoris corpus requiescere, licet ignoraretur ubi esset. *Hæc e vulgi narratione scripta, apud paulo acutius videntes fidem non invenient. Tum docet verbotenus Robertus, corpus alicujus S. Amatoris ibidem loci* anno ab Incarnatione Domini MCLXVI repertum esse integrum, et in ecclesia juxta altare positum, integrum ostendi peregrinis : et ibi fieri miracula multa, et antea inaudita, per B. Mariam. *Quis porro iste S. Amator sit, qui illic loci eremitam egit ac sepultus fuit, disquiri poterit ad diem* XX *Augusti, quo coli dicitur. Certe nec famulus B. Mariæ, in carne viventis, nec bajulus aut nutritius Christi, nec Zachæus Evangelicus fuit. Atque hæc ex occasione dicta sunto.*

Christi bajulus,

aut Zachæus Evangelicus fuisse.

Qui sint conditores

14 *Pergat modo Amadeus.* Eo seculo, *decimo tertio, quo Hospitale ædificatum fuit, ad Rupem S. Amatoris* frequentissimus e tota Gallia vicinisque regnis peregrinorum concursus confluebat, eaque de causa Hospitium, quo peregrini susciperentur, vel transeuntes cibo potuque refocillarentur, infirmique curarentur, pietate Domini Guiberti de Theminis et Dominæ *(Aquilinæ)* uxoris ejus, paulo post initium D seculi XIII extructum et amplis reditibus donatum fuit. Ista autem nobilissima Themineorum dynastarum familia hoc nostro seculo XVII ad nobilissimam Estreorum familiam transiit. Hospitii curam sibi rogaverunt demandari nobilissimæ piissimæque virgines : inter quas principes fuerunt duæ Anglinæ de Theminis, sorores, prædicti Guiberti, ni fallor, filiæ; quæ Gilberti fratris sui pietate Hospitium amplioribus postea possessionibus auxerunt, uti e membranis adhuc extantibus et a me perlectis, patet. Purpurei coloris sacram vestem assumpserant; albumque sanctæ crucis stemma, ad instar militum sancti sepulcri, in pectore gerebant.

AUCTORE C. J.

15 Sanctissima lectarum virginum vita, et in peregrinos pauperesque misericordia, nobilium divitumque pietatem movit. Gerardus de Baras, episcopus et comes Cadurcensis ecclesiam S. Juliani, dictam Issondolus, cum omnibus juribus ac reditibus temporalibus, his virginibus donatione concessit anno XLV supra millesimum ducentesimum, mense Martio. Domum firmius stabiliverunt Dominus et Domina de Theminis mense Martio anni MCCLIII. Eamdem Ordini S. Joannis Hierosolymitani, imprimisque Magno Priori S. Ægidii in Provincia, subjecerunt V Kal. Augusti anno LIX supra millesimum E ducentesimum. Quæcumque vero ad nostrum hoc monasterium, regulari disciplina instituendum conveniebant, edicta fuerunt auctoritate Magni illius Religionis Magistri, IX Kal. Aprilis anni MCCLIX; eaque omnia in comitiis generalibus, habitis in insula Cypro, Nonis Novembr. anno MCCC confirmata fuerunt.

et amplificatores Hospitalis:

16 *Animadverto quidem hic mendum subesse (sed unde corrigam, non habeo, deficientibus mihi idoneis instrumentis) in anno* MCCLX, *quo dicuntur, die* IX Kal. Aprilis *id est* XXIV *Martii, auctoritate Magni Magistri in monasterium inducta fuisse leges disciplinæ regularis. Qui enim id fieri potuit* IX Kal. Apr *si monasterium tantum die* V Kal. Augusti *ejusdem anni, uti paulo ante dictum fuit, subjectum sit Ordini? Disciplina igitur regularis Hospitalariorum S. Joannis posteriori tempore eo debet inducta esse : et fortasse non prius quam ultimis istius seculi annis, quando videlicet, ut notat elogium Italicum,* Guilielmus de Villareto, *dum adhuc erat magnus Prior S. Ægidii in Provincia, dedit sanctimonialibus istis habitum ad normam ordinis sui, cum cruce alba recta, in pectore; atque alia, item alba, sed octogona, in pallii parte sinistra. Quid ni eodem tempore dederit et Regulam Ordinis?* F *Idem certe anno* MCCXCVI *ex Priore S. Ægidii factus magnus Magister Ordinis, celebravit anno* MCCC *comitia generalia in Cypro, ubi admissionem monasterii Hospitalis, datumque illi a se paulo ante habitum atque adeo et regulam, curaverit confirmanda. Talis autem confirmatio dilata fuisset quadraginta amplius annis, si Regula anno* MCCLIX *data fuisset, quod minus verisimile videri potest. Imo fortassis nec Ordini subjectum, stricte loquendo, tunc fuerit monasterium. Qualis enim subjectio sit monasterii sub certo Ordine; quamdiu Ordinis istius habitum et regulam non suscepit? Imo sustineri posset, Ordinis istius proprie non fuisse, priusquam ab Ordine sub suo habitu et regula confirmatum fuit. Atque ita ab anno tantum* MCCC *proprie fuerit Ordinis S. Joannis Hierosolymitani Hospitale Belli-loci.*

quando hoc Ordini S. Joannis subjectum sit,

17 *Nonnulla, ex relatione Dominæ de Cardaillac, Mesplede, et Castellani, § 1 notata, dilucidius explicari poterunt. Distinxit prædicta Domina num. 9, duo in Cadurcino oppida, proprio nomine appellari solita,* Hospitale; *eorumque alterum, quod monasterium seu Prioratum habet annexum, in quo Flora nostra floruit, cognominari* Saint Dolu; *ejus autem cognominis nullam se fatetur posse rationem reddere. Quin tamen ita nunc vulgo appelletur locus, dubitare non possum. Id enim*

recte cognominatum Belli-loci

AUCTORE C. J.

A enim evincit auctoritas præsens loquentis de rebus, quæ sub auditum conspectumque cadunt. At olim appellatum non fuisse, Hospitale Belli loci, assentiri non possum, antiquiore scripturarum scriptorumque auctoritate persuasus. Ita namque Hospitale illud denominant, vita antiquissima Gallica MS. ex eaque jam dicti Mespledus et Amadeus; vita item Italica : et in codice Beneficiorum Galliæ, anno MDCXLVIII impresso, sic legitur in diœcesi Cadurcensi : Prieuré de l'Hospital de Beaulieu et ses fiefs. Prioratus Hospitalis Belli loci et prædiorum ejus clientelarium. Sed perperam ibi scriptum est gallice, ses fiefs. Scribi namque oportuit, et des Fieux ; quæ est ecclesia, a Prioratu Hospitalis dependens, tribus inde leucis dissita.

Saint Dolus corruptum ex Issondolus.

18 Neque obstat, quod alius, ab isto Hospitali ad Leucas quatuor remotum, sit oppidum, Bellus-locus. Si enim in eadem diœcesi sunt duo oppida, Hospitale appellata; cur non et duo possint ibidem, aut in vicinia, esse, quibus nomen sit Bellus-locus. Hoc certe aliis quoque per Galliam oppidis atque abbatiis inditum est, et pluribus, ex ipso situ locorum amœno, indici facile potuit. Imo quia duplici nomine ut plurimum scribitur Hospitale Belli-loci, cogitari potest id fieri, ut per alterum distinguatur ab alio Hospitali ; per alteram vero, B ab alio Bello-loco. Cognomen Saint-Dolu, ut sic pronuntiatur Gallice, scribi tamen debet per litteram s finalem, ut in talibus geographicis invenitur. antiquum non est, et frustra quæras Sanctum, cui proprium sit. Corruptum est, consueta in talibus vulgi ignorantia, ex antiquiore loci vocabulo, Issondolus : ex quo ablata per aphæresin prima syllaba, mutataque son, in Saint, fecit vulgi abusus Saint-Dolus, Sanctumque novum, cælo ignotum.

Fleur, qui vertendum latine;

19 Nomen Beatæ nostræ, quod gallice Fleur scribitur, quomodo latine dici potissimum debeat, non satis convenit. Antiquiores Floram nominarunt, possuntque secuti esse priscorum Romanorum exemplum, qui deam hortorum, atque a floribus, Floram finxerunt, estque nomen illud progenitus etiam sanctis receptum. Sic legimus S. Floram Virg. Mart. Romæ, XXIX Julii : atque alteram Cordubæ, XXIV Novembris, in Martyrol. Romano. Castellanus, talium, si quis, curiosus indagator, amat, vocem gallicam Fleur, potius verti simpliciter in latinam Flos ; qua tamen nescio an hactenus femina alia latine appellata fuerit. Ego quidem utrumque dici posse existimo ; et ideo utrumque in titulo præfixi. Utroque etiam utitur promiscue Amadeus. Quivis alius, quod sibi videatur præhabendum, eligito. Fortassis erunt, qui mecum malint loqui cum multis, quam sapere cum C paucis, adhibendo vocem Flora, quæ ab obliquo casu, Flos, Floris, derivata est ad significandam feminam, ut passim usurpatur. Quod Galli proprium feminis vocabulum sua lingua scribant Flore, non Fleur, id Latinis debent, desumptam a Flora : sicque distinguunt proprium nomen a suo appellativo Fleur. Et quando suum Fleur, latine vertunt in proprium feminæ ; opinor, plerosque adhibituros vocem usitatam, Flora ; non. Flos, quæ maribus videtur potius convenire : sic et legitur S. Flos martyr Catanæ XXXI Decembris. Et S. Flos episcopus Emoniensis XXVII Octobris.

De Vassal, recte scriptum est.

20 Quod spectat ad Dominam Antoninam de Vassal, Antistitam Hospitalis, cui Mespledus suam B. Floræ vitam gallicam inscripsit; si illa vere cognominata fuit, uti eadem Domina de Cardaillac notari fecit, De Vaillac ; excusari ab incredibili indiligentia et oscitantia Dedicator non potest. Interim tamen Amadeus etiam testatur, duas ejusdem nominis et familiæ De Vaillac, Prioratui præfuisse Antistitas, alteram sub finem seculi XVI, alteram anno MDCXXXV creatas : et utramque iisdem omnino nominibus appellat Gallam seu Galliotam a S. Anna de Ginolhiaco Vaillhiaco, ut § sequenti legetur : sed neutram vocat Antoninam. Unde mihi videor suspicari posse, seniorem de Vaillac ante annum MDCXXV diem suum obiisse atque inter ipsam et juniorem, ejus neptem, intercessisse Antistitam, D Antoninam de Vassal, cui Mespledus libellum suum dedicavit. Quo enim pacto fieri potuit, ut vir prudens, qui testatur in fine opusculi, se monumenta componendæ historiæ suæ accepisse a Domna Antonina a S. Ignatio de Vassal, dignissima Priorissa Hospitalis Belli-loci ac des Fieux ; eidemque dedicatoriam inscribit epistolam ; ipsius, tunc monasterio præsidentis, nomen ignoraverit, aut aliud a proprio diversissimum scripserit. Facilius conceptu est, Dominam de Cardaillac nescivisse inter duas De Vaillac, aliam Antistitam fuisse mediam.

Quo anno obierit Flora?

21 Propius ad rem, quam agimus, spectat scire, quo tempore B. Flora mortalem vitam cum immortali commutarit. Elogium Italicum, uti jam tactum est supra, obiisse ait anno MCCC, uno minus. Recedit longe ab illo, ex Mespledo Castellanus, mortuam dicens anno MCCXLVII; cui numero Amadeus noster omnino centum superaddit, notans anno MCCCXLVII defunctam esse : atque adeo, aut hic, aut Mespledus, quamvis uterque primævam vitam MS. ante oculos habuerit, aberrat a Virginis obitu annos centum. Amadeus sic scribit extensis vocibus ; Anno Domini millesimo trecentesimo E quadragesimo septimo diem ultimum sanctissime clausit. Mespledus autem adhibitis cyfris, quæ facilius errori sunt obnoxiæ, impressit, obiisse anno gratiæ 1247. Ego quidem, si anno XLVII cujuscumque seculi obiit B. Flora, in quo conveniunt ambo scriptores, qui vitam antiquiorem inspexerunt, stabo ab Amadeo et anno MCCCXLVII. Primum, quia centum annis prius vix caput Hospitali institui ; quod si retro numeres alios XX annos, quibus Flora, ex num. 35 Actorum, illic ut minimum vixit ; debuisset ingressa fuisse monasterium tali tempore, quo ostendi non potest monasterium extitisse. Certe non poterat jam tum ingentibus reditibus auctum (ut legitur num. 5), temporalibus bonis affluxisse ; cum iis auctum præcipue sit anno MCCXLV et LIII, uti dictum est num. 15 hujus Commentarii. Ad hæc, ex eodem num. 15 habetur, ante annum MCCLIX Hospitale Ordini S. Joannis subjectum non fuisse ullo modo : et tamen erat jam monasterium Virginum nobilium Ordinis S. Joannis Hierosolymitani, cum eo accessit Flora, quemadmodum num. 4 Actorum legitur. Denique anno MCCCXLVII mortuam esse, manifestissimum fit ex num. 58, ubi corpus ejus translatum fuisse scribitur, anno salutis MCCCLX, id est XIII a Virginis morte. Et quod non minus validum est argumentum, num. 49 legitur, quod Flora scriptum a F Domno Bonaventura Crucis Ordinem cum magno pietatis sensu recitabat. At Bonaventura anno MCCXXI mundo natus, MCCXLIII Ordinem Minorem ingressus, septem deinde annos discipulus audivit Alexandrum de Ales ; ut verosimile sit ante extremam Floræ nostræ ætatem, aut nihil aut pauca scripsisse vulgavisseque, quæ ipsa potuerit legere, si anno MCCXLVII obiit.

Inquiritur distinctis

22 Fundatores Monasterii, quod pro hospitio recipiendorum peregrinorum institutum primitus fuit, eademque de causa Ordini Hospitalariorum S. Joannis Hierosolymitani videtur deinde subjectum esse, quin fuerint e familia de Theminis, dubitare non possum. Attamen quinam primi ex eadem familia instituere cœperint, quinam deinde ex eadem præter alios, dotem auxerint, non satis distincte ex informationibus, quas habeo, definire possum. Amadeus primam fundationem adscribit Domino Guiberto de Theminis ejusque uxori Æglinæ seu Aquilinæ, quorum duæ, ni fallor inquit, filiæ ejusdem nominis Anglinæ (ita scribit) de Theminis, monasterii regendi curam susceperunt et cum fratre suo Gilberto, fundationem possessionibus suis auxerunt. At vero Mespledus refert, Gilbertum, nulla mentione facta Guiberti, atque Aquilinam, seu ut ipse habet gallice, Aighne, ex illustrissima familia de Theminis,

A nis, fundasse et amplissime dotasse *monasterium illud. Addit, Gilbertum Ordinem eumdem S. Joannis ingressum esse, et Aquilinam in monasterio Hospitalis primam fuisse Antistitam; atque inde* monasterium Domnæ Aquilinæ *diu post appellatum fuisse. Uterque porro scriptor testatur, se sua hausisse ex monumentis quæ legerunt.*

in fundatores monasterii;

23 *Quis hæc absens, et illorum monumentorum copiam non habens, conciliet? Prior Gilbertum atque Aquilinam conjuges facit ac fundatores ipsisque filium dat Gilbertum. Posterior Gilbertum atque Aquilinam supponit conjuges esse, et fundasse ac dotasse idem monasterium. Ille filias, quas putat Gilberti esse, primas rexisse monasterium asserit; hic Aquilinam primam ejus Antistitam facit. Vellem hæc mihi aliquis ex ipsis monasterii monumentis aut aliunde, aliquanto clarius explicaret. Interim tantisper credam, Gilbertum et Aquilinam monasterium fundasse, eorumque filiam Anglinam (nisi et hæc,* Æglina *seu* Aquilina *uti mater, appellanda sit) et primam præfuisse: cui altera ejusdem nominis et familiæ (neque enim verisimile est duas in eadem domo sorores fuisse omnino synonymas, postea successerit; quemadmodum mox videbimus, ibidem seculo* XVII B *præfuisse duas ejusdem omnino nominis ex familia de Vaillac, amitam ac neptem. Posteriorem vero Aquilinam, aut sororem, aut etiam uxorem fuisse Gilberti, quorum liberalitate multa prædia accesserint monasterio. Certe Gilbertum Ordini S. Joannis nomen dedisse et monasterio sua bona contribuisse, priusquam hoc illi Ordini subjectum esset, minus credibile videre potest. Initio autem fundationis suæ illi subjectum non fuit. Hinc porro conjici possit, Anglinam seu Aquilinam de Theminis monasterium rexisse, quando in illo floruit Flora nostra: quæ etiam juxta sententiam nostram de anno mortis, orta fuerit, non anno* MCCIX, *ut Mespledus scribit, sed centum circiter post annos; siquidem, uti elogium Italicum notat, annos* XXXVII *vel* VIII *vivendo explevit.*

atque in diem mortis B. Floræ.

24 *De die obitus, postquam annum, ut supra num.* **21**, *indicasset Amadeus, subnectit, illum incidisse in* tertium Idus, *seu diem* XI Junii, *Constat quidem, illo die corpus Beatæ anno* XIII *post transitum ejus, translatum atque elevatum fuisse. Neque novum foret, si talis solennitas ipso mortis anniversario die celebrata fuisset. Plura talium exempla in promptu sunt. Attamen cum Mespledus diserte scribat,* se quod ad diem obitus spectat, nihil comperisse in auctore antiquo vitæ, unde sua extraxit; *venit mihi in mentem cogitare, Amadeum (uti nonnulla alia suo marte dignoscitur* C *aspersisse) diem quoque illum, quem in honorem Beatæ sciebat celebrari, pro die obitus adscripsisse, nihil cogitantem de distinguendis diebus obitus ac translationis. His lectis D. Castellanus fortassis non omnia corrigeret in suo Martyrologio, quæ supra insinuavit ex informatione Dominæ de Cardaillac, corrigenda esse; et alia forte hinc desumeret corrigenda, ut erat veri amantissimus, si modo superesset in vivis.*

§. III. De disciplina monasterii; distinctione sanctimonialium: statu corporis, cultu B. Floræ; et ejus Actis.

Florens diu monasterii disciplina,

P*rosequor modo epistolam supra laudati Amadei rerum omnium, quæ ad Prioratum Hospitalis attinent, gnari, si quis alius. De pristina ille sanctimonialium observantia, sic scribit:* Regularis disciplina in monasterio Hospitalis, non scripto, sed in ore Priorissarum et in cordibus monialium insculpta, diu viguit. *Quod intelligo usque ad finem seculi* XIII, *quando cum habitu S. Joannis Hierosolymitani, ut jam diximus, utique et Regulam susceperunt. Cujus observatio deinde*, temporum bellorumque sub finem seculi XVI collapsa omnino videbatur. Non muri, non D fores cohibebant sorores; non extraneos arcebant. Stabat, hodieque stat castrum, altis firmisque munitum ornatumque turribus, excipiendis hospitio extraneis accommodatum. Interna vero ædificia neglectu corruerant vel ruinæ proxima erant. Moniales vero haud multum a secularium moribus dissidebant.

AUCTORE C. J.

sub confinia seculi 16 et 17

26 Dominæ Priorissæ coadjutrix data fuerat sub finem ejusdem seculi, Galla seu Galliota a S. Anna de Ginolhiaco Vaillhiaco, Priorissa monasterii des Fieux, Hospitali hodie annexi. Hæc ope fratris sui, celeberrimi videlicet Patris de Vaillhac, ex ordine Carmelitarum Discalceatorum, ejusdem sacræ familiæ propagatoris in Gallia, austeriorem vitam duxit, multisque ante senectam annis ad superos migrans, suæ sanctitatis, castitatis, orationis et vitæ austerioris memoriam reliquit. Plures vero moniales, severiorem disciplinam causantes, exemplo tantæ Matris inde migrantes Tholosæ monasterium sui Ordinis ædificarunt.

strenue restaurata est,

27 Antiqui vero istius monasterii gubernacula suscepit grandiuscula effecta, et Religionem pro- E fessa, anno salutis MDCXXXV reverendissima et admodum venerabilis Mater, Domina Galla seu Galhiota a S. Anna, de Ginolhiaco Vaillhiaco, alterius neptis, quæ etiamnum nobilissimæ huic virginum ecclesiæ præest, vera tum ædificiorum tum collapsæ disciplinæ restauratrix, feuda, dominia, redditus, et alia quævis suæ domus bona fortiter revocavit. Fanum sanctissimi Præcursoris a fundamentis exstruxit, et magnifice ornavit. Monasterium internum a fundamentis amplum ædificavit et necessaria quavis supellectile magnis sumptibus communivit; fortissimis prealtisque muris, cratibusque, domum, aulas, hortosque circumsepsit, nuperque aquæ ductu abundantibus aquis auxit.

una cum ædificiis,

per D. Galhiotam a S. Anna, abbatissam.

28 Eadem consilio et ope præfati Carmelitæ patrui sui, initio excitata, celeberrima vicinarum provinciarum monasteria adiit. Omnibusque, ut par erat, observatis, auctoritate primo Superiorum Militum innixa, veteres moniales ad communem vitam adduxit. Mox juniores puellas spiritualibus ipsamet exercitiis instituit ad strictam vitæ regularis normam. Regulam S. Augustini et antiquas domus suæ consuetudines, in constitutiones redactas, prælo mandavit, et Superiorum Ecclesiasticorum auctoritate munitas, familiæ suæ nuper dedit Idibus scilicet Augusti, anno LXXXI supra millesimum sexcen- F tesimum; postquam Regis Christianissimi, supremique ejus consilii placito, Ordini Militum S. Joannis relicta est in hoc monasterium civilis auctoritas, et episcopo Cadurcensi spiritualis jurisdictio decreta seu potius restituta fuit. III Non. Septembris anno MDCLXXVIII.

Norma vivendi Monialium primæ classis,

29 Tres in classes Moniales istæ distribuuntur. Primas Justitiæ sorores vocant. Hæ antequam religionis vota emittant, eo modo nobilitatem suæ gentis probare debent, atque illi, qui inter Melitenses milites religionis causa adscribuntur. Nigri coloris veste induuntur. Lineam Crucis effigiem juxta typum Ordinis Melitensis, gerunt in pectore; atque e collo pendentem, auro squamaque micantem, crucis formam, juxta eumdem typum, præferunt. In choro canonicas horas juxta ritum breviarii Romanii statis horis decantant: atroque in solennibus pallio, alba in dextro humero crucis figura signato, operiuntur. Capitulum istæ constituunt, singulisque singulæ monasterii officiis præsunt. Uni parent Priorissæ perpetuæ, a se electæ, Regis postea et summi Pontificis auctoritate confirmatæ, nec non a Magno sancti Ægidii Priore Milite, vel, eo deficiente, ab Episcopo approbatæ.

A 30 Secundæ classis sorores, Officii nuncupant. Hæ generis nobilitate non indigent, sed speciali aliqua familiarum vel meriti distinctione. Eodem vestiuntur ac cruce signantur modo. Pendulam crucem non gerunt; nec pallio utuntur: atro tamen velo uti priores operiuntur. A choro et capitulo abstinent. Breve officium beatæ Virginis recitant. In ceteris officiis cum Sororibus primi ordinis ministrant. Tertia classis Conversas, ut vocant, sorores habet. Istæ in omnibus inferioribus officiis ministrant. Sola indigent probatione virtutis et vocationis. Velo albo, et nigra veste utuntur, non pallio, non cruce pendente, nec quidem linea cruce integra in pectore; deest enim crucis pars illa quæ transversæ supereminet.

AUCTORE C. S. item secundæ ac tertiæ: alia omnibus communia.

31 Spiritualibus omnibus interioris vitæ exercitiis omnes excellunt; vota monialium ad litteræ scrupulum implent; labori manuum reliquum omne tempus impendunt. Annuis, menstruis, hebdomadariis diurnisque exercitiis diligenter invigilant. Feriæ quartæ abstinentiam Sextæ, Sabbato, Adventui et Quadragesimæ adjungunt: et ad vesperam Feriæ sextæ flagellis qualibet hebdomada utuntur. Singulis B Præpositas officiis Priorissa, adhibito Capitulo, singulis annis vel immutat vel confirmat. Hæc de monasterii situ et monialium conversatione.

De statu corporis B. Floræ

32 Jam vero quod ad devotissimam virginem Floram attinet; in ea parte majoris altaris, quæ cornu epistolæ vulgo dicitur, decem aut duodecim a pavimento pedibus ad parietem eminet capsula lignea, decenter forinsecus ornata, in qua reverenter condita sunt hujus virginis ossa, non naturalem humani corporis ordinem servantia, sed acervatim collecta, deficientibus multis, quæ devotionis causa translata sunt. Capilli adhuc capiti adhærent, candidaque fascia, seu cingulum lineum, recens omnino, circa tempora apparet, quod tamen a die sepulturæ, circa Idus Junias anni MCCCXLVII perseveravit.

et cultu, variis miraculis comprobato.

33 Vix dubitari potest, quin variis temporibus cultu quodam fuerit donata. Hoc satis patet ex frequentissimis votis et miraculorum circumstantiis. Imo et ipsa Virginis orantis effigies in tabella depicta, prædictæ capsulæ subest, eo ordine quo Sanctorum imagines; eodem in templo expositæ, eminent. Venerabilis Matris Priorissæ sapientia factum est, ut quantacumque sit votorum, imo et miraculorum copia, si sacrificium offerri (ut sæpe fit) devotorum pietas exigat, celebretur dumtaxat Missa, vel C de beata Maria, vel quæ pro Sanctorum omnium memoria instituta est. In mari periclitantes virginem Floram vulgo invocant Religiosi ejusdem Ordinis Milites, aliique eorum exemplo, optatumque cœlum impetrant; eamdemque in adversis, miraculose propitiam expertæ plusquam millies sunt Sorores superstites et ab antiquioribus didicerunt, veluti traditione perpetua, frequentissimis miraculis omni tempore a Deo, Maria intercedente editis, tumulum locumque fuisse illustrata.

Acta unde eruta,

34 Acta hæc Virginis, quæ latinitate a me donata, nunc mitto, idiomate vernaculo scripta reperi in prædicto monasterio; magisque Catalaunorum Hispanorum, quam vulgatam hodie nostratem linguam sapiunt: nec dubium tamen est, quin hæc eo tempore fuerit in hac regione lingua communis. Contemporaneis enim ex membranis perspicuum id fit. Codex ille est satis magnus et manu circa medium seculi XV scriptus; *videlicet spatio illo, quod intercessit inter annum* MCCCCLVI *et* LXXXII; *uti colligere est ex Actis, in quibus num.* 79 *mentio fit anni* MCCCCLVI, *tamquam temporis transacti: num. autem* 49 *Seraphicus Bonoventura, qui anno* MCCCCLXXXII *Sanctorum in album relatus fuit solenni ritu, adhuc vocatur* Domnus *absque titulo* Sancti.

D *a quibus scripta,*

35 *Noli tamen inde putare, vitam totam, prout habetur in illo codice MS. omnesque ejus partes tunc primum fuisse compositas. Constat enim longe maximam partem, quatenus scilicet narrantur tentationes, illustrationes, visiones; quæ virgini acciderunt, aliaque interna, quæ sub conspectum hominum non cadebant, ab ejus Confessario fuisse scriptis mandata. quibus is, qui vitam deinde concinnavit, usus est; uti ipsemet fatetur, testibus Amadeo et Mespledo. Ille enim ad num.* 20 *nostrum in suo MS. monet Lectorem, in Codice quo utebatur indicari,* Sacerdotem, qui Virgini erat a confessionibus, hæc quæ sequuntur, *ab illo numero,* scripta reliquisse. *Et alibi similia notat. Hic vero pag. sua* 29 *sic scribit:* Quæ huc usque retulimus, extracta sunt e monumentis, quæ proprius Virginis Confessarius reliquit; uti asserit compilator antiquus scriptorum, quibus ego utor in hac historia mea.

et quando,

36 *Quando compilator ille antiquus sua compilaverit, nusquam proditum invenio. Fortassis id fecerit, quando* anno salutis MCCCLX, a Virginis morte XIII, Abbas Figeacensis ejus corpus e tumulo eminentiorem in locum transtulit die XI Junii, suavissimusque e tumulo E odor in omnes turmatim accurrentes adspersus est, ac infirmi plurimi corpoream sanitatem adepti sunt, omnes vero auxilia spiritualia non pauca: nec fuit, quin fateretur, odorem illum omnipotenti Deo acceptum referri debere; *ut num.* 58 *legitur. Certe defunctam fuisse quando compilator scribebat, manifestum est, tum ex citato loco, tum ex num.* 17, *ubi ait, adductam energumenam fuisse ad Floram,* dum adhuc in vivis ageret; *qualia etiam alibi non semel notat. Miracula porro, quæ Actis vitæ subnectuntur, uti non uno tempore facta sunt, ita a non uno primitus annotata fuerint, sed ab aliis post alios simul collecta. De quibus et monere debeo, interpretem nostrum, qui Acta vitæ usque ad num.* 54, *juxta normam antiqui codicis transtulit, in miraculis sequentibus ordinem mutasse. Non ita accuratus fuit Mespledus hac in re, qui usque ad pag. suam* 29 *secutus quidem est eumdem codicem, sed inde ordinem turbat, ratus suam dispositionem utiliorem fore lectoribus. Miracula vero vix attingit.*

et ex quo codice producta.

37 *Describens porro Amadeus codicem antiquum, unde vitam e gallico in latinum transtulit idioma, ait,* tomum esse in quarto, ut loquuntur, seriem aliquam continentem Evangeliorum et orationum aliaque ad Canonicum officium pertinentia; et circa medium, Acta vitæ et miraculorum hujus Virginis. *Deinde egregias ejus dotes enumerans, sic prosequitur:* Ipsam F eximiæ indolis, optimi ingenii, formæ corporis elegantissimæ, consummatæ sapientiæ, internæ sanctitatis, angelicæ castitatis, exstaticæ orationis, zeli animarum, patientiæ, spirituum discretionis, prophetiæ, miraculorum, solatii, ac denique perfectissimæ in omnibus vitæ famam, adhuc in vivis obtinuisse, tota regione vulgatam, nec non et in toto regno post ejus funera, ex iisdem Actis constat.

Eximiæ dotes Floræ,

38 *Adde his, quod idem Amadeus subnexuit ad calcem Actorum, antiqui* B. Floræ *cultus monumentum piam orationem seu collectam, quæ extat in monasterio, et fortassis ipso tempore elevationis corporis ejus composita, uti sequitur:* Deus, qui B. Floram, virginem tuam, ad cœlos perducere dignatus es; ita nos, quæsumus, ejus meritis et precibus a cunctis iniquitatibus et periculis, et ab omnibus inimicis nostris, visibilibus et invisibilibus, liberes et defendas, ac cœlestia cogitare nos facias. Per Dominum nostrum etc. *Denique subjungitur etiam Actorum, latine redditorum, probatio illustrissimi episcopi Cadurcensis, his verbis concepta, et sigillo ejus munita:* Sanctæ Floræ vitam, latina descriptione figuratam, studiose evolvimus, suisque ponderibus examinavimus, in qua nihil pietati adversum, sanisque moribus dissonum

Approbatio Actorum.

deprehendimus

A deprehendimus, sed cuncta laudum præconiis extollenda, dignaque quæ ab omnibus imitatione exprimantur, judicavimus. Tot enim pietatis virtutumque exempla, clarissimis argumentis expressa coruscant, ut talem vitam, laudabili religionis studio traductam, fidelibus legendam libenter concedamus; ut attenta illius lectione ipsorum animi ad pietatem amplectendam ardentius concitentur. Datum Cadurci, die prima Septembris anno Domini MDCXCV.

Henricus ep. Cadurcen.

Et infra Alluincourt.

VITA

Ex codice MS. antiquo gallico Hospitalis Belli-loci, e scriptis confessarii magna parte collecta, latinitate donata ab Hugone Amadeo, theologiæ doctore, et ecclesiæ S. Ursicini in civitate Cadurcorum pastore.

B

CAPUT I.

Ortus, adolescentia, in monasterium ingressio, tentationes et consolationes Floræ.

Præfatiuncula interpretis.

In finibus Arvernorum, tribus ab urbe Figeaco Cadurcorum leucis, situm est oppidum quoddam, Maurium (Maurs) dictum, quasi castrum olim fuerit Maurorum Saracenis permixtorum. Locum hunc commendant et monasterium abbatiales S. Benedicti et S. Floræ virginis ortus. Cujus vitæ ac miraculorum historiam sic habet codex antiquus et quidem idiomate, quod in diœcesi Cadurcensi seculo XIV vulgare erat *a*.

a

b

Floræ parentes.

c d

e

1 Maurii *b* vir genere et vitæ honestate ac sanctitate nobilis, Pontius *c* nomine, ex Melhorsia *d* conjuge sua, genere pariter ac vitæ sanctitate nobili, tres filios suscepit, ac filias septem; quarum quatuor in monasterio Hospitalis Belli loci *e* Ordinis sancti Joannis Jerosolymitani, moniales collocavit. Religiosæ perfectionis viam quatuor istæ alacriter agebant; nec tamen eam, quæ Floris seu Floræ nomine donata erat, æquis passibus tres aliæ sequebantur. Hæc enim, a primis annis, pueriles quoscumque ludos ac diverticula fugere; matrem, orationi maxime deditam, quocumque orandi causa pergeret,

indoles,

C sequi; cum ea in orationis studio ac exercitatione in dies proficere; coætaneorum consortia devitare; mores eorum, et vulgaria colloquia contemnere assueta, maturam in primis jam annis senectutem habitu et moribus præferebat et in omni virtutum et perfectionis genere, re nomineque Flos erat.

studium litterarum,

2 Quadam in schola pueri ac puellæ ejusdem stirpis, decem et novem, primis litterarum elementis navabant operam: socias omnes mentis acie, facili ingenio, ac discendi aviditate Flora superabat. Statim atque horas canonicas legere valuit, eas singulis diebus pie recitavit. Virginitatis usque adeo tenax fuit, ut ne videre quidem, vel audire virum quempiam vellet, aut ulli circa matrimonium sermoni attendere. Sic erat Deo, Deiparæque Virgini addicta, ut nisi de iis aut de Sanctis aliis fieret sermo, numquam præberet aures, tum vero lubens et maxime attentas. Hunc in modum nutrita et educata Flos, annum vitæ suæ decimum quartum paterna in domo complevit.

cura castitatis,

Deprecata matrimonium,

3 Tum nobilis pater, re cum amicis communicata, de virgine illa sua, miræ pulchritudinis, in matrimonium collocanda, serio cogitare cœpit; donec illa; Si me, inquit, ut filiam diligis, de nuptiis mea causa ne sis amplius solicitus. Christo Jesu despondi me; sponsum alium nolo: atque ita me, quæso, quam primum in monasterio colloca, ut Deo liberius serviam. Cum vero, omnibus tentatis, de virgine ad matrimonium inducenda parentes desperarent; Quoniam, inquiunt, eam ad se Dominus vocat, sinamus eam parere Domino suo: nefas est ei repugnare, eamque ab obsequio Domini velle retrahere. D

AUCTORE COÆVO EX MS.

adscribitur cœnobio Belli-loci:

4 Figeacum inter et Fanum beatæ Virginis Deiparæ, in rupe sancti Amatoris, erat jam monasterium virginum nobilium Ordinis S. Joannis Jerosolymitani, pietate Dominorum de Theminis, ut piis faverent sororibus, magis opibus locupletatum, quod Belli-loci Hospitale nuncupabatur, et a Domina quadam Anglinia de Theminis virgines ibi plurimæ, Deo servientes, regebantur *g*. Illuc virgo Flos, Deo devotissima, religionis causa properavit. A monialibus solenniter recepta, religionis veste donata, canonici officii ritum, ceterasque omnes monasterii observantias edocta, summa humilitate debitam Deo et Ordini obedientiam alacriter amplectens, monasticæ vitæ paulatim assuefiebat: cum ecce Virginis animum tempestas vehemens cœpit exagitare. E

g

illic sibi ab ejus abundantia metuens,

5 Monasterium Hospitalis Belli-loci, jam tum ingentibus reditibus auctum, temporalibus bonis affluebat; quod aliquo dumtaxat post tempore virgini Floræ venit in mentem: cum nempe omnia sibi abunde suppetere, nihil unquam deesse advertit. Illa vero nimiam temporalium bonorum affluentiam virginitati obesse rata, expavit; altoque premens corde dolorem: O! vilissima, inquit, puella, veste seculari abjecta, religionem pœnitentiæ causa optabas; et deliciarum tibi locus forte contigit. Ecquid ages? Quomodo Christo Domino placere poteris? Talia aut his similia mente volvebat, sibi tamen semper mente constabat; cum forte religiosus vir eximiæ perfectionis in monasterium Hospitalis Belli-loci venit: quem Flora virgo statim adiit, tum confessionis causa; tum ut amarum animum viro Dei patefaceret. O quantum, inquit, in tanta rerum affluentia æternam animæ damnationem metuo!

firmatur in bene cœptis

6 Illi vir sanctus: Ne timeas, filia, si enim Deum timens, bonis hujusmodi sobrie usa fueris, urgente dumtaxat necessitate; magnum tibi in meritum hæc rerum temporalium affluentia succedet. Quin potius Deo omnipotenti gratias age: huic cura de vobis est, ideoque bona temporalia abundanter monasterio largitur, ut infirmorum tædia efficacius subleventur; iisque necessaria subministrentur, qui congruenti auxilio destituti, facile in amore Dei tepescerent, atque difficultatibus præpediti ægre in ejus obsequio permanerent, quin econtra, hac ope adjuti paulatim in amore Dei incalescunt, vix sane in eo perseveraturi, si mox necessaria iis subtraherentur. Quid? quod in abundantia rerum hujusmodi facile superflua spernunt, qui divino amori serviunt: suavia quæque respuunt, uni obtemperant necessitati: atque ita mirum in modum merita accrescunt, et tantæ virtutis exemplo ceteri instituuntur. Hæc audiens et corde avido excipiens virgo Flora, fluctus omnes formidinis hujus abjecit, suavissimaque consolatione potita, cœpit in Dei timore proficere; et quasi nec virum nec feminam nosset, uni Deo attendere, ad eumque cogitationem suam omnem affectumque continuo dirigere. Ita solitariæ vitæ addicta erat et in meditationibus cœlestium rerum assidua ac perseverans; quasi e cœlis demissa, nusquam ac nullo tempore, hoc in mundo foret. F

et inflammatur amore Dei

Tentatur a dæmone

7 Vix autem novæ hujus vitæ spiritum, Deo intenta Virgo exceperat; cum ecce infensissimus omnis

AUCTORE COÆVO EX MS.

A omnis sanctitatis hostis, zelo ac furore correptus, Ancillam Dei a suscepto deterrere pertentat, variasque machinas contra eam movet. Ac primo quidem castitatis propositum aggreditur; delicias omnes, angelicæ huic virtuti oppositas, menti objicit. In his convenientiam, honestatem, utilitatem, imo et necessitatem, divinitus intimatam, fingit, adducto Geneseos oraculo, ubi Adamum, Noemum, ac filios, Deus allocutus, præcepit : Crescite et multiplicamini etc. Replete terram etc. Maleviridis *h*, exclamat Virgo, secularibus ista liceant : Religiosis, qui Deo castitatem voverunt, ne quidem cogitare obscœna hujusmodi fas est. Tu vero, cui nihil unquam nisi permittente Deo potestatis inest, vade retro meque amplius tentare noli.

h

8 Urget incassum inimicus, perspectaque puellæ virtute, blanditiis minas terroresque adjiciens, ait : Certum te esse velim, nisi carnis delicto et castitatis tuæ detrimento consensum tandem præbeas, ita te meis machinationibus turbatum iri, totque tibi tantaque cum ceteris monialibus facessenda esse; ut luctu tandem ac mœrore confecta, ad desperationem adigenda sis, et damnationis æternæ B cruciatibus addicenda. Quoniam vero peccatum carnis quodcumque, levius est desperatione, quæ contra Spiritum sanctum committitur, nec in hoc, nec in futuro seculo remittenda est; satius tibi esset, ut mihi peccatum carnis suadenti, assentirere, salutaribus deinde pœnitentiæ laboribus purganda; quam si te desperatam in infernum detrusero

ad deserendam castitatem,

9 Signo crucis iterum atque iterum munita Virgo, sublatisque in cœlum oculis ac manibus, huc illucque fugiens, et per monasterium irrequieta discurrens, Deum omnipotentem, opem et consilium rogabat, Virginem Deiparam, eosque, quos speciali inter superos devotione prosequebatur, invocabat; nec non et Sanctos omnes deprecabatur, misericordiam implorans. Diuturnum hoc et durum certamen amaras demum in lacrymas desiit, quas coram Domino suo purissima Virgo effundebat : donec iis placatus benignissimus Redemptor, ab ea infensum procul hostem removit : qui ne levissimum quidem unquam ab ea consensum extorquere valuit, nec ullo ei nocere modo.

sed frustra;

10 Cum vero, urgente diu Asmodæo, Virginis, Deo faventæ, labor accresceret, et erectos in cœlum oculos, tensasque ad sidera palmas diutissime sustinens, tota interim in suspiria et amaros fletus C diffluens, per monasterium fessa discurreret; altum in pectore vulnus celabat internorum hujusmodi cruciatuum nemine conscio. Ceteræ moniales diuturno mœrore confectam, assiduis perfusam lacrymis, sicque discurrentem ægre videbant; eosque oculorum ac manuum in cœlum motus et totum corporis habitum, duri certaminis ignaræ, tribuebant stultitiæ; et miseram sororem mente captam et in furorem versam reputabant. Nec deerant, quæ de illius phrenesi ac furore privatim colloquerentur; et si qui forte adventarent monachi, itineris vel confessionum causa, quædam e sororibus hospites rogabant, ut sororis male habentis amentiam ac furorem acriter arguerent.

aliis quoque ab eodem furiis agitata,

11 Accusantibus et increpantibus nihil unquam Virgo reponebat; secreti tenax quotidianas fundebat interni doloris indices lacrymas : nec raro, Magdalenæ instar, ad pedes Domini provoluta pernoctabat. In mediis tentationum fluctibus, intenta cogitatione in Deum mentem erectam sustinebat. Numquam in homine confidens; nec ponens carnem brachium suum, opem ac consolationem ab ulla creaturarum requirebat. Frustra enim in monasterio quæsiisset, cum male apud omnes sorores audiret; quæ illam miris modis, ob præfatam amentiæ ac furoris speciem, quotidie exercebant, ac religiosis viris trans- D euntibus irridendam divexandamque frequenter exhibebant. Hæc omnia, suadente, et instigante sathana, Virgini contingebant. Ut, quemadmodum comminatus fuerat inimicus, fessa tandem puella in desperationem ageretur.

videtur sororibus insanire:

12 At benignissimus Dominus (cujus gratia Virgo silebat, et hæc omnia lubens patiebatur) creaturis omnibus, ac iis præsertim, quæ corde puro in eum feruntur, gravissimis malis oppressæ, ut meliores fiant, attendere assuetus; devotissimam virginem Floram, tot laboribus ac solicitudinibus agitatam, consolari tandem cœpit, ac ineffabilium dolorum suorum participem effectam corroborare. Et quidem in angulo illo claustri superioris, cui tectum domus incumbit, e regione loci, ubi negotiorum et colloquii causa excipiuntur hospites; Christus Jesus sensibili specie Virgini afflictæ videndum se præbuit; tamque valida ejus mentem impressione feriit; ut tribus circiter mensibus ab illius præsentia numquam recesserit. Undecumque veniret; quocumque pergeret, ubicumque se sisteret; Dominum suum vulneribus confixum, sputis et sanguine madidum, præsentem intuebatur, et infandos, pro peccatoribus E et peccatricibus omnibus, a Christo Domino exantlatos labores ac dolores, corde avido excipiebat. E mensa, e dormitorio, e templo exeunti, vulneratus et sanguine madidus, aderat Christus Jesus, Virginem madentibus genis et flebili ore intuens.

quam tandem solatur Christus,

visibili specie se suamque passionem ei exhibens:

13 Perpetuæ commiserationis æstu exardescens Flora, pares in fletus similesque in dolores tota diffluebat. Gestare sibi in visceribus suis videbatur Dominum cruci affixum. Incedentem sacrum illud onus prægravabat, quasi dominicæ crucis antennæ Floræ latera intus effringerent, essetque ipsamet affixa cruci. Nec raro dolor nimius, dextrum illius latus occupabat, acsi lancea perforatum pateret, illucque sanguis confluens sæpe orantem opprimebat; ac tandem cruento ore copiosissimus effluebat, donec in aliam penitus mutata, omnibus omnino mori didicit, ut uni Christo viveret. Quamdiu autem hac erga Dominum cruci affixum commiseratione laborabat, Apostoli Pauli exemplo, non existimabat se scire aliquid, nisi Dominum suum, et hunc crucifixum.

quam et ipsa in se sentit

14 Ab hoste maligno diligentius cavebat sibi; thesaurum suum celare studebat : quo autem arctius F devotionis flammam occultabat, eo vehementior animi delubra dolor occupabat, et quidem non sine suavitate animi penitus ineffabili. Mox in genua procumbens, ad hunc versiculum; Veni sancte Spiritus etc. Paracleti igne succensa miro flagrabat ardore : non loqui, non audire valens, sed ferventibus tantum ardere desideriis. Eo divini amoris æstu, ac cœlestium desideriorum fervore accensa, tot exercitata laboribus, et tentationibns vexata Flora, tandem in novam mutata ac quasi transformata creaturam, dilecti sui in se oculos convertit; cujus ope, ingrata dolorum, laborum, mœstitiæ et tentationum hiems transiit, imberque recessit, sponsaque fidelis miro rerum spiritualium sensu recreata, in refrigerium educta est.

divino amore æstuans

15 Identidem enim fervore spiritus; alias interna quadam mentis suavitate; sæpe sensu corporeo, omne (ut de manna scriptum est) delectamentum habente, reficiebatur. Aliquando etiam divinitus illustratæ mentis acie futuros rerum eventus, abditarumque mysterium perspiciebat. Eratque initio ita cœlestis secreti tenax, ut cœleste donum apprehendens, æternique Regis gratiam pacifice exceptura, corporis ægritudinem fingeret, lectulique ambitu circumsepta, divini amoris æstum internamque suavitatem occultaret. Nec tamen pax illa latere diu potuit

et consolatione

Iterum tentata,

A potuit sathanam, qui statim Virginem interturbare, innumerisque tentationum fluctibus cœpit exagitare. Tum vero misericors Dominus, perspecta Ancillæ suæ fide atque animi robore, opportunum ei præbuit auxilium, ne tentationibus aut tribulationibus vinceretur : sic nempe debili cum hoste pugnamus, qui non nisi volentes nos vincere queat.

Iterum recreatur per Angelum,

16 Novo hoc certamine fatigatam, misericors Dominus benigno intuitu Ancillam suam prosecutus est ; palmamque victoriæ hunc illi in modum contulit. Quadam die, cum orationi flexis genibus navaret operam, ad latus orantis astitit Angelus Domini, gladium ancipitem gestans, cujus fulgor et gemina acies symbolum erat aptissimum verbi, quod omni gladio ancipiti penetrabilius esse pronunciavit Apostolus. Mystici hujus gladii capulum, miro opere elaboratum, manu apprehendens Virgo, certissime munitam se contra omnia nequissimi hostis molimina sic experimento didicit ; ut ne quidem ultra metus ac terroris locus exstiterit ; unaque divini verbi ope terricula omnia, et quæcumque malignorum spirituum machinamenta facile dejecerit, ac divini Paracleti rore conspersa interne fuerit. Quid plura? Eo in certamine victrix, in columnam ferream,

et multis prodest.

B et in civitatem munitam puella, Deo sacra, effecta est : eamque doctrinæ cœlestis et gratiæ armamentarium esse, sic noverant omnes; ut si quis mœrore confectus, sathanæ tentationibus vexatus, aut quomodocumque afflictus sibi metueret, Floram statim adiret : nec nisi voti compos, optataque consolatione atque ope, Virginis precibus obtenta, abiret *i*.

i

17 Initio perfectioris ejus vitæ, cum tot tantisque turbationibus angeretur ; vindictam sane non optabat; pluribus tamen, qui eam ejusque vitam despectui habebant, gravia mala evenerunt : imprimis vero cuidam mulieri, quæ miseram mortem obiit ex morbo, qui S. Antonii ignis *k* dicitur. Ad eam, dum in vivis adhuc ageret *l*, adducunt puellam a dæmonio diu vexatam, quæ novem tandem diebus, sine voce et sine ullo cibo, perseveraverat. Oravit Virgo pro ea, et coram pluribus monialibus caput primum sancti Evangelii secundum Joannem legit ; abiitque dæmonium puella sana relicta.

k
l

In aquam a dæmone dejecta,
m

18 Frater hujus Virginis gravi morbo detinebatur Figeaci. Illuc pia soror properabat (nondum enim claustri legibus moniales hujusmodi, uti nunc, astringebantur *m*) et medio fere itinere peracto ad

C rivum, qui burgum alluit, pervenerat ; cum obvius fit illi dæmon ; et, Hic te optabam, inquit ; statimque equum et equitem dejecit in rivum. Mox Virgo impavida, illiusque aggressionibus assueta, signo se crucis muniens, sicca exiit, ne loto quidem vestimento ; subitaque coram pluribus luce refulsit : equus vero madidus et stillans e rore exiit. Duo fratres e Minorum Ordine peregrini, illac e longinqua regione transibant : sed occulta quadam vi, quocumque conatu adhibito, ultra progredi alter nequibat, sed fortiter ad monasterium trahebatur, remque socio indicabat. Cum ecce mulier quædam illum rogat nomine hujus Virginis, ad ipsam ut accedat. Frater vero occultam illam vim causatus, rogat econtra Floram, ad se ipsa ut veniat : quæ virum Dei adiens, sic de divinis mutuo egerunt, ut Deus solus internam utriusque norit consolationem.

non madefit.

Monachus occulta vi ad ejus colloquium ducitur :

19 Mulier quædam pia, devotionis causa iter agens, monasterium adierat et cum Flora in oratione pernoctarat. Mane profectura, sarcinulam sibi furto ablatam advertit. Ejulans igitur et clamans, Floram jubet orare, sibi denarios, viatici causa servatos, et sarcinulam reddi. Pergit mulier, medioque Hospitale inter et Granatum itinere, media fere leuca furem deprehendit, agnitamque sarcinulam

Mulier, Virginis prece furto ablata recipit.

arripit. Cui trifur, Tua tibi accipe; nec enim ultra D progredi fas erat ; quasi me præstigiis ac veneficiis constrinxisses. Exultans mulier viam remensa, monasterium repetiit; reque narrata, Deo gratias egit.

AUCTORE COÆVO EX MS

ANNOTATA C. J.

a *Huc usque verba Interpretis, tamquam inductio aut præfatiuncula ad vitam, ab ipso latine versam, prout ibidem sequitur.*

b *Ita latine vertit, tum hic, tum paulo ante, Interpres noster Amadeus, quod vulgo* Maurs *Castellanus* Mauri, Maurorum *inflecti maluit. Locus est in finibus Arvernorum, qua illi terminos Caturcorum orientales contingunt, sex circiter milliaribus Gallicis ab Hospitali Belli loci.*

c *Mespledus ipsum nominat,* Pons de Corbie. Pontius de Corbea.

d *Idem Mespledus, omisso nomine proprio, dicit, fuisse ex familia* De Merles, *illamque hodiedum superesse cum titulo nobilitatis.*

e Hospitale, *nomen proprium loci esse, et ad distinctionem synonymorum, cognomen* Belli loci, *in Comment. prævio diximus. Nihil tamen obest, quo minus putetur olim appellatum fuisse ab Hospitio illic fundato, quod paulatim creverit in oppidum.* E

f Figeacum, *nobilis abbatia, a Pipino Aquitaniæ Rege condita, ipsoque et Stephano Papa IV (atque adeo anno* DCCCXVI) *præsentibus,* mirabiliter a Deo consecrata *fuit, uti ipse Pipinus loquitur in diplomate suo. Crevit illa paulatim in urbem non contemnendam, quæ seculo demum* XVI *intestinis per Galliam tumultibus varie exagitata fuit. Distat ab Hospitali Belli-loci circiter leucis 4 versus ortum solis ; quemadmodum inde leucam versus occasum distat Ecclesia B. Mariæ in Rupe Amatoris leucis circiter bonis e sex. De hac Rupe et S. Amatore plura dixi in Comment. prævio num. 13.*

g *Mire confirmat hæc textus dictus a nobis in Comment.* Erat jam, *inquit,* monasterium ; *fuerat jam* magnis opibus locupletatum, pietate Dominorum de Theminis, ut piis faverent sororibus, *quod de sororibus eorum germanis, quæ illic loci religionem professæ erant, singulariter sumi potest, atque ex de aliis ibidem sententia alibi, quæ tamen non Sorores appellari solent, et a Dominis quidem Auctoris de Theminis.* Virgines *præ* *tum plurimæ ibi regebantur ; et* Hospitale Belli loci *vocabatur ; quando Flora nostra eo accessit. Quæ sine declarant, monasterium tunc nomen* *non habuisse ; et habuisse paulo post cognomen,* Belli-loci. F

h Maleviridis. *Notat Interpres, in MS. legi,* Malverdi, *eoque nomine designatum esse Virginem, quod horrendum dæmonis nomen proferre ausa non fuerit. Fortassis illi in ea regione tunc temporis apud vere multos obtinebat* *diabolum sic appellandi, sive alia de causa, sive quod dæmon viridi colore illic depingi forte solebat : quemadmodum meminit Papebrochius noster, se annis abhinc quinquaginta et amplius in Cathedrali Moguntina supra ingressum chori obs*ervasse dæmonem, *sub nomine* Titivilli, *viridi colore expressum, in dossuaria corbe veluti colligentem verba, quæ a psallentibus forte prætermittebantur, cum adscripto versu, psallentes debitæ attentionis atque integræ pronuntiationis admonente, quia*

Fragmina verborum Titivillus colligit horum.

Dæmon viridis Titivillus

i *Huc usque secutus ordinem codicis antiqui MS. Mespledus quod in sequentibus non item facit ut notat pag. sua* 29. Quidquid hactenus hic scripsimus, extractum est ex commentariis proprii Confessaris B. Floræ, uti testatur Compilator antiquus, cujus scripta sequor in hac historia ; qui etiam ista adjungit : Verum quoque est, quod qui se commendabant

AUCTORE COÆVO EX MS.

A dabant precibus hujus virginis, seu coram verbis, seu absentes per litteras, referebant plurima per ejus intercessionem a Deo beneficia. *Videtur idem Mespledus innuere, quæ hinc sequuntur de miraculis usque ad finem capitis, esse Compilatoris : at Caput* II *ac* III *iterum esse Confessarii, quod etiam Interpres noster animadvertit, uti mox dicemus* Annotat. a *ad Caput sequens. Quæ tamen sic intelligenda existimo, ut Compilator commentaria quidem Confessarii præ oculis habuerit secutusque sit ; licere tamen sibi putaverit hinc inde aliquid addere, demere aut mutare ; et pleraque suo modo disponere. Qua de re, si ipsam Compilatoris historiam daretur inspicere, certiora fortassis enuntiare possemus.*

Ignis sacer S. Antonii.

k Ignis S. Antonii *populariter dictus, quia Sancti istius opem frequenter invocarunt atque experti sunt, tali lue laborantes. Latinis* Ignis sacer *appellatur, etiam Virgilio poetæ notus. Sævit seculo* XI *exeunte crudeliter per Gallias et Belgium, describiturque a Sigeberto in Chronico ad annum* 1089, *tamquam pestis, qua* consumebantur interiora, computrescentesque *homines,* exesis membris, instar carbonum nigrescentibus, aut miserabiliter moriebantur, aut mani-
B bus pedibusque putrefactis truncati, miserabiliori vitæ reservabantur : multi vero nervorum contractione distorti tormentabantur. *Et Urspergensis abbas Conradus, ad annum* 1099, *eamdem sic describit.* Tactus quispiam igne invisibili quacumque corporis parte, tamdiu sensibili ireo incomparabili tormento, etiam irremediabiliter ardebat, quousque vel spiritum cum cruciatu, vel cruciatum cum ipso tacto membro amitteret. *Alia de igne illo sacro vide tomo* 2 *Januarii nostri pag.* 156.

l *Hæc Compilatoris esse cognoscuntur.*

m *Parenthesis hæc Interpretis sit. Neque enim opinor, ante reformationem, monasterio inductam sub exitum seculi* XVI, *perpetuo inclusas fuisse moniales.*

CAPUT II.

Variæ Virginis exercitationes piæ, et ecstases, ab ipsomet Confessario ejus conscriptæ. *a*

a

Per litteras rogata, absentes juvat ;

Multi, quibus monasterium adire fas non erat, Floræ quod sibi opus erat, litteris manifestabant, nec mora, exoratus Ancillæ suæ precibus Dominus, indigentibus aderat. Prophetiæ dono futura certo prænuntiabat, nec non divinitus illustrata, corpore absens, plurima, quæ procul gerebantur, detegebat,
C atque abditissima manifestabat et suavissimos eosque diutissimos mentis excessus patiebatur.

versatur in ecstasi dies 22,

21 Festo die, qui omnium Sanctorum veneratione solennis est, Kalendis Novembr. verba hæc dilecti Discipuli in choro decantabat ; Vidi turbam magnam etc. cupiebatque, de Sanctis omnibus hæc dici ; cum mente ad cœlum elevata, ad secundas usque Vesperas diei, qui S. Cæciliæ virgini et martyri sacer est, *b* cum Beatis comprehensoribus, priscorum fidelium exemplo, totis XXII diebus fere semper conversata est. Attento volvebat animo, Beatos omnes comprehensores statu perfrui, bonorum omnium aggregatione perfecto, et torrente deliciarum dominicæque voluptatis oceano potari, absque ulla peccandi aut deficiendi formidine. Suavem hujusmodi cogitationem excipiebat vehemens desiderium videndæ gloriæ, quæ comprehensores beat, adeoque desiderii hujus æstus incaluit, ut quasi eodem frueretur cum Sanctis intuitu, ardens ipsa internisque ignibus æstuans, in hæc continuo suspiria cum regio Vate erumperet : Domine, ante te omne desiderium meum etc. nec ab ejus mente hæc unquam verba aberant, sive staret, sive decumberet, aut in genua et in faciem procumberet ; sive loqueretur, sive si-

b

contemplans gloriam sanctorum ;

leret ; sive manducaret, sive biberet ; sive oraret, D cogitaret, meditaretur : eoque desiderio ante conspectum Domini jugibus deliciis electa sponsa effluebat.

iterum aliam patitur,

22 Completo beatæ Cæciliæ Officio juxta ecclesiæ ritum, cum ceteræ sorores quieti indulgerent, Flora in oratione Dei pernoctatura, vigilabat ; mente beatam martyrem invisebat ; solennes ejus cum cœlesti sponso nuptias suaviter perpendebat ; illam, cœlestis Regis palatium introeuntem et in gaudium Domini sui intrantem, affectu comitabatur. Cum ecce iterum subito rapta est, ac mente cœlum ingressa virginem omnino mirabilem, et mirum in modum ornatam, quæ media inter innumeras alias virgines, in magna gloria et canticis exultantes, eminebat, videre sibi visa est ; earumque eleganti forma, cantus suavitate, ornamentorum splendore, locique fulgore atque amœnitate, stupefacta (nihil enim unquam tale perspexerat) ducem Angelum allocuta, de matrona hac nobili interrogavit. Et Angelus ; Hæc est Cæcilia virgo, inquit, hæc fidem ac sanctum virginitatis propositum servavit, acerbissimos in terra martyrii labores passa, perennem gloriam in cœlo assecuta est, hodieque regnat. E

in qua videt gloriam S. Cæciliæ plane singularem,

ac tertiam :

23 Ad se circa horam Completorii Ancilla Christi reversa est, adeoque torrente cœlestium deliciarum, quas in diurna illa a matutini Officii tempore ad Completorium, contemplatione degustaverat, satiata erat, ut quamvis monita, atque iterum iterumque rogata a Domina Aycilina *c* ejusdem monasterii moniali, ac Virginis consanguinea, induci numquam potuerit, ut vel levissimum tentaret obsonium : sed spiritu fervens, Breviarium arripuit, ut canonicum recitaret Officium, noctemque orando transigerets Necdum crastinam lucem sol reduxerat, cum ecc. iterum rapta, diem ad vespertinum usque tempue cœlestia contemplando consumpsit. De capiendo cibo iterum monita, similiter contempsit : stupefacta enim, nec sibi, nec aliis videbatur attendere ; sed ardens spiritu, sacri amoris æstibus fervere atque ebullire videbatur ; suavissimasque in lacrymas omnino diffluebat.

c

omni alimento corporali abstinens,

sed poculo cœlesti,

24 Alio die iisdem accensam ignibus Floram adiit Angelus Domini elegantissimi adolescentis speciem gerens, aureumque poculum divino quodam nectare coronatum, Virgini porrexit. Bibe, inquit, et manu oblatum calicem salutis assume ; nec ultra refocillando corpori necessarium cibum detrahe. Vix cœlestem liquorem delibaverat, cum ineffabili suavitate percepta, hujus poculi ministrum attenta F contemplatione statim intuita est. Is quidquid divini liquoris in cratere supererat, in vultum Virginis, quasi ludens effudit ; subitoque abiit. Flora vero, ore madida, ad se reversa, toto triduo in oratione, nullo refecta cibo temporali, sed in fortitudine cœlestis illius cibi perseveravit : urgentibusque sororibus respondebat, fore ut totis quindecim diebus ab omni cibo atque alimento abstineret, adeo illam cœlestis illius poculi suavitas sustentabat, ut nec famem pateretur ullam, aut sitim.

oblato ei ab Angelo,

satiata.

Aliæ ecstases tempore Missæ

25 Sublimioribus his assueta donis, quotidie inter Missarum solennia excessum mentis patiebatur cum sacerdos sacrosanctam Eucharistiam suo ore excipiebat ; nec nisi vespertini Officii tempore ad se redibat. Accedebat ipsa Communionis causa ad mensam Domini singulis diebus dominicis ac solennioribus ; et ubi cœlesti hoc pabulo refecta erat, ad altiorem Domini mensam, cœlestibus suavitatibus ac cœlestium charismatum deliciis communicatura, subito rapiebatur : stansque in atriis domus Domini, abditissima quæque mysteria, remotissimarum rerum eventus, atque arcana, innumeraque alia, humani animi vires ac fidem superantia, ediscebat.

et communionis,

A

d quas meruit innocentia vitæ suæ.

26 His *d* internæ vitæ miraculis recitatis, addit pius Sacerdos, mira hæc cuilibet videri posse, suam tamen non superare fidem, ex quo tantæ Virginis generalem confessionem exceperat. Sublimia enim hæc omnia, purissimæ vitæ innixa, advertit; certoque asserit, nihil se in tota illius vita deprehendisse, quod letalis culpæ malitiam saperet; nec sibi notam ullam animam fuisse, quæ ad sublimem istius sanctitatem accederet.

Cum ostensa sibi in raptu

27 Tot tantisque cœlestis gratiæ donis aucta, mirabili vitæ, virtutum, donorum, ac miraculorum splendorem adjunxit. Nihil *unquam inordinate agere, sed omnia in pondere, numero, et mensura disponere, semper visa est; eamque gratiæ plenitudinem, atque divini amoris fervorem experiebatur, ut ne ipsa quidem caperet, quo tandem modo thesaurum atque incendium hujusmodi, angustissima corculi sui claustra cohibere possent. Sæpe inter orandum Ancillæ suæ intuitum in æterna cœlestis aulæ gaudia Dominus defigebat : quæ siquando in mentem revocare ipsa, vel voce exprimere deinde cogeretur, novo statim mentis excessu ad Superos rapiebatur; nec raro diu manebat immota, acsi e

B

vivis excessisset. Hæc illi vulgo in quadam rerum corporearum specie contingebant : tum vero, præter hujusmodi speciem, longe plura mente pertingebat, quam fando postea posset assequi.

revelare rogabatur,

28 Sic semel oranti ostendit Dominus arborem miræ pulchritudinis, infinitis propemodum, iisque exquisitissimis floribus coopertam; cujus radix e terra oriebatur, summus vertex cœlos attingebat : culmen operiebat aquila, expansis in modum crucis alis : uncisque pedibus gemmam pretiosissimam gestabat, cujus splendor terrenum omne lumen superabat. In eam, velut in speculum, Flora mentis oculos defixit : in eaque Angelorum atque Electorum ordinem æternamque gloriam perspexit; et quidem tanto cum animi excessu; ut internæ suavitatis flumen ferre vix posset. Nec unquam postea, quæ illi mira tunc contigerunt, voce exprimere sine novo mentis excessu tentare potuit; adeo ut arcana verba, sæpe tentata, silentio celare cogeretur. Tum vero, eo intuitu refecta, secreto audivit : Vide visionem istam grandem ac miram, et omnipotenti Deo gratias age.

ad eadem rapiebatur denuo

Cognoscit gaudium esse in cœlo

29 Quandoque cœlestia contemplando certo edis- cebat, quæ ea inscia secreto gerebantur in terra. Sic illi semel contigit, ut a Missarum solenniis ad vespertinam usque horam in cœlis mente conver-

C

sata, Angelos ac reliquos comprehensores videret, cum magna animorum exultatione, ornamentorum splendore, et canticorum melodia, diem festum, eumque maxime solennem agere, qui in terris ferialis erat. Rei novitatem mirata, ducem Angelum rogavit, ecquæ tandem esset hujusmodi solennitas, quæ militantem ecclesiam lateret. Num audisti, reponit Angelus, gaudium esse in cœlo, et quidem magnum, quoties peccatorem anteactæ vitæ pœnitet? Cum hæc, se audisse divini Evangelii verba, respondisset Flora; Habes igitur, inquit Angelus, hodiernæ apud nos solennitatis mysterium. Hodie scilicet vir, hactenus nequam, Guilhenus nomine, tibi et omnibus fœdissimæ vitæ fama notissimus, Domnum Aymericum monachum adiit pœnitentiæ causa : apud eum sua omnia peccata deposuit, ab eo præscriptos pœnitentiæ labores humiliter suscepit, et veniam a Domino impetravit. Hanc hominis, ad meliorem frugem redeuntis in terra pœnitentiam, nos solenni cultu et generali exultatione hodie celebramus in cœlis.

ob conversionem cujusdam peccatoris in terra,

quem postea cognoscit,

30 Ecstatica hujusmodi contemplatione sub vesperam finita, quæ in cœlis viderat Virgo, mente revolvebat, verane essent, an non. Cum ecce

D

AUCTORE COÆVO EX MS. e

Domnus Aymericus Fayzela *e* Virginem adiit : cui statim illa; Quid egisti hodie, et cui tandem operi hodiernam operam navasti? Erat Aymericus iste monachus monasterii Figeacensis, vitæ sanctitate et mira austeritate eximius; adeoque in hac regione notissimus. Ut erat autem Virginis nostræ germanus, ea die monasterium Belli-loci, germanæ suæ invisendæ causa, adierat; sed sponsam illam, contemplationi addictam, excitare ausus non fuerat, quoad ipsa vellet evigilare. Interim cubiculum quoddam externorum hospitii mane ingressus fuerat; statimque Guilhenus *f* ille, quem carnalis incontinentiæ et immundissimæ vitæ rumor in tota illa regione vulgaverat, clam Domnum Aymericum adierat, tactus dolore cordis intrinsecus, et spiritus sancti illustratione ac vehementi impulsione motus, suspiriis, singultibus, lacrymis adhibitis, sanctum Monachum rogaverat, et iterum atque iterum obsecraverat, ut aperientem conscientiæ suæ statum, et scelera omnia sua confitentem, audire dignaretur. Morem excusabat Aymericus : non enim consuetudinis est nostræ, aiebat, alios nisi collegii nostri monachos in tribunali audire : nec mihi circa casus, episcopo reservatos, potestas amplius ulla superest *g*.

a fratre suo f

E

g vere conversum esse.

31 Guilhenus e contra urgebat, et quidem per Deum summe dilectum obtestabatur, opponens, remittenda sibi peccata sua videri, si modo confitentem audire vir Dei dignaretur. Humili hujusmodi supplicatione victus Aymericus, hominis confessionem exceperat, congruentem illi satisfactionem injunxerat; et pœnitentem in viam salutis, quam et deinceps constanter secutus est, reduxerat. Singula hæc, a se ea die gesta, roganti germanæ Aymericus narravit; addens, gaudium sibi non mediocre e Guilheni lacrymis, pluribusque aliis sinceræ ejusdem pœnitentiæ indiciis, obvenisse. Certam hæc visionis hujus fidem Virgini fecerunt : nihil tamen ea vice hac de re vulgari passa est.

Vidit in spiritu divinitatis arcana :

32 Nec multo post, Spiritus advenientis accessum præsentiens, quo liberius attenderet Deo, ægritudinem, uti solebat, fingens, lectulum petiit : somnumque simulans, puram mentis aciem in sublime tolli experta est. Et statim mundi Creatorem contemplata, magnum quiddam, et excelsum omne longe superans, vidit. Contemplantis animum infinita rei visæ abyssus absorbebat. Non hic quantitas, non qualitas, non dolor, non finis, non initium, non species ulla, non ulla dimensio. Tum mirari

F

Virgo, formidare, tremefieri. Ducem Angelum mirata interpellat, quid tandem rei sit, quod nulla sibi repræsentatione effingere valet; et tantam sibi tamen exultationem animi facessit. Sanctus et terribilis locus iste est, reponit Angelus. Divinitas ipsa, nulli unquam mortalium in terris nota, menti tuæ objicitur. Tibi datum est eam in similitudine et specie intueri, quemadmodum et olim Moysi in rubo et ignis specie. Ad hæc, cœlestis fluminis impetus Ancillam Dei lætificavit, et in eo exultationis ac jubilationis excessu alta voce decantavit hanc ecclesiastici Officii, pro solennitate plurimorum Martyrum antiphonam *h*, Gaudent in cœlis animæ Sanctorum, qui Christi vestigia sunt secuti, et quia pro ejus amore sanguinem suum fuderunt, ideo cum Christo exultant sine fine.

h

deducitur per cœlum

33 Alia vice orantem duo Angeli vestibus maximi pretii, iisque ignei coloris, induerunt; admirantique dixerunt, hac eam veste in cœlis induendam, si ad finem usque perseveraret : rogaruntque, ut vestes sibi servandas redderet; quod et præstitit. Immortalitatis vestem, sibi admodum congruentem, Flora admirabatur; seque hinc tanta gloria indignam reputabat : inde tamen certissimam ejus gloriæ spem

AUCTORE CONFESSARIO EX MS

videtque sedem sibi paratam

A spem in Christi Domini sanguine reponebat. Talia volventem animo duxit Angelus in æternas sedes; eique arcana ostendit, quæ homini nec cogitare licet, nec loqui. Hic gemmas, sedilia, infandique splendoris ornamenta intuebatur, omnisque generis bona, quæ cogitatione assequi nemo possit. Regionis illius incolas mirum in modum splendentes, fulgentibus insidentes cathedris, non sine ecstasi suspiciebat. Mediam Virgini cathedram *i* Angelus monstravit, eamque, supra quam cogitari potest, mirabilem, suavissimisque odoribus redolentem. Hæc te sedes æternum manet, ait Angelus; illi parumper inside, quam annuente Domino post hanc vitam occupatura es. Heus, inquit Flora! Egone, vilis muliercula, atque peccatrix, tantæ gloriæ sedem obtinebo! Indigna plane sum, quæ tali felicitate unquam fruar. Vix hunc sermonem Virgo compleverat, cum Angelus in sublime sedem abstulit; quantum jactus est lapidis, ibique sedem eamdem altius collocavit.

semel atque iterum

34 Cum hæc omnia non parum Flora miraretur, atque inter dubitationem ac fidem fluctuaret, finita hujusmodi contemplatione; Magister quidam in B Theologia, eximiæ perfectionis vir, qui devotionis causa, quemadmodum et plures alii, monasterium illud frequentabant, illud forte advenit: visionem, alterius nomine, Flora exposuit Viro Dei, interrogans, qua esset fide digna. Diu latere Magistrum non potuit, cui visio illa contigisset; et desuper illustratus respondit, visionem hujusmodi fidem mereri; præcipue si alia simili deinde confirmaretur. Triduo postquam inde bonus ille Magister abiit, pari excessu Virginis mens, eodemque Angelo duce, fulgentem cathedram, eodemque in loco sitam revisit, et præ admiratione obstupuit. Interea vero splendidiorem effectam altiori in loco Angelus sedem collocavit. Mutationis hujus causam sciscitanti Virgini respondit Angelus: Hæc te sedes manet, quia tu te iterata humilitate indignam reputasti, quod tibi misericors Dominus novum in meritum vertit. Probavit insuper Dominus, novoque adscripsit merito, quod Magistrum theologum ea de re humiliter consulueris; ac propterea sedem tuam altiori in loco collocavit, quo ad eum propius accedas; nec ullum hac de re dubium admittas. Hic in æternum stabis, et cum Sanctis his omnibus gloriam et exultationem sine fine obtinebis.

aliaque multa

35 In hunc modum, viginti ante annis *k* quam e vivis devota hæc virgo excederet, locum, sedem, ac C societatem vidit, quæ ipsi in gloria parata erant. Cetera autem gratiarum ac donorum charismata, quibus in hac vita devotam sponsam ornavit Dominus, enarrare quis sufficeret? Sæpe Christum Dominum, Redemptorem nostrum, et Deiparam virginem Mariam vidit; nec repulsam crans pati, sed quæcumque rogabat, impetrare solebat. Longe plura de æterna gloria, de Purgatorii cruciatibus, de reproborum ærumnis, imo et de ipsa divinitate longe plura huic Virgini inter orandum demonstrata sunt, quam peritissimi quique disputando assequi unquam potuerunt. Crucem aliquando Angelus attulit oranti, miro splendore coruscantem, tum e ligno scientiæ boni et mali, tum e ligno vitæ confectam, quasi a paradiso terrestri, et nomine Enoch et Eliæ deferretur. Spiritu Sancto doctore sæpe præcipuarum rerum eventus didicit, bella, funera, luem, terræ sterilitatem. Nec tamen quidquam scire se, nisi Dominum nostrum et hunc crucifixum dictitabat.

Oranti affert Angelus crucem,

et futura revelantur.

ANNOTATA C. J.

a *Notat hic Interpres noster;* Sacerdotem qui Virgini a confessionibus erat; hæc quæ sequuntur scripta, posteritati reliquisse. *Mespledus, quamvis* D *hinc ordinem mutaverit, asseverat tamen similiter, a Confessario scripta fuisse, uti et præcedentia, usque ad num. nostrum* 17.

b *Interposuerat hoc loco Interpres*, Pridie Idus ejusdem mensis *Novembris; quasi dies ille S. Cæciliæ sacer esset. Quod explicationis causa de suo apposuerit. Nulla enim talis dies mentio est apud Mespledum, sed tantum* festi S. Cæciliæ. *Fortassis per errorem*, pridie Idus, *id est* XII *Novembris ille scripserit, pro die* XXII, *quo colitur Sancta illa. Ex eodem errore mox addebat*, totis duodecim diebus *alienam fuisse a sensibus Floram. Pro quo reposui*, totis viginti duobus diebus. *Tot enim effluxerunt a Kal. Novemb. usque ad festam S. Cæciliæ lucem.*

c *Mespledus hanc vocat* Domnam Aquilinam Priorissam Monasterii. *Sed cum Interpres ipsam simpliciter* Sanctimonialem *hic vocet, et Floræ* consanguineam *faciat; crediderim aliam esse a dicta Priorissa, tam nomine, quam re.*

d *Hærebam dubius, an hoc numero loqui censendus esset Interpres noster, an vero Compilator antiquæ vitæ. Quamobrem consului Mespledum, qui omnino sic* E *scribi asserit a Compilatore antiquo, citante auctoritatem Confessarii, qui generalem Virginis confessionem excepit: estque ille ipse, cui initio hujus capitis, ut litt.* a *annotavimus, Interpres asserebat, hæc scripta deberi.*

e *Vita gallica Mespledi*, Agmeric de Fayselle. *Ubi in margine notat Castellanus*, Aymericus de Fasciola. *Eumdem noster Interpres mox vocat* germanum *Floræ; Mespledus vero, abstinens a voce* germanus *et* frater, *consanguineum videtur facere minus propinquum.*

f *Scire cupio, unde noster illud nomen acceperit, si verum est quod habet Mespledus, auctorem vitæ antiquæ* ejus nomini *pepercisse. Quamvis non videam, cur parceret; cum hominis infamia*, tota regione vulgata *esset, ac pœnitentia secutaque vitæ emendatio illi gloriosa fuerit.*

g *Notat in margine Interpres, quod* Sacerdos ille *Aymericus* plenam a domno Episcopo *(fuerit ille Bertrandus de Cardaillac, qui circiter viginti ultimis Floræ annis ecclesiam Cadurcensem rexit)* circa casus etiam reservatos olim auctoritatem obtinuerat: deinde solitudinis studio raros pœnitentes audiebat, aut fere nullos. *Et hanc quidem olim habuisse facultatem, erui potest ex ipso contextu. Verum dispici debet, quomodo absolverit, cum dicat*, talem potestatem F amplius sibi nullam superesse. *Paucis videtur responderi posse, non habuisse pœnitentem peccatum episcopo reservatum. Reservationem quippe episcopalem non semper annexam habet carnalis incontinentia, cujus infamia dicitur ille potissimum laborasse. Aut si habuerit reservata: sciverit utique Sacerdos, quid sui esset officii, nec absolverit vir* sanctus, *uti nominatur, nisi licite.*

h *In secundis Vesperis ad* Magnificat.

i *Hinc occasio sumpta est pingendi Floram cum vicino Angelo, digitum intendente in sedem, sublime appositam: ut in imagine, quam supra impressimus, videre est.*

k *Hinc discimus, facta esse, quæ modo narrata sunt, sub annum* 1327; *quandoquidem obierit anno* 1347, *ut monstravimus.*

CAPUT III.

Alia virtutum exercitia, et gratuita Dei dona.

Humilitas Floræ

Superbiam ac vanæ gloriæ procellam devitabat, seque nihil nisi vocem clamantis in deserto, humiliter

A liter cum Joanne reputans, dicere solebat ; si me Dominus audivit, nihil nisi debilem vocem, nec quidem meam audivit. Atque ita humilitatem præcipue colebat, tamquam virginitatis bonorumque omnium operum custodem, ejusque orationis magistram et fundamentum, quam tot donis gratiarum mirabilem Dominus efficiebat. Si quando neptes suas, familiares, aliasque, vel sibi præpositas, vel suæ curæ commissas puellas, alloquebatur, id sane omne eas celabat, quod occultare penes illam erat. Quidquid tamen prodesse iis posse norat, id omne eas diligenter docebat ; et sigillatim interrogabat, quo se inter orandum modo gererent ; modumque orandi legitimum præscribebat.

laudes humanas

37 Oblatas ultro laudes mero sæpe silentio refellebat. Jocglardus quidam de Boca, ad lectum Virginis infirmæ, devotionis causa accesserat ; in genuaque procumbens, ut erat sanctitatis ejus fama supra modum permotus, hyperbolicas in laudes eruperat : Ave, inquiens, Domna ; sitque tibi in Domino salus. Hæc mihi mens est ; si Christus Jesus duas haberet matres, ipsum te in matrem alteram electurum fuisse. Ad hæc Virgo obmutuit. Reversus Jocglardus, flexisque iterum genibus ægrotantem B allocutus, aiebat. Cur loquentem sine responso dimittis ? Si duæ Christi Domini forent matres, alteram te ejus matrem fore existimo. Ad hæc humilior facta, ne verbum quidem reddidit. Jocglardumque permisit abire insalutatum. Silentium illud arguenti (inquit scripti hujus Auctor *a*) respondit mihi Flora : Non me latebat, eum ad me devotionis causa accessisse. Solamen quærebat ; si dura verba dedissem, desolatus abiisset : si vero mollia et bona ; iis me forsan humanis laudibus delectari existimasset ; adeoque et mihi et illi in damnum laus illa contigisset : ideo silentium anteposui.

a silendo contemnentis.

Obtrectantis famæ ejus punitio.

38 Eam Virginis humilitatem Deo esse acceptam, probavit pœna, quam subito dedit regularis quidem presbyter : mirantibus enim Floræ sanctitatem plurimis, dedignatus ille, respondit : Si quæ ejus opera unquam patrari miracula viderimus ; toto, inquit, fiam ego corpore impotens. Et vero sequenti nocte in eam idem incidit corporis ægritudinem, acsi crebris ictibus contusus confractusque fuisset ; nec ullo vesci potuit æger obsonio, nisi forte Virginis opera parato ; cui obtrectare ultra ausus non fuit, brevique miseram mortem obiit.

Cultrix sedula Sanctorum

C 39 Ante vero quam singularibus hisce cœlestium donorum charismatis devota Virgo frueretur ; sæpe sæpius assidua rerum spiritualium meditatione superis intenta, Deiparam virginem, Gabrielem archangelum, sanctos Apostolos, sanctas virgines, sanctissimumque Nicolaum Myræ episcopum, virginitatis atque humilitatis cultorem eximium, alloquebatur, singularique cultu prosequebatur. Diebus vero, quos Christi Domini mysteriis solennes Ecclesia colit, et ipsa peculiari fervore mysteria illa intuebatur, et speciales circa illa illustrationes, ac manifestationes cœlitus excipiebat. Quasi pannis involutum infantem Deum, in præsepio reclinatum, ea nocte, quæ huic mysterio sacra est ; oblatumque Simeoni seni puerum Deum, in ipsa Purificationis festivitate contemplabatur *b*.

et mysteriorum vitæ Christi,

b illa quasi coram intuens.

40 Divinæ humilitatis, æternæ sapientiæ et sacri amoris dogmata Christi, pridie quam pateretur, ita hauriebat, acsi cum Discipulis Magistrum ipsa præsens observasset. In horto virum dolorum contemplantis, afflictam animam doloris gladius pertransibat : et mox ejulans lacrymabiles in voces erumpebat ; Heu ! heu ! vinctum abducunt Dominum Deum meum ! Nonne Dominum meum, quocumque ductus fuerit, sequar ? Feria autem sexta majoris hebdomadæ, quæ morienti Domino sacra et solennis

D est ; vix dolorem summum ullo levare modo poterat. Huc illucque amens, ni mœstam sorores cohibuissent, discurrisset : atque inter orandum totam dolor ille occupabat, acsi pedes manusque clavi transfixissent, latusque lancea transverberasset. Ejulans et clamans vehementissimi doloris, e recordatione dominicæ Passionis orti, sensum singultibus ac lacrymis promebat, quem verbis exprimere nullatenus potuisset.

AUCTORE COÆVO EX MS.

41 In triumpho *c* Resurrectionis, Dominum pias mulieres alloquentem, in Paschate ipsissimis oculis intuebatur, et verba diligentissime discebat. In solennitate Ascensionis Domini, ascendentem ad superos sibique una cum discipulis benedicentem contemplabatur, specialibusque inde gratiarum donis cumulata, veluti e monte Oliveti redux recedebat : eamdemque gaudio spiritali et consolatione mirum in modum Spiritus sanctus in Pentecoste ditabat. Contigit illi aliquando, dum hymnum ; Veni Creator Spiritus etc. decantaret, ut subito coram omnibus sororibus congregatis mente ad superos rapta, corpore quoque plusquam duobus a terra cubitis elevata, et diu pensilis permaneret. Tum in columbæ volitantis specie sibi videre visa est Spiritum sanctum, et in unius e congregatis sororibus vertice tandem quiescentem. E

c In Pentecoste coram sororibus elevata pendet in aere :

42 In mentem cuidam Figeacensi Domnæ venit, ut per foramen introspiceret, quid tandem Virgo illa singularis in sacrario cubiculi sui ageret, quove esset in statu. Sed Virginem, obstante lectulo, detegere non valuit : ea vero luminis abundantia splendere totum cubiculum vidit, quasi incendio vehementi intus conflagrasset. Sic vulgo mentem Ecclesiæ catholicæ secuta, pro solennitatum diversitate, varia et quidem non sine maximo animæ emolumento, contemplabatur : et amplioribus in dies gratiarum, gaudiorum, aliorumque donorum spiritualium incrementis ditabatur.

cubiculum ejus lucet acsi arderet :

43 Ipsa aliquando (subjungit Auctor non jam vulgari, sed latino idiomate *d*) dulci somno mentis, aliquando in mentis excessu, aliquando mirabili Scripturarum intelligentia, aliquando liquefactione animæ, aliquando jubilo, aliquando visionibus aliis mirabilibus, aliquando Sanctorum colloquio mirabiliter detinebatur, aliquando lacrymosis suspiriis, nunc pro compassione vulnerum Christi, nunc pro compassione peccatorum. Hactenus ipsa Auctoris verba, latine scripta. Pergit autem vulgari idiomate, in hunc qui sequitur modum.

d alia divinæ bonitatis dona.

F

Orat sæpe pro miseris, numquam frustra.

44 Si quos noverat, rerum angustia, et tribulationum fluctibus oppressos ; humiles ac devotas ad Christum Dominum, eorum causa preces fundebat ; nec frustra unquam orabat : per eam enim, et dum in vivis ageret, et postquam excessit e vita, tot tantaque mirabiliter Deus operatus est, ut totam regionem brevi Virginis hujus fama pervaserit. Mirabilis et prodigii similis hujus vitæ, sive opera spectes, sive contemplationes, ceteraque admiratione dignissima ; hujus, inquam, Virginis vitæ cardo ac fundamentum erat Christus Jesus Dominus ac Redemptor noster. Huic prælucebat Christiana fides, virtutis ac veritatis lux, nec non et singularis erga sacrosancta ecclesiæ Sacramenta Floræ pietas : quæ omnia sequentibus septem capitibus manifesta fiunt ; de quibus, quæ sequuntur, accipe.

Confessio ejus quotidiana

45 Primum quidem, sacram Exomologesim seu sacramentum Pœnitentiæ, ac Confessionem, conscientiæ purgatricem, speciali veneratione prosequebatur. Ad hoc Christi Domini tribunal singulis diebus accedebat nova semper humilitate, nova cordis contritione ; tantaque mentis subtilitate conscientiæ nævos discutiebat ; ut peritissimi quique sacerdotes (magnos scriptor *e* clericos vocat) apud quos

e

AUCTORE COÆVO EX MS.

et ecstases ad absolutionem:

A quos peccata sua Virgo deponebat, vulgo pro eximiis virtutibus haberent, quæ illa gemens ac dolens, ut gravia facinora clavibus subjiciebat: utque humilitatem singularem, vehementem cordis contritionem, mundissimæ conscientiæ et ab omni vitiorum festuca alienæ vitæ, conjungebat; hinc sæpe, volente Deo, et sacra canonica absolutionis verba proferente Ministro, in ecstasim humilis Ancilla Christi incidebat.

veneratio confessariorum,

46 Sic sacerdotes, quorum opera ad hoc Sacramentum utebatur, ut Ministros Christi et dispensatores mysteriorum Dei existimabat; et ut Patres, quos filiali amore prosequebatur, et quotidianas pro eis fundebat preces ad Dominum. Ingressa aliquando lumen inaccessibile, quod Dominus inhabitat, pura mentis acie æternam Majestatem contemplabatur, maximamque divini luminis ac donorum affluentiam, sibi desuper, et Deo jubente immissam, excipiebat non sine magna animi exultatione. Tum quasi demisso in terram vultu videre sibi infra visa est sacerdotes omnes, quibus conscientiæ suæ statum aperuerat, eosque variis indutos vestibus prospiciens; Dominum, exclamans in excessu mentis, rogavit, dicens: Placeat infinitæ benignitati tuæ, Domine,

quibus gratias singulares impetrat a Deo,

B hos Patres meos in partem hujus gratiæ, mihi cælitus immissæ, adsciscere. Nec mora, perfusos eadem gratia omnes, et in hujus rei signum, novis vestibus statim omnes uno excepto indutos, cum magna gratiarum actione vidit. Ad se reversa, sacerdotem vocat, humiliter exprobrans, bonum sibi animæ ejus statum non videri. Perspecta Virginis sanctitate presbyter, metuens ac tremens, negare non est ausus letalem conscientiæ suæ statum; statimque admonitus rediit ad meliorem frugem, vitamque de cetero, quamdiu vixit, ut sacerdotem decebat, optime composuit.

sumptio Eucharistiæ,

47 Secundo autem erga divinam Eucharistiam mirum in modum affecta erat. Quoties sacrosancto Missæ sacrificio intererat, ad hæc sacerdotis verba; Orare pro me etc. *f* aut saltem ab exordio Præfationis cælestem Regem accedentem persentiebat, animumque attollens, ad finem usque, quasi extra se exiisset rapta, perseverabat. Præcipue vero quando ad sacram Synaxim accessura erat; tunc enim intra se ardere, ac veluti effervescere præ amoris excessu, et ad superos elevata esse videbatur: stare tunc illi fas erat: sed duæ illam sorores hinc et inde sustentabant; deinde vero ad suum locum retrahebant:

f

in eaque ecstases,

C nec vinum postea nec aquam sumere valebat; nec ab eo excessu etiam ad cubiculum suum reducta, nisi longo post tempore, redibat. Imo vero ceteras omnes, imprimis vero sacerdotum animas, erga divinum hoc Sacramentum eodem modo affectas rata, dictitare solebat, sacerdoti apud quem sua peccata confitebatur, mirari se iterum atque iterum, qui sacerdos ullus divina in hoc sacrificio sine ecstasi pertractare posset. Inde etiam gratias plurimas easque maximas excipiebat.

accipit, illam opera Angelorum,

48 Contigit semel in ecclesia, tribus ab hoc monasterio leucis sita in silva, cui nomen Fieux *g*, quæ etiamnum ad idem monasterium pertinet, ut frater quidam Menor *h* devotus ille quidem, cum inter celebrandum hostiam sacram trifariam, ut mos est, partitus fuisset, duasque partes in patena reposuisset, tertiam partem reperire nusquam potuerit, nec quo tandem excessisset, scire ullatenus valuerit. Tum metuere, ac tremore non mediocri concuti sacerdos. Completo sacrificio et oratione peracta, supra modum turbatus, nec cibo nec potu usus est; sed statim iter arripuit Si forte apud devotissimam virginem Floram, in tota eo tempore hac regione celebrem, solatii aliquid reperire posset; ut turbatam eo prodigio mentem quoquo modo pacaret. Dubitans

g

h

D enim an id forte sua culpa contigisset, quo se verteret, ignorabat. Nondum monasterii limen attigerat, mærenti obvia fit virgo Flora, subridensque; Ne turberis, inquit, Pater; non periit tertia sacræ hostiæ pars, quæ tibi excidit, eam excepit Angelus Domini, eaque me refecit. Rei novitatem et grande miraculum presbyter obstupuit, qui neminem rei conscium habebat: et necdum itineris sui causam aperuerat: metuque deposito tristitiam vertit in gaudium, et in gratiarum actionem.

tribus inde leucis e sacrificantis manu allatam.

49 Tertio, Passio dominica devotionis hujus scopus erat. Inde divini amoris æstum concipiebat, ex eoque fonte divinæ suavitatis ac supernarum consolationum fluvius scaturiebat. Nec raro dolorum ac vulnerum Christi in partem venit, adeo ut naturalis omnis doloris sensum superaret dolor, qui virginem urgebat: et plerumque latus ejus dolor gravissimus occupabat. Ut autem singularem hunc dolorem celaret, nihil non agebat. Sorores vero ceteræ perforatum Floræ latus reputabant, quod et familiares ejus expertæ indicabant. Si quis vero coram illa de dominica passione sermonem haberet, sive de hujusmodi cruciatibus illa loqueretur, sive crucis, clavorum, aliorumque dominicæ passionis instrumentorum signa quædam videret, ecstaticos hujusmodi dolores patiebatur, non secus acsi ea aliquando E

Dolores et ecstases

e consideratione passionis Christi:

omnia vidisset: scriptumque a Domno *i* Bonaventura Crucis ordinem *k* cum magno pietatis sensu recitabat.

i

k

50 Quarto, vitæ suæ perfectionem in oratione et ecclesiastico Officio multum ponebat. Tempus omne orando, meditando et contemplando impendebat. Quidquid ageret, iter, opus, domi, foris, sine intermissione, juxta Apostoli monitum, orabat; sæpe ad multam noctem, nec raro pernoctabat in oratione Dei. Quodque mirere magis; toto fere biennio aut triennio a somno penitus abstinuit, ut juxta verbum Domini vigilans oraret, ne reprobo tentatori unquam obediret Canonicas Officii ecclesiastici Horas, intento animo et corde attento, eaque devotione semper persolvebat, ut nonnumquam inter recitandum hujusmodi officium in ecstasim incideret: cum scilicet occurrebant versiculi, ad amorem excitandum aptissimi, ignita videlicet istiusmodi eloquia, Vidi Dominum facie ad faciem. Vidi turbam magnam etc. Estque admiratione dignissimum, quod quantacumque quamque diuturna foret ecstasis, diem scilicet noctemque coæquaret, nullo tamen tempore de ecclesiastico Officio quid quam intermittebat. Si quando vel minimum quid F de Officio statis temporibus non persolvebat, id totum diligentissime supplebat. Ceterasque sorores docebat, nullam ab hoc Officio abstinere debere, etiamsi in odorem unguentorum cælestis Sponsi currerent, sanctuariumque illius sublimi quadam contemplatione ingrederentur.

studium orationis

et officii divini.

51 Quinto, divinum redemptionis opus attenta eaque assidua contemplatione prosequebatur, Gabrielis annuntiationem sæpius in menten revocabat: et in hypostaticam divini Verbi cum humana natura unionem defixa, cælestium donorum affluentiam excipiebat; nec non attente cogitabat, quid ipsa circa divinum hoc opus cooperando posset.

Contemplatio assidua Incarnationis Christi.

52 Sexto, Ecclesiæ triumphantis cives, tamquam Patronos et Adjutores, jugi invocatione colebat; imprimis vero gloriosissimam virginem Mariam Deiparam, sanctissimum Præcursorem Domini Joannem Baptistam, suæ religionis Patronum, Apostolorum Principem S. Petrum, Christi Domini Proto-vicarium. Angelos vero cultu familiari venerabatur, eorumque præsentiam mirum in modum passim experiebatur. Compellebat etiam aliquando sacerdotem confessarium suum, num forte circumstantes

Cultus Sanctorum.

A stantes Angelos intueretur, monens quam in partem dirigere hac de causa deberet intuitum. Sanctum Franciscum, divinis Jesu Christi stigmatibus nobilitatum, speciali commemoratione quotidie, ut erat erga Dominum Jesum singulariter affecta, invocabat, sanctosque omnes, juxta Ecclesiæ Catholicæ mentem, congruo honore afficiebat.

Desiderium fruendi Deo in gloria.

53 Septimo denique, sanctissima Virginis hujus vita vehementissimis æternæ gloriæ desideriis innitebatur, et angelicam potius, quam humanam vitam sapiebat. Assidua rebus spiritualibus contemplatione fruebatur. Dissolvi, et ex hac vita quam primum migrare cupiebat; ut esset cum Christo. Vix ipsum cœli, aut divinarum rerum nomen audire aut proferre sine ecstasi poterat; quod illi sæpe coram sacerdote, qui illi erat a confessionibus contingebat. Frequens hujusmodi desiderium omnes cordis illius exhaurire vires videbatur. Mors, omnibus terribilis, jucunda et amabilis Floræ virgini erat. Tota erat, ut placeret Deo: nihilque non agebat, ut rationabile illi obsequium exhiberet. Deus vero Ancillam suam miris modis consolabatur, recreabat, roborabat, omnibusque gratiarum ac donorum cœlestium charismatis ditabat. Nec raro sive mentis excessum actu pateretur, sive passa fuisset,
B sic Domino Deo adhærebat; ut circumfusa cœlitus luce in modum solis tota splenderet. Quanta Virginis hujus gloria sit in cœlo empyreo, quæ ita dum viveret, in iis fuit quæ Patris æterni erant! faxit misericors Deus, ut illius gloriæ participes effecti, per æterna secula seculorum, coheredes Christi simus. Amen. *l*

ANNOTATA C. J.

a *Nempe Confessarius ipse Virginis, cujus* scriptum *seu Commentaria hic citat Compilator.*

b *Quæ hunc sequebantur de mysteriis Christi Domini, aliquantum contorta, eorumque ordo transpositus erat in MS. Interpretis. Adivi Mespledum, apud quem rectus ordo servatur. Quamobrem et hunc reponendum hic putavi; pauculis connexionis gratia immutatis.*

c *Hæc de Resurrectione Domini, inserta erant post mysterium Purificationis, loco non suo; et alio quam apud Mespledum.*

d *Inclusa parenthesi hac, si putentur Compilatoris esse; patet, reliqua hujus numeri 43 referenda esse ad*
C *Commentarium Confessarii. Verum mihi longe verosimilius est, parenthesim esse Interpretis; atque adeo referenda sunt reliqua ad codicem Compilatoris. Similiter quæ ad finem ejusdem numeri legitur monitio;* Hactenus ipsa Auctoris verba, latine scripta *etc. censeri debet ejusdem esse, cujus est Parenthesis.*

e *Idem judicium mihi est de hac parenthesi, quod de priore. Videlicet Interpres ibi interloquitur de* scriptore *seu compilatore, qui scripserit Gallice* Grands Clercs, magni Clerici; *quod ille interpretatus est* Sacerdotes; *quales debuerunt esse qui Virginis confessionis exceperunt.*

f Orare pro me. *Quod est in confessione seu* Confiteor *Sacerdotis ante* Introitum Missæ. *Mespledus pag.* 36 *habet;* Orate pro me Fratres: *et forte melius. Tunc enim incipit præcipua Missæ pars; et mox sequitur Præfatio: ut pronius fuerit illic loci Virginem in ecstasim rapi solitam fuisse ex consideratione mysteriorum, tum propius instantium, quam a principio Missæ.*

g *Hinc patet quod notavi in Comment. prævio, alibi perperam gallice scriptum esse,* ses fiefs, *pro* des Fieux, *uti hic etiam locum exprimit Mespledus pag.* 41, *neque tantum* ecclesiam *facit, sed* monasterium *quoque, dependens ab Hospitali. Illi monasterio sub finem seculi* XVI *Priorissa præfuit Domna de Vaillac;* D *inde ad Hospitale translata; uti in Comm. num.* 26 *dixi. Verba hic sequentia,* Quæ etiamnum ad idem monasterium pertinet, *sumenda sunt tamquam Interpretis nostri. Mespledus nihil ejusmodi habet.*

AUCTORE COÆVO EX

h *In margine sic annotat Interpres:* Textus vernaculus non sinit decidere, an Menor sit nomen proprium Presbyteri cujusdam regularis; an vero Frater ille fuerit e Minorum Ordine, quod vis idiomatis exigit. *Videtur pro secundo membro vox illa omnino accipienda esse: neque aliter explicatur a Mespledo, quam pro Religioso Ordinis S. Francisci.*

i *Dum Bonaventura hic tantum vocatur* Domnus, *absque titulo* Sanctus, *manifeste datur intelligi; hæc scripta fuisse, antequam ille in album Sanctorum relatus esset: quod solenniter factum est a Sixto PP. IV anno* 1482.

k *Opinor per hunc* Crucis ordinem, *intelligi debere Officium de Passione Domini; quod inter opera S. Bonaventuræ legitur tomo* 6 *editionis Vaticanæ.*

l *Sequebatur hic in MS. nostro, utique juxta tenorem antiqui codicis, usitata passim illis temporibus hæc clausula:* Explicit vita S. Floræ Virginis, Monialis in monasterio Hospitalis Belli-loci, Ordinis S. Joannis Hierosolymitani in finibus Cadurcorum. Sequuntur miracula. E

CAPUT IV.

Miracula, ex eodem codice MS. Gallico, ab eodem Amadeo latine versa.

PRÆFATIUNCULA INTERPRETIS. *a*

a Miracula vitæ subjuncta, hic dantur.

Innumera prope miracula, quæ orante Flora, dum viveret, vel ad ejus invocationem, postquam æternam repromissionem assecuta est, misericors Deus operatus est, eam in tota regione fidem excitarunt, quam fama prope in immensum brevi dilatavit. Unde et vivens in omnium ore versabatur; deinde vero vicariam sui memoriam in omnium honore reliquit. In infinitum volumen excresceret, si omnia modo patrata, vel quæ in dies fiunt, in unum colligerentur. Centum atque undecim supradictæ vitæ adjunxit vetus ille scriptor, cujus volumen latinitate donamus: asseritque plurimos Virginis hujus ope ab horrendo malo sanatos fuisse. Malum hoc puto esse Epilepsiam, in ea regione frequentem, quam alibi malum sancti Namphasii nuncupant.

b A malo S. Namphasii plures curati sunt: qui Sanctus ille sit

55 Tribus autem ab eo monasterio leucis in oppidulo, quod Canhacum vocant, visitur sepulcrum F S Namphasii confessoris, cujus memoriam celebrat Officio semiduplici ecclesia Cadurcensis prid. Id. *b* Novembris; quem veteres membranæ perhibent fuisse principem virum e familia S. Caroli Magni Imperatoris, qui abjecto militiæ cingulo, seu potius exercituum imperio abdicato, vastam in eremum secessit, solitariam vitam ad senectam usque perduxit, ecclesiam sancto Martino Turonensi a fundamentis exstruxit ac dedicavit, a tauro cornupeta interemptus, ibidem fuit tumulatus: deinde vero crescente populi devotione, ac peregrinorum frequentia, Deoque sequentibus signis cooperante, altare eidem in subterraneo ejusdem sepulcro dedicatum fuit, nec non et plura in Aquitania et Occitania templa Epileptici, ac mente capti illuc voti causa confluebant, hodieque locum frequentant. Miraculorum autem series a scriptore in hunc modum, alio tamen ordine, texitur

MIRACULA IPSA.

56 Anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo

AUCTORE COEVO EX MS.

A gesimo septimo diem ultimum sanctissima hæc Virgo clausit III Idus *c* Junii, miraculisque locus ille supra modum abundavit. Facies defunctæ multis spectantibus mirabiliter in modum solis resplenduit, totumque corpus suavissimum emisit odorem, acsi liliis rosisque fuisset consitum. Lapicidæ operarii, e Valhacensi oppidulo, non procul a monasterio parietem exstruentes, viderunt eo die Sacerdotem, solenniter vestitum, eam aeris plagam occupantem, quæ Hospitali imminebat. Quo vero die humo sacrum corpus redditum fuit, accessit ad tumulum vir quidam, qui amisso argenteo poculo, ceream ejus figuram vovit. Et vero immobilis fur in loco stetit, crateremque alter recuperavit, et votum reddidit. Vir quidam, religionem professus, vitam Virginis illius despexerat, contemptumque suum vulgarat; mox voce quadam admonitus, tota vita variis malis vexatus fuit.

Mortua anno 1347, statim miraculis coruscat.
c

Varii generis morbi

57 Infra Octavam sepulturæ, incola Hospitalis loci, variis morbis ad extremum perductus, amissoque loquelæ usu, magna fide sepulcrum Virginis adire vovit, moxque sanitati restitutus, votum persolvit. Infra eamdem Octavam duæ mulieres, gravissimis morbis laborantes, similibus votis convaluerunt; ceramque et sindonem in auditheca appenderunt. Alia bis periculum mortis evasit, gravi in infirmitate constituta, sindonemque ex voto obtulit. Alia ex voto sepulcrum adiit, statuitque jejunium [servare] singulis annis in anniversario hujus Virginis; et a variis malis sanctique Nymphasii morbo seu epilepsia liberata fuit. Eadem ex oppido Maurso oriunda, inter relendum horrendo spectro perturbata, Virginem inclamavit: statimque mira luce, spectantibus multis, circumfusa est. Eadem, gravidante hæc, se fœtumque conceptum in gravi periculo constitutos videns, ad Virginem recurrit, resque ex voto successit. Eques quidam, promissa ex voto sindone, deindeque persoluta, e mortis confiniis rediit. Duæ aliæ mulieres pari voto ultimum vitæ discrimen effugerunt.

curati.

B

58 Anno salutis trecentesimo sexagesimo supra millesimum, die vero XI mensis Junii, *d* quæ S. Barnabæ Apostoli natalis est, id est decimo tertio a Virginis morte anno, Dominus abbas Figeacensis, accepta haud dubie a Superioribus licentia, corpus S. Floræ e tumulo eminentiorem in locum transtulit. Suavissimus e tumulo odor in omnes turmatim accurrentes aspersus est. Infirmi plurimi corpoream sanitatem adepti sunt; omnes auxilia spiritualia non pauca; nec fuit quin fateretur, odorem illum omnipotenti Deo acceptum referri debere.

d
In elevatione corporis anno 1360

C

multa beneficia accipiuntur.

59 Sequente Sabbato in parochia Ainacensi, duabus fere a monasterio leucis, mulier emisso voto, visum et mentis usum ope hujus Virginis adepta est. Cæcitatem, vehementissimos capitis dolores, mentisque deliquium duobus mensibus passa, ex voto ceream coronam persolvit. In eadem parochia morti proximus arator quidam, quasi invisibili manu pressis faucibus suffocaretur, simili voto liber exstitit, remque sacramento adhibito asseruit. In parochia, Rio dicta, cæcus post unum cæcitatis mensem visum emisso voto recepit. In parochia, Issondolus dicta, mulier acerrimum corculi dolorem passa, voto convaluit.

Curantur cæci, amentia, cordis dolor

60 In parochia Lobreffacensi, tribus circiter a monasterio leucis, puerum morti proximum, et in agonia diu constitutum, magna fide arripuit mater, ad ecclesiam detulit, et spectante populo peregrinationem ad tumulum Floræ vovit, si puer convalesceret; subitoque sanus factus est. Scutarius *e* Lemovicensis, toto anno infirmus et toto corpore impos, voto ceream sui imaginem spopondit, si intra octavam S. Bartholomæi convalesceret. Res, ut petierat, evenit. In parochia Sonacensi mulier filiam suam, in agonia constitutam, voto huic Virgini obtulit, statimque sanam recepit. Altera voto manus sanitatem recepit. Alia, septem diebus in partu laboraverat, invocata Virgine sanum puerum emisit in parochia Rosieirensi. Aliam nobilem mulierem, in partu periclitantem apud Ruthenos, hæc Virgo fecit incolumem.

Resuscitant moribundi
e

D

e
Liberantur in partu periclitantes,

61 In urbe Figeaco mulieris oculos, particula ossiculi, e corpore Virginis extracti, sanitate donavit. Alterius oculos ibidem sanavit particula illius vestis. Pari vestium Floræ contactu, monialis in monasterio Laimensi, hujus vicino, e gravissima infirmitate convaluit; quod et quam plurimis aliis feliciter evenit. In parochia Cornensi et Santauranensi, Scutarius continua febre correptus, amisso sensuum usu, mortique proximus, sanitati contra omnium spem restitutus est; postquam ejus uxor, soror et puellæ peregrinationem ad Virginis tumulum nudis pedibus fecerunt, cereamque viri imaginem voverunt. Novem diebus acerbissimos partus dolores mulier e parochia Albiacensi passa fuerat; post votum edidit infantem vivum.

aliter laborantes,

62 Scutarius quidam illius regionis, ab Anglis captus, capite plectendus erat; quia paulo ante quatuor Anglos laqueo Galli suspenderant: is voto promisit huic Virgini iter et ceream suorum vinculorum imaginem; obtenta vita et libertate, votum persolvit. Alius quidam, ab iisdem captus, vidensque concarceratos sævi sime cruciatos; iter et ceream sui imaginem vovit; moxque impune omnino evasit. Quod idem feliciter evenit duobus Scutariis Gordoniensibus, et pluribus aliis, quos in vincula Angli conjecerant.

item capti ab hostibus.

E

63 Mulier e loco Hospitali lethalem febrem eo voto expulit, et contra omnium spem statim convaluit. Mulier Figeacensis, capite graviter laborans, tacta vestis hujus Virginis particula, omnino sanata fuit. Nobilis quædam Domina Lemovicensis, brevi auditum recuperavit, cum sex annis surda fuisset, cereamque aurium imaginem ex voto obtulit. Altera mulier duoque viri, epilepsia laborantes, sanitatem voto obtinuerunt. Altera puerum suum, omnium opinione jam mortuum, mox simili voto sanum recepit. Puerpera, morti proxima, emisit votum, statimque, tacta veste Virginis, emisit vivum puerem; ipsaque convaluit. Idem alteri contigit. Et tertia quædam, inter eundum accepto vulnere, ipsa cum fœtu in magno discrimine posita, emisso voto, cum fœtu sana evasit. Altera voto, morientis filii vitam impetravit.

Curantur a febri, cephalalgia, epilepsia.

Juvantur in partu.

F

64 Philippus quidam Joannes, nobilis vir, e gravissimo morbo convaluit, votoque ceream imaginem pondo sex librarum persolvit. Tres mulieres voto simili omnino convaluerunt, alia membrorum impos, alia gravi morbo laborans, alia febre correpta. Abbatissa Laimensis, gravi morbo laborans, acceptam subito sanitatem simili voto retulit. Domna quædam sterilis, emisso voto, intra annum edidit puerum. Monialis quædam hujus monasterii, nobilem fratrem Lemovicensem, ab Anglis jam pridem captum, Virgini obtulit; brevique ille libertatem sibi conciliavit.

Convalescunt alii:

65 Mulier quædam voto periculosum malum, quo toto anno laboraverat e tibia, statim contra medicorum spem expulit. Altera deperditum triduo puerum, quem a lupis jam putabat laceratum, voto illæsum recepit. Altera Domna ceream scalam voto promiserat, si a castro suo Angli arcerentur. Et vero aberraverunt, illucque pervenire nequiverunt. Ob res deperditas, bovem, crateras, annulos argenteos etc. ad Virginem ex voto recurrentes, exauditi fuerunt. Plures mulieres diu steriles, talibus votis

alii alia impetrant

A votis mox fœcunditatem obtinuerunt. Aliæque innumeræ, Virginis intercessione perfectam sanitatem impetravere. Aliæ capite dolebant; alia oculos male affectos habebat: alteram vermiculus, aurem ingressus, ad rabiem fere devexerat. Addit *f* scriptor omnia scribi miracula non posse; ita numero excedunt.

f

g *Cadurcensium fides erga Regem Galliæ.*

66 Provinciam hanc eo tempore Angli occupabant, multisque incommodis Cadurcences *g* afficiebant, qui eos tandem omnium primi eliminarunt, et a Christianissimo Rege specialia privilegia meruerunt: eo quod, etiam a Rege jussi, Anglos suscipere noluerint, nisi iterato juramento fidelitatis testati, invitos se hac in re Regi parere. Et quamprimum data facultas fuit, hostes ejecerunt.

Capti vinctique soluti,

67 Captus quidam, in stricto gladio in vitæ discrimen adductus, voto libertatem et vitam obtinuit. Macippus quidam Jovæus captus, turri inclusus, in vincula conjectus, donec duodecim florenos aureos Anglo victori persolvisset, protegente Deo, carcerem, vincula et mulctam evasit, postquam in monasterio Hospitalis pia ejus consanguinea pro eo votum emisit. Nobilissimus quidam vir, et in ea regione potens, ita forte dolebat capite, ut nec B domi, nec foris sui compos, per silvam amens noctu vagaretur. Ut Floram virgineam cogitavit, emisso voto, sui compos effectus, omnino convaluit. Ejus vero filius par. voto obtinuit ne cœcus fieret, oculique sanitatem illico habuit.

amens sanatus.

Quid Floræ, adhuc viventi, acciderit.

68 Eques nobilis, post Virginis hujus obitum testatus est, duos Angelos ad latera piæ hujus Monialis astitisse, dum ipse cum ea, adhuc vivente, de rebus divinis aliqua dio ageret. Vir quidam Religiosus, alia vice ignitos carbones, in caput Ancillæ Domini cœlitus demissos, vidit; statimque mirum in corde suo ardorem expertus est.

Ejus ope multi evasere carceres,

69 Quidam gravissimum in scelus incidit, eratque etiam amicorum judicio, morte dignus, emisso voto Virginem inclamavit, et periculum impune evasit. Alius simili voto Anglorum manus illæsus effugit. Mulierem quoque Angli deprehensam ligaverant: illa necem opprobriumque verita, Floram inclamavit: statimque miraculose erepta, flexis genibus, ut voverat, cеream sui imaginem gerens, a monasterii limine ad tumulum usque Virginis perrexit. Æger alius, diuturnum cordis dolorem passus, cereum, ut voverat, anathema flexo poplite a limine ad sepulcrum detulit; statim enim emisso voto convaluerat.

et pericula alia

70 Alius, incola Issendoli, in confinibus mortis C cereum anathema vovit, moxque sanus factus, votum Deo reddidit. Eumdem postea captum Angli in oppidulo, Fontes dicto, incluserant in dolio, is eodem voto dolium noctu et hostium manus evasit. In eadem parochia maritus pro uxore et filiis, binos pro singulis denarios obtulit, ut Virginis intercessione Anglorum furorem devitarent. Res pro voto successit. Alia avenæ mensuram obtulit; ne ignis collectam segetem, uti cœperat, consumeret: statimque sine ullo damno extinctus est.

Rabidus e morsu lupi,

se aliosque lacerans,

curatur ad tumulum.

71 Alium, Issondoli incolam, lupus in rabiem versus momorderat; brevi is amens et rabidus, sese aliosque morsibus lacerabat, omniaque clamoribus et tremore implebat. In paschate ecclesiam parochialem furens ingressus est: eum concives deprehensum funiculis constrinxerunt. Moratus, ut ad Virginem Floram fidens confugeret, exclamans rogavit, ut ad tumulum ejus duceretur. Illuc adductus, ejulans, vociferans, et mugiens, tumulo diu incumbens, tandem dormivit. Expergefactus melius sibi esse, cum gratiarum actione respondit; mentique ac pristinæ sanitati restitutus, cereum anathema ex voto obtulit: totisque novem diebus in gratiarum actione ad Virginis tumulum perseveravit.

D

AUCTORE COÆVO EX MS.

alii aliter juvantur

72 In vivis agentem Eques Arvernus rogavit, ut filium suum morbo S. Namphasii, id est epilepsia, laborantem sanaret; fudit illa preces ad Deum ægerque omnino convaluit. Eodem plane modo plurimos sic laborantes adhuc vivens oratione sanavit. Vicinum quoddam castrum Angli emerant, armisque et vi expugnare decreverant sub vesperam festivitatis S. Joannis Baptistæ. Domna quædam hostium furorem metuens, Virginem hanc invocavit, cеreamque vovit Castelli imaginem pondo unius. Repulsam passi sunt hostes, ne minimo quidem damno illato: votumque persolutum fuit. Reum, in carcere episcopi Cadurcensis detentum, Judex perpetua pœna damnarat. Post diuturnum carcerem audivit a fratre mira, quæ ad invocationem Virginis hujus fiebant. Emisso voto ergastulum evasit. Virum Religiosum in urbe Montis pessulani, gravi morbo laborantem, simile votum sanitate donavit. Eo miraculo permoti ejusdem urbis cives plurimi, similibus votis sanitatem corporis a Deo impetrarunt. A brachio alterius Religiosi viri gravissimum dolorem amovit par fides, qua solennem missam in honorem gloriosissimæ Matris Dei et hujus Virginis celebravit.

E

Amota pericula incendii,

73 Non procul a monasterio, domum quamdam ignis consumpsit; grassante incendio, adjunctæ domus cеream imaginem vovit Domna quædam, imminenti periculo perterrita: domusque illæsa servata est. Sagittarius quidam, monachus Maursensis, emissa forte sagitta, robusti cujusdam viri humerum transverberavit; semineciemque stravit. Miraculorum, hujus Virginis ope patratorum, gnarus monachus, voto emisso vulneratum e proximo mortis periculo eripuit. Maursensem quoque homicidam, a Domina illius oppidi accusatum, quamquam cum moderamine inculpatæ tutelæ agressorem interemisset, libertate et vita donavit votum, ea de causa emissum innumerosque alios ab hujusmodi discrimine Virgo hæc sua intercessione fecit incolumes. Paupercula mulier cereum anathema libramque olei vovit, ut filius jam diu ab Anglis captus libertatem obtineret. Exiit liber ne obolo quidem persoluto. Civem Sarlatensem, expilata domo, captum ducebant satellites Cadurcenses. Intercessione hujus Virginis incolumis rediit ad suos, nec de facultatibus suis quidquam amisit.

mortis,

carceris

Abacti dolores lateris

74 Viri cujusdam Corniacensis latus gravissimus dolor vexabat: jejunium quoque anno in die anniversario obitus B. Floræ vovit. Convaluit illico, et anathema persolvit. Plurimis mulieres puerperis in periculo partus miraculose adjuvit; præcipue vero unam e parochia Corniacensi, quam cum fetu jam fere mortuam deflebant. Mox emisso voto convaluit salvo fetu Matrona nobilis Virginem invocavit pro fratre suo, cujus duo castella expugnare Angli meditabantur. Res pro voto successit. Item et homo quidam cujus tibiam nimius dolor cruciabat, voto emisso facile gradiebatur.

F

parturientium,

tibiæ,

item lateris,

trimestris morbi

75 Anno trecentesimo sexagesimo supra millesimum, non longe a monasterii mœnibus, mulier totos quindecim dies insomnes exegerat gravissimum in latere dolorem passa; ad tumulum Virginis deferri voluit; statimque sanata somnum cepit; Deoque gratias egit. Matrona quædam Figeacensis, tribus mensibus in lectulo infirma decubuerat; delata ad tumulum, oblatoque anathemate, statim consolidatis basibus sana stetit. Puellam Domini, cujus ditioni suberat civitas Gordonensis, ab imminenti morte revocavit fides, qua pro ea sindonem B. Floræ voverunt.

Ereptus periculo mortis

76 Ditissimus Dominus, e Vasconia oriundus, Xantonum episcopus, gravissimorum scelerum reus; ita ut et fisco ejus bona addicenda essent, et ipse moret

AUCTORE COÆVO EX MS.

A morte damnandus; audita tantæ sanctitatis ac miraculorum fama, virginem Floram inclamavit, obtentaque post votum salute ac securitate, tumulum adiit, remque, urgente conscientia, ad Virginis laudem aperuit: addiditque longiori charta opus fore, si singula hæc describerentur.

Levati dolores.

77 Scutarius Domini Gramatensis, emisso voto, e gravissimis doloribus caput suum totumque corpus eripuit. Alium ejusdem castri scutarium a febre continua, medicorum judicio letali, intercessio Virginis post votum liberavit. Puerum ejusdem civitatis Gramatensis infirmum, sanitati restituit mater, emisso ad hanc Virginem voto; quod et multis aliis ibidem contigit. In Vasconia simili voto mulier quædam statim convaluit. In eadem provincia mater quædam, hanc Virginem multis lacrymis inclamans, vovit peregrinationem et abstinentiam a carnibus, donec redux em filium reviseret, quem hostes variis vulneribus percussum seminecem reliquerant. Voti compos facta est. Plures alios e mortis [periculo] vinculis carceribusque apud Anglos et Gallos Flora, volente Deo, eripuit.

Liberati captivi.

78 Anno salutis quinquagesimo sexto supra millesimum quadringentesimum *h*, nobilis quædam mulier gravi morbo laborabat; acsi malum S. Namphasii, id est epilepsiam mentisque delirium pateretur, vir Religiosus, qui Floræ sanctitatem apprime norat, auctor fuit, ut Domina illa ceream sui imaginem, et ad Virginis tumulum peregrinationem voveret; ac brevi sanitatem obtinuit. Alia, ut visum mereretur recipere, ceream oculorum suorum imaginem, similemque spopondit peregrinationem; et meliuscule se statim habuit, ac brevi oculos omnino sanos. Aliam adversus gravissimi criminis rumor asperserat, amissaque fama in mortis periculum inciderat: imaginem et viam vovit; periculum evasit, famamque recuperavit. Dolorem capitis pari voto nobilis quidam Baro excussit.

B *Curata epileptica,* *et cæca.*

ANNOTATA C. J.

a *Quemadmodum ante vitam paucula præfatus est Interpres, ita hic nonnulla præmittit ante miracula; quæ ait centum et undecim a veteri scriptore suo adjungi vitæ præmissæ: quæ etiam ipse hic adscribit, sed ordine, ut monet, alio, quam in veteri codice. Cur autem mutaverit ordinem, non indicat: præstitisset majus beneficium, si antiquum servasset, uti servavit in vita. Mespledus pag.* 92 *dicit, in codice veteri MS. vitæ subjungi miracula* centum et undeviginti, *octo amplius numerans, quam Amadeus. Sed vel hic potest nonnulla quædam non annumeranda putasse; vel ille alia quoque annumerasse, quæ vitæ intermiscentur, præsertim sub finem capitis* 1.

C

b *Saussayus refert S. Namphasium die* 21 *Novembris. An per errorem transpositis cyfris ut factum sit ex* 12? *Amadeus certe ignorare non potuit, quod annis singulis die* 12 *Novembris legebat in officio ecclesiastico. Ad eumdem diem refertur quoque memoria S. Namphasii in Martyrologio universali a Castellano, notante,* Corpus ejus adhuc quiescere Caniaci in crypta ecclesiæ S. Martini.

c *Scribit Mespledus pag.* 91 *ex antiquo codice MS. Floram decessisse anno Domini* 1247, *quod centum post annos accidisse, docuimus in Comment. prævio. Cum tamen idem diserte notet, in præd. codice nullum indicium esse diei, quo obierit; cogor opinari, ab Interprete nostro diem* tertium Idus Junii, *hic adjectum esse, rato, illum mortis fuisse, quem certo constat, translationis esse; non item, esse mortis.*

d *Hinc clarum fit, diem* XI *Junii, quo anniversaria B. Floræ memoria recolitur, esse Translationis ejus. An idem felicis quoque ejus obitus sit, non constat.* D

e Scutarius *hic et deinceps videtur simpliciter significare* militem, *aut* armigerum. *Vide num.* 62.

f *Loquitur hic Interpres de Compilatore.*

g *Referenda hæc ad tempora, mortem Floræ subsecuta. Ex quo nempe Angli, duce Eduardo principe Valliæ, regis Eduardi III filio, ex Aquitania sua egressi, exercitum regis Galliæ Joannis apud Pictavos anno* 1356 *memorabili clade ceciderant, captis Rege ejusque filio Philippo et multis principibus; late circumtulerunt terrorem sui, vicinasque provincias subegerunt, quas inter et Cadurcensis fuerit.*

h *Conclusi supra, ex num.* 49 *annot.* i, *codicem Gallicum, quo usus est Interpres noster, conscriptum fuisse ante annum* 1482. *Hinc autem constat, fuisse scriptum post annum* 1456. *Non tamen inde sequitur, medio illo tempore vixisse compilatorem vitæ: quem malim antiquiorem credere, et integro forte seculo prius, occasione sumpta ex translatione et elevatione corporis B. Floræ, sua compilasse ex commentariis præcipue, a Confessario Virginis relictis: ejusque scripta deinde alium retulisse in codicem prædictum, additis miraculis, quæ usque ad sua tempora compererat facta.*

Notandum hic etiam antequam pergamus, initio præmissæ vitæ pag. 104, *impressas non esse in margine litteras* a, b, c, d, e, f, *indices Annotationum, quæ singulis capitibus subjiciuntur. Itaque littera* a *adscribi illic debet ad calcem primæ columnæ;* b, c, d, e *ad sex primos versus initio columnæ sequentis; ubi in textu sunt.* f *in num.* 4 *versu* 2 *post* Amatoris, *tam in textu, quam in margine.* E

Corrigenda initio hujus vitæ.

Pag. 485 *ad calcem commentarii de* S. Rosselina virgine, *apponi potest.* NOT. 28

11 *In præmissis num.* 3 *semel iterumque citatum est nomen proprium sua lingua Gallica* Chauvet, *ut se auctor appellat, terminatione Latina* Chauvetus. *Est qui inde stomachatus, mallet (quia Gallicum* chauve, *Latinis sonat* calvus) *nomen auctoris prædicti Latine scribi* Calvetus, *non* Chauvetus. *Ego vero existimo, historicum magis attendere debere, quomodo nomen proprium in suo cujusque idiomate vernaculo scribatur, quam quid forte significet Latinis. Nomina quippe instituta sunt, cuilibet nationi sua, ad significandum rem in suo idiomate, non ad significandum, quod forte repræsentat in idiomate alieno. Hinc et illa, quæ sunt propria hominum (quod quidem ad priores syllabas attinet) dum transferuntur in linguam Latinam, aliter mutari non debere, quam per ultimam syllabam ac terminationem, Latinis propriam. Si priores syllabas mutes, reddetur nomen ex proprio non proprium.* F

Quomodo nomina Gallica

12 *Obtinet eadem ratio in aliis quoque a Francica linguis. Habent Itali E. G. suos* Rossi, Bianchi *etc. Germani ac Belgæ suos* Backer: *quæ nomina propria si facere Latina velim; rectius mihi ad captum legentium videor scripturus,* Rossus *seu* Rossius, Biancus, *seu* Bianchius; Backerus *seu* Backerius, *mutando solam terminationem, quam si scribam* Rubeus, Albus, Pistor; *quia nomina illa Latine ita sonant; sed quæ lectorem per se inducere in cognitionem nominis proprii vernaculi vix possunt. Si porro nomina jam dicta,* Chauvet, Rossi, Bianchi, Backer, *nihil significarent Latinis; nullus (puto) qui latine scribit, illa aliter latine formaret, quam per ultimæ syllabæ terminationem Latinis propriam. Cur id in aliis, quæ præter personam cujus propria sunt, forte aliud etiam Latinis significant, non item fiat? Certe qui* Chauvetus *format a* Chauvet, *retinet formam nominis personæ proprii: qui vero scribit* Calvetus *derivat illud ab adjectivo* Calvus, *quod non est ejusdem hominis proprium nomen.*

Latinis formanda sint

INDEX
HISTORICUS

Continens nomina illustriorum personarum, quarum in hujus Tomi Actis vel Commentariis mentio fit paulo specialior et notatu dignior, præposita iis † qui Sancti vel Beati habentur.

A

Abdarachman R. Maurorum *in Hispania, 9 seculo* 38 d
Abelinus, *Ep. Aldinburg. 11 sec.* 41 b
Abrahamus *Ep. Frisingen. fundator Collegiatæ SS. Primi et Feliciani in Carinthia 9 sec.* 150 b
Abunephri, *id est*, Abbas Onuphrius 260 b
Acacius Patr. CP. 5 *sec.* 447 c
Acesius *Ep. Novat. probat Pascha Catholicum* 189 c
Achas, *puer Turholti in Flandria* 13 *sec.* 413 f
Adalbero, *pater B. Bardonis Ep. Moguntini* 298 d
Adalbertus *Virdun Ep. sec.* 5, 77 b
† Adamnanus, *Ab. Hiensis scribit Vitam S. Columbæ, fundatoris* 187 f
† Adamus M. in Phrygia. *non fuit pater S. Pelagiæ V. M. Antiochenæ* 156
† Adalbertus *Ep. Prag.* 10 *sec. ejus familia Gnesnæ, per fratrem propagata* 337 b, *ejus catechesis cantu exposita,* 341 f
† Adelbertus, *Diac. S. Willibrordi* 161 e
Adolphus Overhanus, *monachus Wertinensis* 34 * b
Advogarii, *nobiles Tarvis.* Guido et Articus 369 f
† Ædus, *vel* Aidanus *Ep. Fernen. in Hibern.* 27 a
† Aelredus *Ab. Rievall.* 12 *sec. scripsit Genealogiam Regum Anglorum* 317 e
† Agricius 6 *sec. Episc. Rotomag. decessor S. Heraclii* 70 b
Agatha, *Clarissa Virduni* 13 *sec.* 260 a
Agnellus, *an sec.* 6 *Ep. Sutrinus?* 74 e
Agnes *filia Wladislai R. Bohem. sec.* 13 3 c
Agnes Pictavien. *uxor* 2 *Henrici Nigri* 31 * d, 297 d
Aidanus R. Hibern. *ordinatus a S. Columba,* 200 b
Aidus Slane R. Hibern. 6 *sec.* 201 e
Aidus R. Conaciæ, *auxiliatur S. Columbæ* 193 d
Aidus Niger R. Ultoniæ *in Hib.* 6 *sec.* 206 f
Albericus Ep. Ostien. 12 *sec. contrarius S. Willelmo Ep. Eborac.* 139 a
Albertus Ep. Rigen. *in Livonia* 3 c
Albertus 13 *sec.* Ep. Tarvisinus, *colligit miracula B. Parisii* 478 a, *eo Confessario usus,* 479 b
Albertus Parochus *in Turek diœc. Gnesn. colligit miracula S. Bogumili.* 353 b
Albertus, *Decanus Lancicien.* 13 *sec.* 355 b
Albertus de Marchesiis, *Ord. Min.* 16 *sec.* 260 a
Albertus Brandeburg. *Lutheranus vastat ecclesias Moguntinas* 297 f
Aldredus Ep. Wigornien. 11 *sec.* 321 b
Alamannus Adimar Card. *in schismate,* 406 c
† Alexander M. Thebæus, *Bergomi* 237 a
† Alexander Ep. C. P. 326 *successorem sibi designat,* 14 d 18 * a
Alexander III *patitur* 4 *Antipapas,* 350 a
Alexander *Papa Vobit,* 406 b
Alexander II, *R. Scotiæ* 12 *sec.* 333 d
Alexander III *R. Scotiæ, transfert ossa S. Margaritæ* 13 *sec.* 334 d
Alexander, *fil. S. Margaritæ R. Scotiæ* 322 e, 331 e
Alexander *Mon. scripsit encom. S. Barnabæ* 417 c
Alexander, *Eremita in Russia* 259 f
Alexander, *Præpos. in Africa, per sec.* 3 *sec.* 265 c
Alienor, *heres Aquitaniæ, fax belli inter Anglos et Francos* 12 *sec.* 199 c
Alizetta *seu* Alietta, *matertera B. Rosselinæ,* 486 c
† Allodius *Ep. Antissiodori* 5 *sec.* 274 c
Alliunourt, *Ep. Cadurcensis* 43 * a
† Alnobertus *Ep. Sagien in Gallia,* 6 *sec.* 282 e
Alphonsus I *R. Castellæ obsidet Taviram* 470 d
Alphonsus Lupus *an.* 1593 *Ord. Min.* 3 e
De Allussiaco (Guilielmus) 488
Amabilis Carthusianus *scriptor de B. Rosselina,* 17 *sec.* 484 e
Amalarius Fortunatus 9 *sec. Ep. Trevir.* 259 e
Amandus *a Zirikzea, O. Min.* 16 *sec.* 51 f
† Ambrosius, *Ep. Mediolan. laudator S. Pelagiæ V. M. Antiochenæ* 154 a
Ambrosius *Ab. Camaldul. scriptor* 15 *sec.* 477 c
Anastasius *PP. II confirmat electionem S. Willielmi Eborac.* 139 f
† Anatalon, *discipulus S. Barnabæ, Episc. Brixien. et Mediolan.* 425 a b
Anatreg, *Sclavorum Princ.* 11 *sec.* 40 a, *patruus S. Godescalci M.*
Andalus, *pater B. Dianæ Bononien.* 13 *sec.* 358 f, *Potestas Mediolani* 362 f
Andalo (Andreas) *Nobilis Bononien.* 13 *sec.* 362 f
Andreas, *an* 6 *sec. Ep. Albanensis?* 74 d
Andreas Catanius *Ord. Præd. circa* 1300, *Mart. apud Tartaros* 2 d
Andreas Withmam. *Ab. Ramesejen, scribit vitam S. Yvonis Persæ,* 11 *sec.* 284 c
Angelinus (Joannes) *O. Præd. Pictor* 14 *sec.* 387 b
Angelus Participatius *Dux Venet.* 9 *sec. fundat eccl. S. Laurentii* 23 a
Angelus a Verbosa, *an.* 1498 *Ord. Min.* 3 e
Anianus *Ep. Carnuti in Gallia* 260 f
Anna *de S. Bartholomæo Teresina* 1626 *Antuerpiæ urbem precibus liberat* 3 e
† Anno *Episc. Colonien. testis miraculorum B. Bardonis* 11 *sec.* 297 a
Anthemius *Ep. Cypri, invenit Corpus S. Barnabæ Apostoli* 444 b
Antonia de Vassal, *hospitalis Belli-loci Antistita* 37 * c
† Antonius, *Ab. spectator Martyriorum Alexandriæ* 7 d. *colitur prope Tolosam* 146 c
Antonius de Bek *Electus Dunelm. curat. Elevationem S. Willielmi Eborac.* 141
Antoninus, *socius S. Austremonii* 52 e

Anselmus *Pustrella sec.* 12 *Ep. Mediol. schismaticus* 45 c *moritur, CP.* 43 f
Anselmus *Ep. Dorobern. conjungit Henricum et Mathildem Reges Angliæ* 323 c
Ansericus, *non fuit* 6 *sec. Suessionum Ep.* 74 f
Anulinus, *Procons. Africæ,* 3 *sec.* 265 b
Apamius, *persec. Aquilejæ sub Dioclet.* 456 e
Aphraates *Ep. Colonien. Agripp. calumniam passus ab Arianis* 19 e
Apollinarius *persec. sub Dioclet.* 456 e
† Apollonia V. M. *laudata in Martyrologiis* 157 b
Aquilina de Theminis, *fundatrix et prima Antistita hospitalis S. Joannis Belli-loci* 37 * c
Archambaldus *Ab. Fulden.* 19 *sec. institutor B. Bardonis Ep. Mogunt.* 299
Archanbaldus *abbas Fuldensis* 29 * b
Archangela de Trino *Carmelit.* 15 *sec.* 1 f
Arcotamia, *vidua in Phocensi Prov.* 147 c
Ardinghellus *O. Præd. Flor.* 14 *sec.* 397 a
Ardicus, 13 *sec. Mediolani Capellanus S. Satyri* 448 f
Arialdus, *Ab. S. Dionysii Mediol.* 12 *sec.* 44 a
Arianus, *Mon. Camaldul.* 12 *sec. fundat Tarvisii parthenonem* 478 e
Aribo *Ep. Mogunt.* 11 *sec.* 296 e 301 e
Aribo *archiep. Moguntinus obiit* 1031 28 * d
Aripertus *R. Longobard.* 8 *sec.* 43 d
Ariston *Ep. Racizburg.* 11 *sec.* 41 b
Arius *periit anno* 336 *exeunte, aut* 337 *inchoato* 14 * c d
Arnaldus Pelargura *Card.* 14 *sec.* 451 e
Arnaldus de Monte-rotundo *circa* 1200 *Ep. Gerunden. transfert corpora* 4 *Martyrum, eorumque affert Acta, sed apocrypha* 59 c *instituit festum et Officium Caroli M. Imp.* 59 d
Arnoldus *Ab. Herveld,* 13 *sec.* 302 c
Arnoldus *Toparcha de Hoenpoel,* 15 *sec.* 164 d
Arnoldus, *Ord. Prædic.* 13 *sec.* 259 f
Arnulfus, *Conversus Ord. Præmonstrat.* 147 e d
Arthurius *fil. Aidani R. Hibern.* 6 *sec.* 200 b
Asclepas, *Ep. Gazæ sec.* 4 *suadet restituendum Paulum C. P.* 17 b d *ideo damnatus* 180, 20 d
† Asimus, *an primus Ep. Curiensis in Helvetia* 147 b
Asterius *Ep. Petræ, in Arabia* 162 a
Asterius *Pseudo-episc. Cyri* 4 *sec.* 176 c
† Anastasius *Ep. Alexandr. relegatus in Gallias* 15 e
† Athanasius *Patriarcha Alex. profectus anno* 341, *non anno* 339, *Romam* 20 * b *Manet ibi menses octodecim* 20 * e *Quando ab exilio redierit* 18 * d
† Augustini Hipponen. *de quorumdam suicidio sententia anceps* 156, 157
† Augustinus *Ep. Cantuar, suadet Scotis Catholicum Pascha* 190 c
Autbertus *Ep. Paris. ante S. Landericum* 290 e
Aycaldus 12 *sec. Carthus. Maurian. Ep.* 485 d
† Aylbeus *Ep. Ymlicen. Magister S. Colmani Ep. Dromoren.* 25 f
† Aymericus Faizela *monachus monasterii Figeacensis* 47 * d
Ayraldus 12 *sec. Ep. Maurian.* 485 d

B

Baccinus (Franc.) *O. Præd. Flor.* 14 *sec.* 396
Baduariorum *familia Patavii* 15 *sec.* 387 e 388 e
Baitanus Ma-erce, *R. Hib.* 6 *sec.* 201 d
† Baithenus, *successor S. Columbæ Ab. Hien.* 198 f
Baldewinus, *Decan. Gnesnen.* 13 *sec.* 355 b
Balthasar *Bonifacius, Archidiac. Tarvis. Ep. Justinopolit.* 17 *sec. laudator B. Henrici Baucenen.* 355 a
Balzanella *Peraghina, matrona Patavien.* 15 *sec. valde laudata* 388 e
Banchinorum *familia Florentiæ.* 396 c
de Banchinis Lanio (Petrus) *Prior Civ. Florentinæ* 14 *sec.* 396 c
Bandaridus, *Ep. Suession.* 6 *sec. excipit corpus S. Medardi* 84 a e
Baonius (Antonius) *Cancell. Tarvis.* 14 *sec.* 363 e
Baranowski (Albertus) *Ep. Gnesnen.* 248 e
Barbadicus (Augustinus) *Dux Venet.* 15 *sec.* 23 c
† Barbari *M. Reliquiæ Venetiis.* 23 b
Baronius, Cæsar Card. *correctus in ætate S. Heraclii Ep. Senensis* 70 e
Baronius (Martinus) *scribit Vitas Patronorum Poloniæ* 336 b, *refert miraculum S. Bogumili* 353 e
Baronowski (Albertus) 17 *sec. Ep. Gnesn.* 356 c
† Bartholomæus *Ap. colitur cum S. Barnaba* 415 d
Basilissa *virgo* 27 * f
† Basilius *Ep. Aquis-sextiis* 53 b
Batazurus *Ab. Habess. ex Hagiologio* 460
† Bathildis *Reg. Franc.* 7 *sec. benefacit Monast. S. Medardi* 75 c
de Baucio *seu* Balzio (Franc.) *Dux Andriæ, curat et scribit transl. S. Richardi Episc.* 15 *sec.* 243 a
Beatrix *de Guevarra O. Min. in Hisp.* 16 *sec.* 51 f
Beatrix 13 *sec. Comit. Provinciæ et Forcalquerii in Gallia* 486 a
† Beatus, *Presb. Ab. Hisp. an O. Bened.* 38 e
† Beda, *scribit de S. Columba Ab.* 181 e. *Non vertit Periodos S. Barnabæ,* 117 a
Beguinorum *secta extincta,* 412 a
Belegnus (Philippus) *Potestas Tarvis.* 13 *sec.* 478 e
Bellardus (Joannes) *Ep. Forojul.* 15 *sec.* 492 f
† Bembi (Leonis) *corpus Venetiis* 23 c
Benedictus *Ab. de Witebi in Angl.* 12 *sec.* 137 b
† Benignus *Ep. Mediolan.* 5 *sec.* 448 a
† Berachus, *Mon. Hibern.* 6 *sec.* 202 c
Berchanus, *discip. S. Columbæ,* 6 *sec.* 229 f
Berengarius *Ord. Prædicat. an Episcopus Cracoviensis?* 3 a
Beretus *Dux Nordanhymbrorum,* 6 *sec.* 224 b
Berlingerius (Franc.) *Florent. ei dicata Vita B. Joan. Dominici Card.* 393
† Bernardus, *Ep. Parmen. sec.* 12 *fidelis Ecclesiæ* 45 b
† Bernardus *Ab. Claravall. adversatur S. Guilielmo Eborac.* 137 c, *moritur* 139 e, *electus Ep. Mediol. multos Episcopos Insubriæ servat in unione* 45 b c, *prophetice novit innocentiam S. Roberti Ab.* 48 b. *Quæ sub eo fundata monasteria apud Polonos?* 337 e
Bernardus, *Dux Saxoniæ,* 11 *sec.* 40 a
Bernardus *Ordinis S. Benedicti, Abbas Messanæ* 129
Bernardus *a Viridanto, O. Min.* 414 c
Bertericus *Ep. Viennen. in Gallia* 51 c
Bertrandus *de Fabario* 13 *sec. Ep. Forojul.* 489 d
Bieniassius, *frater Castellani Ploccn.* 12 *sec.* 349 a
Biliottus (Modestus) *Ord. Præd. scribit* 16 *sec. Chronicon S. Mariæ Novellæ Florent.* 390 c
Blanchus, *an Martyr Brixiæ* 1 *sec.* 260 e
Blanda, *a S. Eleutherio Tornac. resuscitata* 258 f
Bobbo *Ab. Fulden.* 11 *sec.* 29 * c 299 a
Boethius *Ab. Hib.* 6 *sec.* 193 f
Bogufalus, *fr. S. Bogumili Ord. Cisterc.* 337 c, 338 f, *ejus causa monasterio donati fundi* 354 c
Boleslam Crispus, *Princ. Poloniæ,* 12 *sec.* 349 a
Boleslaus Creovoustus, *Pr. Poloniæ, Principatum in* 4 *filios partitus,* 354 c

Bolesta

Bolesta, *Castellanus Plocen. impius* 12 *sec.* 348 f
Bonaccius (Zenobius) *O. Præd. Flor.* 14 *sec.* 397 a
Bonaventura, *quando natus mundo, quando Religioni* 40 * e
Bonfilius, *Gener. Servorum B. M.* 13 *sec.* 1 c
Bonifacius VIII *canonizat S. Richardum, Ep. Andrien.* 243 d. *Indulgentiæ bibenti post Gratias ab illo an probatæ* 328 a
Bonifacius *a Riparolo, Ord. Min.* 14 *sec.* 264 b
Bonifacius, *an.* 6 *sec. Ep. Placent.?* 74 f
Bonsemblantes *Patav. frater S. Bonaventuræ, Card.* 15 *sec.* 388 d
Bosius (Jac.) *scribit Hist. Ord. S. Jo. Jerosol.* 481 b
Bouthiellier *sec.* 17 *Coadjutor Ep. Turon.* 34 b
Bouvan (Gabriel) 1635 *Ep. Nanneten.* 34 f
della Branca (Magnus) 14 *sec.* 364 f
Brandubius, *R. Lageniæ in Hibern.* 6 *sec. a S. Colmano resuscitatus.* 27
Brantholius, *Præpos. Fulden. dein Ab.* 10 *sec. Magister B. Bardonis Ep. Mogunt.* 299 a
Broichnanus, *nobilis Magus in Scotia,* 6 *sec.* 218 d
Brantolius *Abb. Fuldensis* 29 *
† Brendanus *Ab. Birranus in Hib.* 6 *sec.* 225 d
† Brendenus Mocu-alti, *Ab. Hib.* 6 *sec.* 229 b
† Brendinus, *Scotus* 6 *sec.* 227 a
Bridius *R. Pictorum,* 6 *sec.* 181 f
Brompton (Joannes) *Ab. Jornall.* 12 *sec. Chronologus Anglus.* 135 b
Bronus *Ep. Hibernus* 51 c
Bruidius *R. Scotiæ* 6 *sec.* 218 c, 219 a
Bruno *Ep. Colon. fundat Monasterium S. Pantaleonis* 276 b
Bruno 13 *sec. Carth. Prior Montis-rivi* 487 c
Bruno *Frater S. Henrici Imp. avus S. Margaretæ Reg.* 321 a
Brunus (Matthæus) *O. Præd.* 14 *sec.* 396
Burchalatus (Barth.) *Medicus Tarvisii sec.* 17 *scribit Hist. Tarvisinam* 363 f
Burchardus, *Ep. Halberstadiensis* 30 * b
Burdinus, *pro Gelasio Papa* 12 *sec. intrusus* 45 a
Burgola, *an mater B. Rosselinæ?* 486 b

C

Cæcilia de Agoulto, *avia materna B. Rosselinæ* 486 c
Cælestinus *PP.* 2 *Pallium negat S. Willielmo Eboracensi* 139 a
Cæsia (Firmina) *Clarissarum Narnien. Abb. defuncta* 1567, *an.* 1612 *inventa incorrupta* 4 d
† Cainechus, *Mon. Hiber.* 6 *sec.* 199 f
† Calendion *Patr. Antiochenus, exul.* 443 e
Calvus *Ep. Neapolitanus* 8 *sec.* 124 e
† Candidæ, *V. M. Reliquiæ Venetiis* 23 c
† Canechus Mocu Dailon, *Ab. Hib.* 6 *sec.* 229 b
Capaccius (Bartholomæus) *O. Præd. Flor.* 14 *sec.* 400 b
Capgravius (Joannes) 15 *sec. edit novam Legendam Angliæ* 134 e
† Caprasii *Ab. M. discipulus ejus non fuit S. Vincentius Aginen.* 163 b
de Cararia (Franciscus) *Dominus Paduæ* 14 *sec.* 386 b
† Carolus Borrom. *Ep. Mediol. transfert Reliquias S. Barnabæ* 450
Carolus *Coronatus Imperator* 177 f. *Henriedensis mon. fundator* 38 f
Carolus IV *Imp. brachium S. Viti mittit Pragam in Bohemiam* 1038 a
Carolus *Dux Aurel. fil. Francisci I R. Franc.* 66 f
Casalii, Luisius et Franciscus, *Domini Cortonenses* 406 d
Casimirus Justus, *Princ. Poloniæ,* 12 *sec.* 349 f, 354 d
Castanetus (Bernardus) *Ep. Velaunen. fundat. Colleg. Canon. S. Marcellini sec.* 14 5 f
Castaniolus (Jacob) *Notar. hospes B. Henrici Boucenen.* 364 c, 366 a
Castilioneus (Barth.) *examinator miraculorum B. Henrici Baucenen.* 14 *sec.* 363 f
Catena (Matthæus) *Archipresb. Asten. sec.* 15 46 a
† Catharinæ V. M. *reliquiæ Rotomagi* 993 e, *fons in Scotia olei salutaris* 329 f
Catharina Manrique, 16 *sec. O. Min.* 147 e
Catharina, *hospita B. Henrici Baucenen.* 366 b
Catho, *R. Britonum, sec.* 6 *victus a Saxonibus* 197 e
Cato Uticensis, *laudatus a Valerio Maximo,* 156 c
† Caylanus *Ab. Nendrumen, magister S. Colmani Ep. Dromoren.* 25 e
† Caytanus, *socius S. Colmani, Dromoren.* 27 a
† Ceddus, *Ep. Northumbr.* 141 a
† Cedonius *vel* Celidonius *Ep. Aquis-sextiis* 53 a
Celidonius, *an. a Christo illuminatus cæcus?* 264 f
Charimerus, *Childeberti R. Referendarius* 85 d
Chauvetus (Joannes) *O. Carth. scriptor de S. Rosselina* 17 *sec.* 484 e
Cherubina *Clarissa, scripsit vitam suæ Abbatissæ Sor. Firminæ Cæsiæ* 4 e
Chiffletius (S. Petrus Franc.) *correctus in Syra* 65
† Chilianus, *Tarvisii Patronus* 178 b
Chiliastæ *veteres ex Patribus, qui et unde* 453 f
Chilpericus *R. Franc.* 6 *sec* 282 b, *victus a fratre* 81 f. *obsessus Tornaci* 85 b
Chlodoveus *R. Fr. non suscepit de fonte S. Medardum* 69 d. *adfuit ei S. Heraclius Rotomag.* 17 c
Clodovæ II *privilegium pro S. Dionysii monast. suspectum* 290 d
Chlotharius *R. Franc.* 6 *sec. devotus S. Medardo, mortui corpus suis humeris effert Suessionem* 80 f, 83 d, 91 e: *mortuus in ejus ecclesia sepelitur* 85 a 93 b
† Christianus, *Ep. Prussiæ Conf.* 13 *sec.* 346 a, 355 a
Christina, *soror S. Margaretæ R. Scotiæ* 319 b
Christina, *mater B. Bardonis Ep. Mogunt.* 298 d
Chrodobertus *Ep. Paris. successor S. Landorici* 290 f
† Chrysostomi (Joan.) *sermones duo de S. Pelagia V. M.* 159, 160.
Cillianus *M. Nicææ in Bithynia,* 51 b
Claudius Castellanus 37 * b
† Clemens *Rom. an conversus a S. Barnaba?* 424 a
† Clementis *Alexandrini epistola qualis* 453 c
Clemens IV, *sec* 13, *docet caput S. Pauli Apostoli esse Romæ* 22 e
Clementis VII Antipapæ *evectio* 402 f
Clemens X *stabilit cultum S. Margaritæ Reginæ Scot.* 316 b, 335 f
† Colloquillus *Rex, apud Senones* 64 c
† Colmanus, *in Paschate erroneo pertinax* 190
Colmanus *Ep. patruus S. Colmani Dromoren.* 25 d
Colganus (Joannes) *O. Min. edidit Vitas S. Columbæ Ab.* 182 c
de Coligny (Gaspar) *alius ab Admiralio, ex communi Proavo, a S. Syria curatus* 66 d (Wilielmus) *proavus duorum Gasparorum* 66 f
Collotius, *Cancellarius Florent.* 15 *sec.* 390 f, *Poeta Flor.* 14 *sec. correptus a B. Jo. Dominici* 400 c
† Columba *Carthus. in Provincia* 489 b
† Columba, *Ab. Hien. prophetat de S. Colmano,* 25 d

† Columbanus *nepos Bruni, an S. Colmanus?* 216 f
† Columbanus, *faber ferrarius,* 6 *sec.* 226 e
Columna *(Odo) postea Martinus V* 409 a
† Comgellus *Ab. Hibern.* 6 *sec.* 209 d
† Comgellus Mocu-Aridi, *Ab. Hib.* 6 *sec.* 229 b
Comus, *Ab. in Marca insula* 147 c
† Conallus *Ep. apud Dalaradios in Hib.* 6 *sec.* 210 f
Conanus *R. Britanniæ, ex cujus stirpe S. Meriadanus Ep. Veneten.* 36 d
Conradus, *elect. imp.* 1024 30* b
Conradus, *instituit* 11 *sec. B. Bardonem Ep. Mogunt. Interest dedicationi ecclesiæ S. Martini* 297 c
Conradus *R. Burgundiæ, avus Giselæ Imperatr.* 10 *sec.* 302 d
Conradus *Masoviæ Dux,* 13 *sec. domitor Prussiæ* 355 a
Conradus *Cisterc. in Hassia* 9 f
Constans Imp. *SS. Athanasii et Pauli fautor* 17 d
† Constantinus M. Imp. *relegat Sanctos Athanasium Ep. Alexandr. et Paulum Presb. C. P.* 15 e
Constantius *Ep. Lugdun. scribit vitam S. Germani Antissiod.* 275 b
le Couteulx (Carolus) *Carth. scriptor Ephemeridum Ordinis.* 485 a
Correa (Pelagius) *Mag. O. S. Jacobi,* 13 *sec.* 470 a
† Cormacus *disc. S. Columbæ,* 6 *sec.* 222 a, 229 b
Correa (Pelagius) *Mag. O. S. Jacobi,* 13 *sec.* 470 a
Corus, *avus* 4 *Martyrum Gerunden.* 60 b
Cotus (Vincent.), *Archiep. Gnesn. Card.* 15 *sec. satagit pro Tumba S. Bogumili,* 365 f, *solicitus pro Canoniz. ejusdem* 353 b
Crotacius, *Princeps Bergomi in Italia* 236 d
† Cnutnechanus *Presb. nutritor S. Columbæ* 225 d
Ctzeciouski (Joan.) *Archidiac. Lancicien.* 15 *sec. examinat miracula S. Bogumili* 353 d
† Cumineus *Ab. Hiensis, scribit Vitam S. Columbæ Ab.* 179 e
† Cyrus M. *Alexandriæ cum Joanne* 237 c
† Cyrus *Exconsul, Ep. Smyrnæ,* 5 *sec.* 237 c
† Cyrus *Patriarcha CP.* 237 c

D

Dacianus, *Præses Hisp. persecutor* 61 c
† Dagobertus *I R. Fr. dæmonum pro anima ejus conflictus cum SS. Dionysio et Mauritio* 228 b
Damalevicius (Stephanus) *scribit Vitam S. Bogumili Ep. Gnesn.* 336 d
Damasus Papa, alienus ab eodem 407 f, 421 b.
Dandulus (Andreas) *Prætor Vicent.* 17 *sec.* 456 b
† David Meneven. Ep. *in Britannia* 25 b, 27 a
David R. Scotiæ, *pater S. Syriæ commentitius* 66 b
David, *filius S. Margaritæ R. Scotiæ* 323 a 331 f
David, *nepos Davidis R. Scotiæ* 333 c
† Desiderius *Ep. Vienn. Fontaneti Patronus* 282 d
Deusdedit *Ep. Cantuar. ordinatus a S. Ithamaro Ep. Roffen.* 291 b
† Diana *vel* Joanna Carthusiana, *amita B. Rosselinæ* 486 e, 488 f
Dicullus, *Erem. Bosanhami in Anglia* 3 b
Diermitius *R. Hibern.* 6 *sec. hospes S. Colmani Dromoren.* 26 f, *infeliciter pugnat contra gentem S. Columbæ* 194, 205 f
Diermitius, *minister S. Columbæ,* 203 a, 204 e 226 c
† Dietgrus *Abbas* 3 b, 42 b
Dietrichus de Nurimberga, *Erem. August. Sacellanus Pontificis* 14 *sec.* 387 a
Digna Aquileen. *stuprum sui præcipitatione declinans laudatur* 156 c
Dioderichus *Ep. Meten,* 11 *sec.* 304 c
Doda, *mater S. Chlodulfi Ep. Meten.* 126 d 127 e
Dominicus, *an.* 6 *sec. Ep. Carthaginis* 74 c
Dominicus *Archiep. Tolosan.* 409 a
Dominicus Blanchini, *pater B. Joan. Dominici Card.* 395 c
Dominius, *sive* Dominicus *apud Velaunos* 104 e
Domitianus, *imp. Romanor.* 6* a
Domnaldus *R. Hibern. diuturnus ac felix* 6 *sec.* 201 c
Domnallus Broccus *R. Hibern.* 7 *sec.* 226 a
Dorbeneus, *transcribit Vitam S. Columbæ Ab.* 188 e
a Dordraco (Nicolaus) *O. August.* 14 *sec.* 161 a
Dorothei *Synopsis, Baronio qualis?* 441 d
† Drausio, *Ep. Suession. moritur* 85 f
Duccius (Joannes) *O. Præd. Flor.* 14 *sec.* 400 b
Dufenaldus, *Malcolmi R. Scotiæ frater nothus, regnum usurpat.* 322 c
Dunkanus, *nothus R. Malcolmi, Scotiæ usurpator* 323 a

E

Eadwardus *fil. S. Margaritæ cæsus cum patre* 322 b.
† Ebrulfus *Ab. Uticen. in Gallia.* 10 *sec.* 283 e
Echardus *qualis fuerit* 28* e
Edgarus *R. Angliæ, benefactor Ramesejen.* 287 d
† Edgarus *R. Angliæ, tritavus S. Margaritæ R.* 10 *sec.* 318 f
Edgarus Clito, *frater S. Margaritæ R.* 319 f: *componit pacem inter Scotos et Anglos* 322 a
Edgarus, *filius S. Margaritæ R.* 323 a, 331 e
† Edmundi *Ep. Cantuar. Translatio* 148 d
Editha, *apud Hessinges in Anglia* 12 *sec. pie mortua* 45 d
Edmundus Ferrei-lateris *R. Angliæ. avus S. Margaritæ R.* 319 b, 325 e
Edmundus *R. Scotiæ, non fuit Vitricus S. Syriæ* 66 a
Edmundus *filius S. Margaritæ R. eremita* 331 e
Edmundus *filius Edmundi R. patruus S. Margaritæ R. Scotiæ* 319 b
Ednothus *Ab. Ramesejen. in Angl.* 11 *sec.* 284
Eduardus I *R. Angliæ pater S. Edburgæ* 1070 c
† Eduardus *R. Conf. propatruus S. Margaritæ R.* 319 e
Eduardus, *pater S. Margaritæ R.* 319 b
Eduwardus *R. Angliæ* 13 *sec. assistit Elevationi S. Willielmi Ep Eborac. ab eo servatus,* 142 b
Egelwinus *Ep. Dunelmen.* 11 *sec.* 320 a
Egbertus *R. Northumbriæ, sec* 8 415 d
Eichenbaldus *Ep. Eystetten.* 9 *sec. Herrariedæ pro Monachis Canonicos instituit* 39 a
Eleonora *Reg. Angliæ, sec.* 13 *interest elevationi S. Willielmi Ep. Eborac.* 141 e
† Eleutherius *Ep. Tornac. sicut ei prædixit puer S. Medardus* 80 a: *moritur* 90 d
Eleutherius *Guard. Minor. Mediolan.* 16 *sec.* 449 e
† Elisabeth, *uxor S. Hieremiæ M.* 9 *sec.* 37 e
† Elisabeth *Reg. Portugalliæ* 489 b
Elisabeth a S. Ludovico 14 *sec. Ord. Min.* 3 e
Elisabeth Molino, *sec.* 15 *Abb. S. Laur. Venet.* 23 c
Elisabeth a Navarra, *O. Min.* 15 *sec.* 414 e
Eliseus *Præpos. Acœmetarum C. P.* 5 *sec.* 380 e
Elymas Magus, *a Paulo excæcatus,* 440 b
† Elzearius *Comes Ariani, consobr. B. Rosselinæ,* 486 c

Elzearius *Ep. Dinien. frater B. Rosselinæ* 486 c
Emma, *soror Stephani R. Angl. Mater S. Wilielmi Eboracen.* 135 c, 139
Emma Normanna, *uxor 2 Athelredi R. Angl.* 318 c *postea Kanutho Dano nupta* 324 f
Engelbertus *Ab. Bischovien. in Polon. O. C.* 12 *sec.* 346 a
Boonen (Engelbertus) *Præp. Traject. an.* 1623 *elevat corpora* 4 *Episcoporum Sanctorum* 11 a
Engussius *fil. Aidi R. Hibern.* 6 *sec.* 201 e
Eochodius, *fil. Domnail, R. Hib.* 6 *sec.* 201 d
Eochodius Fin, *fil. Aidani R. Hibern.* 6 *sec.* 200 c
Eochodius *sive* Eugenius Buidh. *fil. et successor Aidani R. Hibern.* 200 c
Eochodius Laib *R. Cruthenorum in Hib.* 6 *sec.* 200 b
† Ephrem *Syrus, scribit Vitam S. Juliani Mon.* 174 a
Epiphanius, *Laicus sec.* 16 *Ord. Minor.* 3 e
Equipertus *Ep. Monast.* 12 *sec. fidelis Ecclesiæ* 45 c
Erembertus *Nob. Mediol.* 9 *sec. accipit corpora SS. Primi et Feliciani* 149 a
Ermengardis *Comit. Britanniæ, discipula S. Bernardi Claravallen.* 36, b 245 d
Ermengardis *Nob. Arverna, transferri curat corpus S. Marii Solitarii* 11. *sec.* 111 c, 121 d
Ernanus, *Avunculus S. Columbæ Ab.* 208 f
Ernestus, *prior Maritus Giselæ Imperatr.* 11 *sec.* 302 b
† Eskilli *Ep. M. translatio.* 148 a
Eter, *avus* 4 *Martyrum Gerunden.* 60 b
†† Etheldredi et Ethelbricti MM. *corpora Ramesejæ in Anglia* 287 a
Ethelgiva, *mater S. Edmundi R. Angl.* 325 f
Ethelredus *R. Angliæ, frater S. Eduardi* 318 f
Ethelredus *R. Angliæ benefactor Ramesejæ* 287 a
Ethelredus *filius S. Margaritæ R.* 331 a
Ethelwinus *Dux fund. Ramesejen. alias* Ailwinus. 10 *sec.* 287 a b
Eva *Comit. sec.* 10 *offert S. Arnulfo Layum* 125 f
Euaricus *R. Goth.* 5 *sec. in Aquitania* 465 c
Eudoxius *Ep. Arian. missus ad Syn. Mediol.* 19 e
Eugenia *V. vulgo* S. Ouyne, *Cenoman. Patrona* 2 f
Eugenius Papa III *cassat electionem S. Guilielmi Eboracen.* 135 d : *moritur* 139 e
Eulabius *Ep. Nicopol. orthod.* 4 *sec* 398 e
Eulogius *Ep. Alexandriæ.* 74 e
Euphemius, *Præses Aquilejæ sub Diocl.* 456 f
Euthfridus *O. Min. Magdeburgi* 13 *sec.* 51 e
Eusebius, *Præses in Cypro* 1 *sec.* 430 e
Eusebii *Ep. Fanen. corpus additum corpori S. Fortunati Ep.* 109 b
Eusebius *Arianus, ex Berytensi Nicomediensis, dein Constantinop. Ep.* 15 f, *moritur* 17 a
Eusebius, *Carm. in Syria* 13 *sec.* 260 a
Eustachius *Com. Bononien. gener S. Margaritæ* 333 a
Eustachius *Com. Arverniæ* 11 *sec.* 465 b
Euterius, *an Ep. Arelat,* 6 *sec. ?* 74 d
Eutropius *sec.* 6 *ex Abbate Servitano Episc. Valentinus in Hispania* 51 c
Ezelindis, *virgo Angla* 3 b

F

Fachenettus *Card. Ep. Spolet.* 17 *sec. permittit transferri corpus B. Gioli Sellanen.* 249 d
Falbeus *Ab. Hien.* 7 *sec.* 197 f
† Fara *seu* Burgundofora *Abb. in Gallia,* 66 b
† Faro, *Episc. Melden.* 66 b
Fabius *Anglerii* 16 *sec. Archipresb. Mediol.* 449 f
Felix *de* Zino, *Ord. Servit.* 405 d
Ferdinandus *a Cruce Archidiac. Mediol.* 16 *sec.* 450 b
Fergussius, *regni Scotici restaurator* 6 *sec.* 179 c
Fexhius (Guilielmus) *Cantor Traject. describit elevationem Sanctorum* 4 *Episcoporum* 11 *sec.* 11 a
† Fiacrius, *neutrius S. Syriæ frater,* 66 b
Fiene (Petrus) *sec.* 15 *Offic. Trec. elevat Reliquias S. Syriæ* 64 d
Fina *V. Trecis in Gallia* 50 f
† Finbarrus, *instructor S. Columbæ Ab.* 197 d, 211 e
Findchanus, *Presb. Hib.* 6 *sec.* 206 a
†† Finani *plures in Hibernia* 6 *sec.* 210 e
† Finnanus *seu* Finninus *Ep. Hib.* 6 *sec. magister S. Columbæ* 225 e
† Finnenni *Ab. Hib. liber, a S. Columba transcriptus, an causa belli ?* 193 b
† Fintenus 6 *sec. Monachus Hibern.* 198 f
Flavius, *Ep. Rotomag. successor S. Gildardi* 68 d
Florentia, *an mater S. Cuneræ ?* 160 f
Florentia, *noverca* 2 *Martyrum Gerunden.* 62 d
Florentius, *frater fictitius S. Syriæ,* 66 b
Flos, *mater* 2 *Martyrum Gerunden.* 60 b
Folemarus *Ep. Colon. invenit corpus S. Maurini Ab. M.* 276 e
† Folquinus *Ep. Morin. translatio in Sithieu* 4 d
Fortunatus, *Archidiac. Sagien.* 6 *sec.* 282 e
Francisca, *O. Min. in diœc. Granat.* 51 f
Franciscus Pauli *Eremita Augustinianus, concionator Papæ* 387 b
Franciscus *Camaldul. Confessarius B. Silvestri* 253 d
Franciscus le Ferre de Caumartin *anno* 1635 *Ep. Ambian.* 32 e
Franciscus *a S. Vedasto, Ord. Minor.* 414 f
Franciscus *a* Cruce, *O. M.* 16 *sec. in India* 51 f
Franciscus Foroliviensis *O. Præd. transfert corpus B. Dianæ,* 16 *sec.* 361 f
Frangipanius (Octavius) *Ep. Tricarie.* 17 *sec.* 182
† Fraternus *M. Ep. Antissiodor.* 5 *sec.* 274 f
Fredegundis, *uxor Sigeberti R.* 6 *sec. viri cædem procurat.* 85 b
Fredericus Barbarossa *Ecclesiam scindit,* 12 *sec.* 350 a
Fredericus *Ep. Cervien.* 13 *sec.* 362 f
Fredericus *Ep. Eystetten Herriedæ arcem condit seculo* 4 38 f
Fredericus, *Dux Austriæ,* 408 e
Fructuosus, *Episc. Eugubinus,* 6 *sec.* 259 d
† Fuda *Ep. Lindisfarnen. in Britan.* 7 *sec.* 28 e
Fulco *Ep. Gnesn.* 13 *sec. elevat ossa S. Bogumili, Ep. Eremitæ* 353 a, 355 d
† Furseus *in Gallia* 7 *sec. an cum S. Blithario ?* 467 d
Furseus, *frater fictitius S. Syriæ,* 66 b

G

De Gabrielibus (Ubaldinus) 14 *sec. Ep. Tarvisinus* 369 d
Gabriela *de* Castellaria 17 *sec.* 494 f
Gajus, *Ep. Hierosolym.* 413 c
Galbaldus *seu* Giobaldus *Ep. Ratisp.* 8 *sec.* 2 d
† Gallienus, *an M. Brixiæ ?* 260 e
† Garnerius *Præpos. an.* 900 *Divionen. ejus Vita desideratur* 95 b
Gaufredus *Comes Andegav.* 12 *sec.* 333 b
Gaufredus, *fr. Henrici R. Angl.* 12 *sec.* 333 b
Gaugericus *Ep. Camerac. condit ecclesiam SS. Medardi et Lupi.* 75 b
Gelida, *mater* 2 *Martyrum Gerunden.* 60 b
Gembichi (Laurentius) 15 *sec. nobilis Polonus, testis miraculorum S. Bogumili,* 353 d
Gemblochi (Sebastianus) 15 *sec. nobilis Polonus testis*

testis miraculorum S. Bogumili, 353 c
† Gemmanus, *Magister S. Columbæ Ab.* 216 b
† Genius, *an* Eugenius? 372 c
† Geraldus, *Fund. Vabren. in Aquitania,* 241 c
Gerardinus Navarrus, 15 *sec. Ord. Min.* 414 e
Gerardus de Baras *Ep. et Comes Cadurcensis* 39 * d
† Gerius (Jacobus, *Camald. Florentiæ* 252 e
Germanus *Rex Sardiniæ Mon. Cisterc.* 3 e
Germanus *Ab. Ramesejen.* 11 *sec.* 287 d
Gero *Ep. Colon.* 10 *sec.* 280 d
Gervasius *Dorobern.* 12 *sec. Chronol. Angliæ* 135 b
Girbaldus *Arvern. sec.* 11 *injurius S. Mariæ* 122 b
Giraldus, *an pater B. Rosselinæ?* 486 b
Gisela, *uxor Conradi Imp.* 11 *sec.* 302 a
Gloriosus, *an* 6 *sec. Ep. Ostiensis?* 74 e
Gneus *Sclavorum Princeps* 11 *sec. patruus S. Godescalci M.* 40 b
Godo *Ep. Met. decessor S. Clodulfi* 125 c, 127 e
† Godricus *Erem. in Anglia, non Confessor, sed Pœnitens S. Roberti Ab.* 47 a, 48 c d
† Goericus *Ep. consanguineus S. Arnulfi Met.* 126 d
Godwinus *Com. Angliæ* 11 *sec.* 321 d
† Gondulfus Ep. *Traject. elevatus* 11 a
Goscelinus Mon. 12 *sec. scribit vitam S. Yvonis Persæ* 284 c
Grassus (Paschalis) *Ep. Vicent.* 17 *sec.* 456 b
Grassi (Bartholomæus) 14 *sec. Ep. Forojulien.* 491 f
† Grata *Virgo, Bergomi* 237 a
Granciarolus Dominicus) *Ep. Gradensis* 456 a
† Gregorius Papa. *affictum ei Privilegium pro monasterio S. Medardi* 74 d
Gregorius IX, *promotor et laudator S. Maximiani Ep.* 238 e
Gregorius XI, *creatur* 402 c, *propensus ad unionem* 406 a
Gregorius, *an* 6 *sec. Ep. Portuen.?* 74 d
Gronde (Joannes) *Sacerdos Daventriæ* 3 b
Grossulanus (Petrus) *Ep. Savon.* 12 *sec. intrudit se in sedem Mediolan.* 44 a
Gryphia (Catharina) *mater S. Bogumili* 337 c
Gualla, *Ep. Brixien. O. Præd.* 13 *sec.* 359 d
Gualdentonus, *O. Præd.* 414 e
Guallus, *Archidiac. Reomen.* 7 *sec.* 460 c, 464 e *ornat ecclesiam S. Amabilis.*
Guasconus *Ab. Florentiæ* 14 *sec.* 399 f
Guasconus (Jacobi) *O. Præd. Flor.* 14 *sec.* 397 a
Gubernalis (Constantius) 17 *sec. transfert corpus B. Gieli, Erem. Sellanen.* 249 f
Guccellus *de* Monfumo 14 *sec. nobil. Tarvis.* 369 f
Guccellus *de* Camino, *Toparcha Seravalli* 369 f
des Guerrois (Nicol.) *scriptor Hist. Trecen.* 467 a
Guifridus *de* Buxeto *Presb. Mediol. index Capitis S. Barnabæ* 448 f
Guillius *de* Pello, *Presb. Mediol.* 13 *sec.* 449 a
Guillius *de* Buxeto *O. Min. monstrat. caput S. Barnabæ Mediolani,* 449 a
Guillius Ultrianus *Minor.* 12 *sec.* 449 b
† Guindii *Ep. Conf. Reliquiæ Mauriaci* 111 f
Gundebadus *R. Burg. a R. Fr. Guntramno victus* 168 a
Gundulfus *Ep. Roffen.* 11 *sec. transfert corpus S. Ithamari Ep.* 291 e
Gunhildis Henrici 3 *uxor prima* 31 * d
Gunihelda *f. R. Daniæ, uxor Henrici Nigri* 297 d
† Guntramnus *R. Gundebadum R. Burg. fundit* 168 a b

H

Hadrianus 4 *ordinat S. Richardum Ep. Andrien.* 243 e
Hagulstaden. (Joannes) *scriptor Hist. Angl.* 134 f
corrigendus in numeris annorum *ibid.* f
Harderath, *frater B. Bardonis Ep. Mogunt.* 298 d
Hardecanutus *post Haroldum R. Angliæ,* 321 b
Helion, *Eques Mag. Ord. Hierosol. frater B. Rosselinæ,* 486 b, *ab ea servatus* 491 f
Helizarius, *Carthus. General.* 414 c
Helizo, *frater B. Bardonis Ep. Mogunt.* 298 d
† Henricus, *Imp. proavunculus S. Margaretæ R.* 321 a
Henricus 3 *Imp. sec.* 11 *Slavos domat.* 41 e, *deponit Ab. Fuldensem* 299 a
Henricus 4 *Imp. octennis puer patri succedit* 41 d
† Henricus *Solitarius Veronæ, cum Tarvisino confusus* 363 d
Henricus 3 *R. Fran.* 1577 *instituit Ord. S. Spiritus,* 30 b
Henricus *R. Angliæ, f. Mathildis Imp.* 333 c
Henricus *Princeps Poloniæ* 12 *sec.* 354 c
Henricus *f. David R. Scotiæ,* 12 *sec.* 333 b
Henricus *Ep. Eystett. sec.* 14 *Heinriedam muris cingit* 38 f
Henricus *Ep. Divion. sec.* 17 *approbat Reliquiam S. Medardi Divione allatam* 103 a
Henricus de Maupas *Ep. Podien.* 17 *sec. recognoscit Reliquias Capellæ S. Medardi in Velaunis* 104 b
Henricus 3 *Niger dictus, imperat.* 31 * a
Henricus Wintoniæ *Ep. Leg. Apost.* 12 *sec. patruus S. Willielmi Eborac. frater Stephani R. Angl.* 136 c
Henricus de Coilli *Ab. Cadomen. nepos Stephani R. Angliæ* 12 *sec.* 136 c
Henricus *Ab. in Hassia sec.* 12 *transfert* 4 *Ursulanas,* 52 e
Henricus Murdac, *O. C. Ab. Fontanus, pro S. Willielmo ordinatur Ep. Eborac.* 136 c, *moritur,* 139 e
Henricus de Noa 14 *sec. Decanus, Trecen. fundat festum S. Syriæ* 64 b
Henricus Delfinus, *fil. Francisci I. R. Franc.* 66 f
Hennequin (Odardus) *sec.* 15 *Offic. Trec. elevat Reliquias S. Syriæ* 64 d
Heraclidis Paradisus, *an idem qui Historia Lausiaca Palladii?* 7 b
Heraclius *M. Nicææ in Bithynia* 150 c
Herbertus *Ab. Ramesejen. in Anglia* 284 c
Herbertus *Com. pater S. Wilielmi Eborac.* 135 c
Herici, *Mon. Autissiodor. error circa S. Censurium Episc.* 274 c
Hermogenes *Mag. milit.* 4 *sec. occisus CP.* 17 d
Hermannus, *Dux Alemanniæ,* 11 *sec.* 302 b
Hermannus, *sec.* 11 *fil. Bernardi D. Saxon.* 41 e
Hermannus, *Ep. Atrebat.* 17 *sec.* 335 d
Heroldus *R. Angliæ* 11 *sec.* 319 d
† Hilarius *Ep. Pict. instructor, S. Troeciæ V.* 177 e
Hilarius I *Ep. Veromanduorum,* 51 b
Hilarius *Cicestren. Ep.* 12 *sec.* 139 b
Hildebrandus, *Ep. Pistorien.* 12 *seculo, fidelis Ecclesiæ* 43 c
Hildericus, *Ab. in Samnio* 414 b
Hilduinus *Ab. SS. Dionysii et Medardi, Archicapellanus* 6 *sec.* 45 e
Hingutanus *sec.* 7 *Ep. Veneten.* 36 d
Honorius Papa I, *suadet Scotis Cath. Pascha* 190 d, *pro Monachis substituit Canonicos Reg. ad S. Petri in Cœlo-aureo Papiæ* 43 d

† Honorius *Ep. Cantuar. ordinat S. Ithamarum Ep. Roffen.* 291 b
Honorius a Monte Granario, *Capuc. Bononiæ* 16 *sec.* 52 c
Hor *Ab.* 5 *sec. in Ægypto, mire humilis* 67 b, *sed Origenista,* 67 e
Hosius *Ep. Corduben.* 4 *sec.* 20 f
Huctrel (Franciscus) *sec.* 17 *Regius Advocatus Monstrolii* 33 d
† Hugo 12 *sec. Ep. Gratianopolitanus fidelis Ecclesiæ* 45 c, 485 d, *apparet S. Rosselinæ morienti* 491 a
† Hugo *Ep. Lincolnien. apparet in obitu eidem S. Rosselinæ* 491 a
Hugo, *filius Caroli Magni, Abbas S. Medardi* 75 f
Hugo Magnus, *Franc. et Burg. Dux,* 10 *sec. an transtulerit corpus S. Ebremundi Ab.?* 282
Hugo *Ab. Marchianen.* 12 *sec.* 414 b
Hugones *tres, Domini Brecarum in Tricassibus,* 12 *et* 17 *sec.* 468 a
Hunnericus *R. Wandalorum, persecutor* 178 c
Hussitarum *hæresis,* 406 d
† Hyacinthus *flumen in pallio transit.* 343 e

I

Ida, *soror B. Aleydis Scharembekanæ,* 13 *sec.* 474 f
» India *Ab. Cellam-Robaudi Carthusianis tradit.* 488 e
Innocentius II *PP. Astæ excipitur a S. Landulfo Ep.* 45 f, *dedicat basilicam S. Medardi* 76 b, *examinat electionem S. Willielmi Eborac.* 136 f
Innocentius X *concedit Indulg. ad caput S. Margaritæ Reginæ* 335 f
Innocentius XI *transfert festum S. Margaritæ* 316 c
Innocentius XII *festum S. Margaritæ restituit priori cultui* 316 c
† Inthius, *cognatus S. Yvonis Persæ* 284 f
Isabella, *uxor Philippi D. Burg. an.* 1411, *visitat corpus S. Wlflagii* 30 a
Ischyras Mareoticus, *Ep. Arianus* 414 e
Isidorus Xenodochus *ex S. Antonio discit passionem S. Potamianæ* 6 f, 7 a

J

Jacobillus (Ludov.) *scribit Vitam B. Gioli Sellanensis* 251
Jacobus II *R. Angliæ,* 17 *sec.* 333 d
Jacobus de Nuchezes *Ep. Lingon. et Ab. S. Stephani Divion. sec.* 17 *annuit Reliq. S. Medardi donari Capitulo Divion.* 99 b
Jacobus Arminius *Monforte, pater B. Joannis de Avellino Minor.* 13 *sec.* 483 b
† Jacobus Gerii *O. Camald.* 14 *sec.* 255 c
Jacobus de Daniele, *Vicar. Patr. Ven.* 15 *sec.* 23 d
Jacobus de Camerata, *O. Min.* 16 *sec.* 147 e
Jacobus a Laude *Ord. Min.* 1226 *Assisii* 3 d
Jacobus Valentiæ, 13 *sec. O. Minor.* 414 e
Jaffanus (Andreas) *O. Prædic. Flor.* 14 *sec.* 397 a
Jansius, *Castellan. Posnanien.* 13 *sec.* 355 b
Jebusæi, *in Cyprum traducti* 430 e
† Joachimus *Ab. an de B. Jo. Dominici Prophetarit* 401 b
Joanna, *uxor Alexandri III R. Scotiæ* 334 d
† Joanna *vel* Diana Carthusiana *amita B. Rosselinæ* 486 e, 488 f
Joanna de S. Catharina, *O. Præd. Duaci* 17 *sec.* 51 f
† Joannes Evang. *de eo egregius sermo B. Bardonis Ep. Mogunt.* 304 f. *an sponsus in Cana?* 307 d
† Joannes Marcus, *non scripsit Periodos S. Barnabæ* 416 f
† Joannes Eleemos. *Ep. Alexandr.* 4 f
Joanni Papæ III *affictum Privileg. pro monasterio S. Medardi* 74 d
Joannes PP. IV *suadet Scotis Cathol. Pascha* 189 e
Joannes XXIII *eligitur* 406 b, *deponitur* 409 *moritur.*
Joannes, *Ep. Cypri* 7 *sec. transfert Sedem* 448 c
Joannes Rex Scotiæ, 12 *sec.* 333 d
† Joannes Gualbertus *oppugnat hæreses* 350 e
Joannes Bonifacius *describit mirac. B. Henrici Bolcenen.* 14 *sec.* 363 e
Joannes Crochet *Canon. Noviom. sec.* 17, *mediator obtinendæ Divione Reliquiæ S. Medardi* 101 d
Joannes Nonantulanus 12 *sec. scribit Vitam S. Fortunati Ep. Fanen.* 105 f
Joannes I Archiep. Guesn. *avunc. S. Bogumili* 338 a *alias* Janicus 343 f
Joannes Roffen. Ep. 12 *sec. a S. Ithamaro Ep. sanatus* 292 a
Joannes Juvenis *Ep. Morin.* 1435 *transfert corpus S. Wlflagii* 32 d
Joannes Anglus, *Ep. Eliensis* 13 *sec.* 146 c
Joannes Scotus, *Ep. Aldinburg.* 11 *sec.* 41 b
Joannes *Ab. S. Bartholomæi, Andriæ* 12 *sec.* 242 e
† Joannes Beverlac. *apparet cum S. Willielmo Eboracensi* 143 f
Joannes *O. Cist. sec.* 12 *ex Ab. de Fontibus Ep. in Anglia* 51 e
Joannes ab Ischitella, *Ord. Min.* 16 *sec.* 260 a
Joannes *Ab. Grandis prati Ord. Cist.* 147 e
Joannes Caroli *Florent. Ord. Prædic. scribit Vitam B. Joannis Dominici* 388 c
Joannes Angelicus, *Florent. Pictor Ord. Præd.* 389 c
Joann. Petri, *Pictor Ord. Præd.* 15 *sec.* 389 e
Joannes a S. Maria M. *Mexici Ord. Min.* 147 e
Joannes a Perpiniano, *Ord. Min.* 16 *sec.* 260 a
† Joannis Plebani *corpus Venetiis* 23 b
Joannes, *Mon. Bertinien.* 10 *sec.* 259 e
Joannes Chanonius *O. B. in Monte-ferrato* 16 *seculo* 51 e
Joannes Valentinus, 13 *sec. Ord. Minor.* 414 e
Joannes Petri *Erem. Aug. Sacellanus Papæ* 387 b
Jogenanus *Presb. apud Pictos* 213 b
† Jordanus II *Gen. Ord. Præd.* 360 b
Jordanus a Cypro *Ord. Præd. transfert corpus B. Dianæ* 16 *sec.* 361 f
Jordanus, *Concionator in Tuscia* 254 a
† Josephus Studita *Ep. Thessalon.* 134 d
Josephus Anchieta Soc. Jesu 147 e
Josselinus, *Ep. Arausionen.* 487 c
Judicki (Matthæus Jo.) *Præp. Gnesnen. satagit pro Canonizatione S. Bogumili Ep.* 336, 356 d
Judocus, *Laicus Confessor* 260 f
Julianus Apost., *obitus an Basilio revelatus* 176 a, *item aliis* 176 a, *capite damnat S. Julianum Ep. Prusæ* 271 c
† Julianus *Patron. Sezanen. in Tricass. quo die?* 468 b
Julianus Cortonen. 1449 *Ord. Min.* 3 e
Julius Papa, *Athanasii aliorumque Ep. ab Arianis expulsorum receptor et fautor* 18 b
Julius Papa, *tres misit litteras ad Eusebianos* 22 *

K

Kamkowski (Stanislaus) *Ep. Gnesn.* 356 d
† Kenelmus M. *in Anglia* 287 d
Kerbirga, *mater Giselæ Imperatr.* 302 b
Kieranus Ab. Clonen. *in Hibern.* 199 c
Knut *sive* Kanutus *Rex Daniæ* 40 a

L

L

Ladislaus R. *Neapol. Romam occupat* 403 b, *subtrahit se obedientiæ Gregorii VII* 391 d
† Laisranus Ab. *Hibern.* 204 e
Lambertus Ledrou (Petrus) *Erem. August. Sacellanus Pontif. Ep. Porphyriensis* 387 a
Lampaia, Lampadia, *ux. Imari Com. Divion.* 66 f
Landericus Ep. *Parisiensis* 290 e
Landulfus de Badagio, *electus Mediol.* 44 a
Laski (Joannes) *Ep. Gnesnen.* 347 b
† Laurentius Ep. Sipontinus, *an coævus Richardo Andriensi* 244 b
Laurentius a S. Martino 1505 *Ord. Min.* 3 e
† Laudus *Ep. Constantien. a S. Gildardo ordinatus* 68 e
† Lazarus, *Ep. Aquissextien.* 53 b
Leo Magnus Imp. *successor Marciani* 442 b
† Leo Papa IX, *visitat B. Bardonem ægrum* 312 d, *an etiam testis miraculorum defuncti? in Add.* 93 a 88 b
Leodebodus Presb. Bituricen. 133 a
Leonardus Tifernas, *Ord. Minor.* 414 e
Leonichidis Bituricen. *contracta, sanatur a S. Eustadiola* 133 d
Leopoldus, Austriæ Dux 386 b
Leslæus (Guil. Aloysius) Soc. Jesu, *scribit Vitam S. Margaritæ Reg.* 317 f
Lexveus, *frater fictitius S. Syræ* 66 a
Libicensium Comitum *in Polonia origo, a Poraio fratre S. Adalberti Ep. M.* 337 c
† Librarius, *discipulus S. Columbæ* 222 f
Licinius, *Consularis sub Hadriano* 263 a
† Ligorii M *Reliquiæ Venetiis* 23 d
Liprandus Presb. *S. Pauli in Compito, diœc. Mediol. pro ecclesia mutilatus* 44 c
Lintbertus Ab. *Hirsaugien.* 414 c
Lirus, *pater Martyrum 2 Gerunden.* 60 b
Livinus Brechtius Belga, *Ord. Minor.* 414 e
Loderingus Andalo, *Potestas Florent.* 362 f
Lubienski (Mathias) *Archiep. Gnesn.* 339 f 353 d
Lucas *ex Ord. Humiliatorum, Card.* 403 b
Luchardis *Princ. Polon. jussu mariti strangulata* 356 e
† Luciani M. *discipula S. Pelagia V. M.* 157 e
Lucianus Presbyter, *in Africa* 265 a
Lucidus, Presbyter *Ticinen.* 43 d
Lucius Papa II, *Pallium mitit S. Willielmo Eboracen.* 138 e
Lucius Ep. *Hadrianopolit. pulsus ob fidem* 18 a
Ludgard, *Matrona devota ex Krantzio* 3 a
Ludovicus Pius Imp. *petit corpus S. Gildardi* 68 f *restaurat ecclesiam S. Medardi Suession.* 76 a, *transfert Reliquias S. Sebastiani* 25 e
Ludovicus Bavarus Imp. *adest elevationi S. Deocari Ab.* 39 a
† Ludovicus Rex Franciæ 477 e
Ludovicus Rex Ungariæ 386 b
Ludovicus Dux Borbonii, *interest translationi S. Landerici Ep. Parisiensis* 291 a
Ludovici tres *Catalaun. Epp. primi castitas* 492 c
Ludovicus Ep. Trecen. 64 d
Ludovicus de Ponte S. J. *Confessarius Ven. Marinæ de Escobar, scribit ejus Vitam* 147 f
Luitaldus *B. Bardonis successor* 31 * e
de Lumbres (Antonius) *Regius Locumtenens Monstrolii* 33 d
Luydmandus *Mon. Fuldæ, cui revelata B. Bardonis gloria* 313 b
Luitprandus R. Longobard. *S. Cumiano Epitaphium ponit.* 241 b, *condit monasterium S. Petri* 43 d

M

Machæotha *seu* Machabæus R. Scotiæ 321 e
Macedonius *adhuc* Diac. C. P. *designatus Patriarcha, intrusus, deinde hæresiarcha* 15 a, 16
Macedonius Cilix, *Arianus an.* 347, *missus ad Synodum Mediolan.* 19 e
Maciejowski (Bernardus) *Ep. Gnesnen.* 356 c
† Macnissius *Ep. Conderen. in Hibern.* 25 f
Malabayla (Philippus) *auctor vitæ S. Landulfi Ep. Astensis* 43 a
Malatesta (Carolus) *Dominus Arimini* 408 a
Malcolmus, *nepos Davidis Reg. Scotiæ* 333 c
Maldetus (Jo.) Ep. Antuerp. 17 *sec.* 374 a
Malvenda (Thomas) *Ord. Præd. historiographus scribit vitam B. Dianæ* 358 a
Mametus, *seu* Mamertus Diac. *socius S. Austremonii* 53 b, 114 d
Mansuetus, *frater fictitius S. Syriæ* 66 a
Marcellus Ancyræ Ep. *ob fidem pulsus* 18 a
Marcianus in Ægypto, *an Martyr?* 51 a
† Marcolinus Forolivien. *Ord. Præd. vitam ejus scripsit B. Joan. Dominici* 392 b
Marcus, Ep. Syrus Arianus, *legatus ad Constantem Imp.* 18 c
Margarita R. Scotiæ, *mater fictitia S. Syræ* 66 a
Margarita V. Carthus. *neptis S. Rosselinæ* 491 c
Margarita V. Cisterc. 259 f
Maria, Mater Joannis-Marci, *Christi hospita* 434 b
Maria filia S. Margaritæ *ux. Eustachii Bonon.* 333 a
Maria, *Mon. Vallencuriæ, Ord. Cisterc.* 259 f
Maria, *Ord. Min. in diœc. Granat.* 51 f
Maria a Toleto, *Ord. Minor. in Hisp.* 51 f
Maria Hispana 414 a
† Marianus Perbenedictus Ep. *Maturan. transfert corpora SS. Getulii et Soc.* 261 e
Marina de Escobar, *Virgo in Hispania* 147 f
Marinus Baduarius, *Patricius Venetus* 388 f
Maris *Arianus, Ep. Chalcedon.* 4 *sec.* 17 b
Marquardus, Patr. Aquileien. 14 *sec.* 386 b
Martha a S. Rosa, *scribit miracula B. Dianæ* 361 c
Martinus Ep. Posnanien. 12 *sec.* 345 e
Martyrius *Ep. Arian.* 342 *missus ad Synodum Mediolanen.* 19 e
Martyres *Cistercienses et Carthusiani, Zedelitzii sub Hussitis* 3 c
Masius (Joannes) *O. Præd. Flor.* 14 *sec.* 400 b
Mathildis *Imp. neptis S. Margaritæ R. Scot.* 323 c *ejus virtutes* 333 b
Mathildis, *ux. Davidis R. Scotiæ*, 12 *sec.* 333
Mathildis *R. Angliæ, filia S. Margaritæ Reg.* 323 c, *ejus virtutes* 332 f, *jubet scribi Vitam matris suæ Margaritæ* 316 e
Mathildis, *mater Stephani R. Angl.* 12 *sec.* 333 b
† Matthæi *Evangelium, repertum super capite S. Barnabæ Apost.* 417 b, 445 d, 447 c
† Mauctomeus *disc. S. Patricii, prophetat de S. Columba* 195 d, *aliis* Mauteus 196 b
† Maugina, *V. Hiberna*, 6 *sec.* 212 e
Mavias 7 *sec. Dux Saracen. invadit Cyprum* 448 b
† Mauritii *M. Reliquiæ in Velaunis* 104 a
Mauritius *Ep. Paris. transfert ossa S. Landerici Ep.* 12 *sec.* 290 f
Maurocenus (Franc) Capit. Padnæ 168
Maurus (Nicolaus) *edit Vitam B. Henrici Baucenensis* 363 f
Maxentius, *sublato Constante, Imp.* 4 *sec.* 22 c
Maximilla, *Senatrix in Africa* 3 *sec.* 267 f
† Maximinus, *Ep. Trevir.* 4 *sec.* 54 a
Maximinus, *sæpe positus pro* Maximiano *Imp.* 7 d

Maximus

Maximus, *Præses in Africa, 3 sec.* 265 b
Medardus *O. C. Ab. in Campania, 12 sec.* 51 e
Meginherus, *Præpositus Colon. 10 sec.* 279 a
Meinvercus, *Ep. Paderbonensis* 30 * f
Melania *senior, Vidua Romana* 52 f
Mehron, *Archimagus persecutor* 171 d
† Meletius Ep. Antioch. exulat. 176 a
Menardus (Claudius) *O. B. edit epistolam S. Barnabæ* 452 f
Mespledus *edidit vitam B. Floræ* 37 * c
Metaphrasti *male adscripta Vita S. Pauli C. P.* 13 c
† Michaelis *Archang. festum* 2 *apud Coptos* 4 b, *celebritas C P. in Sostenio* 148 d
Michael *Ep. Lingon.* 1524 *consecrat altaria ad S. Stephani Divione* 38 e
Michael Orenia S. J. *pertexit Vitam Ven. Marinæ de Escobar* 147 f
Miesco, *Poloniæ Dux, 12 sec. recipit Cistercienses* 345 e, *sævit in suos* 349 f
Milillus, *Præses Andriæ 15 sec.* 245 e
Mistiwoi, *Princeps Slavorum, avus S. Godescalci* 40 b
Molanus (Joan.) *ejus scripta quanti fecerit Card. Baronius* 42 a
† Molassius, *impedit S. Columbæ Abbatis peregrinationem* 194 d
Monganus, *sec.* 5 *nobilis Hibernus* 25 d
† Monulphus, *Ep. Traject. elevatus* 1623 11 a
Morellus, *Miles Anglus vincit Malcolmum R Scotiæ, 11 sec.* 318 b

N

Naitanus *R. Pictorum, recipit Cath. Pascha.* 190 f
Namphasius 51* e f, 54 * c
Narcissus, *Ep. Ciliæ Arianus, legatus ad Constantem Imp.* 18 c
Nardus a Monopoli *Ep. Ansanien. Visit. Apost. per Styriam et Carinthiam 17 sec.* 150 c
Nectardus, *pater S. Medardi Ep.* 80 a
Nectarius *Ep. CP. Orthod. 4 sec.* 22 a
Neri (Benedictus) *O Præd. 14 sec.* 397 a
de Nerlo (Girardus) *Notar. Tarvis. 14 sec.* 368
Nerones Imperatores *tres,* 416 d
Neubrigensis (Guil.) 12 *sec. scriptor Historiæ Anglorum* 134 f
Nicolaus III *ordinat Romæ Willielmum Ep. Eboracensem* 141 c
† Nicolaus Studita 9 *sec.* 134 a
Nicolaus *le* Fevre, *sec.* 17, *Presb. Ambian.* 33 f
Nicolaus *Com. Libicen. pater S. Bogumili* 337 c
Nicolaus Bartoli, *Vicarius Sellani, transfert corpus B. Gioli* 250 b
Norbertus *Ep. Podien. transfert corpus S. Marcellini Ep. Velaunen. sec.* 9 5 f
Normanni *Franciam vastant, exurunt monasterium S. Medardi Suession.* 95 d
† Nympha *V. M. Panormi in Sicilia* 292 c

O

Octavius Cajetanus S. J. *scribit Vitam S. Maximiani Episc. Syracusani* 238 c, *edit Vitam S. Olivæ V. M.* 293 a,
† Odo *Cluniac. non scripsit Vitam S. Marii Solitarii* 112 b
Odonellus *Princ. Hibern. scribit vitam S. Columbæ, plenam fabulis* 182 f
Onuphrius I Gener. Cœlestinorum 147 e
Ordelafus *Tarvisinus 12 sec. fautor Camaldulen.* 478 f
Ordulfus *sec.* 11 *fil. Bernardi, Dux Saxoniæ* 41 e
Orsus, *Ep. Olivet. Venetus, 9 sec.* 23 b

Osbertus *Archidiac. Eborac. 12 sec.* 140 e
Oswaldus *R. Angl. suadet Catholicum Pascha* 190 d *victoriam ei obtinet S. Columba* 197 d
† Oswaldus, *Ep. Eborac. 10 sec.* 286 f
Otho *Episc. Vapincen. 13 sec.* 488 b
Otto, *fil. Metislai Pr. Poloniæ, 12 sec.* 350 a 354 d
Otto Gallina, *nobilis Mediol. 13 sec.* 449 c
† Otto, *magister S. Bogumili, post Ep. Bamberg.* 337 d

P

Palæmon *Ab. in Abassia* 460
Pancratius *Aquileiæ, an Martyr?* 259 b
Pappulus, *decessor S. Arnulfi Ep. Meten.* 126 e
† Parisius *an Episc.* 2 *Curiensis in Helvetia?* 147 b
Paschalis II *Privilegium pro monasterio S. Petri Papiæ* 43 d
† Patiens *Ep. Autissiodor. curat scribi Vitam S. Germani* 275 b
† Patricius *Apost. Hibern. prophetat de S. Colmano* 25 d
† Paula *Reclusa Ord. Camald.* 253
† Paulianus, *Ep. Velaunorum, Sedem Anicii locat.* 5 a
† Paulinus *habet faventem sibi Damasum Papam* 88
Paulinus Flamma, *Prior Crucifer. Venet. 17 sec.* 23 d
† Pauli *Ap. gesta cum Barnaba: caput Romæ, non in Francia,* 22 d, 417 418
† Pauli *Episcopi apud Græcos varii* 22 c
Paulus *Ep. Constant.* 18* c
† Paulus *Ep. Rotomag. frater sui decessoris S. Heraclii* 70 f
Paulus *Presb. Persa, apostata* 171 d
† Pelagia Tarsensis *M.* 153 c, 155 a
† Pelagia *pœnitens.* 153 c, 155 a: *hujus videtur fuisse ecclesia CP.*
Peraghina *nobilis familia Patavii* 15 *seculo* 388 f
Petrarcha (Franc.) *solatur B. Bonaventuram in obitu fratris, et Bonaventura in ejus funere perorat* 388 d
Petrina *a* Castro, *O. Præd. 17 sec.* 414 e
Petron, *Castellanus Sandecen. 13 sec.* 355 b
Petrucia de Genazano *Augustiniana* 15 *sec.* 3 e
Petrus *Episc. Funen.* 8 *vel* 9 *sec.* 105 e
Petrus, *an* 6 *sec. Ep. Anagninus?* 74 d
Petrus Paulus, *Ep, Tarvis. 14 sec.* 363 e
Petrus *alius, ante an.* 1350 *Ep. Tarvisin.* 363 e
Petrus Leonis, *in Schismate* Anacletus II 45 b
Petrus II *Ep. Gnesnen. 12 sec.* 345 e
Petrus *de* Ordelmonte, *Ep. Paris. 15 sec. transfert corpus S. Landerici Ep.* 290 f
Petrus Dominicus Baonius *Ep. Tarvis. scribit Vitam B. Henrici* 363 e; *elevat ejus corpus* 386 b
Petrus Fullo, *hæreticus Ep. Antioch.* 442 b 443 f
Petrus, *Claravall. sub S. Bernardo* 259 f
Petrus de S. Zenone, *Presb. Tarvis. 14 sec.* 366 e
Petrus *discip. S. Roberti, fund. Cisterciensis* 3 d
Petrus Andalo, *Potestas Senen. 13 sec.* 362 f
Petrus Vinea, *Frederici Imp. Secretarius excæcatur* 350 b
Philagrius Vicarius, *testis strangulati ab Arianis S. Pauli CP.* 21 e
Philippa a Salo-major, *Ord. Minor.* 414 e
Philippus II *R. Hisp. transfert corpora SS. Margaretæ et Malcolmi RR. Scotiæ* 335 a
Philippus *Com. Flandriæ sec. 12 attestatur Reliquiis S. Basilii* 424 c

Philippus *Præf. Prætorii, persecutor Pauli CP.* 18 d
† Philostorgius *Ep. Brixien.* 4 *sec. vertit epistolam S. Barnabæ* 452 b
Piccini (Isabella) 17 *sec. sculpit effigiem B. Henrici* 365 b
de Pina (Ruys) *Chronol. Hisp.* 15 *sec.* 470 e
Piccius (Andreas) 15 *sec. fusor celebris* 75 b
Pisanus (Laurentius) *O. Præd.* 14 *sec.* 400 b
Placidus, *Ep. Andrien.* 14 *sec.* 242 f
Placidus, *Generalis Camaldul.* 12 *sec.* 478 e
† Platonis, *M. Reliquiæ Venetiis* 23 c
† Plato *Hegumenus Saccudæorum* 9 *sec.* 134 d
Porajus *fr. Adalberti Ep. M. familiam propagat apud Polonos* 337 b
† Prajectus *Arvern. Ep.* 7 *sec.* 463 f
Primævius, *an.* 6 *sec. Ep. Nursiæ?* 74 d
Primislaus *Princ. Poloniæ* 13 *sec. uxoricula* 354 d
Primolius *M. Nicææ in Bithynia* 51 b
† Primus *M. Rom. anno* 1667 *in Comensem diæc. translatus* 149 f
Priscus Thrax *vel* Panises, *scriptor* 237 e
† Proclus Archiep. CP. *auctor Trisagii* 442 c
Promotus, *Præses Numentii sub Dioclet.* 151 e
Protagia, *mater S. Medardi Ep.* 80 a
Protogenes, *Ep. Sardic. Orthod.* 4 *sec.* 21 a
† Prudentii M. *corpus Bezua Divionem translatum* 95 d
Puccinellus (Placidus) *O. B. edit Vitam et Epistolam S. Barnabæ* 448 f, 453 a

Q

Quatremarius (Robertus) *Ord. Ben. contra Launoyum, pro asserendo Privil. monasterii S. Medardi* 75 a
Quartus M. *Nicææ in Bithynia* 51 b

R

Radbodus Rex Frisiæ, *an Comes Rhenen.* 160 f
Radbodus Ep. *scribit Vitam S. Medardi* 73 c
† Radegundis Reg Franc. *velatur a S. Medardo* 91 c
Radulfus Nuel *Ep. Orcadum,* 12 *sec.* 137 b
Radulphus Faventinus, *Ord. Præd.* 359 c
Radzinus, *sive* Gaudentius, *frater S. Adalberti Pragæ* 337 b
Raginfredus *Presb. Reomaen.* 11 *sec.* 465 c
† Rainaldus Porcelletti *Ep. Dinien. consobr. B. Rosselinæ* 486 c
Raimirus, *seu* Reinerus *Ord. Minor.* 147 d
Raynerus, *Prior Claræ-vallis* 414 c
Randenradia (Joanna) *V. devota* 17 *sec.* 160 c
Raphael Ba lius *Ord. Præd. Florentiæ* 389 a
Raphaela Ybarra, *Ord. Carm.* 414 f
Ratibor, Princeps Wagriæ, 11 *sec.* 40 e
† Reginaldus Ord. Præd. *concionatus Bononiæ* 359 a
Reginildis Monacha, *Coloniæ sanata* 277 f
† Remaclus Ep. Traject. *S. Trudonis amicus* 128 d
† Remigius Ep. Rem. *consecrat S. Medardum* 90 b
Ricius (Joan) *Presbyter Tarvis.* 366 e
Richardus Dux Normanniæ, *socer Ethelredi Regis Angliæ* 318 f, 324 e
Richardus Prior Eborac. *fund. mon. Fontani* 47 c
Richardus Ab. Fulden. 11 *sec.* 300 b, 303 c 88 e
Richardus Chambellan 1488, *Ab. S. Stephani Divione restaurat ruinam ecclesiæ* 98 d e
Richardus Ab. de FontibusO. C. *adversatur S. Willielmo Eborac.* 136 f
Richardus Dux 899, *profligat Normannos* 67 f
Rigan. *an.* 1101 *Dromoren. Ep.* 24 f
† Rigoberti, *Ep. Remen. Translatio* 258 c
Robertus R. Scotiæ 12 *sec.* 333 d
Robertus Com. Normanniæ, *frater Willielmi Regis Angliæ* 322 b
Robertus Moltay, *Dux Northumbriæ* 318 b
Robertus Prior Hagulstalden. *adversarius S. Wilhelmi Eborac.* 136 f
Robertus Cancellarius Angliæ, 12 *sec.* 138 f
Robæus (Jo.) *S. J. transfert caput S. Margaritæ* 335 d
Robertus de Baubigneyo *Ab. S. Stephani Divione transfert* 1392 *corpus S. Medardi* 97 f, *postea Ab. S. Pauli ibid.* 98 a
Robertus de Romain Archidiac. Noviom. *excipit Reliquiam S. Medardi Divione allatam* 102 e
Robingus Ab. Fulden. 11 *sec.* 312 b
Rocco Ep. Bituric. *sepelit S. Eustadiolam* 133 a
Rodericus *fil. Tothail R. in Hib.* 6 *sec.* 201 f
Rogerius Rex Siciliæ, *cognatus et hospes S. Willelmi Eborac.* 138 f
Rogerius Ep. Cannen. *forte* 10 *sec.* 244 c
Rogerius Ep. Frequentinus *scribit Vitam B. Joannis de Avellino* 482 c
Rogerius Archidiac. Cantuar. *S. Wilhelmo Eborac. successurus prædicitur* 140 b
Romana *Abb. S. Laurentii Venet.* 9 *sec.* 23 b
† Romanus, *socius S. Yvonis Persæ* 284 f
† Romualdus *Camaldulensium fundator oppugnat hæreses* 350 e
† Rosaliæ *corpus inventum Panormi* 294 f
Roverii, *Nicolaus et Antonius Nobiles Tarvis.* 369 f
Rudolfus *Abbas Herveldensis* 30* d
Ruello, *Ord. Min.* 1562 *sub Hugonottis* 3 e
Ruffinus, *Persecutor Christianorum Gerundæ* 61 d

S

Sabinianus, *an.* 6 *sec. Ep. Tudertinus?* 74 e
† Sabinus *Ep. Canusinus, an coævus Richardo Andriensi?* 244 b
Sabinus, Historicus Arianus, *multa in sectæ favorem commentus* 15 c
† Sabinus *Diac. in Orientem legatus a Damaso, dein Ep. Placentinus* 88 b
de Sabran Elzearius, *avus maternus B. Rosselinæ,* 486 c Beatrix, *mater B. Rosselinæ* 486 a, Gerarda 13 *sec. Abb. Clariss.* 486 f
Salamon *R. Hungariæ non fuit avus S. Margaretæ R. Scotiæ* 320 f
Salamonius (Castellanus) 14 *sec. Ep. Tarvis.* 364 f
Salonius *ep. Ebredunensis* 51 * e
Sampson *suicida excusatus a S. Augustino* 157 b
Sapor *R. Persidis, persecutor* 170 e
Saraceni, *quando Africa et Sicilia potiti* 293 c
† Savinianus *M. Trecen. ad ejus sepulcrum illuminata S. Syria cæca* 63 c
Sbylutus, *fund. monast. O. C. in Polonia* 345 f
de la Scala (Albertus) *Dominus Veronæ* 13 *sec.* 369 e
de la Scala (Canis) 14 *sec. Tarvisium obsidet* 369 d
Scaliger (Joseph) *perperam arguit S. Gregorium Turonen.* 168 e
Schonlebius (Jo. Ludovic.) *Archidiac. Carnioliæ et scriptor.* 150 a
† Sebastiani *M. Corpus Divione in Burgun.* 95 e

Segianus, *Presb. Scotus, 7 sec.* 259 c
Segineus *Ab. Hien. 7 sec.* 197 f
Serenus *Ep. an. 450 in Belgium attulit Reliq. S. Stephani Hierosolymis* 2 f
Sergii *M. exceptio Rel.* 2 e
Sergius II *donat Ep. Mediolan. corpora SS. Primi et Feliciani MM.* 149 a
Severinus *M. ejus reliquiæ Bononiæ* 51 b
Severinus *Ep. Catanen. ex Actis S. Agrippinæ* 52 b
Severinus *Ab. Eborac. 12 sec.* 137 b
† Servatii *Ep. Tongr. cineres elevati,* 11 a
† Sidonius Apollin. *scribit S. Censurio Autissiodor. et de S. Agricio* 278 e
Sigebertus *R. Franc. Austras. devotus S. Medardo* 72 b, 79 d; *ejus obitus et sepultura* 81 f, *in ecclesia a se condita* 91 a 94 f
Sigismundus *Imp. auctor Concilii Constantiensis,* 406 e
Silvanus Rassius *Ab. transfert 16 sec. trium Beatorum corpora Florentiæ* 252 b
Silvanus, *Tarsen. Ep. orthod. 4 sec.* 90 e
Silvester, *socius S Palladii* 415 a
† Silvini *Ep. Teruan. corpus translatum Divionem in Burgundia* 95 c
Simon *de* Cascia, *Ord. August. 14 sec.* 254 d
Simplicius, *an sub Joanne 3 S. R. E. Notarius* 74 d
† Siricius *Ep. Cantuar.* 287 d
† Sithius, *nepos S. Yvonis Persæ* 284 f
Siwardus Dux Northumbriæ, 11 *sec.* 321 e
† Sixtus Papa I, *baptizat S. Getulium etc.* 262 f
Sostratus *M. Niceæ in Bithynia,* 51 b
Spinalus, *Ep. Trevirensis,* 415 b
Sprowski (Joannes) 15 *sec. Ep. Gnesn.* 355 f
Statius (Leonardus) *Florentinus in Constantiensis Concilio* 409 a
† Stephanus Papa *Pippinum R. Franciæ benedicit* 127 b
† Stephanus avus *S. Margaretæ* 321 a
Stephanus *R. Angliæ 12 sec.* 333 b, *avunculus S. Willelmi Eboracen.* 135 c
Stephani *septem Ep. Arverniæ, quis dedicarit ecclesiam S. Marii* 125 a
Stephanus *Arvern. Ep. 11 sec.* 465 b
Stephanus Presb. *baptizat 4 Martyres Gerunden. eorumque parentes* 60 c, 62 a
Stephanus *Mon. ad S. Pantaleon Colon. 10 sec. scribit inventionem S. Maurini Ab. M.* 276 c
Stephanus Willielmus, *Com. Bonon. 12 sec.* 333 c
Stephanus et Lia conjuges, *eorumque filii Martyres, in Lucania sub Saracenis, Baronio suspectis* 2 e
Strozzi (Alexius) *O. Præd. Flor. 14 sec.* 397 a
Stubs, (Thomas) 14 *seculo scribit gesta Epp. Eborac.* 135 b
Sueno R. Daniæ, *socer S. Godeschalci M.* 40 f
Suitgerus *Episc. Bambergensis* 31 * a
† Sulpitius *Ep. Bituric. 7 sec.* 131 f
Sutelius, *an 6 sec. Burdigalæ Ep.* 74 e
† Symphorosa, *cum 7 filiis, ux. S. Getulii M.* 261 c
Symphorianus *Familiaris S. Willielmi Eborac.* 141 b
Syncletica *unxit Corpus S. Sebastianæ* 13 * d
† Syra, *soror S. Fiacrii in Campania G.* 52 e
† Syra, *soror S. Fiacrii in diœc. Melden.* 64 a
Syritha, *uxor S. Godescalci M.* 40 f
Syrus, *pater 2 Martyrum Gerunden.* 60 b

T

Tagmo, *Archiep. 2 Magdeburg.* 147 a
Tassus Andrien. *indicat corpus S. Richardi Ep. 15 sec.* 245 c
Tetza, *avia B. Jo. Dominici Card.* 396 c
Theobaldus *Ep. Cantuar. 12 sec.* 137 b
Theocus Presb. *Noviomi* 3 a
Theodebertus Rex Franc. 6 *sec.* 81 f 85 e
Theoderamnus *contractus, sanatus a S. Eustadiola* 133 d
Theodoricus, *Mon. Dunelmen. scribit vitam S. Margaritæ* 316 e
Theodoricus de Apoldia, *scribit Vitam S. Dominici 13 sec.* 361 a
Theodorus, *Heracleæ in Thracia Ep. Arianus 4 sec.* 16 b 17 b
Theodorus Studita Conf. 9 *sec.* 133 c
Theodosius Imp. *refert C. P. corpus S. Pauli Ep.* 22 c
Theodosius *Ep. Autissiodor. 6 sec.* 275 a
Theodotus, *pater S. Canidis Reclusi,* 274 a
Theognis *Arianus, Ep. Nicæn. 4 sec.* 17 b
Theophano, *mater S. Canidis Reclusi,* 274 a
Thetradius, *filius S. Eustatiolæ Abb. 7 sec.* 131
Thiedo, *an. Ep. Colon. 10 sec.* 280 e
Thietarus *Ep. Hildesheimensis* 31 * a
† Thomas Cant. *apparens mutum curandum mittit ad S. Robertum Ab.* 48 d. *Adventus Reliqu. Paderborn.* 4 e
Thomas Donatus *Patr. Venet 15 sec.* 23 d
Thomas du Prat Ep. Claromont. *sec. 16 trium Collegiorum S. J. fundator* 113 c
Thomas, *Electus Lincoln. curat Translationem S. Hugonis Ep. Decessoris* 141 d
Thomasina *de* Capua, *mater B. Joan. de Avellino Minor.* 483 c
Thurstinus *Ep. Eborac. 12 sec. moritur* 136 c
Tiberius, *an 6 sec. Ep. Silvæ-candidæ?* 74 e
† Tiburtii *M. Reliquiæ Autissiodori* 275 d
† Timotheus Studita *Conf. 9 sec.* 134 d
† Titianus *Ep. Tarvisinus 5 sec.* 178 e
Torethus Comes, *socer Ethelred. R. Angl.* 318 f, 325 f
Tozalius (Joannes) *Ord. Min.* 3 e
Trajanus *Imperator* 6 * a
Triduana, *soror fictitia S. Syriæ,* 66 a
Trithemius, *Ab. correctus in S. Deocaro* 39 d
Trithemius *B. Bardonem laudat* 28 * d
† Trudo, *discipulus S. Clodulfi* 128 c
Trugellus, *Ab. in diœc. Cordub. 9 sec.* 37 b
Tuda Ep. Nortumbr. *promovet Cath. Pascha* 190 f
Turgotus Ab. *Dunelm. et post Episc. S. Andreæ in Scotia 12 sec. an scripsit Vitam S. Margaritæ Reg.* 316 f, 317 b

U

Uchanski (Jacobus) 16 *sec. Ep. Gnesn.* 356 a
Udelricus Ep. Rem. 10 *sec. fundat Prioratum S. Chlotulphi* 126 a
Ugolinus Card. Ostien. 13 *sec.* 360 d
Urbani VI Papæ *electio* 402 b; *verus ejusdem Pontificatus* 404 a
Urraca *O. Cisterc, fundatrix Mon. S. Mariæ de Carnis in Hisp.* 3 d
Ursacius *Arianus, Ep. Singidun. 4 sec.* 17 b
†† Ursulanæ quatuor *translatæ 12 sec. in Hassiam* 52 e
Ursus Episc. Autissiodor. 6 *sec,* 275
† Ursus Ep. Fanen. *corpus junctum corpori S. Fortunati Ep.* 109 a
Usserius (Jac.) *edere parat Epistolam S. Barnabæ* 452 e
Uto, *Princ. Slavorum, pater S. Godescalci M.* 40 c

V

Valens (Arianus), *Ep. Mursæ 4 sec.* 17 b

Valentio

† Valentio Ab. *Romæ*, 6 *sec.* 239 e
Valentius, Presb. *in Prov. Valeriæ* 3 c
† Valentinus, *Ep. M. an Treviris sec. 3?* 10 d
Valerianus Præses in Sicilia *sub Dioclet.* 102 b
Valerius (Maximus,) *Procons. Africæ*, 3 *sec.* 265 a
Varagrata *familia Astæ, ex hac S. Landulfus Ep.* 43 c
le Vasseur (Leo) *historiographus O. Carthus.* 485 a
Venantius, *Ep. Conf. loci incerti* 2 e
† Venantius Fortunatus, *versu et prosa scribit Vitam S. Medardi Ep.* 72 e; *obiit initio* 6 *sec. ibid.* c, *Episcopus Pictav.* 82 b, *ejus scripta ib.* d, *ejus carmina de ecclesia S. Vincentii Aginnen.* 167 a b
Vendemanus, Vendemarius, *vel* Vendramus, *quis?* 377 b
Vernerus, *Placent. Ep.* 12. *sec. pro ecclesia cæsus* 349 a
Ventura Veronen. Prior, *O. Prædicat. Bononiæ* 13 *sec.* 359 d
Victorius *Dux in Arvern.* 5 *sec.* 465 d
Villanovanæ familiæ *proceres in Provincia* 485 f, (Antonius) 17 *sec. Marchio Transii* 494 e (Franciscus) *O. Min. Obs. scriptor. de S. Rosselina* 17 *sec* 484 c; Gaspar, *pater B. Rosselinæ* 486 a Ludovicus) 16 *sec. magnus Marchio Transii* 493 d (Romæus) *Aragonius, familiæ in Provinciam transgressæ caput* 486 a
Vincentius, *Arcarius Numerorum sub Adriano* 263 b
Vincentius 14 *sec.* Eremita *in Tuscia* 254 b
† Vincentius Ferrerius, *prædicit concionaturum S. Antonium Patav. elevatio* 400
Vincentius Hungarus. *O. Prædic.* 13 *sec.* 359 d
Vincentius Nolfi 1641 *edit Vitas 4 Protectorum Fani* 105 e
Vincentius in India, *O. Minor.* 16 *sec.* 424 c
Vislaus Ep. Vladislavien. *in Polon.* 12 *sec.* 346 a
Virgnous, *S. Columbæ familiaris*, 6 *sec.* 229 d, 232 c
Vitalis, *an* 6 *sec. Ep. Vesomion.?* 74 e
De Vitriaco (Jacobus) *Ep. Prænest. elevat. Reliquias S. Medardi* 77 c
Vladislaus *Princeps Poloniæ* 12 *sec.* 354 d
Vossius (Isaacus) *edit epistolam S. Barnabæ* 452 c

W

Walger (Danus) *servat liberos Egdari R.* 321
Wallevus *Prior de Kirkaham O. C. adversarius S. Willielmi Eborac.* 136 f
Walo, Ludovici *Pii Imp domesticus*, 131 a
Walterus *Archidiac. Londin. adversarius S. Willielmi Eborac.* 136 e
Warimbertus, *Ep. Suess. injurius monasterio S. Medardi*, 85 f: *ejus dira mors* 93 e
† Werenfridus, *Subdiac. S. Willebrordi*, 161 e
† Wilfridus *Ep. Eborac. defendit Catholicum Pascha* 189 c
Willa Presb. *coævus S. Medardo Ep.* 81 a f
Wilhelmus, *Decanus Ebor. dein. Episc. Dunelm.* 12 *sec.* 137 a
Willielmus *Dux Norm. Conquæstor Angliæ*, 319 e
Willielmus *Dux Andriæ* 15 *sec.* 245 e
Willielmus, *fr. Henrici R. Angliæ* 12 *sec.* 333 e
Willielmus Com. Eborac. 12 *sec.* 136 a
Willielmus Com. Hollandiæ *Imp.* 475 f
Willielmus, *nep. Davidis R. Scotiæ* 333 c
Willielmus, *Toparcha de Ysendorn.* 14 *sec.* 161 b
Willielmus Wykwane Ep. Eborac. *elevat corpus decessoris sui S. Wilielmi et moritur* 13 *sec.* 141 e
Willielmus Ab. Rieval. *O. C. adversarius S. Willielmi Eborac.* 12 *sec.* 136 f
Willelmus *Ab. de Sulleyvo, O. C.* 12 *sec.* 355 b
Willielmus *de* Mota, 27 *Gener. Carthusiæ* 51 e
Willelmus Valentiæ, 13 *sec. O. Min.* 414 e
† Wlfeodus Ep. Bituric. 9 *sec.* 131 b
Wolfangus, *Ep. Ratisponensis* 128 a
Wolvereda Abb. *Coloniæ* 10 *sec.* 278 b

Y

Ysmarus *Com. Divion. transfert corpus S. Medardi* 96 a

Z

Zacharias, *an Martyr Aquileiæ?* 259 b
Zajesus, *Monachus Habessinus*, 259 c
Zdislaus, Ep. Gnesnen. 12 *sec.* 348 a
† Zenas, *discip. S. Pauli*, 261 a
Zeno Imp. *hæreseos fautor*, 441 f
Zenobius, *Mon. Camald. scribit Vitam B. Silvestri Conversi* 252 f
Zundelbier (Walterus) *Vicar. in Rhenen.* 14 *sec.* 161 d

INDEX
TOPOGRAPHICUS

Continens nomina provinciarum, civitatum, locorum, per hujus Tomi Sanctos, aut eorum occasione specialius illustratorum, aut alias notatu digniorum.

A

Abassia R. Africæ. *SS. Botalzunus , Palæmon , Garuma, Abbates* 460 a. *Ibidem Rex Theodorus. Populus* Habessini 129 b
Achadbo *in Hib. monast. S. Cainechi* 213 e
Aconesia *Ins. prope Ciliciam* 430 b
Ægyptus, *Marcianus et Jocundus MM.* 55 b *Ptolomæus et socii MM.* 57 b; *S. Athre Ab.* 13 *sec.* 67 a
Africa, *Paulus et socii MM.* 6 e ; *Victurus et socii,* 3 a. *Januaria et* 4 *Socii MM.* 58 b
Agaunum *civ. Sabaud. ecclesiæ istic persecutiones variæ* 104 d
Aginnum *civ. Aquit. S. Vincentius M.* 163
Airtragum ins. Scotiæ 223 b
Albia, *hodierna Scotia* 206 f
Albynythy *in Anglia* 320 b
Aldinburg *civ. Slaviæ* 41 b
Aldovilla *diœc. Sagien. in Norman.* 283 b
Aldeldeville, Altavilla *diœc. Moguntinæ* 311 e f
Alewyk *in Northumbriæ, cæsus R. Malcolmus* 322 d
Alexandria Ægypti, *Potamiœnæ Junior V. M.* 6 f *Maximus Presb. M.* 168
Alvianum in Umbria, *an patria B. Jo. O. Min,* 482 a
Alvus *an* Silvus? *urbs Istriæ* 206 c
Amathus, *nunc* Limisso *Cypri civ.* 430 d
Aradii, *al.* Dalaradii *in Hibern.* 25 d
Anchialus *ad oram Ponti et ostium Ergini fluminis* 10 * e
Ancyra Galatiæ urbs *corpus S. Pauli CP.* 22 c
Andria civ. Apuliæ *Episc. S. Richardus* 12 *sec.* 242 b, 245 b , *pro hac male sumpta alia in Thracia* 242 c
Annoale *castr. dit. Tarvisinæ* 369 f
Antemurium *opp. Ciliciæ* 430 b
Anthiochia civ. Syriæ , *S. Pelagia V. M.* 153 ; *Theophanes Reclusus, Pansemne pænitens* 272
Antuerpia civ. Belgii. *Ven. Annæ a S. Bartholomæo precibus liberata* 3 f
Aquæ-Sextiæ in Gallia, *S. Maximus vel Maximinus, aliique primi Episcopi* 53 a
Aquileia civ. Italiæ, *MM. Felix et Fortunatus* 455, *item Emeritus et socii* 458
Arcadiopolis, *ab Arcadio, Theodosii filio appellata, prius* Bergula *dicta* 10 * f
Arcus *cast. Prov. patria S. Rosselinæ* 490 a
Arnhem opp. Hollandiæ 165 a
Armilata, Guadalmellato *fl. Bæticæ* 37 c
Asa in Perside, *Virgines quinque MM.* 170 f
Asillum *castr. dit. Tarvis.* 371 a
Asta civ. Insubriæ, *Ep. S. Landulfus, Henrico* 4 *Imp. Schismatico resistit* 45 a
Astigis *nunc* Ecija civ. Hisp. *patria S. Petri M. e S. Walabonsi M.* 37 a
Attipiacum *an* Attichiacum *diœc. Suession. ?* 84 a e
Avellinum in Campania, *patria B. Joannis Minoritæ* 482 a
Austrasia Francica, *quam late patuerit* 6 *sec.* 72 c

B

Bajocæ civ. Norman. *patria S. Ebremundi Abbatis* 281 a
Baucenum, Bolsano, *patria B. Henrici solitarii* 363 a
Begarecium, *an civ. Africæ, et ibi Paulus cum sociis MM.* 7 c
Belgradum *civ. in Bulg. et Hung. confinio* 92 b
Bellus locus in Arvern. *mirac. S. Marii* 124 b
Bergomum civ. Italiæ, *SS. Lupus et Adleida Conjuges* 236
Befeth *vel* Bofeth Amforaria, civ. Africæ, *S. Mammarius et socii MM.* 267 e
Biham *diœc. Eborac. Castrum* 136 e
Biskapini *in Polonia* 349 a
Bituricæ civ. Galliæ *S. Eustadiola Abb.* 131 c
Bizacium civ. Africæ, *an Paulus cum Sociis MM. ?* 7 e
Bokeldeburg, arx in Slavonia, 40 c
Bobium civ. Lombardiæ *S. Cumianus Ep. Scotus* 241
Bononia civ. Italiæ, *Patria B. Dianæ et Sociarum* 358 ; *item S. Parisii* 478 f
Bord *vicus Arverniæ* 466 e
Brecæ in diœc. Trecen. *S. Blitharius* 467
Breg mons et campus Ultoniæ *in Hibernia* 193 f
Bremeraviense O. B. in Hassia 4 *Ursulanæ V.* 52 e
Brixiæ *civ.* Ital. *prædicasse ibi potuit S. Barnabas* 424
Budæ civ. Hungariæ, *B. Joan. Dominici Ord. Præd.* 388 c, *ibidem defunctus et Sanctus,* 411 c
Byzantium urbs Thraciæ. *An Paulus cum Sociis MM.* 7 c

C

Cæsarea Cappadocia ; *ibi Lucianus M.* 8 b
Cæsarea Palest. *S. Christus M.* 56 a
Cæsena civ. Ital. *misere vexata* 14 *sec.* 404 c
Calaris civ. Sardiniæ, *an ibi M. S. Salustianus* 57 d
Cambria prov. *Scotiæ adnexa* 320 d
Camera S. Mariæ O. Cist. prope Bruxellas, *B. Aleydis* 471
Campi-longi Mon. *in Ethica Ins.* 206 d
Cantiera Scotiæ promontorium 206 f
Capha urbs Tartariæ, *Andreas Ord. Præd. M.* 2 d
Capraria Vallis, *in Aquitania* 168 d
Carbechum in Scotia, *ob. R. Dav* 323 d
Cassia in Umbria *B. Pax, O. M.* 49 d
Castrum, *in Dunelm. Angliæ diœc.* 325 a
Ceddewerth *in Scotia* 323 e
Celesige Mon. *in Anglia, al.* Septonia 288 b
Cella-Robaudi Carth. *VV.nunc Observ. Min.* 484 *et seqq. vulgo* Salenbaut *in Provincia* 490 b
Cherium in Pedemontio *corpus S. Genesiæ* 54 c
Chissini, Kycini, *Slavorum populus* 41 a c
Chius insula 3 *Virgines Martyres* 163 a
Circipani, *Slavorum populus* 41 a

Cithrum,

Cithrum, Capo-chiti, *promont. Cypri* 430 d
Civitas-nova Istriæ, 206 b
Claid-vadum *al.* Dublinium *civ. Hibern.* 212 c
Clochar civ. *Episc. Hiberniæ* 212 e
Clonense *seu* Cluanense Mon. *S. Kierani in Hibernia* 199 c
Clugia, Clodia *apud Venetos, SS. Felix et Fortunatus* 456 a
Cnapdalia, *Scotiæ prov.* 206 f
Colonia Agripp. *S. Maurinus M. Ab.* 276
Colosso, Coluansa, *una insularum Hebridum* 180 b, 207 b, 210 c
Conallia Murthemnensis *regio Hiberniæ* 26 d
Conchæ monasterium in Aquit. *Reliquiæ S. Vincentii M.* 164 f, 242 d
Constantiæ civit. Alemanniæ *Concilium pro unione coactum* 406 f
Constantinopolit. *Patriarcha S. Methodius* 95 *S. Naucratius Præp. Studit. Conf.* 133 b
Convenarum Lugdunum, Comminges *in Gallia* 168 d
Copa campus Hibern. *monast. S. Colmani* 25 f
Corasium, Coracesium *in Pamphilia* 430 b
Coronoviense O. C. *in Polonia* 346 a
Corduba civ. Hisp. *sub Saracenis : Petrus et socii* 36 c
Cortona *urbs Hetruriæ,* 119 a
Cosmincum *in Polon. patria S. Bogumili* 337 c
Craq in Scotia 323 e
Crascum *in Polonia* 378 c
Credium, Creil opp. Norman. *corpus S. Ebremundi Ab.* 281 c e, *al.* Credilium *et* Crothelense castrum *ibid.* e
Crotona, *Urbs magnæ Græciæ* 238 f
Croviacus *prope Suessiones* Crouy 77 a
Cursa diœc. Gerunden. *an vere ?* 60 b
Cucusum Cappad. opp. *strangulatus ibi ab Arianis S. Paulus CP. Ep.* 13 b f
Cuibraithin, *civ. Episc. Hibern.* 209 e
Cunbos *S. Comgellus* 209 e
Curia civ. Helvetiæ, *an primi Episcopi Asimus et Paulus* 147 e
Cussetum *opp. Arverniæ* 466 b
Cyprus ins. *prædicant et Paulus et Barnabas* 418 e *hic ibidem ortus, ibidem martyrizatur* 429
Cyrus, urbs, *Asterius pseudo-Episc.* 176
Cuteclara in Bœtica *Monast. Virginum* 37

D

Dalnardia, *regio Hibern.* 26 a
Dermacense *in Hibern. fundatum a S. Columba* 182 a, *al.* Campi roborum 199 c
Deuterus regio V. CP. *ejus situs* 271 d
Divio civ. Burgundiæ, *accipit corpus S. Medardi Ep. et S. Sebastiani Reliq.* 95
Dobrovia vicus Pol. *Pastor S. Bogumilus, post Episcopatum Eremita* 336 a, 340 b, 351 b
Dorsum, *vel* Drum-Cette *castrum Hibern.* 209 d
Dorostorum civ. Mœsiæ, *Marcus et Julius MM.* 56
Durbonis Carthus. *Virginum* 484 b
Dromora civ. Hiberniæ *S. Colmanus Episc.* 24 b
Druimcheat Dorsum-cette *in Ultonia Hib.* 203 b
Drum-Albin, dorsum Scotiæ 206 f
Duacum civ. Belgii, *caput S. Margaritæ R. Scot. ibi servatum* 335 b
Dublinium civ. Hiber. *Vadum-Claid* 212 c
Dunfermelin *Regum Scotiæ sepultura* 323 e
Duorum-rivorum ; *Fir-da Chræb. in Hib.* 220 b

E

Eboracum civitas Angliæ *S. Wilielmus* 12 *sec.* 134
Edenna in diœc. Bergom. *an caput S. Barnabæ ibi servetur* 450 d
Edessa urbs Mesopotamiæ, *S. Julianus Monachus* 173
Edimburgum civ. Scotiæ *S. Margarita Reg.* 316
Egglestreeth *in Scotia* 32
Elepha, Epepla, *vel* Iliypha civ. Hisp. *patria SS. Isaaci et Sancii MM.* 37 b
Emesa civ. Phœniciæ, *ibi exul S. Paulus CP.* 13 e
Escuriacum in Hisp. *corpora S. Margaritæ et Malcolmi RR. Scotiæ* 335 b
Ethica ins. *an* Hithlandia ? 203 f
Europa *provincia antiquæ Thraciæ versus Propontidem* 8 * e
Euphrates fl. *ad ejus ripam S. Julianus Mon.* 175
Ezeho, Esselfeldi, Itschoa *arx in Slavonia* 40 e

ECCLESIÆ ET MONASTERIA

Quibus nomen sancto a Patrono inditum cetera suo loco reperiuntur.

Agnetis *Bononiæ O. Præd.* 357 f
Anastasiæ *Constantinopoli* 22 c
Andreæ Moguntiæ *Præpos. B. Bardo* 208 f
Andreæ *de* Ramiriis, *Carthusianarum* 484 b
Angeli in foro Piscario, *Romæ* 261 f
Barnabæ *in Cypro* 446 a
Bartholomæi Ap. *Andriæ in Apulia* 242 f
Bellus locus *in Cadurcis* 38 * e
Benigni *nunc* Amabilis *Reomi in Arvern.* 460 c
Benigni M. Tudertini *O. B. Tuderti* 145 a
Christinæ Tarvisii, *corpus S. Parisii* 478 c
† Claræ, *Narniæ* 4 d
Corporis Christi, *Venetiis VV. O. Præd. erectum a B. Jo. Dominici* 400 a
Damiani *Camaldul. Bononiæ* 479 a
Dionysii prope Parisios 75 c d, *quam illustre Privilegium Chlodovei* 2 290 c
Eugeniæ Bituricis, *S. Eustadiola Abb.* 132 b
Figeacum, *nobilis abbatia a Pipino Aquitaniæ rege condita* 45 * e
Georgii, *mon. O. B. Pragæ* 3 c
Germani Parisiis, *corpus S. Landerici Ep.* 290 a, *apud Senon. et Reomi in Arvern.* 461 c
Joannis Baptistæ *prope Rotomag. a S. Heraclio Ep. fundatum* 6 *sec.* 71 b
Juliani *prope Cordubam.* 37 d
Juliani Sezanen. 467 b
Laurentii, *prope Novariam corpus S. Bernardi Mentonien. V. B. Venetiis* 23 a
Margaritæ *Tuderti* 145 a
Mariæ Angelorum *Florentiæ duplex* 252 a
Mariæ *de* Caunis *in Hisp. O.* 3 d
Mariæ *de* gratia *Pithonæi in Sicilia* 293 e
Medardi et Lupi, *prope Camerac.* 75 c
Medardi *apud Suessiones* 74 c, *in Velaunis multæ Reliquiæ* 104 a
Michaelis, *Panormi corpus S. Olivæ* 295 a
Naboris et Celsi *Mediolani* 448 f
Nazarii *Mediolan. Præpositus S. Landulfus* 43 f
Paterniani *Fani in Italia* 107

Pauli

Pauli *CP. Constantinopoli* 22 d, in Compits *diœc. Mediol. Presb. Liprandus Conf.* 44 b
Pauli Erem. *prope Budam* 390 a
Pelagiæ *vel* Pelagii CP. *eversa a Copronymo* 158 a *et Peræ* *ibid.* d
Petri in Cœlo-aureo *Papiæ O. P. in eo educatur S. Landulfus Ep. Asten.* 43 c, *ejus privilegia in Weremutha incensa* 12 *sec.* 234 f, *in Arvernia O. B.* 111 b, *de Subripis Ab. in Prov.* 488 a
Praxedis Romæ, *corpus S. Basillæ* 459 d
Primi et Feliciani MM. *in Carinthia quo translata corpora* 150 b
Primi M. *Mediolani corpus ejus et* S. Feliciani *ibidem* 149 a
Radegundis *in Carniola* 150 a
Salvii *O. B. Monstrolii corpus S. Vulphlagii* 32 c
Servatii, Ep. *Trajecti ad Mosam* 11 a
Stephani *in Cœlio-monte Romæ SS. Primus et Felicianus* 148 f, *Divion. Corpus S. Medardi* 97 d, *Moguntiæ cœpta a Willigiso Ep. a Bardone absoluta* 297 c *Ruthenis S. Trojeciæ V.* 177 c
Trinitatis *in Scotia duplex* 325 b, 331 c
Vincentii *Aginnen. M.* 167 f
Viti *Vicentiæ in Italia* 456 c

F

Fiscannense *O. B. in Normannia* 324 f
Flassa in territ. Gerunden. *an vere?* 60 b
Florentia civ. Etruriæ *B. B. Silvester, Jacobus, Paula Camaldul.* 252 a, *patria B. Joannis Dominici Card.* 394 *Cardinales Florentini* 15 *sec.* 404. *obit ibi Joannes XXIII Expapa* 409 b
Florentii Ædes CP. *SS. Anthimus et Stephanus* 35 a
Fontanetum Ab. Normanniæ *S. Ebremundus Ab.* 281
Foresti monasterium in Pontivo, *corpus S. Wilflagii* 31 b
Frequentum *civ. Ep. in Campania Ital.* 482 c
Frigolium *al.* Forum-julii 392 f
Frinianus vicus in Bœtica, *patria S. Sabiniani Mart.* 37 d

G

Gabii *civ. Sabinensium, S. Getulius M.* 262 c
Gabra *in Provincia* 496 e
Gallovidia, *Gallo-Brigantium, Reliquiæ S. Medardi* 77 d
Geona Ins. *Hebridum una* 205 d
Gerunda civ. Catalaun. *MM. Germanus, Paulinus, Justus et Scicius* 59 a
Glenadum *vicus Arverniæ* 12 *sec.* 122 f
Gnesna *civ. Poloniæ, S. Vincentius M.* 164 d, *S. Bogumilus-Archiep.* 336
Gornichem, Gorcum *opp. Hollandiæ* 165 c
Goslaria, civ. Germaniæ, *ubi natus B. Bardo Moguntin.* 11 *sec.* 304 b
Gradum civ. Italiæ, *Reliquiæ SS. Felicis et Fortunati MM. mari mersæ* 455 f
Grampius, *mons Scotiæ* 206 f

H

Hammaburg Hamburgum *Metrop. Slaviæ* 41 a
Hazenrieda Mon. *vide* Hernrieda *opp.* 38 c
Heidenheimense Mon. *O. B. confusum cum Herriedensi* 39 d
Heliopolis urbs *Syriæ S. Julianus Mon.* 174 a
Hermopolis civ. *Ægypti. Lycarion. M.* 8 c
Henrieda opp. et monast. diœc. Eystett. *Abbas S. Deocarus* 38 c
Herveldense M. O. B. *Bardo Ab.* 301 b
Heylissem *in Brabantia* 71 d
Hibernalia in Arvernia, *Miracula S. Marii* 121 f
Hiense Mon. S. Columbæ, *in Jona ins.* 179
Hiensolymæ *Episc.* 7 *S. Joannes* 4 c
Hinbina ins. *Hebridum una,* 202 e
Hirst in Anglia, *pratum S. Yvonis* 287 f
Holm coltran *in Scotia* 323 c
Holsati, *Slavorum populus* 40 c
Huntingdon opp. Angliæ *S. Yvo Persa* 286 a

I

Ilea ins. *Hebridum una* 215 e
Ingelheim *Palat. in Franconia* 297 d
Imsbofinde, *id est,* Vitubæ-albæ, *S. Colmani in Hibern.* 28 a

J

Justiniapoles *varia, una ad Hellespontum sedes Ep. Cypri 7 sec.* 448 c

L

Lambesa, *civitas Nunvidiæ* 267 f
Lambiæ in Francia *sepultus R. Sigebertus,* 85 d
Lampurdam *territorio Gerunden. in Catalonia* 60 a
Laodicæa, *civ. Syriæ* 430 b
Lapithus in *Cypro* 430 c
Laudoniense M. in Scotia, *fundatum a Davide Rege* 320 c
Layum *prope Nanceium in Lothar. corpus S. Chlodulphi* 125 f
Ledræ *in Cypro* 430 e
Legiunum Insubriæ, *corpora SS. Primi et Feliciani* 149 a
Leontio, Leontia *civ. Slaviæ* 41 b. *al.* Lenzin 41 e, *ibi S. Godescalci M.* 41 f
Lezatum apud Tolosam, *an corpus S. Antonii Ab.* 146 b c
Liciacum diœc. Paris. *Reliquiæ S. Medardi* 78 b
Lindisferna civ. Angliæ *an Ep. S. Colmanus Dromoren.* 28 a
Linoges *Slavorum populus* 41 a
Listræ civ. Asiæ, *ibi prædicant Paulus et Barnabas* 418 f
Locha fl. Hibern. *ad quem Monast. S. Colmani* 26 a
Lodoneia, Lotheana, Laudon. *Scotiæ pars* 328 e, 329 f
Longus-pons *opp. Franconiæ ad Fuldam* 300 e
Lubice, Lubeca *civ. Slaviæ* 41 b
Lumburg, in Slavonia, *ibi educatus S. Godeschalcus M.* 40 b
Lucnense, *O. C. in Polonia* 345 f

M

Mageo *Mon. in Hibernia a S. Colmano fundatum* 28 c
Magnopolis, Mechlenburg *civ. Slaviæ* 41 b
Mansum Aginnense, le Mas de l'Agenois, *opp. Aquit.* 164 a
Marcianopolis, *nunc* Præslau in *Mæsia* 6 * a
S. Marii cavum, S. Mary le croz *in Arvern.* 113 a
Marojolium *in Arvern. ibi visa anima S. Marii* 113 b
Martvallis, *prædium S. Medardi* 86 a
Mauriacum in Arvernia, *S. Marius solitarius* 111 b
Mauri Maurorum (*vulgo* Maurs) *oppidum Arverniæ* 45 * d
Mediolanum civ. Insubriæ. *Caput et Cineres S. Barnabæ* 448, *qui ibi prædicasse potuit* 423
Metenses, *alias* Nemetenses *in Aquitania* 165 d
Metamaucum, *civ. Ep. Gradensis* 456 a
Miklinburg Mechlenburgum *civ. Slaviæ* 41 d

Moguntia

Moguntia urbs Franconiæ, sæpius vastata 298 a Archiepisc. Bardo 29: series Episcoporum Fulda assumptorum 304 a
Monasteriolum al. Monstrolium opp. Pontivi: corpora SS. Wlflagii, Richarii, Walarici 33 b
Monetum in territ. Gerunden. an vere? 61 c
Morense Mon. O. C. in Campania Gall. 51 f
Morini populus Belgii usque in Pontivum 31 b
Mons-Bellunæ castr. dit. Tarvis. 312 c
Mons-Ferrandi, opp. Arverniæ 465 f
Mons major, SS. Gervasii et Protasii in Normannia 283 a
Monstrolium in Velaunis opp. Corpus SS. Marcellini Ep. Velaun. 6 d
Muadus, Moda, fl. Hiberniæ 200 a
Mula vel Malea una Hebridum inss. 180 b, 202 f

N

Narnia civ. Umbriæ, incorrupta inventa Sor. Firmina 4 d
Nemetum, Nometum, seu Vernemetum in Gallia: incolæ etiam Metenses dicti 165 d
Nesa, fl. Scotiæ 216 c
Neub hile in Scotia 323 e
Nicea civ Bithynia, MM. Diomedes, et 4 Socii 169
Nicomedia civ. Bithyniæ, Vitejus et socii MM. 56 c Eusebius Ep. 58 c; Zacharias M. 270 a
Noviomum, Noviomagum, Noyon, civ. Galliæ: S. Medardus Ep 6 sec. 72, 83 d
Nordalbingi, ad Albim Slavorum populus 40 b
Normberga civ. Germ Reliquiæ S. Deocari 39 c
Novum castrum, Neu-cassel in Anglia 47 a
Novum Monasterium in Anglia 46 f
Numen in Latio: cruciati Primus et Felicianus MM. 151 d

O

Oasis, Ægypti desertum: exul ibi Calendien. Ep. 443 e.
Obodriti Slavorum populus 41 e, 577 e
Ommon inf. Scotiæ 206 a
Orcedum, vicum Arverniæ fertur corpus S. Marii 122 d
Orna, fl. Normanniæ 281 a

P

Panis fl. Slaviæ 41 a d
Panormus civ. Siciliæ Oliva V. M. 292
Paphos, Baffo, civ. Cypri 430 d
Parisiis studet S. Bogumilus cum fratre 337 d
Parvallon Carth. VV. Parens Vallonis 484 b, 487 e
Patavium patria B. Bonaventuræ Er. Aug. Card 386 c
Pedemontii, in Italia, civitates et oppida numerosa 54 e
Pedemontium castr. dit. Tarvisinæ 369 f
Pera vicus diœc. Gerunden. an. vere? 60 a
Perge civ. Pamphiliæ 420 b
Persis R. Virgines v Canonicæ MM. sub Sapore 170
Pisis civ. Tusciæ celebratum Concilium pro unione 15 sec. 41 b
Pithenæum in Sicilia. Patrona S. Oliva M. V. 293 d
Pitiusia Ins prope Ciliciam 430 b
Pitiveris, Pluviers, in Gallia Rel. S. Godoaldi 42 e
Podium S. Marii in Arvernia 113 b
Polabingi, Slavorum populus 41 a
Pompeiacum in Aquit. an nunc S. Vincentii: ibi corpus S. Vincentii M. Aginnen. 165 f
Pontiniaci Ab. O. C. moritur Willielmus Ep. Eboracensis 141 e
Prusa civ. Bithyniæ S. Alexander Ep. M. 162 c, S. Timotheus Ep. M. 270 b
Prusias civ. Asiæ 272 a

Q

Quietus an Quaetus? fl. Istriæ 206 c

R

Raceburgum civ. Wandaliæ 41 e
Raginarisschlusa in Pontivo Galliæ 31 f
Rameseia Mon. Angliæ, corpus S. Yvonis Ep. Persæ et Sociorum 284 b
Reonemenses in Aquit. an Nemetenses? 166 d
Reregi, Slavorum populus 41 a
Rhisis, Ræsistus, Redaestus, urbs Thraciæ ad Propontidem 2 * b
Ricomagum, Reomum civ. Arverniæ S. Amabilis Presb. 460
Rilliacus in diœc. Trecen. S. Savinianus M. S. Syria Virgo 64 a
Ripum in Anglia, S. Robertus Ab. 461
Rocca franca in Umbriæ, S. Jolus Entr. 250 f
Rocestria civ. Angliæ, S. Ithamarus Ep. 291
Roma Milites xx MM. 169 b
Faustus M. 173
Romam ter peregrinatur S Getulius et socii MM. 261; an ibi et quando prædicarit S. Barnabas 421, 429
Rotomagum metrop. Normanniæ S. Gildardus Episc. 6 sec. 67
Rua seu Rugua in Pontivo Galliæ, ibi Curio S. Wiphlagius 29
Rugia, insula in mari Baltico
Ruissium Velaunorum nunc S. Pauliani 5 a
Rutheni, Rennes, civ. Galliæ Trojecia V. 177

S

Saballense Mon. duplex in Hibern. 26 b
Salamis civ. Cypri S. Barnabas Ap. 415, 431
Sale fl. Scotiæ 215 a
Saltehou, in Scotia 323 e
Salutiæ in Pedemontio; Stephanus Baldellus O. Præd. 15 sec. 414 d
Sardinia Insula, Salustianus M. 57 a
Scia Ins. una Hebridum 206 e
Scuraliæ, castrum Arverniæ 123 a
Scarparia in diœc. Florentina 451 f
Schathusfa ad Rhenum eo fugit Joannes XXIII 408 a
Scotia, an patria S. Blitarii Presb. 7 sec. 467 e, 468 f
Sedelitz in Bohemia 3 c
Selentiacum diœc. Noviomen. 80 f
Sellanum vel Sillanum opp Umbriæ S. Jolus vel Gielus Erem. 248
Senones, metrop. Franciæ, Heraclius Ep. 70
Septimania, Prov, Narbonen. Galliæ 465 d
Senazi diœc. Trecen. S. Blitarius 467 e
Sinai Mons, in eo monasterium a S. Juliano conditum 176 a
Singeræ in Mesopotamia exul S. Paulus CP. 13 f
Sirmium civ. Illyrici, patria Theodosii Imp. 22 b
Slavania, Slavia, Slavonia, ad Albim et mare Balthicum 41 a
Slepe, vulgo S. Ives. in Anglia 284 b
Snam-luthir in Hibernia 222 e
Stain opp. Carnioliæ sive Lithopolis, corpora SS. Primi et Feliciani MM. 150 a
Studium CP. Monast. Acœmetarum 443 f
Sturmarii, Slavorum populus 40 b

Sturmarii,

Suavi *et* Suevi *dicti, pro* Suecis 320 e
Sumina, Somona *fl. Galliæ* 80 f

T

Tabulos, *vicus Bœticæ in Hisp.* 37 e
Tamassus, Tamesia, *in Cypro* 430 d
Tamugadi, *vicus in Numidia* 268 a
Tarvisium, *urbs Italiæ : Florentius et Vindemialis Epp. Afri* 178 a, *Episcoporum loci hiulcus Catalogus* 178 f, *B. Henricus Baucenen.* 363; *urbi infestus Canis Scaliger.* 369 f, *ibi natus S. Parisius Camaldulensis* 477 c
Tavira in Algarbiis Hisp. 7 *Equites a Mauris cæsi Martyres* 469
Thessalonica, civ. Macedoniæ, *patria S. Pauli CP.* 14 b, *huc ille relegatur* 18 e
Thermersi, *Slavorum populus* 40 b
Theusburg *diœc. Colon. al.* Duysburg. 279 d
Tigisi, *vicus in Numidia* 268 a
Tornacum, civ. Belgii. *S. Medardus Ep.* 6 *sec.*72
Trajectum ad Mosam, *an.* 1623 *elevata SS. Episcoporum 4 corpora* 11
Trans, *Castrum Provinciæ.* 469 *f*
Treviris *ordinatur Henricus Ep. Eborac.* 12 *sec.* 139 b
Triboracum *nunc* Lerma *in Hisp. male ei adscripta Calliope M. Græca* 53 e
Tuder, civ. Umbriæ, *B. Joannes Raynutii O. B.* 144 *et alius Joannes O. M.* 482
Tunetum, U. Africæ, *passa S. Oliva* 293 f
Turek, *diœc. Gnesn. in Polonia* 255 e
Turres. civ. Sardiniæ. *MM. Gabinus et Crispulus* 57 c
Tynemuthense Mon. *sepultus Malcolmus R.* 322 d

U

Ultra-montem, *diœc. Gerund. an vere* 61 b
Uniejovia *in Polonia, corpus S. Bogumili Ep. Gnesnensis* 336 b
Urus, Ousa, *fl. Angliæ, ponte instratus Eboraci* 136 b
Uticense *mon. S. Ebrulfi; an ibi corpus S. Ebremundi Abbatis.* 281

V

Vabrense castrum *in Aquit. S. Georgius Presb. Monachus* 241
Vaga, *civ. Mauritaniæ* 267 f
Vallis-jornalis *in Arvern. solitarius S. Marius* 115 e
Vallis-Marina in Tuscia, *Erem. B. Silvester* 255 f
Vallis-Sevæ in Tuscia, *patria B. Silvestri* 255 f
Vartha, *fluv. Poloniæ* 337 f
Velauni in Gallia, *multæ apud eos Reliquiæ* 103 e
Venetiæ : *corpus S. Pauli CP. aliorumque* 23 c, *ibi utiliter gesta a B. Jo. Dominici O. Præd.* 400 a,
Venetum, *vulgo* Vannes, *S. Meriadocus Episc.* 35 c
Veromandua in Picardia, *prima Sedes S. Medardi Ep. ubi sita?* 74 a
Vertanense S. Martini, *monast.* 283 a
Vicentia, civ. Italiæ : *Reliquiæ SS. Felicis et Fortunati* 455 e
Victoriacum, Vitry, *diœc. Tornac. ibi occisus Sigebertus R. Fr.* 85 b
Vigantium diœc. Nemausen. in Gallia, *an ibi Paulus cum sociis MM.* 7 e

W

Wagiri, Wagria, *Slavorum portio* 41
Wandali, *aliis* Winuli *et* Slavi, 41 f
Warnabi, *Slavorum populus* 41 a
Weremutha, *locus Cambriæ* 319 f
Werthina M. *ad Rhenum O. B. Abbas Bardo* 301 a
Wetterovia *al.* Wetter *in Hassia, patria B. Bardonis Ep. Mogunt.* 298 d
Winkelcumbe, *Mon. S. Kenelmi in Anglia* 287 d
Winuli, *Slavorum populus* 40 b
Witheby *in Anglia. S. Robertus Mon.* 47 d

Y Z

Yevre le Chatel *prope Dithiverium* 26* f
Zedelitzium *juxta Pragam in Bohem. ab. Hussitis ibi cæsi Cistercienses et Carthusiani* 3 c
Zeuxippi Balneum *publicum CP.* 18 e

INDEX

ONOMASTICUS

Vocum barbararum vel minus obviarum, aut hoc tomo specialius explicatarum.

A

Abbatizare, *Abbatem agere* 98 e
Absconsa, *laterna cæca* 473 e
Abundus, *copiosus* 212 a
Acerbare, *exacerbare* 78 e
Acsi, *etsi* 94 e
Æsteus, *æstivus* 212 b
Æva, *secula* 245 c
Adgaudere, *applaudere* 287 e
Albi-ferreus, *ex ferro, cui stannum inductum, factus* 102 b
Allota, *suber.* 367 e
Alpis, *mons* 43 d
Amphibalus, *Vestis villosa* 187 c
Anchar, *os sacrum* 369 a
Analabus, *scapulare* 174 c, 175 e
Antianus, *senior* 363 f
Antistitare, *Antistitem agere* 303 f
Appodiare, *acclinare* 367 e
Apsus, *incultus* 97 a
Arcarius numerorum, *id est, Legionum* 262 f
Architector, *Magister-fabricæ* 249 c
Armaria, Armoria, *arca* 100 f 102 f
Articula, *ars parva* 268 b
Ava, *Avia* 396 c

B

Barca, *navis* 204 e
Barbarismatice, *barbare* 298 d
Barbarius, Barberius, *chirurgus* 377 a 380 c
Basileus, *Rex* 84 c
Batellus, *navicula* 143 b
Binalis, *geminus* 213 a
Birrhus, *cuculla* 234 d
Bocenum, *bubile* 231 d
Bocula, *Bucula* 215 b
Bragerium, *femur* 385 b
Breviarium, *Missale* 492 f

C

Cadigla, *an cavilla pedis?* 372 f
Caminata, *conclave cum fornace* 301 e
Canaba, *canna mensoriæ* 212 f
Canolus, *arundo* 377 b
Candidificare, *dealbare* 285 d
Campa, *promptuarium* 368 f
Canonici *et* Canonicæ 170 b
Capellus, *pileus, galerus* 366 c, 367 e
Caraxare, *scribere* 213 b
Carminalia, *poetica* 232
Carrum, *carrus* 80 f
Casale, *prædium* 254 a
Cassa, *capsa* 368 c
Casula, *penula* 87 d
Casulula, *tunicella* 80 b
Catalibazon, *an* Catabibasis, *ascensio* 310 a
Caviglia, *talus pedis* 377 d
Caupaltus, caupulus, *scapha* 217 d
Circada, *visitatio* 290 f
Cyrologus, *chirurgus* 382 a, 385 d
Clerica, *pericranium verticis clericalis* 243 c
Cliothelius, *Sella plicatilis* 302 b
Clocka, *campana* 206 b, 232 a
Clyto, *heres regni;* Clytunculus, *ejus diminutivum* 321 c
Cnok, *Scotice colliculus* 229 a
Collum manus, *pars ejus convexa* 377 d
Comitiva, *dignitas Comitis* 80 b
Commembris, *ejusdem corporis* 222 d
Commissum, *mulcta* 488 c
Compatientia, *compassio* 313 a
Confratria, *confraternitas* 61 c, 98 d
Conlatere, *occultare* 228 f
Contrada, Contrata, *quasi* Conterrata, *regio, vicus* 366 f, 449 a
Cossa, *coxendix* 371 f
Cothurnosus, *superbus* 86 d
Coronator, *Minister coronæ* 143 c
Commune, *communitas* 144 f
Cristilia, *assula* 213 a
Criniosus, *crinitus* 229 b
Crozolæ, *furcillæ axillares* 268 b, 371 f
Cuba, *vas, dolium* 300 d
Cuparius, *victor* 301 f
Curtinus, Curtimum, *areola* 370 f, 372 c
Curtim, *curtiori via, vel ad curiam* 303 a
Cusinus, *cognatus* 378 c
Cuva, *parva capsa* 65 a

D

Dedicere, *negare* 120 b
Defensæ, *pascua* 488 c
Denarium plicare, *quid sit* 488 d
Devestire, *abdicare* 488 d
Digitus numerans, *index* 79 e
Discaricare, *exonerare* 80 f
Doplerium, *fax* 371 c
Ducare, *Ducatum obtinere* 23 d
Dulcare, *mitigare* 166 a
Duricors, *obdurati cordis* 89 f

E

Eructuare, *eructare* 93 f
Estramen, *potius* Estamen, *pannus stamineus* 62 b
'Εξκουβίτωρ, *vigil* 442 d
Exedriola, *parva exedra* 229 d
Exenium, *xenium* 321
Exfundare, *funditus evertere* 298 a
Expensa, *victus* 87 d

F

Faldistorium, *sella plicatilis* 302 b
Faveri, *confirmari* 312 b
Festare, Festivare, *festive colere* 311 f
Fiendus, *faciendus* 247 a
Fistula, *ulcus* 372 c

Flagrantia,

Flagrantia, *fervor* 285 e
Flatum, *anhelitus* 373 e
Fonticum, *pars templi* 368 e
Foresta, *silva* 323 c
Fortalitium, *munitio* 369 f
Fortia, *violentia* 368 c
Fragosus, *turbidus* 199 e
Fresia, *limbus* 132 c
Furanter, *furtive* 208 a
Furunculus, *diminut.* furis 123 f

G

Gabatha, *lychnus pensilis* 148 f
Gamba, *tibia* 371 f, 372 c
Gardiator, *tutor* 486 a
Γενιά, *Generatio quid sit Cypriis?* 416 e
Genucla, *genu* 213 a
Geronta, *senex* 298 f
Gergenna, *pessulus* 214 e
Gimbosus, *gibbosus* 376 b
Ginocchiæ, Ginocchium, *geniculum* 371 a, 372 c
Graffio, *stylus* 95 e
Gratula, *craticula* 368 c
Grisus, *cinereus* 366 e, 367 d
Grossus, *grandis* 366 c
Guba, *gibbus* 376 c
Guerra, *bellum* 369 d

H

Hauritorium, *situla* 203 f
Hida, *agri portio unius aratri* 182 a, *jugerum* 287 c
Humeruli, *axes currus* 223 a

I

Imperacte, *otiose* 473 a
Impexus, *impactus* 76 e
Increpatus, *herniosus* 382 a
Incursus, a, um 123 c
Indigressus, *intactus* 334 b
Indominicatus mansus, *prædium feudale* 97 a
Indusiare, *indusio tegere* 303 f
Ingottatus, *arthriticus* 370 f, 372 c
Inimiciter, *hostiliter* 215 d
Insidia, *insidiæ* 80 d
Insistenter, *instanter* 88 a
Insomneitas, *defectus somni* 391 b
Investire, *in possessionem mittere* 488 d
Invisio, *negata visio* 124 c

L

Lætamen, *lætitia* 233 e
Lætatio, *lætitia* 218 c
Lastra, *lamina* 245 e, 247 d
Laudisonus, *laudes canens* 287 e
Lenza, *fascia* 380 f
Levigare, *alleviare* 84 d
Liba, *Libamen* 280 c
Libraria, *bibliotheca* 98 a
Lignamen, *lignum* 368 c
Lithus, *lapis* 218 e
Livorosus, *lividus* 225 f
Longare, *longiorem facere* 376 d
Longævare, *diuturnum facere* 81 c

M

Manieres, *Modus* 391 e
Mania, *insania* 86 c
Manerium, *prædium* 139 d
Mansitare, *habitare* 301 e
Mansus, Mansum, *prædium* 97 a
Marketta mulierum, *sponsarum tributum in Scotia* 327 f
Martellus, *malleus* 61 e
Martha, *ancilla* 476 c
Massarius ecclesiæ, *ædilis* 249 c
Mastellum, *pelvis* 368 f
Matvallis, *Britannice Bona-vallis* 86
Mensis intrans, *pars prior mensis* 479 f
Mensurare infirmum *ex voto* 144 d
Mititia, *mansuetudo* 468 e
Mœstitudo, *Mœstitia* 120 f
Monticellulus, *monticulus* 231 e
Momentiolus, *momentum* 230 f
Mordicatus, *morsus* 142 f
Murare, *fabricare* 249 c, 355 f
Murmurium, *murmur* 308 f

N

Navitor, *vector* 201 e
Nebula, *panus in oculo* 379 a
Nomisma, *monumentum* 83 f

O

Oblatæ, *Missales hostiæ* 301 e
Olivum, *oleum* 79 d
Onustare, *gravare* 109 b
Onoma, *nomen* 227 b
Orama, *visio* 83 c

P

Paraticæ, *nobilium tribus* 425 f
Parustitia, *posticum fenestella* 186 c, 231 b
Pastoralitas, *Episcopatus* 90 e
Peccantia, *peccatum* 205 a, 207 f
Perdonare, *donare, absolvere* 278 f
Periclitare, *periclitari* 140 d
Persona, *corpus* 378 f
Persus, *violatus* 65 a
Pertinxi, *pertigi* 75 d
Phari, *cerei* 86 e
Pietas, *imago Deiparæ mortuum filium gremio tenentis* 492 f
Planca, *asser* 354 c
Plumatiunculus, *lectulus* 201 f
Podiolum, *parvum podium* 366 e
Poplexia, *apoplexia* 359 f
Portale, Porticale, *vestibulum* 61 f, 365 f
Porticula, *portula* 245 e
Postis ad regulandum, *seu regulas ducendas* 489 e
Potentialis, *potens* 386 c
Plorabundus, *deflendus* 91 b
Prædicamen, *prædicatio* 37 f
Præsidatus, *præfectura* 131 c, 456 e
Prætersorium, *grex aliena depascens* 210 b
Præviare, *præcedere* 304 d
Primule, *prius* 202 c
Priorista, *series Priorum* 396
Processatus, *litigans* 353 c
Protocolla, *adversaria* 355 f
Puer, *puella* 144 d
Punctator, *scriptor chori* 342 e
Πυργομαχεῖν, *constanter resistere et velut ex turri pugnare* 6 c.

R

Rabire, *furere* 122 e
Recordamen, *memoria* 373 b
Regia,

Regia, *basilica ecclesia* 95 f
Regiæ, *valvæ Principales* 87 b
Registrare, *referre in Acta* 250 d, 363 f
Requietio, *requies* 123 d
Residere, *negligere* 93 b
Resta, *restis* 367 e
Retentum, *rotundum* 367 e
Runcare, *ronchos ducere* 312 f

S

Salacia unda, *maris recessio* 213 e c 219 e
Sandale, *byssus* 65 a
Sauma, Sagma, *plaustrum* 81 e
Scelerator, *scelestus* 216 b
Schina, Schinale, *dorsum* 376 e
Sedes, *ecclesia Cathedralis* 61 f
Seneschaldus, *Œconomus* 103 a
Septimanius, *hebdomadarius* 213 a
Sermentes, *Sarmenta* 367 f
Sepultio, *Sepultura* 220 f
Serta, *sertum* 245 c
Servitium; *Officium ecclesiasti cum* 102 a
Sigillus, *sigillum* 102 b
Signetum, *sigillum* 65 b
Solarium, *tabulatum* 368 d
Soma, *corpus* 96 b
Smaltum, *solarium calce stratum* 371 a
Spalla, *humerus* 373 b
Spatiamentum, *deambulatio* 489 c
Specialis, Speciarius, *aromatarius* 381 f
Spendere, *offerre* σπένδειν 280 d
Spinale, *spina dorsi* 380 c
Spigulus, *talus pedis* 374 f
Stafile, *stapes* 332 b
Stagneus, *palustris* 206 a
Stellæ, *bacilli, quibus alligatur crus post rupturam consolidandum* 385 d
Stips, *stipes* 84 b
Stratillates, *satellites* 143 e
Stucia, *tabula in qua religiosi ad Capitulum se sternunt.* 256 b
Summa, *equus, mulus* 80 f
Surgum, *quid?* 374 c 376 b
Syatica, *Ischias* 248 b

T

Tabardus, *toga* 366 c
Tena, *tenia* 142 f
Tenerositas, *teneritudo* 80 b
Thensa, *capsa* 77 b
Thymiamaterium, *thuribulum* 84 a
Translatare, *transferre* 245 d
Tribuna, *absis ecclesiæ* 245 b
Triumphare; Truffare, *ludere jocari* 367 f

U

Umbrifer, *tenebrosus* 302 f

V

Vehiculum, *jumentum equus* 80 f 81 e,
Venilia, *remeans æstus maris* 213 d, 219 f
Ventrale, *semicinctium* 487 a
Vermis-carnis, *Herpes* 479 f
Vestitum mansum *prædictus* 97 a
Viaticare, *Viatico instruere* 275 e
Viciniæ, *plebeæ tribus* 426 a
Virgo, *monacha, etiam vidua* 131 e
Virtutifer, *miraculosus* 86 f
Vota, Volta, *fornix* 98 d

Z

Zabulus, *Diabolus* 37 f
Zapatura, *ictus calcis equinæ* 373 a
Zata, *ratis* 381 c
Zancha, *tibia* 371 b

INDEX MORALIS

A

Abbas, peregre adveniens ad monasterium, honorifice a Monachis excipitur 199 c d: et jubet eos lautius haberi 202 f

Abluere pauperum pedes. Vide, Humilitas.

Absolutio. Vide, Confessio.

Abstinentia. Vide, Jejunium.

Accusatio. Vide, Impudicitia, Judex.

Adolescentia pia S. Barnabæ 434 a, S. Blitharii 468 d, B. Floræ 43 b c. S. Medardi 80 b c, B. Bardonis 298 f, B. Parisii miraculo honorata 478 f, S. Amabilis 461 f, seq. S. Eustadiolæ 132 a b, B. Adeleydis 472 c d, S. Bogumili 337 d e f, seq. B. Joannis Dominici 395 d e f. Adolescens eruditus et pius S. Georgius Sacerdos 241 f, seq. Litteris imbuendus mittitur S. Landulphus adolescens ad monasterium 43 c

Adulterium, Vide, Impudicitia.

Æquanimitas B. Joannis Dominici 403 c d

Ætas magna centum triginta annorum, et centum viginti quinque 353 f, S. Mammarius nonaginta annorum erat cum martyrium subiret 266 c

Amicitia inter Eusebium quemdam et Basilium omnia habens communia 235 a. Amicus fidelis B. Bardo Brantholium in adversitate non deseruit 299 b c

Amoris divini vis in B. Silvestro Camald. 255 a c; Amanti Deum aureus thronus promittitur in cœlo 235 f.

Amor Proximi. Vide Caritas.

Angelus in carcere visitat Martyres, 60 c d, 266 d e, confortat in carcere SS. Valerium et Ruffinum 79 d: in carcere curam gerit S. Olivæ 294 d. Jubet consecrari Episcopum puerum duodennem 68 c. Sanctorum Reliquias defert S. Amabili 462 f: Angeli coquinæ officia putantur obivisse pro orante coquo B. Silvestro 252 e. Angelus labenti de tecto succurrit ad preces S. Columbæ 180 b, 185 a, 208 e f: percutit S. Columbam, recusantem inungere Regem Aidanum 184 c. Angeli adsunt S. Columbæ oranti 185 b, eumdemque juvant contra dæmones pugnantem 184 f. Pro animabus justis contra dæmones pugnant 184 e, 226 b seqq. vidente S. Columba animas justorum in cœlum deferunt 187 b, 226 b, seq. Morituro S. Columbæ occurrunt 186 c, seq. cum Angelis conversatur B. Henricus Baucen. 367 a. Angelorum cantus auditi 255 d, nato Edgaro Rege Angliæ 325 a. Angelorum ministerio communicat B. Flora 50* c. Vide Dæmon, Apparitio.

Angelus custos ad Orationem excitat B. Aleydem 476 d, custodit S. Olivam 294 d e, S. Columba Angelum habet itineris comitem 184 b, et plures 225 e.

Anguillam dæmon induit ut S. Bogumilum tentet 348 e f.

Anima S. Roberti in cœlum defertur ab Angelis instar globi ignei 48 c, et aliorum animæ spectante S. Columba 184 c, 226 b, seqq. Animam S. Marii in cœlum ascendentem videt S. Austremonius 119 b. S. Olivæ in cœlum ascendit instar columbæ 294 e, item S. Bogumili 353 a. Animam justi defuncti suscipiunt Angeli 255 d. Quæ animam spectant potius curanda quam quæ corpus 204 d. Vide, Conversio, Purgatorium, Angelus Dæmon, Zelus, Animæ puritas, Vide Puritas animæ.

Apophthegmata pia B. Silvestri Camald. 257 c

Apostolicæ virtutes S. Barnabæ 438 d e. Hujus et S. Pauli Apostolici labores 426 c

Apostata, Monasterio aufugiens, punitur 289 b

Apparitio. Crucifixus Dominus B. Aleydi 476 f: S. Oliva, subveniens in paupertate Religiosis 295 c

Apparet B. Aleydis, cœlum ascendens 477 b; S. Barnabas Reliquias suas revelans 444 b c seq. Apparet B. Henricus Baucen. in veste deaurata, cum S. Augustino et S. Antonio de Padua, a B. V. Maria cibum accipiens 384 b. Apparet S. Ithamar in Pontificali habitu, varios curans morbos, dæmones fugans, pro salute infirmi se invocantis supplicans 292 a b d e. Apparet S. Yvo in Pontificali habitu, Reliquias suas inventas esse declarat, et significat ubi velit eas reponi 286 c d 287 f. Apparet S. Amabilis furem verberans 464 f, et jubens in se blasphemum agere pœnitentiam 465 c Apparet, S. Columba post mortem instar columnæ igneæ 232 b c, et instar gigantis Regi S. Oswaldo, exercitum ejus pallio protegens 197 e f. Apparitiones Angelorum factæ S. Columbæ describuntur vitæ ejus libro tertio, a pag. 255 b seq. Apparent sancti Martyres, a Mauris in bello occisi 470 d. Apparent Sancti in morte B. Rosselinæ 491 a b. Apparet Christus B. Floræ et tentatam consolatur 44* d e f. Vide Oratio, Reliquiæ, Angelus, Crux, B Maria, Spiritus sanctus.

Aqua a se benedicta plures sanat infirmos S. Columba 212 e seq.

Aquam in vinum convertit S. Columba 184 c, 211 e. Vide Vinum. Aqua miraculose scaturiens ex tumulo S. Yvonis Ep. 289 b Aqua putei S. Olivæ miraculosa 295 a. Super Aquas ambulasse dicitur S. Colmanus, relictis in flumine vestigiis 26 f: super aquas graditur cum aliis se sequentibus S. Bogumilus 342 e f

Aquila expansis alis defendit a pluvia S. Medardum puerum 87 e

Arboris fructus amaros in dulces convertit S. Columba 212 a. Arbor excommunicata, vide excommunicatio.

in Ascensione Domini cum ipso ascendit B. Aleydis 475 a

Austeritas vivendi S. Barnabæ Apostoli 425 f, B Henrici Baucen. 363 b 367 d, B. Joannes Avellini 483 d, B. Joannis Dominici 391 b, B. Joli 251 a, B. Silvestri 254 b c, S. Wulphlagi 51 f Vide Pœnitentia, jejunium, lectus, cilicium.

Avarum reprehendit S. Columba 209 e f. Tenacitas Monachi dispensatoris punita 300 e. Vide divitiæ, usura.

Aves ignotæ familiares B. Bardoni, quas ipse vicissim alit 311 e f

B

Baculus S. Medardi miraculosus 86 f, 93 c. Baculum a se in littore relictum, S. Cainnechus in altero reperit littore, precibus S. Columbæ 214 c. Baculum S. Baithenei arrodens canis moritur 234 d Baculum Pastoralem successori divinitus eligendo in altari servari jubet S. Valentinus Ep. Traject. 9 f

Baptismus candidæ vesti, quæ numquam sordescit, comparatur 230 d e: ad Baptismum mirabiliter pervenit senex, qui tota vita legem naturæ servaverat 205 d, 227 c. Baptismum suscipiens S. Cerealis videt in se descendere Spiritum sanctum 262 f: per Baptismum dicitur curata lepra et morbus alius 60 e f. Patrinus donat suscepto suo B. Bardoni munera, futuram ejus sanctitatem præsignantia 298 f: sine Baptismo tres parvulos mortuos resuscitat S. Marcellinus Episcopus 5 c e

Benedictionem a Christo dicitur petiisse puer S. Barnabas 434 b. Benedictum a se currum ascendens S.

S. Columba, non insertis ad rotas pessulis, vehitur innoxie 222 e. Benedicta *ab eodem sudes lignea ultro feras et pisces capit.* 219 c, *ferrum ab eodem* benedictum *vulnera infligere non potest* 217 e f. *lapis ab eodem* benedictus *aquis supernatat, moribundis sanitatem restituit, sed a morituris inveniri non potest* 218 d e. *Puer omnibus despectus, accepta ejus* benedictione, *in virum præclarum evadit* 199 e. *Idem S. Columba sua* benedictione *vaccas multiplicat* 215 b, *et plures sanat infirmos* 212 e seqq. *Instante morte* benedicit *suo monasterio* 231 e *et discipulis* 232 a. *Hasta a S. Baitheneo* benedicta *neminem lædit* 235 a *Vide* Crucis signum.

Benignus *erga omnes David Rex Scotiæ* 332 c. Benignitate *sua omnibus placet S. Bardo* 299 b. Benignitas *ejus erga derisorem suum* 311 c d.

Blasphemant *pagani Deum verum, eo quod mortuus esset quidam statim post susceptum Baptismum, ac propterea resuscitat eum S. Columba* 218 d e. *De Sanctis irreverenter et* blaspheme *locuti puniuntur* 289 a b. Blasphemi *puniti, pœnitentes sanantur* 479 e 292 f, 294 a 465 e; *a Sancto ob irreverentiam percussus, ab eodem in fine vitæ ad cœlum evocatur* 286 e f : *negans S. Richardi sanctitatem in morbum incidit, a quo per illius invocationem sanatur* 248 b. Blasphemantes *S. Colmanni miracula, terra absorbuisse dicitur* 27 d Blasphemus *in sacras Reliquias punitur* 122 e, 125 d.

C

Cadenti *e domus culmine succurit per Angelum S. Columba* 180 d.

in Cœlis *sedes paratas variis Sanctis videt S. Baitheneus* 235 f : *futurus locus B. Bardonis præostenditur* 313 d : *animam S. Marii ascendentem videt S. Austremonius* 119 b : *alteri ascendenti obviam venit Christus cum Sanctis* 477 b. *Vide* Anima, angelus.

in Cœlis *sedem sibi paratam videt B. Flora* 48 *

Cœleste lumen. *Vide* Lumen. *De* Cœlo vox audita. *Vide* Vox, Columba.

in Calculi *doloribus invocatur S. Syria Martyr* 66 d e f.

Calumniis. *Petrus Fullo hæreticus* calumniatur *orthodoxum Patriarcham* 441 f : *alii quoque hæretici* calumnias *confingunt in Orthodoxos* 16 c d e f.

Campanæ *sponte sonant in morte B. Henrici Baucenen.* 363 b, 364 a, 368 a b; *et in obitu B. Joli* 251 a.

Candela, *vide* Cereus.

Canis *baculum arrodens S. Baithenei moritur* 234 d, Canibus *utitur dæmon ad vexandos homines* 5 c

Canonicæ *mulieres quales fuerint in Ecclesia Græca* 170 b

Canonicæ horæ, *vide* Horæ.

Cantus, *vide* Chorus, Angelus.

Captivus *quidam e* captivitate *Turcica mirabiliter liberatur* 490 a. Captivos *multos liberat S. Margarita Regina Scotiæ* 323 d : *iis redimendis vasa sacra impendit S. Fortunatus* 105 c.

Caritas *misericors est despiciendum neminem ostendit S. Columba* 199 d : *tempore hiemis Monachos nimio labore obrui non vult idem Sanctus* 204 e, *idem omnibus omnia factus* 235 b, Caritatem *mutuam suis discipulis enixe commendat moribundus* 186 e, 231 f

Caritas. *Leprosorum ulcera lambit B. Rosselina* 490 f *Vide* Religiosus, Pauper, Oratio, Humilitas. Caritas *erga consanguineos, vide* consanguineus.

Carthusianorum *rigor qualis fuerit, et nunc eo in Ordine sit* 489 a.

Castitas *B. Floræ admiranda* 43 * c

Castigatio corporis, *in qua humilitas potius quærenda, quam pœna* 257 c. *Vide* Austeritas vitæ.

Castitatis *diligens custos in adolescentia S. Bogumilus* 338 b : *ob* Castitatem *atrox martyrium sustinet S. Potamiæna* 6 f. Castitatis *servandæ causa an liceat sibi mortem inferre* 156 d e seq. *Vide* Oculi, Pudicitia, Virginitas.

Ob Cellarii *furtum inopia affligitur monasterium* 27 d.

Cepis *homines assimilat B. Sylvester* 257 c

Cereus *miraculose accensus* 312 c : *alius in manu B. Aleydis* 473 d.

Cervinus *hinnulus instar vituli lactatur a vaccis* 27 e

Cetus *miræ magnitudinis* 202 c

in Choro *cantantis S. Columbæ vox miraculose auditur procul* 207 c d

Cibus *signo crucis benedicendus est* 234 b, *inter manducandum orat S. Baitheneus* 234 b.

Cilicio *sub regio cultu induitur Mathildis Regina Angliæ* 333 a, *sub pretiosis vestibus B. Diana* 359 e, *vestitus asperitas B. Henrici Baucenensis* 363 b, *miraculo probata* 364 e, 367 b, d.

Clericos *omnes, etiam pueros, veste ab aliis distingui decrevit S. Bogumilus Episc.* 346 f : Clerici percussio *vide*, excommunicatio.

Colloquium *eo super mensam ad virtutem accenditur S. Trudo* 129 d

Columbæ *miraculose apparent in sepultura S. Medardi* 84 e. 92 d. Columba *volitat supra Reliquias S. Yvonis Episcopi* 287 e. *Instar* columbæ *cœlum ascendit S. Oliva* 294 e *Vide* Anima, Baptismus.

Columbæ *instar igneæ apparet post mortem S. Columba* 232 b c

Communionem *Paschalem observare jubet subditos suos S. Margarita Regina Scotiæ, nequidquam se excusantes* 327 a b. *vide* Eucharistia, Missa.

Communionem *accepit B. Flora ministerio angelorum* 50 * c

Concionator *pius B. Joannes Dominici* 391 a b *populo gratus, quinquies uno die prædicat* 399 a b seq.

Concionatur *intrepide contra Mahometanos per duas horas Frater Jordanus* 254 a. Concionatur *in ecclesia laicus Princeps Godeschalcus, aut interpretem Episcoporum agit* 41 c. Concionantur *scripto, non verbo Carthusiani* 489 d. Conciones *frequenter audit B. Henricus Baucenensis* 366 d. Concionantem *S. Barnabam ridentes Ethnici reprehenduntura S. Clemente* 422 a. Concionatori *fatigato vinum offert B. Silvester* 254 a. *Vide* zelus animarum, Evangelium, Lingua.

Confessio *quotidiana et humilis* 49 * f

sine Confessione *morientem sibi restituit S. Marcellinus Episcopus* 5 c f

Confraternitates *pias diligenter frequentat B. Joannes Dominici* 395 e f

Constantia *S. Sebastianæ martyris, voce e cœlo confortata* 5 * f. 9 * f, 11 * d

Contemplatur *mysteria vitæ Christi B. Flora* 46 * c

Confidens *multum miraculose sanatur* 385 d.

Confirmationis *sacramentum suscepturæ S. Roselinæ, frons miraculose splendet* 486 f.

Consanguineos *nimium amanti vitreus thronus in cœlo destinatur* 235 f

Conscientiæ *teneritudo B. Henrici Baucenensis* 366 f.

In petendo Consilio *senes præferendi junioribus* 254 f: *plus faciendum quam dicendum* 254 f

Consolationem *spiritualem præfert omnibus temporalibus B. Aleydis leprosa* 474 a

Constantia *S. Potamiænæ Junioris in ferendis tormentis* 6 f; *S. Lycarionis Martyris* 9 a d, *SS. Primi et Feliciani* 151 b e seqq. *SS. Felicis et Fortunati* 457 d *et Sociorum* 265 e f seqq. *SS. Getulii et sociorum*

rum 263 b, S. Olivæ M. 294 d Vide Fortitudo, Martyr.

Controversiam de agri limite dirimit S. Medardus puer, miraculose imprimens termino vestigium pedis sui 88 b c

Conversio magna B. Joannis Avellini 483 d e

Pro Conversione peccatoris multa facit Abbas S. Gatatzunus 460 b d. Ad conversionem animarum operam confert B. Godeschalcus Princeps 41 ab seq. Meretricem convertit S. Theophanes 272 a b Vide Peccator.

Coquus pius B. Silvester 252 e, inter coquendum gratia divina repletur 254 d, pro ipso orante creduntur Angeli coquinæ ministeria obiisse 252 e. Miraculose præparantur sibi, quos S. Rosselina orans coquere omiserat 487 d

Corona, vide Martyr, Imperator.

Correptio fraterna non debet esse severa 254 e, Corrigit mores subditorum S. Margarita Regina Scotiæ 326 e f

Crudelitas Henrici schismatici Imperatoris 45 a b

S. Crucis imaginem et Reliquias 330 e, et filius ejus David Rex Scotiæ 332 d. Crucis formam refert scapulare 175 e Crux lucida apparet in electione Willielmi Episc. Eborac. 137 c. Crucis signo terretur dæmon 174 c, evertitur phantasma diabolicum 164 e f, 165 e : S. Rosselina 490 e. S. Baitheneus 234 f, S. Columba maleficium solvit 180 d, et dæmonem ex lacte fugat, cujus vas insederat ob omissum signum Crucis ; illud fugato dæmone effunditur, rursusque benedictione impletur 214 e f. Idem Sanctus eodem signo obseratam patefacit ecclesiam 187 a et alibi clausas portas 219 a. Crucis signo multos a submersione liberat S. Willielmus Ep. Eboracensis 140 d, Podagram sanat S. Parisius 479 d. Morbos curat B. Joannes Tientialbene 482 e, et B. Joannes Avellini 483 e, cibus signo Crucis benedicendus est 234 c. vide Benedictio.

Crucifixus Dominus apparet B. Aleydi 476. Erga crucifixum Jesum devotus B. Joannes Avellini 483 d.

Cultus Sanctorum. vide Festum.

Curru, ad rotas claviculis carente, innoxie vehitur S. Columba 222 e

D

Dæmon Martyrum virtutem fatetur 267 b. Dæmones morbos causant 292 d. Armata manu monasterium aggressuri fugantur a S. Columba 226 d e. Pestem et morbos inferunt monasteriis 226 d, per Dæmonem deceptus S. Palæmon Abbas, a Deo liberatur 460 d. In forma anguillæ S. Bogumilum decipere conatur 348 e f. Dæmon orantium devotionem et distractiones observat 48 a b. Canibus utitur ad vexandos homines 5 c : non habet quod opponat B. Rosselinæ morienti 491 a.

Dæmones peccatores damnandos ad inferna rapiunt 187 b. 205 e Contra dæmones videt pro animabus morientium Angelos pugnantes S. Columba 184 c, cui contra dæmones pugnanti hi succurrunt 226 d. Dæmon mirabiliter fugatur a S. Baitheneo 234 e f. dæmonium fontem inhabitans fugatura S. Columba 213 d. Dæmon prohibetur multa mala facere per S. Robertum 48 a b, alium novitium, abitum a Religione meditantem, monasterio effert 48 a. Vide Crucis signum, Reliquiæ.

Dæmon agonizantem S. Herbaudum tentare nititur 104 b. Per dæmonem in aquam dejecta B. Flora, non madefit 45 * b

Decani Capitularis officium diligenter exequitur S. Bogumilus 342 d seqq.

Detractores et delatores importunos reprehendit B. Bardo Abbas 301 c. Vide Peccatum, Revelare.

Deus Caritas est 255 c

Dies, vide Dominica.

Disciplina Religiosa, vide Reformatio.

Dispensator, vide Cellarius.

Dissensio Paulum inter et Barnabam non peccaminosa, sed virtuosa 438 b c.

Divitiarum servandarum desiderio abnegat fidem Paulus Presb. et sanctis Virginibus caput amputat, laqueo deinde ipse perit 171 e seq. Vide Avaritia.

Doctrina, vide Adolescens, Eruditio.

Dominicam diem pie observandam curat S. Margarita Scotiæ Regina 327 c d.

Domunculam angustam inhabitat S. Julianus Edessenus 174 d.

Dormire. Vide Lectus, Somnus.

Draco miraculose occisus objectu sacri veli 270 f.

Durities vestitus et Lecti etc. Vide Cilicium, Lectus.

E

Ecclesiæ unionem suadet Gregorio XII et promovet B. Joannes Dominici, propterea multa passus 391 e. Erga Ecclesias munifica S. Adeleydis 236 f S. Margarita Scotiæ Regina 325 b c ; S. Eustadiola 132 b. Munificentiam patris erga Ecclesias ægre fert filius, B. Joannes Avellinus ; sed convertitur ad meliorem vitam 483 d e. Ecclesiæ donata Domini temporales male invadunt 111 c ; invadentes puniuntur 122 b f, unus subitanea morte 94 a b c d. Agri fructus auferens Episcopus monasterio S. Medardi, ad hujus sepulcrum subito extinguitur 86 b c d : ad Ecclesiasticorum bonorum defensionem circumferuntur SS. Reliquiæ 122 d; Ecclesiasticam immunitatem defendit S. Bogumilus 349 e f, 350 f : pro ea occiditur B. Bonaventura Eremita Augustinianus 388 b. Vide, Templum.

Ecstases meretur B Flora innocentia vitæ 46 * f, et perambulat cœlum 46 * b c

Educatio filiorum. Vide, Filius.

Electio. Vide, Episcopus, Abbas.

In Eleemosynis dandis profusus S. Joannes Episcopus 7 Hierosolymorum 4 f ; et S. Eustadiola 132 b : S. Chlodulphus 130 d, et S. Willelmus Eboracensis Episcopus 135 d, 136 c. Eleemosynam frequenter facit puer S. Medardus 80 b. 87 d : equum ex misericordia indigenti donatum miraculose recipit 87 e, seq. 83 b c d : B. Henricus Baucenensis eleemosynas facit, necessaria sibi subtrahens 363 b, et ex Eleemosynis sibi datis 366 a. Fabri defuncti animam in cœlum deferunt Angeli, qui ex opere manuum suarum largitus fuerat eleemosynas 226 e. Eleemosynis dedita S. Margarita Regina Scotiæ, approbante etiam marito 328 c d : sacra vasa ad redimendos captivos vendidit S. Fortunatus 105 c. Vide Fames, Misericordia, Pauper.

Episcopatum S. Eleutherio prædicit S. Medardus puer 80 b, 87 c. B. Bardo, de Episcopatu sibi obventuro per jocum prophetat 299 d, alia ejusdem de eodem a se suscipiendo prophetia 301 f. Richardo Abbati revelatur per somnium B. Bardonem futurum Episcopum 303 a b c. Episcopum sibi dari a Pontifice Romano petunt Syracusani 240 a b. Ob virtutem electus S. Paulus Constantinopolitanus 150 b. Crux lucida apparet in electione Willelmi Episcopi Eboracensis 136 e, et S. Medardus 90 e. Episcopus fieri cogitur ex invidia S. Cyrus 237 f. Angelus mandat S. Gildardo ut adolescentem duodennem electum, Episcopum consecret 67 f. dimisso Episcopatu Eremiticum institutum amplectitur S. Bogumilus 350 b. ad eum ex eremo rapitur S. Meriadocus 36 c.

Episcopi officium in omnibus implet S. Bogumilus 344 a b seqq. et B. Bardo 319 d e f seq. pie et strenue S. Medardus 91 a : qui etiam duos Episcopatus administrat 90 e. Episcopatu innocens abdicatur S. S. Willelmus Eboracensis 135 d, 138 d e seq. Excommunicationis

communicationis sententia lata in Monstrolienses, ob sacrilegam percussionem Episcopi 33 a b seq. *sublata post pœnitentiam* 33 seq.

Episcopatu *abdicato fit monachus S. Cumianus* 241 b *S. Valentinus* Episcopus *Tungrensis baculum pastoralem eligendo successori jubet servari* 9 f. *pallio* Episcopali *strangulatur S. Paulus Constantinopolitanus* 21 e seq. Episcopales *virtutes B. Bardonis* 303 e *B. Landerici* 290 b c. *S. Maximiani* 240 c *S. Clodulphi* 127 d seq. *Origo investituræ* Episcopatuum *a principibus secularibus suscipiendæ* 350 b c d. *Vide* Simonia, Ordo, Monachus, Concio.

Equites *Ordinis de monte Carmelo* 35 a. Equum *largitus in eleemosynam S. Medardus puer, eumdem miraculose recipit* 83 a b c, 87 f seq. Equus *a morte resuscitatus* 353 f Equus *lacrymatur ob instantem mortem S. Columbæ* 231 d e

Eremita, Eremus *Vide* Solitarius, Solitudo.

Audito Evangelio *ad voluntariam paupertatem accenditur S. Eremundus* 282 c d. Evangeliorum libro *infirmos sanat S. Barnabas Apost.* 425 d 428 a. Evangelium *S. Matthæi cum Corpore S. Barnabæ repertum* 445 d, *et Imperatori Constantinopolitano donatum* 445 e f.

in Eucharistia *dicitur Christus apparuisse* 59 e. *De calice sacro desiderans percipere B. Aleydis, docetur divinitus sub speciebus panis etiam sanguinem contineri* 474 d e. *S. Margarita Regina Scotiæ communionem Paschalem observare jubet subditos suos, quamvis frivole se excusantes* 327 a b. Eucharistiæ *desiderium B. Aleydis, et ad eam pia præparatio* 474 c. *Viaticum moribundus pie suscipit David Rex Scotiæ* 332 c. *Vide* Missa.

Examen conscientiæ. *Vide* Conscientia.

Excommunicationis *in se latam sententiam fert humiliter et patienter S. Columba, cujus innocentiam et sanctitatem Deus revelat* 225 d. Excommunicatione *coercet S. Boqumilus Ecclesiæ et pauperibus injuriosos* 350 f. Excommunicationis *sententia lata in Monstrolientes, propter sacrilegam percussionem Episcopi* 33 a b seq. *dein sublata post pœnitentiam* 33 seq. excommunicata *Arbor vice hominis, fulmine perit* 234 e.

Exemplo *suo plures e subditis convertit S. Lupus* 236 d e f.

Exequiæ *S. Columbæ factæ per triduum* 232 d *a solis ipsius Monachis, sancto tumultuantem plebem miraculose ab iis excludente, per excitatam tempestatem* 180 d, 187 a

In Exilium *sæpius pellitur ab Arianis S. Paulus Episcopus Constantinopolitanus* 17 seqq. Exilium *pro sacris Imaginibus Passi S. Naucratius et alii Studitæ* 133 c. *Corpus S. Pauli Episcopi, in exilio pro fide mortui in urbem refert Theodosius Imp.* 22 d e.

Extasis *S. Columbæ* 185 b, *triduana ejusdem, cum lumine cœlesti copioso et Angelorum cantu* 229 d e : *in* Extasi *videt S. Baithenеus varias sedes in cœlo sanctis præparatas* 235 f, *vide* Revelatio.

F

S. Landricus in Fame *alit pauperes, domesticam supellectilem et Ecclesiasticam vendens* 290 b c seq. *panes urgente* fame *ferens pauperibus S. Flora, aperto sinu rosas et flores ostendit* 481 e

Feræ *parcunt SS. Primo et Feliciano* 152 e f, seq. *inter* Feras *exul vivit innoxie S. Oliva* 292 c, 294 b.

Ferrum *a sancto Columba benedictum, vulnera facere non potest* 217 e f

Festum *Sancti pridie defuncti celebrari jubet S. Columba* 226 f, *et alterius Episcopi quem per revelationem defunctum noverat* 184 e. Festa *Sanctorum cum pietate, non commessationibus celebranda docet S. Joannes Chrysostomus* 161 a b seq. *Vide* Constantia, Concio, Evangelium.

Fiducia *in Deum requiritur ad miraculum* 212 c, *et bellua marina fugatur* 202 e.

Filios *pie educat S. Margarita Regina Scotiæ* 325 d, *eos moribunda Patri spirituali commendat* 330 c. *Parentibus invitis Religionem ingreditur B. Rosselina* 487 c. Filius *non debet ingressum Religionis omittere ut parentes sustentet, si ii non sint in gravi necessitate* 396 e f.

Flores *miraculose nati in loco Martyrii S. Alexandri*, 236 e. Flores *et Rosæ videntur pro panibus in pauperes distribuendis a S. Flora* 481 e, *et a B. Rosselina* 487 a

Flumen *miraculose disscissis scopulis dicitur cursum mutasse* 27 b

Fons *miraculosus S. Marii* 113 a. Fontem *miraculose excitat B. Jolus* 251 a. *Ex* Fonte *dæmonem fugat S. Columba* 213 c.

Fornicatio, *vide* Impudicitia.

Fortiter *multa exilia pro fide patitur S. Paulus Episcopus Constantinopolitanus* 17 seqq. *vide* Martyr, Constantia. Concio.

Fulgor, *vide* Lumen.

Furto *ablatus taurus tintinnabulo se prodit* 89 c d.

Furatus *uvas egredi vinea non potest* 80 d, *nec* Fur *de loco in quo furatus est* 89 a b c. Furatus *apes ab iis vexatur* ibid. Fures *alii affixi hærent loco, donec ablata restituant* 0 f 89 e : *in* Fures *misericors S. Medardus, quæ coacti restituerunt, eis donat* 80 d. Furem *occultum detegit S. Columba* 208 a. Furatus *vinum juxta ecclesiam S. Amabilis, verberibus a Sancto excipitur*. 464 e : *ob* Furtum *Cellarii inopia affligitur monasterium* 27 e *raptor cum rebus violenter ablatis tempestate submergitur* 215 e

G

Gigantis *instar apparet S. Columba* 197 b c

Gloria cœlestis, *vide* Cœlum.

Gratitudo *B. Bardonis facti Episcopi erga nutricem cetulam* 299 d

in Gynæceo *ordinando præcipuam pudicitiæ rationem habet S. Margarita Regina Scotiæ* 325 d.

H

Hæresis *Albigensium Christum flagellavit* 490 f, Hæretici *calumnias affingunt Orthodoxis* 16 c d e f. Hæretici *impudentia, Hypocrisis fraudes* 442 b. Hæreticos *pertinaces armis compescendos suadet B. Joannes Dominici coram Sigismundo Imperatore* 461 e f, 391 e.

Hasta, *a S. Baitheneo benedicta, neminem lædit* 235 a.

Homicidæ *divinitus puniti* 215 e f seq.

Horæ Canoniæ, *vide* Officium divinum

Hospitalitas *remunerata temporalibus divitiis* 215 b c, *eadem per triduum in gruem exercita a S. Columba* 209 b. *Peregre adveniens Abbas honorifice a Monachis excipitur* 199 c d, *et lautius jubet eos tractari* 202 f. *Adventus grati* Hospitis *jejunium monasticum solvit* 204 f *Vide* Xenodochium Pes.

Humilitas *S. Barnabæ* 436 c seq. *B. Aleydis* 476 d. *S. Landerici* 290 c. *B. Silvestri Camaldulensis* 254 c. *S. Margaritæ Reginæ Scotiæ* 326 e f. *B. Joannis Avellini* 483 d, Humilitas *S. Columbæ, dona a Deo sibi communicata studiose celantis* 184 e, 186 b, 226 c; *revelationes etiam et Angelorum apparitiones* 228 a b, 229 e f seq. 230 c, 231 a, *idem miraculum a se factum alteri Sancto adscribit* 184 b : *excommunicationis sententiam in se latam fert* Humiliter 225 d, Humilitas *S. Clodulphi, volentis describi in Vita S. Arnulphi suam parcitatem erga pauperes* 130 d. Humi-

litas

litas *S. Baithenei virtutes suas occultantis* 234 c. Humilitas *B. Bardonis in dignitate constituti* 300 e, 301 d : *patienter is fert se ab aliis despici* 304 e, *nec adversis tristatur nec lætis extollitur* 310 b seq. Humilitas *B. Henrici Baucenensis* 363 b, 366 c : *conversationem suam cum Angelis occultantis* 367 a. Humilitas *Richardi Comitis Normanniæ, Religiosis ad mensam ministrantis* 325 b. *B. Joannis Dominici, magisterium recusantis* 399 d e f, *S. Mathildis Reginæ Angliæ instante sibi morte pedes pauperum abluentis* 332 e f. Humilitas *magis quærenda in castigatione corporis quam cruciatus* 257 c. *Vide* Abbas, Episcopus.

Hypocrisis *Petri Fullonis et impudentia* 442 b. *Vide* Hæresis.

I

Idola *explodit B. Sebastiana* 7*

Contra Idololatriam *argumentatur imaginum sculptor* 61 c.

Igneus *globus apparet super caput S. Columbæ celebrantis* 185 b, *per* ignem *designatur Spiritus sanctus* 164 e. Ignis *non lædit SS. Martyres* 266 f, *nec S. Getulium* 263 c, *nec corpus S. Barnabæ* 440 a. *Extinguitur allatis Reliquiis Sanctorum* 463 a *et S. Amabilis* 465 c, 466 seq. *Prunas in veste illæsa fert B. Jolus* 251 a

Imaginem *S. Crucis et Reliquias moribundæ sibi exhiberi jubet S. Margarita Regina Scotiæ* 330 e, *et filius ejus David Rex* 332 d : *pro* Imaginibus *sacris exilium passi S. Naucratius cum Studitis aliis* 133 f. *In* Imaginem *S. Antonii irreverens punitur* 404.

Immunitas Ecclesiastica, *vide* Ecclesia.

Impudentia *Petri Fullonis hæretici* 442 b.

Impudicus *ethnicorum ludus* 428 b. *Fornicariis prædicit S. Columba mortem funestam* 207 e seq. *De* Impudicitiæ *falso accusatur S. Robertus Abbas* 48 b, *et S. Paulus Episcopus Constantinopolitanus ab Eusebianis* 16 b c d. *Vide* Incestus.

Incendium *vide* Ignis.

Indulgentias 40 *dierum singuli Episcopi præsentes in translatione Reliquiarum concedunt* 143 a.

Dæmones damnandos ad inferna *rapiunt* 205 e, 187 c, *pro Peccatoribus convertendis pœnas* inferni *vivens sustinet B. Aleydis* 476 b

Infirmus *vide* morbus.

Ingenii *rari exemplum B. Joannes Dominici* 390 f, 398 c.

Inimicos *diligunt S. Willielmus Ep. Eboracensis* 139 c, *erga derisorem suum benignus B. Bardo* 311 c d.

Innocentiam *S. Columbæ, sine causa excommunicati, revelat Deus* 225 e. *Vide* Calumnia.

Insecta *marina quædam, navigantibus molesta* 222 c

Integritas Corporis *B. Henrici Baucenensis* 386 a b, 365 c, *S. Rosselinæ* 486 d. 493 d seqq.

Investituræ *Episcopatuum et Abbatiarum, a secularibus Principibus suscipiendæ, origo* 350 c d e.

Invidiam *Imperatoris incurrit S. Cyrus, ob acclamationes populi, ideoque Episcopus fieri cogitur* 237 f. *Monachum factum Episcopum* Invidi *carpunt* 304 d. *Vide* Calumnia, Monachus.

Iter *magnum exiguo temporis spatio conficit S. Bogumilus* 343 a b.

J

Jejunium *frequens et arctum B. Joannis Dominici* 398 d. *S. Canidis pueri, dein Reclusi* 374 d. *B. Rosselinæ* 490 e f. *Jejunandi studium S. Margaritæ Reginæ Scotiæ usque ad infirmitatem* 328 b c, 329 b c : *ipsa* Jejunium *quadragesimale a die Cinerum inchoandum curat* 327 a b. Jejunium *quadragesimale arcte servatum a S. Roberto Abbate* 47 d. Jejunium *admirandum sectatur S. Catatzunus* 460 a b. *Carnibus abstinet S. Eustadiola* 132 d. Jejunio *et oratione petit a Deo in fide illuminari S. Cerealis* 262 e, *iisdem morbi a dæmonibus immissi superantur* 226 d. Jejunio *et oratione conjugalem amorem uxori impetrat S. Columba* 221 f. Jejunium *monasticum solvit adventus grati hospitis* 204 f. Jejunio *prævalent opera misericordiæ* 312 e f. Jejunio *prævalere obedientiam docet S. Bardo, convertendo carnem in pisces* 312 d. *Obedientia magis quam* Jejunio *carnem domat B. Sylvester* 254 b c. Jejunium *extraordinarium præter obedientiam exercens, postea gulæ indulgere deprehensus est* 203 a. *Mater gravida delicatioribus abstinens filium parit multi* Jejunii 274 d.

Judicii *divini semper memor S. Margarita Reg. Scotiæ* 326 d : *ejus recordatione in virtute proficit S. Julianus Edissenus* 174 e, 175 d e. *Vide* Dæmon.

ex Judicio *temerario de impudicitia accusatur S. Robertus Abbas* 48 b.

Judex *sua potestate abutens* 311 a b.

Juramentum *execratorium jurantis malo impletum* 129 f

L

Lac *per magiam expressum, sanguinem esse ostendit S. Columba* 214 e

Lapis *a Sancto Columba benedictus, pluribus est salubris* 187 b : *aquis idem supernatat, moribundis sanitatem restituit, sed a morituris non invenitur* 218 d e

Lectus *durus B. Henrici Baucenensis* 364 d e, 367 d *et S. Columbæ* 186 e

Leonis *loquentis fabella* 11 * e

Liber *vitreus qualis sit* 225 f. Libri *S. Columbæ miraculosi* 187 c. 222 f *in aquis servantur illæsi* 213 b c, libros *pios, quos legebat S. Julianus Monachus flendo corrumpebat* 175 a b. *ob* libros *Regi oblatos muneribus honoratur S. Adamnanus* 188 b.

Linguæ *impedimentum non indecorum B. Joannis Dominici* 398 c. *Vide* Idioma.

Longanimitas *B. Bardonis, iniquum judicium patienter ferentis* 301 b c

Lumen *noctu in officinis accendi curat S. Cyrus* 237 f. Lumen *cæleste illustrat Ecclesiam S. Mariæ* 124 a; *Monasterium B. Aleydis* 475 a b. Lumine *miraculoso præsignatur futura Sanctitas S. Columbæ* 225 d : *idem est indicium innocentiæ et occultæ Sanctitatis ejus* 225 e, *et oculis humanis intolerabile* 229 d e f. *In eo S. Columbam aspiciens S. Servanus pene excæcatur* 185 d, *globus igneus apparet super caput illius celebrantis* 185 b, *et* lumen *miraculosum in loco morientis* 186 e. *Apparitiones* Lucis *miraculose super eumdem Sanctum vide toto libro* 3 *vitæ ejus, pag.* 225 seqq. Lumine *cœlesti, circumdatur moriens S. Medardus* 81 a, *et* lumen *emicat ex Reliquiis B. Dianæ* 361 e f. *Vide* Confirmatio, Cereus.

M

Magia, *vide* Dæmon, Lac, Miraculum.

Magnificentiam *regiam non mundi amore, sed bono fine auget S. Margarita Regina Scotiæ* 326 c d

Manducare, *vide* Cibus.

Mare, *vide* Tempestas.

Maria Deipara *apparet S. Bogumilo morienti* 352

Maritus, *vide* Matrimonium.

Martyrium *suum prædicit S. Barnabas* 440 b c, Martyres *tales coluntur qui a Mauris occisi sunt, contra ipsos pugnantes* 470 e, *supra* Martyres *locus in cœlis promittitur B. Aleydi, ob lepram patienter toleratam* 474 f. *Talis an sit, qui se interimit servandæ castitatis causa* 156 b c seqq. Martyrum *virtute dæmon*

mon superatur 267 b. *In picem bullientem paulatim demittitur S. Potamiæna Junior* 6 f. *Plumbum liquefactum tamquam aquam frigidissimam bibit S. Primus Martyr* 152 c. *Feræ parcunt SS. Primo et Feliciano* 152 e f seq. *vide* Angelus, Constantia.

Mater *gravida, delicatioribus abstinens, filium peperit multi jejunii* 274 d. Matri *S. Columbæ gravidæ prænuntiatur futura filii sanctitas* 225 c d. Matrem *videre simul et alloqui recusat S. Colmanus, eam tamen vidisse dicitur miraculose* 27 c. *Vide* Parens.

Matrimonium. *Amor conjugalis inter S. Margaritam et Malcolmum Reges Scotiæ : Illa maritum ad virtutis exercitium inducit* 334 e f. *post mortem etiam ipsum honorat* 333 e f, 334 a. Matrimonii *debitum reddere nolentem uxorem, jejunio et oratione ad amorem viri perducit S. Columba* 221 f. *Recens nuptarum virginitatem prælibandi abusus sublatus* 327 b. *vide* Incestus, Castitas, Zelotypia, Uxor.

Mensa, *vide*, Cibus, Colloquium.

Meretricem *convertit ad pœnitentiam S. Theophanes reclusus* 272 b c

Miraculum *a se factum alteri sancto adscribit S. Columba* 185 a. Miraculorum *donum sibi auferri petit B. Joannes Avellinus, ut vacare melius orationi possit* 483 e. *Mortuo suscitato non convertitur Anulinus persecutor Christianorum* 267 a. *Vide* Ingratus.

Misericordiæ *opera exercet S. Elremundus* 282 e, *S. Eustadiola* 132 e, *S. Margarita Regina Scotiæ* 329 b c d. Misericordiæ *opera prævalent jejuniis* 312, e f. Misericordia *S. Getulii. in persecutione Christianos eleemosynis adjuvantis* 262 e, *S. Medardi erga furem qui res suas depredatus fuerat* 89 a b c. Misericordia *B. Bardonis in delinquentes quibusdam videtur socordia* 296 b, 313 c. *Ancillam servitute liberare renuens punitur divinitus* 218 c. *Vide* Captivus, Eleemosyna, Fames, Pauper, Morbus.

Missam *celebrat eodem die moriturus S. Barnabas* 439 f. *Christus dicitur apparuisse in Eucharistia SS. Gerulæ Germano et Paulino* 60 d e. Missam *celebrantis S. Columbæ caput radiis luminosis circumdatur* 229 c d : *idem Sanctus indigne celebrantis peccata revelat* 207 f. Missæ *frequenter interest, cum Rosario in manibus, B. Henricus Baucenensis* 366 d : *ex infirmitate non valentem ei interesse B. Aleydem ideoque contristatam solatur Dominus* 476 a b. *Pro* Missæ *sacrificio S. Columba aquam convertit in vinum* 211 e, 184 e, *vide* Eucharistia, Liturgia.

Monachos *in Pontificatu adhibet adjutores S. Gregorius Magnus* 239 a. Monachum *assumptum ad Episcopatum invidi carpunt* 304 d. Monasticæ virtutes *S. Georgii Sacerdotis* 241 f. *S. Juliani Edisseni* 174 b seq. *S. Cumiani, qui* monachus *fit abdicato Episcopatu* 241 b. *Vide* Religio, Solitudo.

Monasterium *fundat S. Bogumilus* 346 a, *dæmones armata manu* Monasterium *aggrediuntur, fugantur a S. Columba* 226 d e : *pestem et Morbos* Monasteriis *inferunt* 226 e. *Apostata* Monasterio *aufugiens, punitur* 289 b, Monasterii *opulentia non officit Religiosorum paupertati aut perfectioni* 43 * b c

Morbum *fert pie et patienter B. Jacobus Camaldulensis* 255 d, *lepram immittit Dominus B. Aleydi, ad exercitium virtutis consolatione spirituali ab eo perfunditur : ab aliis separatam domum intrans, a Christo excipitur* 474 a b d, *qui eidem,* morbum *patienter ferenti, promittit locum in cœlis supra Martyres* 474 f, *vitamque simul et* morbum *ei prolongat* 475 c : *ipsa dolens quod ob infirmitatem Missæ interesse non posset, consolationem accipit* 476 a b, *aliosque* Morbos *gratanter suscipit* 476 f, *oculum dexterum amissum offert Deo pro salute Regis Romanorum, sinistrum pro Rege Franciæ, in expeditione terræ sanctæ* 476 c d, Morbum *causant dæmones* 292 a

Mortem *suam pro concione prædicit B. Bardo, nec alios dolere vult* 313 d e f seq. *item B. Aleydis* 475 f, *eamque pie obit* 477 b, Mortem *pie obit B. Silvester suam et Sororis eodem die obeundam* 252 e. *Ad* mortem *pie se præparat B. Joannes Avellinus* 483 e. Mortem *desiderat S. Columba* 186 b, *et prædicit* 186 c d seq. *differt tamen eam propter preces aliorum* 186 b. 230 e f. *Ob instantem ejus* mortem *lacrymatur equus* 231 d e, *ipse* moriturum *se eo die prædicit* 180 f, *placide* moritur, *et cœlesti lumine honoratur* 186 c f seq. 230 seqq. *ad* mortem *pie se præparat S. Margarita Regina* 330 d seq. *et David filius ejus Rex Scotiæ* 332 d. Moritur *Ethelwinus cantans Psalm.* Laudate Dominum omnes gentes 287 a b. Moritur *pie S. Amabilis* 463 d B. *Rosselina* 491 b *S. Joannes Dominici suis valedicens* 411 e f, *Læta* moritur *S. Eustadiola* 132 f, *et S. Bogumilus, Deiparam cum filio cernens* 352 f. Mortem *B. Joannis Tientialbene mirabiliter luget B. Juniperus* 482 e f. Mortem *sibi inferunt virgines ne violentur* 154 b c d e : *quæritur an id liceat* 156 d e seqq. Mors *funesta, pœna peccatorum* 207 e seq. *subitanea morte punitur Anulinus, persecutor Christianorum* 267 b. Mortem *mariti et filii patienter fert S. Margarita Regina Scotiæ* 330 e f. Mortuorum resuscitatio, *vide,* Resuscitatio Mortuorum.

Mortificationes *Sanctorum Deo offerunt Angeli* 47 e

Mulierem *mundum abjicit B. Diana* 359 a, *vide* Castitas, Impudicitias, vestitus.

Multiplicatum *vinum intercessione B. Henrici Baucenensis* 368 f ; Multiplicatæ *vaccæ benedictione S. Columbæ* 215 b.

Mundum *contemnit S. Yvo Persa* 285 c. *Magnificentiam Regiam, non* mundi *amore, sub bono fine auget S. Margarita Regina Scotiæ* 326 c d, *vide* Mulier, Solitudo, Religio.

N

Navigaturis *ventos prosperos pollicetur et impetrat S. Columba* 214 c, navigantibus *contrarii ejus intercessione vertuntur in secundos* 223 a b. Nautæ, *nolentes recipere peregrinum eidem Sancto devotum, ventos statim patiuntur adversos* 221 a b. *Qui orare non novit eat ad mare* 199 f.

Novitium, *abire a Religione meditantem, dæmon monasterio effert* 48 b.

Nubes *mortiferam pluviam adfert* 212 b c.

O

Obedientia *B. Pacis* 49 d. *Lugnei monachi erga S. Columbam Abbatem* 216 d. Obedientia *prompta Abbatis Atre* 67 e, *quam ea ad piam mortem sit utilis* 205 b. *Ex* obedientia *petram confregisse dicitur S. Colmanus* 25 e. Obedientiam *prævalere Jejunio docet B. Bardo, convertendo carnem in pisces* 312 d : *eadem magis quam pœnitentiis carnem domat B. Silvester* 254 b c, *et orandi indiscreto desiderio deceptus, errorem dedocetur* 254 c, *contra* obedientiam *noctu exiens cellula sua monachus, mortis aut cæcitatis periculum incurrit* 231 a, *non obsequens mandato Angeli S. Columba, ab eo percutitur* 225 e f

Occasio *peccandi. Vide Peccatum.*

Oculum *dexterum per lepram amissum offert Deo B. Aleydis pro salute Regis Romanorum; sinistrum pro Rege Franciæ in expeditione Terræ sanctæ* 476 c d, oculos *cæcis mirabiliter restituunt SS. Yvo et Thomas Cantuar. Episcopi* 289 e. *Oculi S. Rosselinæ servantur integri : qua de causa?* 492 a b c. *S. Colmanus dicitur vidisse matrem miraculose, quam aspicere recusarat* 27 c.

Odor *suavis et miraculosus ex corpore S. Barnabæ* 445 d *B. Dianæ* 361 b, *B. Joli* 249 d, 251 d, *S. Richardi* 245 e f, 246 b. *B. Bardonis* 315 a b. *S. Martini Abbatis* 277 f, 278 c d. *B. Henrici Baucenensis*

nensis 365 c. *Suavis* odor *diu perseverat in cryptula B. Henrici Baucenensis* 364 c. Odore *suavi absens suos Monachos consolatur S. Columba* 207 b c

Officiis *divinis semper interest B. Henricus Baucenensis* 366 d ; *cantus Ecclesiastici amans Mathildis Regina Angliæ* 333 c.

Oleum *miraculosum contra Herniam* 329 f. Oleum *scaturit e sepulcro S. Willielmi Ep. Eborac.* 140 f, 141 f; Oleum *quo unguntur Reges Franciæ cœlitus delatum dicitur* 71 c, *vide* Lampas, Unctio extrema.

Orandi *studium*, *B. Malcolmi Regis Scotiæ* 326 b, *et S. Margaritæ Reginæ* 328 b c, 329 a b c. *S. Eustadiolæ* 133 e. *S. Baithenei, qui etiam inter manducandum orat,* 234 b c. *B. Silvestri, cujus* orantis *vice creditur Angelus coquinæ ministeria obiisse* 252 e, *idem is* orandi *indiscreto desiderio deceptus, monasterium dimittere vult* 254 c Orandi *studium impedit familiaritas nimia cum secularibus* 254 e, *expedit* orare *in tenebris* 254 f. 257 c, Orat *assidue et reverenter B. Henricus Baucenensis* 366 a b, *et* orans *a pluvia intactus manet* 363 b 366 f. Orationem *ne somno quidem abrumpit B. Aleydis* 473 d seq. *ad eam ab Angelo custode excitatur* 476 d. Oratio *assidua et fervens B. Joannis Avellini* 483 d : *ut vocare ei possit, petit a Deo miraculorum donum sibi auferri* 483 e. *Dæmon* orantium *devotionem et distractiones observat* 48 a b. *Qui* orare *non novit eat ad mare. Tempestatem permittit Deus in mari, ut navigantes incitet ad* orationem 200 a, *tempestatem orando sedat S. Columba* 213 d. *Huic S. Cainechus periclitanti in mari succurrit* orando 213 e. *Ad* orationem *confugiunt Martyres in tormentis* 266 d e, 267 c d. *S. Rosselina* oratione *impetrat præparatos cibos, quos* orans *coquere prætermiserat* 498 d *Vide* Jejunium.

Ordines. *Putrescit manus imposita capiti hominis, indigni Sacerdotio* 205 f

Ornamenta *pretiosa ecclesiis donat S. Margarita Regina Scotiæ* 325 b c. *S. Landericus pauperibus* ornamenta *Ecclesiastica distribuit* 290 c d seq. *et S. Fortunatus vasa sacra ad redimendos captivos* 105 c. *Vide* Episcopus, Pallium.

P

Pallio *Episcopali strangulatur S. Paulus Constantinopolitanus,* 21 e seq.

Episcopum sibi dari a Papa *petunt Syracusani* 240 a b. Papatum *ut deserat persuadet Gregorio XII B. Joannes Dominici* 405 d seqq. *vide* Vexillum.

Parentibus *senibus servire debent filii* 220 f, *non tamen hi omittere debent ingressum Religionis ut illos sustentent, si non sint in gravi necessitate* 396 e f, *invitis* Parentibus *et obsistentibus S. Rosselina Religionem ingreditur* 487 c. *Monachus deceptus a dæmone, huic filium vult immolare* 174 b : *ob Parricidium commissum Rex amittit regni partem* 201 e. Parentis *necem male vindicat B Godeschalcus, facti dein pœnitens* 40 b seq *vide*, Mater.

Parochi *officium pie suscipit et solicite implet S. Boqumilus* 341 b seqq.

Paschatis *observatio apud Scotos diversa ab aliis* 189 a seqq. *vide* Communio.

Patientia *B. Henrici Baucenensis* 366 c. *B. Joannis Tientialbene opprobria ferentis* 482 e f. *S. Margaritæ Scotiæ in morte mariti et filii* 330 e f. *Vide* Benignitas, Morbus, calumnia, inimicus.

Patrinus *donat suscepto suo B Bardoni in Baptismo munera, futuram ejus sanctitatem præsignantia* 299 b.

Patronus *Phreneticorum S. Medardus* 77 e, *in Peste S. Maurinus* 279, *S. Fortunatus* 108 a, *S. Columba* 223 e, *qui lapide et aqua a se benedictis plurimos sanavit* 180 d

Paupertas *Evangelica. S. Barnabas agrum vendit, pretium fert ad pedes Apostolorum* 418 b. 435 d. *et* Paupertatem *religiosam observant S. Colmanus et Episcopi Hiberni in Anglia* 29 d : *eamdem magno fervore profitetur S. Ebremundus* 282 c d. *Vide* Religiosus, Evangelium.

Pauperum *Pater in eosdem misericors S. David Rex Scotiæ* 332 e, *B. Bardo* 317 b c d *B. Joannes Dominici* 400 e f, *qui bona sibi non necessaria illis distribuit, non consanguineis* 410 b; *S. Landricus, qui ut eos in fame alat, domesticam supellectilem et ecclesiasticam vendit, Xenodochium exstruit* 290 c d seq. *iisdem S. Barnabas, bona sua distribuit* 435 d. Pauperibus *cibos distribuit, qui ex nuptiis suis supererant Henricus Germaniæ rex : mimos vero et histriones dimisit vacuos* 31 * d *S. Flora* pauperibus *ferens panes famis tempore, aperto sinu rosas et flores ostendit* 481 f; *in eosdem distribuendi panes a B. Rosselina, apparent Rosæ* 487 a. *Misericordiam in* Pauperes *laudat S. Columba* 209 e f; *qui ne* pauperem *rusticum contristet, segetem cito maturescere facit* 212 a. *Ansigisæ liberali in* pauperes, *a patre Clodulpho, promittuntur posteri futuri Reges Franciæ* 125 c. Pauperum *pedes lavat Mathildis Regina Angliæ* 332 e f, *Vide.* Fames, Misericordia, Eleemosyna, Farina, Xenodochium.

Pacifici, *S. Eustadiola* 132 c. *ne* pacem *mutuam violare cogeretur citius moritur S. Adamnanus* 188 b. *Vide* Controversia, Ecclesia.

Peccati *fructus bonus, pœnitentia; per hanc remissum declarat S. Columba* 205 a. Peccatum *indigne celebrantis revelat S. Columba* 207 f : *unius occultum revelat, et impœnitentis perditionem prædicit* 202 f 203 a ; *alterius revelato eum emendat* 202 a b. *pro peccatoris conversione multa facit S. Catatzunus Abbas* 460 a b, *et pœnas inferni vivens sustinet B. Aleydis* 476 a *ob* peccatum *socii non concedit Deus S. Cormaco quod pie desiderabat* 200 a, *in* peccatorum *vindictam civitas incendio perit* 204 d, *et ad infernum quidam rapitur* 205 e, veniale *exiguum severe punit in se S. Robertus Ab.* 47 f. *Vide* Latro, Desperatio, Conversio, Infernus, Pœnitentiæ, Confessio ; *et peccatum in particulari sub proprio nomine.*

Pecunia, *vide* Divitiæ.

Peregrinationem *piam Hierosolymam suscipit S. Wulphlagius* 31 a b c. Peregrinantes *ad visitandas Reliquias B. Henrici Baucenensis mirabiliter evadunt submersionis periculum* 381 d. *Vide* Hospitalitas, Pes.

Pejerans *ad tumulum S. Amabilis punitur, pœnitens sanatur* 464 f.

In persecutione *Christianos Eleemosynis adjuvat S. Getulius.* 262 c.

Perseverantiam *suam et Fratrum suorum per revelationem intelligit S. Robertus Abb.* 47 f

Pedes *lavantur Monachis peregre advenientibus* 223 d. *Hoc usitatum in monasterio S. Columbæ* 199 e. Pedes *pauperum abluit S. Mathildis Regina Angliæ.* 332 e f.

Pertinacia, *vide* Miraculum.

Pestem *et morbos monasteriis inferunt dæmones* 226 d *Sancti in* Peste *Patroni, vide* Patronus.

Petram *fregisse dicitur ex obedientia S. Colmanus* 25 e.

Phantasma *diabolicum signo Crucis eversum* 164 e f. 165 e.

Phreneticorum *Patronus, vide* Patronus.

Pisces *miraculose capti* 215 a, *ad mandatum S. Bogumili* 343 a b. *Anguillam capi petit a S. Antonio Patavino, et impetrat Bernardinus Colnagus* 343 a b. *B. Bardo* piscem *convertit in carnem, ut obedientiam doceat* 312 d, *Cetus miræ magnitudinis* 202 c. *Vide.* Sudes.

Pici *bullienti paulatim immittitur S. Potamiæna Junior* 6 f.

Plumbum

Plumbum *liquefactum ut aquam bibit S. Primus Mart.* 152 c.

Pluvia *impetratur invocatione S. Marii* 123 d, *S. Maurini* 279 c d, *S. Richardi inventis ejus Reliquiis* 246 c. Pluviam *in siccitate impetrat S. Eustadiola* 132 d, *eadem impetratur et sistitur invocatione S. Genesii Mart.* 55 d e. *Aquila expansis alis defendit a* pluvia *S. Medardum puerum* 88 a, *ab eadem non tingitur Henricus Baucenensis sub dio orans* 363 c, 367 a.

Pœnitentia, *post lapsum* 205 a. Pœnitentiam *perpetuam agit Wlphlagius* 29 f, *pro ea jubetur pœnitens ingredi monasterium* 202 a, *gravem sibi pro parvo delicto imponit B. Henricus Baucenensis* 364 d. *Olim jubebantur pœnitentes ferrea vincula circumferre, donec miraculose per aliquem Sanctum solverentur* 289 a b. Pœnitentem *publicum absolvit B. Bardo ab indiscreta* Pœnitentia ; *et Presbyterum, qui imposuerat, jubet reprehendi* 313 a. *Vide* Austeritas vitæ, Jejunium, Lectus, Peccatum, Confessio.

in Porcos *vituli pingues mutati* 27 a.

Præsagium *de futura sanctitate S. Columbæ* 484 a *S. Rosselinæ* 486 e f. *vide* Prophetia, Somnium.

Presbyteri *indigne ordinandi capiti imposita manus putrescit* 205 f. Presbyteratum *pie suscipit S. Bogumilus, et post susceptum magis virtutibus incumbit* 339 a b c d. *Vide* Ordo, Missa.

in Processionibus *modeste et pie incedendum monet S. Chrysostomus* 161 c d et seq.

Prophetiæ *dono clarus S. Columba* 180 f, 187 c. *vide totum librum* 3 *Vita* 199 a, *et seqq. S. Parisius* 479 c, *Episcopatum prædicit S. Medardus puer S. Eleutherio puero* 80 a, 87 c. Prophetico *spiritu mortem suam prædicat B. Bardo* 28 * e, 32 * b. Prophetat *Episcopatu suo valens, S. Bardo* 299 d. 301 f. *Richardo Abbati revelatur per somnium B. Bardonem futurum Episcopum* 302 e f. *Martyrium suum prædicit S. Barnabas.* 439 e f, *matris mortem S. Willielmus Ep. Eborac.* 140 e Prophetia *Presbyteri Guillii de Conventu Fratrum Minorum Mediolani, et Reliquiis S. Barnabæ* 449 a. Prophetia *B. Rosselinæ de fratre suo mirabiliter impletur* 490 a. *Regis conjugis absentis mortem videt S. Margarita Regina Scotiæ* 330 d, *prælia alibi commissa narrat absens eodem tempore S. Columba* 200 b. *Vide* Mors, Peccatum, Misericordia, Impudicitia, Oratio, Revelatio, Præsagium.

Psalmos *quotidie quinquaginta decantat S. Robertus* 47 e.

Psalterium *discit S. Trudo* 130 a

Pudicitiæ, *in Gynæceo componendo, consulit S. Margarita Scotiæ Reg.* 325 d

Purgatorii *pœnas vivens sustinet pro animabus B. Aleydis* 476 b c, *et variorum animas pœnitentiis suis liberat* 475 c, 476 d.

Puritas animæ. *In moriente B. Rosselina dæmon nihil invenit præter parvum delictum* 491 b.

Pusillanimitas *Joannis, cognomento Marci, ad Martyrium et Apostolicos labores* 438 b.

Pus, *vide* Caritas.

R

Radius *solis sustinet sagum et chirothecas S. Amabilis* 462 d.

Regnum *vide* Imperium.

Religionem *suadet multis adolescentibus B. Joannes Dominici, multa ideo ab eorum parentibus passus* 400 f, *in admittendis ad* Religionem *pietas præ reliquis talentis æstimanda est* 397 b c, *illam ingredi a Deo jubetur S. Silvester ob fructum obedientiæ* 254 b c

ad Religionis *ingressum contemnit parentum voluntatem B. Rosselina* 487 *Vide* Parentes.

Religiosam *vitam in veste seculari ducit B. Diana* 358 f, 359 e : *per consanguineos vi abstrahitur, ac deinde libere in ea manere permittitur* 360 a b.

Religiosam *vitam colit B. Flora* 43 * f

Religiosa professio sine probatione emissa 205 c

Religiosis *ad mensam ministrat Richardus Comes Norman. cum iis pie vivit* 324 f

Religiosos *in magna veneratione habet S. Margarita Reg. Scotiæ* 328 e seqq. *in paupertate juvat S. Oliva* 298 e.

ad profitendam Religionem *in uno monasterio vocatus S. Fintenus, remittitur ad aliud, ut Abbas fiat* 199 b seqq.

Religiosæ *virtutes S. Roberti Abb.* 47 d. *S. Parisii* 479 a. *S. Amabilis* 463 b. *B. Aleydis* 572 d e f seqq. *B. Joannis Dominici* 398 c. *B. Dianæ* 391 b c. Religiosæ *disciplinæ vigor apud Cistercienses* 47 d. *Vide* Monachus, Solitarius, Novitius, Paupertas, Caritas, Monachus, Carcer, Oratio, Maria Virgo, Votum, Patibulum.

Reliquias *S. Alexandri V, Mart. sepelit S. Grata* 236 b. *Corpus S. Medardi ad tumulum defert Rex Franciæ cum Episcopis et Nobilibus* 83 e f. *Corpus S. Barnabæ ab igne servatur illæsum* 440 c, *et post aliquot secula inventum miraculis honoratur* 417 c seq. 441 f. *Idem sanctus apparens* Reliquias *suas revelat* 444 b seq. *Caput ejus prætendunt se varii diversis locis habere* 450 d, *ubi et corpus* 451 a seqq. *Immobile fit corpus S. Blitharii ut cum honore ad priorem locum reportetur* 469 b d. *Corpus suum transferri ad aliam ecclesiam non patitur S. Fortunatus* 107 f, Reliquias *furto auferri non patitur S. Marius* 123 e, *furtum tale punitum* 495 e f seq. *etiam dentis unius de corpore S. Maurini* 278 b c, *pro SS. Reliquiis auferendis aut servandis fere pugnatur* 242 d, *eadem ex causa ingentes turbæ Monstrolii excitatæ* 32 e f seq. Reliquias S. *Pauli Constantinopolitani refert in urbem Theodosius Imperator* 22 b c. Reliquiarum *solennis Visitatio et Translatio per S. Carolum Borromæum instituta* 449 e seqq

Reliquiæ *S. Fortunati inter transferendum pestem sedant* 107 f Reliquiæ *circumferuntur ad defensionem bonorum Ecclesiasticorum* 122 e. Reliquiæ *S. Richardi absconditæ ne diriperentur a militibus suavem odorem spirant* 246 a b. *Corpus S. Medardi e loco moveri non potest nisi facto voto, de monasterio ad ejus honorem fundando, et donato ad id pago* 84 c 92 b c. Reliquiis *S. Medardi bona temporalia præeligunt Monachi, secus Canonici ; illos deinde pœnitet visis miraculis* 96 d

Reliquias *suas inventas esse declarat S. Yvo* 286 b c. Reliquiæ *inventæ S. Richardi Episc.* 243 e f. *S. Vincentii per revelationem,* 166 d e. *Olivæ inveniri ne possint, videtur prohibere Deus* 295 a b c. Reliquias *Sanctorum Hierosolymis defert Angelus S. Amabili, quibus ornat ecclesias* 462 f, 463. Reliquiarum *S. Syriæ solennis inspectio* 64 d e seq.

Baculus S. Medardi miraculosus 86 f *Virgulta circa sepulchrum et ostium templi* 85 d *fugatur dæmon Birrho S. Baithenei* 234, d *Baculum S. Baithenei arrodens canis moritur* 234 d, *tunica et libri S. Columbæ miraculosi* 222 *libri servantur in aquis illæsi* 213 a b. *ex* Reliquiis *Fortunati suavis odor et liquor manat* 109 b *et seq.* Reliquiis *Sanctorum parcunt feræ* 152 e, *tumulum S. Amabilis sine veneratione transire volens miraculose detinetur* 464 f.

Reliquiarum *blasphemus in easdem* 122 e, 125 d, *qui terretur loquente sancto* 122 d. *Vide* Canis, Columba, Crux, Corpus, Integritas corporis, Imago, Ignis, Fulmen, Lampas, Lingua, Missale, Navis, Odor, Ornamenta, Peregrinatio, Perjurium, Pluvia.

Resuscitat *Marcellinus Episcopus tres parvulos sine Baptismo mortuos* 5 c e. Resuscitasse *dicitur Colmanus sororem suam decollatam a latronibus et puellam absorptam a bellua aquatili pag.* 27 b c *Vide* Titulus.

Regem

Regem Aidanum Dei jussu inungit S. Columba prædicitque a posteris ejus auferendum regnum, propter ipsorum demerita 184 c, 225 e f. Reges Francorum sacrari dicuntur oleo cœlitus delato 72 b. Regiæ virtutes S. Margaritæ Scotorum Reginæ 325 b c, filiorumque ejus Edgari 331 e f, et Davidis Regum 331 e f seq.

Revelatur matri gravidæ futura sanctitas S. Columbæ 184 a, et ipse Revelationibus clarens 180 d, 187 a, earum modum aliquatenus explicat, quo etiam longe dissita et cognosceret, et futura prævideret 208 e : 180 d. Revelatum naufragium quoddam 48 b. et S. Bernardo, S. Roberti innocentia 48 b, ipsique Roberto sua et fratrum suorum perseverantia 47 e. Revelationi sibi factæ quidam non credens, punitur 123 f seq. vide Prophetia, Exstasis, Festum, Matrimonium.

Ridendo dicere verum quid vetat 299 d.

Rosæ pro panibus ad pauperes delatis apparent 482 b, 487 a.

Rosarium semper in manibus habet B. Henricus Baucen. 366 d.

S

Sacerdos vide Presbyter, Missas, Ordo.

Sanguis effluit post trecentos annos e corpore B. Henrici Baucen. defuncti 368 d, 370 e.

Invocatione S. Columbæ evadunt homines scelerati mortem 198 a b. Vide Festum, Blasphemus, Reliquiæ, Imago.

Scapulare refert formam Crucis 175 e

Scripturarum intelligentiam idiota B. Silvester acquirit 254 d e. Scripturas pie legit S. Margarita Regina Scotiæ 326 a

Segetem cito maturescere facit S. Columba, ne pauperem rusticum contristet 212 a b.

Semita. qua S. Wlphagius e cella ad fontem ibat, miraculose post mortem ejus perseverat 31 e seq. ut et S. Colmani in flumine qua transierat 27 c.

Senes præferri debent junioribus in dando consilio 254 f

Sensuum arcta custodia B. Henrici Baucen. 364 e

Sepeliri se humiliter et sine pompa mandat B. Joannes Dominici Card. 411 c d. Sepelire pauperem Sanctum qui negligunt, postea ejus Reliquiis carent 366 e Sepeliunt pauperes etiam gratis Canonici Tarvisini 366 e.

pro Serenitate impetranda invocatur S. Marius 123 d

Serpentes ex Jona insula in perpetuum fugat S. Columba, 186 c 217 d, fugantur illi ad sepulcrum S. Amabilis 464 c d. et venenum vires amittit 465 f seqq.

Severitas amabilis B. Margaritæ Regin. Scotiæ 325 d e. Severitatem in subditos Religiosos nimiam reprehendit S. Columba 204 e

Servo non licet a Domino fugere 220 e f.

Signum Crucis vide Crucis signum.

Simonia Petri Fullonis Hæretici 442 c seq. Simoniace electum Episcopum probat Liprandus per ignem transeundo illæsus 44 b, qui deponitur 44 c d. Simoniacos insectando auribus et naso mutilatur Liprandus, laudatur ut Martyr 44 b. Simoniæ falso accusatur S. Willielmus Episc. Eboracensis 136 f seq.

Socii delictum causa infelicis itineris 20 a

Sol, vide Radius.

in Solitudine vitam ducunt S. Blitharius 469 a, S. Ebremundus 282 d, B. Jolus 250 f, S. Meriadocus, qui inde educitur ad Episcopatum 36 e seq. ac B. Willielmus Eborac. Episcopatu depositus 135 e, et S. Bogumilus relicto Episcopatu 350 b seq. Eremum incommodam petit in peccati pœnitentiam S. Wlphlagius 31 c. locum aptum Hiberni Monachi quærunt, obnavigantes æquora 202 b : eamdem cordis et corporis esse debere monet B. Silvester Camald. 255 b. Vide Religio, Antrum, Monasterium.

Somno levi utuntur B. Joannes Dominici 398 d. Meridianum dæmon culpat 491 b.

in Somnio filii futuram sanctitatem dicitur vidisse mater gravida 60 b, idem accidit matri S. Columbæ 225 c

Spiritus sanctus per ignem designatus 164 e Vide Extasis, Baptismus.

Spiritualis, vide Anima.

Splendor, vide Lumen.

Sponsa, vide Virginitas.

Sterilis, vide Proles.

Studiosus, vide Adolescens.

Sudes benedicta a S. Columba ultra feras et pisces capit 179 b 185 c d, 219 c

T

Tempestas sedata invocata S. Rosselina 496 e f, S. Oratione Columbæ 213 d, S. Camechu 213 e. et ille in tempestate navigans tranquillitate fruitur 199 f. Eam permittit Deus ut navigantes incitet ad orationem 200 a : camdem dæmones concitare possunt, sed a Sanctis superantur 218 e f. Naufragium secum passos salvat S. Maximianus 238 f.

Templum vide Exequiæ, Crux, Reliquiæ.

Templum ab Angelis consecratum 70, aliud a S. Bogumilo in honorem Trinitatis 347 d. in templo, quieta et orationi intenta S. Margarita Regina Scotiæ 328 b c ; irreverens in eo punitur 464 f uti et ejus Templum violantes 167 f seqq. Templum vastare volentes milites miraculose impediuntur 464 f Vide Ecclesia, Ornamenta, Persecutio.

Tentationibus contra castitatem fortiter resistit B Flora 44 * a. Ex illarum vehementia videtur sororibus insanire 44 * d vide Castitas, Dæmon, Maria Virgo, Obedientia.

Terra absorbuisse dicitur blasphemantes 27 d.

U

Ubera abscissa S. Calliopæ 54 b

Ulcera morbidorum lambit Mathildis Regina Angliæ 332 f

Unctionem extremam pie suscipit David Rex Scotiæ 332 e.

Uxor marito male consulens eum redigit ad paupertatem 219 c ; alterius anima pro mariti defuncti anima contra dæmones pugnat 226 f.

V

Vaccæ multiplicatæ benedictione S. Columbæ 215 b, aliæ subito pinguescunt miraculo 26 f.

Velum sacrum virginibus Carthusianis datum, cur subinde auferatur 489.

Veneficas, ad rogum damnatas, perpetuo carceri adjudicat S. Landulphus 44 e f

Venenum innoxie bibit B. Joannes Dominici 391 f

in Vestitu spectandum docet Nitorem B. Joannes Dominici 398 e ; S. Bogumilus decrevit omnes Clericos, etiam pueros, ab aliis veste distingui 382 b, vide Cilicium, Reliquiæ,

Vicarius Sedis Apostolicæ declaratur a S. Gregorio S. Maximianus 239 b.

Victoriam S. Oswaldo Regi spondet S. Columba ei apparens 197 d e et ab Aidano Rege obtentam absens videt 187 b.

Viduæ proprias virtutes exercet S. Adeleida 236 f, et S. Eustadiola 132 b c.

Necem

Necem patris male vindicat *B. Godeschalcus dein facti pœnitens* 4 f seq.

Vinum *offert B. Silvester concionatori defatigato* 254 a; Vinum *multiplicat Henricus Baucen.* 368 f Vinum *ex aqua et lacte miraculum factum* 26 f *vide* Jejunare, Aqua.

Virginitatem *vovet B. Diana* 359 b c; *et filiæ S. Wlphlagii, patre ob id lætante* 31 b : *pro ea mori eligit S. Pelagia et aliæ se fluvio mergunt.* 154, *aut ex alto præcipitant* 154 a b c.

Virginum *Sacrarum, fuit sponsa Christo fida S. Adeleydis* 471 f. *Vide* Matrimonium.

Virgulta *ad sepulchrum S. Medardi et ostium ecclesiæ, efficacia contra odontalgiam* 93 b.

in Virtute *proficit non negligenter S. Julianus Edessenus* 174 a. Virtutes *Principibus propriæ in familia B. Bardonis* 298 f

Vituli *in pingues porcos mutati* 26 f.

Vitulum *resuscitasse dicitur S. Colmannus* 25 e

Votum *non implens alius acceptum beneficium amittit, variaque incommoda patitur* 496 e. *Vide,* Calculus Pluvia.

Vox *e cœlo audita Martyribus* 61 d e *alia Miraculose procul audita* 207 d e.

Z

Xenodochium *exstruit præclarum S. Margarita Regina Scotiæ* 328 e. *Vide,* Pauper, Hospitalitas.

Z

Zelus animarum *in SS. Barnaba et Paulo* 417 d e f 423 e seqq.

FINIS.

MONTE ALBANO EXCUDEBAT VICTOR BERTUOT, DD. EPISCOPI TYPOGRAPHUS, MDCCCLXVII.

FALVEY MEMORIAL LIBRARY
VILLANOVA UNIVERSITY

DATE DUE

VILLANOVA UNIVERSITY
BX4655.A2 v.022
3 9346 00067352 7

FOR REFERENCE

NOT TO BE TAKEN FROM THIS ROOM

CAT. NO. 1935 LIBRARY BUREAU